TOMI I. PARS II.

tibus suis, hominibus & adjutoribus suis manifestis, terris & feodis eorumdem, Treugas inivimus, a festo beati Benedicti in Martio, usque ad festum Sancti Michaelis, quod erit ab instanti festo Sancti Michaelis, in quinque annos, per totum diem, duraturas.

*I. 556. *Nos autem, inter nostros, nominamus *Petrum Ogerin*, *Olyverum de Chaleys*, *Berardum de Muntcluder*. Rex autem Franciæ nominat, inter suos, *Comitem Tholosan. Comitem March. Comitem Wilon. Avern. Guillelmum Archiepiscopum*, *Galfrid. de Lezyn. Galfr. de Thalneye*, *Regin. de Pontibus*, *Galfr. & Benedictum de Mauric. Pontin. de Myrebel*, *Fulconem de Mastac. Dominum Mortan. Elyam de Talemont*, *Elyam Grymbald de Cosynack*, *Willielmum de Rupe*, *Dominum Roent*, *Iterum de Berbeozy*, *Petrum Reymund*, *Petrum Becheter*, *Waweynum de Taln. Galfridum de Rupeforti*, *Reymundum de Muntaut*, *Elyam Rydelli Juvenem*, *Bondinum de Grinol*, *Petrum Ayt*, *Fulconem de Archiak*, *Emer. de Rupe Chimardi*, *& Emer. filium ejus*, *Emer de Rupe*, *Dominum Blangac. Radulfum de Bello Monte Dominum Berteriar*, *Drogonem de Monte Auszer*, *Willielmum de Sancto Quintino*, *Ebulonem de Rupeforti*, *Karolum de Rupeforti*, *& Elyam de Laverne.*

Et sciendum est quod nos dimittimus Insulam de Re in Treuga, ex parte Regis Franciæ, eo modo quo erat in alia treuga præcedenti.

Talis est autem forma treugarum; quod, si in treuga fuerit interceptum, de interceptione emendanda sic erit, interceptio facta nunciabitur Dictatoribus treugarum hinc inde constitutis (qui sunt ex parte nostra Bozo de Mastac. Com. Bygorr. Galfridus Rydelli de Blavia, & Petrus de Burdegalia: Ex parte Regis Franciæ Senescallus Pictaviæ, Galfr. de Ranucon. & Regin. de Pontibus; tali modo quod, si ex alterutra parte omnes illi tres non possent, vel non vellent interesse, duo illorum nichilominus possent procedere, sicut si tres interessent: Si vero aliquis illorum moreretur, alius ex parte ejus, cujus esset Dictator, poneretur) ita quod, si infra duos Menses, postquam eis forisfactum constiterit, non fuerit emendatum, extunc ille, cui forisfactum fuerit, poterit currere super forisfactorem suum, donec plenarie fuerit emendatum.

Et nos, sine nos mesfacere, poterimus juvare hominem nostrum contra malefactorem, qui forisfactum emendare noluerit.

Et Rex Franciæ poterit similiter facere, in casu consimili.

Dominus autem Malefactoris non poterit juvare Malefactorem, qui forisfactum emendare noluerit, nec aliquis, qui sit de posse, vel Domino ipsius Domini, donec forisfactum plenius fuerit emendatum; & nos idem poterimus facere in casu consimili.

Nec Dominus Malefactoris, nec sui poterunt juvare Malefactorem, sicut prædictum est.

Illud etiam Condictum est quod, si aliqua fortericia, vel castrum aliquod, vel persona alicujus nobilis, durantibus treugis caperetur, vel furtive subtraheretur à Rege Franciæ, sive a suis, & duceretur, & teneretur in posse, vel territorio Regis Franciæ, & requisitus super hoc integrè non emendaret, sine morâ statim nos,

Et quod etiam nos Dictatores Treugarum à nobis institutos, pro treugarum interceptionibus emendandis; & prædictus Rex Franciæ Dictatores suos similiter mutare poterimus, quotiens viderimus faciendum, & nostræ placuerit voluntati.

Nos autem prædictas Treugas, sæpedicto Regi Franciæ, & hæredibus suis, a nobis bona fide observandas firmiter jurari fecimus, nobis præsentibus, per dilectos & fideles nostros Johannem de Lexinton, & Willielmum de Grey, Milites nostros.

Præterea volumus, & præcipimus quod hæredes nostri prædictas Treugas jam dicto Regi Franciæ, & hæredibus suis observent;
& ad easdem firmiter * observandas ipsos hæredes nostros, per præ- *I 557.
sentes litteras, quantum possumus, obligamus.

Actum apud Notingham. anno Domini 1255. Mense Julii.

Littere de Credentia Duci Sueorum.

REX Domino B. Duci Sueorum salutem. Ann. D.
Cum, de contrahendo inter nos, & vos, ac Regem Sueo- 1255.
rum, natum vestrum, perpetuo amicitiarum vinculo, ad nos du- An. 39.
dum vestros Nuncios duxeritis transmittendos; nosque multiplici H. 3.
guerrarum discrimine turbati, & plerisque negotiis occupati, Nun- Claus. 39.
cios a latere nostro ad vos, pro statu & qualitate rerum investi- H. 3. m.
gandis, prout vobis scripsimus, eo tempore mittere nequiremus; 9. d.

Ac per discretos & religiosos fratres, Priorem Bert, & Commer. de Ordine Prædicatorum, laudabilis industriæ & sagacitatis viros, vestram denuo voluntatem nobis lucidius explicandam duxeritis, & quomodo nobis, præ cæteris mundi Principibus, vestra Serenitas optarit copulari:

Nos vestræ dilectioni proinde grates referimus speciales, discretos ac religiosos Gilbertum de Bello, & Rogerum de Resham, de ordine supradicto, ad vos pro facto mittentes memorato, & ad statum Regni & qualitatem negotii per ipsos investigandos; quibus super hiis omnibus fidem adhibere, & vestram inde voluntatem nobis per eosdem demandare velitis.

Teste Rege apud Notingham, 22 die Julii.

De vino pro Nunciis Regis Castellæ capiendo.

QUia Electus Tolet. & Garsyas Martini, solemnes Nuncii il- Ann. D.
lustris Regis Castellæ in brevi venturi sunt in Angliam (quos 1255.
Rex quamplurimum optat honorari) mandatum est Johanni de Gy- An. 39.
sorc. Camerario Regis London, quod, sine dilatione, capiat qua- H. 3.
tuor dolia boni vini, & ea liberet Johanni de Suwerk, ponenda in Claus. 39.
Cel- H. 3. m. 6.

Et, si quis contra hanc inhibitionem Regis venire præsumpserit, Rex ad corpus suum & omnia bona sua taliter capiet, quod imperpetuum sentiet se gravatum.

Teste Rege apud Notingham, 26 die Julii.

Bulla inhibitoria, ne quid attemptetur in prejudicium concessionis Regi Angliæ factæ per Innocentium Papam, de redemptionibus votorum, obventionibus, & Legatis, in subsidium Terræ Sanctæ.

Ann. D. 1255. An. 39. H. 3. Ex Autogr.

ALexander Episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis fratri Johanni de Canter, ordinis fratrum minorum Wigornien. & Archidiacon. Midelsexiæ, Londonien. Dioc. salutem & Apostolicam benedictionem.

Lecta coram nobis carissimi in Christo filii nostri Regis Anglorum illustris petitio continebat, quod fœlicis recordationis Innocentius Papa, Prædecessor noster, sibi, de speciali gratia, indulsisset ut redemptiones votorum crucesignatorum, obventiones, legata, & relicta subsidio Terræ Sanctæ in Regno Angliæ, ac aliis Terris Regis ejusdem, ad opus ipsius Terræ, percipiendi haberet liberam facultatem;

Nos vobis, per literas nostras, postmodum dedisse dicimur in mandatis ut, redemptiones votorum, & alia prædicta fideliter colligentes, crucesignatis Regni ejusdem deberetis de ipsis, juxta vestræ discretionis arbitrium, providere:

Quia vero intentionis nostræ non extitit, nec existit indulgentiam ipsam sæpedicto Regi adimere, sed potius conservare, maxime cum prædictæ literæ nostræ de illa, prout dicitur, nullam faciant mentionem, discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus quatinus, per easdem literas nostras, in præjudicium Regis ejusdem nullatenus procedatis.

Dat. Anagniæ, 5 Kal. Augusti, Pontificatûs nostri anno primo.

Plumbeo sigil. penden. a filo canabeo.

Littera de Credentia Magnatibus Scotiæ.

Ann. D. 1255. An. 39. H. 3. Pat. 39. H. 3. n. 8.

REX Episcopis, Comitibus, Baronibus, Militibus, & omnibus aliis illustris Regis Scotiæ fidelibus, salutem.

Cum pro commodo & utilitate speciali præfati filii & fidelis nostri Alexandri Regis Scotiæ, quæ in facto nostro intendimus, & non aliud, dilectos & fideles nostros R. Comitem Gloucestriæ & Hertford, W. de Fortibus Comitem Albemarliæ, & J. Maunsell Præpositum Beverlaci, & R. Walerand. Senescallum nostrum, ad partes vestras duxerimus transmittendos,

Vos omnes & singulos rogamus & requirimus quatinus hiis, quæ præfati fideles nostri, aut ipsorum duo, quos adesse contigerit, vobis exponenda duxerint ex parte nostra, fidem adhibere & eisdem libentius annuere velitis.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Kawode, 10 die Augusti.

De prædictis in protectionem Regis receptis.

Ann. D. 1255. An. 39. H. 3. Ibidem.

REX omnibus, &c. salutem.

Noverit universitas vestra nos recepisse in protectionem & defensionem nostram Patricium Comitem Dunbarr. Malis. Comitem Straern. Nigellum Comitem Carrik, & alios qui continentur in præcedenti littera, contra omnes illos, de Regno Scotiæ, qui dampna intulerunt, vel inferre præsument dilecto filio & fideli nostro Alexandro Regi Scotiæ illustri, vel prædictis nobilibus injuste, & qui rebelles & molesti fuerint, vel erunt karissimæ filiæ Nostræ Margaretæ Reginæ Scotiæ.

Et volumus quod eos gravent omnibus modis & expugnent; promittentes quod ad hoc eos juvabimus bona fide.

Et, si de nobis, quod absit, humanitùs contingat, hæredes nostros, qui eos debeant, sicut prædictum est, juvare, obligamus; promittentes quod contra personam dicti Regis per nos nichil mali attemptabitur, nec ipsius exhæredationi intuitemus.

Promittimus etiam quod matrimonium, inter prædictum Regem & dictam filiam nostram contractum, nullo modo dirimi procurabimus; nec pacem vel treugam, cum prædictis rebellibus & maleficis, faciemus super prædictis: Præsentibus valituris, donec idem Rex vicesimum primum annum compleverit.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Kawode, decimo die Augusti.

---

* *Sub hac forma mandatum est Magnatibus & Militibus Angliæ pro negotio Scotiæ.* * I. 560.

Ann. D. 1255. An. 39. H. 3. Claus. 39. H. 3. m. 7. d.

REX dilecto & fideli suo salutem.

Cùm, pro reformatione & melioratione status illustris Regis Scotiæ, & karissimæ filiæ nostræ Margaretæ, Reginæ suæ, dilectos & fideles nostros R. Comitem Gloucestr. & J. Maunsell Præpositum Beverl. ad partes Scotiæ nuper miserimus, & jam ab eisdem receperimus in responsis quod Propositum nostrum, ad honorem nostrum, & ad commodum & utilitatem præfati Regis, & Regni sui, explere poterimus ad votum; dum tamen honorifice, cum posse nostro, prout decet, ad partes illas personaliter accedamus;

Vobis mandamus, in fide, & homagio, & dilectione, quibus nobis tenemini, firmiter injungentes, quod, statim visis litteris istis, omni dilatione & occasione postpositis, ad nos, de die & nocte, cum equis & armis, & toto posse vestro, veniatis profecturi nobiscum ad partes prædictas:

Et hoc, sicut nos & honorem nostrum diligitis, non omittatis; pro certo habentes quod nichil aliud in facto isto intendimus quàm commodum & utilitatem præfati Regis, & Regni sui, & nostrum honorem.

Teste Rege apud Eborum, 16 die Augusti.

Ann. D. 1255. An. 39. H. 3. Ibidem.

MAndatum est singulis Vicecomitibus Angliæ, quod cum omni festinatione, clamari faciant publicè per totam Ballivam suam, quod omnes illi, qui de Rege tenent in capite, & servitium ei debent, quod, omni dilatione & occasione postpositis, veniant ad Regem cum equis & armis, & toto posse suo, profecturi cum eo ad partes Scotiæ, sicut ipsum Regem, & honorem suum, nec-

memb. Et, facta illa ordinatione sub omni celeritate, qua poterit, ad Regem veniat in Angliam, cum eo tractaturus super illis secretis negotiis, pro quibus venerabilis pater P. Hereford. Episcopus in Curia Romana diligenter & efficaciter laboravit.

Teste ut supra.

Publicatio Propositi Regis, de non inferendo aliquod præjudicium libertatibus Scotiæ.

Ann. D. 1255. An. 39. H. 3. Pat. 39. H. 3. m. 3.

REX omnibus, &c. salutem.

Quia quidam, ut audivimus, formidant quod statum Regni Scotiæ, seu ejusdem libertates in aliquo proponimus infirmare; cum tamen potius, ex multiplici fœdere, inter nos, & karissimum filium nostrum Alexandrum illustrem Regem Scotiæ contracto, honorem suum & Regni sui libertates, pro posse nostro, teneamur illæsas in omnibus conservare;

Universitati vestræ præsentibus litteris notum facimus, & fideliter promittimus, quod occasione eorum, quæ acta fuerunt apud Eborum, tempore matrimonii, contracti inter ipsum Regem, & Margaretam primogenitam filiam nostram Reginam Scotiæ, sponsam suam, super statu Consiliariorum & Balliorum dicti Regis, nullum volumus ejusdem Regis & Regni sui libertatibus præjudicium generari.

Promittimus similiter quod, cum simus versus partes Scotiæ appropinquantes, ad videndum ipsum Regem, & Reginam, sponsam suam, filiam nostram karissimam, juxta magnum desiderium cordis nostri, nichil faciemus, nec aliquid fieri per aliquos permittemus, in hoc præsenti adventu nostro ad partes boreales, sine adventu ipsius Regis ad nos, per quod ipsi Regi, Regno suo, vel suis libertatibus in aliquo præjudicetur; set magis, ex paternæ dilectionis vinculo, quo ei astringimur, ad salvandum libertates & jura ipsius Regis, & Regni sui, pro nostris viribus consilium & auxilium efficax, si opus fuerit, apponemus.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Novum Castrum super Tynam, vicesimo quinto die Augusti.

De emendis faciendis & recipiendis contra Treugas cum Rege Franciæ.

Ann. D. 1255. An. 39. H. 3. Pat. 39. H. 3. m. 3.

REX omnibus, &c. salutem.

Noveritis quod nos habebimus ratum & gratum quicquid, ad diem constitutum inter illustrem Regem Franciæ, & Dominum Comitem Tolos. ex una parte; & nos ex altera, in Octabis Sancti

Ann. D. 1255. An. 39. H. 3. Pat. 39. H. 3. m. 3.

REX omnibus, &c. salutem.

Noverit universitas vestra nos dedisse dilectis & fidelibus nostris, Galfrido de Lezignan, & Willielmo de Valentia, fratribus nostris, Rogero le Bygod Comiti Norfolk & Marescallo Angliæ, Johanni de Warenna, Willielmo de Fortibus Comiti Albimarl. & Edmundo de Lacy, plenam potestatem salvo & secure conducendi, vice nostra, ad nostram præsentiam, dilectum filium & fidelem nostrum Alexandrum Regem Scotiæ illustrem, & Margaretam filiam nostram Reginam Scotiæ, consortem suam, & omnes alios quos secum ad nos ducere voluerint;

Ita quod ad nos secure veniant, nobiscum morentur, & revertantur ad propria pro suæ libito voluntatis.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Alnewyk, secundo die Septembris.

Hæc Littera est duplicata.

De Conductu pro Rege & Regina Scotiæ.

Ann. D. 1255. An. 39. H. 3. Pat. 39. H. 3. m. 3.

REX omnibus, &c. salutem.

Noveritis nos dedisse & concessisse karissimo filio nostro Alexandro illustri Regi Scotiæ, & karissimæ filiæ nostræ Margaretæ Reginæ Scotiæ, sponsæ suæ, & omnibus hominibus suis, quos secum ducere volent, nostrum salvum & securum conductum veniendi ad nos, apud Werk. & alibi in Marchia Regnorum Angliæ & Scotiæ, salvo morandi, & salvo redeundi ad partes suas, quo voluerint.

Promisimus etiam eis fideliter, quod nec ipsi Rex & Regina, nec aliquis ex suis, quos secum ducent, infra Regnum nostrum moram facient, nisi de omnium Magnatum Scotiæ voluntate:

Nec aliquid faciemus, aut fieri permittemus per quod dicto Regi, aut Regno suo, aut libertatibus suis Regiis possit aliquid præjudicium generari.

Ad hæc autem prædicta, prædicto Regi, & omnibus suis, tales dedimus conductores; scilicet, dilectos fratres nostros, * Galfri dum de Lezignan, & Willielmum de Valentia, R. de Clare Comitem Gloucestriæ & Hereford. R. de Bygod Comitem Norfolkiæ & Marescallum Angliæ, W. de Fort. Comitem Albemarl. Edmundum de Lacy Comitem de Lincoln. & J. Maunsel Præpositum Beverlaci; * I. 563.

Qui de voluntate, & de præcepto nostri, ipsum, & omnes suos salvo ad nos ducere, & reducere, ut prædictum est, manuceperunt; præsentibus post Festum Sancti Michaelis, anno Regni nostri tricesimo nono minime valituris.

Teste Rege apud Chinelingh. quinto die Septembris.

1255. Venerabili Patri Electo Tolet. & Garsiæ Martini, qui, in
An. 39. Nuncium Regis Castellæ illustris, in Angliam sunt venturi, ne-
H. 3. cessaria inveniret usque ad adventum suum London; quia tamen
Claus. non est necesse quod id faciat, mandatum est eidem quod ipsos
39. H. 3. sumptibus suis propriis venire London permittat.
m. 4. Verumptamen eos curialiter recipiat & honoret, & consuetudinem portus Dovor. pro passagio suo debitam, acquieteret, & singulis diebus, dum fuerint in balliva sua, exennia, ex parte Regis, eis habere faciat;

Et cum Rex sciverit custum, quod ad hoc apposuerit, faciet ei allocari.

Teste Rege apud Werk. 15 die Septembris.

---

*I. 564. * *De Credentia pro Jo. de Dya, & de Capitaneo ac pecunia pro Regno Siciliæ sine mora mittendis.*

Ann. D. 1255. An. 39. H. 3. Ex Autogr.

ALexander Episcopus, servus servorum Dei, carissimo in Christo filio illustri Regi Angliæ, salutem & Apostolicam benedictionem.

De multa cordis benivolentia & animi sinceritate processit quod Romana Ecclesia super Regno suo Siciliæ fecit gratiam nato tuo, illum inter Principes cæteros tanti doni tantique honoris largizione magnificans & sublimans, prout in Apostolico, super hoc obtento privilegio, continetur.

Et licet fœlicis recordationis Innocentius Papa prædecessor noster, tibi & eidem nato in hoc, sicut plene novisti, fuerit plurimum gratiosus; nichilominus tamen postmodum ipsius Regni negotium per seipsum extitit prosecutus, cunctis illud promovendo studiis & auxiliis, nichilque in hoc de contingentibus omittendo.

Unde, oportunitate habitâ, dictum Regnum ipse, cum suis fratribus, personaliter introivit, moram ibi contrahens, & exequens diligenter præmissum negotium ad ejusdem Ecclesiæ, ac tuum, & ipsius nati honorem & commodum, quousque ibidem debitum carnis exolvit.

Multam profecto in eodem negotio vigilantiam idem prædecessor adhibuit, anxios propter hoc labores pertulit, & importabilia quasi pro illo subivit onera expensarum.

Nos autem, postquam ad culmen fuimus summi Apostolatûs assumpti, mox ad amplexus tuos brachia internæ dilectionis extendimus, mox tibi nostri pectoris, ad exauditionis beneficium reseravimus januam; moxque ad omnem gratiam Apostolicum expandimus tibi sinum.

Nam quàm affectuose te, dictumque natum, in præfato negotio, respexerimus, quam favorabiliter prædicti prædecessoris intentionem & gratiam in hac parte duxerimus approbandam; & quam insuper gratiose nos & fratres nostri, te ac natum eundem, in ipsius Regni concessione honoraverimus, non ignoras.

Quam etiam solliciti circa idem negotium extiterimus & ferventes; quanta quoque ad id subsidia ministraverimus; quantumque laboraverimus ad colligendum undique ob hoc, & habendum suffragia oportuna, cunctis luce clarius innotescit: Cùm, nostris studiis non contenti, aliorum curas & vires, ad hujus rei prosecutionem, curaverimus adhibere.

Sed ut processum nuper in eodem Regno habitum plene noscas, illum tibi præsentibus duximus exponendum: SCIAS IGITUR quod, cum dilectus filius noster O. Sanctæ Mariæ in via lata Diaconus Cardinalis, Apostolicæ sedis Legatus, cum magno & honorabili exercitu ad partes Apuliæ processisset, & memoratum negotium [illegible], cum in ea parte ipsius Regni plene ac libere dominetur Ecclesia, quæ utique semper inter alias dignior & nobilior extitit, & cum qua ejusdem Regni residuum multotiens fuit antiquitus per diversa tempora occupatum.

Tolle igitur moras, fili carissime, quia, sicut nosti, semper nocuit differre paratis.

Hæc ideo scribimus, ne in hiis, ad excusationem, aliqua ignorantia valeat allegari.

Et ecce dilectum filium fratrem Johannem de Dya, Capellanum & Pœnitentiarium nostrum, de quo nos & fratres nostri plenam in Domino fiduciam obtinemus, propter hoc specialiter ad te duximus destinandum; cui in hiis, quæ tibi, super præmissis, ex parte nostra dixerit, cum nostram in hac parte sibi plene intentionem expresserimus, adhibeas firmam fidem; cui etiam, super hujusmodi negotio, sublata mora qualibet, tuam totaliter exprimas & aperias voluntatem, per eum nobis postmodum referendam.

Dat. Anagniæ, 14 Kal. Octobr. Pontificatûs nostri anno primo.

Plumbeo sigillo penden. a filo canabeo.

De Regina Scotiæ commorante cum Regina Angliæ egrotante.

Ann. D. 1255. An. 39. H. 3. Pat. 39. H. 3. m. 4.

REX omnibus, &c. salutem.

Sciatis nos bona fide promisisse dilecto filio & fideli nostro, Alexandro Regi Scotiæ illustri, quod Margaretam Reginam Scotiæ, uxorem suam, filiam nostram karissimam, quam, ad instantiam nostram, dimisit apud Werk cum dilecta consorte & Regina nostra, propter infirmitatem ejusdem Reginæ nostræ,

Eidem Regi, vel Militibus, quos ad hoc destinabit, præsentes litteras nostras deferentibus, reddi faciemus ad ducendam quo idem Rex voluerit, quamcito Regina nostra convaluerit, & a Castro de Werk versus partes australes se diverterit.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Werk, vicesimo die Septembris.

De Consiliariis Regni & Regis Scotiæ amovendis, necnon de aliis, eorum loco, ad instantiam Regis Angliæ, substitutis.

Ann. D. 1255. An. 39. H. 3. Pat. 39. H. 3. m. 2.

HEnricus, Dei gratiâ, Rex Angliæ, &c. omnibus ad quos præsentes litteræ pervenerint salutem.

Sciatis nos litteras dilecti filii & fidelis nostri Alexandri, Dei gratiâ, Regis Scotiæ illustris habere in hæc verba;

UNIVERSIS CHRISTI FIDELIBUS, ad quos præsens scriptum pervenerit, Alexander Dei gratiâ, Rex Scotiæ, salutem.

Noverit Universitas vestra quod, cum karissimus pater noster & Dominus Henricus, Rex Angliæ illustris, pro honore & utilitate nostrâ, & Regni nostri, ad Marchiam Regnorum Angliæ & Scotiæ, sui gratiâ, personaliter accessisset, nos, ad instantiam ipsius Regis, & de Consilio Magnatum nostrorum,

Scilicet, venerabilium Patrum in Christo W. Glasg. R. Dunkeld. H. Abberden. Episcoporum, & Domini G. Electi Sancti Andreæ;

De

te demeruerint quo minus nostris Conciliis, & Regni nostri negotiis debeant interesse.

Quod si ipsorum aliquem, vel aliquos ex causa hujusmodi amoveri, vel in fata concedere, infra dictum tempus, contigerit, alius, vel alii, loco ipsius, vel ipsorum, de Consilio prædictorum Episcoporum, Comitum, & Baronum, Consiliariorum nostrorum, vel eorum qui ex ipsis superstites extiterint, substituentur.

Præterea, de Feodalibus Custodiis vel Escaetis nostris nichil fiet, nisi de Consilio & Consensu dictorum Consiliariorum nostrorum, eisdem modo prædicto substituendorum, & nostro.

Si vero Vicecomites, Forestarii, & cæteri Minores Ballivi deliquerint, per quod debeant à suis Balliis amoveri, nos, per supradictum Consilium nostrum, alios loco eorum substitui faciemus.

Nec Castra nostra ab eis, quibus tempore confectionis præsentium commissa fuerunt, resumemus, nisi per Consilium commune eorumdem Consiliariorum nostrorum, ad custodiam & gubernationem Regni nostri, & corporis nostri, & Reginæ nostræ assignatorum.

Promittimus etiam bona fide præfato Domino Regi quod filiam suam, Reginam nostram, affectu maritali, cum honorificentia omnimoda, quæ filiam tanti Principis, & nostram decet Reginam, tractabimus & custodiemus, & eidem, a Regno nostro, honores debitos & convenientes, in omnibus, & per omnia, exhiberi faciemus.

Obligationes etiam & concessiones rationabiles, quas prædicti Episcopi & Magnates nostri fecerunt præfato Domino Regi, ratas habemus & acceptas, ut eas quæ de Mandato nostro & voluntate processerunt.

Et, ad omnia prædicta fideliter & inviolabiliter observanda, jurare fecimus in animam nostram Patricium Comitem de Dumbar, subicientes nos cohercioni Domini Papæ ut, si contra prædicta in aliquo, quod absit, veniamus, ipse per censuram Ecclesiasticam, absque strepitu judiciali nos ad plenam præmissorum observationem compellat,

*I. 567. * Præsenti scripto, completo prædicto termino, ut prædictum est, nobis vel hæredibus nostris bona fide restituendo, nec postmodum aliquo tempore valituro.

In hujus autem rei testimonium præsenti scripto Sigillum nostrum fecimus apponi.

Teste meipso apud Rokesburg. vicesimo die Septembris, anno Regni nostri septimo.

Nos vero prædicto Regi Scotiæ promittimus, & concedimus bona fide, quod, expleto termino supradicto, per ea, quæ in dicto scripto continentur, nullum sibi, vel hæredibus suis, vel aliquo tempore, hac de causa, gravare vel molestare voluerint, nos ipsos Nobiles, & hæredes suos protegemus, & defendemus contra dictos Rebelles, & etiam pro posse eisdem succurremus.

Promittimus etiam bona fide quod pacem vel treugam cum prædictis rebellibus nullo modo, sine assensu prædictorum nobilium, faciemus: Dum tamen eosdem rebelles debita diligentia compellant ad emendandum nobis transgressiones, factas nobis per eosdem; & cum eis pacem vel concordiam non faciant sine nobis.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Werk. 21 die Septembris.

---

* *De Ordinatione cum personis de Scotia facienda.* *I. 568.

REX omnibus, &c. salutem. Ann. D. 1255.

Noveritis nos ratum habere & gratum quicquid dilecti & fideles nostri R. Comes Gloucestr. & Hertf. & Johannes Maunsell Præpositus Beverlaci, nomine nostro, fecerint, ordinaverint vel concesserint quibuscumque personis de Scotia. *An. 39. H. 3. Ibidem.*

Et super hoc plenam eis & liberam tenore præsentium tribuimus potestatem.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Alnewyk, 23 die Septembris.

Bulla directa Regi Angliæ pro Gervasio de Londoniis, Capellano Domini Papæ, & suis forbannitis de Regno Angliæ in gratiam ipsius Regis admittendis.

ALexander Episcopus, servus servorum Dei, carissimo in Christo filio Regi Angliæ illustri, salutem & Apostolicam benedictionem. Ann. D. 1255. *An. 39. H. 3. Ex Autogr.*

Exhibita nobis dilecti filii Magistri, Gervasii de Londoniis, Subdiaconi & Capellani nostri, Canonici Lichefelden. petitio continebat quod, olim orta inter venerabilem fratrem nostrum Hereforden. Episcopum, & præfatum Magistrum, super diversis articulis, materia quæstionis, idem Magister, ut dicitur, occasione quæstionis hujusmodi de mandato tuo extitit de Regno Angliæ forbannitus;

Verum cum eadem quæstio, quæ diù in Romanâ Curiâ extitit ventilata, fuerit amicabili compositione sopita, Serenitatem tuam rogamus attentiùs & hortamur quatinus, ipsum & suos, pro Apostolicæ sedis & nostrâ reverentiâ, relaxato banno prædicto, ad tuam gratiam favorabiliter admittens, eos in jure suo habeas propensius commendatos; ita quod possis ex hoc apud Deum & ho-

si præsentis anni decimæ non sufficerint, eisdem Rolando, Aldebrando Ildebrandi, & Bernardo Prosperini, ac aliis supradictis satisfacere, sine difficultate procurent de præfatis pecuniæ summis, juxta continentiam litterarum nostrarum & instrumentorum etiam prædictorum.

Contradictores per censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo.

Dat. Anagniæ, quarto Id. Octobr. Pontificatûs nostri anno primo.

Sigillo avulso.

Littera Ebulonis de Montibus, & Stephani Bauzan, de pactis super Castro de Acro-Monte.

Ann. D. 1255. An. 39. H. 3. L. B. f. 161. b.

NOverint universi quod nos, Ebulo de Montibus, & Stephanus Bauzan. Milites, protestamur &, in periculo gratiarum nostrarum profitemur, quod pacta illa, quæ facta seu ordinata fuerunt inter nos ex una parte, pro illustri Domino nostro, Domino Edwardo, illustris Regis Angliæ primogenito, & Reymundum Brun de Acro-Monte ex altera, fuerunt facta, & ordinata, & completa per approbationem, antequam Castrum de Acro-Monte redderetur nobis pro prædicto Domino nostro, vel etiam ipsa pax esset reformata vel ordinata inter nos pro Domino nostro, & Raymundum Willielmi de Acro-Monte; prout ipsa forma in Cyrographo, super hoc confecto, plenius continetur.

In cujus rei testimonium sigilla nostra præsentibus duximus apponenda.

Dat. apud Burdegalem, decimo tertio die Octobris, anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo quinto.

Scriptum Thalesiæ Dominæ de Marchia, tangens Castrum de Blankeford.

Ann. D. 1255. An. 39. H. 3. L. B. f. 161. b.

NOveritis quod ego Thalesia, Domina de Marchia, bona fide promisi, præstito corporali sacramento, quod, si contingat me recuperare possessionem Castri de Blankaford versus Petrum Bertrandi, quod tradam dictum Castrum Domino Edwardo, illustris Regis Angliæ primogenito, tenendum & habendum, usque ad quinque annos plenarie completos, expensis ipsius Domini Edwardi; salvis michi omnibus forinsecis, homagiis, redditibus, proventibus, ad dictum Castrum pertinentibus, & districtu, & domibus, & mansionibus existentibus extra fortalitiam dicti Castri.

In fine vero quinque annorum prædictorum dictus Dominus Edwardus, vel ejus locum tenens, seu Senescallus ejus in Vasconiâ, prædictum Castrum mihi, vel hæredibus, sine aliqua contradictione, restituet; ita tamen quod ego memoratum Castrum reddam prædicto Domino Edwardo, vel Senescallo suo in Vasconiâ, sumptibus ipsius Edwardi tenendum, quotiens, guerra superveniente, fuerit sibi necesse; mihi & hæredibus meis, cum guerra cessaverit, restituendum.

Promisi etiam, sub dicto juramento, & sub obligatione bonorum meorum, mobilium & immobilium, pro me, & hæredibus meis, quod nullam pacem, vel concordiam faciam cum prædicto Petro, vel hæredibus suis, de dicto Castro, sine voluntate & as-

guineo Domini nostri Regis Scotiæ amicitiam vestram, de qua bene confidimus, affectuose rogamus, quatenus in negotiis suis, quæ habet in Curia Domini Regis Angliæ expedienda, & quæ vobis plenius faciet intimari, consilium, favorem, & auxilium eidem efficaciter velitis impendere pro nostris precibus & amore; dello.

Ita ut ipse preces nostras sibi gaudeat profuisse, per quod dilectioni vestræ ad gratiarum merita specialiter teneamur. Valeat semper in Domino.

Alia Littera ab Episcopo Glascuen. super eodem negotio.

Instructiones & Informationes de negotiis cum Rege Hispaniæ tractandis.

REX dilecto & fideli suo, Johanni Maunsell, Præposito Beverlaci, salutem. Ann. D. 1255. Pat. 40. H. 3. Claus. 40. H. 3. m. 17. d.

Sciatis quod, sicut nuper, vobis præsentibus, fuerat provisum, misimus ad dilectum fratrem & fidelem nostrum Ricardum Comitem Cornubiæ dilectos & fideles nostros Johannem filium Galfridi, Petrum de Monte-forti, & Drogonem de Barentin. pro requirendo ejus consilio super negotiis, pro quibus ad Regem Castellæ mittendi sunt Nuncii nostri:

Et est consilium ipsius Comitis super præmissis ferè vestro consilio consonum; scilicet, quod Regi Castellæ respondeant Nuncii nostri quod ad ea omnia observanda, quæ inter nos, & ipsum convenerant, promtam & paratam habemus voluntatem:

Et quod Baronibus Wasconiæ jacturam, quam rationabiliter ostendere poterunt se habuisse occasione Regis Castellæ, emendabimus; & super aliis causis suis judicium Curiæ nostræ eis faciemus; &, ubi per judicium fuerint gravati, eis, ad petitionem dicti Regis, velut amicus pro amico, gratiam faciemus.

Verumptamen dicatur eidem Regi quod, cum ipse primus & supremus consiliarius sit, & esse debeat Edwardi sororii sui, expedit ut ipse statum terræ Wasconiæ & periculum prædicti sororii sui attendat in hac parte; maxime cum ipse satis audierit & intellexerit levitatem & inconstantiam prædictorum Baronum.

* Nam, si Castra sua eis restituerentur, maximum inde prædicto filio nostro iminere periculum amissionis terræ prædictæ Wasconiæ. * I. 571.

Et iterum, si terræ, ad Castra illa spectantes, eis redderentur, semper essent in insidiis Castrorum prædictorum; & etiam vix sine terris illis possent Castra illa sustentari & custodiri; unde necesse est quod idem Rex securitati & indempnitati prædicti sororii sui prospiciat in præmissis, & suum nobis consilium super hoc nobis significet, & nos inde de consilio suo faciemus unde esse debebit contentus.

De maritagio filiæ nostræ consulit idem Comes, ut per Nuncios eosdem, sub omni verborum cautela, respondeatur: Et super hoc dicere poterunt iidem Nuncii quod, cum de terris, quas dictus Rex Castellæ dederit, vel daturus sit Domino Emanueli fratri suo, nullam notitiam habeamus;

Ex altera parte in terra & potestate ipsius Regis nullus, ut dicitur, jus sibi vendicare potest in suis tenuris, nisi ad voluntatem dicti Regis;

Et indecentissimum haberetur filiam nostram alicui maritari viventi, nisi homini amplas & convenientes terras & possessiones habenti, & qui a suis terris & possessionibus, pro voluntate solâ, & libito sui Principis, non posset destitui.

Idem Rex prædictis Nunciis nostris scire faciat in quibus locis,

Et licet Nuncios nostros prædictos coram nobis & consilio nostro instruximus & informaverimus, prout melius scivimus & potuimus, præsente fratre nostro Comite supradicto, quia tamen vos factum istud melius nostis, & plus omnibus viventibus pro facto isto laborastis, informationem prædictorum Nunciorum & instructionem eorumdem, tàm super hiis articulis, quàm super omnibus aliis, de quibus ipsos a dicto Rege requirendos esse creditis, vestræ fidelitati & discretioni totaliter committimus, qualitercumque * a nobis & consilio nostro inde fuerint informari.

*I. 572.

Quod si expedire videritis, & commode fieri possit, consilium W. de Valenc. fratris nostri, S. de Monte forte Comitis Leicestr. & R. Comitis Gloucestr. super hiis habeatis.

Mittimus etiam vobis transcriptum litterarum, quas Regi Castellæ mittimus per eosdem, præsentibus interclusum.

De treuga autem Franciæ proroganda, & de facto Comitis Galriæ, nuper vobis per Petrum de Monte-forti nostram vobis scripsimus voluntatem, prout de consilio dicti Comitis fratris nostri fuerat ordinatum.

Teste Rege apud Oxon. &c.

Littera Gastonis Vicecomitis Bearn. pro Arnaldo Guillelmi de Acremont, quod foret fidelis Edwardo Regi Angliæ primogenito.

Ann. D. 1255. *An. 40. H. 3. L. B. f. 163. b. Penes Camerar. Scaccar.*

UNiversis præsentes litteras inspecturis, G. Dei gratia Vicecomes Bearnensis, salutem.

Noveritis quod nos tenemur, & nos obligavimus, & obligamus illustri Domino nostro Domino Edwardo, Domino Arnaldo Willielmi de Agremont, quod idem Arnald. Willielmi respondebit in Curia ejusdem Domini E. secundum consuetudines Vascon. omnibus querelantibus de se super dampnis quæ intulit a tempore, quo idem Arnaldus Willielmi composuit cum Domino Nicholao de Molis, exceptis tamen illis dampnis quæ per suos illata fuerunt tempore, quo idem Arnaldus Willielmi de Agremonte in Prisona Comitis Leycestriæ tenebatur.

Tenemur etiam prædicto Edwardo pro dicto Arnaldo Willielmi, quod idem Arnaldus Willielmi in quæstione hæreditatis, de quocumque tempore fuerit, in Curiâ ejusdem Domini E. respondebit secundum consuetudinem Curiæ Vasconiæ, & *non est alia* Curia in qua judicari debebit, præter supradictam.

Promittimus supradicto Domino nostro, & nos, & nostra eidem obligamus quod idem Arnaldus Willielmi sibi, & locum suum tenentibus in Vasconia, ab hac hora in antea fidelis existat.

Ad hæc autem omnia, & singula supradicta observanda, nos obligamus tunc demum quum idem Dominus Arnaldus Willielmi de Agremonte recuperaverit dictum Castrum de Agremonte,

tri 40.

Per P. Hereford. Episcopum.

Pro Edwardo filio primogenito Regis, de juramento super Concessione Siciliæ Papa præstando.

Ann. D. 1255. *An. 40. H. 3. Pat. 40. H. 3. m. 20. d.*

REX universis, præsentes literas inspecturis, salutem.

Cum sanctissimus Pater & Dominus Alexander, Papa quartus, Edmundo, nato nostro, Regi Siciliæ Regnum Siciliæ & totam terram, quæ est citra Farum usque ad confinia terrarum Ecclesiæ Romanæ, cum omnibus juribus, honoribus, districtibus, & pertinentiis suis (excepta Civitate Benevent. cum ipsius juribus & pertinentiis universis) de fratrum suorum consilio & assensu in feodum duxerit concedendum, sub quibusdam conditionibus, quæ in Apostolico privilegio, confecto super concessione hujusmodi, continentur:

Inter quas duæ conditiones habentur, ad quarum alteram implendam juramento, ad reliquas verò, promissione interposita, Edvardum primogenitum nostrum, memoratus Dominus obligari voluit;

Nos dicto Edvardo promittendi venerabili Patri fratri Jacobo Bononiensi Episcopo, ipsius Domini Papæ Nuncio, & obligandi se ipsi Domino Papæ, & Romanæ Ecclesiæ, & juramentum præstandi pro prædictis conditionibus adimplendis, per has patentes literas plenam auctoritatem concedimus & liberam potestatem.

In cujus rei testimonium præsentem paginam fecimus nostri sigilli munimine roborari.

Dat. apud Windes. anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo quinto. Indictione 13. pridie Calend. Decembris, Regni autem nostri anno 40.

Per ipsum Regem, Episcopum Heref. Com. Glouc. fratrem Domini Regis, Johannem Mansel, & alios de Consilio Domini Regis.

De privilegiis super facto Apuliæ signo Regis signatis.

Ann. D. 1255. *An. 40. H. 3. Pat. 40. H. 3. n. 34. m. 20.*

MEmorandum quod omnia privilegia, signo Regis Angliæ signata de facto Apuliæ, sigillata fuerunt per præceptum Regis, apud Windesor. & per consilium venerabilium Patrum P. Herefordensis Episcopi, & A. Wintoniensis Electi, Willielmi de Valentia, & Galfridi de Lezinan fratrum Regis, Ricardi Comitis Gloucestriæ & Hertford, Johannis de Plessetis Comitis Warr. Johannis Maunsel Præpositi Beverlaci, Philippi Lovel Thesaurarii Regis, Radulfi filii Nicholai, Rogeri de Turkelby, Hen. de Bracun,

Magistri & fratrum Militiæ Templi, quod, cum aliqui ad domos eorum, pro sua salute, se transferunt, aut res suas deponunt, hostes eorum, infra ambitum domorum ipsarum, eos & res suas, Dei reverentia & timore postposito, capiunt, & captos incarcerant, & ad redemptionem compellunt:

Quoniam igitur id indignum est penitus & absurdum, & fidelium saluti prorsus contrarium, ad exemplar fælicis recordationis Alexandri & Innocentii, prædecessorum nostrorum, Romanorum Pontificum, universitati vestræ per Apostolica scripta præcipiendo, mandamus quatinus universis generaliter sub excommunicationis interminatione, prohibere curetis ne qui in illos, qui ad domos prædictas fratrum pro sua salute confugiunt, vel in res eorum, infra ambitum domorum ipsarum, manus iniciant violentas.

Si qui autem nostræ prohibitionis fuerint transgressores, ipsos, contradictione & appellatione cessantibus, vinculo anathematis astringatis, & faciatis usque ad dignam satisfactionem, sicut excommunicatos, ab omnibus evitari.

Provideant tamen fratres ut homicidis, & pestilentibus hominibus, ad dispendium pacis atque justitiæ, sub hac indulgentiâ (nisi forte intercedendo) præsidium non impendant.

Dat. Lateran. Non. Decembr. Pontificatûs nostri anno primo.

Plumbeo sigillo a filis crocei rubeique coloris.

•I. 575. * *Bulla de Confirmatione libertatum & immunitatum, concessarum Domui Templi, tam per privilegia & indulgentias Apostolicas, quam per seculares Reges & Principes.*

Ann. D. 1255. *An. 40. H. 3. Ex Autegr.*

ALexander Episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis Magistro & fratribus Domûs Militiæ Templi Jerosolimitani, salutem & Apostolicam benedictionem.

Cum a nobis petitur quod justum est & honestum, tàm vigor æquitatis, quàm ordo exigit rationis ut id, per sollicitudinem officii nostri, ad debitum perducatur effectum:

Ea propter, dilecti in Domino filii, vestris justis petitionibus grato concurrentes assensu, omnes libertates & immunitates, a prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus, sive per privilegia, seu alias indulgentias, ordini vestro concessas; necnon libertates & exemptiones secularium exactionum, a Regibus & Principibus, vel aliis Christi fidelibus rationabiliter vobis indultas, auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus.

Nulli ergo, &c.

Dat. Lateran. septimo Id. Decembris, Pontificatûs nostri anno primo.

Plumbeo sigil. a filis crocei rubeique color.

Dat. Lateran. 7 Id. Decembr. Pontificatûs nostri anno primo.

Plumbeo sigil. a filis crocei rubeiq; coloris.

---

* *Ut Prælati recipiant humiliter, & fideliter exponant privilegia, & literas Apostolicas pro fratribus Templi directas, & ut cogant subditos suos ad justitiam eis exhibendam.* •I. 576.

ALexander Episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus Archiepiscopis, & Episcopis; ac dilectis filiis Abbatibus, Prioribus, Archidiaconis & universis aliis Ecclesiarum Prælatis, ad quos literæ istæ pervenerint, salutem & Apostolicam benedictionem.

Ann. D. 1255. *An. 40. H. 3. Ex Autegr.*

Si discrimina, quæ dilecti filii fratres Militiæ Templi, pro defensione Christianitatis, cotidie sustinent in partibus transmarinis, & beneficia, quæ pauperibus subministrant, consideratione sollicita pensaretis, non solum ab illorum cessaretis molestiis, sed & alios studeretis districtius cohibere.

Cæterum audivimus, & audientes nequivimus non mirari, quod eos quidam vestrûm, solito durius persequentes, non solum querelas eorum dissimulant, sed ipsos gravibus injuriis vexaverunt, & in dampnabili adhuc proposito perseverant; literas nostras generales, & quandoque speciales legere contempnentes, quas, si interdum legerint, vili pendunt.

Unde Clerici & Laici, sumentes audaciam, adversus eos securius insolescunt, elemosinas & beneficia subtrahunt consueta.

Invasores quoque bonorum ipsorum fratrum non arguunt, sed in sua familiaritate recipiunt; fratres ipsos intolerabiliter deprimentes, quos, pro suæ religionis honestate, deberent attentiùs sustentare.

Unde, quoniam gravamen eorum tanto minus volumus in patientia sustinere, quanto gravius (justo Dei judicio permittente) jugiter ipsos inimici Christiani nominis prosequuntur;

Universitati vestræ, ad instar fælicis recordationis Honorii Papæ, prædecessoris nostri, per Apostolica scripta mandamus, & in obedientiæ vobis virtute præcipimus, quatinus literas, quas pro eis dirigimus, seu generales fuerint, seu etiam speciales, recipiatis humiliter, & fideliter exponatis, subjectos vestros ad solitas elemosinas & beneficia sollicitis monitis & exhortationibus inducentes.

Fratres autem benigne recipiatis, & honeste tractetis, attentius provisuri ut, de parrochianis vestris, vel subditis aliis si querelam detulerint, ipsos ad exhibendam justitiam, omni gratia & timore postpositis, canonica severitate cogatis: Ita quod fratres ipsi, ex negligentiâ vestrâ, ad sedem Apostolicam non laborent.

Scituri quod, si præcepto nostro præsumpseritis ulterius contraire, in vos, sicut inobedientes, animadvertere severiùs compellemur.

Dat. Lateran. sexto Id. Decembr. Pontificatûs nostri anno primo.

Plumbeo sigillo a filis crocei rubeique coloris.

Bulla

[illegible] Magister R. pecuniam illam eidem Episcopo solvere hæsitavit, eo quod mandatum Apostolicum super hoc non receperat,

Et nos rogaverit quod, per aliquos viros religiosos Regni nostri, securitatem de indempnitate sua, in hac parte conservandâ sibi faceremus exhiberi,

Nosque dispendium non modicum incurrere poterimus, nisi eidem Episcopo celeriùs satisfiat de prædictis quatuor millibus libris Turonensibus; præsertim cum dictus Episcopus jam sit in procinctu itineris proficiscendi ad Curiam Romanam, pro arduis negotiis nostris:

De devotione vestra, præ cæteris viris religiosis Regni nostri pleniorem fiduciam reportantes, vobis in fide & dilectione, quibus nobis tenemini, & sicut nos & honorem nostrum diligitis, mandamus, rogantes quatenus dictam cautionem, unà cum Abbate vestro, cui id mandavimus, per obligationem, quam idem Magister R. a vobis requisierit, sine ulla dilatione præstetis;

Et nos per litteras patentes vel alio modo, prout providendum duxeritis, indempnitati vestræ super præmissis providebimus.

Teste Rege apud Clarendon, vicesimo nono die Decembris.

Eodem modo mandatum est Abbati Westmonasteriensi.

Et mandatum est Magistro Rostando quod, facta solutione prædicto Episcopo de prædictis quatuor millibus libris Turonensibus, Literam Papalem de solutione illa, Regi directam, quam idem Episcopus penes se habet, capiat ab eodem Episcopo, ut R. inde possit respondere; & hoc non omittat.

Teste ut supra.

Ne Confratriæ aliorum præponantur Confratriis Templi, &c.

Ann. D. 1256. *An. 40. H. 3. Ex Autogr.*

ALexander Episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus Archiepiscopis, & Episcopis; & dilectis filiis Abbatibus, Prioribus, Decanis, Archidiaconis, Præpositis, Archipresbyteris, & aliis Ecclesiarum Prælatis, ad quos litteræ istæ pervenerint, salutem & Apostolicam benedictionem.

Cum dilectis filiis, fratribus Domûs Militiæ Templi Jerosolimitani fuerit a prædecessoribus nostris indultum, & a nobis postmodum confirmatum ut, semel in anno, recipiantur in Ecclesiis ad elemosinas colligendas; quidam vestrum, avaritiæ ardore succensi, confratrias suas confratriis ipsorum, eadem die, in ipsorum adventu, præponunt, & sic fratres ipsi confusi, aut nichil exinde, aut modicum consequuntur.

De cætero quoque fratres militiæ Templi, in vestris Episcopatibus constitutos, qui, crucem & suum habitum deponentes, per illecebras seculi & vitiorum abrupta vagantur; & illos etiam, qui prioribus suis contumaces & rebelles existunt, & Balivas detinent contra voluntatem ipsorum, moneatis instanter, &, pro vestri officii debito, compellatis ut, habitum depositum resumentes, in obedientia Prælatorum suorum devotè ac humiliter perseverent, & Balivas, sive alia officia, per violentiam, nullo modo detinere præsumant.

Quicunque autem mandatorum nostrorum extiterint contemptores, excommunicationis eos sententia percellatis, quam faciatis usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari.

Præterea quicunque de facultatibus, sibi collatis, adeo fratribus subvenerint supradictis, & in tam sancta fraternitate statuerint se Collegas, eisque beneficia persolverint annuatim, septimam partem injunctæ pœnitentiæ relaxamus.

Apostolica quoque auctoritate, ob reverentiam ipsius venerabilis domùs, statuimus ut hiis, qui eorum fraternitatem assumpserint, si forsan Ecclesiæ, ad quas pertinent, a divinis fuerint officiis interdictæ, ipsosque mori contigerit, nisi excommunicati vel nominatim fuerint interdicti, aut etiam publicè usurarii, sepultura ecclesiastica non negetur.

Volumus autem ut liceat eis confratres suos, quos ecclesiarum Prælati apud ecclesias suas malitiosè non permiserint sepeliri, nisi excommunicati vel nominati fuerint interdicti, aut etiam publicè usurarii, tumulandos deferre ad ecclesias domùs Templi; & oblationes tam pro eis, quam pro aliis, qui in eorum Cimiteriis requiescunt, exhibitas sine alieni juris præjudicio retinere.

* Hoc etiam addito ut receptores fraternitatis ejusdem, seu etiam collectarum, salvo jure dominorum suorum, sub beati Petri & *I. 579.
nostra protectione consistant.

Adicimus insuper ut, si qui eorundem Fratrum, qui ad easdem Fraternitates missi fuerint, vel collectas, in quamlibet Civitatem, Castellum, vel Vicum advenerint, si fortè locus ille à divinis fuerit officiis interdictus, in eorum jocundo adventu semel apperiantur ecclesiæ annuatim; & excommunicatis & nominatim interdictis ejectis, divina ibi officia celebrentur; salva in omnibus supradictis declaratione Concilii Generalis.

Ad majorem quoque vestræ mercedis cumulum, nichilominus vobis mandado præcipimus quatinus hanc nostram Constitutionem per Parrochias vestras nuntiari propriis litteris faciatis.

Mandamus etiam ut, siqui de clericis ecclesiarum vestrarum præfatis fratribus, cum licentia Prælati & Capituli sui, sponte ac gratis per annum, vel biennium decreverint deservire, nequaquam impediantur, & interim sua Beneficia non amittant.

Dat. Later. 3 Non. Jan. Pontif. nostri anno secundo.

Plumbeo sigillo a filis sericis flavi rubeique coloris.

tis.

Nulli ergo, &c.

Dat. Lateran. 15 Kal. Febr. Pontificatûs nostri anno secundo.

Plumbeo Sigillo a filis sericis flavi rubeique coloris.

*I. 580. * *De Articulis Treugarum inter Regem Angliæ, & Regem Franciæ emendandis & firmandis.*

Ann. D. 1256. An. 40. H. 3. Pat. 40. H. 3. m. 17.

REgi Franciæ Rex Angliæ, &c.

Salutem, & sinceræ dilectionis affectum.

Dilectum & fidelem nostrum, Petrum de Monteforti, ad vestræ Celsitudinis præsentiam destinamus pro emendandis & firmandis articulis super interceptionibus treugarum, prolocutis per dilectos & fideles nostros Simonem de Monteforti Comitem Leycestriæ, & Petrum de Sabaudia, vice nostrâ, & gentem vestram in præsentia vestra: Sine quibus servari non poterit Treuga ipsa, quam, pro pace & quiete subditorum optamus inviolabiliter custodiri;

Serenitatem vestram rogantes attentius quatinus ad ista exequenda velitis intendere, ita quod, tàm vestri, quàm nostri subditi pacem habeant & quietem; quamdiu duraverit treuga vestra.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Windesor. 20 die Januarii.

De Treugis prorogandis cum prædicto Rege Franciæ.

Ann. D. 1256. An. 40. H. 3. ibid. m. 17.

REX omnibus, &c. salutem.

Noverit Universitas vestra nos dedisse dilectis & fidelibus nostris, Johanni Maunsell Præposito Beverlaci, & Bertramo de Crioyl, plenam & liberam potestatem capiendi, prorogandi, & firmandi Treugas, nomine nostro, cum illustri Rege Franciæ, tàm pro ipso Rege, & Fratribus, & Inprisiis, Valitoribus & hominibus eorum; quam pro nobis, & Edwardo filio nostro, fratribus & Inprisiis, Valitoribus & hominibus nostris a festo Sancti Remigii (finientibus treugis, ultimò captis, inter ipsum Regem & nos, per dilectos & fideles nostros, Simonem de Monteforti Comitem Leycestriæ, & Petrum de Sabaudia) usque ad terminum trium annorum, post treugas proximò sequentium, completorum duraturas.

Damus etiam eisdem, Johanni & Bertramo, plenam potestatem jurandi in animam nostram super observatione treugarum earumdem, per eosdem firmandarum, in forma & modo quibus, per ipsos, nomine nostro, captæ fuerint & provisæ; firmum & stabile, in omnibus, habituri quicquid, per eosdem, actum fuerit in præmissis.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Windesor. 24 die Januarii.

auxilio & virtute confisus, negotium Regni Siciliæ sub conditionibus, in apostolico contentis privilegio, acceptavit.

Super quo nos, grandi exultantes in Domino gaudio, ac condignas altissimo gratias referentes, devotis insistimus supplicationibus apud eum, ut ipso, qui primitus inspiravit eidem ut prædictum negotium libenter assumeret, det ei gratiam illud potenter ac efficaciter prosequendi, ad laudem & gloriam divini nominis, exaltationem Apostolicæ sedis, & exterminium inimicorum Ecclesiæ ac fidei Christianæ.

Veruntamen non indignè miramur quod, circa ea quæ promotionem & expeditionem ipsius negotii specialiter respiciunt & contingunt, sollicitudo debita, ex parte regia, non est hactenus habita, nec videtur haberi.

Cum enim ad solutionem debitorum, quibus eadem prægravatur ecclesia, cunctis procedi deberet studiis, & diligentia in hoc adhiberi efficax, cum Mercatores, qui pecuniam mutuarunt, continuis apud nos insistant clamoribus importunis, nos vexent exactionibus, & tædiosis querimoniis nos affligant, apparet ipsum negotium in hac parte quasi postpositum & neglectum.

Cum igitur, sicut prædiximus, ab eisdem mercatoribus jugiter stimulemur, & Mercatores Romani parati sint, nisi satisfiat eis in termino, ad possessiones Ecclesiarum urbis, quæ obligatæ sunt eis, avidas manus extendere, illasque totaliter, quod dolentes referimus, occupare;

Fraternitati tuæ per Apostolica scripta, districte præcipiendo, mandamus quatinus, sicut nostram & Apostolicæ sedis caram habes gratiam, omnem adhibeas diligentiam, sollicitudinem & cautelam ut præmissa debita & ex decima ecclesiasticorum proventuum Regni Angliæ, & aliarum terrarum ejusdem Regis, & alias per Regem ipsum, sicut, expedire videris, totaliter persolvantur; ita quod tuam exinde possimus industriam dignis in Domino laudibus merito commendare.

Et cum dilectus filius noster, O. Sanctæ Mariæ in via lata Diaconus Cardinalis, jam redierit ad Apostolicam sedem, & sciat idem Rex quod Provincia Terræ Laboris, & aliæ terræ ipsius Regni, quæ adhærent Ecclesiæ, remanserunt & remaneant immunitæ (cum adeò exhausta sit Camera nostra quòd nequaquam eis de subsidio providere possimus) in ammirationem nobis vertitur vehementem quod dictus Rex nullum suffragium, in pecunia, vel militibus, pro conservatione & defensione prædictarum Provinciæ ac Terrarum, destinare curavit.

Volumus itaque ut eidem Regi suadeas diligenter quod, propulsa qualibet negligentia, intendat omnino ad prosecutionem negotii supradicti, prædictis Provinciæ ac Terris, de necessario subsidio, celeriter providendo.

Et aperte sibi denunties quod mora maximum periculum ad se trahit; &, si permiserit adversarium prædictas terras atque Provinciam occupare, id, quod ad præsens competentibus manutenere sumptibus, cum multarum & magnarum expensarum effusione, vix postmodum recuperare valebit.

Dat. Lateran. Non. Februar. Pontificatûs nostri anno secundo.

Hæc Schedula pendet ab eodem filo.

Scire te volumus quod, nisi soluta fuerint debita Ecclesiæ in terminis constitutis, nos ad irritationem negotii procedere, prout continetur in Apostolico privilegio, procuidubio compellemur, neque deferremus prædicto Regi aliquatenus in hac parte: Et benè placet nobis quod idem Rex id specialiter per te sciat.

Plumbeo Sigil. penden. a filo canabeo.

* Ne

H. 3. n. 19. In cujus, &c. duraturas per septem annos proximo sequentes integre completos.

Teste Rege apud Wodestoke, 13 die Februarii.

De nihil impetrando contra Regem super facto Siciliæ.

Ann. D. 1256. An. 40. H. 3. Claus. 40. H. 3. m. 15. d. MAndatum est Baronibus & Ballivis Regis Dovor. quod non permittant aliquem Clericum per Portum Dovor. transfretare, nisi prius juret quod, si Curiam Romanam adierit, nihil impetrabit contra Regem super facto Regni Siciliæ; nec super ordinatione inde facta per Dominum Papam; nec etiam super aliis contra Coronam vel Dignitatem Regis Angliæ.

Teste Rege apud Wodestoke, 15 die Februarii.

* I. 583. * *Eodem modo mandatum est Rogero de Cobham, custodi quinque Portuum, ne permittat aliquem Clericum transfretare per aliquem prædictorum quinque Portuum, nisi, &c.*

Teste ut supra.

De negotio Siciliæ.

Ann. D. 1256. An. 40. H. 3. Pat. 40. H. 3. n. 28. REX R. Abbati Westm. salutem. Quia Dominus Papa commisit Magistro Rostando Subdiacono & Capellano suo executionem negotii crucis, & ipsum assignavit ad satisfaciendum diversis Mercatoribus, de quadam summa pecuniæ, capta ad opus nostrum pro negotio Siciliæ de pecunia decimæ, nobis concessæ;

Nos solutionem mille septingentarum & quinque librarum, 17 solidorum, & octo denariorum sterlingorum, quam Herenimio Herenimii, & Raynero Barborti, & sociis suis Mercatoribus Senens. de mandato ejusdem Magistri Rostandi, fecistis; atque solutiones alias quas, de mandato ipsius, eisdem Mercatoribus, de eadem pecunia facietis, gratas habemus & acceptas:

Mandantes etiam ut, si quod residuum habeatis de pecunia memorata, illud præfato Magistro Rostando, unà cum rotulis & cautionibus, reddatis; præsertim cum idem Magister paratus sit vobis suas litteras conficere patentes, ea omnia quæ a vobis receperit testificantes.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Wodestok, 17 die Februarii.

Per P. Hereford. Episcopum, & Magistrum Rostandum.

gotium sustentari; nam isto anno, per Dei gratiam, & industriam Magistri Rustandi, erit ab obligationibus Mercatorum Senensibus penitus liberata.

Scribitur etiam Domino Papæ super dicto negotio.

Scribitur etiam Magistro Jordano Domini Papæ Notar. super eodem. Et transcripta brevium poterunt inveniri in bursa rubea.

De Capitaneo in Siciliam cum militia competenti transmittendo.

SAnctissimo in Christo Patri, &c.

Nuper per religiosum virum, fratrem Johannem de Dya, Pœnitentiarium & Capellanum vestrum, Sanctitati vestræ scripsimus, nos tractare super Capitaneo transmittendo, cum pecunia & militia competenti: Ann. D. 1256. An. 40. H. 3. Claus. 40. H. 3. m. 13. d.

Cæterum clementiæ vestræ adhuc significare studemus, quod super præmissis vigilantiam & sollicitudinem adhibemus;

Cæterum Proceres & Majores Consilii nostri, super casu, qui, post gratiam, nobis factam de Regno Siciliæ, contigit per proditionem Marchionis de Herebroke, mirabiliter stupefacti, vix negotium audent assumere in hoc statu; præsertim cum inter cæteras conditiones, in privilegio vestro contentas, illa continetur expresse; quod non eamus, vel mittamus donec vobis & Ecclesiæ Romanæ de 135541 Marcarum plene fuerit satisfactum.

Unde, cum, occasione negotii supradicti, Mercatoribus Senensibus & Florentinis in nonnullis pecuniarum summis, quas venerabilis Pater O. Sanctæ Mariæ in via lata Diaconus Cardinalis, Apostolicæ sedis Legatus, de manu Hereford. Episcopi, Procuratoris & Nuncii nostri, recepit, simus sub pœnis gravissimis obligati, quas incessanter solvi facimus, juxta vestri tenorem mandati: super ordinatione Capitanei destinandi nondum potuimus complere tractatum; cujus consummatio non modicum desiderat pecuniæ interventum.

Non enim credimus quod hodie Princeps aliquis regnat in terris, qui ita subitò tantam pecuniam possit habere ad manum.

Dicunt ergo illi, apud quos laboramus ut vadant, frustra illuc ibimus, in vanum istud negotium assumemus, quousque prænominata summa plene fuerit persoluta.

Ecce quod, huic negotio celeriter succurrere cupientes, juxta vestrum beneplacitum & mandatum, hinc verò prætactum periculum formidantes, cujusdam perplexitatis laqueis intricamur, inter grandes & graves angustias constituti.

Verumtamen ad Apostolicæ clementiæ benevolentiam considerationis oculum retorquentes, magis elegimus vestræ pietatis providentiæ nos & nostra exponere liberaliter & libenter, quam in tanto periculo negotium deserere indefensum; sperantes vos nolle beneficiis vestris nos decipi, sed juvari.

Bulla pro Archiepiscopo Armachano.

Ann. D. 1256. An. 40. H. 3. Ex Autogr.

ALexander Episcopus, servus servorum Dei, carissimo in Christo filio Regi Angliæ illustri, salutem & Apostolicam benedictionem.

Rex virtutum, a quo sancta desideria, recta consilia, & justa sunt opera, cordi tuo sic virtuosos infudit affectus quod, licet cura Regni te occupet temporalis, crucis tamen, pietatis, & aliis insistere operibus non omittis, per quæ cælestis Regni possessor effici merearis.

Inter illas quidem gratias, quibus ipsius Regis benignitas te munivit, illa in te fulgere dinoscitur quod, videlicet, Ecclesiæ, ac Ecclesiasticæ personæ, præsertim Deum timentes, a te specialiter diliguntur; nam illas benigno favore prosequeris, & easdem per exauditionis benignæ gratiam, in oportunitatibus suis, cum expedit, consolaris.

Cum autem Regiam benignitatem deceat ut illos gratiæ benivolentia amplioris foveas, qui morum honestate conspicui, nobisque, ac sedi Apostolicæ specialiter sunt accepti, Serenitatem tuam affectuose rogamus quatinus procuratores, quos venerabilis frater noster Archiepiscopus Armachanus, apud sedem prædictam existens, ad sua & Ecclesiæ suæ negotia in partibus Yberniæ prosequenda, constituit, pro nostrâ & sedis reverentiâ supradictæ, sicut aliàs scripsimus tibi, clementer admittas;

Non obstante consuetudine Regni tui, quâ obtentum esse dicitur quod in Curia Regia constitui ab absentibus procuratores sive attornati non possunt; præsertim cum Archiepiscopus ipse, ipsius consuetudinis prætextu, dampna plurima se ac Ecclesiam eandem asserat incurrisse.

Preces igitur nostras sic adimplere procures, ut nos, qui hoc nobis in ipso, admodum Ecclesiæ Romanæ accepto, pro gratia fieri volumus, speciales tibi exinde gratias referamus.

Dat. Lateran. 6 Kal. Aprilis, Pontificatûs nostri anno secundo.

Plumbeo sigillo a filo canabeo.

Pro Isabella Domina de Croun sorore Regis.

Ann. D. 1256. An. 40. H. 3. Pat. 40. H. 3. m. 25.

REX omnibus, &c. salutem.

Sciatis quod concessimus dilectæ sorori nostræ Isabellæ, Dominæ de Croun, in auxilium maritandi se nobili viro Duci Burgundiæ, mille Marcas sterlingorum.

De quibus solvere promittimus venerabili Patri Winton. Electo, & W. de Valencia fratribus nostris, vel eorum alteri, ad opus prædictæ sororis nostræ, quingentas Marcas ad Scaccarium nostrum in Festo Sancti Michaelis, anno, &c. 40. & residuas quingentas Marcas ad Scaccarium in Festo Paschæ proximo sequentis.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Westm. 17 die Aprilis.

• I. 586. Ann. D. 1256. An. 40. H. 3.

** Pro Rege Manniæ, cingulo Militiæ decorato.*

MAgnus, Rex Manniæ, quem Rex Angliæ nuper, in Festo Paschali, cingulo Militiæ decoravit, habet litteras Regis de protectione simplices, duraturas quamdiu Regi fidelis extiterit;

1256. An. 40. H. 3. Ibidem.

… juro & promitto me procuraturum, pro posse, ac bona fide laboraturum, & facturum, quod, postquam Dominus Edmundus Frater meus, illustrissimus Rex Siciliæ, ad ætatem quindecim annorum pervenerit, pro Regno Siciliæ & tota terra, quæ est citra Farum, usque ad confinia terrarum Ecclesiæ Romanæ (Civitate Benevent. cum suis juribus & pertinentiis, duntaxat excepta) sibi & hæredibus suis, utriusque sexûs, in feudum concessis, sub certis conditionibus, in Apostolico privilegio, super hoc confecto, contentis, juramentum fidelitatis Romano Pontifici, & Ecclesiæ Romanæ præstabit, & propter hoc ligium eis homagium faciet & jurabit, ac servabit quæcumque in memorato privilegio circa articulos de Imperio continentur, & omnia, quæ in ipso privilegio scripta sunt & expressa, concedet & approbabit, & acceptationem eorum, & promissionem de servandis illis omnibus renovabit.

In cujus rei testimonium, &c.

** Littera R. Cardinali de Negotio Siciliæ.* • I. 587.

Ann. D. 1256. An. 40. H. 3. Claus. 40. H. 3. m. 13. d.

VEnerabili Patri R. Sancti Angeli Diacono Cardinali, &c.

Sinceritatis vestræ promptitudo, quam clarè probant operum testimonia, in nostris negotiis promovendis, nos sollicitant & invitant, ut in agendis nostris ad vestræ discretionis prudentiam recurramus; per quam in hiis, quæ nobis incumbunt, consilium & auxilium confidenter habere speramus.

Ea propter Paternitati vestræ tenore præsentium volumus fieri manifestum, quod super negotio Regni Siciliæ, nuper in adventu venerabilis Patris Bonon. Episcopi, ad nos propter hoc destinati, cum proceribus & majoribus totius Regni nostri tractatum habuimus diligentem: Qui conditiones, sub quibus ipsum Regnum Edmundo filio nostro, & suis hæredibus est concessum, gravissimas reputabant,

Illas potissime per quas, infra festum Sancti Michaelis, proximo venturum, ire teneremur, vel mittere Capitaneum cum militia competenti; & 135000 Marcarum 540 & unam, propter damna & interesse nihilominus solvere infra eundem terminum, sub pœna anullationis totius negotii; nobis insuper remanentibus excommunicatis, & toto Regno nostro supposito Ecclesiastico interdicto.

Has utique conditiones & pœnam durissimas judicabant, cum, præter dictam summam, sicuti Nuncii nostri referent, ad aliam summam non modicam teneamur.

Quis enim Princeps infra tam breve temporis spatium, cum pecunia, quam eundo vel mittendo noster desiderat apparatus, posset ita repente habere ad manum tam immensas pecuniæ quantitates?

Formidantes igitur pericula quæ incumbunt, nobis dissuadebant omnino, ut nequaquam subjiceremus tanto discrimini statum nostrum.

Nos vero sperantes in illo, qui est in se sperantium fortitudo, dictum negotium, per procuratores & nuncios inceptum, & quantum in se fuerat consummatum, confisi quod sedes Apostolica nullum opprimit, sed potius oppressos relevare intendit, ad plenum complevimus, sicut per privilegia nostra, & filiorum nostrorum, quæ per dictum Bonon. Episcopum, Domino Papæ & fratribus destinamus, vobis fiet plenissima certitudo.

Cæterum, dicto tractatu pendente supervenit rumor terribilis de jactura & damnis Ecclesiæ Romanæ & nobis illatis, per proditionem Marchionum de Herebroke, qui se mentiebantur fideles Eccle-

[illegible], &c.

Eodem modo scribitur Venerabili Patri J. Dei gratia Titulo Sancti Laurentii in Lucina Presbytero Cardinali.

Eodem modo Venerabili Patri Domino Hugoni Titulo Sanctæ Sabinæ Presbytero Cardinali.

Eodem modo Domino Willielmo Sancti Eustach. Diac. Card.

Eodem modo Magistro Jordano Domini Papæ Notar.

Eodem modo scribitur Venerabili Patri Ottobon. Sancti Adriani Diac. Cardinali. Hoc adjecto : Cum nepotes vestri filiis nostris lineâ consanguinitatis sint conjuncti, confirmationem veræ donationis fœlicis recordationis Innocentii Papæ, super bonis quæ fuerunt quondam Petri de Vinea, in forma, quam dilectus vester & noster Magister Rostandus nobis exposuit, vobis per latorem præsentium destinamus.

Teste ut supra.

Littera Principis Walliæ de irruptionibus Baronum Marchiarum.

Ann. D. EXcellentissimo Domino H. Dei gratiâ illustri Regi Angliæ,
1256. Domino Hiberniæ, & Duci Acquitanniæ, L. Filius Griffini
An. 40. Princeps Walliæ & Dominus Snaudon. salutem, & affectionem,
H. 3. & obsequia.
Ex Bundello litter. tempore H. 3. Nobilitati vestræ conquerendo significamus quod, postquam Ph. le Breer, ex parte vestra, ad nos accessit, ut constitueretur dies & locus ad faciendum & recipiendum emendas, secundum formam treugarum, de interceptionibus earundem, ex utraque parte factis, Justiciarius Cestriæ, Barones partium illarum, & filii Domini Johannis Extranei, plures irruptiones & insultas fecerunt in terras dilecti & fidelis nostri Domini Griffini de Bromfeud, villas comburendo, prædas diripiendo, homines quosdam occidendo, & quosdam capiendo.

Et nunc, ultimo die Lunæ post festum beati Mathæi Apostoli, cum dies ille esset constitutus ad habendum Parliamentum inter nos ex una parte, & dictum Justiciarium ex altera, hominibus nostris & hominibus dicti Griffini congregatis ad dictum Parliamentum, dictus Justiciarius, cum sua sequelâ, magnam prædam in alia parte terræ dicti Griffini cepit & abegit;

Unde, quia diu non possumus pati tales transgressiones multas pertransire, excellentiam vestram rogamus quatenus, ad emendationem dictarum transgressionum, sanum & maturum velitis consilium apponere, ne pro defectu justiciæ necesse habeamus, quod absit, quærere vindictam.

Valeat Nobilitas vestra.

kes, ils distrurrount tote la terre nostre Seignour le Rei jekes a feverne e Wae a Coe de eut, il bien e ne demandent autre chose fors kecil ensens la terre de Went.

Valez en Dieu.

Dominis Comiti Norff. Ph. Basset, J. Maunsell, & R. Waleraund.

Sachiez ke, puske ces lettres furent feres, nous vyndrent noveles ke nostre gent, de la Montaigne, ki furent lasus por garder lour preis, e la gent de Seighynch, en escistrent bien 200 Galeis de pie, e 11 a chival en la Marche, des doens terres ki sen veneient, come tot esbyz de la desconfiture.

Littera Regi Castellæ de Matrimonio inter Filiam suam, & Fratrem prædicti Regis.

REGI Castellæ salutem. Ann. D.
Naturalis affectionis vigens sinceritas suadet & exposcit, ut 1156.
uterque nostrûm statum proprium alteri frequenter insinuet, & al- *An.* 40.
terius felicitate lætetur; *H.* 3.
Propter quod vobis, tenore præsentium, intimamus nos, & Re- *Claus.*
ginam nostram, liberosque nostros Corporum sospitate vigere, id 40. *H.* 3.
ipsum scire de vobis, & Regina consorte vestra, liberisque vestris, *m.* 17. 2.
summo desiderio affectantes.

Sane super hiis, quæ per dilectum consanguineum nostrum Tolett. Electum, Germanum vestrum, & prudentem virum Garsiam Martini, nobis significastis, videlicet super matrimonio inter fratrem vestrum & filiam nostram contrahendo, & de cruce Affrican. & de facto Vasconiæ.

Serenitati vestræ præsentibus intimamus quod in hiis, quæ vestro & nostro conveniunt honori, pronam habentes voluntatem, dilectos & fideles nostros Drog. de Barentine, & Venerabilem virum Thomam, Priorem de Hurle, ad vestræ * Celsitudinis præ- * I. 59a.
sentiam destinamus; qui intentionis nostræ propositum vobis exponent plenius in præmissis;

Quibus, si placet, super hiis fidem adhibentes, nobis per eosdem significare velitis vestræ beneplacitum voluntatis.

Et, licet venerabilem patrem P. Heref. Episcopum, & dilectum & fidelem nostrum J. Maunsell, Præpositum Beverlaci, vel eorum alterum, ad vestram, hujus rei causa, misisse præsentiam optaremus, sicut præfatus Garsia à nobis cum diligentia postulavit; idem tamen Episcopus tanta corporis ægritudine flagellatur, tantisque ac tam arduis dictus J. nostris obvolvitur negotiis, quod ipsos, ad præsens, ad vos mittere nequimus; serenitatem vestram rogantes attentius quatinus id grave, si placet, non habeatis vel molestum.

Teste Rege apud Oxon, &c.

invitis:

Unde quia nos parati sumus, si aliqua potuerunt contra nos & nostros opponi de interceptione treugarum, convenientibus ex utraque parte Dictatoribus treugarum, loco congruo & tempore competenti eadem emendare; dum tamen dicti Barones super hiis, quæ versus nos transgressi sunt, similes faciant emendas.

Rogamus igitur Nobilitatem & discretionem vestram quatenus non multum moveamini propter minus rationabiles querelas Marchionum de nobis, donec de nostro facto, & de causa facti discutiatis veritatem.

Quamplures autem coram Majestatis vestræ præsentia de nobis deferunt querelas, qui minus diligunt proficuum vestrum & honorem quam nos fecimus, si eorum posse æquipararetur voluntati; placeat igitur Excellentiæ vestræ & benignitati voluntatem vestram, super præmissis, nobis rescribere per latorem præsentium. Valete.

---

* I. 591. * *Littera Lewelini filii Griffini excusatoria de criminibus sibi objectis.*

Ann. D. 1256. An. 40. H. 3. Ibidem.

EXcellenti Domino H. Dei gratia, illustri Regi Angliæ, Domino Hiberniæ, & Duci Aquitanniæ, L. filius Griffini, salutem, & affectum ad obsequia.

Excellentiæ vestræ literas ea qua decuit reverentia & honore suscepimus, continentes vobis fuisse intimatum quod, agentibus vobis extra Regnum vestrum, nos quædam Castra hominum vestrorum occupando, homines occidendo, & deprædationes faciendo, contra treugas, quæ vobis & nobis sunt communes, venire præsumpsimus;

Unde Nobilitati vestræ pro certo significamus quod nos dictas treugas hucusque non intercepimus versus vos, vel vestros, qui easdem versus nos, & nostros observaverunt illæsas;

Quod quidem audacter possimus ponere super Baron. de Cateric. Staffordscir. & Sallopp. qui quidem nobis fuerunt innocui, & nos eisdem fuimus indempnes;

Verum, quoniam quidam Barones de Marchia, qui jactabant se non esse contentos sub dictis treugis, ipsas violari præsumpserunt, perturbando possessionem nostram in quibusdam terris, quarum seisinam adepti fuimus, hominibus terrarum voluntarie venientibus ad nos, & se nobis tradentibus sine coactione & violentia, nos dictis Baronibus & eorum fautoribus, secundum eorum demerita, persolvimus tallionem.

Nec est contra dictarum treugarum formam, si homines, qui prius fuerunt in nostra seisina, voluntarie venientes ad nos recipiamus, quia consimile nobis aliunde datum fuit exemplum.

Benè enim memini quod Comes Gloucestriæ recepit ad se Magnates de Morgannuc, qui erant in nostra seisina tempore reformationis dictarum treugarum; sed, quia voluntarie se reddiderunt dicto Comiti, non sumus conquesti ipsum super hoc prædictas treugas intercepisse.

Simili modo Ballivi vestri & Barones de Sudwallia homines & terras de Dynet, quæ erant in nostra seisina, receperunt; nec nos oblocuti sumus vel impedivimus, quia voluntarie a nostra unitate recesserunt; unde non omnino est nobis imputandum, set nos exemplo vestro, & vestrorum Baronum usi fuerimus in hac parte.

Nichilominus, si aliqui Barones de Marchia Lalumde velint prosequi contra nos querelam de interceptione treugarum, nos parati erimus transgressiones, si quæ ex parte nostra factæ sunt, emendare; convenientibus adinvicem dictatoribus treugarum loco congruo & tempore competenti; dum tamen fiant nobis emendæ de nostris querelis.

Cæterum vestram non lateat reverentiam quod, per præceptum vestrum, & Domini Edwardi filii vestri primogeniti, 250 Marcas de termino Sancti Michaelis, nunc proximo præterito, de firma mea de Berg. pacem;

Et, cum Walenses insuper orrea & blada mea combusserint, nichil in partibus illis habeo unde guerram possim sustinere, cum hujusmodi negotia non absque sumptibus immensis valeam expedire, ubi nichil potero recipere super hiis: igitur, si vestræ cederit dominationi, festinum curetis apponere consilium, tàm de hominibus, quàm denariis, prout honori & commodo vestro potius videritis expedire.

Solus enim totam Marchiam illam nequeo custodire, cum nullum Magnatum illius patriæ, præter Dominum G. Talbot, qui tria Castra Domini Edwardi filii vestri custodit in partibus illis, invenissem.

Cæterum vestram excellentem non lateat reverentiam quod quicquid Dominationi vestræ ab aliquibus de casibus ———— ———— literas suas comp. bene & fideliter vobis & filio vestro deserviri & cunctis diebus ———— Domino per ———— ———— fide locata deserviam, hoc in agendis vestris & filii vestri, quibus interfuero, pro posse meo, bene patebit.

Ad hæc Dominationem vestram super præmissis, si placet, exhibeatis intentam, ita quod homines terræ prænominatæ de Bergeveny, pro defectu auxilii, ad sæpedictum Lewelinum non convertant.

Conservet vos altissimus per tempora longiora.

Littera Episcopo Bethlem. de Maritagio Edmundi cum Regina Cypri.

REX Episcopo Bethlem. salutem.

Dum veram cordis amicitiam, qua nos & genus nostrum innata vobis bonitas hactenus est amplexa, digna laude pensamus, quanto tempora longiùs procedunt, & intervalla locorum latiùs inter nos se extendunt, tanto manifestiùs eam conspicimus constantiæ suscipere incrementum, in quo digne sibi vendicat & meretur ut ei grata gratiarum vicissitudine fortius astringamur. Ann. D. 1256. An. 40. H. 3. Claus. 40. H. 3. m. 4. d.

Sane super eo quod, nostrorum profectuum, in tam remotis agentium, vos eritis non obliti, nos de fœdere matrimoniali contrahendo inter Edmundum, karissimum natum nostrum, & illustrem Reginam Cypri; necnon & inter filium prædictæ Reginæ hæredem Regni Cypri, & unam de filiabus nostris, per vestras litteras consulere decrevistis, ad magnas vobis assurgimus gratiarum actiones; videntes vos, & scientes circa nostrorum commodum & honorem sollicitos & intentos.

Verum quia, in adventu Nuncii prædictæ Reginæ ad nos, cum litteris vestris memoratis, agebant quidam de Concilio nostro in remotis (quorum consilia in præmissis sunt specialius requirenda) propter quod eundem Nuncium nobiscum duximus diutius retinendum; nec, dum eorumdem præsentiam haberi potuimus, certum vobis de prædictis responsum ad præsens dare non valemus:

Set dictorum Consiliariorum nostrorum obtenta præsentia, cum de præmissis plenius deliberaverimus, speciales Nuncios nostros ad vos statim transmittemus, & voluntatem nostram vobis apertius scire faciemus.

Teste, &c.

Eodem modo scribitur albo Cardinali.

Littera

ravit (rem utique ipsi Ecclesiæ, inter cætera temporalia sua bona, carissimam, & longo jam tempore concupitam) eidem nato liberaliter concessimus, prout in Apostolico privilegio, super hoc obtento, pleniùs continetur;

Et, quoniam sincera & firma voluntas in dilectionis & operis prosecutione cognoscitur, quia hujusmodi negotium, propter ipsius Regni statum, nondum in toto tranquillum, multo indigebat consilio & favore, magnamque requirebat sollertium, & subsistentationis fulcimenta non modica, valida defensionis munimina, & indeficientis subsidii firmamentum,

Eadem Ecclesia totum quasi pondus ejusdem negotii, portandum super humeros suos assumpsit, è diversis partibus exercitum instaurando magnificum, ac deputando Legatos ad prosecutionem illius, non sine magnâ effusione sumptuum, ut posset illud, Domino adjutore, perducere ad statum honorabilem, prosperum, & quietum.

Cumque memoratum negotium laudabiliter convalesceret, & successibus prosperis firmaretur, tandem, quia, quorundam proditorum faciente nequitiâ, inopinato casu extitit impeditum, propter quod tanto festinantiùs erat succurrendum eidem negotio, quanto sibi propinquius imminebat confusio & discrimen, Regalem Excellentiam per nostras requisivimus litteras, tibi cum instantiâ suadentes, ut, quia eramus ulteriùs ad ferendum tantum pondus penitus impotentes, cum pro ipsius promotione negotii exhauriverimus ca-

* I. 594. meram nostram prædictam, * Ecclesiam multis & gravibus obligationibus astringentes, omnium quasi Mercatorum, apud prædictam sedem morantium, & multorum officialium, & familiarium nostrorum, ac aliorum etiam, pro hujusmodi necessitate pecuniis jam receptis (ita quod non poteramus mutuum invenire) festinatum præparares succursum; ita quod, omni difficultate ac tarditate remota, statim copiosa & strenua militia mitteretur.

Et nichilominus ut terra Laboris, & aliæ terræ ipsius Regni, quæ adhuc in devotione ipsius Ecclesiæ persistebant, & per quas ad alias Regni partes liberè haberi poterat transitus & processus, possent interim præservari, pecuniam incontinenti, pro conducendis ad hoc militibus, & aliquem virum idoneum pro Capitaneo destinares, ac alias eidem negotio, prout expediebat, efficaciter provideres.

Set qualiter hæc, quæ tibi pro ejusdem promotione ac sustentatione negotii persuasimus, feceris, non ignoras; qualiter etiam negotium ipsum adjuveris, ac super illo provideris, cunctis luce clarius innotescet; cum nec tuas, nec aliorum curas & vires, ad hujusmodi rei prosecutionem curaveris adhibere.

Quinimmo sic ipsum negotium quasi postposuisse dinosceris, quod eo, tuis oportunis & speratis subsidiis non suffulto, prædicta terra Laboris, per quam residuum ipsius Regni recuperari poterat, sic adversarii Ecclesiæ agressibus patuit, quod illam jam quasi totaliter occupavit.

Nec potest aliqua super hoc, ex parte tua, ignorantia quomodolibet allegari, præsertim cum hæc omnia tibi ad nostram excusationem frequenter duxerimus intimanda.

rubeique coloris.

---

* *Littera de Credentia Principibus Alemanniæ.* * I. 595.

REX omnibus & singulis Principibus Alemanniæ salutem. Ann. D.
Mittimus ad partes vestras nobilem & prudentem virum Ri- 1256.
cardum de Clare Comitem Gloucestriæ & Hertford. & dilectum *An.* 40.
Senescallum nostrum Robertum Walerand, fideles nostros, pro *H.* 3.
quibusdam servitiis & negotiis nostris; vos rogantes attentius quati- *Pat.* 40.
nus ipsos super hiis recommendatos habere velitis, fidem plenam & *H* 3.*m*.9.
indubitatam adhibentes eidem in hiis, quæ vobis exposuerint super servitiis & negotiis nostris prædictis.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Westm. duodecimo die Junii.

Per Ricardum Comitem Gloucestr. Johannem Maunsell, Robertum Waleraud, & alios.

Bulla quod Episcopi solvant decimam de Maneriis propriis, non obstantibus alio servitio, aut indulgentiis.

ALexander Episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio Magis- Ann. D.
tro Rostando, Capellano & Nuncio nostro, salutem & Apos- 1256.
tolicam benedictionem. *An.* 40.

Cum decima omnium proventuum Ecclesiasticorum Regni An- *H.* 3.
gliæ, & aliarum terrarum carissimi in Christo filii nostri Re- *Ex Au-*
gis Anglorum illustris, sit eidem Regi, usque ad certum tempus, *togr.*
ab Apostolica sede concessa;

Volumus, & præsentium tibi auctoritate mandamus quatinus universos Prælatos, & alias personas Ecclesiasticas eorundem Regni & Terrarum, ut de proventibus Maneriorum suorum, quæ largitione regali habere noscuntur, hujusmodi decimam solvant, monitione præmissâ, auctoritate nostra, per te, vel per alium, seu alios, appellatione remota, compellas:

Non obstantibus si fortè, pro ipsis Maneriis eidem Regi servitium facere, sicut laicales, vel seculares personæ, sibi pro feudis, quæ tenent ab ipso, faciunt, teneantur; & quibuslibet Apostolicis indulgentiis per quas posset effectus præsentium impediri.

Dat. Anagniæ, Id. Junii, Pontificatûs nostri anno secundo.

Plumbeo sigillo a filo canabeo.

Bulla

aliis super solutione de decimâ supradictâ, seu parte ipsius, quibuscunque personis facienda, dreximus scripta nostra:

Aut si Campsoribus nostris, Civibus & mercatoribus Senen. vel quibuscunque aliis mercatoribus, præfata decima, tuo nomine primitùs extitit obligata;

Seu juramento, quod venerabilis frater noster Episcopus Herefordn. in tuâ & filiorum tuorum animabus præstitisse dicitur, quod de decima hujusmodi nemini satisfiat, nisi prius de ipsa eisdem Campsoribus, pro quibusdam pecuniarum summis, fuerit integrè satisfactum; quod, quantum ad solutionem, de hujusmodi summa Marcarum, faciendam prædictis Rolandi sociis, penitùs relaxamus:

Aut quod idem Episcopus promisisse dicitur quod tu, in certis terminis, præfatis Campsoribus satisfaceres de eadem:

Seu litteris à nobis, per ipsos Campsores, contra te & filios tuos, ad prædictum magistrum Bernardum, hactenus impetratis, ut in tuam & prædictorum filiorum personas (in hujusmodi solutione cessantes, & Regnum tuum interdicti sententias promulgaret; quas per præsentes, quantum ad solutionem de prædictis mille & quinquaginta septem Marcis, eisdem Rolandi sociis faciendam, penitùs revocamus:

Aut quod iidem Campsores asserunt quod hujusmodi mille quinquaginta & septem Marcæ, in quibus eidem Rolando tenemur, de pecuniâ, in quâ Romanæ teneris ecclesiæ, non existunt:

Sive quod, super pecuniâ, eidem ecclesiæ a te debitâ, nullam dictos Magistrum R. & Fratrem J. potestatem seu auctoritatem à nobis habere proponunt;

Vel quibuscunque litteris apostolicis impetratis, cujuscumque tenoris fuerint (etiam si plenam & expressam, ac de verbo ad verbum oporteat de ipsis in præsentibus fieri mentionem, & contineatur in ipsis quod non possit ipsis per aliquas litteras apostolicas derogari) seu de cætero impetrandis, nisi totus in eis tenor præsentium sit insertus:

Volumus tamen ut dilectis filiis Spiliato, Raynerio, Bellindoti, Civibus & Mercatoribus Florent. ac eidem Rolando, vel eorum Sociis, in Angliâ commorantibus, de sex millibus Marcarum, prout tibi & dictis Magistro, & Fratri, per alias litteras nostras direximus, primitùs satisfiat.

Preces autem nostras in hac parte celsitudo regia sic admittat, quod præfati Rolandus, Aldebrandus, & Raynerius Bonaccursi, & eorum Socii de liberalite tuâ commodum se reportasse lætentur; nosque Serenitati tuæ, propter hoc, referre teneamur gratiarum uberes actiones.

Nos enim de prædictis mille & quinquaginta septem Marcis, postquam eas solvi feceris mercatoribus supradictis, reputabimus nobis & Ecclesiæ prædictæ de ipsis fore plenariè satisfactum.

Dat. Anagniæ, Idus Junii, Pontific. nostri anno secundo.

Filo canabeo.

Litera de Credentia Alfonso Regi Castellæ.

Ann. D. 1256. An. 40. H. 3. Pat. 40. H. 3. m. 7.

EGregio Principi, amico & consanguineo suo karissimo, A. Dei gratiâ illustri Regi Castellæ, Toleti, Legion. Galet. Sibill. Cordubiæ, Murtiæ, & Johannii, Henricus Rex, &c. salutem, & sinceræ dilectionis semper augmentum.

Ad perficiendum conventiones, inter vos & nos super diversis articulis initas, sicut nostis, venerabilem patrem W. Elyen. Episco- hannes, vel eorum alter, nomine nostro, receperit, vel receperit in præmissis.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Clarendon, 10 die Julii.

Item per eadem verba processit alia litera, excepta hac clausula & jurandi, &c. *usque illam clausam*, Ratum, &c.

Teste ut supra.

REX W. Elyensi Episcopo, & Johanni de Gatesden, salutem. Mandamus vobis quod, si Rex Castellæ illustris à vobis habere litteras securitatis super commutatione voti nostri ad partes Affricanas (pro eo forsitan quod timet nos minùs bene apud summum Pontificem pro commutatione dicti voti nostri instisse) per litteras vestras nos, procuratorio nomine, obligetis præfato Regi, quod in omni eventu laborabimus, tàm per nos, quàm per nostros, erga Dominum Papam bona fide, quod votum memoratum immutet ad partes Affricanas, prout in littera nostra conventionis (quam præfatus Rex inde habet) plenius continetur, & ad proficiscendum ad partes illas secundum formam conventionis prædictæ; dum tamen Dominus Papa ad hoc suum præbeat assensum.

In cujus, &c.

Teste ut supra apud Clarendon, 10 die Julii.

Litigatur pro Ecclesia de Stodinton, & Papa pro altera partium interponit.

ALexander Episcopus, servus servorum Dei, carissimo in Christo filio nostro Regi Angliæ illustri, salutem & Apostolicam benedictionem. Ann. D. 1256. An. 40. H. 3. Ex Autogr.

Vacante olim ecclesiâ de Stodinton. Herefordensis Diocesis per mortem Archidiaconi Salopesbiriæ, Rectoris ejusdem, in qua dilecti filii Abbas Prior & Conventus Salopesbiriæ, ordinis Sancti Benedicti, Conventrensis Diocesis, jus patronatus obtinere dicuntur, fælicis * recordationis Greg. Papa, Prædecessor noster, dilecto filio Magistro Stephano Anibaldi Canonico furnen. nepoti dilecti filii nostri R. Sancti Angeli, Diacon. Cardinal. eam conferens, ac decernens irritum & inane quicquid contra hoc contingeret attemptari, mandavit procuratorem suum in corporalem possessionem ipsius ecclesiæ induci, ac inductum defendi amoto ab ea quolibet detentore, contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. * I. 598.

Sed quondam Guillielmo Averil Clerico se inductioni hujusmodi opponente, dictus Magister Stephanus nancisci possessionem ecclesiæ præfatæ nequivit; tandem præfato Guillielmo viam universæ carnis ingresso, ac inter eosdem Abbatem Priorem & Conventum ex parte una & ipsum S. super eadem ecclesia exorta ex altera quæstione, nos, præfatos Abbatem Priorem & Conventum & omnes ipsius ecclesiæ detentores facientes ad nostram præsentiam evocari, dilecto filio Magistro Matheo de Alperino Capellano nostro causam eandem commitimus terminandam.

Cumque dictis Abbate Priore & Conventu, ac detentore sive detentoribus in audientia publica citatis solempniter, & post terminum expectatis diutius, non compareret aliquis pro eisdem, & ipsi Magistro M. de citatione facta plenè constaret idem, ipsos reputans contu-

mediantibus, initam inter ipsos Abbatem, & dictos Priorem & Conventum, super quibusdam Maneriis, obedientiariis, possessionibus, & aliis, statum eorumdem Prioris & Conventus contingentibus:

Nos igitur, volentes veritati testimonium perhibere, id ipsum per has litteras nostras patentes protestamur; quibus Sigillum nostrum duximus apponendum.

Teste meipso apud Gloucestr. 20 die Julii.

---

* I. 599. * *Quod fructus, &c. Beneficiorum, vacantium in Anglia, quorum Collatio pertinet ad Papam, colligantur ad opus Regis Angliæ, pro complendo voto suo ad Terram Sanctam.*

Ann. D. 1256. An. 40. H. 3. Ex Autogr.

ALexander Episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio magistro Rostanno, Capellano, & Nuntio nostro in Anglia, salutem & apostolicam benedictionem.

Ad impendendam carissimo in Christo filio nostro illustri Regi Angliæ gratiam & favorem, crucis reverentia (qua insignitus Crucifixi obsequio se devovit) ac sinceræ devotionis affectus, quem ad nos & Romanam ecclesiam habere dinoscitur, merito nos inducunt:

Hinc est quòd nos, ipsius supplicationibus inclinati, discretioni tuæ per apostolica scripta mandamus quatinus fructus, redditus, & proventus omnium dignitatum, & personatuum, aliorumque beneficiorum ecclesiasticorum, Præbendalium & aliorum, Regni Angliæ, & aliarum terrarum ejusdem Regis, quæ tanto tempore vacasse inveneris, quod ipsarum collatio est ad Sedem apostolicam, secundum Laterani statuta Concilii, devoluta, per te, vel per alium, seu alios, ab eo tempore, quo taliter ad prædictam Sedem fuit ipsorum devoluta Donatio,

Integrè colligens (detentores illorum ad exhibendam eos tibi, monitione præmissâ, per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo; nisi per apostolicam dispensationem seu indulgentiam super hoc ostenderint se munitos) quicquid de hiis collegeris in tuto loco deponere, ac ad opus ipsius Regis, ut votum suum efficacius exequi valeat, conservare procures; contradictores autem super hoc, si qui fuerint, vel Rebelles, monitione præmissâ, censura simili, appellatione remota, compescas.

Dat. Anagniæ, 12 Kal. Septembr. Pontif. nostri anno secundo.

Plumbeo Sigillo a filo canabeo.

tuum, aliorumque beneficiorum Ecclesiasticorum, Præbendalium & aliorum, Regni Angliæ, & aliarum terrarum tuarum, quæ deinceps usque ad quinquennium vacare contigerit, ut votum crucis efficaciùs exequi valeas pro Terræ sanctæ subsidio, concedimus per unum annum de gratia nostra speciali.

Nolumus autem quod ad Archiepiscopatus, Episcopatus, Abbatias, & Prioratus collegiatos, hujusmodi nostra concessio aliquatenus extendatur.

Nulli ergo, &c.

Dat. Anagniæ, decimo Kal. Septembr. Pontificatûs nostri anno secundo.

Plumbeo sigillo a filis sericis flavi rubeique coloris.

Quod Rex habeat decimam secundum veram æstimationem Ecclesiasticorum beneficiorum.

ALexander Episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis universis Archidiaconis, per Regnum Angliæ constitutis, salutem & Apostolicam benedictionem. Ann. D. 1256.

Cum decima Ecclesiasticorum Proventuum Regni Angliæ, & aliarum terrarum carissimi in Christo filii nostri illustris Regis Angliæ, eidem Regi, usque ad certum tempus, pro Terræ sanctæ subsidio, a sede Apostolica sit concessa; An. 40. H. 3. Ex Autogr.

Ne aliqua fraus possit in hujusmodi decimæ solutione committi, in ipsius Regis præjudicium, & dispendium dictæ Terræ,

Volumus & præsentium vobis auctoritate, in virtute obedientiæ, & sub pœna excommunicationis, districtè præcipiendo mandamus quatenus omnia beneficia, in Archidiaconatibus vestris consistentia, secundum debitam & justam extimationem (taxatione antiqua nequaquam obstante) per vos, vel per alium, seu alios discretos, & fide dignos taxare procuretis:

Ac nichilominus hujusmodi decimam in eisdem Archidiacon. (cum per dilectum filium Magistrum Rostannum, Capellanum & Nuncium nostrum in Anglia, super hoc requisiti fueritis) fideliter colligentes, quicquid de ipsâ colligatis eidem Capellano (cujuslibet alterius super hoc non expectando mandatum) assignare curetis; Contradictores per censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo;

Alioquin eidem Capellano, litteris nostris, injungimus ut vos ad id, monitione præmissâ, per censuram eandem, appellatione remota, compellat.

Dat. Anagniæ, decimo Kal. Sept. Pontificatûs nostri anno secundo.

Plumbeo Sigillo a filo canabeo.

De bonis intestatorum colligendis ad opus Regis Angliæ, &c.

Ann. D. 1256. *An. 40. H. 3. Ex Autogr.*

ALexander Episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio Magistro Rostanno, Capellano & Nuncio nostro in Anglia, salutem & Apostolicam benedictionem.

Volumus & tibi, præsentium auctoritate, mandamus quatinus omnia bona mobilia ab intestato decedentium, sive de Regno Angliæ, sive de aliis terris carissimi in Christo filii nostri illustris Regis Angliæ fuerint, pro illâ portione, quæ juxta patriæ consuetudinem decedentes contingit, integrè per te, vel per alium, seu alios colligens, quicquid de hiis collegeris in aliquibus tutis locis deponere, ac ad opus carissimi in Christo filii nostri illustris Regis Angliæ (ut votum suum efficaciùs exequi valeat) conservare procures; contradictores per censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo:

Non obstante si personis aliquibus a sede Apostolica sit indultum, quod extra suas Diocæses, vel alia certa loca in causam trahi, vel ad judicium evocari non possint per litteras Apostolicas, plenam & expressam non facientes de indulto hujusmodi mentionem; & quibuslibet aliis indulgentiis, seu litteris Apostolicis, per quas effectus præsentium, seu executio negotii Crucis impediri valeat, vel differri; & constitutione de duabus dietis edita in concilio generali.

Dat. Anagniæ, 8 Kal. Sept. Pontificatûs nostri anno secundo.

Sigillo avulso.

• I. 602. * *Quod Prælati Angliæ compellantur ad dandam in scriptis taxationem bonorum suorum, & ad solvendam decimam de prædictis.*

Ann. D. 1256. *An. 40. H. 3. Ex Autogr.*

ALexander Episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio Magistro Rostanno, Capellano, & Nuncio nostro in Anglia, salutem & Apostolicam benedictionem.

Cum, sicut intellexeris, bona venerabilium fratrum nostrorum, Archiepiscoporum, & Episcoporum, Regni Angliæ, & religiosorum, subjectorum eisdem, taxari mandavimus, ut, secundum taxationes hujusmodi, de bonis ipsis decima persolvatur;

Eisdem Archiepiscopis, & Episcopis, in virtute obedientiæ, districtè duximus injungendum, ut taxationes hujusmodi tibi in scriptis assignare, sublata qualibet difficultate, procurent; præfatam decimam etiam de Maneriis eorum, tam pro biennio præterito, quam pro anno præsenti, secundum taxationes easdem, integrè persolvendo:

Quocirca discretioni tuæ per Apostolica scripta mandamus quatenus, si dicti Archiepiscopi & Episcopi super hoc mandatum Apostolicum neglexerint adimplere, tu eos ad hæc, monitione præmissa, auctoritate nostra per te, vel per alium, seu alios, sublato cujuslibet appellationis impedimento, compellas;

Non obstante si eisdem Archiepiscopis & Episcopis, vel eorum alicui, a sede Apostolica sit indultum quod interdici, suspendi, vel excommunicari, seu extra ipsorum Diocæses, vel alia certa loca in causam trahi non possint per litteras Apostolicas, plenam & expressam non facientes de indulto hujusmodi mentionem, & constitutione de duabus dietis edita in concilio generali.

Dat. Anagniæ, quarto Non. Septembr. Pontificatûs nostri anno secundo.

Plumbeo sigillo a filo canabeo.

ALexander Episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri Episcopo Norwicen. & dilecto filio Abbati Monasterii Sancti Petri de Burgo, ordinis Sancti Benedicti Lincoln. Dioc. salutem & Apostolicam benedictionem.

Ann. D. 1256. *An. 40. H. 3. Ex Autogr.*

Cum nos venerabili fratri nostro Archiepiscopo Cantuarien. & dilecto filio Magistro Rostanno, Capellano nostro, negotium Crucis in Regno Angliæ, & aliis terris carissimi in Christo filii nostri illustris Regis Angliæ crucesignati, necnon & collectionem decimæ Ecclesiasticorum proventuum eorundem Regni usque ad certum tempus concessæ ab Apostolica sede, ac redemptionem votorum crucesignatorum & legatorum indistinctè, per nostras diversas litteras, sub diversis formis, duxerimus committenda;

Volumus, & præsentium vobis auctoritate, in virtute obedientiæ, districtè præcipiendo, mandamus quatinus hujusmodi decimam, redemptiones, & Legata; necnon & obventiones, ex quacunque causa provenientes, subsidio Terræ sanctæ integrè colligere, ac ad opus ipsius Regis, ut votum suum efficaciùs exequi valeat, conservare curetis;

Et in prædicto Crucis negotio, juxta formam quarumcunque litterarum nostrarum, eisdem Archiepiscopo, & Capellano super hiis directarum, per vos, vel per alium, seu alios, efficaciter, secundum datam vobis a Domino gratiam, procedatis; ita quòd crescatis exinde meritis apud Deum, & penes nos, & prædictum Regem gratia, & apud homines clara fama:

Contradictores auctoritate nostra, appellatione postposita, compescendo; non obstante si personis aliquibus a sede Apostolica sit indultum quod in causam trahi, vel ad judicium evocari non possint per litteras Apostolicas, plenam & expressam non facientes de indulto hujusmodi mentionem; & constitutione de duabus dietis edita in concilio generali.

Dat. Anagniæ, quarto Non. Septembr. Pontificatûs nostri anno secundo.

Plumbeo sigillo a filo canabeo.

Bulla, quod colligatur nomine Ecclesiæ Romanæ decima.

ALexander Episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio Magistro Rostanno, Capellano, & Nuncio nostro in Anglia, salutem & Apostolicam benedictionem.

Ann. D. 1256. *An. 40. H. 3. Ex Autogr.*

Cum decimam Ecclesiasticorum proventuum Regni Angliæ, & aliarum terrarum carissimi in Christo filii nostri illustris Regis Angliæ crucesignati, tibi commiserimus colligendam;

Volumus, & præsentium tibi auctoritate mandamus quatinus hujusmodi decimam, nostro & Ecclesiæ Romanæ nomine, pro exoneratione debitorum ipsius Ecclesiæ, ad quæ idem Rex Angliæ tenetur, eidem per te, vel per alium, seu alios, integrè colligere, & in aliquibus tutis locis deponere, ac ad opus præfatæ Ecclesiæ fideliter conservare procures; ut de ipsa postmodum disponamus, qualiter creditoribus ejusdem Ecclesiæ persolvatur;

Non obstantibus si quibuscunque Prælatis Ecclesiarum, seu personis aliis a sede Apostolica sit indultum quod interdici, suspendi, vel excommunicari, aut quod extra suas Diocæses, vel alia certa loca in causam trahi non possint per litteras Apostolicas, in quibus plena & expressa de indulto hujusmodi mentio non habetur; & quibuslibet aliis indulgentiis, aut litteris Apostolicis, per quas hujusmodi subventio vel subsidium impediri possit quomodolibet vel differri; & de quibus, & quarum tenore de verbo ad verbum specialem

Dat. Anagniæ, quarto Non. Septembr. Pontificatûs nostri anno secundo.

Plumbeo sigillo pendente a filis sericis flavi rubeique coloris.

Quod compellantur Episcopus Hereforden. & alii executores crucis, ut reddant rationem de receptis decimæ & alterius subsidii.

Ann. D. 1256. *An. 40. H. 3. Ex Autogr.*

ALexander Episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis Abbati Monasterii de Burgo Sancti Petri, ordinis Sancti Benedicti Lincolnien. Dioc. & Johanni Semercot, Capellano nostro, salutem & Apostolicam benedictionem.

Volumus, & præsentium vobis auctoritate, in virtute obedientiæ, districtè præcipiendo mandamus quatinus venerabilem fratrem nostrum Episcopum Hereforden. & omnes prædicatores, & quoscumque alios executores in Ibernia, Hereforden. Conventren. & Wigornien. Episcopatibus, ad crucis negotium a sede Apostolica, vel ab eodem Episcopo deputatos, ut de hiis, quæ, pro hujusmodi negotio, ratione decimæ, vel cujusquam alterius subsidii, recepisse ac expendisse noscuntur, sufficienter vobis reddant & plenariam rationem:

Et residuum, quod post diligentem & exactam rationem remansisse inveneritis apud eos, ut integrè vobis persolvant, monitione præmissa, auctoritate nostra, sublato cujuslibet appellationis impedimento, cogatis:

Non obstante si personis aliquibus a sede sit indultum quod, extra suas Diocæses, vel alia certa loca, in causam trahi, vel ad judicium evocari; aut quod interdici, suspendi, vel excommunicari
*I. 605. * non possint per litteras Apostolicas, plenam & expressam non facientes de indulto hujusmodi mentionem; & constitutione de duabus dietis edita in concilio generali.

Dat. Anagniæ, quarto Non. Septembr. Pontificatûs nostri anno secundo.

Plumbeo sigillo a filo canabeo.

Episcopo Wigorn. & Magistro Rostando ut statuant certum terminum transfretandi Domino Regi, & aliis cruce signatis.

Ann. D. 1256. *An. 40. H. 3. Ex Autogr.*

ALexander Episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri Episcopo Wigornen. & dilecto filio Magistro Rostanno, Capellano, & Nuncio nostro in Anglia, salutem & Apostolicam benedictionem.

Volumus, & præsentium vobis auctoritate, districtè præcipien-

In cujus, &c.

Teste ut supra.

---

* *De tractando super negotiis Scotiæ.* *I. 606.

Ann. D. 1256. *An. 40. H. 3. Ibidem.*

REX omnibus, &c.
Mittimus ad partes Scotiæ dilectum & fidelem nostrum, Johannem Maunsell, Thesaurarium Eborum, ad tractandum, loco nostri, inter nos, & dilectum filium & fidelem Alexandrum Regem Scotiæ illustrem ex una parte, & quoscumque rebelles ipsius Regis ex altera, super contentionibus nos & ipsum Regem ex una parte, & dictos rebelles ex alterâ contingentibus.

In cujus, &c.

Teste ut supra.

Bulla pro Priorissa Leprosarum de Pratis.

Ann. D. 1256. *An. 40. H. 3. Ex Autogr.*

ALexander Episcopus, servus servorum Dei, universis Christi fidelibus, per Lincolniensem, Elyensem, & Londoniensem Civitates, & Diocæses constitutis, salutem & Apostolicam benedictionem.

Quoniam, ut ait Apostolus, omnes stabimus ante tribunal Christi, recepturi prout in corpore gessimus, sive bonum fuerit, sive malum, oportet nos diem messionis extremæ misericordiæ operibus prævenire, ac, æternorum intuitu, seminare in terris quod, reddente Domino, cum multiplicato fructu recolligere debeamus in cælis, firmam spem fiduciamque tenentes quod qui parcè seminat, parcè & metet, & qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet vitam æternam.

Cum igitur, sicut dilectæ in Christo filiæ Priorissa & Conventus Leprosarum domûs beatæ Mariæ de Pratis, ordinis Sancti Benedicti, Lincolniensis Diocæsis nobis insinuare curarunt, eædem Monasterium suum nimiâ vetustate consumptum, de novo reparare inceperint opere sumptuoso, nec ad hujusmodi consummationem operis eis propriæ suppetant facultates;

Universitatem vestram rogamus, hortamur in Domino, in remissionem vobis peccaminum injungentes, quatinus de bonis, vobis a Deo collatis, pias ad hoc eis elemosinas, & grata caritatis subsidia erogetis, ut per subventionem vestram opus hujusmodi valeat consummari, & vos per hæc & alia bona, quæ, Domino inspirante, feceritis, ad æternæ possitis felicitatis gaudia pervenire.

Nos enim, de omnipotentis Dei misericordia, & beatorum Petri & Pauli, Apostolorum ejus, auctoritate confisi, omnibus, verè pœnitentibus & confessis, qui ad hoc manum porrexerint adjutricem, quadraginta dies de injunctâ sibi pœnitentia misericorditer relaxamus: Præsentibus post quinquennium minime valituris; quas mitti

mobilia, idem Dominus meus Edwardus habeat confiscata, & de eisdem pro sua voluntate disponat, & meipsum capiat, vel capi faciat, & incarceratum teneat, ac de corpore meo, tanquam de Malifico proditore, suam faciat voluntatem.

Renuntio autem in hoc, & in omnibus aliis supradictis, doli & in factum actioni & exceptioni; & juri dicenti generalem renunciationem non valere; & omni juris scripti & non scripti, promulgati & promulgandi, beneficio, seu auxilio; per quod prædicta, vel aliquod prædictorum possent, aut posset adnullari, vel etiam nulla dici.

In cujus rei testimonium præsenti scripto sigillum meum apposui.

Dat. apud Wyndes. decimo septimo die Septembris, anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo sexto.

Quod denuntientur excommunicati Prælati qui non solverint decimam.

Ann. D. 1256. *An.* 40. *H.* 3. *Ex Autogr.*

ALexander Episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis universis Archidiaconis, per Regnum Angliæ, & alias terras carissimi in Christo filii nostri illustris Regis Angliæ constitutis, salutem & Apostolicam benedictionem.

Cum decima Ecclesiasticorum proventuum Regni Angliæ, & aliarum terrarum carissimi in Christo filii nostri illustris Regis Angliæ crucesignati, eidem Regi usque ad certum tempus a sede Apostolica, pro Terræ sanctæ subsidio, sit concessa; & nonnulli Prælati, & aliæ personæ Ecclesiasticæ, seculares & regulares, eorundem Regni & terrarum, pro eo quod decimam suorum Ecclesiasticorum proventuum non solverunt, sint, prout intelleximus, per collectores hujusmodi decimæ vinculo excommunicationis astricti,

Volumus, &, præsentium vobis auctoritate districtè præcipiendo, mandamus quatinus Prælatos & personas hujusmodi, cujuscunque dignitatis, vel honoris, aut ordinis, seu conditionis existant, tamdiu in locis, in quibus expedire videritis, pulsatis campanis & candelis accensis, excommunicatos publicè nuntiari faciatis, & ab omnibus artiùs evitari, donec de hujusmodi decimâ integrè satisfecerint collectoribus supradictis:

Contradictores per censuram Ecclesiasticam, appellatione postpositâ, compescendo; non obstantibus constitutione de duabus dietis edita in concilio generali, & quibuscunque appellationibus; quas eisdem Prælatis atque personis nequaquam, in hac parte, volumus suffragari.

Dat. Anagniæ, decimo Kal. Octob. Pontificatûs nostri anno secundo.

Plumbeo sigillo a filo canabeo.

Bulla pro Monasterio de Pochele.

Ann. D. 1256. *An.* 40. *H.* 3. *Ex Autogr.*

ALexander Episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis Priori & Conventui Monasterii de Pochele, ordinis Sancti Augustini, Saresbiriensis Diocesis, salutem & Apostolicam benedictionem.

Devotionis vestræ precibus inclinati ut, cum generale terræ fuerit interdictum, liceat vobis, clausis januis, non pulsatis campanis, excommunicatis & interdictis exclusis, ac voce suppressâ divina of-

[...] privilegio, nullatenus incurratis.

Nulli ergo, &c.

Dat. Anagniæ, 5 Kal. Octob. Pontificatûs nostri anno secundo.

Plumbeo Sigillo pendente a filis sericis flavi rubeique coloris.

Bulla de compellendo Prælatos Scotiæ ad subsidium Papæ exhibendum pro solvendis debitis in negotio Siciliæ conflatis.

Ann. D. 1256. *An.* 40. *H.* 3. *Ex Autogr.*

ALexander Episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio Magistro Rostanno Capellano, & nuntio nostro in Angliâ, salutem & apostolicam benedictionem.

Sortitur genitrix discrimina sobolis, & materni dispendii filius non est expers, nativi quidem affectus fœderis prosperitatis sibi communicant & adversitatis eventus; si ergo amoris innati copula reliquum passionis alterius reddit compassione participem, solvitur naturæ vinculum si unus alterius gravamina non partitur: In auxilium itaque indigentis filii debent matris exuberare suffragia, & in matris egentis subsidium debet suæ possibilitatis extrema filius experiri.

Sane cum Romana ecclesia, quæ inter alias obtinet divina institutione primatum, hiis præsertim temporibus, pro tuitione ecclesiasticæ libertatis, potissimè autem pro negotio Regni Siciliæ, adeò importabilia subierit onera expensarum, innumera propter hoc contrahendo debita, sub usuris, quod (nisi ei per venerabiles fratres nostros Episcopos, ac dilectos filios Priores, Abbates, Decanos, Archidiaconos, Præpositos, & alios ecclesiarum Prælatos, necnon Capitula, & Conventus, tam exemptos quam non exemptos Regni Scotiæ, & per alios mundi Prælatos, in hujusmodi necessitatis articulo succurratur) vix unquam poterit a talibus gravaminibus & oneribus liberari, providimus ipsorum Episcoporum, Abbatum, & aliorum Prælatorum Regni Scotiæ, fore in hac parte suffragium specialiter requirendum; sperantes eos, ad ipsius ecclesiæ commoda, promptos & benivolos invenire;

Unde ipsos monendos duximus attentius & hortandos, nostris sibi dantes litteris * in mandatis, ut, attendentes provide quod nos, super negotio vicesimæ ecclesiasticorum proventuum Regni Scotiæ, carissimo in Christo filio nostro illustri Regi Angliæ, pro Terræ Sanctæ subsidio, usque ad certum tempus, ab Apostolica sede concessæ, gratiam eis fecerimus specialem, hujusmodi eis vicesimam remittendo, * I. 609.

Honorabile & gratum nobis subsidium in pecunia, æquivalens prædictæ vicesimæ (habito respectu ad tempus per quod eadem vicesima concessa extitit dicto Regi) ad requisitionem tuam, vel nunciorum tuorum, aut illorum, quibus super hoc commiseris vices tuas, sublata qualibet difficultate, occasione, dilatione, ac tergiversatione, pro exoneratione debitorum dictæ Romanæ Ecclesiæ, exhibere procurent; imponentes singulis onus juxta proprias facultates; de appellationum, vel quibuscumque aliis diffugiis nullatenus confidendo, quia nequaquam sustinebimus quin prædictum subsidium integre habeamus.

Ideoque discretioni tuæ per Apostolica scripta mandamus quatinus, si prædicti Episcopi & alii hujusmodi subsidium tibi, ad requisitionem tuam, vel nunciorum tuorum, non curaverint exhibere, tu prædictam vicesimam, nostro & prædictæ ecclesiæ nomine, juxta formam quarumcumque litterarum, pro prædicto Rege

ad

is quibuscumque personis ipsius Regni, a sede sit indultum eadem communiter vel divisim, quod interdici, suspendi, vel excommunicari, quodque extra prædictum Regnum, aut eorum Diocesin, vel alia certa loca in causam trahi, vel ad judicium evocari non possint per litteras apostolicas plenam & expressam, ac de verbo ad verbum, non facientes de indulto hujusmodi mentionem; & qualibet alia præfatæ sedis indulgentiâ, cujuscumque tenoris existat, per quam hujusmodi redemptionum, * legatorum, & obventionum collectio impediri valeat vel differri; seu quod in litteris apostolicis, quas tibi, super colligendis prædictis, ad opus ipsius Regis, dreximus, fit mentio de Archiepiscopis (cum in prædicto Regno Archiepiscopus nullus existat) aut quod dicti Episcopi nobis & prædictæ Romanæ ecclesiæ dicuntur, nullo medio, subjacere.

* I. 610.

Dat. Anagniæ, 5 Kal. Octob. Pontificatûs nostri anno secundo.

Plumbeo Sigillo a filo canabeo.

Bulla Protectionis pro Monasterio de Pochele.

Ann. D. 1256. *An. 40. H. 3. Ex Autogr.*

ALexander Episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis Priori & Conventui Monasterii de Pochele, Ordinis Sancti Augustini Saresberien. Diocesis, salutem & Apostolicam benedictionem.

Sacrosancta Romana Ecclesia devotos & humiles filios ex assuetæ pietatis officio propensiùs diligere consuevit; &, nè pravorum hominum molestiis agitentur, eos, tanquam pia mater, suæ protectionis munimine confovere.

Ea propter, dilecti in Domino Filii, vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu, personas vestras & locum, in quo divino estis obsequio mancipati, cum omnibus bonis, quæ impræsentiarum rationabiliter possidetis, aut in futurum, præstante Domino, justis modis poteritis adipisci, sub beati Petri & nostra protectione suscipimus:

Specialiter autem Terras, Possessiones, Domos, Prata, & Pascua, Silvas, Redditus, Decimas, & alia bona vestra, sicut ea omnia justè ac pacificè possidetis, vobis, & per vos, Monasterio vestro auctoritate apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus; salva in prædictis decimis moderatione Concilii generalis.

Nulli ergo omnino hominum liceat, &c.

Dat. Anagniæ, 5 Kal. Octobr. Pontificatûs nostri anno secundo.

Sub filis sericis flavi rubeique coloris.

Plumbeo Sigillo a filo canabeo.

De prorogatione termini de mittendo Capitaneo in Apuliam.

Ann. D. 1256. *An. 40. H. 3. Ex Autogr.*

ALexander Episcopus, servus servorum Dei, carissimis in Christo filiis Henrico Angliæ & Edmundo Siciliæ, illustribus Regibus, salutem & Apostolicam benedictionem.

Supplicantibus nuper nobis humiliter venerabili fratre nostro Archiepiscopo Tarantasien. & dilectis filiis Electo Saresbirien. ac Abbate Westmonasterii Londonien. nunciis vestris ut, cum jam instaret festum Sancti Michaelis, terminus, videlicet, tibi, fili Rex Angliæ, præfixus a nobis ac per te etiam approbatus, infra quem venire, vel mittere Capitaneum, cum militia competenti, in Regnum Siciliæ, ac certam pecuniæ summam nobis & Ecclesiæ Romanæ pro expensis, factis in ipso Regno, solvere tenebaris, prout in apostolico privilegio confecto super concessione *&c. ut in alia Bulla de 27. Sept. ante, usque hæc verba.*

Nulli ergo, &c.

Dat. Anagniæ, 4 Non. Octob. Pontificatûs nostri anno secundo.

Plumbeo Sigillo a filis sericis flavi rubeique coloris.

Bulla de prorogatione sententiæ, ferendæ in Regem pro defectu prosecutionis negotii Regni Siciliæ, usque ad sex Menses, ita quod nulla repetitio competat Regi ad eam Pecuniam, quam Episcopus Hereford. mutuo recepit pro negotio Siciliæ.

Ann. D. 1256. *An. 40. H. 3. Ex Autogr.*

ALexander Episcopus, servus servorum Dei, carissimis in Christo filiis, Henrico Angliæ, & Edmundo Siciliæ, Regibus illustribus, salutem & Apostolicam benedictionem.

Supplicantibus olim nobis humiliter venerabili fratre nostro Archiepiscopo Tarantasien. & dilectis filiis Electo Sarisbirien. ac Abbate Westmonasterii Londonien. nunciis vestris, ut, cum jam instaret festum Sancti Michaelis, terminus videlicet tibi, fili Rex Angliæ, præfixus a nobis, ac per te etiam approbatus, infra quem venire, vel mittere Capitaneum cum militia competenti in Regnum Siciliæ, ac certam pecuniæ summam nobis & Ecclesiæ Romanæ pro expensis factis in ipso Regno, solvere tenebaris, prout in Apostolico privilegio confecto super concessione prædicti Regni, facta tibi, fili Rex Siciliæ, plenius continetur, proroga-

habebitis, nec aliquam actionem, set illam amittetis ex toto, quibuslibet juramentis a te super hujusmodi negotio præstitis nequaquam obstantibus, nullatenus incurratis.

Nulli ergo, &c.

Dat. Anagniæ, 2 Non. Octob. Pontificatûs nostri anno secundo.

Sub filis sericis flavi rubeique coloris.

De Indulgentia facienda illis qui dabunt decimas bonorum suorum subsidio terræ sanctæ.

Ann. D. 1256. An. 40. H. 3. ALexander Episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio magistro Rostanno, Capellano, & Nuncio nostro in Anglia, salutem & Apostolicam benedictionem.

Discretioni tuæ (de qua plenam in Domino fiduciam obtinemus) concedendi liberis omnibus personis ecclesiasticis, secularibus & regularibus, Regni Angliæ, & aliarum terrarum carissimi in Christo filii nostri illustris Regis Angliæ, verè pœnitentibus & confessis (quæ decimam suorum ecclesiasticorum Proventuum, eidem Regi, usque ad certum tempus, pro terræ sanctæ subsidio, ab apostolicâ sede concessam, integrè persolverint) ——— peccatorum veniam, quæ terræ sanctæ succurrentibus in Generali Concilio concessa esse dignoscitur, plenam ——— auctoritate præsentium potestatem.

Dat. Anagniæ, Non. Octob. Pontificatûs nostri anno secundo.

Sub filo canabi.

Litteræ Credentiales pro Archiepiscopo Messanen. & de prorogatione termini pro mittendo Capitaneo in Apuliam, & de responsione habenda per Archiepiscopum Messan.

ALexander Episcopus, servus servorum Dei, carissimo in Christo filio illustri Regi Angliæ, salutem & Apostolicam benedictionem.

Ann. D. 1256. An. 41. H. 3. Ex Autogr. Venerabilis frater noster Archiepiscopus Tarentasien. & dilecti filii Egidius Electus Saresbirien. & Riccardus Abbas Westmonasterii Londonien. Nuncii tui ad nostram præsentiam accedentes, nobis humiliter supplicarunt ut, cum instaret Festum Sancti Michaelis, terminus, viz. tibi præfixus a nobis, ac per te etiam approbatus, infra quem venire, vel mittere Capitaneum, cum militia competenti, in Regnum Siciliæ, ac certam pecuniæ summam nobis & Ecclesiæ Romanæ, pro expensis factis in ipso Regno, exolvere (prout in publico privilegio confecto super concessione prædicti Regni, facta carissimo in Christo filio nostro Edmundo illustri Regi Siciliæ, nato tuo, * plenius continetur) prorogare tibi hujusmodi terminum (præsertim cum, supervenientibus tibi qui-
* I. 613. busdam certis causis & casibus, adimplere præmissa infra jam dictum Festum nequiveris) ac mitigare conditiones in privilegio ipso contentas, totumque hujusmodi negotium in melius reformare de benignitate Apostolica curaremus.

Sanè, si diligenter adverteres, fili carissime, gratiam quam Romana Ecclesia ... gotium ipsum adjuveris, ac super illo provideris, cunctis luce clarius innotescit; cum nec tuas, nec aliorum curas & vires ad hujusmodi prosecutionem curaveris adhibere;

Quinimmò sic ipsum negotium quasi postposuisse dinosceris, quòd, eo tuis speratis & oportunis subsidiis non suffulto, prædicta terra Laboris (per quam residuum ipsius Regni recuperari poterat) sic adversarii Ecclesiæ aggressibus patuit, quod illam totaliter occupavit.

Nec potest super hoc, ex parte tua, quomodolibet ignorantia allegari, præsertim cum hæc omnia ad nostram excusationem frequenter duxerimus intimanda.

Licet igitur maximus ex parte Regia intervenerit hactenus in negotio memorato defectus, ac propter hoc potuerimus nobis, & ipsi Ecclesiæ in hoc aliter providere; quia tamen tuam, & prædicti nati tui exaltationem totis desideriis affectamus, nos omnibus quæ prædicti Nuncii, ex parte tua, tàm super præmissis, quàm etiam super aliis tuis justis petitionibus proponere voluerunt, diligenter auditis, & plenius intellectis, habitaque diligenti deliberatione cum nostris fratribus super illis, venerabilem fratrem nostrum Archiepiscopum Messanen. (virum utique religione conspicuum, genere nobilem, consilio providum, & morum gravitate maturum, nobisque ac prædictis fratribus suæ merito probitatis acceptum) confidentes de ipsius circumspectione laudabili, & providentia circumspecta, de ipsorum fratrum consilio ad te duximus destinandum, qui tibi super prædictis petitionibus plenariè respondebit.

Ideoque Serenitatem tuam rogamus & hortamur attentè quatinus (præmissa omnia, infra tui claustra pectoris solicita meditatione revolvens; considerans etiam quanta confusio, quantumque dedecus, si in ipsius, quod absit, negotii prosecutione deficeres, non solum tibi, sed etiam toti tuæ posteritati perpetuis temporibus immineret; pensans insuper quod omnes ferè Reges & Principes orbis terræ, qui sciunt te prædictum assumpsisse negotium, ac debilitatem & impotentiam tibi ascriberent, si illud dimitteres imperfectum) omnes tuas, & Baronum * tuorum vires conflare, & illas contra prædictum Ecclesiæ adversarium, intermissum resumendo negotium, * I. 614.
de divino confisus auxilio, non differas totaliter experiri;

Reconciliando tibi Prælatos Regni tui per celerem restitutionem suorum jurium, quibus per te se asserunt spoliatos; & omnes personas alias per quarum potentiam, seu ministerium dictum negotium posse cognoveris adjuvari; ita quod defectus, quem in hoc hactenus habuisti, sic per te deinceps efficaciter suppleatur, quod evidenter appareat te posse ac velle negotium prosequi memoratum, nosque dignas super hoc altissimo gratias referamus.

Cæterùm, præfatum Archiepiscopum, ob reverentiam Apostolicæ sedis & nostram, solita benignitate recipiens, & honorificentia condigna pertractans, eidem in hiis, quæ tibi super præmissis omnibus, ex parte nostra, dixerit, cum nostram sibi plene intentionem expresserimus, adhibeas firmam fidem.

Dat. Anagniæ, 5 Id. Novembris, Pontificatûs nostri anno secundo.

Plumbeo sigillo a filo canabeo.

Bulla pro Monasterio Sanctæ Mariæ de Pratis.

ALexander Episcopus, servus servorum Dei, universis Christi fidelibus præsentes litteras inspecturis salutem & Apostolicam benedictionem. Ann. D. 1256. An. 41. H. 3.

Splendor paternæ gloriæ, qui sua mundum illuminat ineffabili cla- Ex Autogr.

merito sibi acquirat prædictæ sedis gratiam & favorem.

Ideoque Serenitatem tuam rogamus, & hortamur attente quatinus præfatum Mercatorem, pro reverentia dictæ sedis & nostra, sic habeas circa commissa sibi negotia propensius commendatum (Regium super illis impendendo favorem) ut idem ea efficacius & utilius exequi valeat; nosque Magnitudini tuæ condignas propter hoc gratias referamus.

Dat. Lateran. decimo octavo Kalend. Januarii, Pontificatûs nostri anno secundo.

Plumbeo sigillo a filo canabeo.

Bulla per quam Papa supplicat Reg. Angliæ, quod interponeret partes suas erga Regem Scotiæ, ut sustineret Episcopum Sancti Andreæ in Ecclesia sua in pace.

Ann. D. 1256. An. 41. H. 3.

ALexander Episcopus, servus servorum Dei, carissimo in Christo filio Regi Anglorum illustri, salutem & Apostolicam benedictionem.

Eâ novimus regalem animum præditum pietate, ut libertatem, quâ Ecclesias & personas Ecclesiasticas bonitas divina donavit, inviolatam servari cupias; & super hiis, quæ hujusmodi libertatem respiciunt, nostra precamina benignitatis aure suscipias, & susceptas favore regio prosequaris.

Sanè, zelantes paterno affectu carissimi in Christo filii nostri Regis Scotiæ illustris honorificentiam & salutem, dolenter accepimus quod nonnulli eorum, qui ejus dicuntur consiliarii, & assentatores veriùs dici possunt, ejus tenerum animum, & ad quæque consulta flexibilem, dolosis & pravis consiliis adeò inverterunt, quod, fractis divinis, Apostolicis, & regalibus libertatum & immunitatum privilegiis, in ejus Regno, prædictæ Ecclesiæ, ac personæ, ipsius auctoritate, ut non mandati severitate dicamus, ubilibet conculcentur, & libertate ipsarum extra dicti Regni terminos exulante, subjiciantur jugo miserabilis servitutis, utinam! non ad irreparabile ejusdem Regni scandalum & ruinam.

Et licet in toto Regno ipso sibi locum malum hujusmodi vendicaret, tamen contra Ecclesiam Sancti Andreæ, (quæ, inter alias Ecclesias, ob ipsius Apostoli reverentiam, esse celebrior veneratione populi consuevit; & apud claræ memoriæ Reges Scotiæ, dicti Regis progenitores, in libertatibus & immunitatibus prærogativa gaudere privilegii singularis) adeo subversorum invaluit malitia prædictorum, quod venerabilis frater noster G. ipsius Episcopus, nobis & fratribus nostris suæ meritus probitatis acceptus, & Regi sæpedicto devotus, bonis est omnibus spoliatus, & extra suam Ecclesiam cogitur exulare, in divini nominis, & ejusdem Apostoli non levem injuriam & contemptum.

Cum igitur te sciamus ejusdem Regis honoris & salutis incremen-

& Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, omnibus vere pœnitentibus & confessis, qui eis ad prædicti operis consummationem manum porrexerint adjutricem, quadraginta dies de injuncta sibi pœnitentia misericorditer relaxamus.

* Dat. Lateran. decimo Kal. Januarii, Pontificatûs nostri anno tertio.

Littera Beatrici Comitissæ Provinciæ, de pace facta cum Carolo Comite Andegaviæ.

REX Comitissæ Provinciæ, salutem. Ann. D. 1257. An. 41. H. 3. Pat. 41. H. 3. n. 1. d.

Sciatis quod formam pacis, inter vos, & Carolum Comitem Provinciæ, per illustrem Regem Franciæ provisam, ordinatam, & firmatam, super facto Comitatuum Provinciæ, & Folqualquar. atque Marchionatus Provinciæ, acceptamus & gratam habemus;

Salvo jure quod nobis, & dilectæ consorti nostræ A. Reginæ nostræ, necnon & Ricardo Comiti Cornubiæ fratri nostro, & S. Comitissæ uxori ejusdem, competit in Comitatibus & Marchionatu prædictis.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Merton, primo die Januarii.

Littera eidem Comitissæ, qua queritur se gravatos esse ab eodem Carolo in facto Provinciæ.

REX dilectæ Matri suæ B. Comitissæ Marchionatûs Provinciæ, & Comitatûs Forch. salutem & sinceræ dilectionis augmentum. Ann. D. 1257. An. 41. H. 3. Ibidem.

Sciatis quod nos, & Regina nostra, filia vestra, liberique nostri, incolumitate lætamur corporea, quod de vobis, tanquam de nobis ipsis, scire præcordialiter affectamus,

Vobis significantes quod de tædiis & angustiis, vobis per Comitem Provinciæ, Fratrem Regis Franciæ, illatis super terris & possessionibus, quæ bonæ memoriæ Reymundus, quondam Comes * Provinciæ, maritus vester, vobis reliquit, fastiditi sumus * I. 617. non modicum & turbati; & eo magis quod videtur quod dictus Comes Provinciæ, qui vobis pari fœdere quo & nos, affigitur, vos potius juvare deberet, quam gravare.

Unde libenter ad hoc apponeremus remedium si possemus; set, quià tàm nos, quàm alii amici vestri variis & urgentibus negotiis occupamur hiis diebus, oportet nos formam pacis, inter vos & dictum Comitem Provinciæ initam, patienter ad præsens sustinere.

Et cum intelleximus quod vos debetis, secundum formam pacis si-

Et cum Nuncii supradicti eisdem allegationibus & responsis nequaquam contenti, ea, prout nobis significastis, minime duxerint acceptanda; nos, partem nostram facere volentes bonam, Magistrum W. de Watford. Clericum nostrum, ad præfatum Regem, cum litteris nostris, destinamus,

Rogantes eundem ut unum, pro parte nostrâ, de quatuor subscriptis, vobis videlicet, Episcopo Wigorniensi, Electo Wintoniensi, & Johanne Maunsel, unum destinabimus;

Ac ipsi duo, si in dicti negotii consummationem convenire nequiverint, tertium sibi, quem ad hoc duxerint idoneum eligendum associent;

Et quicquid ipsi tres, vel pars ipsorum major decreverint statuendum, nos, sive super restitutione Castrorum, seu terrarum, vel rerum aliarum, secundum formam scripturæ conventionis prædictæ, plene faciemus observari.

Dilectionem igitur vestram rogamus attente quatenus, sicut nos, & indempnitatem nostram, & Edwardi filii nostri diligitis, a partibus Wasconiæ non recedatis donec sciatur quid dictus Rex Castellæ super hoc duxerit faciendum;

Set interim negotiis nostris, & dicti filii nostri tractandis & procurandis, prout vestra discretio expedire noverit, insistatis, & nos de expensis vestris, secundum moram quam ibi feceritis, vobis provideri faciemus.

Et, quia, pro certo intelligimus, quod dilectus frater noster Ricardus Comes Cornubiæ in Regem Aleman. eligatur, cum quo partes Alemanniæ adire proponimus, Deo dante, & idcirco de negotiis nostris ordinare, ac disponere, per consilium & auxilium
*I. 618. amicorum & fidelium * nostrorum, nos convenit; scripsimus Gastoni de Bearn. ut ad nos in Angliam personaliter accedat; per cujus adventum negotia nostra Wasconiæ, tàm ipsum quàm suos tangentia, melius expediri poterunt, ut speramus.

Ad quod modis omnibus ipsum inducatis; &, ad cautelam, vobis mittimus litteras nostras patentes de conductu & guidagio ipsius & suorum; ut, si easdem litteras petierit, ipsas sibi habere faciatis; ne, per defectum earum, se, super adventu suo, valeat excusare.

De pace autem Regulæ, & aliorum de Wasconia, qui vos libenter compromitterent, prout nobis scripsistis, vobis significamus quod velle deberemus quod pax inter homines nostros esset; dum tamen in nostram & filii nostri non cederet in dampnum, periculum, vel exhæredationem; super quibus, si inde vos loqui contingat, caveatis.

De facto autem Baion. & Petri de Rosat; & de facto Gastonis, tam de filia sua, & de Castro de Saltu, quàm de aliis, ipsum & suos contingentibus, si forte ad nos venire noluerit; & de facto Majoritatis & Castri Burdegaliæ; de facto Regulæ & Exulum de Landar. de facto Vicecomit. de Blankeford; & de aliis articulis, quos nobis significastis, de consilio P. de Sabaudia, vobis per Clericum vestrum, latorem præsentium, respondemus, qui vobis eadem viva voce plenius explanare poterit, quàm ea scripturæ commendare possemus.

Ad quæ omnia prædictos articulos tangentia, tractanda, & promovenda ad commodum & honorem nostrum, & dicti filii nostri, talem diligentiam apponatis, quod exinde mereamini commendari.

Et quid super omnibus & singulis articulis prædictis facere potueritis, nobis, antequam ea finaliter consummetis, constare faciatis; ut super hiis omnibus plenius deliberare possimus.

Quod etiam in tractatibus vestris & compositionibus ineundis, prout nobis significatis, potestatem semper mutandi, subtrahendi, vel addendi nobis reservaretis, utile reputamus & gratum habemus.

Normann. & Aquitann. & Comiti Andegav. Alexander, eadem An. 41.
gratia, Rex Scotiæ salutem, & cum omni reverentia & honore pa- H. 3.
ratam ad beneplacita voluntatem.

* Statum nostrum, & statum Reginæ karissimæ sponsæ nostræ, *I. 619.
per Dei gratiam, prosperum esse & jocundum dominationi vestræ nunciamus; quod de fælici statu vestro, utinam! semper prospero & salubri, & de statu Reginæ consortis vestræ, dilectæ matris nostræ, ac felicium liberorum vestrorum, intimo cordis desiderio scire & audire plurimum affectantes,

Excellentem dominationem vestram precamur affectuose, quatinus caris & fidelibus nostris, Magistro Roberto de Sturevill Decan. Dunkeldens. & Ad. de Morham. latoribus præsentium (quos ad vestræ magnificentiæ præsentiam destinamus super quadam forma, de qua Comites de Menech. de Buchwan. de Marr. & Johannes Cumyn, unà cum cæteris Regni nostri Magnatibus, pro bono pacis & Regni nostri tranquilitate, nobis instanter supplicarunt; de querelis, quas contra ipsos habemus, & etiam super aliis quæ vestræ Serenitati ex parte nostra plenius intimabunt) fidem, si placet, adhibeatis indubitatam; statum vestrum, unà cum vestro beneplacito, nobis sæpius, ad cordis nostri gaudium & solamen non modicum, si placet, significare curetis.

Teste Patr. Com. de Dunbar. apud Rokburc. 4 die Febr. anno Regni nostri octavo.

Pro Petro de Sabaudia.

REX omnibus, &c. salutem.
Sciatis quod dedimus, & concessimus dilecto & fideli nos- Ann. D.
tro, Petro de Sabaudia, quatuor millia Marcarum, quæ nobis de- 1257.
bentur pro mutuo, quod fecimus Reymundo, quondam Comiti An. 41.
Provinciæ, & Beatrici Comitissæ, consorti suæ, super quatuor H. 3.
Castra in Comitatu Provinciæ, & Fortalitia, quæ præfati Comes Pat. 41.
& Comitissa nobis, nomine pignoris, obligarunt: m. 13.
Et concedimus quod nulli alii, quàm dicto Petro, pecuniam illam dabimus, aut assignabimus.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Westm. quinto die Februarii.

Pro Nunciis Lewelini venientibus ad Comitem Cornubiæ in Regem Romanorum Electum.

REX omnibus, &c. salutem. Ann. D.
Sciatis quod suscepimus in salvum & securum conductum nos- 1257.
trum solempnes Nuncios, quos Lewelinus filius Griffini mittere An. 41.
voluerit in Angliam, ad dilectum fratrem & fidelem nostrum Ri- H. 3.
cardum Comitem Cornubiæ, in Regem Romanorum electum, & Pat. 41.
omnes, quos iidem Nuncii secum ducere voluerint in veniendo, m. 18.
morando, & ad partes suas redeundo.
Et ideo vobis mandamus quod eisdem Nunciis, & hiis quos secum ducent ad partes prædictas, nullum inferatis, aut inferri permittatis dampnum aut gravamen.

In cujus, &c. duraturum usque ad Pascha proximo futurum.

De

1257. *An.* 41. *H.* 3. *Ibidem.* Sciatis quod constituimus dilectos & fideles nostros Petrum de Burdeg. Amauneum de Varreys, & Petrum Caylon Dictatores ex parte nostra, ad diem captum inter partem illustris Regis Franciæ, & partem nostram, a die Paschæ proximo præterito, in unum mensem, apud Motam de Coynak, cum continuatione dierum, super interceptionibus treugarum, inter ipsum Regem & nos initarum;

Et ad faciendum, &c. ut supra in brevi præcedente.

In cujus, &c.

Teste ut supra.

Pro Archiepiscopo Messanen. de Plenaria potestate ad omnia expedienda, in Negotio Regni Siciliæ.

Ann. D. 1257. *An.* 41. *H.* 3. *Pat.* 41. *H.* 3. *n.* 4. DOmino Papæ, Rex salutem, cum omni reverentiâ & honore.

Sanctitati vestræ ad gratiarum assurgimus uberrimas actiones quod talem & tantum virum, utique circumspectum, summæ religionis & prudentiæ, venerabilem patrem J. Archiepiscopum Messanen. vestri ac nostri honoris fervidum zelatorem, pro negotio Regni Siciliæ, ad nos destinare curavit; quem ad benignitatis vestræ præsentiam, de consilio Procerum & aliorum Nobilium Regni nostri, remitimus, prout meliùs ad Ecclesiæ Romanæ & nostrum commodum & honorem potuimus feliciter expeditum.

In præsentia quidem ipsius tractavimus, & efficaciter ordinavimus de Capitaneo nobili, probo & strenuo, ac aliis solempnibus Nunciis, cum magna summa pecuniæ, ad vestram clementiam destinandis, habentibus plenariam potestatem faciendi omnia quæ nos ipsi faceremus si præsentes essemus; prout idem Archiepiscopus beatitudini vestræ plenius referare poterit viva voce.

Vestræ igitur sanctitati cum affectu, quo possumus, supplicamus quatinus memoratum negotium, pro quo tot sustinuistis labores, sumptus inumerabiles faciendo, manutenere velitis, & vestræ munificentiæ gratiam affluentem, quam de prædicto Regno in Edmundo karissimo nato nostro vestra liberalitas nobis * fecit, favore benivolo continuare curetis, nullam negotii prædicti mutationem vel innovationem, citra dictorum Nunciorum adventum, aliquatenus fieri patientes. * I. 621.

Teste Rege apud Merton. die 10 Maii.

Sub eadem forma, mutatis mutandis, scribitur venerabili cœtui Cardinalium, per litteras clausas.

Robertus de Ufford, duraturam a Pascha, anno, &c. 41. per biennium.

Adam le Waleys, per idem tempus.

Egidius filius Willielmi, per idem tempus.

Thomas de la Pulle, a festo Sancti Michaelis, anno, &c. 41. per unum annum.

Guido Galyun, per idem tempus.

Reginaldus Foylet, duraturam quamdiu fuerit in servitio Electi in partibus prædictis.

Item. *Thomas de la Pulle prædictus similiter, quamdiu fuerit in servitio Electi in partibus prædictis.*

Willielmus Blundel, Clericus prædicti Electi, a festo Sancti Michaelis, anno, &c. 41. per quatuor annos.

Hugo le Despenser, a festo Sancti Michaelis, anno, &c. 41. per unum annum.

Adam de Dotton per idem tempus.

Willielmus Talebot, duraturam quamdiu fuerit in servitio prædicti Electi in partibus prædictis.

Ricardus de Colewurch a festo Sancti Michaelis, anno, &c. 41. per unum annum.

Gilbertus de Ellesfeld, per idem tempus.

Thomas le Blund, per idem tempus.

Jacobus de Audeleger, per idem tempus.

Walterus de la Grave, per idem tempus.

Rogerus Crawe, per idem tempus.

Ricardus de Amundevyle, per idem tempus.

* *Nicholaus de Meulinger, per idem tempus.* * I. 622.

Rogerus de Somerton, per idem tempus.

Thomas de Hereford, per idem tempus.

Jocens filius Roberti, per idem tempus.

Thomas de Pavely, per idem tempus.

Johannes de Sancto Walerio, per idem tempus.

Stephanus de Chendyt, per idem tempus.

Willielmus filius Johannis de Stotevyle, per idem tempus.

Johannes de Stotevyle, per idem tempus.

Hamo de Gatton, per idem tempus.

Petrus de Anesy, duraturam quamdiu fuerit, in partibus prædictis, in servitio prædicto.

Littera Ricardi Regis Romanorum de Successibus & solemni Coronatione sua in Sede Caroli Magni, Aquisgrani.

RIcardus, Dei gratiâ, Romanorum Rex semper Augustus, Edwardo, illustris Regis Angliæ primogenito, carissimo Nepoti suo, salutem & felices ad vota successus. Ann. D. 1257. *An.* 41. *H.* 3.

Libenter votivos & celebres nostræ felicitatis eventus ad nostrorum specialium amicorum corda transferimus; & ad aures præcipuè vestræ dilectionis (cui sic nos identitas sanguinis counivit, ut ip-

tatur præconium, quod, a ducentis Annis & citra, aliquis Prædecessorum nostrorum Imperatorum, vel Regum (videlicet, Romanorum) in suæ novitatis principio (nobis duntaxat exceptis) dictam Civitatem Aquiensem sine gravis offensionis, seu contradictionis obice sit ingressus.

Cumque nostra serenitas moram in ea contraheret, ecce! læta nova, nostris affectata desideriis, occurrerunt, videlicet, quod venerabilis Archiepiscopus Maguntinensis, dilectus Princeps noster, egregius fidei nostræ cultor, & nostrorum rebellium ferius impugnator (adhibita sibi ex nostris fidelibus ingenti copiâ bellatorum) die Mercurii, proxima post festum Sancti Johannis ante Portam Latinam, cum Archiepiscopo Treverensi, * nostri culminis inimico
*I. 613.
(qui, in nostri nominis & honoris dispendium, cum magna multitudine armatorum, castrum nostrum & Palatium Bopard vallaverat, & ad expugnationem ipsius multas machinas instaurarat) gloriose congressus in prælio, contra eum obtinuit victoriam & triumphum; &, ipso Archiepiscopo Treverensi, cum quibusdam ex suis, vix per dedecorosæ fugæ præsidium evadente, ac nonnullis occisis, multos ex suis militibus, & famulis, & aliis suis complicibus captivavit.

Ecce! quam animosos & bellicosos Archiepiscopos habemus in Alemannia; non multum vobis inutile reputantes si tales in Anglia crearentur, quorum ministerio uti possetis secure contra importunos rebellium vestrorum incursus.

Denique, ipso Castro, per auxilium dictorum nostrorum fidelium, ab obsidentium & impugnantium insultibus liberato, ipsoque a dicto Archiepiscopo Maguntinensi victualibus aliisque omnibus necessariis, ac strenuis defensoribus, prout ad securam defensionem ipsius opportunum extitit, communito, idem Archiepiscopus Maguntinus apud Aquisgranum ad præsentiam nostram venit;

Ubi, in festo Ascensionis Dominicæ, ipso ac Archiepiscopo Coloniensi præsentibus, & aliis multis Comitibus, Baronibus, Magnatibus & Nobilibus nostris fidelibus, in sede magni Caroli, cum solemnitate qua decuit, in illius nomine, qui superbos dejicit & ponit humiles in sublimi, Sacri Romani Regni Sceptrum recepimus & Coronam, carissima consorte nostrâ similiter eo die nobiscum solemniter coronata.

Dilectionem vestram rogantes attentius quatenus, nobis piis affectibus congaudentes, attentius altissimo super hiis gratias exsolvatis, ipsum suppliciter exorantes ut, qui, ex suæ abundantiâ pietatis, merita supplicum excedentis & vota, ætatem vestram tanta felicitate beavit, quod ad patruum vestrum Romani Regni sceptrum perduxit, ad honorem sui nominis feliciter dirigat gressus nostros.

Festo itaque Coronationis nostræ solemniter, prout decuit, celebrato, ecce! Principum & aliorum fidelium nostrorum super agendis nostris communicato consilio, viribus nostris è diversis partibus instauratis, ad humiliationem nostrorum rebellium potenter & patenter intendimus dirigere castra nostra; & præcipuè ad confringenda elata Archiepiscopi cornua Treverensis; ut, sicut se primum in nostris negotiis, non tam justum, quam voluntarium posuit turbatorem, ita primò experiatur & discat quid, & quantum contra eum possit & valeat manus nostra.

De hoc autem præcipue certos esse vos volumus, quod tantam jam, ex auxilio fidelium nostrorum & fautorum in Alemanniâ, habere confidimus potestatem, quod, eis in fidei nostræ cultu, & in devotionis nostræ zelo durantibus, nullius viventis sit nobis potentia formidanda.

Data Aquisgrani, 18 die Maii, anno Regni nostri primo.

cleris nichilominus quod nullam pecuniam mercatoribus solvi permitteret, donec de eventu negotii Regni Siciliæ haberet certitudinem pleniorem.

Verum, si Rex idem diligenter adverteret diversas & innumerabiles gratias, quas Romana Ecclesia sibi, non solum circa concessionem ipsius Regni, & effusionem sumptuum, quos, post concessionem eandem, pro ipsius Regni manutenendo negotio, subiit, sed etiam circa termini prorogationem, & quamplura alia quæ tua plenè novit industria, fecisse dinoscitur, inveniret utique quod eadem Ecclesia hoc nequaquam meruerit apud ipsum; cum velud mater, intenta eidem Regi, sinum favoris omnimodi manu munifica explicaverit, in hac parte nil de contingentibus obmittendo, licet potuisset sibi, super prædicto ipsius Regni negotio, propter ejusdem Regis negligentiam & defectum, aliter providere.

Nuper etiam in die Cænæ domini, astante tunc magna fidelium congregatione catholicâ, Manfredum quondam Principem Tarentin. in ipsius Regis favorem, denunciavimus excommunicationis innodatum vinculo, & Principatu Tarentin. honore montis Sancti Angeli, cunctisque Comitatibus & honoribus apostolica auctoritate privatum, & alias etiam processimus contra eum, prout per alias litteras nostras tibi duximus intimandum.

Sunt ne ista speratæ retributionis præmia, quæ ipsi ecclesiæ pro tot impensis beneficiis recompensat, ut velit eam sub debitorum succumbere sarcina, quæ pro ipso, ac ejus honore contraxit? Est nè ista grata & debita nobis vicissitudo favoris, ut permittat nos vexari a mercatoribus, & eorum querimoniis affici tædiosis? Est ne hic magnæ devotionis affectus, quem ad patrem filius se habere prætendit, ut non attendat quantum ex hoc noster debeat animus perturbari? Certè non hoc ab ipso expectavimus hactenus, nec speravimus eum debere nobis pro tot gratiis, tot favoribus, totque munificis largitionibus, taliter respondere.

Cum igitur totis desideriis cupiamus ut præfata ecclesia ab ipsorum debitorum onere penitus & celeriter liberetur, volumus, & præsentium tibi auctoritate, in virtute obedientiæ, districtè præcipiendo mandamus quatinus, inhibitione regia non obstante, memoratam decimam, necnon & omnes redemptiones votorum crucesignatorum, cunctaque legata indistinctè, ac generaliter omnem pecuniam, undecumque & quomodocumque illam, sive nostro, sive prædicti Regis nomine ad manus tuas contigerit devenire, in eorundem debitorum solutionem convertere non omittas.

Contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione postpositâ, compescendo, ac apertè prænunciando Regi prædicto quod, si amplius solutionem eorumdem debitorum quomodolibet impedíverit, quin, de decima & aliis prædictis, mercatoribus, quibus eadem tenetur ecclesia, plenarie satisfiat, nos, quantumcunque personam ejus quadam prærogativa specialis benevolentiæ prosequamur, obmittere nequaquam poterimus quin adversus eum & Regnum Angliæ, licet inviti & coacti, prout expedire viderimus, procedamus.

Cæterum super eo quod intelleximus te, dimissis negotiis, quæ in Anglia tibi commisimus, jam citra mare venisse, admirati fuimus vehementer, cum nunquam debuisses a prædicto Regno Angliæ recedere absque mandato sedis apostolicæ speciali.

Dat. Viterbii, 3 Non. Junii, Pontificatûs nostri anno tertio.

Sub filo canabi.

Pro

[illegible] & Castrorum, quæ nomine Vicecomitis de Fronc. Castellian. & de Benauges, & aliorum petebantur, minime, sicut nobis visum est, teneamur; nos tamen, vestræ, in quibuscumque possumus, cupientes condescendere voluntati, quædam ob reverentiam vestram memorato Episcopo optulimus, quæ viva voce vobis exponere poterit seriatim, & de quibus, prout nobis videbatur, debuit esse contentus.

Set, quia illa per vos credimus acceptanda, ad sublimitatis vestræ præsentiam Nuncios nostros solempnes disponimus in proximo destinare, qui vobis nostram super hiis & aliis exponent plenius voluntatem.

Teste Rege apud Westmonasterium, 7 die Junii.

• I. 626. * *Littera directa Regi Aragon. super Conventionibus cum Alfonso Rege Castellæ.*

Ann. D. 1257. An. 41. H. 3. Claus. 41. H. 3. m. 7. d.

MAgnifico Principi Domino Ja. Dei gratiâ, illustri Regi Arragon. &c. Henricus, Dei gratiâ, Rex Angliæ, &c. salutem & sinceræ dilectionis affectum.

Prudentem virum, Priorem de Cornelian. Nuncium vestrum, ad præsentiam nostram, unà cum venerabili patre Johann. Episcopo, illustris Regis Castellæ Nuncio, cum vestris litteris de credentia venientem, eâ, quâ decuit, veneratione recepimus; qui injuncta sibi negotia nobis amicabiliter exposuit & prudenter.

Quibus auditis, & sinceritatis affectum, quem ad nos geritis, attendentes, super hiis quæ præfatus Prior, pro bono pacis & amicitiæ inter præfatum Regem Castellæ, & nos continuandæ, proposuit, Serenitati vestræ grates referimus copiosas.

Advertentes igitur quam grave sit amicum perdere, & nichil jocundius quam amicitiam servare illæsam, conventiones, inter præfatum Regem Castellæ, & nos, super facto Vasconiæ dudum habitas, in nostra & totius consilii nostri præsentia fecimus recitari, ipsas proponentes inviolabiliter observare.

Unde, licet, ex viribus conventionum earum ad restitutionem Terrarum & Castrorum Vic. Fronc. Castellian. & de Benaug. & aliis faciendam minime, sicut nobis visum est, teneamur; nos tamen, voluntati dicti Regis, in quibuscunque possumus, condescendere cupientes, quædam, præsente dicto Priore, ob reverentiam & favorem dicti Regis Castellæ, & vestrum, memorato Episcopo optulimus, quæ dictus Prior viva voce vobis exponere poterit seriatim, & de quibus idem Episcopus, prout nobis videbatur, debuit esse contentus.

Set, quia illa per dictum Regem credimus acceptanda, nostros solempnes Nuncios ad dicti Regis præsentiam disponimus in proximo destinare, qui nostram sibi super præmissis & aliis exponent plenius voluntatem.

Super hoc autem quod vos nos videre, & nobiscum, una cum

Teste Rege apud West. 18 die Junii.

Ista littera tradita fuit Magistro Gileberto de Milliers, ita quod, antequam tradat prædictis Johanni & Reginæ litteram illam, recipiet ab eis sacramentum, quod nullum malum facient, aut fieri procurabunt, Regi Angliæ, aut Regi Scotiæ, in transitu prædicto.

De pace cum Rege Franciæ tractanda.

REX omnibus, &c. salutem.

Ann. D. 1257. An. 41. H. 3. Pat. 41. H. 3. m. 9. d.

Sciatis quod, de voluntate & consensu Edvardi filii nostri primogeniti, & hæredis, damus plenam & liberam potestatem dilectis & fidelibus nostris, W. Wigorniensi Episcopo, Hugoni le Bigod, & fratri Adæ de Marisco, pacem tractandi & firmandi inter Dominum Ludovicum Regem Franciæ & hæredes suos, & nos & hæredes nostros, de assensu & consilio dilectorum & fidelium nostrorum Simonis de Monte-forti, Comitis Leicestriæ, & Petri de Sabaudia, super omnibus controversiis & quæstionibus, motis inter nos & progenitores nostros hinc inde; ratum habituri & firmum quicquid ipsi Episcopus, Hugo, & Adam, vel duo ipsorum, quos adesse contigerit, mediante consilio prædictorum Comitis & Petri, super præmissis, nomine nostro & hæredum nostrorum, duxerint faciendum.

In cujus, &c. duraturas usque ad Festum Assumptionis beatæ Mariæ proximo venturum.

Teste Rege apud Westm. vicesimo secundo die Junii.

De eodem negotio.

REX, omnibus, &c.

Ann. D. 1257. An. 41. H. 3. Ibidem.

Sciatis quod nos plenam damus & liberam potestatem, & speciale mandatum venerabili Patri W. Wigorn. Episcopo, Hugoni le Bigod, & fratri Adæ de Marisco, vel duobus eorum, quos adesse contigerit, ad tractandum de pace, inter Dominum Ludovicum illustrem Regem Franciæ, & nos, super omnibus contentionibus & controversiis hactenus inter nos, & progenitores nostros hinc indè motis.

In cujus, &c.

Teste ut supra.

tionis trahere discrimen.

Porro, quia longioribus spei tædiis caritatis fortitudo non vincitur, nec, quamdiu spes ipsa probabilibus resovetur indiciis, desiderii nostri circa te propositum superatur, ecce! super reformatione prædicti negotii, cum venerabilibus fratribus nostris Archiepiscopo Tarentasien. Bathonien. & Wellen. & Roffen. Episcopis, & dilecto filio Magistro Nicholao de Plimton. Archidiacono Norfolciæ, Capellano nostro, tuis & prædicti Regis Procuratoribus & Nunciis ad hoc missis, tractatu habito diligenti, qualiter ipsum negotium, nè in dissolutionis materiam evanescat, resurgat in statum de quo ad fælicem exitum, juxta nostrum desiderium, perducatur, nostra & fratrum nostrorum providentia sollerter excogitans nil omisit.

In hoc igitur nostræ deliberationis consilia resederunt, ut dilectum filium Magistrum Arlottum Subdiaconum & Notarium nostrum, virum utique nobis & fratribus ipsis acceptum, & habentem ad consummationem ipsius negotii puræ intentionis affectum, de cujus fide plenam & indubitatam obtinemus fiduciam, ad tuam præsentiam mitteremus, plenâ sibi facultate per alias literas nostras de prædictorum fratrum concessa consilio, sub certâ forma in eisdem literis annotata, tecum & cum prædicto Rege dicti Regni negotium reformandi.

Quocirca Serenitatem Regiam monemus, rogamus & hortamur attentè, quatinus, eundem Notarium favorabiliter in nomine nostro suscipiens, cum eo circa eandem reformationem sic celeriter, sic efficaciter & diligenter intendas, quod super hoc non pendeat animus noster ultra nec langueat, & Ecclesiæ filii & fideles Regni ejusdem, (quorum oculos & vota in te ac præfatum Regem eadem Ecclesia Domina illorum direxit) & mater inter expectationes & vota, inter gemitus & suspiria, inter pressuras & incommoda prorsus deficere non cogantur.

Et quia pax tua & carissimi in Christo filii nostri Regis Francorum illustris ——————rit plenius, & firmata, eidem negotio viam aperiet & progressum, rogamus & petimus ut ad perfectionem ejusdem pacis efficaciter apponas affectum ——————

* I. 629. —————— summatione * ipsius ad executionem ejusdem negotii plenior tibi facilitas proveniat & facultas;

Preces nostras taliter impleturus quod tibi & Regno tuo ——————————————— Romana Ecclesia desinat saltem nunc gemere ulterius super illius Regni miseriis & erumpnis, quas eadem, quasi inter ipsa viscera sua, ——————

Pontificatus nostri ——————

Littera Edmundi Regis Siciliæ, super melioratione Conditionum in Facto Siciliæ.

Ann. D. 1257. An. 41. H. 3. Pat. 41. H. 3. m. 6. in Schedula.

SAnctissimo in Christo Patri, ac Domino Alexandro, Dei gratia, sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ summo Pontifici, Edmundus, eadem gratia, Rex Siciliæ devota pedum oscula beatorum.

Noverit vestra paternitas reverenda, quod nos dilectos nostros, venerabilem Patrem Tarantas. Archiepiscopum, ac nobiles viros Simonem Comitem Leicestriæ, Petrum de Sabaudia, & Johannem Mansell, quemlibet in solidum, de mandato & authoritate Domini Patris nostri Henrici, Dei gratia, Regis Angliæ illustris, Procuratores nostros constituimus & Nuncios speciales, videlicet,

Ad petendum a vestræ clementia Sanctitatis meliorationem & reformationem conditionum, in privilegio Apostolico contentarum,

Teste ut supra.

Alia Littera super eodem negotio. * I. 630.

Ann. D. 1257. An. 41. H. 3. Pat. 41. H. 3. m. 6. in Schedula.

SUmmo Pontifici Rex salutem.

Noverit vestra paternitas quod nos venerabilem Patrem R. Tarantasien. Archiepiscopum, Simonem de Monteforti Comitem Leycestriæ, Petrum de Sabaudia, Johannem Mansell Thesaurarium Eboraci, quemlibet eorum in solidum, nostro ac dilecti filii nostri Edmundi nomine, Procuratores nostros constituimus & Nuncios speciales,

Dantes eis plenam ac liberam potestatem, ac speciale mandatum componendi cum Ecclesia Romana, super negotio Regni Siciliæ, præfato filio nostro ab Apostolica sede concessi, prout ipsi melius viderint expedire:

Ratum habituri quicquid per ipsos, & cum ipsis, vel per duos ipsorum factum fuerit in hac parte.

In cujus, &c.

Teste ut supra.

De pace cum Rege Franciæ ineunda, quod negotium Siciliæ inde convalescat.

Ann. D. 1257. An. 41. H. 3. Pat. 41. H. 3. n. 6. in Schedula.

SUmmo Pontifici, ac venerabili cœtui Cardinalium Henricus Rex Angliæ, &c. salutem, cum reverentia & honore.

Quia negotium Regni Siciliæ plurimum residet cordi nostro, volentes ut fælicem sortiretur eventum, ecce quod, juxta vestrum & Ecclesiæ Romanæ consilium parati sumus, cum illustri Rege Francorum inire pacem & concordiam; ut per hoc, vestro etiam mediante consilio, auxilio, & favore, præfatum negotium, ad honorem Dei, & Ecclesiæ Romanæ, ac nostrum, prosperis successibus convalescat.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Windesor. vicesimo octavo die Junii, anno quadragesimo primo.

De Regno Siciliæ renunciando.

Ann. D. 1257. An. 41. H. 3. Ibidem.

SUmmo Pontifici, & venerabili cœtui Cardinalium Henricus Rex Angliæ, &c. salutem.

Noverit vestra paternitas reverenda quod nos venerabilem Patrem Tarantasiensem Archiepiscopum, Simonem de Monteforti Comitem Leicestriæ, Petrum de Sabaudia, & Johannem Mansell Thesaurarium Eborum, nostro ac dilecti filii nostri Edmundi nomine, Procuratores nostros constituimus & Nuncios speciales;

Dantes eis plenam & liberam potestatem, ac speciale mandatum renunciandi Regno Siciliæ, nobis & dicto Edmundo ab Apostolica sede concesso, si viderint expedire; ratum habituri & firmum quicquid ipsi, vel duo ipsorum, nomine nostro & dicti Edmundi filii nostri, super hoc duxerint faciendum.

In cujus rei testimonium, tàm pro nobis, quàm pro dicto Edmundo, præsentibus litteris sigillum nostrum duximus apponendum.

Teste Rege apud Windesor. vicesimo octavo die Junii.

De

ponent:

Qua, si placet, intellecta ad plenum, ad honorem Sacrosanctæ Ecclesiæ Romanæ considerationis oculum dirigentes, de præfato negotio taliter ordinare velitis, quod nos, hæredesque nostri, ac totum Regnum Angliæ devotione solita Ecclesiæ Romanæ semper obediamus, nec occasione istius negotii, ex quo nobis nullus fructus advenit, deinceps jacturam aliquam incurramus:

Pensantes quod, si ad prosecutionem istius negotii sub diversis pœnis nos astrinximus, affectionis & devotionis sinceritas, quam ad Ecclesiam Romanam matrem nostram semper habuimus, non emolumenti temporalis cupiditas fuit in causa;

Et quod ultra, cum de sede Apostolica singularem confidentiam habemus, quæ semper nobis astitit in adversis, & per quam, tàm a nostris, quàm ab extraneis infestati, alterius auxilio non suffulti, hostium versutias evasimus, de ipsis laudabiliter triumphantes, statum nostrum filiorumque nostrorum, ac ipsius negotii quantum ad jus, nobis dictoque Edmundo nato nostro in ipso Regno quæsitum, ac omnia alia ipsum negotium contingentia, vestræ supponimus misericordiæ; supplicantes affectione promptissima, quatinus non ad necessitates vestras, sed potius ad devotionem nostram respectum habentes, memoratum negotium fine laudabili consumetis.

Nos enim gratum & ratum habebimus quicquid vestra Clementia, de Consilio Cardinalium vestrorum, super hoc duxerit ordinandum.

Teste Rege apud Windesore, vicesimo octavo die Junii.

• I. 632. * *Instructiones de variis tractandi modis circa Negotium Siciliæ.*

Ann. D. 1257. An. 41. H. 3. Ibidem.

SI Domini Comes Leicestriæ, & P. de Sabaudia vadant ad Curiam, ipsi plenam secum deferent potestatem ordinandi de toto negotio.

Si ipsi non vadant, & alii transmittantur, Dominus Rex, filii sui, ac totum ipsius consilium in has vias consentiunt;

Ut, si possibile fuerit, procuretur quod illa pœna, in privilegio magno contenta (scilicet quod, si Rex non solverit, vel non miserit, aut non venerit, in potestate solius Domini Papæ sit cassare, & irritare, & irritum nunciare quod per ipsum & fratres suos factum est de negotio memorato; & quod nichilominus Rex sit excommunicatus, Regnumque Angliæ interdictum) tollatur omnino.

Et, si, pœnis istis sublatis, vult Dominus Papa donationem, factam Domino Edmundo per Dominum Innocentium, & per seipsum, servare, vel de novo sub aliis conditionibus tolerabilibus concedere, vel saltem quod tollatur pœna interdicti, bene quidem; si vero Papa nec antiquam donationem vult servare, nec novam facere, nisi sub eisdem pœnis, prorogetur terminus, ne negotium rumpatur; ut interim, cum voluntate Ecclesiæ, tractetur de pace inter Regem & Manfredum; videlicet, ut Principatus & aliæ terræ, quas idem Manfredus habebat, ante privationem suam, sibi re-

rabilium Patrum Dominorum Hugonis, Petri Capucii, & Ottoboni Cardinalium.

* *Istam Chartam petunt Nuncii sigillari sigillis Dominorum Regis, Edwardi & Edmundi.* • I. 633.

Memorandum, quod hæc omnia, scripta superius, irrotulata de facto Siciliæ, & ordinata per Magistrum Rustandum, cum viginti cedulis albis & vacuis, sigillo Regis sigillatis; & octo cedulis vacuis, sigillo Domini Edwardi sigillatis; & decem cedulis vacuis, bulla aurea bullatis, sub nomine Domini Edmundi filii Regis, tradita fuerunt Artaldo de sancto Romano, ad portandum Parisius Domino Comiti Leycestriæ, & Domino P. de Sabaudia, quos Rex disposuit mittere ad Curiam Romanam pro facto Regni Siciliæ;

Ita scilicet, quod prædicti Comes & Petrus de scriptis illis, & cedulis vacuis prædictis, si ad Curiam Romanam accedant, ordinent & disponant, prout honori Regis & utilitati negotii Siciliæ viderint expedire; si autem prædicti Comes & Petrus ad Curiam Romanam ire noluerint, omnes prædictæ cedulæ vacuæ dampnentur, & Regi in Angliam transmittantur, prout in literis inferius irrotulatis, quas Rex per prædictum Artaldum misit prædictis Comiti & Petro, plenius continetur.

De Nunciis ad Romanam Curiam super negotio Siciliæ mittendis.

Ann. D. 1257. A. 41. H. 3. Pat. 41 H. 3. n. 8. in Schedula.

REX Simoni de Monte-forti, & Petro de Sabaudia, salutem.

Licet diligenter institerimus pro Magistris N. de Plimpton, & Johanne Clarel, vobiscum mittendis ad Curiam Romanam, neutrum tamen ipsorum, seu alium Clericum idoneum potuimus optinere;

Unde, per dilectum Clericum nostrum, Artaldum de Sancto Romano, diversa paria litterarum patentium, ex ordinatione Magistri Rostandi confecta, Domino Papæ, & Cardinalibus similiter universis directarum, tàm super melioratione conditionum facti Siciliæ, quàm super renunciatione ejusdem Regni, ex parte nostra & Edmundi filii nostri facienda, vobis mittimus, unà cum quadam provisione, sigillo nostro signata, quam idem Magister super diversis articulis ordinavit, quibus omnibus inspectis & diligenter intellectis, communicato etiam consilio Episcopi Wigorniensis, prædicti Magistri, & aliorum de consilio nostro apud vos existentium, faciatis super hiis prout honori, & utilitati nostræ, & hujus negotii expeditioni videritis melius expedire; quia hæc omnia vestræ discretioni totaliter committimus.

Ad hæc mittimus vobis viginti cedulas albas & vacuas, sigillo nostro signatas; & octo paria cedularum albarum, sigillo Edwardi filii nostri signatarum; unà cum decem albis cartis vacuis auro bullatis, sub nomine Edmundi filii nostri, sicut nuper, vobis præsentibus, fuit provisum;

Quas

personaliter adeant Curiam Romanam, pro facto Siciliæ, sicut nuper eis injunximus, tunc prædictum privilegium prædictis Comiti & Petro libereretis, secum ad Curiam deferendum.

Si vero personaliter non eant ad Curiam, tunc vos, Artalde, privilegium illud nobis salvo reportetis.

Teste Rege apud Wudestoke, 5 die Julii, anno Regni nostri 41.

Eodem modo hoc idem mandatum est prædicto Arthaldo per se, ut prædictum privilegium recipiat a prædicto Rostando, & illud tradat prædictis Comiti, & Petro, si procedant ad Curiam; alioquin illud privilegium Regi reportet, sicut prædictum est.

Teste ut supra.

Adhuc de Regno Siciliæ.

Ann. D. 1257. An. 41. H. 3. Pat. 41. H. 3. n. 8.

DOmino Papæ Rex Angliæ, &c. salutem cum reverentia & honore.

Noverit Sancta Paternitas vestra quod nos constituimus & ordinamus dilectum Clericum nostrum Magistrum Nicholaum de Plimpton, Subdiaconum & Capellanum vestrum, Procuratorem nostrum ad impetrandum in Curia vestra, dum præsens fuerit, litteras tam justitiam quam gratiam continentes; ad proponendum etiam & contradicendum coram vobis pro loco & tempore contra quoscumque adversarios nostros, seu juri, vel dignitati nostræ detrahentes, nomine nostro quandocumque seu quotienscumque sibi visum fuerit expedire:

Ratum habituri & firmum quicquid per ipsum super præmissis factum fuerit, seu etiam procuratum.

Nolumus tamen quod, per præsens mandatum, intelligatur aliquid aliud, aliis Procuratoribus nostris datum, in aliquo revocatum, sed quod unus inceperit, alter perficere possit & procurare.

In cujus rei testimonium, &c.

Teste Rege apud Wodestoke, 8 die Julii, anno 41.

De Privilegio Concessionis Siciliæ per Magistrum Rostandum recepto.

Ann. D. 1257. An. 41. H. 3. Pat. 41. H. 3. m. 6. d.

EXcellentissimo Domino suo Henrico, Dei gratia, Regi Angliæ, &c. Magister Rostandus, &c. salutem.

Vestra noverit Celsitudo quod, cum Dominus Artandus de Sancto Romano transfretasset die Sabati post Octabas Apostolorum Petri & Pauli, Alexandro de Valen. ad nos propter hoc accedente, privilegium super concessione Regni Siciliæ recepimus ab eodem, & de ea faciemus prout vestra Celsitudo mandavit.

Valeat Excellentia vestra per tempora longiora.

Data apud Roff. dicta die Sabati.

Ista littera tradita fuit Petro de Winton. Clerico Garderobæ Regis custodienda.

Johanni Louel, se altero.
Nicholao de Crioll, se tertio, Kant.
Nicholao Peyn, se altero Gloucestr.
Johanni de Crioll, se altero Kant.
Petro de Nevyle, Rotel.
Rogero de Aubemarle, se solo Devon.
Johanni de Muscegros, pro duobus Militibus, Gloucestr.
Johanni Giffard, pro duobus, Gloucestr.
Adam le Despenser, pro duobus Militibus, Gloucestr.
Hugoni de Nevyle, pro duobus Militibus, Somers.
Johanni de Baln. se altero, ibid.
Willielmo de Reyny, se solo Devon.
Willielmo Bluet, se solo Gloucestr.
Henrico de Novo Burgo, se solo Dors.
Willielmo de Kaynes, se altero Dors.
Roberto filio Pagani, se altero Devon.
Rogero de Somery, se quinto Staff.
Roberto de Brus, se quarto Essex.
Jordano de Sakevyle, se solo Oxon.
Alvredo de Lincoln. se altero Somers.
Galfrido de Maundevyle, se altero Somers.
Galfrido de Dynant, se altero Devon.
Baro de Vala Torta, se altero Devon.
Hugoni Peverell de Saunford, se altero.
Roberto de Gornay, se altero Gloucestr.
Johanni filio Mathæi, se altero Devon.
Franco de Bohun, se tertio Suff.
Willielmo Marescallo, se altero.
Henrico Erle, se altero Dors.
Alard. le Flemyng, se solo Glouc.
Radulfo Russel, se solo Somers.
Willielmo de Bello campo de Elmel. se tertio Wigorn.
Nicholao filio Reyeri, se solo.
Petro Achard, se solo Berk.
Rogero de Pauyly, se solo Wilts.
Willielmo Maudat de Warminstr. se solo Wilt.
Willielmo de Hasting de Eton. se altero Oxon.
Johanni de Averanges, se solo Oxon.
Radulfo Musard, se altero Berk.
Almaricus de Sancto Amando pro duobus Militibus Oxon.
Willielmo de Fortibus, se tertio Oxon.
Hugoni de Vivon se altero Oxon.
Willielmo de Monte-Acuto, pro uno Milite Somers.

---

* *De Summonitione Episcoporum pro Exercitu contra Wallenses.* * I. 636.

Ann. D. 1257. An. 41. H. 3. Claus. 41. H. 3. m. 6. d.

REX H. Linc. Episcopo salutem.

Cùm pro exercitu nostro, cum quo tendimus ad partes Cestriæ, contra Wallenses inimicos nostros, vos & omnes alios Prælatos & Magnates Regni nostri fecerimus summoneri, ad eundum nobiscum cum toto servitio suo, nobis debito, pro defensione terræ nostræ contra prædictos Wallenses:

Et Archiepiscopus Cantuariensis quandam Convocationem Episcoporum fieri fecerit London. in Octabis Assumptionis beatæ Mariæ, ut audivimus:

Quæ quidem Convocatio, aut alii tractatus, vel Concilia, nobis existentibus & agentibus in exercitu nostro, fieri non debent, eo quod singuli, tam Prælati, quàm alii, in propriis Personis veni-

re

super hoc auxilium opem & favorem.
In cujus, &c.

Teste Rege apud Wodestoke, 20 die Julii.

---

* I. 637. * *De discordiis terminandis inter Regem Scotiæ & quosdam Magnates Regni sui.*

Ann. D. 1257. An. 41. H. 3. Pat. 41. H. 3. m. 5.

REX omnibus, &c.

Cum pro terminandis & sedandis contentionibus, inter dilectum filium & fidelem nostrum Alexandrum Regem Scotiæ, & quosdam Magnates Regni sui subortis, venerabiles Patres S. Archiepiscopum Eborum, & W. Episcopum Dunelmensem, necnon & dilectos & fideles nostros R. de Quincy Comitem Wintoniensem, B. Priorem Dunelmensem, Johannem Maunsell Præpositum Beverlaci, Gilbertum de Preston, & Willielmum Latemer, ad partes Scotiæ ad diem, inter Regem ipsum & dictos Magnates ejusdem apud Stryvelyn, in quindena Assumptionis beatæ Mariæ, præfixum, duxerimus transmittendos;

Nos gratum habebimus & firmum quicquid dicti fideles nostri, aut eorum aliqui, quos adesse contigerit, vice nostra, unà cum consilio præfati Regis Scotiæ, ad honorem nostrum & Regis memorati, super præmissis, duxerint faciendum.
In cujus, &c.

Teste Rege apud Wodestok, 20 die Julii.

Littera diffinitiva super quæstione de Ecclesia de Bixle.

Ann. D. 1257. An. 41. H. 3. Ex Transcrip. autent.

STephanus, miseratione Divina, Episcopus Penestrinus, Universis, præsentes litteras inspecturis, salutem in Domino.

Noveritis quod olim, in causa, quæ inter Priorem & Conventum Monasterii Sanctæ Trinitatis Londonien. ordinis Sancti Augustini ex parte una, & Archiepiscopum Cantuariensem, ac Magistrum Guillielmum tunc simplicem Clericum, nunc Papiensem Episcopum ex altera vertebatur, super eo quod idem Archiepiscopus dictos Priorem & Conventum Ecclesia de Bixle Roffensi. Dioc. quam a tempore, cujus non extat memoria, ex concessionibus & collationibus quorundam Archiepiscoporum Prædecessorum ipsius, qui in Ecclesia Cantuar. pro tempore fuerunt, Capituli Cantuarien. & loci Diocesani accedente consensu, in perpetuam elemosinam & usus proprios, prout in Prædecessorum ipsorum litteris, confectis exinde, dicitur plenius contineri, obtinuerunt, contra Justitiam spolians, eam dicto Magistro de facto, cum de jure nequierit, contulerat,

Felicis recordationis Dominus Innocentius Papa quartus Magi-

Marcas sterlingorum, in Festo Sancti Michaelis Londoniis, exhibeant annuam pensionem, donec dictus Prior in Regno Angliæ in locis, quibus viderit expedire, jam dicto Ubaldino de Ecclesiastico Beneficio, Præbenda, personatu, vel dignitate, cum Cura, vel sine Cura, ad cujuscunque Collationem spectante, quod sexaginta Marcas sterlingorum ad minus valeat annuatim, per litteras Apostolicas, quas idem Ubald. ad Priorem impetrabit eundem per se, vel per alium, seu alios, duxerit providendum;

Et dictus Ubaldinus vel ejus procurator suo nomine hujusmodi Beneficii possessionem pacificam atque corporalem habuerit, & fructus pacifice perceperit de eodem; ac dicto Ubald. hujusmodi Provisionem adepto, iidem Prior & Conventus ad solutionem pensionis ejusdem nullatenus teneantur, nec dictus Ubald. ipsam exigat ab eisdem, & de ipsius Domini Papæ speciali mandato supplentes, si quis in concessionibus, collationibus & confirmationibus memoratis Archiepiscoporum, Capituli, & loci Diocesani prædictorum habitus est defectus: inhibemus quod eadem Ecclesia de Bixle nulli, cujusquam auctoritate, de cætero conferatur, sed ipsa in perpetuum in proprios usus Prioris & Conventus ipsorum liberè, cum juribus & pertinentiis suis, remaneat & quiete, alicujus seu aliquorum contradictione nequaquam obstante.

In cujus rei testimonium præsentes litteras Sigilli nostri munimine fecimus roborari. Data & recitata fuerunt prædicta Viterbii, sub anno Domini 1257. Pontificatus Domini Alexan. Papæ quarti anno tertio, 15 Indict. die nona Septembris exeuntis.

Præsentibus,

Magistro Uberto de Coconato,
Magistro Roberto de Scotia, Domini Papæ Capellanis,
Magistro Johanne Romanucii, Domini Papæ Scriptore,
Magistro Adulfo, Canonico Pruinen.
Magistro Georgio, Canonico Strigonien.

Et aliis pluribus testibus de hiis rogatis & vocatis.

Ego Berardus de Insula, Romanæ Apostol. ac Sacrosanctæ sedis auctoritate Notarius, prædictorum prolationi interfui ut supra legitur; & de mandato prædicti Domini Penestr. Episcopi, scripsi, & rogatus fideliter publicavi.

Litera Regi Hispaniæ excusatoria de Nunciis in partibus transmarinis ægrotantibus. Ann. D. 1257. An. 41. H. 3. Ibidem. Claus. 41. H. 3. m. 3. d.

REX Angliæ Regi Hyspaniæ salutem.

Cum, post recessum Jahenn. Episcopi, Serenitatis vestræ Nuncii, & Prioris de Cornelian, Nuncii Regis Arragoniæ, ad nos

una cum vestræ beneplacito voluntatis, nobis rescribatis.

Teste meipso apud Diffard in Castris, 11 die Septembris.

Ita littera duplicata fuit & missa Regi Hyspaniæ per Robertum de la Barre & Hugonem de Pagebam die Mercurii proximo ante festum Sancti Mathæi Apostoli.

Postea provisum fuit istud breve retineri, & sub alia forma mitti, prout patet inferius.

Litera directa Regi Castelle, ejusdem fere cum priore forma.

Ann. D. 1257. An. 41. H. 3. Ibidem.

REgi Castellæ Rex Angliæ salutem.

Cum pridem dilectos nostros, Abbatem Salop. & Johannem de Somerkot Clericum nostrum familiarem, pro complendis negotiis, nos ad invicem, sicut nostris, contingentibus, ad vos in Hispaniam direxerimus, & speraremus firmiter quod expedite & sine interruptione aliqua in itinere suo procederent,

Ecce! novercante fortunâ, nobis de partibus Walliæ revertentibus occurrerunt quidam Nuncii, ex parte dicti Abbatis, nobis intimantes ipsum, in partibus Franciæ, tanta esse corporis infirmitate detentum, quod nulla prorsus ratione ulterius progredi valebat; & quod grave ferimus & molestum, impedimentum hujusmodi, sub spe convalescentiæ, nobis insinuare diutissime distulerunt.

Quapropter Serenitatem vestram attentius deprecamur quatinus nos & præfatos Nuncios nostros, occasione hujusmodi, præpeditos, habere dignemini excusatos; præsertim cum iidem Nuncii, si dictus Abbas in proximo convaluerit, ad vos sint directe progressuri; aut alios solempnes Nuncios, in loco ipsorum, ea qua fieri poterit maturitate, ad vestræ Celsitudinis præsentiam transmittemus.

Et in hac littera mandatur & status Regis & Reginæ & liberorum suorum qui prosperus est.

Teste, &c.

* I. 640.

** De incendio Coloniensis Ecclesiæ ubi (nominatissimi) tres Reges tumulantur.*

Ann. D. 1257. An. 41. H. 3. Pat. 41. H. 3. m. 12. d.

CUM Ecclesia Coloniensis, in qua corpora trium Regum beatorum requiescunt, per incendium inopinabili ac miserabili casu sit consumpta;

Rex, ad petitionem Conradi Archiepiscopi Colon. scribit Archiepiscopo Cantuar. & aliis Prælatis, ac fidelibus totius Angliæ, quod Nuncios ipsius Fabricæ, cum pro petendo subsidio ad ipsos venerint, benigne recipiant, & quod nullam eis inferant molestiam. &c.

Ann. D. 1257. An. 41. H. 3. Ex Autogr.

De decima pro Rege Angliæ fideliter colligenda, sub pœna excommunicationis & privationis.

ALexander Episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri Episcopo Saresbirien. & dilectis filiis Priori Sancti An-

Dudum siquidem inter vos ex parte una; & venerabilem fratrem nostrum Willielmum Papien. Episcopum, tunc simplicem Clericum, super Ecclesia de Bixle Roffen. Dioc. ex altera (quam venerabilis frater noster Cantuar. Archiepiscopus, ea vos spolians minus juste (cum ipsam ex quorundam prædecessorum suorum concessione, ac collatione Capituli Cantuar. ac Episcopi Roffen. loci Diocesani accedente consensu, in usus proprios teneretis) præfato Clerico contulerat pro suæ libito voluntatis) orta materia quæstionis, & aliquamdiu agitata,

Tandem Magister Raynerius de Viterbio Capellanus noster (quem fælicis recordationis Innocentius Papa Prædecessor noster partibus dederat auditorem) * vos, propter ipsius Clerici contumaciam manifestam, decrevit, causa custodiæ, inducendos in possessionem ipsius Ecclesiæ corporalem; ac postmodum, nostri auctoritate mandati, fuistis in hujusmodi possessionem inducti. * I. 641.

Demùm vero (præfato Clerico in Episcopum Papien. assumpto) dilectus filius Magister Jordanus, Subdiaconus & Notarius noster (de speciali mandato nostro, ore tenus sibi facto) præfatam Ecclesiam) post ipsius Episcopi promotionem, sicut idem asserebat, vacantem) dilecto filio Oddoni, dicto Vicecomiti, Capellano nostro, contulit nomine dilecti filii nostri O. Sanctæ Mariæ in via lata Diaconi Cardinalis; ipsumque de eadem, dicti Clerici nomine, investivit per suum pilleum;

Ac deinde dilectus filius Wintonien. Electus (quem eidem Ubaldino super hoc executorem concessimus) procuratorem ipsius induxit in possessionem ejusdem Ecclesiæ corporalem.

Cumque, propter hoc, inter vos ex parte una; & dictum Ubaldinum ex altera, quæstio mota foret, & ad Apostolicam sedem per appellationem delata, venerabilis frater noster Penestrinus Episcopus (quem partibus dedimus auditorem) causam hujusmodi de speciali mandato nostro diffinitivâ sententiâ terminavit, prout in litteris ipsius Episcopi super hoc confectis (quas de verbo ad verbum præsentibus inseri fecimus) plenius continetur: Nos igitur, vestris precibus inclinati, quod ab eodem Episcopo super præmissis factum est gratum & ratum habentes, id auctoritate Apostolicâ confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus.

Tenor autem litterarum ipsarum talis est.

STEPHANUS miseratione divina Episcopus Penestrinus, universis præsentes litteras inspecturis salutem in Domino. Noveritis quod olim in causa, quæ inter Priorem & Conventum Monasterii Sanctæ Trinitatis Londonien. ordinis Sancti Augustini ex parte una, *&c. ut in literis sententiæ diffinitivæ de 9 Septembr. ante.*

Nulli ergo, &c.

Dat. Viterbii, quinto Id. Octobr. Pontificatûs nostri anno tertio.

Sigillo avulso.

Littera compulsiva super pensione danda Ubaldino Romano.

ALexander Episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis Electo Wintonien. & Magistro Alexandro de Ferentin. Canonico Ecclesiæ Sancti Pauli Londonien. salutem & Apostolicam benedictionem. Ann. D. 1257. An. 41. H. 3. Ex Autogr.

Quæ provida circumspectione, & circumspecta providentia peraguntur, dignè corroborantur Apostolici muniminis firmitate, ut illibata consistant, & habeantur futuris temporibus firmiora.

Dudum igitur inter dilectos filios Priorem & Conventum Monasterii

duabus dietis edita in concilio generali.

Quod, si non ambo hiis exequendis potueritis interesse, alter vestrûm ea nichilominus exequatur.

Dat. Viterbii, Id. Octobr. Pontificatûs nostri anno tertio.

Sub filo canabi.

Bulla de executione provisionis pro Stephano de Ponte.

Ann. D. 1257. An. 41. H. 3. Ex Autogr. ALexander Episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio Magistro Rostanno, Subdiacono & Capellano nostro, salutem & Apostolicam benedictionem.

Exhibita nobis dilecti filii Stephani de Ponte, Canonici Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, Rectoris Ecclesiæ de Biston, Norwic. Dioc. petitio continebat quod, felicis recordationis, Innoc. Papa, prædecessor noster, dudum quondam Magistro Berardo de Insula Scriptori nostro, & Johanni, Canonico Ecclesiæ Sanctæ Mariæ de Piperno, in Anglia commorantibus, primò;

Et postmodum Magistro Silvestro Sancti Johannis de Duce Anagnin. moram tunc ibidem trahenti, & quondam Magistro Petro de Dopha. Saresbiriens. Canonicis;

Ac tandem Archidiacôno Norwicensi & Magistro Alexandro Canonico Ecclesiæ Sanctæ Mariæ Majoris de Ferentin. Capellano nostro tunc in Anglia commoranti,

Super provisione Stephano facienda de Beneficiis Ecclesiasticis, uno vel pluribus, quæ, secundum communem extimationem Patriæ, quadraginta Marcharum summam ad minus attingerent, sub certa forma, suas litteras destinavit:

Et licet iidem Archidiac. & Magister A. eodem prædecessore vivente, in commisso eis negotio procedentes, eidem S. de supradicta Ecclesia de Byston, quæ summam non attingit eandem, duxerint providendum, quia tamen ad provisionem dicti S. finaliter, secundum mandatum Apostolicum, processum non erat;

Nos eidem Archidiac. & dilecto filio Magistro Berardo de Ninpha, Capellano nostro, tunc in Anglia commoranti, direximus scripta nostra ut provisionem adimplerent eandem, juxta priorum continentiam litterarum.

Unde, cum hujusmodi provisio nondum sit effectum debitum consecuta, idem S. nostræ providentiæ remedium imploravit; quocirca discretioni tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatinus in executione provisionis ejusdem, per te, vel per alium, auctoritate nostra procedas, secundum litterarum continentiam earundem.

Non obstante constitutione de duabus dietis edita in concilio generali.

Dat. Viterbii, Id. Octobr. Pontificatûs nostri anno tertio.

Sigillo avulso.

Tom. I. P. II.

rum, sterlingorum novorum, & obligandi decimam Ecclesiasticorum proventuum Regni Angliæ, & aliarum terrarum suarum, ac quascumque alias obventiones eidem Regi, & Regno & terris eisdem, pro sui voti prosecutione, ab Apostolica sede concessas, sicut in ipsius Domini Papæ litteris inde confectis plenius continetur, auctoritate ipsarum litterarum, de consilio Magistri Rostandi, ipsius Domini Regis Conciliarii, Domini Papæ Capellani, pro ipsius Domini Regis, & Regni Siciliæ, ac defensionis Civitatis Aquilæ negotiis,

Confessi sunt & recognoverunt se mutuo recepisse & habuisse a Cavaliante de Lastala, Jacobo Tiberti, & Bartholomæo Guidi, Civibus & Mercatoribus Florent. & Senens. mutuantibus & solventibus tàm pro se, quàm pro Mamecto Spina, Rustichello Cambii, Carlino Tiberti, Jacobo Denanzati, Ildebrando Aldebrandi, Remero Bonaccursi, aliisque eorum sociis & concivibus suis, quingentas & quadraginta Marcas bonorum novorum & legalium sterlingorum (tresdecim solidis & quatuor sterlingis pro Marca qualibet computatis) de quibus dicti Procuratores se bene quietos & pacatos vocant, exceptioni, non numeratæ, non solutæ sibi pecuniæ omnino renunciando.

Quas prætaxatas quingentas & quadraginta Marcas sterlingorum ipsis, vel uni eorum, aut ipsorum Nuncio, vel socio, præsens publicum instrumentum deferenti & restituenti, cum litteris Domini * Papæ de mutuo contrahendo, summam prædictam continentibus, in Festo Pentecostes proximo futuro London. apud Novum Templum, per legitimam stipulationem promiserunt dicti Procuratores Dominum Regem prædictum plenè soluturum & redditurum. * I. 644.

Quod, si in dictis loco & termino prædicta pecunia ipsis Mercatoribus, ut dictum est, non fuerit integre persoluta, extunc inantea stipulatione prædicta promiserunt eis, pro dampnorum expensis & interesse, & recompensatione, persolvere per singulos duos menses, pro singulis decem Marcis prædictis, unam Marcam ipsorum sterlingorum, & expensas unius Mercatoris, cum uno equo & uno serviente, ubicumque fuerit, —— ad plenam totius dictæ pecuniæ solutionem; quam prædictam recompensationem dampnorum, & expensas, & interesse antedictis Mercatoribus promiserunt in sortem dicti debiti nullatenus computare, ac non detinere memoratum debitum, contra ipsorum Mercatorum voluntatem, sub prætextu recompensationis prædictæ, ultra terminum prælibatum.

Pro quibus omnibus & singulis supradictis firmiter observandis & plenarie adimplendis, dicti Procuratores præfatum Dominum Regem, & successores suos, eisdem Mercatoribus principales constituerunt debitores & pacatores, & decimam Ecclesiasticorum proventuum Regni Angliæ & aliarum terrarum suarum, ac quascumque alias obventiones eisdem Regi, & Regno, & terris eisdem, ab Apostolica sede concessas, specialiter obligando,

Renunciaverunt in præscriptis omnibus dicti Procuratores, ipsius Domini Regis nomine, omni juris & legum auxilio, canonici & civilis, consuetudini & statuto, privilegio fori & beneficio restitutionis in integrum, constitutioni de duabus dietis concilii generalis, omni-

E

Nosque, quod ab eodem Notario in hac parte factum extitit per nostras litteras confirmantes, dilectum filium Winton. Electum Executorem sibi super hoc duximus deputandum, qui Procuratorem ipsius Ubaldini in ejusdem Ecclesiæ possessionem induxit seu fecit induci.

Verum postmodum te ac fratribus tuis tecum prædictam Ecclesiam de Bille ex concessionibus & collationibus Metrapolitanorum, & Diocesani loci, & Capituli Cantuarien. ad vos asserentibus pertinere, ac in usus proprios vobis fuisse concessam, ac super ipsa
* I. 645. Ecclesia inter vos ex parte una, & sæpedictum * U. ex altera quæstione suborta;

Venerabilis frater noster S. Penestrinus Episcopus de nostro speciali mandato, vivæ vocis oraculo sibi facto, quæstionem hujusmodi concordia terminavit hoc modo.

Ut, viz. tu & fratres ipsi, dictam Ecclesiam in usus proprios retinentes, præfato U. tamdiu solvatis viginti & quinque Marcharum sterlingorum annuam pensionem, donec tu sibi de beneficio Ecclesiastico, quod annuatim sexaginta Marchas sterlingorum ad minimum valeat, vel de præbenda, seu personatu, vel dignitate, ad cujuscumque collationem spectante, cum cura, vel sine cura, in Regno Angliæ per litteras Apostolicas, quas idem U. ad te super hoc impetrabit, duxeris providendum.

Quocirca discretioni tuæ per Apostolica scripta mandamus quatenus, juxta ordinationem hujusmodi, præfato U. de beneficio Ecclesiastico, cum cura, vel sine cura, præbenda, seu personatu, vel dignitate, ad cujuscumque collationem spectante, quod, vel quæ sexaginta Marchas sterlingorum ad minus valeat annuatim, si in Regno prædicto ad præsens vacat, vel quàm primum ad id se facultas obtulerit, auctoritate nostra per te, vel per alium providere procures; faciens eum in Ecclesia, in qua sibi providendum duxeris, si collegiata fuerit, in Canonicum recipi, & in fratrem;

Contradictores per censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo; non obstante contraria consuetudine, vel statuto de certo Canonicorum numero, juramento, confirmatione sedis Apostolicæ, vel quocunque alio munimine roborato;

Vel quod idem alias beneficiatus existat;

Aut si direximus in eisdem Regno vel Ecclesia pro aliis scripta nostra;

Aut si sit ab eadem sede indultum, vel indulgeri contingat Archiepiscopis, vel Episcopis, aut Abbatibus, vel aliis Prælatis, Capitulis, seu Conventibus quod ad receptionem, vel provisionem alicujus minimè teneantur;

Quodque ad id compelli, seu excommunicari, suspendi, vel interdici non valeant;

Aut quod de beneficiis, vel Præbendis, dignitatibus, vel personatibus, ad ipsorum collationem seu præsentationem spectantibus, per litteras Apostolicas, quantumcunque fuerint efficaces, nequeat aliquibus provideri, quæ de indulto hujusmodi plenam & expressam de verbo ad verbum non fecerint mentionem;

Seu qualibet indulgentia sedis ejusdem quibuscumque personis vel locis concessa, cujuscumque tenoris existat, per quam non expressam, vel totaliter non insertam, hujusmodi provisio & receptio impediri valeat vel differri;

Seu constitutione de duabus dietis edita in concilio generali.

Dat. Viterbii, septimo Id. Nov. Pontificatûs nostri anno tertio.

Sub filo canabi.

Alexander Episcopus, servus servorum Dei, carissimo in Christo filio Regi Anglorum illustri, salutem & Apostolicam benedictionem. Ann. D. 1257. *An. 42. H. 3. Ex Autogr.*

Ad reformandum negotium Regni Siciliæ, quod tecum & cum carissimo in Christo filio nostro, Edmundo nato tuo, Siciliæ Rege illustri, Ecclesia Romana suscepit: Et ad reparandum illud in persecutionis statum, a quo, propter emissiones & protractiones diversas, cadere videbatur, dilectum filium Magistrum Arlotum Subdiaconum & Notarium nostrum, de cujus fide plene confidimus, duximus, de fratrum nostrorum consilio, transmittendum; concessa sibi expressius, sub certa forma, super reformatione ipsius negotii, usque ad Kalend. Junii proximas, per alias nostras literas facultate.

Quoniam autem ante omnia tibi, ad Nunciorum tuorum instantiam & aliis etiam per nostræ sollicitudinis studium, sic duximus providendum, quod tu excommunicationis sententiam, seu aliquas ex pœnis, quæ in privilegio concessionis, innovationis, & confirmationis, quas præfato Edmundo super prædicto Regno fecimus, continentur, propter defectus aliquos, a te circa prædictum commissos negotium, nullatenus incurristi, & Regnum tuum non subjacet Ecclesiastico interdicto; super provisione hujusmodi, contra pœnas easdem, tibi & Regno ipsi a nobis facta, plene tibi decernimus auctoritate præsentium esse cautum, tàm ad conscientiam, quàm ad famam, ut præsertim maculatus reatu, vel nota perjurii nullatenus censearis.

Ut autem super eisdem pœnis sic tibi prospiciatur in posterum, & prædicti reformationi negotii sic oportunitas temporis comodetur, quod non contingat illud in grave dispendium Ecclesiæ, ac ipsius Regni pernitiem protelari, pœnas omnes, in prædicto contentas privilegio, usque ad prædictas Kal. præsentium auctoritate suspendimus; ita præsertim quod interim, occasione quorumcunque defectuum, a te in eodem negotio commissorum, tu excommunicationis sententiam, vel reatum, aut notam perjurii non incurras, nec Regnum tuum subjaceat Ecclesiastico interdicto;

Nec nos prædictas innovationem, concessionem, & confirmationem cassemus, irritemus, aut cassas vel irritas nuntiemus; nec de ipso Regno interim aliter quomodolibet disponamus,

Sed jus, quod præfato Regi Siciliæ ex innovatione, concessione, & confirmatione, sibi super eodem Regno factis a nobis, extitit acquisitum, eidem, & hæredibus suis, usque tunc salvum maneat & illæsum, sicut erat postquam eædem innovatio, concessio, & confirmatio fuerint eidem in memorato privilegio per nos factæ.

Ad cujus suspensionis irrefragabile testimonium præsentes literas fore decernimus efficaces.

Dat. Viterbii, 2 Id. Decembr. Pontificatûs nostri anno tertio.

Sub filo canabi.

Bulla recommendatoria pro Rogerio Fymetti de Lentino, & ejus sequacibus de Regno Siciliæ.

Alexander Episcopus, servus servorum Dei, carissimo in Christo filio Regi Angliæ illustri, salutem & Apostolicam benedictionem. Ann. D. 1257. *An. 42. H. 3. Ex Autogr.*

Virtutum titulis tua decorata sublimitas ad hoc suum affectum direxisse dinoscitur, ut ubique laudabilis habeatur; patet hoc quod libenter

Plumbeo sigillo a filo canabeo.

Bulla quod Rex revocet processum Justiciariorum suorum contra Archiepiscopum Armachan.

Ann. D. 1257. An. 42. H. 3. Ex Antog. ALexander Episcopus, servus servorum Dei, carissimo in Christo filio illustri Regi Angliæ, salutem & Apostolicam benedictionem.

Gloriæ perennis obtentu ad hoc intenta tua debet haberi Sublimitas, ut libertas Ecclesiastica vigeat; &, si contra illam ab aliquo subditorum tuorum temerè quicquam præsumitur, illud tuæ providentiæ subsidio corrigatur.

Sane venerabilis frater noster, A. Archiepiscopus Armachan. retulit coram nobis quod, cum bonæ memoriæ R. Armachan. Archiepiscopus, prædecessor ipsius, pro Primatia, de quâ cum venerabili fratre nostro Tuamensi Archiepiscopo contendebat, & quibusdam aliis suis, & Ecclesiæ Armach. negotiis, de licentia tua iter arripiens ad sedem Apostolicam veniendi, constituisset quatuor Procuratores (qui vulgariter in partibus illis attornati vocantur) concessa eis, in omnibus causis motis, & movendis contra ipsum, ac eandem Ecclesiam, in tua, seu justiciariorum, & quorumlibet officialium tuorum curia, agendi, respondendi, & defendendi, libera & plenaria potestate,

* I. 648. * Dictus Archiepiscopus Tuamen. & venerab. frater noster Episcopus Clochoren. scientes quod nec iidem Procuratores, vel attornati dictum R. Archiepiscopum, secundum quandam legem Regni tui, non sine juris injuria editam, in causis movendis defendere, nec ipse, nisi præsens esset coram te, vel dictis Justiciariis, Procuratorem constituere poterant; contra eundem R. super Tarmenfethyn, Kilchocar, & quibusdam aliis terris ac possessionibus, moverunt malitiosè in dicta Curia quæstionem:

Et licet præfati Procuratores, seu attornati, habentes mandata sufficientia ad præmissa omnia, se frequenter ad defensionem ipsius R. super hiis paratos, nec non de ratihabitione ad exhibendam idoneam cautionem, coram dictis Justiciariis obtulissent;

Ipsi tamen Justiciarii, ad instantiam partis adversæ, legem allegantes eandem, dictos Procuratores admittere ad præfata contra justitiam denegantes, ac ipsum R. constitutum apud sedem Apostolicam, reputantes exinde pro suo libito contumacem, præsentibus eisdem Procuratoribus, supradictas possessiones memoratis Archiepiscopo Tuamen. & Episcopo adjudicare indebitè procurârunt, eosque in possessionem illorum fecerunt induci, in ipsius Ecclesiæ Armach. præjudicium, & libertatis Ecclesiasticæ non modicum detrimentum.

Cum itaque per te super hoc, qui Deum & justitiam diligis, adhibere deceat provisionis remedium salutaris, Serenitatem tuam attentè rogandam duximus & monendam quatenus, providè considerans quod supradicta Lex manifestè obviat institutis Canonicis, &, [illegible]

& opere gratiosum, ei bona ejusdem Ecclesiæ, quæ, ipsius sede vacante, ad manus tuas dinosceris tenuisse, sine dilationis seu difficultatis obstaculo restitutas, & restitui facias; ac ejusdem Ecclesiæ jura quantum in te fuerit * benigno favore protegas & defendas.

Ita quod tibi propter hoc a clementia Regis æterni proveniat vitæ felicis ac longæ spatium, & tandem perceptio perempnium gaudiorum. * I. 649.

Dat. Viterbii, 15 Kal. Januar. Pontificatûs nostri anno tertio.

Sub filo canabi.

Bulla super Collectione Decimæ pro Henrico Rege Crucesignato.

ALexander Episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus Fratribus Archiepiscopo Eborac. & Suffraganeis suis salutem & apostolicam benedictionem. Ann. D. 1257. An. 42. H. 3. Ex Antogr.

Cum decima Ecclesiasticorum proventuum Regni Angliæ, & aliarum terrarum carissimi in Christo filii nostri illustris Regis Angliæ crucesignati, eidem Regi per Quinquennium a sede apostolica sit concessa; nos, volentes omnino quod hujusmodi decima ab omnibus Prælatis & aliis personis ecclesiasticis eorumdem Regni & terrarum integre persolvatur, fraternitati vestræ per apostolica scripta, in virtute obedientiæ & sub pœna suspensionis ab amministratione spiritualium & temporalium, quam eo ipso vos incurrere volumus, si in præcepti nostri executione negligentes fueritis vel remissi,

Districte præcipiendo mandamus quatinus ad colligendum tàm prædictam decimam, quam redemptiones votorum crucesignatorum, legata indistincte, ac fructus beneficiorum vacantium, & quascumque alias obventiones, eidem Regi in prædictis Regno & terris pro sui voti prosecutione concessa,

Per vos, vel per alios, in vestris Civitatibus ac Diocesibus efficaciter procedere studeatis, juxta formam quarumcumque literarum apostolicarum, ad venerabilem fratrem nostrum Archiepiscopum Cantuarien. & dilectum filium Magistrum Rostandum Capellanum nostrum communiter, & ad eundem Capellanum super his singulariter directarum;

Non obstante quod collectionem decimæ & aliorum prædictorum Venerabilibus Fratribus nostris Elien. Bathonien. & Roffen. Episcopis, usque ad summam quinque millium & quingentarum Marcarum, duximus committendam ——— utique commissis ——— auctoritate præsentium nolumus derogari.

Et, ut in hiis eo efficacius procedere valeatis, quo majori per nos fueritis auctoritate muniti, tàm colligendi præmissa, quàm etiam totum crucis negotium in eisdem Civitatibus ac Diocesibus per

Bulla de 4500 Marc. sterling. pro melioratione & reformatione conditionum super concessione Siciliæ.

Ann. D. 1258. *An. 42. H. 3. Ex Autogr.*

ALexander Episcopus, servus servorum Dei, carissimo in Christo filio Regi Angliæ illustri, salutem & Apostolicam benedictionem.

Pertinet ad Regiæ dignitatis honorem ut ea quæ per Nuncios & Procuratores tuos fiunt, & quæ in honorem tuum redundare noscuntur, effectui mancipentur.

Sane dilecti filii, Petrus Scotti Dominici, Jacobus Balioni, Jacobus Romei, Ventura Martini, ac eorum socii, Cives & Mercatores Senen. coram nobis proponere curaverunt quod venerabiles fratres Tarantasien. Archiepiscopus Bathonien. & Wellen. ac Roffen. Episcopi, & dilectus filius, Magister Nicolaus de Plumpton. Capellanus noster Archidiaconus Norfolchiæ,

Nuncii & Procuratores tui, ad petendum a nobis meliorationem, & reformationem conditionum, contentarum in privilegio nostro, confecto super concessione Regni Siciliæ, facta carissimo in Christo filio nostro Edmundo Regi Siciliæ illustri, nato tuo,

Et ad tractandum de novis conditionibus apponendis, & ad obligandum te & dictum Regem ad observandas conditiones easdem,

De speciali mandato nostro, eisdem Procuratoris, per dilectos filios, O. Sanctæ Mariæ in via lata Diaconum Cardinalem, Nicolaum Camerarium, & Magistrum Angelum dictum Priorem, Capellanum nostrum, viva voce facto, de consilio quoque dilecti filii Magistri Rostandi Capellani nostri, Consiliarii tui,

Assignarunt, concesserunt, & cesserunt prædictis Mercatoribus, in decima proventuum Ecclesiasticorum, redemptionibus votorum crucesignatorum, & obventionibus tibi in Regno tuo concessis ab apostolica sede, tunc collectis & perceptis, quatuor millia Marcarum, & quingentas Marcas sterlingorum, pro melioratione ac reformatione conditionum hujusmodi, ac exoneratione partis cujusdam debiti, in quo tu & filii tui tenemini, ex causa mutui, Mercatoribus supradictis, pro quo etiam Romana Ecclesia est eisdem Mercatoribus obligata, prout in instrumento publico inde confecto perspeximus plenius contineri:

Nos itaque, in quorum desideriis geritur quod eisdem Mercatoribus de prædicta pecunia proveniat satisfactio festinata, concessionem, assignationem & cessionem hujusmodi ratas & firmas habentes, ac eas auctoritate Apostolica confirmantes, supplentes quoque defectum, si quis fuit in hiis, de plenitudine potestatis, dilecto filio, Magistro Sinitio, Cameræ nostræ Clerico, in Anglia commoranti, nostris dedimus literis in mandatis ut Bentivenne Consilii, & Herminio Herminii, sociis Mercatorum ipsorum, aut eorum alteri, vel Procuratori eorum, ipsorum nomine, de prædictis quatuor millibus Marcarum, & quingentis Marcis, de decima, redemptionibus, & obventionibus prædictis, collectis & perceptis, penes quoscumque detineantur, ac damnis, expensis & interesse, si aliqua Mercatores ipsos hujusmodi occasione incurrere forte contigerit, faciat juxta ipsius instrumenti tenorem satisfactionem plenariam exhiberi.

Quia vero favor regius ad hoc esse dinoscitur plurimum opportunus, Serenitatem tuam rogamus & hortamur attente quatinus, ob reverentiam Apostolicæ sedis & nostram, des opem & operam efficacem ut eisdem Mercatoribus, de hujusmodi pecunia, celeriter satisfiat; prædicto Magistro Sinitio impendendo ad hoc consilium, auxilium & favorem.

Preces autem nostras sic admittat Regia Celsitudo, quod iidem Mercatores in hac parte assecutos se gaudeant quod intendunt; nos-

præpediti (nobis etiam eventum liberiorem ad explementum præmissorum expectantibus) ad vos, sub celeritate, quâ vellemus & proposueramus, accedere non valebant,

Ecce! dilectos & fideles nostros, Abbatem Salopiæ, & Johannem de Castello Militem, ad vestram præsentiam transmittimus; qui vobis respondeant, & satisfaciant in hiis, quæ secundum formam scripturæ conventionis, inter vos & nos habitæ, fuerunt facienda.

Ipsis igitur in hac parte super hiis, quæ vobis nomine nostro duxerint referenda, fidem adhibere, ac nobis per eosdem vestræ voluntatis beneplacitum renunciare velitis.

Teste Rege apud Merton, septimo die Januarii.

De Nunciis ad Alfonsum Regem Castellæ profecturis.

Ann. D. 1258. *Pat. 42. H. 3. Ibidem.*

REX Abbati Salop. salutem.

Mittimus ad vos dilectum & fidelem nostrum Johannem de Castello, latorem præsentium, vobiscum ad Regem Castellæ, in Nuncium nostrum, pro quo vos etiam ad partes illas destinamus, profecturum:

Et adeo diu ad vos mittere distulimus pro eo quod de quibusdam, Nuncium vestrum tangentibus, magis certiorari vellemus:

Nam, præter guerram nostram Walliæ, quæ nondum, prout oportuit, finem accepit, emerserunt jam in partibus Scotiæ quædam incommoda, quibus specialiter intendere nos oportebit; prout etiam præfatus Johannes viva voce vobis poterit intimare.

Ex dictis autem causis colloquium cum Regibus Castellæ & Arragon. capere seu tenere non valemus; unde, de reliquis articulis, prout vos in parte, ac præfatum Johannem uberiùs informari fecimus, velut ipse vobis referet viva voce, unà cum præfato Johanne, secundum industriam & discretionem, qua melius & convenientius poteritis, procedatis.

Mittimus autem vobis per eundem Johannem 50 Marcas de dono nostro ad expensas vestras.

Teste ut supra.

De tribus mensibus super prorogatione sententiæ ferendæ in Regem pro defectu prosecutionis negotii Regni Siciliæ. • I. 652.

Ann. D. 1258. *An. 42. H. 3. Ex Autogr.*

ALexander Episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio Magistro Arloto, Subdiacono & Notario nostro, salutem & Apostolicam benedictionem.

Pro negotio Regni Siciliæ cum carissimis in Christo filiis nostris, H. Angl. & Edmundo, nato ejus, Siciliæ, Regibus illustribus, sub certa forma, per alias litteras nostras tibi tradita, usque ad Kalendas Junii proximas reformando, te ad partes illas, de fratrum nostrorum consilio duximus destinandum;

Pœnas omnes, contentas in privilegio innovationis, concessionis, & confirmationis, quas præfato Edmundo super eodem Regno fecimus, usque ad prædictas Calendas, per easdem litteras suspendendo;

Ita quòd interim, occasione quorumcunque defectuum, per ipsum Regem Angliæ in memorato negotio commissorum, ipse excommunicationis sententiam non incurrat, nec Regnum suum subjaceat Ecclesiastico interdicto;

Nec

Ann. D. 1258. *An. 42. H. 3 Ibidem m. 3. d.*

QUIA Rex intellexit, ex relatu quorundam, quod Leulinus filius Griffini proponit maritare Margaretam sororem suam in loco quo Regi inde dampnum posset suboriri;

Mandatum est Ricardo Comiti Gloucestriæ quod omnem diligentiam, quam poterit, adhibeat ut ipsam penes se habere possit, &, cum ipsam habuerit, eam salvo custodiat, ut diligentiam suam & industriam commendare Rex debeat.

Teste, &c. & sunt patentes.

Littera continens quod Scoti & Wallenses non facient pacem cum Rege Angliæ sine mutuo consensu & assensu.

Ann. D. 1258. *An. 42. H. 3. Lib. A. fol. 185. b. penes Camerar. Scaccar.*

OMnibus sanctæ Matris Ecclesiæ filiis, hoc scripeum visuris vel audituris, Walt. Cumin Comes de Meneth. Alex. Cumyn Comes de Buchan Justic. Scotiæ, Willielmus Comes de Mar, Willielmus Comes de Ros, Johannes Comyn Justiciar. Galwediæ, Aimeris de Makeswel Camerarius Scotiæ, Freselums de Moravia, Hug. & Walter. de Berkeleya fratres, Bernardus de Mohane, Riginaldus Cheyn, David Lochor, Johannes Dundemor, Willielmus de Erch, Ector de Barrit. & eorum amici præsentes & alligati universi, salutem.

Noverint nos, anno Gratiæ millesimo ducentesimo quinquagesimo octavo, decimo octavo die mensis Martii, de communi nostrûm consensu & assensu, cum Domino Lewelino filio Griffini, Principe Walliæ, & David filio Griffini fratre suo, Veino Grufud fil. Maduc Domino de Bromfeld, Maredud fil. Ris, Maredud filio Ovener, Reso Jumori, Oweyn filio Maredud, Madant filio Wenwywym, Maredud Seis Lewelin, Vechan Owem, Mared filio Leweliner Domino de Methem, Owen filio Gruffud, Madant Parvo, Owen filio Bledyn, Howell filio Maredud, Elisle & Grufud filio Jornith, Gorone filio Edvenet, Jornith Grugman, Eumay Vechan, Tudar filio Mad, Enmaun filio Karaduc, Jornith filio Maredud, David filio Envtayn, Jenev Chich Roys filio Ednevet, & eorum amicis & alligatis, hanc fecisse conventionem mutuæ confœderationis & amicitiæ, videlicet,

Quod, sine communi consensu & assensu præfatorum Principis & Magnatum, de cætero nullam pacem, aut formam pacis, treugam aut formam treugæ faciemus cum Domino Rege Angliæ, aut aliquo Magnate Regni Angliæ, aut Regni Scotiæ, qui tempore confectionis præsentis scripti, præfatis Principi, & Magnatibus, & terris suis, & nobis contrarii extiterint & rebelles, nisi illi ad omnem hanc eandem considerationem pariter nobiscum teneantur.

Nos etiam contra præfatos Principem & Magnates nullam potentiam, utpote exercitum equitum aut peditum, exire permittemus de Scotia; nec in aliquo contra ipsos præfato Regi Angliæ succursum præstabimus aut favorem; immo eisdem Principi &

Papa conditiones circa factum Siciliæ appositas melioraverit, per quod negotium illud prosequi possemus cum effectu,

Ipsi diligentiam fideliter apponent erga Communitatem Regni nostri; quod nobis commune auxilium ad hoc præstetur,

Nos eis concessimus quod, infra Festum Natalis Domino proximo futurum, per consilium proborum & fidelium hominum nostrorum Regni Angliæ, unà cum consilio Legati Domini Papæ, si in Anglia medio tempore venerit, statum Regni nostri ordinabimus, & ordinationem illam firmiter observabimus.

Et, ad hoc fideliter observandum, supponimus nos cohercioni Domini Papæ, ut nos ad hoc per censuram Ecclesiasticam, prout expedire viderit, valeat artare;

Protestamur etiam quod Edvardus filius noster primogenitus, præstito sacramento corporali, per litteras suas concessit quod omnia, superius expressa, quantum in ipso est, fideliter & inviolabiliter observabit, & imperpetuum observari procurabit.

In cujus, &c.

Hiis Testibus.

Edvardo filio nostro primogenito,
Galfrido de Lezignan,
Willielmo de Valentia, fratribus nostris,
Petro de Sabaudia,
Johanne de Plessetis, Comite Warrewici,
Johanne Maunsell, Thesaurario Eborum,
Henrico de Wingham, Decano Sancti Martini London,
Petro de Rivall,
Guidone de Rocheford,
Roberto Walerand, præsentibus, & multis aliis Comitibus, Baronibus Regni nostri.

Datum apud Westmonasterium, secundo die Maii.

---

* *De modo per quem status ordinetur & reformetur.* * 1. 655.

Ann. D. 1258. *An. 42. H. 3. Ibidem.*

REX omnibus, &c.

Noveritis nos concessisse Proceribus & Magnatibus Regni nostri, juramento in animam nostram per Robertum Walerand præstito, quod per 12 fideles de Concilio nostro jam electos, & per alios 12 fideles nostros electos ex parte Procerum ipsorum (qui apud Oxon. a festo Pentecostes proximo futuro in unum mensem convenient) ordinetur, rectificetur, & reformetur status Regni nostri, secundum quod melius viderint expedire, ad honorem Dei, & ad fidem nostram, ac Regni nostri utilitatem.

Et, si forte aliqui electorum ex parte nostra absentes fuerint, liceat illis, qui præsentes fuerint, alios substituere loco absentium; & similiter fiat ex parte prædictorum Procerum & fidelium nostrorum.

vel quatuor, aut tres ex ipsis, quos præsentes adesse contigerit, ac-
tum fuerit in præmissis.

Damus etiam eisdem fidelibus nostris, vel quatuor, aut tribus ex ipsis, qui præsentes affuerint, potestatem jurandi in animam nostram super observatione treugarum prædictarum, in forma & modo quibus, per prædictos fideles nostros, vel quatuor, aut tres ex ipsis, quos præsentes adesse contigerit, captæ fuerint & provisæ.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Westm. 8 die Maii.

Item, in forma prædicta habent iidem Procuratores, per unam litteram, potestatem prorogandi treugas illas a prædicto festo Sancti Remigii usque ad festum Pentecostes, anno gratiæ 1259;

Et per aliam litteram, ab eodem festo Sancti Remigii usque ad festum Pentecostes, anno gratiæ 1260;

Et per tertiam litteram ab eodem festo Sanctii Remigii, usque ad festum Pentecostes, anno gratiæ 1261;

Præceptum fuit Waltero de Merton, in recessu Regis a London. quod remaneret cum Domino Johanne Maunsell, Hugone le Bigod, & Magistro Rostando, ad consignandum Sigillo Regis ea, quæ ipsi ordinarent de facto pacis cum Rege Franciæ, & de contractibus de facto Siciliæ, & Procurationibus & litteris aliis pro eodem facto.

---

* I.656. * *Bulla, de Rege monendo ad solvenda debita super negotio Siciliæ.*

Ann. D. 1258. An. 42. H. 3. Ex Autogr.

ALexander Episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio Johanni Mansel Thesaurario Eboracen. salutem & apostolicam benedictionem.

Virtutum titulis carissimi in Christo filii nostri Regis Angliæ illustris decorata sublimitas ad hoc suum affectum direxisse dinoscitur, ut ubique laudabilis habeatur, & circa ea velit semper intendere quæ justitiam sapiunt, & continent æquitatem.

Sane venerabiles fratres nostri R. Tarentasien. Archiepiscopus, Willielmus Bathonien. & Wellen. & Laurentius Roffen. Episcopi, & dilectus filius Magister Nicolaus de Plumpton. Capellanus noster, Archidiaconus Norfolchiæ,

Tunc Nuncii & Procuratores Regis ipsius apud sedem apostolicam constituti pro petenda melioratione ac reformatione conditionum privilegiorum, obtentorum ab eadem sede pro carissimo in Christo filio nostro Eadmundo Rege Siciliæ illustri, Nati prædicti Regis, super concessione Regni Siciliæ, pro melioratione ac reformatione conditionum ipsarum,

De speciali mandato nostro, per dilectum filium O. Sanctæ Mariæ in via lata Diaconum Cardinalem, N. Camerarium, & Magistrum Angelum dictum Priorem, Capellanum nostrum, ore tenus eis facto,

Assignaverunt, concesserunt & cesserunt dilectis filiis Petro Scotti Dominici, Jacobo Baliani, Jacobo Romei, & Venturæ Martini, Familiaribus nostris Civibus, & Mercatoribus Senen. recipientibus pro se ac Scotto Dominici, Bonrestoro Scotti, Jacobo Ugolini, Ranuctio Johannis, Bonagratia Ardimanni, Bencivenni Consilii, & aliis eorum Sociis & Concivibus,

De consilio dilecti filii Magistri Rostandi, Capellani nostri, consiliarii dicti Regis, de decima & obventionibus Ecclesiasticorum beneficiorum, ac redemptionibus votorum crucesignatorum Regni Angliæ, ipsi Regi ab eadem sede concessis, collectis & perceptis, pro exoneratione partis cujusdam debiti, in quo prædictus Rex ac filii sui prædictis Mercatoribus ex causâ mutui tenebantur (pro quo

REX omnibus Ballivis, &c. Ann. D. 1258. An. 42. H. 3. Pat. 42. H. 3. n. 22.

Sciatis quod recepimus in salvum & securum conductum nostrum Nuncios Leulini, filii Griffini, quos dilectus & fidelis noster Petrus de Monteforti secum ducet ad hoc Parliamentum nostrum Oxoniæ, quod erit in unum Mensem post festum Pentecostes proximo præteritum, in veniendo ad nos, nobiscum morando, & ad partes suas revertendo.

Et ideo vobis mandamus quod eisdem Nunciis in veniendo ad nos, nobiscum morando, & ad partes suas revertendo, nullum inferatis, vel inferri permittatis dampnum, gravamen, vel impedimentum.

Et si quid, &c.

In cujus rei, &c. duraturum usque ad quindenam Sancti Johannis Baptistæ, proximò venturam.

Teste Rege apud Merleberg. 2 die Junii.

Littera Regi Castellæ super Successibus contra Mauros, & de Ricardo fratre sublimato in Regem Romanorum.

REgi Castellæ, Rex Angliæ salutem. Ann. D. 1258. An. 42. H. 3. Claus. 42. H. 3. m. 14. d.

Eventus, ad vestræ prosperitatis augmentum, dum prosperos attendimus, quovis referente, ad exaltationis cumulum, internæ mentis jubilo, plenis affectibus, ac totis visceribus attollimur:

Gratulantes assurgimus insuper redemptori Christo, pro viribus, ad grates, qui vestro ministerio sui nominis gloriam magnificare disposuit, & fidei suæ titulum in gentes & Nationes barbaras, ad laudem proinde vobis & vestræ Successioni perpetuo sequuturam, sua favente gratia, valuit dilatare; dignum non indigne mortalium declarans obtuitibus ut, qui sui conditoris gloriam quærere non desistunt, ex veri libra judicii ad laudis perpetuæ participium felici commercio debeant pervenire.

Revolvimus siquidem, & ad cordis oculos, cum mentis tripudio, salubriter revocamus, quod non solum in subjugandis crucis hostibus, verum etiam in ipsis ad lumen veritatis, & agnitionem sui nominis, veluti de Rege Thenicii, suisque Proceribus, ex vestræ serenitatis apicibus nobis innotuit, misericorditer & piè revocandis;

Pius Deus, cujus opus in hiis agitur, vestris votis annuit, & vestris progressibus, ejus operante clementia, benigne favit.

Verum de facto Regni Romanorum, quod in eisdem vestris litteris intus insonuit, advertimus diligenter; ac, revolutis singulis, ac plenius prospectis, hoc vestræ Serenitati rescribimus; hoc firmum certumque tenere vos cupimus quod, dum de fratris nostri vocatione ad regnum ageretur supradictum, nichil penitus ut de vestra voluntate seu proposito novimus; nihil omnino de Electoribus vel Principibus Regni supradicti, quod vos modo quolibet tangere videretur, audire vel ullis prorsus indiciis intelligere poteramus.

Nam ad nos, & fratrem nostrum supradictum plerique Principes Aleman. anno uno jam integre revoluto, pro dicti fratris nostri voluntate requirenda, suos solempnes Nuncios, ante festum Nativitatis Dominicæ, in Angliam transmiserunt.

Et, præhabitis tractatibus, ut convenit, votis concurrentibus ipsorum, ad quos eligendi potestas ea vice dicebatur devoluta, ipsum in Romanorum Regem Electum, imposito sibi demum Regni diademate, prout moris est in loco, ad hoc a constitutione priorum temporum deputato, necnon a Personis, quibus suæ consecrationis incumbebat officium, ad Regni culmen postmodum solempniter sublimarunt.

Ad

... per dictum tempus victualibus & aliis, quæ ad dicta Castra utilia vel necessaria fuerint, munire, cum duobus batellis, utroque cum 12 remis vel paucioribus, secundum quod opus fuerit; ita tamen quod, si propter tempestatem, vel alia impedimenta maris, dicta victualia, vel res, absque periculo, vel alias commode cariari vel deferri non possint; dictus Lewelinus victualia prædicta, cum rebus & hominibus, ad dicta Castra, tàm in eundo, quàm redeundo, ad summonitionem Justiciarii Cestriæ, salvo & secure per terram duci faciet & conduci, una cum custodibus eorumdem.

Et, si contigerit aliquem, de custodibus, aut servientibus dictorum Castrorum, infirmari, licebit nobis & nostris alium vel alios, loco ipsius vel ipsorum, substituere & ponere, sine impedimento vel molestia eis inferendo per dictum Lewelinum aut suos, in accedendo vel redeundo.

Et, si aliquid ex parte utraque transgressum fuerit, vel occupatum injuste infra tempus prædictum, vel in treugis præcedentibus, illud per viros fide dignos, ex parte utraque eligendos, diebus & locis assignandis emendetur.

Ad prædicta autem firmiter observanda dilectus & fidelis noster Imbertus Pugeys nomine nostro juravit, & prædicti Abbas & Madochus nomine ipsius Lewelini similiter juraverunt.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Oxon. decimo septimo die Junii.

Hæc littera tradita fuit Johanni de Sancto Dionisio, Clerico Johannis Maunsell, liberanda Walensibus de consilio Edwardi filii Regis.

• I. 659. * *Littera Alfonso Regi Castellæ, de negotiis Africanis, & de Ricardo Rege Romanorum, & multis aliis.*

Ann. D. 1258 An. 42. H. 3. Claus. 42. H. 3. m. 6. d.

SErenissimo Principi, amico suo dilectissimo, Domino Alfonso, Dei gratiâ, Regi Castellæ & Legion. Toleti, Sibillæ, Cordubiæ, Gallet. Murc, & Gyhenn. Henricus, eâdem gratiâ, Rex Angliæ, &c. salutem semper prosperam & jocundam.

Redeuntes nuper a vestrâ præsentia dilecti & fideles nostri Abbas de Sarropesbir. & Johannes de Castello, speciales nostri Nuncii, se de vobis & vestra benivolentia plurimum commendarunt; per quos statûs vestri salubris nobis prosperitas innotescens, animum nostrum non modicum jocunditate refecit.

Hiis autem, quæ vestra nobis Serenitas per eosdem significare curavit, certius intellectis, vos scire cupimus confidenter quod, in omnibus, & per omnia, contractam inter nos amicitiam continuari, & augmentis vigere continuis totis affectibus exoptamus.

Conventiones insuper & pacta inter nos inita, nostræ semper intentionis extitit & existit pro posse nostro servare.

præmissis, vobis & vestro convenientem honori, invenire poterimus, ipsam vobis specialiter significabimus, & secundum ipsam, Domino cooperante, procedere curabimus, utinam! ad effectum optatum.

* Super præmissis, continentibus etiam status nostri, & aliis, • I. 660.
quæ venerabilis pater Salvens. Episcopus, Nuncius vester, industrius vir & prudens, Regiis auribus ex parte vestra voce tenus explicabat, vestra eidem, si placet, credulitas adquiescat.

Ut autem, per prædictos vestros Nuncios, venientes de beneplacito & responso vestro, super præmissis certius nobis constaret, & post ipsorum adventum latius super hoc consilium haberemus, sicut prædictus Episcopus vobis exprimet ore tenus, eundem Episcopum apud nos diutius detinendum decrevimus, & rogamus ut moram hujusmodi, quam contraxit invitus, vobis placeat excusatam habere.

Valeat prosperitas vestra semper in Domino.

Teste Rege apud Oxon. vicesimo quinto die Junii.

Littera a Communitate Angliæ Domino Papæ, de facto Siciliæ, & contra Electum Wintoniensem.

Ann. D. 1258. An. 42. H. 3.

SAnctissimo Patri in Christo Alexandro, Divina Providentia Sanctæ Universalis Ecclesiæ summo Pontifici, Communitas Comitum, procerum, magnatum, aliorumque Regni Angliæ, cum subjectione debita, pedum oscula beatorum.

Nuper vestra Sanctitas, tàm per litteras, quàm per Venerabilem Virum magistrum Arlotum, Subdiaconum & Notarium, nos multipliciter monuit & induxit ut Dominum nostrum, illustrem Regem Angliæ, in prosecutione Regni Siciliæ juvaremus, sibi commune subsidium super hoc faciendo.

Licet ante idem Dominus noster Rex, absque nostri concilio & assensu, immo nobis reclamantibus & invitis, hoc negotium assumpsisset (quod sibi impossibile, propter difficultatem conditionum, & alia, quæ statum nostrum respiciebant, penitus credebamus) ob reverentiam tamen Apostolicæ sedis & vestræ, Domino Regi duximus respondendum quod, si de procerum & magnatum suorum consilio, Regnum suum, in multis multipliciter deformatum, vellet in melius reformare; & vos conditiones, in privilegio vestro contentas, vires ipsius Regis excedentes, quodammodo mitigare velletis, quod, juxta mitigationem & reformationem hujusmodi, optatum eventum negotium sortiatur, ipsi præberemus & operam & effectum, ut Rex negotium, quod sine nobis assumpserat, per nostrum auxilium possit perducere ad effectum.

Cæterum præfatus Dominus Rex, attendens impossibile pondus negotii memorati, & statum Regni sui imbecillem, voluit, & expresse concessit, ut, de procerum & magnatum consilio (sine quibus Regnum suum gubernare non poterat, nec negotium prosequi memoratum) dicta reformatio proveniret.

Hoc

undique deprædabantur pauperes: inhiabantur simplicibus: movebant impios: opprimebant innocentes: exultabant in rebus pessimis: lætabantur cum male fecissent: peccata populi comedentes luxuriabantur in lachrymis viduarum; in nuditate pupillorum, in oppressionibus subditorum gaudentes: Et in tantum ipsorum effrænata rabies invaluerat, quod nec sub ipsis minores vivere poterant, nec cum ipsis conversari pares, nec super ipsos impares majores.

Nos igitur, attendentes quod respublica corpus quoddam est, quod divini muneris beneficio vegetatur, & summæ æquitatis nutu agitur, & regitur quodam moderamine rationis; nec expedit quod in uno corpore dissonantia sit membrorum, dictos electum & fratres, tanquam turbatores quietis & tranquilitatis Regni totius, post multas instantias & frequentes monitiones, vocavimus, & vocari per Regem fecimus ut judicio sisterent, suis querelantibus responsuri, juxta consuetudinem Regni & Leges.

Ita quod duo ex ipsis, quos mallent, exirent, reliquis duobus remanentibus qui pro se & aliis responderent; ac, si sibi magis expediens crederent, Regnum omnes exirent; Qui suis culpis exigentibus subire judicium formidantes, maluerunt exire quam judicii rigorem expectare.

Sed nec adhuc nobis & Regno nostro, super hoc plene cautum existeret, si Electus (cui totius turbationis materiam merito imputamus) rediret in Angliam: Cujus præsentia subita posset evertere quicquid nostra sollicitudo multis vigiliis & infinitis laboribus studuit ordinare.

Unde fixum est propositum omnium, & accensum desiderium singulorum quod ille actor schismatis, homo dissensionis & scandali, inter nos deinceps nullatenus converseter.

Quia igitur præfatus Electus & fratres Regem & Dominum Edwardum infatuaverant, adeo quod non solum insolentiæ remanebant penitus impunitæ, sed, quod pejus est, & verecundum dicere, terribileque audire, si quis contra ipsos vel eorum alterum deferret in judicio quæstionem, Rex, qui delinquentem punire & delictum corrigere tenebatur, ipsos in suis facinoribus nutriens, contra conquerentem mirabiliter turbabatur: Et cui judex debebat esse propitius, ad eorum suggestionem fiebat adversarius, & nonnunquam terribilis inimicus:

Ita quod, fulciti Regis potentia & favore, quos volebant, opprimebant; Communitates & libertates Ecclesiarum damnabiliter violando, homines incarcerando, clericos vulnerando in præjudicium Coronæ (cui soli competit hujusmodi incarceratio) laxatis habenis nequitiæ debacchando per Regnum, pro suæ libito voluntatis.

Unde, si (quod absit) electus rediret in Angliam, pejora prioribus probabiliter formidamus, Sanctitati vestræ igitur omni affectione, qua possumus, supplicamus quatenus, sicut unitatem & pacem Regni Angliæ (quod semper vobis extitit devotum & existit) diligitis, sæpe dictum electum ab administratione Wintoniensis Ecclesiæ, quæ ex munificentia Sedis Apostolicæ sibi concessa fuerat, amoveatis omnino.

Et magis expedit, quod istud fiat sine scandalo, de vestræ plenitudine potestatis; quam (quod Deus avertat) occasione ipsius pejora contingant; & nos vestri devotissimi, aliud facere compellamur.

Sciturі pro certo quod, etiamsi Dominus Rex & Regni majores hoc vellent, Communitas tamen ipsius ingressum in Angliam jam nullatenus sustineret; potius enim sævirent in ipsum, quam quod ipsius intolerabilem sævitiam expectarent.

Quin immo, omnibus regnicolis onerosum, & toti Regno dispendiosum existeret, si proventus, de quo Regnum infestare dis-

Et ideo vobis mandamus quod dictis Fratribus nostris, aut familiaribus suis, in divertendo per vos, in conductu prædictorum Nobilium, nullum interim inferatis, aut ab aliis inferri permittatis dampnum, molestiam, impedimentum, aut gravamen.

Et, si quid eis forisfactum fuerit, id eis, sine dilatione, emendari faciatis.

In cujus, &c. duraturum usque ad diem dominicam proximam post festum translationis prædictæ.

Teste Rege apud Winton. 5 die Julii.

Littera Lewelino objurgatoria, de injuriis contra Treugam illatis.

Ann. D. 1258.

REX Leulino filio Griffini salutem.

Cum nobis extitit intimatum quod vos & homines vestri, *An.* 42.
quorundam fidelium nostrorum Marchiæ nostræ occupastis homi- *H.* 3.
nes nostros, & eorundem fidelium nostrorum partium illarum, *Claus.* 42.
interficiendo, deprædando, & alia enormia de die in diem, nobis *H.* 3.
& eis inferendo, contra formam treugarum, inter nos & vos ini- *m.* 9. *d.*
tarum; de quo non mediocriter miramur & movemur, eo maxime quod vix credere possemus quod homo bonæ fidei contra fidelitatem & juramentum proprium talia attemptaret.

Vobis mandamus quatinus transgressiones supradictas, nobis & nostris contra formam treugarum prædictarum illatas, cum celeritate faciatis emendari, homines vestros ab hujusmodi injuriis nobis & nostris inferendis, durantibus treugis, desistere faciendo, cum nos treugas illas hactenus observaremus ex parte nostra, & eas secundum formam earumdem observare plenius intendamus.

Et quid super præmissis facere volueritis, nobis cum celeritate rescribatis.

Teste Rege apud West. octavo die Julii.

--- * I. 663.

** De pecunia Willielmo de Valentia deferenda.*

Ann. D. 1258.

REX Abbati & Conventui de Wautham salutem.

Mandamus vobis quod, de denariis dilecti fratris nostri Wil- *An.* 42.
lielmi de Valentia, qui sunt in deposito in domo vestra, sine dila- *H.* 3.
tione, permittatis dilectos & fideles nostros, Simonem Passelewe, *Pat.* 42.
& Johannem de Cokefeud, capere per visum & testimonium ho- *H.* 3.
minum ipsius fratris nostri, tria millia Marcarum, deferenda usque *m.* 10.
Doveriam, & liberanda ibidem dicto fratri nostro per dilectos & fideles nostros, Willielmum de Fortibus Comitem Albemarliæ, & Ricardum de Grey Constabularium nostrum Dovoriæ, in formâ, de Concilio nostro provisâ, & eisdem Comiti & Ricardo injuncta.

Et residuos denariorum dicti fratris nostri, qui sunt in deposito in prædicta domo vestra, salvo custodiatis ibidem, sub sigillis prædictorum Simonis & Johannis.

In cujus rei, &c.

Teste Rege apud Winton. decimo die Julii.

Lit-

nedicatum dictæ terræ, de Consilio Domini Regis, & Magnatum prædictorum, duxerimus constituendum.

In cujus, &c.

Data apud Winton. duodecimo die Julii, anno, &c. quadragesimo secundo.

Consimilis littera dirigitur Majori & Civibus Burdegaliæ, & omnibus aliis communitatibus Civitatum, & Villarum totius terræ Vasconiæ.

Quarum una missa fuit per Dovor. & alia per Portesm. die Lunæ proximo ante Festum Sanctæ Margaretæ Virginis, anno, &c. 42.

Unam detulit Johannes de Rotheby, & aliam Johannes de Tidyngdon.

Littera Papæ rogatoria de Termino super facto Siciliæ prorogando.

Ann. D. 1258. An. 42. H. 3. Claus. 42. H. 3. m. 5. d.

DOmino Papæ Rex salutem, cum reverentia & honore.

Cum nuper discretum & prudentem virum, Magistrum Arlotum, Notarium vestrum, ad nos duxeritis pro facto Siciliæ dirigendum, idem Magister negotium, sibi in hac parte a vobis commissum, nobis curialiter exposuit, ut decebat; & tempus suspensionis pœnarum in privilegio concessionis vestræ, nobis & Edmundo filio nostro factæ de Regno Siciliæ, contentarum: & tempus reservationis juris præfato filio nostro super dicto Regno, per idem privilegium adquisiti, authoritate vestra, pro reformatione negotii Regni prædicti, usque ad Kalendas Septembris proximas prorogavit, asserens se potestatem non habere prorogandi ulterius terminum supradictum:

Et quia propter hoc, & alia agenda nostra Nuncios nostros ad vestram præsentiam, ex parte nostra & Magnatum nostrorum, in proximo transmittemus;

Sanctitati vestræ duximus supplicandum, quatinus terminum illum usque adventum Nunciorum nostrorum prædictorum favorabiliter dignemini prorogare, ut nobis munificentiæ vestræ gratiam sentiamus more solito fructuosam.

Teste Rege apud Westm. vicesimo septimo die Julii.

In eadem forma scribitur venerabili Cœtui Cardinalium, rogando, quod favorabiliter annuere, & erga Dominum Papam diligenter procurare dignentur, ut prorogatio termini, quam præfatus Magister Arlotus fecit in hac parte, usque adventum Nunciorum Regis prædictorum ad Curiam, prorogetur: Ita quod Rex inde eis fortius astringatur ad merita gratiarum.

Teste ut supra.

Tom. I. P. II.

... versus partes boreales, in ultimis finibus Regni nostri consistentes (quo nos oportet divertere pro arduis negotiis, statum Regni nostri tangentibus) & modis omnibus affectantes vestram videre præsentiam, & vobiscum habere colloquium;

In adventu vestro in Regnum nostrum, Serenitatem vestram affectuose rogamus, quatinus de adventu vestro in Anglia taliter providere curetis ut, in Octabis Sancti Michaelis instantis, sitis apud Cantuariam; & exinde ad nos venire possitis usque London, nobiscum ibidem spaciaturi; ubi, auctore Domino, in occursu vestrum proponimus interesse.

Teste Rege apud West. vicesimo octavo die Julii.

De Conductu pro prædicto Rege Navarræ & Comite Nivernensi.

REX omnibus Ballivis, &c. Ann. D. 1258.

Sciatis quod suscepimus in salvum & securum conductum nostrum Egregium Principem Theobaldum Regem Navarræ illustrem, & nobilem virum Comitem Nivernensem consanguineum suum, cum tota familia sua, quam secum ducent in veniendo in Angliam, post instans Festum Sancti Michaelis; cum voluerint, & peregre proficiscendo ad venerabile corpus beati Thomæ Martiris apud Cantuariam, ac inde ad nos veniendo, nobiscum morando, & a nobis ad propria revertendo. An. 42. H. 3. Ibidem.

Et ideo vobis mandamus quod prædictis Regi, & Comiti, vel eorum familiæ, quam secum ducent, in veniendo in Angliam, post terminum prædictum, nobiscum morando, & a nobis ad partes suas revertendo, nullum inferatis, vel inferri permittatis impedimentum aut gravamen.

Et siquid, &c.

In cujus, &c. duraturas a Festo Sancti Michaelis usque ad natale Domini proximo sequens.

Teste Rege apud Westm. vicesimo octavo die Julii.

---

* *Littera Papæ rogatoria, de conditionibus circa Regnum Siciliæ mitigandis.* * I. 666.

DOmino Papæ Rex Angliæ salutem. Ann. D. 1258.

Quotiens recolimus immensas & infinitas gratias, quas, non nostris exigentibus meritis, sed suæ liberalitatis instinctu, sedes Apostolica nobis fecit, & indefessa sollicitudine jugiter faciens, gratias gratiis superaddit, nos pro tantis beneficiis recognoscimus debitores. An. 42. H. 3. Claus. 42. H. 3. m. 4. d.

Ecce! enim quod nuper venerabilem virum Magistrum Arlotum, Subdiaconum, & Notarium vestrum, ad nos misistis pro ne-

F

Littera Papæ de Pace cum Rege Franciæ.

Ann. D. 1258. *An. 42. H. 3. Claus. 42. H. 3. m. 4. dors.*

DOmino Papæ Rex Angliæ salutem cum reverentia & honore. Regi gloriæ, & gratiæ largitori, ac vestræ Sanctitatis clementiæ gratiarum refundimus actiones, qui, pacem faciens in sublimibus suis, animum vestrum erga nos excitare dignatus est, vobis inspirans ut illa antiqua & vetus controversia, inter nos & illustrem Regem Franciæ longis temporibus agitata, quæ innumerabilium Provinciarum populos traxit in exterminium & ruinam, per mansuetudinis vestræ gratiam dissolvatur:

Unde, cum jocunditate animi, ac cordis jubilo, dicere possumus vos, qui locum Dei teneris in terris, portare pacem & illuminare patriam, & populis, vobis subditis, procurare quietem; ut per vos Altissimus glorificetur in cœlis, pax ministretur in terris hominibus benivolæ voluntatis.

* I. 667. Ecce! enim, pater clementissime, quod nuper per religiosum virum Fratrem * Mansuetum, Pœnitentiarium & Capellanum vestrum (cujus mansuetudo & providentia apud nos & Regni nostri majores grata est plurimum & accepta) qui sibi commisso negotio diligenter, fideliter institit & prudenter, quasi per angelum pacis nos multipliciter monuistis, ut cum serenissimo Rege Franciæ pacis fœdera iniremus;

Cujus exortationibus salutiferis & honestis adquiescentes, omnino cum prædicto Fratre in Franciam solempnes nuncios curavimus destinare: Qui, post tractatus varios, certam formam pacis cum sæpedicto Rege Franciæ ordinarunt; in qua, licet nonnullis articulis conditio nostra gravari quodammodo videatur, tamen nobis acceptabile & gratum exstit quicquid cœlestis dispensatio super hoc duxerit providendum:

Sperantes exinde ut, per ipsius pacis proventum, ecclesia Dei de variis laboribus respirabit ad pacem & annunciabit Dominus annum placabilem; ut mirabiles elationes maris, quibus Petri navicula fluctuare videtur, mirabilis in altis Dominus cessare faciet, statuens procellam in auram.

Cum igitur, totis medullis, animo affectemus ut, per sedis apostolicæ providentiam, quæstionis præfatæ scrupulus complanetur, Sanctitati vestræ cum affectione, qua possumus, supplicamus, quatinus quod, circa tractatum pacis, tam piè, tam laudabiliter inchoastis, feliciter consummare curetis: Nobis concedentes Legatum, quem Nuncii nostri duxerint nominandum, ut, per ipsius industriam, dicta pax, ad honorem Dei, & Ecclesiæ Romanæ, firmetur;

Ex hoc enim Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ accrescet plurimum, si per ipsum pax ista, à cunctis devotis Ecclesiæ affectata, proveniat; ut, per istius pacis exitum, auctor pacis nobis pacem tribuat, quæ exsuperat omnem sensum.

Teste Rege apud Westm. 1 die Augusti.

Ejusmodi, cum prædicta, Littera Cardinalibus Romanæ Ecclesiæ.

Ann. D. 1258. *An. 42. H. 3. Claus. 42. H. 3. m. 4. d.*

VEnerabilibus Patribus Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, Henricus Rex Angliæ salutem, cum omni reverentia & honore.

Scimus multis & infallibilibus documentis, quod Sacrosancta Romana Ecclesia, piissima mater nostra, vigilanti studio & propensiore cura considerat ea quæ incolumitatem respiciunt Regni nostri: Quod ostendit evidentissime hiis diebus; nam nuper per reli-

Teste Rege apud Westm. 4 die Augusti.

Consimilem potestatem habent prædicti Comes & Johannes Maunsell, sub alternatione, per aliam litteram.

In cujus, &c.

Teste ut supra.

Littera Regi Scotiæ responsoria super variis negotiis.

Ann. D. 1258. *An. 42. H. 3. Claus. 42. H. 3. m. 8. d.*

REX dilecto & fideli suo A. eadem gratia, Regi Scotiæ illustri, salutem & sinceræ dilectiones semper augmentum.

Serenitati vestræ cupimus esse notum quod jam diu extitimus debilitate corporis prægavati, set, largiente salutis auctore, speramus ad statum prosperum in proximo recreari, de prospero statu vestro plurimum gratulantes.

Cæterum super hiis quæ nobis per Ranulphum Clericum vestrum, latorem præsentium (qui negotia vestra, penes nos expedienda, prudenter & discrete prosecutus est) significastis, vobis duximus intimandum tàm per mortem Thesaurarii nostri (per quem certiorari debuimus de solutionibus vobis factis de pecunia in qua vobis tenebamur) & per hoc, quod solutiones inde factæ sunt per diversas manus Ballivorum nostrorum, qui nondum compotum reddiderunt, nondum plene certiorari potuimus de singulis solutionibus, quamquam Rotulos nostros diligenter & studiose scrutari fecerimus, nichil tamen certum, quousque novum habeamus Thesaurarium, & super hiis certiorati fuerimus, vobis inde poterimus respondere; quod, si placet, graviter non feratis.

Nos autem, per Rotulos nostros, quam alio modo, interim faciemus investigari diligentius & plenius super hoc veritatem; unde, scrutato & viso similiter, ex parte vestra, quantum inde percepertis, & per quorum manus, tàm nostratum, quàm vestratum, & quantum Nunciis vestris, euntibus ad Curiam Romanam, & etiam Mercatoribus Italicis à nobis liberari petivistis, nobis constare faciatis.

Et, intellectis & assummatis omnibus particulis solutionis prædictæ, sciamus plenius, tàm per nos, quàm ver vos, quantum adhuc vobis reddere teneamur; & parati erimus tantum super hoc facere, quantum pro nobismet ipsis in casu consimili fieri vellemus, de quo contenti eritis Deo dante.

De negotio vero tangente libertatem vestram de Penrath. pro arduis negotiis, nobis incumbentibus hiis diebus, prædicto Nuncio vestro plenam responsionem ad præsens facere non potuimus; set Willelmum de Notingham Clericum, quem dilecta filia nostra, consors vestra, ad negotium illud exequendum litteratorie deputavit, propter hoc apud nos retinuimus, per quem vobis inde plenius responsum nostrum curabimus intimare.

De Manerio siquidem de Wheteley: Noveritis quod quosdam Justiciarios, quos attornati vestri petebant, assignavimus ad Justitiam vobis exinde exhibendam quamcitius poterunt, secundum legem & consuetudinem Regni nostri; nec aliud in causa propria fecisse poteramus.

Teste, &c.

De

tis, quod tam a nobis, quam ab ipso in agendis vestris favorem & gratiam futuris temporibus merito promereri debeatis, cum speciali gratiarum actione.

Teste, &c.

Littera Edwardi Principis per quam revocavit donationem, factam Guidoni de Lezign. de Insula de Olerone.

Ann. D. 1258. An. 42. H. 3. L. B. f. 197. B. • I. 670.

EDwardus, illustris Regis Angliæ primogenitus, dilectis & fidelibus suis Majori, & probis hominibus suis Insulæ Oleron, salutem.

Cum in collatione, quam nobis fecit Dominus Rex Pater noster de Insula prædictâ, certus inserebatur articulus, videlicet, quod Insula ipsa a Corona Angliæ nullatenus posset separari, & nos nuper, eundem articulum ad memoriam non bene reducentes, assensu Domini Regis Patris nostri minime requisito, * eandem Insulam karissimo Avunculo nostro, Guidoni de Lezign. ad terminum vitæ suæ, per cartam nostram concessissemus;

Nunc, dictam negligentiam nostram evidenter attendentes, ipsam concessionem nostram, de præcepto prædicti Patris nostri, per præsentes revocamus, vobis mandantes quatinus tenorem litterarum præfati Domini Regis, in hac parte vobis transmissarum, totaliter exequamini.

In cujus rei testimonium has litteras nostras vobis mittimus patentes.

Dat. apud Sutwerk, 4 die Nov. anno Regni Domini Regis Patris nostri 43.

De Regimine Regni Scotiæ.

Ann. D. 1258. An. 43. H. 3. Pat. 43. H. 3. m. 41.

REX omnibus, &c.

Cum venerabilis pater G. Episcopus Sancti Andreæ, Johannes de Acr. Maria Regina ipsius Johannis sponsa, Walterus Comyn Comes de Meneth, Alexander Comyn Comes de Buchan. Willielmus Comes de Mar, Alexander Senescallus Scotiæ, Alanus Hostiarius, Robertus de Moynes, & Gilbertus de Haya, regimen Regni Scotiæ in se plenius assumpserint;

Noveritis nos eisdem bona fide promisisse quod, quamdiu negotia ipsius Regni secundum Deum & Justitiam, & ad commodum & honorem karissimi filii nostri Regis Scotiæ illustris, eorum Domini, & filiæ nostræ prædilectæ Reginæ Scotiæ, eorum Dominæ, atque secundum leges & bonas consuetudines illius Regni, hactenus usitatas, rite tractaverint,

In eisdem negotiis, cum indiguerint, & ab ipsis fuerimus requisiti, consilium nostrum & auxilium eis favorabiliter impendemus:

ex tunc in debitorum ipsorum, & majorum de Capitulis & Conventibus personas excommunicationis, in Conventus verò, & Capitula, ac aliorum debitorum terras, interdicti sententias promulgetis, eas usque ad satisfactionem condignam, ubi, & quando, ac quociens expedire videritis, pulsatis campanis, & candelis accensis, per vos, vel alios, seu alium, sollempniter innovando;

Non obstantibus aliquibus privilegiis, vel indulgentiis, aut quibuscumque literis apostolicis, seu aliis, generalibus vel specialibus, sub quacumque forma verborum obtentis, & etiam obtinendis, non facientibus de præsentibus mentionem, quibus hujusmodi mandati nostri effectus in aliquo impediri valeat, vel differri; & si dictis Archiepiscopis, Episcopis, & aliis quibuscumque a sede sit indultum eidem, quod excommunicari, suspendi, vel interdici, seu quod extra suam provinciam, vel diocesin, aut ultra certum locum ad judicium evocari non possint per litteras apostolicas, non facientes plenam & expressam de ipsorum nominibus, ac de indulto hujusmodi mentionem; etiam si contineatur in ipso quod ei non possit per aliquas litteras apostolicas derogari; sive quod crucesignatis dictorum Regnorum ab eadem sede dicitur esse concessum, quod per ipsius sedis literas nequeant, nisi coram suis ordinariis, conveniri; & Constitutionibus, tàm de duabus dietis editis in concilio generali, quàm fælicis recordationis I. Papæ Prædecessoris nostri de aliquibus, per generalem clausulam quidam alii ultra quatuor, ad judicium non trahendis.

Dat. Anagniæ, 3 Non. Decembris, Pontificatûs nostri anno quarto.

Sigillo avulso.

Littera Regi ab Alexandro Rege Scotia.

Ann. D. 1259. An. 43. H. 3. Ex Bundello literarum tempore H. 3.

MAgnifico Principi Domino suo in Christo carissimo, Domino H. Dei gratia Regi Angliæ, Domino Hiberniæ, & Duci Acquitanniæ, Alexander, eadem gratia, Rex Scotorum, salutem & semper augmentum;

Cum Willielmus de Swynburn, Clericus noster, a vobis recepit, ad opus nostrum, mille Marcarum sterlingorum, in partem solutionis mille librarum sterlingorum, quas nobis solvere promisistis in Nundinis Sancti Botulphi proximo præteritis, partem —— debiti, in quo nobis tenemini ratione matrimonii, contracti inter nos, & Margaretam Consortem nostram, filiam vestram primogenitam;

Et idem Willielmus litteras nostras Patentes, solutionem dictarum mille librarum testificantes, carissimæ Dominæ Alianoræ, Dei gratia Reginæ Consorti vestræ, commiserit ut in æqua manu;

Quas quidem literas nobis restituere promisistis quamcito vobis literas nostras, solutionem dictarum mille Marcarum testificantes, mitteremus;

Attentius vos rogamus quatinus Johanni de Lundore. Clerico

cilia.

Ann. D. 1259. *An.* 43. *H.* 3. *Claus.* 43. *H.* 3. *m.* 13. *d.*

VEnerabili Cœtui Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, Rex Angliæ salutem, & sinceræ dilectionis affectum.

Quia de quibusdam negotiis, inter Regem, & illustrem Regem Franciæ, prolocutis Rex plenius certiorari volebat, priusquam Domino Papæ super hiis (quæ per Magistrum Petrum Lemovicen. & Anselmum de Belencr. Clericos, & Nuncios venerabilium Patrum Ebredunen. & Tarentas. Archiepiscoporum, & dilecti Clerici Regis Magistri Rustandi, ejusdem Domini Papæ Capellani, super facto Siciliæ, & aliis tàm literis, quàm viva voce Regi significavit) certum Rex daret responsum (propter quod etiam quosdam de Majoribus Regni & consilii Regis in Franciam Rex transmisit) Rex prædictos Clericos retinuit, usque ad reditum dictorum Nunciorum Regis.

In quorum reversione, absque mora ulteriori, per eosdem Clericos, vel per alios Nuncios Regis solemnes, Domino Papæ, & eis, super præmissis, certum responsum suum Rex significabit; & maxime de negotio Siciliæ, cum effectu prosequendo, vel penitùs dimittendo.

Unde vos attentiùs Rex rogat, quatenus apud summum Pontificem diligenter instare velitis, ne hanc moram modici temporis gravem habeat vel molestam.

Et quod super facto Siciliæ, vel aliis, Regem seu Regnum Regis tangentibus, nihil interim immutetur.

Teste Rege apud Windes. decimo sexto die Martii.

Bulla pro Episcopo Elfinensi in Archiepiscopum Tuamensem elato.

Ann. D. 1259. *An* 43. *H.* 3. *Ex Autogr.*

ALexander Episcopus, servus servorum Dei, carissimo in Christo filio Regi Angliæ illustri, salutem & Apostolicam benedictionem.

Licet continuata supervenientium negotiorum instantia nostrum animum (cum, disponente Domino, universali regimini, quamvis immeriti, præsideamus) insultibus impetat successivis; sollicitudo tamen omnium Ecclesiarum, nostris incumbens humeris, tanto artius nos cotidiana meditatione perurget, quanto ad id sumus, ex injuncto nobis Apostolatus officio, specialius, immo principalius deputati.

Præsentatam igitur nobis, ex parte dilectorum filiorum Decani Archidiaconi, & Capituli Tuamen. postulationem de venerabili fratre nostro Archiepiscopo Tuamensi, tunc Elfinensi Episcopo, in Ecclesia eorum factam, examinari fecimus diligenter;

Et, quia eam invenimus canonicè de persona idonea celebratam, ipsam (non obstante quod Magister Guillielmus de Cornelio, Canonicus Dublinen. Capellanus noster pro se, & quibusdam aliis, quos asserebat esse Canonicos Tuamenses huic postulationi se minus rationabiliter opponebat; cum nobis non constiterit eos ipsius
* l. 673. Ecclesiæ Tuamensis esse Canonicos) * de fratrum nostrorum consilio admittentes, eum, a vinculo, quo tenebatur Elfinensi Ecclesiæ, absolutum, præfecimus eidem Tuamensi Ecclesiæ in Archiepiscopum & Pastorem;

Ei licentia transeundi ad prædictam Ecclesiam Tuamensem, & pallio (quod est officii pontificalis insigne) ac plena ipsius Ecclesiæ amministratione concessis, firma spe, fiduciaque retentâ quod, per ipsius industriam, eadem Ecclesia Tuamensis, auctore Deo, spiri-

Prothonotarium, & fratrem Willielmum ordinis Sanctæ Trinitatis & Captivorum familiarem, & Nuncios tuos, viros utique industrios & prudentes, & in commisso eis negotio sollicitos & fideles, quos ad sedem Apostolicam destinasti, consueta benignitate recepimus, & ea, quæ iidem Nuncii, ac venerabilis frater noster, Episcopus & dilecti filii Archidiaconus Rofensis, ac Robertus de Baro, tui honoris tuæque exaltationis fervidi zelatores, nobis ex parte tua secrete ac publice retulerunt, intelleximus diligenter:

Verum quia eximia caritatis & pietatis opera, quibus semper persona tua inter alios Catholicos Reges & Principes orbis terræ refulsit, pro te apud nos & Romanam Ecclesiam matrem tuam sedulo ac efficaciter interpellant;

Nos hoc non indigne pensantes, considerantes etiam quod semper fuisti Ecclesiarum amator præcipuus, & defensor libertatis Ecclesiasticæ singularis, fortissimus Catholicæ athleta fidei, ac pervigil justitiæ gubernator;

Attendentes insuper quod circa personam tuam inclytam & illustrem, electam utique dudum ad Romani culmen Imperii, est ad unctionem & coronationem etiam jam processum,

Nostrum ad te totaliter direximus animum, firmo intendentes proposito, & intentione stabili proponentes, ad tui honoris cumulum libenter assurgere, tuæque promotioni frequenter intendere, atque ad omne bonum tuum impendere opem & operam efficacem.

Et ecce dilectum filium, fratrem Walterum de Rogat. familiarem & Pœnitentiarium nostrum, virum utique religione conspicuum, moribus & scientiâ præditum, nobisque suæ meritis probitatis acceptum, tibique valde devotum, ad regimen Alemanniæ in favorem tuum duximus specialiter destinandum,

Universis prædicti Imperii Principibus cæterisque Magnatibus, tàm Ecclesiasticis, quàm secularibus, tibi adhærentibus, & non adhærentibus, mandantes * per nostras favorabiles literas, & per ipsum, ut adhærentes constanter in tua fidelitate persistant; & non adhærentes tibi studeant adhærere firmiter, ac præbeant omne quodcumque possunt per se, subditos, & consanguineos, & amicos suos, consilium, auxilium & favorem. * l. 674.

Super ea autem, quod dicti Nuntii moram magnam in Curia nostra protraxisse videntur, tua Serenitas non miretur, quia tam ardua, tamque solemnia negotia nec possunt, nec debent cum festinantia, sicut a multis forte creditur, expediri; præsertim cum expediat, sicut nôsti, in talibus cum multa providentia, deliberatione, gravitate ac maturitate procedi.

Ideoque Celsitudinem tuam rogandam duximus attentius & hortandam, quatenus prædictum Pœnitentiarium nostrum qui ad hoc de mandato nostro ad tuam accedit præsentiam, ut in commisso sibi negotio cum tuo consilio dirigatur (& cui in his, quæ tibi dixerit ex parte nostra, adhibeas firmam fidem) benigne recipiens, ac illa quæ pro te fecimus diligenter attendens, habensque prædictos Nuntios super mora hujusmodi, cum fructuosa valde & utilis fuerit, excusatos, conforteris in Domino, studiumque tuum circa magnifica & eximia probatæ constantiæ tuæ opera, more solito, de Divino, & Apostolico favore confisus, ad laudem Dei, & exaltationem Sedis Apostolicæ exercere non cesses, ac illa quæ pro te per nos in hac parte facta & ordinata consistunt.

Ad hoc, ut cautius & melius ad optatum perducantur effectum, secreta apud te, nemini revelando, teneas illa; quia, si secùs fieret, plurimum negotio deperiret.

Nos autem, qui ad personam tuam præcipuum & intimum habemus affectum, quique vehementi desiderio cupimus ut status tuus continuis, Deo auctore, amplificetur commodis & concrescat augmentis, apud Regem Regum devotis pro te ac sedulis supplicationibus ferventer insistimus, ut per suam clementiam tuos processus

rogat

te concedas de gratia speciali; ita quod idem Episcopus condignam apud te gratiam se invenisse laetetur, nosque multiplices propter hoc Serenitati tuae gratias referamus.

Dat. Anagniae, 10 Kal. Maii, Pontificatûs nostri anno quinto.

Plumbeo Sigillo a filo canabeo.

De Matrimonio inter Beatricem Filiam Regis & Johannem primogenitum Ducis Britanniae.

Ann. D. 1259. An. 43. H. 3. Pat. 43. H. 3. m. 22.

REX omnibus, &c.

Noveritis nos dilectis & fidelibus nostris, Ricardo de Clare Comiti Gloucestriae & Hertfordiae, & Johanni Maunsell Thesaurario Eborum,

Nostram potestatem tradidisse ad tractandum, nomine nostro, & finaliter ordinandum super Matrimonio, contrahendo inter Johannem, primogenitum filium, & Haeredem Nobilis Viri Comitis Britanniae, & praedilectam filiam nostram Beatricem;

Ratum habituri & firmum quicquid dicti fideles nostri, super hoc, ex parte nostra, duxerint faciendum.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Windesor. 10 die Maii.

Forma Pacis inter Henricum 3. Angliae Regem, & Lodovicum 9. Regem Franciae.

Ann. D. 1259. An. 43. H. 3. Rot. Conventionum pacis 43. H. 3. m. 4.

HEnricus, Dei gratia, Rex Angliae, Dominus Hiberniae, & Dux Aquitanniae notum facimus universis, tàm praesentibus, quàm futuris, quod nos, divinâ favente gratiâ, cum illustri Rege Franciae, consanguineo nostro karissimo, pacem firmavimus secundum formam, quae fuit hinc inde tractata; quam, sicut in Gallico scripta est, infernis annotari fecimus in haec verba.

1. C'EST LA FORME DE LA PAIS devisee entre les Rois de France & de Angleterre.

Li Rois de France donra al Roi de Angleterre tote la droiture, qe li Rois de France a, & tient en ces trois Evefchez, & es Citez, c'est a dire de Limoges, de Caturs, & de Pierregort, en fiez, & en demaines; sauf l'omage de ses Fréres, se il aucune chose i tienent, d'ont il soient si home; & Sauve les choses, que li Rois de France ne peut metre hors de sa maine par lettres de lui, ou de ses Ancesseurs; les queles choses li Rois de France doit purchacier a bone foi vers cels qui ces choses tienent, que li Rois de Angleterre les ait dedens la Touzsaintz en un an, ou faire lui eschange ave-

tote la tere, que il tient, de ça la mer de Angleterre, en fiez & en demaines; & des isles, s'aucune en ia que li Rois de Angleterre tiegne, qui soient de Roiaume de France, & tendra de lui com Pers de France, & Dux de Aquitaigne:

Et de totes ces choses devantdites fera li Rois de Angleterre servises avenables, iusque a tant que il fuist trove quels servises les choses devroient; & lors il feroit tenuz de faire les tiels, com il feroient trove de l'omage de la Conte de Bigorre, de Armeignac, & de Faianzac, soit ce que droit en fera.

5. Derechef li Roi de France donra al Roi de Angleterre ce, qe cinc cenz Chevalers deuroient coster reisnablement a tenir deus anz a l'esgard de prodes homes, qui feront nome d'une part & d'autre; & ces deniers fera tenuz li Rois de France a paier a Paris al Temple, a sis paiez pars deus anz, cest a saver,

A la quinzein de la Chandelor, qui vient prochcinement, la primere paie, c'estadire la sisieme partie:

Et a la quinzein de l'Ascension ensuant l'autre paie:

Et a la quinzeine de la Tousz Seinz l'autre:

Et ausi des autres paies en l'an ensuant;

Et de ce donra li Rois de France ses lettres pendanz, & le Temple, ou l'ospital, ou ambedeus ensemble en plege:

Et li Rois d'Angleterre ne doit ces deniers despendre forsque o service Deu, ou de l'Eglise, ou al profit del Roiaume de Angleterre, & ce par la veue des prodes homes de la tere, esleuz par Roi de Angleterre, & par les hauz homes de la tere.

6. Et par ceste pais fesant quitera li Rois de Angletere & si diu fil al Roi de France, & a ses Successours, & a ses heires, & a ses freres, si le Rois de Angleterre, ou si Ancessiors aucune droiture ont, ou orent onqes en choses qe li Rois de France tiegne ou tenist onqes, ou si Ancesseors, ou si frere, c'estassavoir en la Duchee, & en tote la tere de Normandie, en la Conte & en tote la tere de Anju, de Toraine, & del Mayne, & en la Conte & en tote la tere de Poitiers, ou aillours en aucune part del Roiaume de France, & es Isles s'aucune en tienent li Rois de France, ou si frere, ou autre de us, & toz arrerages.

7. Et ausi quiteront li Roi de Angleterre, & si dui fil, a touz ceus, qui depar le Roi de France, ou de par ses Ancesseors, ou de ses Freres tienent aucune chose par don, par Eschange, ou par vente, ou par achate, ou par ascensement, ou en autre semblable maniere, en la Duche & en * tote la tere de Normandie, & en la * I. 677.
Conte & en tote la tere de Anjou, & de Turaine, & del Maine, & en la Conte & en tote la tere de Poitiers, ou aillours, en aucune part el Roiaume de France, ou es Isles desusdites; sauve al Roi de Angleterre, & a ses heires, lur droiture es teres, d'ont il doit fere au Roi de France homage lige par ceste Pais, sicome il est desus devise; & sauf ce qe le Rois de Angleterre puisse demaunder sa droiture, se il la quide avoir en Agenois, & avoir la se la Court del Roi de France le Juge, e ausi de Catorsin.

8. Et donra li Rois de Angleterre au Roi de France les lettres, que on dit que il a del Roi Richard son frere, de quitance de totes ces choles par eschange que il en ont, se il puet ces letres trover

ou

qui ni amonez, la pais a tenir en bone foi, tant com a chascun apertendra.

15. Hanc siquidem pacem & compositionem, inter nos & Regem Franciæ, prædictam firmatam, & omnia prædicta & singula, prout superius continetur, promittimus bona fide pro nobis, & hæredibus nostris, & Successoribus, prædicto Regi Franciæ, & ejus hæredibus ac successoribus nos fideliter & firmiter servaturos, nec contraventuros per nos, vel per alium aliquatenus in futurum; & quod nichil fecimus, nec in posterum faciemus, per quod præmissa, vel aliqua præmissorum in toto, vel in parte, minus habeant firmitatis.

16. Quittantes penitus & expresse, pro nobis & hæredibus nostris & successoribus nostris, memorato Regi Franciæ, & ejus hæredibus, ac successoribus suis, necnon Antecessoribus, & fratribus ejusdem, & eorum hæredibus, ac successoribus, si nos, vel Antecessores nostri, aliquod jus habemus, vel habebamus unquam in rebus, quas Rex Franciæ tenet, vel unquam tenuit, vel antecessores sui, vel fratres sui; scilicet, in Ducatu & tota terra Normanniæ:

In Comitatu & tota terra Andegaviæ, Turon. & Cinom:

Et in Comitatu & tota terra Pictaviæ; vel alibi in aliqua parte Regni Franciæ, & in Insulis, si aliquid teneat Rex Franciæ, vel fratres sui, vel aliquis de eis, & omnia arreragia.

17. Et similiter quittamus nos, & duo filii nostri, omnibus illis qui, ex parte Regis Franciæ, vel ex parte Antecessorum suorum, vel fratrum suorum, tenent aliquid per donum, per escambium, vel per venditionem, vel per emptionem, vel per ascensamentum,
* I. 678. vel alio simili modo in Ducatu & in tota terra Normanniæ; * & in Comitatu & in tota terra Andegaviæ, Turoniæ & Cynomanniæ; in Comitatu & tota terra Pictaviæ; vel alibi, in aliqua parte Regni Franciæ, vel in Insulis supradictis: Salvo nobis & hæredibus nostris jure in terris, unde debemus facere Regi Franciæ homagium ligium per pacem istam, sicut superius est provisum; & salvo nobis hoc quod possimus exigere jus nostrum, si quid credamus habere in Agenois, & habere illud jus, si Curia Regis Franciæ hoc judicet, & similiter de Caturc.

18. Quittamus etiam penitus & expresse memoratum Regem Franciæ, & fratres, & antecessores suos, de omnibus arreragiis & proventibus perceptis, & qui percipi potuerunt in omnibus supradictis; & de omni rancore & contentione, hinc inde habitis; & de omnibus sumptibus, misis & dampnis, occatione guerrarum, vel quocumque modo alio irrogatis.

19. Hanc autem quittationem & pacem inter nos & ipsum Regem firmatam, secundum quod superius continetur, quantum ad omnes & singulos articulos, coram nobis jurare fecimus in animam nostram Humfridum de Bohun Comitem Essex. & Hertfordiæ, & Willielmum de Fortibus Comitem Albemarliæ, ad hoc specialiter deputatos a nobis, nos inviolabiliter observaturos, & quod per nos, vel per alium nullatenus contraveniemus in futurum.

20. Dictas autem quittationes & pacem, de mandato nostro speciali, juraverunt Edwardus primogenitus, & Edmundus, filii nostri, se inviolabiliter servaturos, & in nullo per se, vel alium contraventuros: Et quittationes fecerunt de omnibus supradictis voluntate spontanea, & nostra auctoritate interveniente pariter & assensu;

21. Quod, ut perpetuæ firmitatis robur optineant, sigillum nostrum præsenti paginæ fecimus apponi.

Datum apud Westmonasterium, anno ab incarnatione Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo nono, vicesimo die Maii.

Monte-forti, & aliis præscriptis, aut illis ex ipsis qui præsentes fuerint, plenam damus potestatem complendi, pro parte nostra, omnia quæ in pace, inter illustrem Regem Franciæ & * nos, ordinata fuerint, & jurata hinc inde: Et ad recipiendum nomine nostro omnia quæ per prædictam pacem nobis debent assignari. An. 43. H. 3. Ibidem. * I. 679.

Damus etiam eisdem, vel illis eorum qui præsentes fuerint, potestatem substituendi, si opus fuerit, alium seu alios, ad omnia negotia prosequenda & expedienda, nomine nostro, quæ in forma prædictæ pacis continentur:

Ratum habituri & firmum quicquid prædicti fideles nostri, vel illi eorum qui præsentes fuerint, substitutus etiam, vel substituti ab eis, decreverit, aut decreverint faciendum in præmissis.

In cujus, &c.

Teste ut supra.

De arbitratione pecuniæ per Regem Franciæ solvendæ pro 500 Militibus per Biennium tenendis.

REX omnibus, &c. Ann. D. 1259.
Noveritis quod nos dilectis & fidelibus nostris, Simoni de Monte-forti Comiti Leicestriæ, Ricardo Comiti Gloucestriæ & Hertfordiæ, Petro de Sabaudia, Johanni Maunsell Thesaurario Eborum, J. de Baillol, & R. Waleran, aut illis eorum qui præsentes fuerint, An. 43. H. 3. Ibidem.

Plenam damus potestatem ad eligendum & constituendum ex parte nostra aliquos bonos viros, sive ex seipsis sive ex aliis;

Qui, unà cum aliis ex parte illustris Regis Franciæ eligendis, sive constituendis, aut constitutis, arbitrari valeant super quantitate pecuniæ, quam idem Rex Franciæ pro sumptibus quingentorum Militum, per biennium tenendorum, secundum quod in forma pacis inter ipsum & nos initæ continetur, nobis debet assignare:

Ratum & firmum habituri quicquid iidem, vel illi ex eis qui præsentes fuerint, necnon electi, aut constituti ab eisdem, in præmisso negotio duxerint faciendum.

In cujus, &c.

Teste ut supra.

De quinta persona eligenda, si forte cæteri non concordent de negotio prædicto.

REX omnibus, &c. Ann. D. 1259.
Noveritis quod dilectis & fidelibus nostris, Simoni de Monte-forti Comiti Leicestriæ, & aliis præscriptis, seu illis ex eis qui præsentes fuerint, An. 43. H. 3. Ibidem.

Plenam damus potestatem ut, si forsitan illi duo, quos ex seipsis, vel ex aliis elegerint, ad arbitrandum super quantitate pecuniæ, quam illustris Rex Franciæ, pro quingentis Militibus, per Biennium tenendis (sicut in pace, inter ipsum, & nos firmata, continetur) nobis solvere tenetur cum aliis duobus, quos idem Rex Franciæ ad hoc pro parte sua duxerit assignandos, super ipsa arbitratione facienda concordare non possint,

Prædicti Simon, Ricardus, Petrus, Johannes, & Johannes, & Robertus, nostri fideles, aut illi ex eis qui præsentes fuerint, consentire valeant in quintum,

Qui una cum ipsis quatuor in arbitratione prædicta procedat:

Ratum

Ibidem. Maunsell Thesaurario Eborum, & Roberto Waleram, aut illis eorum qui præsentes fuerint,

Plenam damus potestatem ad eligendum ex parte nostra aliquos viros idoneos, sive ex seipsis, sive ex aliis,

Qui, unà cum illis quos illustris Rex Franciæ ad hoc pro parte sua duxerit assignandos, æstimare valeant valorem terræ de Agenois, cujus valentiam annuam idem Rex, prout in pace inter ipsum & nos inita continetur, solvere nobis tenetur annuatim:

Ratum & firmum habituri quicquid dicti fideles nostri, seu illi ex eis qui præsentes fuerint, necnon electi, aut constituti ab eis, in præmisso negotio duxerint faciendum.

In cujus, &c.

Teste ut supra.

De eodem negotio.

Ann. D. 1259. An. 43. H. 3. Ibidem.

REX omnibus, &c.

Noveritis quod dilectis & fidelibus nostris, Simoni de Monte-forti Comiti Leicestriæ, Ricardo de Clare Comiti Gloucestriæ & Herefordiæ, Johanni Maunsell Thesaurario Eborum, & Roberto Waleram, vel illis ex eis qui præsentes esse contigerint,

Plenam damus potestatem ut, si forsitan illi, quos ex parte nostra elegerint ex seipsis, seu ex aliis, ad æstimandum valorem terræ de Agenois, secundum quod in forma pacis, inter Dominum Regem Franciæ, & nos initæ, continetur, cum illis quos idem Rex ad hoc pro parte sua duxerit assignandum, super æstimatione facienda concordare non possint,

Dilecti fideles nostri, seu illi ex eis qui præsentes fuerint, consentire valeant in aliquem alium virum idoneum eis associandum, qui, una cum aliis ex parte utraque, ut dictum est, eligendis, sive constituendis in prædicta æstimatione procedat:

Ratum habituri & firmum quicquid prædicti Nuncii nostri, & electi ab eis fecerint in præmissis.

In cujus, &c.

Teste ut supra.

*I. 681. * De conservando Rege Franciæ indempnem versus Comitissam Leicestriæ.*

Ann. D. 1259. An. 43. H. 3. Ibidem.

REX omnibus, &c.

Noveritis nos bona fide promisisse, pro nobis, & hæredibus nostris, magnifico Principi Regi Franciæ illustri quod, si forte contingat Comitissam Leicestriæ, sororem nostram, & liberos suos,

Super quo Sanctitati vestræ attentius supplicamus quatenus, ob causam prædictam, & alias, quas dilectus & fidelis noster, W. Bonquer, Miles & Marescallus noster, vobis ore tenus ex parte nostra, plenius exponat, memoratam gratiam vestram, apud nos & prædictum natum nostrum tam egregie & liberaliter inchoatam, necnon & benigne continuatam, fine piissimo consummare dignemini;

Et eidem, super negotio Siciliæ, & facti Wintoniensi, & ad ea pertinentibus; nec non & aliis negotiis nostris, & Regni nostri, plenam fidem adhibere velitis.

Teste meipso apud Westm. vicesimo die Maii, anno Regni nostri quadragesimo tertio.

* *Littera quâ Rex gratias agit Petro Capoccio Cardinali.* * I. 682.

REX Venerabili Patri P. Sancti Georgii ad velum aureum Diacono Cardinali, salutem & sinceræ dilectionis affectum. Ann. D. 1259. An. 43. H. 3. Pat. 43. H. 3. m. 3. d.

Ex veridica tàm dilecti Militis nostri Willhelmi Bonquer, quàm aliorum Nunciorum nostrorum relatione didicimus quod, vos negotia nostra & Regni nostri sincero animo amplectentes, ipsa non minus quàm vestra totis studuistis viribus promovere:

Unde Paternitati vestræ, quas possumus, etsi non quas debemus, gratiarum referimus actiones; rogantes quatinus, siquid voluntati vestræ placuerit quod per nos valeat expediri, nobis significare velitis: Scituri quod, si in aliquibus vobis responderemus ad votum, nobis gratum esset plurimum & acceptum.

Negotia vero nostra, tàm Regni Angliæ, quàm Regni Siciliæ, & alia pro quibus ad Curiam Romanam præfatum Willhelmum destinamus, vobis recommendamus; supplicantes attente quatinus negotia illa solitâ benignitate promovere dignemini; & hiis, quæ vobis ex parte nostra dicet, fidem adhibere velitis.

Teste Rege apud Westm. 20 die Maii, anno Regni nostri 43.

Eodem modo scribitur Cardinalibus, videlicet Albo Cardinali, Johanni Geytan. Ottobono Ottomano, H. de Seinchier, R. Hanybal.

De Matrimonio inter Beatricem Filiam Regis, & J. primogenitum Ducis Britanniæ contrahendo.

Ann. D. 1259. An. 43. H. 3. Pat. 43. H. 3. m. 22.

REX omnibus, &c.

Sciatis quod nos plenam damus potestatem Dominæ Margaretæ, Reginæ Franciæ illustri, & dilectis & fidelibus nostris Ricardo Comiti Gloucestriæ & Hertfordiæ, Petro de Sabaudia, & Johanni Maunsell Thesaurario Eborum, vel eorum aliquibus, qui præ-

Teste Rege apud Windes. 24 die Maii.

Ejusmodi Littera eidem cum multis aliis.

Ann. D. 1259. *An.* 43. *H.* 3. *Ibidem.*

REX venerabilibus patribus H. Ebredun. & R. Taraacen. Archiepiscopis, Magistro Rostando, & Magistro J. Clarel, vel eorum alicuibus, qui præsentes fuerint in Curia Romanâ, salutem.

Super laboriosa & sollicita diligentia, quam apposuistis & apponitis circa negotia nostra in Curia Romana expedienda, grates vobis referimus copiosas.

Et, quia tractatus pacis, inter nos & Regem Franciæ prolocutæ, à qua negotium Siciliæ multum dependet, ulteriorem quam credebamus, cepit dilationem,

Clericos vestros, qui nuper ad nos ex parte Domini Papæ & vestri venerunt, remittere distulimus quousque plenius certiorati essemus de pace prædicta, sicut vobis per alias litteras nostras, quas vobis per eosdem Clericos direximus, significavimus.

Unde dilectum & fidelem nostrum Willielmum Bonquer ad prædictam Curiam mittimus, pro prædicto negotio & aliis secretis negotiis ibidem expediendis, quæ idem Willielmus vobis exponet, cui super his fidem adhibeatis, & ea ad optatum perduci procuretis effectum, prout præfatus Willielmus vobis ex parte nostra plenius intimabit; tantum super hoc facientes, quod vobis exinde ad gratiarum merita fortius astringamur.

Statum autem vestrum, & negotiorum nostrorum in Curia nobis crebrò significetis.

Teste Rege apud Windes. 24 die Maii.

Bulla, quod Rex inducat Scotiæ Regem dare consensum Provisioni Papali pro Episcopo Glasguensi.

Ann. D. 1259. *An.* 43. *H.* 3. *Ex Autogr.*

ALexander Episcopus, servus servorum Dei, carissimo in Christo filio Regi Angliæ, illustri, salutem & Apostolicam benedictionem.

Rationis oculis intuentes comoda quæ vacantibus ecclesiis de salubri provisione proveniunt, reddimur corde solliciti ut circa provisionem hujusmodi faciendam fructuosæ attentionis studium habeatur.

Sane postulatione, factâ in ecclesia Glasguensi, tunc pastoris solatio destitutâ, de dilecto filio magistro Nicolao Archidiacono Thevidaliæ, in ecclesia ipsa, nobis præsentata, repulsa;

Ne dicta ecclesia, propter vacationem ipsius, posset aliquod incurrere detrimentum, dilectum filium magistrum Johannem de Cheyam Glasguensem Electum, tunc Capellanum nostrum, & Archidiaconum Bathoniensem (cui clara morum & vitæ ac scientiæ merita suffragantur, & perhibetur testimonium quod in spiritualibus & temporalibus sit laudabiliter circumspectus) eidem ecclesiæ, de fratrum nostrorum consilio, & apostolicæ plenitudine potestatis, præfecimus in Episcopum & Pastorem;

Firmâ conceptâ fiduciâ quod eidem ecclesiæ, per ipsius ministerium, prosperitatis & honoris, Deo propitio, desiderata proveniant incrementa.

Unde carissimum in Christo filium nostrum Regem Scotiæ illustrem, rogamus & hortamur attente ut eumdem Electum, cum ecclesia sibi commissa, ob reverentiam apostolicæ sedis & nostram, habens propensius commendatum, ei se in Regio exhi-

Memorandum quod littera Leulini, super eodem facto, liberata fuit in Garderoba Regis Petro de Winton. custodienda.

Bulla pro cœnobio Sanctæ Trinitatis London.

ALexander Episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis Priori & fratribus Sanctæ Trinitatis Londonien. salutem & apostolicam benedictionem. Ann. D. 1259. *An.* 43. *H.* 3. *Ex Autogr.*

Cum, ex debito suscepti regiminis, pro Ecclesiarum teneamur statu satagere, & earum jura debeamus sollicite conservare, si quando postulatis à nobis quod rationi conveniat, & ad Ecclesiæ vestræ spectet commodum & profectum, postulationibus vestris benignum cogimur prestare favorem.

Ea propter, dilecti in Domino Filii, vestris justis postulationibus gratum impertientes assensum, auctoritate vobis apostolica duximus indulgendum, ut in Parrochialibus Ecclesiis vestris liceat vobis quatuor vel tres de Canonicis vestris sine contradictione qualibet instituere; ita quidem quod unus ex eis Dyocesano Episcopo repræsentetur, ut ab eo curam recipiat animarum, & sibi de spiritualibus debeat respondere.

Insuper etiam apostolica auctoritate statuimus, ut liceat vobis in causis Ecclesiæ vestræ testimonium ferre, dummodo unus vel duo ex vobis ad agendum & respondendum instituantur; quorum testimonium in causis, in quibus actores vel responsales sunt instituti, non debet admitti.

Dat. Anagniæ, 5 Kal. Julii.

Sigillo avulso.

De Remissione Regis, Regi Franciæ secundum pacis formam.

REX omnibus, &c. salutem. Ann. D. 1259. *An.* 43. *H.* 3. *Pat.* 43. *H.* 3. *m.* 12. * I. 685.

Noveritis quod, secundum formam pacis, inter Nos, & illustrem Regem Franciæ habitæ, per Procuratores nostros & ipsius Regis Juramentis firmatæ, ipsi Domino Regi Franciæ (G. Decano Sancti Martini Turonen. O. Thesaurario Baiocen. Clericis suis, & Nicholao de Meneto suo Milite, Nunciis & Procuratoribus ipsius Domini Regis ad hoc specialiter constitutis, præsentibus & recipientibus nomine * ipsius Regis Franciæ, & fratrum suorum, necnon & antecessorum suorum hæredum, ac etiam successorum) quitamus penitus & remittimus omne jus, & omnem actionem, quod vel quæ jure hæreditario, seu alio quocumque jure nobis competit, vel competere poterit in futuro, in terris inferius nominatis:

Scilicet in Ducatu, & tota terra Normanniæ: In Comitatu, & tota terra Andeg. Tur. & Cenoman.

In Comitatu & tota terra Pictaviæ:

Vel etiam in Insulis maris, quas tenent vel possident dictus Rex Franciæ, vel sui fratres, ac etiam aliqui alii ab eisdem:

Ac generaliter in omnibus terris, feodis, & domaniis, juribus, & possessionibus, infra Regnum Franciæ constitutis, quas vel quæ dictus Rex Franciæ, vel fratres ejus habent vel tenent, vel alicui ex parte ipsorum seu antecessorum suorum, ex causa donationis, vel permutationis, seu alia quacumque causa, cum arreragiis inde perceptis.

Salvis tamen nobis & hæredibus nostris terris, quas in Regno Franciæ habemus & tenemus, aut alii per nos, vel à nobis:

Et

mittimus penitus & expresse.

Et, tactis Sacrosanctis Evangeliis, juravimus pacem, inter ipsum Patrem nostrum ex una parte, & dictum Regem Franciæ ex alterà habitam, & juramentis Procuratorum eorumdem firmatam, sicut in ipsorum litteris continetur, quantum * ad omnes & singulos Articulos, in dicta pace contentos, nos firmiter & inviolabiliter observaturos, & in nullo aliqua ratione contraventuros.

* I. 686.

In cujus rei testimonium præsenti scripto Sigillum nostrum duximus apponendum.

Datum apud Westmonasterium, anno ab Incarnatione Domini 1259, die Veneris in festo Sancti Jacobi Apostoli.

Littera Domini Edmundi de iisdem.

Ann. D. 1259. *An. 43. H. 3. Ibidem.*

EDmundus, illustris Regis Angliæ filius, universis, ad quos præsens scriptum pervenerit, salutem.

Noveritis quod nos quittationes & remissiones, quas carissimus Pater noster, Dominus Henricus, Dei gratia, Rex Angliæ, fecit illustri Regi Franciæ de terris, rancoribus, & aliis, quæ in ipsius litteris continentur, ratas habemus & gratas, *&c. ut supra usque hæc verba, viz.*

In cujus rei testimonium Sigillum venerabilis Patris Domini Walteri Episcopi Wigorniensis præsenti scripto apponi procuravimus.

Datum London. anno gratiæ 1259, die Veneris in Festo Sancti Jacobi Apostoli.

Littera ad Regem Franciæ de forma Pacis nuper initæ.

Ann. D. 1259. *An. 43. H. 3. Rotul. Conventionum pacis, &c. 43. H. 3. m. 4.*

MAgnifico Principi, consanguineo & Domino suo, Deo annuente, in proximo, Ludovico, Dei gratiâ, Regi Franciæ illustri, Henricus eadem gratia Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, & Dux Aquitaniæ, salutem, & sinceræ dilectionis affectum.

Cum vos teneamini nobis in quantitate pecuniæ, pro quingentis Militibus per biennium tenendis, & de hoc securitatem nobis præstare debeatis per domos Hospitilaris, vel Templi, seu ambas, prout in forma pacis, inter vos, & nos, nuper initæ & juratæ, continetur, & summa pecuniæ prædictæ nondum æstimata sit vel taxata;

Concedimus quod litteræ securitatis prædictæ penes vos resideant, donec pecunia illa taxata fuerit, & vobis homagium fecerimus, ut tenemur.

ad transfretandum in Affricam) &, tactis sacrosanctis, corporale præstitisse sacramentum quod, in hac profectione nostra ad partes Affricanas, nullam guerram, molestiam, aut gravamen perquiremus aut procurabimus præfato Regi fratri nostro, affini Regis Angliæ prædicti.

Pat. 43. H. 3. m. 5. n. 16.

In cujus, &c.

Data apud Westmonasterium, Dominica proxima post Festum Sancti Jacobi Apostoli, anno Gratiæ millesimo ducentesimo quinquagesimo nono.

Pro Henrico de Castella super promisso præeunte.

Ann. D. 1259. *An. 43. H. 3. Ibidem.*

REX Majori, Juratis, & Communitati Burdegaliæ, salutem.

Quia dilectus nobis, Dominus Henricus de Castella, frater illustris Regis Castellæ obligavit se, tàm per sacramentum suum, quàm per litteras suas patentes, quas inde nobis fecit, quod, in hac transfretatione suâ ad partes Affricanas, nullam guerram, dampnum, aut gravamen perquiret aut procurabit præfato Regi Castellæ affini nostro,

Concessimus eidem Henrico quod libere possit sibi perquirere, in Civitate nostrâ Burdegaliæ, homines, naves, & alia necessaria, prout sibi viderit expedire, ad transfretationem suam versus partes prædictas.

Et ideo vobis mandamus quod præfato Henrico nullum super hoc impedimentum inferatis, vel inferri permittatis; accepto tamen juramento a Marinellis, & aliis hominibus Villæ vestræ, cum eodem Henrico profecturis, quod ipsi nullum dampnum, vel guerram præfato Regi Castellæ, in prædicta transfretatione, facient, vel fieri procurabunt.

In cujus, &c.

Teste, &c.

Eodem modo mandatum est Majori, Juratis & Communitati Baion.

De petendo Legatum pro negotiis Regni Siciliæ.

Ann. D. 1259. *An. 43. H. 3. Pat. 43. H. 3. n. 12.*

DOmino Papæ Rex Angliæ, salutem, cum reverentia & honore.

Noveritis quod venerabiles Patres Ebredunensem & Tarentas. Archiepiscopos, Magistrum Rostandum Subdiaconum & Capellanum vestrum, & Willielmum Bonquor Militem & Marescallum nostrum, nostros constituimus Procuratores, ad petendum Le-

gatum

ou faire sur avenable eschange, a l'esgart de prodes homes, qui soient nome d'une part & d'autre le plus convenable au profit de deus parties.

2. Et encore, donons au devandit Roi d'Engleterre la value de la terre d'Agenois en Deniers, chascun an, selonc ce qu'ele sera prisee a droite value de terre par prodes homes nomes d'une parte e d'autre; e sera la paie fait au Temple a Paris, chascun an, a la Quinzaine de l'Ascension la moite, e a la Quinzaine de la Touz-Sainz l'autre: Et, s'il evenoit que cele terre eschaist de la Contesse Johanne de Poitiers a noz, ou a noz heires, nos ou nostre heir, seriens tenu de rendre la au Roy d'Angleterre ou a ses heires; &, rendue la terre, serions quite de la ferme; E, s'elle venoit a autre, que a nos, ou a noz heires, nos donriens au Roi d'Engleterre le fie d'Agenois, aveque la ferme devantdire; e, s'ele venoit en Demaine au Roi d'Engleterre, nos ne seriens pas tenue a rendre cele ferme; E, si l'estoit esgarde par nostre Cort de France que, por la terre d'Agenois avoir, deust li Rois d'Engleterre metre, ou rendre aucuns deniers, par raison de gagerie, nos rendriens ces deniers, ou li Rois d'Engleterre tendroit & auroit la ferme tant quil eust en ce, qu'il auroit mis par cele gagiere.

3. Derechief il sera enquis, a bone foi e de plane, a la requeste le Roi d'Engleterre, par prodes homes a ce eslus d'une part & d'autres, se la terre, que li Cuens de Poitiers tient en Caorsin, de par sa fame, fu de l'Roi d'Angleterre donee, ou baillee, aveques la terre d'Agenois, par mariage, ou par gagiere, ou toute, ou partie, a la suere, qui fu mere le Conte Rem. de Tholos darreinement mort; E, s'il estoit trove que il eust ensi este, e cele terre eschroit a nos, ou a nos heires, de l'deces la Contesse de Poitiers, nos la donriens au Roi d'Angleterre, ou a ses heires; E, s'ele eschauit a autre, e il iert trove, par cele enqueste, tote voies que ele eust este einsi donee, ou baillee, com il est desus dit, apres le deces la Contesse de Poitiers, nos donnons la fie au Roi d'Engleterre, e a ses Heires; sauf l'omage de noz freres, s'il aucune chose i tenoient, tant come il viuroient.

4. Derechief, apres le deces la Contesse de Poitiers, nos, ou nostre heir Roi de France, donrons au Roi d'Angleterre, ou a ses
* I. 690. heires, la terre, que le Cuens de * Poitiers tient ores en Xancton outre la riviere de Charente, en fiez e en demaines, qui soient outre la Charente, se ele eschaoit a nos, ou a nos heirs; E, s'ele ne nos eschaoit, nos purchaceriens en bone manere, par eschange, ou autrement, que li Roi d'Angleterre, e si heir l'auront; ou nos li ferons avenable eschange, a l'esgart de prodes homes, qui ferront nomme d'une part & d'autre; E de ce, que nos au Roi d'Angleterre, e a ses heir avonz done en fiez e en demaines, li Rois d'Angleterre, e si heir feront homage lige a nos, e a nos heirs Rois de France; e aussi de Bordiaus, e de Baone, e de Gascoigne, e de tote la terre que il tient deca la mer d'Angleterre en fiez, e en demaines, e des Isles (s'aucune en i a) que li Rois d'Angleterre tiegne, qui soient de l'Roiaume de France; e tendra de nos come Pers de France, & Dux de Acquitaigne; E, de totes ces choses devantdites, nos fera li Rois d'Angleterre services avenables, jusques a tant qu'il fust trove quels services les choses deuroient; e lors il ferroit tenus de faire les tiels, come il ferroient trove de l'homage de la Conte de Bigorre, de Armeignac, e de Fesensac, soit ce que droiz en fera; E nos clamons quite au Roi d'Angleterre, se il, ou si Ancessor nus firent onques tort, de tenir nostre fie sanz nos faire homage, e sanz noz rendre nostre servise, e toz arrerages.

Dere-

Successores, usque ad unum annum, vel facere sibi convenient escambium, ad regardum proborum virorum, qui nominabuntur ab utraque parte magis convenientes, ad commodum dictarum duarum partium.

2. Adhuc, donamus antedicto Regi Angliae valorem terrae Agenesii, quolibet anno, secundum quod aestimabitur ad justum valorem terrae per bonos homines hinc & inde; & erit solutio facta apud Templum Parisius, quolibet anno, in Quindena Ascensionis Domini medietas, & in Quindena omnium Sanctorum alia; &, si eveniat quod illa terra excaderet de Comitissa Joanna de Pictavis nobis, & haeredibus nostris, nos vel haeredes nostri, essemus obligati de reddendo eam Regi Angliae, vel haeredibus suis; &, reddita terra, essemus quipti de dicta firma; & si eveniat alii, quam nobis, vel haeredibus nostris, nos dabimus Regi Angliae feodum de Agenesio, una cum firma antedicta; & si ipsa eveniet in Domanio Regi Angliae, nos non essemus obligati ad reddendum aliam in Domanio; &, si esset cognitum per nostram Curiam Franciae quod, pro terra Agenesii habenda, deberet Rex Angliae ponere, vel reddere aliquos denarios, Rex Angliae haberet & teneret firmam tantum donec ipse haberet hoc quod posuisset pro illa gageria.

3. Item erit inquisitum, in bona fide & de plano, ad requestum Regis Angliae, per probos homines, ad hoc electos de una parte & de alia, si terra, quam Comes de Pictavis tenebat in Caturcenc. ex parte uxoris suae, fuit per Regem Angliae donata, vel tradita, cum terra Agenesii, pro maritagio, vel pro gageria, vel tota, vel pars, sorori suae, quae fuit mater Comitis Raimondi de Tholosa ultimo mortui; & si esset repertum quod tota fuisset, & illa terra perveniret ad nos, vel ad haeredes nostros, de decessu Comitissae Pictaviae, nos eam daremus Regi Angliae, & haeredibus suis; &, si ipsa excadet alii, & esset inventum, per illam requestam omni vice quod fuisset ita donata, vel tradita, sicut est dictum superius, post decessum Comitissae Pictaviae, nos daremus feodum Regi Angliae & haeredibus suis; salvo homagio fratrum nostrorum, si ipsi aliquid ibi tenebant, tantum quantum ipsi viverent.

4. Item, post decessum Comitissae Pictaviae, nos, & haeredes nostri Reges Franciae, donamus Regi Angliae & haeredibus suis terram, quam Comes Pictavensis tenet modo in Xantonen. ultra Riperiam de Charanta, in feodo & in Domania, quae sunt ultra Charantam, si ipse excaderet nobis vel haeredibus nostris; &, si non excaderent, nos procuraremus bono modo, per excambium, vel aliter, quod Rex Angliae, & haeredes sui ipsa habebunt; vel nos sibi faciemus convenient scambium, ad regardum proborum virorum, qui erunt nominati hinc & inde; & de hoc, quod nos Regi Angliae, & haeredibus suis donavimus in feodum & Domaniam, Rex Angliae, & haeredes sui facient homagium ligeum nobis & haeredibus nostris Regibus Franciae; & ita de Burdegala, de Bayona, & Vasconia, &, de tota terra, quam ipse tenet citra mare Angliae, in feodo & domania; & de Insulis (si aliqua est) quas Rex Angliae teneat, quae sint de Regno Franciae; & tenebit de nobis sicut Par Franciae, & Dux Aquitaniae; & de omnibus istis rebus superius dictis, nobis faciet Rex Angliae servitia convenientia, usquequo esset repertum quae servitia dicta res debent; & tunc ipse erit obligatus facere, sicut est repertum de homagio Comitatus Vigorrae, & Armaignaco, & de Fesensaco, illud quod jus erit; & nos clamamus quiptum Regem Angliae, si ipse, vel antecessores sui unquam fecerunt nobis tortum, detinendo feodum nostrum & non faciendo nobis homagium, & non respondendo nobis de servitio nostro, & arreragiis,

5. Item;

ue ce donra seurte li Rois d'Angleterre des Chevaliers des terres devantdites (meisme que nos li avons donees) e des Villes, selonc ce que nos l'en requirrons.

10. E la forme de la seurte, des homes e des Villes, por le Roy d'Angleterre, si sera tele; ilz jurront qu'il ne donront ne conseil, ne force, ne aide, par quoi li Roi d'Angleterre, ne si heir venissent encontre la pais; e si avenoit (que Dex n'en veille) qu'il venissent encontre, e il ne le voulissent amender puis que nos, ou
* I. 692. nostre heir Roi de France, les en auriens * fait requirre, c'il, qui la seurte auroient fait, dedenz le trois mois, que nos, ou nostre heir les en auriens fait requirre, serroient tenue d'estre aidant a noz, e a noz heirs, contre le Roi d'Engleterre, e ses heirs, jusques a tant que ceste chose fust amendes souffisaument, a l'esgart de la Court le Roi de France; & sera renovelee ceste seurte, de dis ans a dis ans, a nostre request, ou de noz heirs Rois de France.

11. E nos ceste pais, e ceste composicon, entre nos, e le devantdit Roi d'Angleterre affermee, e totes les devantdites choses, e chascune, si com eles sont desus contenues, promettons, en bone foi, por nos, & por nos successors, au devantdit Roi d'Angleterre, e a ses heirs, e a ses successours loiaument e firmement a garder; e que nos encontre ne vendron par nos, ne par autre en nulle manere; e que riens n'avons fait, neve ferons par quoi les devantdites choses, totes, ou aucune, en tot ou en partie, aient moins de firmete.

12. E, por ce que ceste pais firmement e establement, sans nulle enfraingnant, soit tenue a tous jours, obligons nos, e nos heirs; e avons fait jurer, en nostre ame, par noz Procureurs especiaus, en nostre presence ceste pais, si com ele est desus devisee e escrite, a tenir en bone foi, tant come a noz apartendra; e que nos ne vendrons encontre, ne par nos, ne par autre.

13. En tesmoignance de totes ces choses nos avons fait au Roi d'Angleterre ces lettres pendanz, seellees de nostre seel; & ceste pais, e totes les choses, qui sunt desus contenues, par nostre commandement especial, ont jure Lois, e Pheli, nostre fil, en nostre presence, a garder, e a tenir firmement, e que il encontre ne vendront par els, ne par autre.

Le fu done a Paris, l'an de l'Incarnation nostre Seigneur 1259, el mois de Octoure.

Sigillo, ceræ viridi impresso, exhibente Regem solio sedentem, dextra Lilium, sinistra Sceptrum tenentem, filis de serico, cidonii coloris, impendenti.

In circumferentia hæc verba, Ludovicus Dei gratia Rex Francorum. *In contra-sigillo, unicum Lilium.*

(quas nos dedimus eidem) & de Villis, secundum hoc quod nos requiremus eum.

10. Et forma securitatis hominum & villarum, per Regem Angliæ, erit talis; ipsi jurabunt quod ipsi non dabunt consilium, nec fortitudinem, nec adjutorium, propter quod Rex Angliæ, vel hæredes sui venirent contra pacem; &, si eveniret (tamen Deus nolit) quod ipsi venirent contra, & ipsi nollent emendare postquam nos, vel hæredes nostri Reges Franciæ, requisivimus eos, vel fecissemus eos requiri, illi qui securitatem fecissent, infra tres menses quod nos, vel hæredes nostri fecissemus ipsos requiri, essent obligati ad adjuvandum nos, & hæredes nostros, contra Regem Angliæ, & hæredes suos, usqueque ista res fuisset emendata sufficienter, ad esgardum Curiæ Regis Franciæ: & erit renovata securitas ista, de decem annis in decem annos, ad requestam nostram, vel hæredum nostrorum Regum Franciæ.

11. Et nos istam pacem, & istam compositionem, inter nos, & antedictum Regem Angliæ affirmatam, & omnes antedictas res, & quaslibet, sicut sunt superius contentæ, promittimus, in bona fide, pro nobis, & hæredibus, & pro nostris successoribus, antedicto Regi Angliæ, & hæredibus suis, & successoribus suis fideliter & firmiter custodire; & quod nos in contrarium non veniemus per nos, nec per alium ullo modo; & quod nichil fecimus nec faciemus per quod antedictæ res, vel aliquæ, in toto vel in parte, habeant minus firmitatis.

12. Et propter hoc quod ista pax firmiter & stabiliter, sine ulla infractione, teneatur perpetuo, nos ad hoc obligamus nos, & hæredes nostros; & facimus jurari, in anima nostra, per Procuratores nostros speciales, in præsentia nostra, pacem istam, sicud est superius ordinata & scripta, ad tenendum bona fide, quantum ad nos pertinebit; & quod nos non faciemus in contrarium, nec per nos, nec per nostros, nec per alios.

13. Et, in testimonium præmissorum, nos fecimus Regi Angliæ istas litteras patentes, sigillatas sigillo nostro; & istam pacem, & omnes res, quæ sunt superius contentæ, per nostrum præceptum speciale, juraverunt Ludovicus, & Philippus, filii nostri, in præsentia nostra, ad custodiendum & tenendum firmiter, & ipsi in contrarium non venient per se, vel per alium.

Hæc fuerunt facta Parisius, anno Incarnationis Domini 1259; mense Octobris.

Franciæ prolocutam.

Alioquin de terris, quas à præfato Rege sumus accepturi, seu de aliis terris in Anglia, equivalens vobis escambium, de quo, auctore Domino, contenti eritis, faciemus: Dum tamen negotium prædicti fœderis feliciter procedat, prout inter nos, & prædictos Nuncios vestros plenius est conventum.

Teste Rege apud West. 18 die Octobris.

Memorandum quod litteræ Procuratoriæ dicti Ducis, Domino Regi directæ, & litteræ prædictorum Nunciorum, quas Domino Regi fecerunt, sigillis suis signatæ remanserunt Domino Johanni Mansell, coram Domino Rege & Consilio suo in Capella Dominæ Reginæ apud Westmonasterium, die Lunæ proxima post festum Sancti Lucæ Evangelistæ, anno, &c. 43.

Publicatio Intentionis Regiæ super Restitutione antedicta.

Ann. D. 1259. *An.* 43. *H.* 3. *Rot. Conventionum pacis, &c.* 43. *H.* 3. *m.* 1. *d.*

REX omnibus, &c.

Cum inter nos & venerabilem patrem Simonem Episcopum Briacensem, & prudentem virum Galfridum de Bistyn Militem, Nuncios & Procuratores Nobilis viri Johannis Ducis Britanniæ, plenam habentes potestatem tractandi & firmandi matrimonium inter Johannem, primogenitum & hæredem præfati Ducis, & Beatricem filiam nostram, super eodem matrimonio habitus sit tractatus, & Dux præfatus Comitatum Richemundiæ sibi à nobis restitui petierit;

Nos bona fide promittimus & concedimus quod, si Comitatum à manibus dilecti avunculi nostri Petri de Sabaudia, cui Comitatum illum dudum contulimus, per voluntatem suam elicere poterimus, nos Comitatum illum dicto Duci, tanquam hæreditatem suam, restituemus in forma, coram illustri Dominâ Reginâ Franciæ, inter prædictum Ducem, & dilectos & fideles nostros Ricardum Comitem Gloucestriæ, & Johannem Maunsel, Nuncios nostros prolocuta.

* I. 694. Alioquin de terris, quas ab illustri * Rege Franciæ sumus accepturi, seu de aliis terris nostris in Anglia, eidem Duci equivalens escambium, de quo contentus esse debuerit, faciemus.

Et, per unam istarum viarum, in prædictum matrimonium consentimus, & præfato Johanni, filio Ducis, prædictam Beatricem filiam nostram concedimus in uxorem.

Et hoc per dilectum & fidelem nostrum Rogerum de Mortuo Mari fecimus in animam nostram jurari; ita tamen quod præsens negotium coram præfatâ Reginâ Franciæ firmetur, & finaliter consummetur, prout superius est expressum.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Westm. 18 die Octobris, anno Regni nostri 43.

Ann. D. 1259. *An.* 44. *H.* 3. *Rot. Conventionum pacis, &c.* 43. *H.* 3. *m.* 1. *d.*

Littera Regi Franciæ, de pace inter eos totaliter adimplenda.

EGregio Principi & Consanguineo suo karissimo Ludovico, Dei gratia, Regi Franciæ, Henricus, eâdem gratiâ, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, Dux Aquitaniæ, &c. salutem.

Venerabiles viros, G. Decanum Turonensem & Magistrum W. Beluacensem, vestræ Serenitatis Nuncios ad nos nuper transmissos ... profecturus est ad Curiam Romanam, pro arduis & urgentibus *H.* 3.
negotiis, quæ ad nostrum, & suum, & Regni nostri honorem & *Ibidem.*
proficuum assumpsit, circa quorum expeditionem oportet ipsum non modicos sumptus apponere;

Universitatem vestram rogamus attente quatenus, cum prædictus Dominus vester vestrâ ad præsens indigeat subventione, eidem, in hac necessitate suâ, tam competens subsidium impendere studeatis, quod tàm à nobis, quàm ab ipso in agendis vestris favorem & gratiam, futuris temporibus, merito promereri debeatis, cum speciale gratiarum actione.

Teste Rege apud Westm. 29 die Octobris.

Littera Papæ excusatoria de Nunciis ei mittendis. * I. 695.

REX Papæ salutem, cum reverentia & honore. Ann. D. 1259. *An.* 44. *H.* 3. *Claus. Fact. in Franc.* 44. *H.* 3. *m.* 5. *d.*

Cum Nuncios nostros ad Sedem Apostolicam dudum misisse proposuissemus, & hoc hucusque distulerimus occasione tractatus pacis, inter nos & illustrem Regem Franciæ jamdiu prolocutæ, quæ nuper Paris. circa festum beati Nicholai, completa fuit penitus & firmata (à cujus consummatione pacis expeditio Nunciorum nostrorum versus curiam vestram plurimum dependebat) Sanctitatem vestram affectuose duximus exorandam quatinus moram dictorum Nunciorum, occasione prædictâ, habere dignemini excusatam.

Nos autem prædictos Nuncios nostros ad vestræ Sanctitatis præsentiam cum celeritate, quâ possimus, destinabimus, qui negotia nostra Paternitati vestræ plenius explicabunt; quos, si placet, in præmissis recommendatos habeatis.

Teste Rege Paris. 19 die Decembris, anno 44.

Eodem modo, verbis tamen competenter mutatis, scribitur Cardinalibus, & Magistro Jordano, & Arloto: & traditæ fuerunt litteræ Nicholao Vaketi Januensi, eunti ad Curiam, videlicet Albo Cardinali, Fratri H. de Sancto Caro, Domino J. Gutan, Dominis Ottoboni, Ottomano, & Ricardo Hanibal.

Littera Papæ de Pace cum Rege Franciæ firmata, necnon de Credentia pro Nunciis suis; inter quos Theobaldus Archidiaconus Leodiensis, qui postea Papa Gregorius decimus.

SAnctissimo in Christo Patri A. Dei gratiâ, summo Pontifici, Henricus, eadem gratiâ, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, &c. Ann. D. 1259. *An.* 44. *H.* 3. *Claus. Fact. in Franc.* 44. *H.* 3. *m.* 5. *d.*

Super gratiis multimodis & beneficiis immensis, nobis, & nostris, necnon Willielmo Bonqueor Militi nostro, & aliis Nunciis nostris, à vestra liberalitate munifica favorabiliter impensis, Sanctitati vestræ, ad quas valemus, assurgimus gratiarum actiones;

Vobis significantes quod, quamquam pax, inter illustrem Regem Franciæ, & nos, jam dudum prolocuta, aliquamdiu ceperit dilationem, sicut aliàs vobis significasse meminimus, ipsam tamen pacem cum ipso Rege effectualiter inivimus, & nuper, ante festum nativitatis Dominicæ, Parisius firmavimus, ad laudem Dei, & Ecclesiæ Romanæ commodum & honorem,

Prout venerabilis pater H. Ebredunensis Archiepiscopus, Th. Archidiaconus Leodiensis, & dictus Willielmus Bonqueor, quos pro

... Roffen. ab antiquo ex largitione, claræ memoriæ, Regum Angliæ, prædecessorum tuorum nomine Cantuarien. Ecclesiæ pacificè tenuissent,

Tu Castrum ipsum, ad custodiam ejusdem Archiepiscopi pertinens, in ipsius Ecclesiæ præjudicium detines, quamquam de illo sibi restituendo spem dederis ab eodem Archiepiscopo requisitus.

Cum igitur injuriæ inde prodire non debeant unde jura nascuntur, Serenitatem tuam rogamus attentius & hortamur quatinus (considerato prudenter quod nichil utilitati Regiæ deperit, si ea, quæ sunt aliena, reddantur) eidem Archiepiscopo Castrum ipsum, quod spectans ad Ecclesiam a te, sine propriæ salutis dispendio, retineri non potest (maximè cum non videantur a tuo comodo aliena quæ habent Ecclesiæ Regni tui prompta liberalitate) ob reverentiam Apostolicæ sedis & nostram, tuique honoris augmentum, restitui facias, & tàm ipsum, quàm eandem Ecclesiam, divini obtentu nominis, assiduè protectionis gratia prosequaris; ita quod ex hoc tibi a Deo præmium, & a nobis condigna proveniat actio gratiarum.

Dat. Anagniæ, decimo Kal. Februar. Pontificatûs nostri anno sexto.

Plumbeo sigillo a filo canabeo.

Littera Blanchæ Ducissæ, de Johanne Britanniæ veniendo in Angliam.

Ann. D. 1260. An. 44. H. 3. Ex Bundel. Litter. tempore H. 3. * I. 697.

A Son tres haut & tres cher Seignor Henri, par la grace de Deu, Roe d'Engleterre, Seignor de l'Yrland, & Duc d'Aquitene, ——— & Blanche Duchesse de Bretangne salit & reverence cum a son Seignor, e soe apparellie afferre sa volente en totes choses.

Nos Prions, Sire, à vostre Haute qui vos pleise a nos amander vostre estat, le queu nostre Sire face tot jors bon.

* E vos feisons a favoer, Sire, que Madame —— eor d'en mettes bon conseil a besonges Jehan vostre fil; qui s'en va a vos en Engleterre, quar il s'en atent d'ou tot a vos.

E vos Prions ——— de, que vos me mandes e comandes tot jors vostre volente, e qui arroet tres grant joie de ferre vostre volente en totes choses; e nostre Sire vos gart.

De interceptionibus contra Treugam cum Lewelino emendandis.

Ann. D. 1260. An. 44. H. 3. Pat. 44. H. 3. m. 23.

REX omnibus, &c. salutem.

Sciatis nos dilectis & fidelibus nostris, Johanni Lingeyn, Philippo le Brett, Howello filio Maddoc, Tudero filio Edner, Oweno filio Menrie, & Howello Vaughan, dictatoribus treuga-

... Magistrum Johannem de Cheyham in Episcopum loci consecravit; ac idem Dominus Papa per litteras suas, quarum transcriptum vobis mittimus, necnon & omnes Cardinales nos specialiter rogaverunt, quod erga vos partes nostras interponere curaremus, ut præfato Episcopo, qui plenam habet administrationem spiritualium, ut audivimus, temporalia sua restitui faceretis: H. 3. pars 2. m. 2. d.

Nos, quamquam honori & indempnitati vestræ, tanquam propriæ desideramus, ut convenit, providere, videntes tamen quod id, quod per Dominum Papam super præmissis actum est, non poterit infirmari, dilectioni vestræ bona fide duximus consulendum, quatinus eidem * Episcopo liberaliter in hac parte faciatis, quod ei, secundum Deum & justitiam fuerit faciendum. * I. 698.

Et, si videremus quod huic negotio de jure possetis resistere, aut aliquod commodum ex ipsa resistentia reportare, nos pro eodem Episcopo, licet de Regno nostro oriundus existat, nihil vobis super hoc scripsissemus.

Teste Rege apud Sanctum Audom. sexto die Martii, anno, &c. quadragesimo nono.

Eodem modo scribitur Reginæ Scotiæ, Roberto de Bruys, & toti Consilio Scotiæ; verbis tamen competenter mutatis.

Littera Duci Britanniæ de filio ejus, in Festo Sancti Edwardi Militiæ cingulo decorando.

REX nobili viro, & amico karissimo Johanni, Duci Britanniæ, salutem, &c. Ann. D. 1260.

Sciatis nos, Reginam nostram, liberosque nostros, apud Sanctum Audom. existentes, sanitate vigere corporeâ; hoc idem de vobis scire peroptantes, ac ibidem expectantes responsum Magnatum nostrorum Angliæ super quibusdam negotiis nostris, pro quibus ad ipsos Nuncios nostros nuper destinavimus. An. 44. H. 3. Claus. fact. in Franc. 44. H. 3. m 2. d.

Johannem vero filium nostrum & vestrum prædilectum, ad nostram pariter & suam recreationem, nobiscum quanquam invitum retinuimus; quod, si placet, molestè non feratis, sed moram suam, quam nobiscum fecit contra voluntatem suam, sicut dilectus nobis, Willielmus de Lexac Magister suus, vobis plenius intimabit, favore nostri velitis habere excusatam.

Et, quia multum vellemus ipsum Johannem cingulo Militiæ decorare, & maxime in Festo beati Edwardi, quod erit in quindena Sancti Michaelis, & quod, inter cæteras solempnitates anni, specialiùs veneramur (dum tamen hoc vestræ sederit voluntati, & assensum Domini Regis Franciæ, quem nuper super hoc diligenter rogabimus, habuerimus) vos rogamus affectu quo possumus ampliori quatinus in prædicta solemnitate, ad honorem nostrum, & vestrum pariter & præfati filii vestri, modis omnibus nobiscum interesse velitis.

Statum & beneplacitum vestrum nobis, super præmissis, per præfatum filium vestrum, quem pro amore nostro ad nos remittere

vorione, recommendatos habeatis.

Valeat diu & bene, & crescat semper Dominatio & Bonitas vestra.

Dat. Acon. die quinto Mensis Aprilis.

De occupatione Terræ sanctæ per Tartaros.

Ann. D. 1260. *An. 44. H. 3. Ex Autogr. In quadam pixide n. 50. infra Turrim London.*

EXcellentissimo & Christianissimo Principi, Domino Henrico illustri Regi Angliæ, frater Thomas de ordine Prædicatorum, miseratione divina, Bethleemitan. Episcopus, Apostolicæ sedis Legatus, ejus ad Deum orator assiduus: frater Hugo Revel humilis Magister domûs Hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani, & pauperum Christi custos, frater Thomas Berardi, humilis Magister domûs Militiæ Templi: frater Ar—cymus præceptor domûs Hospitalis Sanctæ Mariæ Theotonicorum, & Magistri ejusdem domûs in Regno Syriæ vicem gerens; & Gottridus de Sargin Miles in Regno Jerosolimitano Bajulus, cum devota Terræ sanctæ recommendatione seipsos.

Fervente dudum in Syria & invalescente persecutione Tartarica, quæ, usque ad extrema Regionis nostræ, occupans totam terram, christianum populum cismarinum pluries & timoris concussit tonitruis, & comminationum fulguribus jaculavit usque ad extremum defectum cordium & resolutionem virium generalem, vestrum potissime, & aliorum Regum & Principum orbis terræ, subsidium litteris continuatis & variis cismarina christianitas imploravit, apud Clementiam Regiam singultuosis insistens suspiriis & validis personans vocibus & conclamans ut ejus clamor in aures Regias introiret & clamoris sonus in fines orbis terræ ——— sanctorum fidelium perveniret, ut in ejus succursum exurgerent, & in Terræ dictæ prætidium convolarent.

Postmodum etiam (Tartarorum ipsorum rabie quiescente, divinæ tamen gratiæ prosecutione respirans, cum totam respiceret ab Halapia usque Jerosol. Sarracenico populo, quem Tartarorum consumpserat gladius, vacuatam, ex hoc perquirendi terram ipsam & destructionem eorum, qui supererant hostium, in robur fidei, maxime & christianitatis augmentum, acceptabile tempus Christi fidelibus advenisse) ad capiendam terram ipsam de facili, & restituendum cultui christiano vestram, dictorumque Regum & Principum duxit potentiam, attento solicitudinis studio, per plures literas & Nuncios invitandam; set, illâ, quam in utroque conceperat, usque huc fiduciâ defraudata, ad præsens omni destituta subsidio, & ex destructione præterita magna oppressa caristia, Babiloniorum sic est exposita facibus ut Soldanus ipse, cum exercitu copioso, totam Provinciam, usque ad portum Acon, hostili jam occupavit insultu, &, spiritu superbiæ tumidus, vendicare sibi Civitates & Castra, in suæ fortitudinis impetu, comminetur, treugarum fœdere, quas hactenus cum christianis inierat, non servato.

In quibus omnibus non est qui redimat, neq; qui salvum faciat, nec qui ferat auxilium, nec qui terram miserabilem consoletur ex omnibus caris ejus: circumspicit undique, quærens in tribulatione subsidium, & non venit; jacet obsessa canibus, nec invenit liberantem Regionem nostram, labore multiplici & gravibus expensis exultam, in temperamentum caristiæ, alieni devorant & circumquaque devastant; nec solum sine resistentia exteriorem infideles absorbent patriam; set dilato prius qui de sperato subsidio fiduciam habent, ut in os ipsorum Castra influant, & marithimæ Civitates maximæ, quas cismarinæ christianitatis paucitas munire non sufficit, & contra hostilem frequentiam defensare; dictat ratio, & ex ——— comprobat ——— Celsitudinem fidelibus vocibus quantum possumus obsecramus in Christo ——— potentem virum adventum vel saltem auxilium quod in prædictæ Terræ sanctæ defensionem & confusionem inimicorum crucis Christi suspirantes & anxii exponimus dignemini sicut omnes requirit negotium crucifixi ——— novissimis, Deo auctore, temporibus in perhenne nominis vestri præconium, in Terræ sanctæ liberationem & pacem, & Regiæ strenuitatis potentia & hostium ———

Valeat Regalis magnificentia per tempora longiora.

Dat. Acon. die mensis Aprilis quarto, sexta Indictione.

Sigillis pendentibus.

Bulla recommendatoria Edwardo primogenito Regis, pro Decano Ecclesiæ Cassalensis contra Archiepiscopum protegendo.

Ann. D. 1260. *An. 44. Hen 3. Ex Autogr.*

ALexander Episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio Edwardo Domino Iberniæ, primogenito carissimi in Christo filii nostri, illustris Regis Angliæ, salutem & Apostolicam benedictionem.

Ex zelo rectitudinis, quæ tecum infantia tua crevisse debet, justitiam diligere, ac iniquitatem te odire credentes, prosecutores justitiæ contra illos, qui eam maxime Laicorum potentia turbare præsumunt, protectioni tuæ fiducialiter commendamus.

Sane dilectus filius Keranus, Decanus Ecclesiæ Cassellensis, contra venerabilem fratrem nostrum Archiepiscopum Cassellen. super recuperanda possessione Decanatûs sui ejusdem Ecclesiæ, quo eum Archiepiscopus ipse, post appellationem legitime ad sedem Apostolicam interjectam, indebite, ut asserit, spoliavit; necnon super sacrilega captione, & incarceratione sua, & aliis diversis articulis ad certos judices, nostras, sub certa forma, litteras impetravit:

Sed, quia, propter potentiam ejusdem Archiepiscopi, suam super hoc posse justitiam prosequi non confidit, humiliter petiit ut te ad defensionem ejus excitare Apostolicis exhortationibus dignaremur:

Quocirca Nobilitatem tuam rogamus & hortamur attentè quatinus Decanum ipsum, pro nostra & Apostolicæ sedis reverentia, prosequens favore propitio, ei super præmissis, ad requisitionem dictorum judicum, oportunum ac debitum auxilium largiaris; ita quod per hoc tibi a clementia Regis æterni promerearis quod ipsa pro piis actibus recompensat; nosque proinde tuam devotionem possimus merito commendare.

Dat. Anagniæ, 15 Kal. Maii, Pontificatûs nostri anno sexto.

Plumbeo sigillo a filo canabeo.

---

* I. 701. Ann. D. 1260. *An. 44. H. 3. Claus. fact. in Franc. 44. H. 3. m. 5. d.*

* *Littera Regi Romanorum; de apparatu bellico ad Regnum turbandum & invadendum.*

REX Angliæ Regi Romanorum, salutem.

Sciatis, quod pro certo audivimus, quod quidam de Regno nostro miserunt ad diversas partes Regni Franciæ pro gente, cum armis, introducenda in Regnum nostrum contra nos; de quo idem Regnum

ductu ibidem, ut dicitur, exhibitarum; per quod motum animi ejusdem Comitis evidentius perpendere poteritis qualiter erga nos se habeat hiis diebus; super quibus & aliis, quæ nobis obesse poterunt, faciatis, si placet, artius provideri.

Nos vero, cum in Angliam venerimus, de statu nostro & Regni nostri vos reddemus certiores, parati ea facere quæ vestris beneplacitis grata noverimus & accepta.

Teste, &c. apud Wytsand, 28 die Aprilis, anno, &c. 44.

---

* I. 702. * *Littera Abbatis de Obazina, per quam testatur quod inspexit litteram Ludovici Regis Franciæ, quod recepit Eblonem Vicecomitem de Ventedoro in homagio & fidelitate sua.*

Ann. D. 1260. An. 44. H. 3. Lib. B. fol. 161. b. penes Camerar. Scaccar.

UNiversis, præsentes litteras inspecturis, frater G. dictus Abbas Obazinæ, Lemovicen. Dioc. Cartercienfis ordinis, salutem in Domino.

Noveritis quod nobilis Domina Dalfina, Vicecomitissa de Ventedoro, & Eblo filius suus, Vicecomes ejusdem Civitatis, in præsentia nostra, & discreti viri Decani Claremontenfis, & Domini Pontii de Baynak, & G. de Idergue, & Arnaldi Gausberti Militum, ac Magistri Petri de Podio, & plurium aliorum, literas hiis præsentibus appensas, cum isto eodem sigillo, quod in eisdem appensum est, nobili viro Domino Bertrando de Gardaliaco Militi, in Lemovicensi, Caturcensi, & Petragoricensi Diocæsibus illustris Regis Angliæ Senescallo, nomine Domini Regis Angliæ reddiderunt; & eisdem litteris, & juri, quod sibi ex ipsis competebat, coram nobis expresse renuntiaverunt.

Tenor vero dictarum litterarum talis est.

LUDOVICUS, Dei gratiâ, Franciæ Rex, omnibus, has litteras visuris, salutem.

Noveritis quod nos dilectum & fidelem nostrum, Eblonem Vicecomitem de Ventedoro, in fide & homagio nostro recepimus, promittentes eidem quod ipsum aliquo casu, sine voluntate sua, extra manum nostram, in alieno Dominio non ponemus.

Dat. apud Asuer. anno Domini 1247, mense Junii.

In testimonium vero præmissorum nos, dictus Abbas, sigillum nostrum præsentibus litteris duximus apponendum.

Actum & dat. apud Villam Dels Glotos, in Festo Inventionis Sanctæ Crucis, anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo.

E Excellentiæ vestræ notum facimus quod nos prudentes viros, Imbertum de Muntferaunt, & Simonem Passelewe, dilectos familiares nostros, & fratrem Willielmum ordinis Sanctæ Trinitatis, Capellanum karissimi fratris nostri Ricardi Romanorum Regis illustris, quos ad vestram præsentiam destinamus, nostros constituimus & ordinamus Procuratores; dantes eis plenam & liberam potestatem tradendi vobis, nostro nomine, & obligandi in pignore quædam jocalia nostra, ad certum terminum, pro quinque millibus Marcarum, in quibus eidem Regi fratri nostro ex causâ mutui obligati tenemur. — 1260. An. 44. H. 3. Ibidem.

Quam pecuniam eidem fratri Willielmo, Nuncio & Procuratori dicti Regis, liberari & assignari faciatis.

Et nos prædictam obligationem, & solutionem, necnon & conventionem, quam prædicti Procuratores nostri, vel duo eorum, si tertium abesse contigerit, super præmissis fecerint, ratam pro nobis & nostris hæredibus habebimus atque gratam, prout in eorum litteris, exinde conficiendis, plenius videbitur contineri.

In cujus, &c.

Teste ut supra.

De Alexandro Rege Scotiæ, circa provisionem de Episcopo Glasguen.

Ann. D. 1260. An. 44. H. 3. Ex Autogr.

ALexander Episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus Lincolnien. & Bathonien. Episcopis, salutem & Apostolicam benedictionem.

Diligenter auditis quæ, per Nuncios speciales carissimi in Christo filii nostri illustris Regis Scotiæ, circa provisionem, quam de venerabili fratre nostro Magistro Johanne de Cheam Glasguen. Episcopo, tunc Capellano nostro, fecimus in Ecclesia Glasguen. fuerunt proposita coram nobis super illis, de fratrum nostrorum consilio, sub certa forma duximus providendum, sicut ex tenore litterarum, quas super hoc eidem Regi dirigimus, poteritis plenius edoceri;

Volumus itaque, ac fraternitati vestræ per Apostolica scripta mandamus quatinus, postquam ad notitiam vestram pervenerit præmissam provisionem nostram esse totaliter adimpletam, quicquid per litteras nostras, vobis pro Episcopo ipso directas, vel quascumque alias, contra Regem eundem, aut Regnum suum propter hoc fuit hactenus, vel de cætero fuerit attemptatum, penitus revocatum & irritatum a nobis per vos, vel alios, ubi & quando expedire videritis, nuncietis; non obstantibus quibuscumque litteris Apostolicis, super hiis in contrarium impetratis.

Dat. Anagniæ, decimo septimo Kal. Junii, Pontificatûs nostri anno sexto.

Sub filo canabi.

Lit-

Littera Regi Franciæ de statu suo, necnon de Credentia.

Ann. D. REGI Franciæ Rex salutem, & fidele semper obsequium, cum
1260. dilectione sincera.
An. 44. Quia scimus vos velle de statu nostro rumores audire fœlices, Se-
H. 3. renitati vestræ duximus intimandum quod, licet hactenus corporis
Claus. 47. fuerimus ægritudine prægravati, speramus tamen in proximo ad sta-
H. 3. tum prosperum, Domino auctore, recreari;
m. 12. *d.* Unde Serenitatem vestram rogamus quatinus statum vestrum, quem semper prosperum & jocundum esse peroptamus, nobis, si placet, significare velitis, una cum beneplacito vestræ voluntatis, quod libenti animo, pro posse nostro, curabimus adimplere.

Cæterum, quia dilectos & fideles nostros, Johannem Maunsell Thesaurarium Eborum, & Robertum Waleraund, propter infirmitatem nostram, & pro guerra nostra Walliæ, necnon & aliis negotiis nobis incumbentibus hiis diebus, ad præsentiam vestram destinare non potuimus;

Mittimus venerabilem patrem Exoniensem Episcopum, W. de Valentia fratrem nostrum, & quosdam alios dilectos & fideles nostros, ad præsentiam vestram, pro negotiis nostris penes vos expediendis, super facto pacis, inter vos, & nos initæ, prout ante recessum nostrum a vobis apud Compend. condictum fuit sicut nostis, quibus super hiis fidem adhibere velitis indubitatam.

Teste Rege apud Westm. 5 die Februarii.

---

* I. 705. * *Littera rogatooria Reginæ Franciæ, de negotio pacis expediendo.*

Ann. D. REginæ Franciæ Rex salutem, & sinceræ dilectionis affectum.
1260. Cum circa fœdus pacis, dilectionis, & unitatis inter Domi-
An. 44. num vestrum & nostrum, Regem Franciæ illustrem, & nos ineun-
H. 3. dum, nostræ mentis desiderium affectu puro, & corde posuerimus
Claus. 47. non minus intento; in eo, tanquam Domino, consanguineo, &
H. 3. amico, fiduciam habentes ex toto:
m. 12. *d.* Sinceritatem vestram attente requirimus & rogamus quatinus erga prædictum Dominum vestrum instare, & opem impendere ut, suarum precum adminiculo, per summi Pontificis subsidium & juvamen, votum crucis nostræ explere, & Dei servitium, ad quod intentionem nostram devovimus, perfectius & melius peragere valeamus.

Rogamus insuper ut Nuncios nostros, quos ad præfatum Dominum Regem, pro facto pacis, inter nos & ipsum initæ, destinamus, commendatos habere, & eis auxilium, & juvamen, more solito, in hiis, quæ de dicto negotio facienda restant seu perficienda, benignius impendere velitis.

Teste Rege apud Westm. 5 die Febr.

Ann. D. *De Forma Acquietantiæ per Regem Angliæ Regi Franciæ*
1260. *facta.*

An. 44.
H. 3. REX universis Christi fidelibus, præsentes litteras inspecturis, sa-
Pat. 44. lutem.
H. 3. Noveritis nos a karissimo Domino & Consanguineo nostro Lu-
m. 12.

tæ, quod Castrum de Bueit, quod fuit in custodia sua ex ballio
Edwardi filii nostri, captum fuit a Walensibus, * inimicis nostris, * I. 706.
die Sabati supradicto.

Protestamur etiam quod nos, & præfatus filius noster, in præsentia nostra constitutus apud Westmonasterium, remisimus præfato Rogero quicquid ei posset imputari, aut ab eo requiri occasione captionis Castri supradicti.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Westm. 30 die Julii.

Sciendum quod littera prædicta, die prædicto, in Camera Prioris; apud West. emanavit de assensu Ricardi Comitis Gloucestriæ, R. Comitis Marescalli, H. Comitis Hereford, J. Comitis Warr. H. le Bigod Justiciarii Angliæ, Philippi Basset, Johannis Mansell, & Roberti Walerand; in quorum præsentia prædicta littera lecta fuit & acceptata.

Teste ut supra.

Memorandum quod ista littera per Regem & Concilium processit; & in absentia Cancellarii sigillata fuit; sed postea Edwardus filius Regis, coram Magnatibus de Consilio, reclamavit contra remissionem prædictam.

De Exercitu contra Wallenses summonito.

REX dilecto & fideli suo Ricardo de Clare, Comiti Gloucestriæ Ann. D.
& Hertfordiæ, salutem. 1260.
Quia Lewelinus, filius Griffini, & Complices sui, Rebelles *An.* 44.
nostri, contra homagium suum & fidelitatem, nobis debitam, ter- *H.* 3.
ras nostras & fidelium nostrorum in partibus Walliæ dudum, ut *Claus.* 44.
nostis, hostiliter sunt ingressi, terras illas occupando & devastan- *H.* 3.
do, in nostri dedecus & exhæredationem nostram manifestam, & *m.* 9. *d.*
Treugæ inter nos & ipsos dudum captæ jam prætereunt, infra quas Præfati Rebelles nostri Castrum nostrum de Buelt nequiter invadere & occupare præsumpserunt, homines nostros in eodem Castro & alibi occidendo, & alias transgressiones & gravamina nobis & nostris multipliciter inferendo, contra formam Treugarum illarum:

Vobis, de consilio Procerum, qui sunt de Concilio nostro; mandamus in fide & homagio, quibus nobis tenemini, firmiter injungentes quod, in festo Nativitatis beatæ Mariæ proximo futuro, sitis apud Salopiam, cum equis & armis, & cum servitio vestro, nobis debito, parati exinde nobiscum proficisci in expeditionem nostram contra prædictum Lewelinum & Complices suos Rebelles nostros.

Et ita decenter in hac necessitate nostra ibidem veniatis, ut dictorum Rebellium nostrorum versutia adeo potenter reprimatur, quod nobis & vobis cedat ad honorem, & exinde vobis teneamur ad speciales gratiarum actiones.

Teste meipso apud Westm. 1 die Augusti.

Eodem modo mandatum est

Galfrido de Genvill,
Willielmo de Bello Campo de Elmeley,
Philippo Basset,
Willielmo Maudut de Hamslap;
Rogero de Somery,
Henrico de Pynkeny,
Willielmo Marescallo,

Ro-

Willielmo Bardolf,
Adæ de Novo Mercato,
Johanni filio Philippi,
Simoni Comiti Leicestriæ,
Ricardo de Grey,
Roberto de Ros de Belvero,
Radulpho Botiller,
Roberto de Veteri Ponte,
Henrico Engayne,
Johanni Extraneo,
Roberto de Nevill,
Rogero Bertram de Bothal,
Rogero Bertram de Mideford,
Willielmo Huntercombe,
Petro de Malo lacu,
Hugoni le Bigod,
Nicholao de Bolteby,
Petro de Brus,
Hugoni de Bolebek,
R. de Quency Comiti Winton.
Johanni de Bayllol.

In forma prædicta mandatum est Episcopis subscriptis, quod habeant servitium suum quod Regi debent, apud Salop. ad diem prædictum.

B. Cantuariensi Archiepiscopo,
H. London. Episcopo,
H. Eliensi Episcopo,
W. Exoniensi Episcopo,
P. Herefordensi Episcopo,
E. Cicestrensi Episcopo,
S. Norwicensi Episcopo,
W. Wigorniensi Episcopo,
R. Conventr. & Lich. Episcopo,
W. Bathoniensi & Well. Episcopo,
L. Roffensi Episcopo, vel ejus Senescallo.
E. Sarum Episcopo.

Item mandatum est G. Eborum Archiepiscopo, R. Lincoln. Episcopo, R. Karleolen. Episcopo, vel ejus Senescallo, quod habeant &c. apud Cestriam ad diem prædictum.

In forma prædicta mandatum est Abbatibus & Abbatissis subscriptis, quod habeant servitium suum, quod Regi debent, apud Salop. ad diem prædictum.

Abbati de Ramesye,
Abbati de Burgo Sancti Petri,
Abbati de Thorneya,
Abbati Sancti Augustini Cantuar.
Abbati Sancti Albani,
Abbati Sancti Eadmundi,
Abbati Westm. vel ejus Senescallo.
Abbati de Certeseye,
Abbati de Hida,
Abbati de Abbotesbyry,
* I. 708. * *Abbati de Wynchecumbe,*
Abbati de Persore,
Abbati de Evesham,
Abbati Sancti Benedicti de Hulmo.
Abbati Sancti Petri Gloucestriæ,
Abbati de Malmisbyry,
Abbati de Schireburne,
Abbati de Michilney,
Abbati de Abendon,
Abbati de Cerne,
Priori Conventr.
Abbatissæ de Wilton.
Abbatissæ Sanctæ Mariæ Wynton.
Abbatissæ de Shaftebyr.
Abbatissæ de Berking.

Abbatibus de Wyteby, Croyland, & Seleby mandatum est quod habeant, &c. apud Cestriam ad diem prædictum.

gliæ illustrem, & suos ex unâ parte, & Lewelinum filium Griffini & complices suos ex altera, usque ad certum tempus treugæ initæ, & juramento ab utraque parte interposito firmatæ fuissent, nuper quidam Complices & fautores Lewelini prædicti, nondum finitis treugis memoratis, maligno spiritu concitati, terram prædicti Regis Angliæ & suorum hostiliter invadentes, Ecclesias & Monasteria crudeli incendio destruxerunt, & homicidiis atque rapinis, ausu Sacrilego, in eis violata immunitate ecclesiastica, nequiter perpetratis, pacem Regni Angliæ, & prædictarum conventionem Treugarum perturbare & frangere præsumpserunt, contra ea quæ, pro observatione pacis Regni Angliæ, in Oxonensi Concilio providè sunt statuta, temere veniendo. m. 6. d.

Quia vero tantorum facinorum perpetratores, ac illi, quorum mandato, ope, vel consilio prædicta maleficia sunt commissa, ipso facto sunt excommunicationis vinculo innodati, fraternitati vestræ, in virtute obedientiæ firmiter præcipiendo, mandamus quatinus in Civitate vestra * & Diocæsi prædictos Sacrilegos & illos, * I. 709.
qui eis, in prædictis sceleribus perpetrandis, opem vel consilium impenderunt puplicè vel occultè, singulis diebus dominicis & festivis, pullatis campanis, accensis candelis, tam diu excommunicatos nuncietis, & nunciari solempniter faciatis, donec de præmissis satisfactionem impenderint, & absolutionem meruerint obtinere.

Ad hæc, cum præfatus Lewelinus, & Complices sui terras, villas, & loca nobilis Ricardi de Clare, Comitis Gloucestriæ, in Diocæsi vestra, durantibus treugis memoratis, juramento firmatis, occupaverint violenter, & adhuc detineant occupata; & postmodum, cum venerabilis Frater Dei gratiâ, Bangorensis Episcopus, pro pace inter Dominum Regem & dictum Lewelinum tractandâ apud London venisset personaliter, quidam Walenses, non sine conniventia dicti Lewelini, vel mandato, ut creditur, Castrum dicti Domini Regis de Buelt ceperunt proditionaliter, & homines ejusdem Castri, quod adhuc sic detinent occupatum, furore diabolico, contra continentiam occiderunt treugarum.

Quia igitur verisimile manifeste videtur occupationem dicti Castri, & aliarum terrarum, ac prædictorum perpetrationem facinorum, de mandato vel voluntate ejusdem Lewelini processisse, vel eum rata habuisse præmissa, quibus non obviavit cum posset; fraternitati vestræ de Fratrum & coepiscoporum vestrorum consilio mandamus, in virtute obedientiæ firmiter injungentes quatenus ad prædictum Lewelinum personaliter accedentes, ipsum moneatis sub testimonio competenti, & efficaciter inducere studeatis ut, infra octabas instantis assumptionis beatæ Mariæ, post monitionem vestram (quam, si sui copiam denegaverit, in Ecclesia Landavensi puplice proponatis) Domino Regi & suis dictum Castrum, terras, villas, & loca, contra Treugas per ipsum & suos taliter occupata, sine difficultate restituat, & restitui faciat, & de dampnis & injuriis illatis eis satisfaciat competenter.

Quod, si monitis vestris parere contempserit, cum malum, cui non resistitur, approbetur; nec careat scrupulo societatis occultæ qui manifesto facinori desinit obviare, vos extunc, in pœnam ipsius, qui culpâ se ostenderet non carere, omnes terras, villas, & lu-

nostram super hiis observandis, quæ per eosdem, vel aliquos, eorum, quos adesse contigerit, acta fuerint in præmissis.

* I. 710. * In cujus, &c.

Teste Rege apud Windesor. 10 die Augusti.

In forma prædicta, & per eadem verba emanavit alia littera; nulla facta mentione de Edwardo filio Regis.

De Treugis cum Lewelino prorogandis.

Ann. D. REX omnibus, &c. Sciatis nos Venerabili patri R. Coventr.
1260. & Lich. Episcopo, Priori de Wenlok, & dilectis & fidelibus
An. 44. nostris, Humfrido de Bohun Comiti Hereford & Essex. Rogero
H. 3. de Mortuo Mari, Jacobo de Aldythel. & Simoni Passelewe Clerico
Ibidem. nostro, quos mittimus ad vadum de Muntgomery in Octabis instantis Assumptionis beatæ Mariæ, vel illis eorum, quos ibidem adesse contigerit, plenam & liberam pro nobis, & Edwardo filio nostro, & hominibus nostris, dedisse potestatem tractandi, nomine nostro, cum Lewelino filio Griffini & Complicibus suis, de Treugis, inter nos, & ipsos prius captis, prorogandis, & firmandis eisdem modis & conditionibus quibus antea captæ fuerunt & juratæ; vel melioribus conditionibus, si fieri poterit, prout ipsi magis viderint expedire.

Ratum habituri & firmum quicquid ipsi omnes, vel eorum aliqui, quos præsentes adesse contigerit, super præmissis duxerint faciendum.

Potestatem etiam damus prædictis Comiti & Jacobo, vel eorum alteri, jurandi in animam nostram super hiis observandis, quæ per prædictos Episcopum, Priorem, & alios fideles nostros supradictos, vel per illos ex ipsis, quos adesse contigerit, acta fuerint in præmissis.

In cujus, &c.

Teste ut supra.

In forma prædicta, & per eadem verba emanavit alia littera; nulla facta mentione de Edwardo filio Regis.

De Treugis cum Lewelino capiendis.

Ann. D. REX omnibus, &c. Sciatis nos venerabili patri R. Coventrensi
1260. & Lichfeldensi Episcopo, Priori de Wenlok, & dilectis &
An. 44. fidelibus nostris, Humfrido de Bohun Comiti Hereford. & Essex.
H. 3. Rogero de Mortuo Mari, Jacobo de Aldithele, & Simoni de
Ibidem. Passelewe Clerico nostro, quos mittimus ad vadum de Muntgomery in Octabis instantis Assumptionis beatæ Mariæ, vel illis eorum, quos ibidem adesse contigerit, plenam & liberam pro nobis, & Edwardo filio nostro, & hominibus nostris, dedisse potestatem, nomine nostro, capiendi & firmandi Treugas inter nos, & Edwardum filium nostrum, & homines nostros, ex una parte; & Lewelinum filium Griffini, & complices, & fautores suos ex altera parte, prout prædicti Episcopus, & Prior, & alii fideles nostri supradicti magis viderint expedire.

Ratum habituri & firmum quicquid ipsi omnes, vel illi ex ipsis, quos præsentes adesse contigerit, in præmissis duxerint faciendum.

Potestatem etiam damus prædictis Comiti & Jacobo vel eorum alteri, qui præsens fuerit, jurandi in animam nostram super hiis ob-

Eodem modo scribitur aliis singulariter.

Littera directa Edwardo filio Regis de Alfonso Rege Castellæ.

REX Edwardo, primogenito suo, salutem. Ann. D.
Cum vobis nuper mandaverimus quod provideretis de aliqui- 1260.
bus discretis viris, mittendis in Wasconia ad diem, captum inter *An. 44.*
nos & Regem Castellæ, ibidem, in hac Quindena Sancti Michae- *H. 3.*
lis, super facto Wasconiæ; & quod eosdem Nuncios per Nos ve- *Claus. 44.*
nire faceretis, ut cum eis, ex parte nostra, ad partes prædictas ali- *H. 3.*
quem mittere possemus ad jus nostrum & vestrum ibidem prose- *m. 5. dors.*
quendum & conservandum; miramur admodum & movemur quod nec aliquos ad nos pro negotio prædicto misistis, nec nobis inde quicquam significastis.

Unde, cum, in prædicto facto Wasconiæ, nobis & vobis imminere posset dampnum gravissimum & dedecus manifestum, si pro parte nostra Procuratores ydoneos non haberemus ad diem prædictum, vobis mandamus firmiter injungentes quatinus, visis litteris, cum tempus nimis breve sit, provideri faciatis de viris providis & circumspectis, qui pro parte vestra accedere possint ad diem prædictum, & eos per nos venire faciatis, ut cum eis mittere possimus Johannem de la Lynde militem nostrum, quem ibidem pro parte nostra providimus destinandum.

Mandavimus autem venerabili Patri Episcopo Vasaten. & Bertramo de Cardilak, Senescallo nostro partium Lemovicen. quod ipsi, unà cum eodem Johanne, sint pro parte nostra apud Burdegal. die supradicto.

Et dedimus ipsis omnibus, seu duobus ipsorum, quos præsentes esse contigerit, potestatem ordinandi & faciendi in omnibus, nomine nostro, ea, quæ facere tenemur secundum formam conventionis seu compositionis, initæ inter nos, & Regem Castellæ prædictum, de facto Wasconiæ supradicto.

Et insuper mandabimus Drogoni de Barentino, Senescallo Wasconiæ, quod omnia, quæ per prædictos Nuncios & Procuratores nostros & vestros super hiis statuta fuerint seu provisa, firmiter faciat observari.

Teste Rege apud Merleberg. 14 die Septembris.

Littera Episcopo Vasaten. de negotio supradicto.

REX venerabili in Christo Patri Vasaten. Episcopo salutem, Ann. D.
& sinceræ dilectionis affectum. 1260.
Cum dilectus consanguineus noster Alfonsus, Rex Castellæ il- *An. 44.*
lustris, pro observandis articulis & conditionibus in conventione, *H. 3.*
inter nos, & ipsum Regem initâ & juratâ, solempnes Nuncios *Ibidem.*
nuper ad nos destinaverit; ac, habito postmodum tractatu cum Magnatibus de consilio nostro, eidem Regi rescripserimus quod prudentes viros, tàm ex parte nostra, quàm ex parte Edwardi filii nostri, ad instantem quindenam * Sancti Remigii in occursum * I. 712.
Nunciorum dicti Regis, usque Burdegaliam mitteremus, facturos in præmissis quicquid pro parte nostra fuerit faciendum;

Nos, de vestræ dilectionis & fidelitatis constantia, quam erga nos semper gessistis, potissime confidentes, vos, & Bertramum de Cardilak Senescallum nostrum Lemovicen. Drogonem de Barentino Senescallum Wasconiæ, & Johannem de la Lynde (quos ad prædictos diem & locum mittimus) constituimus loco nostri ut

vos

Teste ut supra.

Ejusmodi adhuc Littera Majori, Juratis, & Communitati Burdegaliæ.

Ann. D. 1260. REX Majori, Juratis, & Communitati Burdegaliæ, salutem.
An. 44. Cum Alfonsus, Rex Castellæ illustris, pro observandis arti-
H. 3. culis & conditionibus, in conventione inter nos & ipsum Regem
Ibidem. inita & jurata contentis, solempnes Nuncios nuper ad nos destina-
verit; ac, habito postmodum tractatu cum Magnatibus de consi-
lio nostro, eidem Regi rescripserimus quod prudentes viros, tam ex
*I. 713. parte nostra, quam ex parte Edwardi filii nostri, ad * instantem
Quindenam Sancti Remigii in occursum Nunciorum dicti Regis us-
que Burdeg. mitteremus, facturos in præmissis quicquid pro parte
nostra fuerit faciendum.

Nos volentes, quantum in nobis est, conventionem illam invio-
labiliter observare, ——— Vasaten. Episcopum, & Bertramum
de Cardylak Senescallum nostrum Lemovicen. Drogonem de Ba-
rentino Senescallum Wasconiæ, & Johannem de la Lynde Mili-
tem, constituimus loco nostri ad perficiendum & complendum
omnia pro parte nostra quæ in prædicta conventione continentur:
Et, quia de vestræ fidelitatis constantia potissime confidimus quod
nostrum & præfati filii nostri commodum & honorem conservare
velitis, vos affectuose requirimus & rogamus, mandantes in fide
& dilectione quibus nobis tenemini, quod præfatis Episcopo, Ber-
tramo, Drogoni & Johanni, vel eorum aliquibus, quos ad præ-
dictos diem & locum venire contigerit, diligenter assistatis quod
prædictum negotium debito modo procedat;

Ita quod, vestro consilio & auxilio mediantibus, conventiones
inter nos & præfatum Regem habitæ teneantur; taliter vos haben-
tes in hac parte quod circumspectionem vestram specialius com-
mendare possimus.

Mandavimus etiam Drogoni Senescallo Wasconiæ quod, quic-
quid pro parte nostra decretum fuerit in præmissis, firmiter faciat
observari.

Teste ut supra.

De potestate tractandi cum Rege Castellæ.

Ann. D. REX omnibus ad quos præsentes, &c.
1260. Cum Rex Castellæ illustris pluries per solempnes Nuncios
An. 44. suos nos sollicitaverit de observandis articulis, in quadam conven-
H. 3. tione inter nos, & ipsum inita & jurata contentis; & nos super
Pat. 44. hoc certum diem statuerimus, videlicet in instanti Quindena Sancti
H. 3. Remigii apud Burdegaliam, ubi Nuncii & Procuratores dicti Re-
m. 5. gis pro eodem negotio sunt venturi,

... tempus contingat Regem vel Reginam
Scotiæ, aut aliquem de familia eorum, quem secum adducent,
corporis gravitate detineri, quod absit, volumus quod idem con-
ductus in omnibus servetur integer & illæsus, usque in mensem
postquam de infirmitate plene convaluerit.

In cujus rei testimonium, &c.

Teste Rege apud Windesor. 30 die Septembris.

De ordinatione pro Regina Scotiæ, si contingat ipsam in Anglia esse gravidam.

REX omnibus, &c.
Noveritis nos concessisse & bona fide promisisse quod, si Ann. D.
contingat, gratiâ Spiritûs Sancti cooperante, filiam nostram caris- 1260.
simam Reginam Scotiæ, venientem ad nos, cum Domino suo Re- An. 44.
ge Scotiæ illustri, gravidam fore, liceat Domino suo Regi libere H. 3.
prædictam sponsam suam in Regnum suum secum reducere, sine Ibidem.
cujuslibet contradictionis obstaculo, pro suæ & Conciliariorum
suorum libito voluntatis.

Et, si de voluntate dicti Regis, & Conciliariorum suorum, con-
tingat eandem usque ad tempus pariendi ibidem moram contrahere,
volumus quod ipsa cum sobole, qualem Deus ordinaverit, ad libi-
tum & mandatum dicti Regis, & Conciliariorum Regni Scotiæ,
sine dilatione qualibet & contradictione cujuslibet, salvo & libere
in Regnum Scotiæ redeat & secure.

Et, si contingat sobolem ipsam, de voluntate dicti Regis patris
sui, in Regno Angliæ ad tempus moram contrahere, &, intra il-
lud tempus, de ipso Rege & patre suo aliquid humanitus contige-
rit, vel sinistrum, quod absit, volumus quod Magnates Regni Sco-
tiæ ad voluntatem & mandatum suum ipsam sobolem libere ha-
beant, & reducant in Regnum suum sine aliqua dilatione seu cu-
juslibet contradictione.

Et ad hujus rei majorem securitatem corporali sacramento, quod
in animam nostram per dilectum Militem nostrum Willielmum de
Latymer præstari fecimus, obligamus nos & hæredes nostros ad
observationem omnium prædictorum.

In cujus, &c.

Teste ut supra.

De honoribus Regi & Reginæ Scotiæ in Anglia exhibendis.

REX Vicecomitibus Northumber. Eborum, Nottingham. Lei- Ann. D.
cestr. Northampt. Buckingh. Bedford, & Hertford, salutem. 1260.
Quia Rex Scotiæ illustris, & Regina sua filia nostra carissima, in An. 44.
proximo ad nos venturi sunt in Anglia; nos, cupientes eos in sin- H. 3.
gulis locis, ad quæ in Regno nostro pervenerint, honorifice recipi Ibidem.
& admitti,

Pat. 45. H. 3. m. 37. nobiscum in Anglia, & cum Alianora, sponsa nostra, matre sua, posset commorari; concedimus ac promittimus bona fide quod, cum, Spiritu Sancto cooperante, peperit, liceat dicto Regi, Domino suo, post tempus Purificationis ipsius, scilicet post quadraginta dies post partum suum, vel saltim ad Pascha, proximo sequens, anno Gratiæ millesimo ducentesimo sexagesimo primo, dictam Reginam sponsam suam, cum sua prole, qualem bonorum omnium dispensator ordinaverit, ad dicti Regis voluntatem & mandatum, ad Regnum suum Scotiæ, sine dilatione qualibet & difficultate, vel cujuscumque contradictionis obstaculo, rehabere; & quod ipsa, una cum prole, per Nuncios suos, pro ipsis destinandos, ad ipsum Regem & Regnum suum salvo & libere redire valeat & secure.

Et, si dicta Regina, filia nostra, humanitus interim, quod absit, contigerit, dicta prole superstite, liceat dicto Regi, ut prædictum est, ipsam prolem rehabere pro suæ libito voluntatis, quandocumque pro dicta prole quoscumque voluerit duxerit destinandos: Idem concedentes de matre dictæ prolis filiæ nostræ, defuncta dicta prole, quod, juxta dicti Regis voluntatem, ad partes Scotiæ, ut supradictum est, liberè possit remeare.

Si vero dictus Rex Scotiæ, pater dictæ prolis, interim, quod absit, in fata decesserit, vel eventus aliquis inopinatus, quod avertat altissimus, de ipso contigerit, volumus & fideliter promittimus quod Magnates Regni sui, scilicet venerabiles patres Sancti Andreæ, Abirdonensis, Dumblanensis, & Candidæ Casæ Episcopi;

Et, M. de Fif. A. Cumyn de Buch. M. de Stratherne, P. de Dumbar, W. de Marr. Comites;

Et J. Comyn, A. Senescallus Scotiæ, Alanus Hostiarius, & Hugo de Abirnith Barones,

Vel quatuor, aut tres eorum, præsentes litteras secum deferentes, prædictam prolem, absque aliqua dilatione, cavillatione, difficultate, vel cujuscumque contradictione, salvò, liberè, & securè ad Regnum Scotiæ secum habeant & adducant; statu neutrius Regni, scilicet Angliæ & Scotiæ, quantum in hoc considerato.

Et, ad hujus rei majorem securitatem, corporali sacramento, quod dilectum nostrum & fidelem, Robertum Walerand Militem, in animam nostram præstare fecimus, obligamus nos, & hæredes nostros ad observantiam omnium & singulorum prædictorum; & Dominum Ricardum, Regem Romanorum semper Augustum, fratrem nostrum carissimum, ad nostræ petitionis instantiam, per quendam suum Militem, consimile præstare fecimus sacramentum.

Et, ad præmissa firmiter observanda, Ricardus Comes Glovernniæ, Petrus de Sabaudia, H. de Boun. Comes Essex. & Hertford. H. Bygod. & Johannes Mansell Thesaurarius Eborum, corporale
* I. 716. sacramentum præstiterunt, quod prædicta * non impedient, set operam & diligentiam apponent quod ea firmiter observentur.

Idem per venerabilem patrem Dominum G. miseratione divina, Eborum Archiepiscopum, Edwardum filium nostrum primogenitum, Rogerum Comitem Norffolk. & Marescallum Angliæ, R. de Quency Comitem Winton. J. de de Bayllol, & H. le Dispenser Justiciarium nostrum Angliæ, qui in confectione præsentium, præsentes non extiterunt, fieri procurabimus.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Westm. 16 die Novembris.

mediis cogitandum, quam eorum certior & seriotior enuntiatio expetenda; omnis igitur est securitatis ac tarditatis ignavæ submovenda socordia, quæ periculorum improvidos ad perniciem præparat, & disponit, & urgentissimo attentionis stimulo eos præcipue convenit excitari qui præsunt, ne sub manu eorum repentina invadat calamitas homines, inerti negligentia soporatos; quia ruina malorum imminentium prius interdum, quam in sollicitudinis curam evigilent, obruuntur; quemadmodum prædictis Sarracenis, aliisque innumeris nationibus, quas destitutas prudentiæ consilio; & indignas cælesti præsidio, prædictorum Tartarorum invasit oppressio, noscitur contigisse.

Palam est enim quod pestilentior pernicies, & perniciosior pestis ad quiescentes ingreditur & securos; & Deum temptat imminente periculo, qui illud, in præsumptuosa cœlestis auxilii confidentia, negligit humanæ providentiæ remediis prævenire.

Nos igitur, attendentes in eorundem Tartarorum manu adversus peccata humani generis divinæ indignationis sævire flagellum, quæ tamen erga fideles magnum ostendit pietatis indicium, dum nobis illud imminere noluit improvisum; sed ut divinæ placationis antidoto, & providentiæ consilio excludi valeat diu ante provisum; ac de clementis Dei misericordia confidentes quod, si visitaverit in virga iniquitates suorum, & peccata ipsorum in verberibus disciplinæ, misericordiam suam tandem non abscidet ab eis,

Cogitavimus cum fratribus nostris, quemadmodum a nobis expostulat speculæ pastoralis officium, cui licet immeriti * præsidemus, contra idem flagellum utilia salutis remedia ordinare; & qui- * I. 717.
dem, pro tam universalis necessitatis articulo, videbatur non solum Ecclesiasticorum, sed & secularium Principum, & fidelium populorum generale concilium convocandum, ut de communi omnium discrimine, ac provisionis oportunæ remediis, ad quæ solas Ecclesiæ vires liquet non posse sufficere, intentis singulorum sensibus, communis deliberatio haberetur.

Hæc etenim causa neminem præterit, communissima omnium, & privatissima singulorum; quia, etsi tangat maxime maximos (a quibus primum ordiri solet instantis cujusque desolationis initium, ut cæteri facilius, velud acephali & dispersi, ad perniciem abducantur) unumquemque tamen specialiter de universitate contingit, ruinam & statum, mortem & vitam continens singulorum.

Nam apud eosdem Tartaros patrocinium nulli præstat fortunæ conditio, vel sexus infirmitas, aut ætatis miseratio, seu reverentia dignitatis; qui non quorumdam, sed omnium exitia & exterminia moliuntur, nulli pacti fœderis fidem servant, quam quidem habere nequeunt infideles, propter quod, dum simulant se ad christianos privatæ affectionis habere propositum, hoc ipso magis est christianis astutæ fraudulentiæ illorum laqueus, quem hujusmodi simulationis pallio subtegunt, præcavendus; quia eos subtilioribus dolis supplantare conantur, quos invenire credunt ad repugnantiam fortiores.

Verum, quia, ipsis Tartaris nequitiæ suæ proposito vigilanter instantibus, dilationis diutinæ non capit res ista dispendium, & absque longi temporis tractu, gravaminibus personarum, rerumque detrimentis, convenire nobiscum universitas consilii non valeret; necessitati, qua generalitas premitur, de prædictorum fratrum concilio ad præsens duximus hoc compendio consulendum, ut, in singulis Regnis atque Provinciis fideles moneantur attendere causas illas, propter quas præcipue ad Sarracenas & alias Nationes, cum eisdem Tartaris, pestis desolationis intravit,

Offensam, videlicet, altissimi Dei nostri, cujus contra se, subjectæ a perfidis nationes, perfidiæ judicium irritarunt:

Defectum insuper humanæ providentiæ, qui eis, segnitia inertiaque sepultis, & varia ab invicem seditione disjectis, oportuna remo-

Ratificatio Treugarum cum Lewelino.

Ann. D. 1261. An. 45. H. 3. Pat. 45. H. 3. m. 14. in Scedula.

REX omnibus, &c. salutem. Inspeximus formam treugæ apud Muntgomery in Octabis Assumptionis beatæ Mariæ, anno, &c. 44. inter nos ex una parte, & Lewelinum filium Griffini & suos ex altera, in hæc verba.

Anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo, die Dominica, scilicet in Octabis Assumptionis beatæ Mariæ Virginis, ordinatum est apud Muntgomery & provisum inter Priorem de Wenloke, & Dominum S. Passelewe Clericum, & Fulconem de Orby, Justiciarium Cestriæ, (habentes potestatem ex parte Domini Regis Angliæ, & Domini Edwardi filii Regis primogeniti, treugas capiendi & firmandi inter prædictos Dominum Regem, & filium suum ex una parte, & Dominum Lewelinum filium Griffini, & suos ex altera) & Dominum R. Bangorensem Episcopum, & Abbatem de Aberconwey (habentes consimilem potestatem, ex parte dicti Domini Lewelini) quod treuga capta apud Oxon. prorogetur, a die Octabarum Assumptionis beatæ Mariæ, usque ad Festum Nativitatis Sancti Johannis Baptistæ, anno millesimo ducentesimo sexagesimo secundo, in forma subscripta, scilicet,

Quod quilibet, & singuli, ex utraque parte, habeant seisinam terrarum & hominum, Castrorum & aliarum rerum omnium, quas habuerunt tempore treugarum, inter prædictas terras initarum apud Oxonium: Et quod interim vada vel passus non obstruantur, silvæ non complicentur aliter quam erant tempore, quo prædictæ treugæ apud Oxonium erant datæ.

Insuper licebit Domino Regi, & filio suo, & hominibus suis, Castra de Disserht & de Cannok visitare, & per prædictum tempus treugarum victualibus & aliis, quæ ad dicta Castra necessaria sustinenda fuerint, invenire cum duobus batellis, utroque cum duodecim remis, vel paucioribus secundum quod opus fuerit: Ita tamen quod, si per tempestatem, vel alia impedimenta maris, vel propter alia pericula, dicta victualia sive res commode carriari non possint vel differri, prædictus Dominus Lewelinus victualia prædicta, res & homines ad præfata Castra in eundo, & redeundo, ad summonitionem Justiciarii Cestriæ, salvo & secure per terram duci faciet, & conducet unà cum custodibus eorumdem.

Convenit etiam quod hii, qui sunt in munitione Castri de Disserht, habeant jugiter tres homines, & ipsi, de munitione Castri de Cannowe, habeant duos homines continue exeuntes & ingredientes dicta Castra, ad victualia & alia his, qui in dictis Castris commorabuntur, necessaria perquirenda.

Et quod dicta Castra habeant omnes terras per eosdem fines, metas, & bundas, quos habuerunt tempore treugarum apud Oxonium initarum.

per se, vel per alios vindicare præsumpserint, de dampnis, sibi a principio illatis, nulla sibi fiat justitia, & nichilominus, ad considerationem prædictorum 12. de quibus se vindicaverint, de dampnis, quæ occasione vindictæ sustinuerunt, & de expensis, quas occasione injuriæ sibi illatæ prosequendæ fecerint, per Dominum Principalem, ex cujus parte fuerint, infra 40 dies satisfacere compellantur: Et nichilominus sumptus, quos dicti 12 circa prosecutionem dicti negotii fecerint, solvere teneantur, & per Dominum suum, cujus pacem vel treugam infregerint, alias graviter puniantur; ita quod pœna unius sit metus multorum.

Et, ad hæc omnia observanda, principales Domini, scilicet, Dominus Rex, & Edwardus filius suus, & Dominus Lewelinus, per eorum juramenta, teneantur.

Item, si dicti 12 necesse habeant per terras Domini Regis vel Lewelini ad loca, per eos assignanda pro dicto negotio, transire, tam Dominus Rex, & Ballivi sui per terras suas, quam dictus Lewelinus per terras suas, ad mandatum dictorum 12 in eundo, & redeundo, salvos conductus præbebit eisdem; si vero aliqui, vel aliquis de prædictis 12 se maliciosè subtraxerint, tàm Dominus Rex suos quam Lewelinus suos ad veniendum, ad dictum negotium in forma prædicta prosequendum, per juramentum ipsorum compellere teneantur.

Quod, si aliquis, vel aliqui dictorum 12 electorum ad locum & diem, per ipsos assignanda, non venerint, licebit aliis qui præsentes fuerint, alios fide dignos, vel alium, neutri parti suspectos, vel suspectum, eligere ad dictum negotium perficiendum; ita scilicet quod, cum tales absentes vacare poterint, ad illud negotium perficiendum iterum assignentur vel assumantur.

Omnes autem prædicti electi super evangelia jurabunt quod bona fide, & sine fraude procedent in negotio memorato, nec dimittent pro lucro, dampno, timore, odio, vel amore, quin negotium, sibi injunctum, ut dictum est, quam citius, ut poterint, prosequentur.

Ad dictas autem treugas observandas, & emenda facienda, & ad omnia, & singula, quæ prædicta sunt, fideliter observanda & implenda, Dominus Rex, & prædictus Edwardus filius suus, & Lewelinus, & David frater ejus, se juramento præstito astrinxerunt.

Promiserunt etiam Dominus Rex, & prædictus Edwardus filius suus, sub juramento eodem, quod omnes Ballivos suos, qui pro tempore fuerint in Marchia, & omnes Barones, quos Dominus Lewelinus duxerit nominandos; & similiter Dominus Lewelinus suos Ballivos per totam Walliam, & etiam Magnates partis suæ, quos Dominus Rex & Edwardus filius suus, vel sui duxerint nominandos, jurare facient quod omnia * prædicta, quantum ad ipsos attinet, fideliter observabunt. * I. 710.

Promisit etiam dictus Lewelinus, in virtute juramenti sui, quod, si malefactores aliqui ex parte sua emendas facere contempserint,

H. 3. Claus. 45. H. 3. m. 15. d. Regni nostri tallagia inconsueta, & consuetudines indebitas, ad suscitandum discordiam inter nos & ipsos;

Tibi præcipimus quod, cum omni festinatione, clamari facias per totam ballivam tuam, quod Magnates & Communitatem Regni nostri fincere diligimus, & ipsos in pace & tranquilitate, quanta hactenus fecimus, & majori, si poterimus, tractare, & nulla hujusmodi tallagia aut consuetudines indebitas ab eis exigere vel extorquere proponimus; & si quos hujusmodi mendacia referentes inveneris, ipsos arestari facias quousque suos autores invenerint, & aliud a nobis receperis in mandatis.

Teste meipso apud Turrim London. 14 die Martii.

Eodem modo mandatum est singulis Vicecomitibus per Angliam.

Littera Edmundi Regis Siciliæ Proceribus ejusdem Regni pro receptione sua.

Ann. D. 1261. An. 44. H. 3. Claus. 46. H. 3. m. 13. d. EDmundus, Dei gratiâ, Siciliæ Rex, universis & singulis Prælatis, Proceribus, Militibus, Civibus & aliis per Regnum nostrum constitutis salutem, gratiam, & omne bonum.

Cum felicis recordationis Dominus Innocentius Papa quartus, de fratrum suorum consilio, & Apostolicæ sedis gratia speciali, Regnum nobis contulerit supradictum,

Nos, ad tranquilitatem & commodum dicti Regni, & omnium incolarum ejusdem zelum præcipuum & affectum habentes sincerum, Universitatem vestram requirimus & rogamus attente, quatenus * assensu grato nos in Regnum admittere, & nostris profectibus & honoribus velitis insistere cum favore. * I. 721.

Nos autem, ad dicti prosecutionem negotii pro viribus nostris & nostrorum accincti, vobis universis & singulis in omnibus, quæ ad vestri juris conservationem cesserint, & honoris augmentum, cum omni desiderio & promptitudine annuere intendimus, & pronis volumus affectibus complacere.

In cujus rei testimonium præsentem literam aurea bulla nostra fecimus consignari.

Dat. apud Windes. 13 Kalend. Aprilis, anno Domini 1261.

De Procuratoribus constitutis ad recipiendum Regnum Siciliæ nomine Edmundi Filii Regis.

Ann. D. 1261. An. 45. H. 3. Claus. 46. H. 3. m. 14. d. EDmundus Dei gratia, &c. Universis Sanctæ Matris Ecclesiæ filiis, ad quos præsentes litteræ pervenerint, salutem.

Ad Universitatis vestræ notitiam volumus pervenire quod, cum fælicis recordationis Dominus Innocentius Papa quartus nobis, de Fratrum suorum consilio, Regnum Siciliæ contulerit de Sedis Apostolicæ munificentia & gratia speciali,

Nos fideles nostros, Nobiles viros, Rogerum de Longtyn, & Johannem de Monte-fusculo, nostros facimus & constituimus Procuratores ad recipiendum Regnum prædictum nomine nostro, & terminum acceptandum seu admittendum, quo iter nostrum ad prosecutionem negotii prædicti de mandato ejusdem Domini arripere debeamus:

Potestatem dantes eisdem juramentum fidelitatis Domino Papæ & Ecclesiæ Romanæ in animam nostram præstandi, & quod nos ipsi homagium nostrum & fidelitatem prædictam ipsi Domino Papæ, W. de Aette, quod fidem super hiis, &c.

Ut supra.

---

* *Bulla quod Prælati, Magnates, & alii, clerici & laici Angliæ, non teneantur ad observationem juramenti sui pro quibusdam statutis, ordinationibus, & colligationibus observandis.* * I. 722.

ALexander Episcopus, servus servorum Dei, Venerabilibus fratribus Archiepiscopo Cantuarien. & Episcopo Norwicen. & dilecto filio Johanni Mansello Thesaurario Eboracensi Capellano nostro, salutem & apostolicam benedictionem. Ann. D. 1261. An. 45. H. 3. Ex Autogr.

Ad audientiam nostram pervenit quod nonnulli Prælati, Magnates, & alii, tàm clerici, quàm laici, Regni Angliæ ad observandum quædam statuta, ordinationes, & colligationes (quæ nonnulli ipsorum, sub prætextu reformandi statum ipsius Regni, nomine carissimi in Christo filii nostri Regis Anglorum illustris, in diminutionem & depressionem potestatis & libertatis ejusdem Regis, fecisse dicuntur) se juramentis propriis astrinxerunt,

Et, quasi per quandam impressionem, ab eodem Rege, ac carissima in Christo filia nostra Regina Angliæ, Filiis ipsorum, & à nonnullis aliis, ut ad ipsorum statutorum, ordinationum, necnon colligationum observationem similiter se astringerent, exegerunt:

Cum igitur juramenti religio (quâ fides confirmari debet & veritas) fieri non debeat pravitatis & perfidiæ firmamentum; nos, volentes super hoc ipsius Regis honorificentiæ, & aliorum providere saluti, discretioni vestræ, de qua plene confidimus, per apostolica scripta, districtè præcipiendo, mandamus quatinus præfatos Prælatos, Magnates, ac vos ipsos invicem, si opus fuerit, & alios, vos omnes, vel duo vestrûm, aut tu, frater Archiepiscope, solus ab hujusmodi juramentis prorsus curetis absolvere, ac prædictas colligationes dissolvere, vice nostra, de nostræ plenitudine potestatis:

Contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo, sicut statui ejusdem Regis & Regni sui prudenter videritis, circumspectis omnibus, expedire.

Siquid autem in eisdem statutis & ordinationibus, quod Prælatorum, Ecclesiarum, seu ecclesiasticarum personarum favorem & commodum respiciat, continetur, id per hoc irritari nolumus, vel, quoad illud, prædicta juramenta ullatenus relaxari.

Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, 3 Kal. Maii, Pontificatûs nostri anno septimo.

Plumbeo Sigillo a filo canabeo.

Bulla de absolvendo Magnates Angliæ a quibusdam juramentis illicitis, in præjudicium Regium tendentibus, & de compellendo ipsos ad obediendum Regi.

ALexander Episcopus, servus servorum Dei, Venerabilibus fratribus Archiepiscopo Cantuarien. & Episcopo Norwicen. & dilecto filio Johanni Mansell. Thesaurario Eboracen. Capellano nostro, Salutem & apostolicam benedictionem. Ann. D. 1261. An. 45. H. 3. Ex Autogr.

Rationalibus sensibus materiam justæ admirationis importat securim adversus illum, qui cædit in ea, vel serram contra illum, qui trahit

nuciis nostris, quas super relaxatione juramentorum ipsorum, & prædictis colligationibus dissolvendis concessimus, est expressum) ne, dum hujusmodi juramenta, constitutiones & ordinationes, in quantum utilitatibus ecclesiasticis consonant, relaxari & immutari nolumus, aliquid in illis probasse vel tolerasse credamur, quod aut jus lædat alterius, aut potestati nostræ seu gratiis, quas sedes memorata contulit, quomodolibet adversetur.

Dat. Viterbii, Non. Maii, Pontificatûs nostri anno septimo.

Plumbeo Sigillo a filo canabeo.

Pro Johanne primogenito Ducis Britanniæ.

Ann. D. 1261. An. 45. H. 3. Pat. 45. H. 3. m. 23.

REX omnibus, &c. salutem.

Sciatis quod concessimus dilecto filio nostro Johanni, primogenito Ducis Britanniæ, mille & ducentas libras sterlingorum, pro extenta & valore Comitatûs Richemundiæ, & ducentas Marcas de dono nostro; ita quod, in universo, percipiet, ad Scaccarium nostrum, duo millia Marcarum per annum, videlicet, mille Marcas ad festum Ascensionis Domini, & mille Marcas ad festum Omnium Sanctorum, donec prædicta extenta plene fiat; prout in Conventione inter nos, & prædictum Ducem facta plenius continetur.

Et, si prædicta Extenta, ritè facta, excedat summam prædictarum mille & ducentarum librarum per annum, tunc quantum superfuerit de valore prædicti Comitatûs, ultra prædictas mille & ducentas libras, ei reddere tenebimur de singulis annis præteritis.

Et, si extenta illa non ascendat usque ad prædictas mille & ducentas libras annuas, tunc tantum, quantum inde superfuerit ultra prædictam extentam, retinebimus nobis, de solutione pecuniæ antedictæ, pro annis præcedentibus.

Nolumus autem per hanc concessionem nostram derogari conventioni, prius factæ inter nos, & dictum Ducem, super escambio faciendo pro Comitatu prædicto, vel aliis conventionem illam tangentibus; set salvum sit utrique parti quicquid de jure salvari debeat, secundum formam Conventionis prædictæ.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Gildeford, 17 die Junii.

---

* I. 724. * *De Querelis, inter Regem, & Comitem Leicestriæ, submissis Arbitrio Reginæ Franciæ.*

Ann. D. 1261. An. 45. H. 3. Pat. 45. H. 3. m. 17.

REX omnibus, &c salutem.

Notum vobis facimus, per præsentes, quod, super omnibus querelis & demandis, quas habemus, vel habere potuimus, ex quacumque causa, versus Simonem de Monteforti Comitem Leicestriæ, & Alianoram Comitissam Leicestriæ sororem nostram, & Ceterum, Comiti vestri beneplacitis ... ... dicto Baronum nostrorum sumus in tractatu cum eisdem, ut, nisi per eos steterit, per viam pacis & concordiæ terminetur, sicut H. Londoniensis Episcopus, & Ebulo de Montibus vobis plenius poterunt intimare.

Teste ut supra.

Regi Franciæ de Ordinando super valore Terræ Agennen.

MAgnifico Principi Regi Franciæ, Rex Angliæ, &c. salutem & sinceræ dilectionis semper augmentum. Ann. D. 1261.

Cum valorem terræ Agen. teneamini nobis annuatim persolvere, sicut in forma * pacis, inter vos, & nos initæ & firmatæ, plenius continetur, An. 45. H. 3. Pat. 45. H. 3. m. 17.

Et nuper erga nobilem virum Comitem Pictavensem fratrem vestrum institeritis ut, in præsentia Nunciorum nostrorum, certitudo valoris dictæ terræ per rotulos & ballivos dicti Comitis haberetur,

Ac idem Comes ad hoc induci nequiverit, prout per Nuncios vestros accepimus, ob quod nobis vestri gratia significastis quod loco nostri eritis in negotio æstimationis prædictæ:

Nos, ad quietem animi vestri respectum habentes, ac insuper considerantes quod Dominus noster estis, & nos vester Consanguineus, duasque sorores habemus, per quæ inter nos tantæ confœderationis vinculum contrahitur quod de vobis, præ cæteris, confidere debemus, præcipue cum à tempore præstiti vobis homagii nostri nobis in negotiis nostris, tanquam Dominus propitius, totiens subveneritis liberaliter & benigne,

Dictum negotium vestræ dominationis arbitrio totaliter committimus, ut super valore dictæ terræ, & super arreragiis transacti temporis ordinetis, & inde provideatis ad opus nostrum, prout vestræ dilectionis integritas honori vestro, & indempnitati nostræ in hac parte noverit convenire.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Turrim London. 20 die Julii.

De conventionibus Alfonso Rege Castellæ observandis.

HEnricus, Dei gratia, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ & Dux Aquitaniæ, Edwardo filio suo primogenito salutem. Ann. D. 1261.

Sciatis quod, volentes ea, quæ Magnifico Principi & Consanguineo nostro dilecto A. Regi Castellæ illustri concessimus, observare, venerabili P. Herefordensi Episcopo, & dilectis & fidelibus nostris Stephano Longespe, tunc Senescallo Wasconiæ, & Roberto Walerand, pro concessione prædicta explenda litteras concessimus sub hac forma. An. 45. H. 3. Pat. 45. H. 3. m. 4. in Sced.

HEnricus Dei gratia, Rex Angliæ, &c. Venerabili Patri P. Herefordensi Episcopo, & dilectis & fidelibus suis Stephano Longespe

I. 726. de Muntremblant & omnibus suis, omnes querimonias, * indignationes, & rancores, quos erga ipsos habemus, vel habere potuimus, usque hanc diem;

Salvo tamen nobis vigore & intellectu illius clausulæ, quæ sic incipit. *In aliis causis quod stent judicio Curiæ Regis Angliæ, secundum quod consuevit judicari in Curia Wasconiæ*, quæ clausula continetur in littera compositionis & confœderationis facta per nos dicto Regi Castellæ, quem duobus Sigillis nostris fecimus sigillari.

Salvo etiam quod nos retineamus & recuperemus omnia quæ ad nos pertinent, vel ad Edwardum filium nostrum, secundum quod in prædicta littera compositionis continetur.

In cujus rei testimonium has litteras nostras fieri fecimus patentes.

Teste meipso in Castro apud Gyrund. 5 die Augusti, anno Regni nostri 38.

Cum igitur aliqui prædictorum, per prædictam remissionem & indulgentiam à nobis factam, ad preces dicti Regis Castellæ, per prædictam conventionem terras & possessiones suas, quas prius habebant, recuperaverint; & alii de prædictis, qui terras suas nondum recuperaverunt, misericordiæ nostræ (Gailardo de Solio, & Bertrando de Ladilis id, ad instantiam dictorum Episcopi Herefordensis, & Stephani Longespe, procurantibus) se sponte & expresse supposuerint in præsentia Nunciorum dicti Regis Castellæ, dicti Gaillardus de Solio, & Bertrandus de Ladilis, & omnes supradicti, precibus Regis Castellæ renunciantes, se misericordiæ nostræ supposuerint,

Propter quod venerabilis pater P. Herefordensis Episcopus & Stephanus Longespe supradictis omnibus promiserunt se facturos, quod omnia bona eorum, terræ, & possessiones per nos restituerentur eisdem, sicut de assertione dicti Episcopi nobis constat, prout ex fide Radulphi de Dongun Clerici & Cancellarii vestri, & Willielmi de Wilton Militis didicimus, & certi fuimus competenter,

Cumque videatur nobis quod, retinendo terras eorum, non esset eis ad plenum nostra gratia restituta, nec remissum etiam, vel indultum; quod misericordia nostra, cui se supposuerunt, debeat judicio prævalere,

Et cum debeamus observare totaliter & tenere quæ illi promiserunt, quibus plenam dedimus potestatem, de voluntate vestra, explendi nomine nostro & vestro quæ dicto Regi Castellæ de facto supradicto à nobis provisa fuerant & concessa,

Volumus & concedimus omnibus supradictis, de quibus litteræ nostræ supradictæ faciunt mentionem, quod terras & possessiones suas, occasione guerræ occupatas, recuperent.

Salvo nobis in omnibus quod in aliis causis stent judicio Curiæ nostræ, secundum quod consuevit fieri & judicari in Curia Wasconiæ.

Et salvo etiam quod retineamus & recuperemus omnia quæ ad nos pertinent vel ad vos.

Et ideo vobis mandamus quatinus supradictis omnibus, de quibus litteræ nostræ faciunt mentionem, terras suas occasione Guerræ occupatas, ad quascumque manus pervenerint, sive ad nostras, sive ad alias, occasione prædicta, restituatis, & restitui faciatis; eosdem & bona sua defendendo, & favorabiliter protegendo.

In cujus rei testimonium has litteras nostras vobis mittimus patentes.

Teste meipso apud Windesor. 5 die Augusti, anno Regni nostri 45.

Datum apud Wyndesor. 8 die Augusti, anno Domini 1261.

Littera Archiepisco Cantuariensi certificatoria super Executione antedicta.

VEnerabili in Christo B. Dei gratia, Cantuariensi Archiepiscopo, Angliæ Primari, & Domino Johanni Maunsell Thesaurario Ebor. & Domini Papæ Capellano, S. permissione Divina, Abbas S. Mariæ Ebor. salutem in Domino. Ann. D. 1261. *An.* 45. *H.* 3. *Ibidem.*

Litteras vestras undecimo Kal. Septembris, hora vespertina, in hæc verba recepimus.

B. Dei gratia, Cantuariensis Archiepiscopus, totius Angliæ Primas, J. Maunsell Thesaurario Ebor. salutem in Domino: Mandatum Domini Papæ suscepimus in hæc verba.

ALexander Episcopus, servus servorum Dei, Venerabilibus Patribus Archiepiscopo Cantuariensi, & Episcopo Norwicensi, & dilecto filio Johanni Maunsell Thesaurario Ebor. Capellano nostro, salutem & Apostolicam benedictionem.

Rationabilibus sensibus materiam justæ admirationis importat securim adversus illum, qui cædit in ea, vel serram contra illum, qui trahit ipsam: eos videlicet, quos potioribus legitimus subministrationum ordo subjecit, adversus authoritatem præsidentium elevari, & Principes, legum Dominos, quos præ suis participibus cœlestis ordinatio sublimavit, premi arbitrio subditorum.

Propterea nos mirari cogit publicæ relationis assertio, *&c. ut in Bulla Mense Maii hujus anni supra, usque hæc verba*,

Hujus igitur authoritate Mandati vobis districte, & in virtute obedientiæ præcipiendo mandamus, quatinus personaliter accedentes ad Hugonem le Bigod, adhibitis testibus idoneis, moneatis eundem, &c. *ut in littera præeunti usque hæc verba.*

Noveritis igitur, nos in forma supra scripta ad dictum Dominum H. le Bigot personaliter accessisse, & ipsum apud Kyrkebymoreshesd. diligenter monuisse, ut dicto Domino nostro Regi Angliæ Henrico Castra de Scardeburg & Pikering libere & absque contradictione reddat & deliberet, juxta formam in literis vestris contentam;

Qui nobis respondit; quod de voluntate & mandato Domini Regis, & suorum Magnatum juratorum, ea recepit, sub juramento suo corporaliter præstito, fideliter custodienda; & nemini sine voluntate & mandato expresso dicti Domini Regis, & eorumdem Magnatum reddenda seu deliberanda.

Verum idem Dominus H. le Bigot profitebatur, se promptum & paratum Castra memorata dicto Domino Regi, de consilio & voluntate expressa dictorum Magnatum, vel saltem majoris partis eorundem, restituere.

Dat. apud Hilburg. 3 Kal. Septembris, anno Domini 1261.

---

* *Littera Regi Franciæ, de Simone Montfort & Complicibus.* * I. 728. Ann. D. 1261.

MAgnifico Principi, Domino & consanguineo suo karissimo, Ludovico Regi Franciæ illustri, Henricus, eádem gratiâ, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, & Dux Aquitaniæ salutem, & sinceræ dilectionis semper augmentum. *An.* 45. *H.* 3. *In Bundela* 6. *n.* 14. *penes Camerar. Scaccar.*

Accepimus, ex relatu quorundam fidelium nostrorum, quod Simon de Monteforti Comes Leycestriæ jam partes adiit Gallicanas, ob

Ann. D. 1261. An. 45. H. 3. Ex Bund. Litter. tempore H. 3.

... Regi Angliæ, frater J. miseratione divina, Tituli Sancti Laurentii in Lucin. Presbiter Cardinalis & ——— ——— ——— salutem, & se semper ad ea pronum, promptum, & paratissimum quæ Regium honorem respiciunt & quæ Dignitatis Regiæ ———

Quam ardenter, quamque perseveranter, absque intermissione aliqua, usque ad adventum fratris W. Thesaurarii, ad optinendum pro illustre Domino Ricardo fratre vestro, Rege Romanorum, Senatoriam Dignitatem laboraverimus, evacuando Cameram nostram, vendendo & distribuendo vasa argentea domus nostræ necessaria, contrahendo mutuum non modicum, sub maxima voragine usurarum obligando nichilominus possessiones cujusdam Monasterii Monialium, quod in urbe construximus, per testimonium Domini Papæ ——— omnium satis poterit comprobari.

* I. 719. * Ut igitur ad exaltationem sui culminis aliorum corda, per immensa laudum præconia, continuo accendantur, Celsitudinem Regiam omni affectione & inductione, qua possumus, pro augmento vestri nominis, propulsamus quatenus erga dictum Dominum Regem preces vestras interponere velitis, quod Nuncio nostro fratri J. devoto vestro, de tot & tantis expensarum profluviis, quibus occasione hujusmodi sumus multifarie personaliter, & realiter obligati, liberaliter & gratanter, absque alicujus difficultatis obstaculo, satisfacere dignetur. Tantum si placet facientes quod gratia nobis proinde detur ex gratia, & data perpetuo conservetur.

Dat. Viterbii Pontificatûs Domini Urbani Papæ quarti, anno primo.

Littera Galfridi de Lezignan, Regi recommendatoria, pro Willielmo de Sancto Hermere.

Ann. D. 1261. An. 45. H. 3. Ex Bundela Litter. tempore H. 3.

EXcellentissimo Domino suo, & præ omnibus diligendo H. Dei gratiâ, illustri Regi Angliæ, Domino Hiberniæ, & Duci Acquitan. Gaufridus de Lezign. frater suus, si placet salutem & paratam in omnibus ad beneplacita voluntatem, cum omni genere reverentiæ, servitii & honoris.

Dominationem vestram eo affectu, quo possumus ampliori, duximus exorandam, quatinus Willielmo de Sancto Hermere Militi nostro, qui nobis diu & servivit, & servire paratus est fideliter & benigne, in negotiis suis, si placet, vos exhibere velitis favorabiles, & benignos; ita, nostri gratia, erga ipsum super hoc vos habentes, quod negotia sua possit per vos feliciter expedire. Diù & bene valeat Excellentia vestra.

Littera Margaretæ Reginæ Franciæ, de jocalibus Regis in Templo Parisius depositis.

REX omnibus, &c. salutem. Sciatis nos litteras illustris Dominæ Margaretæ, Dei gratia, Reginæ Franciæ, nobis directas inspexisse in hæc verba. Ann. D. 1261. An. 46. H. 3. Pat. 46. H. 3. n. 36.

Serenissimo viro, fratri suo karissimo, Henrico, Dei gratiâ, Regi Angliæ illustri, Margareta, eâdem gratiâ Franciæ Regina salutem, & sinceræ dilectionis affectum.

Noverit Serenitas vestra quod, Willielmus de Latymer, & Magister Henricus de Gandavo, præsentibus fratre Petro Bostelli, domus Templi Paris Thesaurario, & fratre Nicholao socio ejus, Roberto de Giroliis Milite, Petro de Landuno Cambellano nostro, & Guillelmo de Aureliaco Clerico nostro, nobis ostenderunt quædam jocalia vestra, videlicet,

Quandam magnam Coronam; unum firmaculum cum rubectis; unum anulum cum rubecto; tres Coronas aureas; unum capellum imperatorium; quatuor serta; unum alphaberum; tria pectina aurea; quinquaginta duo firmacula; decem baculos continentes ducentos octo anulos cum rubetis & balesiis; item duos baculos continentes sexaginta sex anulos cum maragdenibus; unum baculum continentem viginti anulos cum saphiris; unum baculum continentem tresdecim anulos cum topaciis; unum baculum continentem decem & septem anulos cum diversis lapidibus; sexaginta sexdecim zonas; item duos pavones aureos; unum firmaculum cum duobus diamantibus, alia quatuordecim firmacula, & quinque garlandas aureas.

Et ista omnia in duobus Coffris sub contra sigillo nostro, recipiente ea fratre Petro prædicto, deponi fecimus Parisius apud Templum; claves verò dictorum Coffrorum secum deferunt dicti Willielmus Latymer & Magister Henricus Nuncii vestri.

Data die Martis post Pentecosten apud Sanctum Germanum in Laya;

In cujus rei testimonium præsentibus sigillum nostrum fecimus apponi.

Teste Rege apud Turrim London, sexto die Novembris.

Regi Franciæ, pro Edmundo Filio, de Regno Siciliæ.

REgi Franciæ, Rex Angliæ, salutem. Ann. D. 1261.

Cum fælicis recordationis Innocentius Papa quartus, de fratrum suorum consilio, Eadmundo, nato nostro, Regnum Siciliæ donaverit (cujus privilegium super hoc penes nos habemus) ad vos, tanquam ad speciale refugium nostrum, recurrimus confidenter; An. 46. H. 3. Claus. 46. H. 3. m. 12. d.

tegr. ea statuit status Ecclesiasticæ libertatis;

Propterea cum de illo præservando in terra tuæ ditioni subjecta, & præsertim in Civitate, Dioc. & Provincia Dublinen. ubi status ipse, præcipuis novæ malignitatis adinventionibus, prout intelleximus, injuriosè deprimitur, admonemus.

Advertere debet Regalis providentia sibi non tàm aliena, quàm propria, immo communia comoda suaderi, & quotiens illos, qui eundem statum in suis juribus, aut interdum in favore tui nominis (non tamen, tuæ, ut credimus, pietatis motum, sed propriæ voluntatis impetum prosequentes) allidunt, vigore discretionis Ecclesiasticæ cohibemus; intelligas tunc non lædi, set geri salubriter in tutela fidei curam tuam.

Sane ad audientiam Apostolatûs nostri pervenit quod, in Civitate, Dioc & Provincia supradictis, de antiqua & approbata, & hactenus pacifice observata consuetudine, est obtentum ut venerabiles fratres nostri Dublinen. Archiepiscopus, ejusque suffraganei, & officiales ipsorum, ac alii judices Ecclesiastici earumdem Civitatis, Dioc. & Provinciæ (ad quos de hujusmodi consuetudine causarum cognitio pertinet) de causis, quas, super pecuniarum summis, seu possessionibus, inter Laicos, sibi subditos, verti contingit, possint cognoscere, dummodo pactum firmatum fide vel juramento intervenerit inter partes:

Et, si aliquis Laicus conqueritur coram illis, quod quisquam Laicus, eorum subditus, ipsum super aliquo crimine diffamaverit, iidem super hoc, de hujusmodi consuetudine, judicant & cognoscunt:

Clerici quoque injuriatores suos Laicos consueverunt, a tempore cujus memoria non existit, coram Ecclesiasticis Judicibus convenire:

Sed Justiciarii & Ballivi tui in Ibernia, quo minus Archiepiscopus, Suffraganei, Officiales, & Judices prædicti de hujusmodi causis cognoscant & judicent, contra justitiam impedire præsumunt; prohibentes (quod nequius est) ne Clerici Clericos in causis pecuniariis; aut Ecclesiarum Rectores super aliquibus Capellis, ad Ecclesias ipsas spectantibus; aut super decimis aliarum Ecclesiarum Rectores coram Judice Ecclesiastico convenire præsumant.

Iidem etiam Justiciarii & Ballivi non permittunt quod condempnati legitime per Archiepiscopum, Suffraganeos, & alios prædictos, aut alios Judices, etiam a sede Apostolica delegatos, propter contumaciam vel offensam in aliqua pecuniæ quantitate, ad solvendum condempnationem hujusmodi compellantur: sive quod Archiepiscopus, Suffraganei, vel alii prædicti cognoscant de causis usurariis, vel puniant usurarios secundum Canonica instituta: seu quod de usuris, adulteriis, aut aliis criminibus inquirant; prout ad eorum officium noscitur pertinere de jure ac consuetudine supradicta.

Porro, si inter virum & uxorem, per Ecclesiasticum Judicem celebrato divortio, coram eo super dote restituenda quæstionem oriri contingat; prædicti Justiciarii & Ballivi, ne dictus Judex virum ad restituendum dotem mulieri compellat, prohibent pro suæ libito voluntatis; quanquam cognitio causarum hujusmodi ad Ecclesiasticum Judicem pertinere noscatur, tàm de hujusmodi consuetudine, quàm de jure.

Præterea, si aliqui Cives vel Burgenses, in aliqua Civitate vel
* I. 732. Burgo, aliquam * domum, vel fundum, aut prædium urbanum, ad eos pertinentes (qui Burgasia vulgariter appellantur) alicui Ecclesiæ, sive religioso loco, in ultima voluntate legant pietatis obtentu; præfati Justiciarii & Ballivi, ne Judex Ecclesiasticus executores testamentorum Civium & Burgensium eorumdem ad exequendam in hac parte voluntatem extremam testatorum ipsorum compellat, prout de præfata consuetudine est obtentum, impediunt minus juste.

Et, quia timemus ne tu, nisi corrigas hæc, nosque tecum, si illa dissimulaverimus incorrecta, in durius severitatis divinæ judicium incidamus, quod hii, qui terram judicant, debent (O Rex) potissimum formidare, venerabili fratri nostro Episcopo Drunimoren. & dilecto filio Priori fratrum prædictorum de Ponte, Armachan. Dioc. per nostras damus litteras in mandatis ut, (si est ita) dictos Justiciarios & Ballivos, quod Archiepiscopum, Suffraganeos, & Judices supradictos, de præfatis causis libere cognoscere, & eas exequi patiantur, prout eis de jure competit & consuetudine supradicta; & a qualibet, super præmissis, eorum, & aliarum Ecclesiasticarum personarum Civitatis, Dioc. & Provinciæ prædictarum, indebita molestatione desistant, monitione præmissa, per censuram Ecclesiasticam, appellatione remota, compellat.

Dat. Viterbii, 2 Id Novembris, Pontificatûs nostri anno primo.

Sub plumbeo Sigillo pendente a filo canabeo. P. Ro.

Littera Papæ Congratulatoria.

SAnctissimo in Christo Patri, V. Dei gratia, Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ summo Pontifici, H. eadem gratia, Rex Angliæ, &c. salutem cum reverentia & honore. Ann. D. 1261. An. 46. H. 3.

Exultamus & speciali jocunditate lætamur in Domino qui, plebis suæ desolationem pie respiciens, & insperatæ salutis jam portum parans, fluctuantis Ecclesiæ naufragium propitius avertit, & * Thamar diu viduam connubio salubri copulandam sua providentia reservavit. Claus. 46. H. 3. m. 18. d. * I. 733.

Ipsius igitur disponente Clementia prosperum fiat in manu sui Pontificis opus sanctum, ut grex ejus, imitatione sacra proficiens, suo conditori placida persistat, & ad supernæ felicitatis præmium devota pertingat.

Nos autem, honori vestro filiali congaudentes jubilo, beneplacita vestra sinceris affectibus adimplere cupimus, ut Regni nostri negotia vestræ Sanctitati maneant commendata, precibus, quantis decet & expedit supplicamus, vestræ Beatitudini grates referentes pro vestris apicibus, quibus paterna dulcedine nostrum animum vestri gratia lætificare ac revelare curastis.

Teste Rege apud Westm. undecimo die Decembris.

De Acquietantia Regi Franciæ concessa.

REX universis Christi fidelibus, præsentes litteras inspecturis, salutem. Ann. D. 1261.

Noveritis nos a carissimo Domino & consanguineo nostro, Ludovico, Dei gratia, illustri Rege Franciæ, numeratâ pecuniæ summâ recepisse decem millia, quadringentas, sexdecim libras, tresdecim solidos, & quatuor denarios, Turonensis Monetæ, deducenda de illa summa pecuniæ in qua nobis idem Rex tenetur pro sumptu militum secundum quod in forma pacis, inter ipsum, & nos initæ, plenius continetur. An. 46. Hen. 3. Pat. 46. H. 3. m. 30.

Et nos quidem illa decem millia, quadringentas, sexdecim libras, tresdecim solidos, & quatuor denarios Turonenses in primis computari volumus, & deduci de prima solutione, quam prædictus Rex Franciæ facere nobis debet de summa pecuniæ; promittentes etiam quod dictam pecuniam, vel tantumdem pecuniæ impendemus

... aliquas faciam con-
* I. 734. venticulas, vel juratas per me, vel per alium; set, si scirem quod aliquis prædicta conaretur, statim Domino meo prædicto, vel ejus mandato eadem nunciabo:

Et quod pro immutatione status Civitatis Baion. facta a Domino Edwardo, non nocebo, nec machinabor aliquid contra aliquem de vicinis meis.

Et hæc omnia promisi fideliter observanda sub incursione personæ meæ, & omnium rerum mearum.

Ad majorem etiam securitatem faciendam eidem Domino meo, fidejussores inveni & liberavi, scilicet, Petrum de Gaveret, Petrum Arn. de Luc. Johannem de Norton, & Edmundum de Soubist. Cives Baion. qui se modis omnibus prædictis pro me obligaverunt.

Nos vero memorati Petrus Gavert, Petrus Arn. Johannes de Norton, confitemur, & palam protestamur quod prædictus Augerius omnia prædicta fideliter & sine dolo tenebit, & ipsa promittimus pro eo, sub incursione personarum & omnium rerum nostrarum.

In cujus rei testimonium nos omnes præsentibus litteris sigillum nostrum apposuimus.

Dat. Burdeg. undecimo die Decembris, anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo primo.

De duobus mill. Marc. sterling. Ecclesiæ Romanæ solvendis pro duobus annis jam transactis.

Ann. D. 1261. An. 46. H. 3. Ex Autogr.

URbanus Episcopus, servus servorum Dei, carissimo in Christo filio illustri Regi Angliæ, salutem & Apostolicam benedictionem.

Honorem tuum, fili carissime, decere credimus, ac tuis & Regni tui profectibus expedire ut, quod juste debes Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ matri tuæ, sic promptus exolvas, quod gratiam acquiras ex debito, & commendari mereatur Celsitudo Regia ex affectu.

Cum igitur census annuus mille Marcarum sterlingorum, a te Ecclesiæ Romanæ debitus, pro duobus annis transactis, usque ad Festum beati Michaelis proximo præteritum computandis, non fuerit persolutus; Excellentiam tuam requirendam duximus, & affectione paterna rogandam, quatinus censum ipsum, pro eisdem annis, dilecto filio fratri Johanni de Cantia, ordinis fratrum minorum, has tibi litteras præsentanti, nomine nostro & ejusdem Ecclesiæ, ob reverentiam Apostolicæ sedis & nostram, sublato dilationis & difficultatis obstaculo, prompta voluntate persolvas;

Ita quod, te matris justitiæ debitum hylariter exolvente, Regiæ devotionis commendetur sinceritas, & gratia nostra tibi, fratrumque nostrorum dilectio semper accrescat.

Dat. Viterbii, Idibus Decembris, Pontificatûs nostri anno primo.

Plumbeo Sigillo a filo canabeo.

Littera Duci Britanniæ super extenta honoris ...

REX Duci Britanniæ salutem, & sinceræ dilectionis affectum. Ann. D. 1261.
Sinceritatem vestram nolumus ignorare quod, dilecto nobis Eudoni de Kaerderian Militi & fideli vestro ad nos nuper accedenti, optulimus quod, si super extenta honoris Richemundiæ, ad quam ex parte vestra fuerat deputatus, cum Milite illo, quem ad hoc assignavimus pro parte nostra, convenire non posset in aliquo, quod tibi videretur corrigendum, An. 46. H. 3. Claus. 46. H. 3. m. 17. d.

Nos alium assignaremus loco nostri, qui negotium prædictum plene in omnibus secundum formam conventionis, inter nos, & vos habitæ, expleret cum ipso.

Optulimus insuper eidem ut denarios, quos pro valore terræ Agenesii a Domino Rege Franciæ illustri recipere debemus, in partem satisfactionis extentæ prædictæ assignaremus, & residuum de Scaccario nostro integre exsolvi faceremus.

Quæ singula, licet ab eo nondum acceptata, sumus & erimus explere parati ad vestræ beneplacitum voluntatis.

In hiis & aliis nobis beneplacitum vestrum significetis.

Teste Rege apud Westm. 28 die Decembris.

Ejusmodi Littera Johanni filio prædicti Ducis Britanniæ.

REX Johanni, primogenito Ducis Britanniæ. Ann. D. 1261.
Sciatis quod, dilecto nobis Eudoni de Kaerderian, Militi prædicti patris vestri, nuper ad nos accedenti, optulimus quod, si super extenta honoris Richemundiæ, ad quam ex parte prædicti patris vestri deputatus extiterat, cum Milite illo, quem ad hoc assignavimus pro parte nostra, convenire non posset in aliquo, quod sibi videretur corrigendum, An. 46. H. 3. Ibidem.

Nos alium assignaremus, loco nostri, qui negotium prædictum secundum formam conventionis, inter nos, & vos habitæ, plene in omnibus expleret cum ipso.

Et quod denarios, quos pro valore terræ Agenesii à Domino Rege Franciæ recipere debemus, vobis in partem satisfactionis extentæ prædictæ assignaremus, & residuum de Scaccario nostro integre faceremus exsolvi:

* Quæ singula, licet à prædicto milite nondum acceptata, parati sumus & erimus ad beneplacitum dicti Progenitoris vestri & vestrum explere. * I. 736.

Cæterum Nuncios nostros speciales usque Parisius transmittimus, ut vobis ibidem, sine moræ dispendio, de termino vestro, jam præterito, satisfacere procurent:

Super quibus & aliis, statum vestrum contingentibus, vestram nobis voluntatem significetis confidenter.

Teste ut supra.

Et mandatum est uxori suæ quod statum suum Regi significet, &c.

m. 17. d. gentibus negotiis, nos & statum nostrum contingentibus, opus habemus Apostolicæ Sedis gratiam implorare;

Nos, de consueta dictæ sedis benignitate confisi, ad ejus suffragia recurrimus confidenter, rogantes, & precibus postulantes intentis, quatinus, cum tempore fælicis recordationis Domini A. prædecessoris vestri, Apostolicæ Sedis literas obtinuerimus super reformatione status nostri, & absolutione Juramenti, pro observandis quibusdam ordinationibus, colligationibus, & statutis præstiti, quæ in diminutionem & depressionem potestatis Regiæ cedunt manifeste:

Cumque impetrationes prædictæ ante obitum prædecessoris vestri memorati, ad usum minime pervenire potuissent; easdem, tàm in hiis, quæ personam nostram specialiter contingunt, quàm in illis quæ dissolutionem colligationum prædictarum & Juramenti prædicti in aliis respiciunt, jubeatis de vestræ benignitatis gratia innovari:

Petitiones in vestro conspectu, pro obtinenda confirmatione statutorum hujusmodi, ac aliorum jam, ut dicitur, exhibitas, quæ in depressionem libertatis Regiæ, seu etiam juris nostri cedunt læsionem, ad exauditionem, si placet, nequaquam admittentes.

Rogamus insuper ut dilectos, Magistrum Johannem de Hemingford, & Magistrum Rogerum Luvell, Clericos ac procuratores nostros, unà cum negotiis nostris, habere velit vestra Sanctitas propensius commendatos.

Et cum nuper, dum nostrum sigillum in potestate foret aliena, quamplures alii constituti fuerint procuratores nomine * nostro, quod non approbamus, ipsorum potestatem omnino revocamus, præsertim cum ipsi ea magis quæ nobis obesse possent, quam prodesse, agere moliantur.

* I. 737.

Teste Rege apud Westmon. primo die Jan.

Ejusmodi Littera O. Cardinali, de Rege a Juramentis absolvendo.

Ann. D. 1262. An. 46. H. 3. Claus. 46. H. 3. m. 17. d.

REX Venerabili in Christo Patri Ottobono, sancti Adriani Diacono Cardinali, salutem, & sinceræ dilectionis affectum.

Cum Ecclesia Romana, veluti pia mater devotis filiis, & nobis, præ cæteris, sui gratiâ, in nostris & Regni nostri negotiis, maternæ pietatis viscera clementer aperiens, multa beneficia ad nostri conservationem honoris jugiter exhibuerit, & jam, pro quibusdam urgentibus negotiis, nos & statum nostrum contingentibus, opus habeamus Apostolicæ Sedis gratiam implorare:

Nos, de vestra dilectionis prærogativa confisi, ad vos recurrimus confidenter, rogantes & precibus postulantes intentis, quatenus, cum tempore fælicis recordationis Domini A. quondam summi Pontificis, Apostolicæ Sedis literas obtinuerimus, super reformatione status nostri, & absolutione juramenti, pro observandis quibusdam Ordinationibus, Colligationibus & statutis præstiti, quæ in diminutionem & depressionem potestatis Regiæ cedant manifeste;

Cumque impetrationes prædictæ, ante obitum prædicti Domini A. ad usum minime pervenire potuissent, easdem tam in hiis, quæ personam nostram specialiter contingunt, quam in illis, quæ dissolutionem colligationum prædictarum & juramenti prædicti in aliis respiciunt, procuretis efficaciter à summo Pontifice solitâ vestræ benignitatis gratiâ, innovari;

Procurantes etiam, si placet, ne petitiones, in conspectu ejusdem summi Pontificis, pro obtinenda confirmatione statutorum hujusmodi, ac aliorum jam, ut dicitur, exhibitæ, quæ in depressio-

eundem etiam vobis specialiter commendamus, Sanctitati vestræ veraciter intimantes eundem à præmissis, perperam sibi impositis, innoxium esse penitus & immunem.

Quocirca dilectionem vestram duximus requirendam quatinus nullam detractoribus aut suggestoribus hujusmodi fidem adhibere velitis, set tanto ipsum prosequi velitis, si placet, affectione & gratia ampliori, quanto alii ipsum & famam suam injuste & malitiose deprimere moliuntur.

Data apud Westmon. primo die Januarii.

Littera Ricardo Regi Romanorum de Compromisso facto per Regem & Barones.

EGregio Principi, Domino suo, Reverendo Domino R. Dei gratia, Regi Romanorum semper Augusto, sui devoti Philippus Basset Justiciarius Angliæ, Robertus Walerand, W. de Merton, Johannes de la Haye, Ricardus Folyot, & Ricardus de Mideltun, salutem cum reverencia & honore.

Ann. D. 1262. An. 46. H. 3. Ex 6. Bundel. n. 15. Penes Camerar. Scaccar.

Cum nos præfati Philippus, Robertus, & Walterus, electi pro parte Domini Regis; & nos præfati Johannes, Ricardus, & Ricardus, electi ex parte Baronum, ad providendum de Comitatibus & Vicecomitibus, qualiter res se habere debeat post festum Sancti Michaelis proximò futurum de negotio prædicto invicem tractaremus, ac nos, qui pro parte ipsius Domini Regis electi sumus, statum ipsius Domini Regis & Prædecessorum suorum considerantes, discerneremus quod Rex ipse Vicecomites poneret libere, prout expedire viderit in singulis Comitatibus, pro voluntate, prout ipse & Antecessores sui semper facere consueverunt:

Nos autem, qui pro parte Baronum electi sumus, discerneremus & utilem censeremus quod, pro commodo ipsius Domini Regis, & pro cordibus fidelium suorum & populi sui ad affectionem suam specialem advocandis, & in devotione majori per hoc firmandis, poneret Vicecomites idoneos & sufficientes per Concilium suum in singulis Comitatibus, de quibus ipse & Barones sui posuerunt se in misam; dummodo dicti Vicecomites essent de Comitatibus illis, & eos, prout expedire videret, in officio prædicto retineret, vel amoveret, & alios de eisdem Comitatibus substitueret.

Ita etiam quod modus iste usque decennium duraret, ipso Rege ulterius ad hoc non obligato, nisi sibi placeret, & expedire videret; præsertim cum hoc ad suam, vel suorum non cederet in exhæredationem, nec ad sui Dominii præjudicium vel diminutionem.

Tandem cum nos omnes, tàm pro parte Regis, quàm pro parte Baronum electi, in unum consentire super præmissis non possemus, ab invicem recessimus.

Cum igitur nostra potestas ulterius se non extendat in præmissis, vos, utpote ad quem exnunc pertinet diffinitio negotii prædicti, inde faciatis & statuatis, quod vestra veneranda discretio viderit convenire.

Ad hujus autem rei testimonium has literas nostras vestræ Celsitudini transmittimus patentes.

Dat. London. die Dominica, proxima ante Purificationem beatæ Virginis, anno Regni ipsius Domini Regis 46.

Ric.

Ann. D. 1262. An. 46. H. 3. Ex Bundel litterarum tempore H. 3. EXcellentissimo Domino suo, & si placet, Fratri suo H. Dei gratia, illustri Regi Angliæ, Domino Ybherniæ, & Duci Acquitaniæ, sua Margareta, quondam Vicecomitissa Thoartii, salutem, si placet, & paratissimum ad ejus beneplacita famulatum.

Excellentiæ Regiæ modis omnibus quibus possum supplico quatinus feodum, quod mihi ex mera liberalitate contulistis, michi reddi vestri gratia faciatis:

Novit etenim ille, qui nichil ignorat, qui scrutator est cordium, & cognitor secretorum, quod ad hoc quærendum à vobis major, quam credi possit, necessitas me compellerit;

Maxime cum, elapso jam quinquennio, coram Domino Pictaviensi, cum Nobili viro Karolo illustri Comite Andegaviæ & Provinciæ, Fratre Excellentissimi Regis Franciæ ex una parte, & cum Nobili Vicecomite Thoartii ex altera causam habeam, ad cujus prosecutionem non possunt, nec potuerunt, nec poterunt sufficere bona mea,

Set scio quod me mendicare oportebit, & omnino demittere dictam causam, cujus causæ seu querelæ redditus summam trium milium librarum excedunt, nisi michi & Guidoni nepotulo vestro (cujus causa est) Majestas Regia manum porrexerit adjutricem; vobis iterum & incessanter supplicans quatenus michi & dicto Guidoni Nepotulo vestro, in tam urgenti necessitatis articulo, dignemini vestri gratia subvenire, michi dictum feodum cum arreragiis, per latorem præsentium, quem ob hoc ad vos specialiter mittimus transmittendo.

Tantum inde, vestri gratiâ, facientes quod me & dictum Guidonem, cujus capud estis, & nos membrum, non permittatis omnino languescere vel perire.

Valeat bene & diu Excellentia vestra.

Littera Lewelino Filio Griffini de pace ineunda.

Ann. D. 1262. An. 46. H. 3. Pat. Claus. 46. H. 3. m. 16. d. REX Lewelino, filio Griffini salutem.

Super eo, quod per vestras litteras nos rogatis de certo die vobis assignando, quo possetis sollempnes Nuncios ad nos mittere pro consummatione negotii pacis, inter nos, & vos prolocutæ, scire vos volumus quod, sine Edwardo filio nostro primogenito, cui terras, quas in partibus vestris habebamus, dudum contulimus, sicut nostis, negotium illud fieri non posset nec deceret.

* I. 740. * Verum, licet idem filius noster ad nos venisse debuisset in Angliam in hoc festo Natalis Domini jam præterito, sicut nobis significavit, ipse tamen, suis negotiis in Vasconia (quæ jam, sicut intelleximus, laudabiliter expedivit) præpeditus, ad nos nondum est reversus, verumptamen ipsius adventum de die in diem expectamus:

Et quia nollemus, sicut nec deceret, aliquam pacem inter nos, & vos sine prædicto filio nostro fieri, per quod aliqua causa contentionis, seu malæ voluntatis inter ipsum, & vos relinqueretur; vobis significamus quod, quamcitius idem filius noster venerit, seu

convocatis die Dominica, proxima ante conversionem beati Pauli Apostoli, cum omni solempnitate, gaudio, & triumpho, assistentibus Domino Papæ Fratribus suis, in Ecclesia Fratrum Minorum Viterbii, Canonizatus extitit reverenter; qui præcepit ejusdem festum per universum mundum 3. Non. Aprilis, scilicet, in vigilia Sancti Ambrosii, illa, videlicet, die qua de hoc sæculo migravit, ad dictam solempnitatem celebrari; concedens omnibus ibidem existentibus indulgentiam trium annorum, & trium quadringenarum; & etiam absentibus, qui nomen ejusdem Sancti cum devotione invocabunt.

Cognoscat insuper Regia Celsitudo quod Dominus Manfredus, Regni Siciliæ occupator, solempnes Nuncios, die Jovis in conversione beati Pauli, ad Curiam destinavit; quibus obtinendi, & statûs sui reformationem impetrandi, potestatem & speciale mandatum concessit; qui trescenta millia unciarum auri Domino Papæ & suis Fratribus obtulerunt; de cujus auri quantitate triginta millia unciarum incontinenti persolventes eisdem, & ipsius auri residuum in deposito, * Domini Papæ & fratrum nomine, ipso in Regem * I. 741. coronato, Apuliæ existente, humiliter promittendo prædictis Domino Papæ & Cardinalibus, postquam coronatus haberetur, decem millia unciarum auri annuatim solvere: quibus auditis eorumque petitione non admissâ redeundi licentiam tribuerunt.

Valeat Excellentia vestra per tempora longiora.

P S.

SCiat etiam Celsitudo Regia quod Magister Johannes Maunsell reformationem status sui ad plenum, cum omnibus clausulis, & non obstantibus necessariis, impetravit & gratiam Domini Papæ & Cardinalium, prout in literis Excellentiæ vestræ transmissis plenius continetur.

Dat. Viterbii die Lunæ proxima post Purificationem beatæ Mariæ Virginis.

Littera Regi Angliæ de vacatione Ecclesiæ Romanæ, a 25 die Maii, usque ad diem Decollationis Sancti Johannis Baptistæ, & de electione Papæ & assumptione nominis Urbani & de aliis.

Alia littera de electione Papæ, & de ordinatione Cardinalium magna fact.

De tractatu habito cum Rege Franciæ.

EXcellentissimo Domino suo, Domino H. Dei gratia, Regi Angliæ illustri, Domino Hiberniæ, & Duci Acquitanniæ, devoti & fideles sui, J. de Cleyshull, & J. de Mountferrant, salutem, & fidele semper obsequium. Ann. D. 1262. An. 46. H. 3. Ex Bundel. ut supra.

Serenitati Regiæ præsentibus significamus quod, in crastino Purificationis beatæ Mariæ Virginis, cum Thesauro vestro Paris. pro-

I 3

Angliam festinanter veniemus.

Dominus vero Rex Franciæ, & Domina Regina, cum liberis suis sani sunt & incolumes, vestram prosperitatem & convalescentiam tanquam propriam affectantes; valeat Excellentia vestra Regia per tempora longiora.

Data Paris. in crastino cinerum.

---

* I. 742. * *Littera Ludovici Regis Franciæ super Comite Leycestriæ.*

Ann. D. 1262. *An. 46. H. 3. Ex Bundel. ut supra.*

LUdovicus, Dei gratia, Franciæ Rex, Egregio Principi karissimo consanguineo suo Henrico, eadem gratia, illustri Regi Angliæ, Domino Hiberniæ, & Duci Acquitanniæ, fideli suo, salutem & sinceræ dilectionis affectum.

Intelleximus ea, quæ Nuncii vestri, ad nos accedentes, nobis exposuerunt super eo quod vobis loqui feceramus qualiter dilectus noster Comes Leicestr. ad pacem vestram & gratiam posset redire:

Et circa ea, quæ ab ipsis audivimus postmodum tractari fecimus cum vestris Nunciis, ac Comite supradicto; nos tamen ad præsens invenire non possumus aliquam viam pacis, quod est plurimum nobis grave.

Data Paris. die Jovis post Brandon.

Bulla quod Rex Angliæ, Regina, & Filii sui absolvantur a juramentis quoad observationem quorundam statutorum, ordinationum, & colligationum factorum in diminutionem potestatis Regis.

Ann. D. 1262. *An. 46. Hen 3. Ex Autogr.*

URbanus Episcopus servus servorum Dei, venerabilibus fratribus Archiepiscopo Cantuarien. & Episcopo Norwicen. & dilecto filio Johanni Mansell Thesaurario Eboracensi, Capellano nostro, salutem & Apostolicam benedictionem.

Cum olim, ut nobis innotuit, ad fælicis recordationis Alexandri Papæ Prædecessoris nostri notitiam pervenisset, quod carissimus in Christo noster Rex, & carissima in Christo filia nostra Regina Angliæ, illustres, ac nobiles viri Edwardus & Edmundus eorum filii, quasi per quandam Baronum suorum impressionem inducti, & nonnulli alii Magnates, & alii, tàm Clerici, quàm Laici, ejusdem Regni, ad observandum quædam statuta, ordinationes & colligationes quæ nonnulli ipsorum Magnatum, sub prætextu reformandi statum ipsius Regni, nomine prædicti Regis dicebantur fecisse, ac jurejurando firmasse, propriis astrinxerant juramentis, in diminutionem potestatis ipsius Regis, ac depressionem Regiæ libertatis:

Præfatos Regem, & Reginam, & eorum natos, extunc per suas absolvit litteras ab hujusmodi juramento, & vobis etiam per alias diversas litteras districtè præcipiendo mandavit, ut præfatos Magnates, & vos ipsos invicem, si opus existeret, & alios vos omnes, vel duo vestrum, vel tu, frater Archiepiscope, solus ejusdem prædecessoris vice, ac de ipsius plenitudine potestatis, a juramento prædicto prorsus absolvere, prædictasque colligationes dissolvere, atque Magnates, Barones, Proceres, & alios dicti Regni, ut, non obstantibus hujusmodi juramentis, præfato Regi, tanquam suo Principi, adhærerent fideliter & intenderent, sibi debita promptæ fidelitatis & pacificæ subjectionis obsequia exhibentes, nec prætextu constitutionum & ordinationum prædictarum, aliquatenus im-

mus experiri prout ipse vobis referre poterit viva voce. *H. 3.*

Scripsimus namque Regi Norwagiæ pro Nunciis vestris vobis *m. 12. d.*
remittendis, & pro facto quod vertitur inter vos & ipsum.

Similiter etiam Domino Papæ pro vestris negotiis scripsimus veluti pro nostris.

Pro facto autem Ecclesiæ de Salkhull, ad nos vocari fecimus Episcopum Karliolensem usque ad unum mensem post Pascha futurum, ut negotio, quod inter vos agitur, per viam pacis seu justitiæ, quatenus poterimus, consilium apponamus.

Cæterum, quia vestra negotia nostra non minus reputamus, & in hiis, quæ vel ad securitatem vestram, vel ad commodum pertinent, vestris desideriis annuere vellemus, libenter præfatum Nuncium vestrum nobiscum tam diù retinuimus, ut vobis solutionem illius pecuniæ, quam satis nostis, si ad hoc nobis via pateret, fieri provideremus;

Verum quia pro variis & urgentibus negotiis nostris, quæ vos credimus non latere, multa nos oportuit effundere, & impensas intolerabiles facere anno præsenti, nec exitus seu proventus, nobis debitos, recepimus prout temporibus aliis fieri consuevit;

Et insuper cum jam dilecto nobis Alexandro, Senescallo Scotiæ, de quingentis Marcis, nomine vestro, satisfecerimus prout rogastis (per quod nobis pecunia non extat ad manus) Sinceritatem vestram requirimus & rogamus quatenus molestum non habeatis, si vobis, ad præsens, non satisfecimus de pecunia supradicta;

Et quia nollemus vobis terminum vel terminos ulterius assignare, nisi eos observari faceremus in totum, rogamus ut unam medietatem pecuniæ prædictæ in Festo Sancti Michaelis proximo futuro, & aliam medietatem ad Pascha, absque mentis vestræ tædio vel gravamine, recipere velitis hujusmodi nobis rogatum concedendo benigne, quia terminos prædictos vobis faciemus modis omnibus plenius observari.

Teste Rege apud Windlesoram, 23 die Martii.

Littera ab Edwardo Principe de adventu suo ad Regem.

EXcellentissimo Principi, Domino & Patri suo reverendo, Domino Henrico, Dei gratiâ, illustri Regi Angliæ, Domino Hiberniæ, & Duci Acquitanniæ, Edwardus filius suus salutem, cum omni reverentia, subjectione, & honore. Ann. D. 1262. *An. 46. H. 3. Ex Bundel. Litter. tempore H. 3.*

Super eo minime volens redargui ut ea, quæ processerint de labiis meis, irrita reputarentur, reverendæ Celtitudini vestræ duxi significandum quod, secundum promissum meum, omnibus aliis prætermissis, in instanti festivitate Paschæ ad vos venire non omittam, paratus in omnibus, pro posse meo, vestra mandata & præcepta perimplere.

Præterea, auditis & diligenter intellectis articulis, in transcripto literarum, Domini Regis Franciæ, vobis directarum super negotio Bragor. & Gouc. contentis; taliter in eisdem, Deo dante, & consilio vestro mediante, procurabimus pertractari, quod vobis & mihi cedet in commodum cum ad vos venero.

Et quoniam Ens. de Domon nuper misi London. pro quibusdam negotiis * meis ibidem expediendis, qui secum sigillum meum detulit, has literas sigillo Domini Warini de Bassigburn. Militis mei feci sigillare. * I. 744.

Dat. apud Bristoll. tricesimo primo die Martii, anno Regni vestri quadragesimo sexto.

Lit-

Ex Bundel. Litter. tempore H. 3. Mandamus vobis, tanquam Duci Acquitanniæ, quatenus Renaudo de Pontibus & ejus uxori, super homagio quod vobis offerunt de Genciaco & ejus pertinentiis, certum diem & certum locum assignetis in Wasconia, & illud homagium seu ejus fidelitatem recipiatis ibi, vel recipi faciatis, secundum quod Procuratoribus vestris per jus fuit in Curia nostra dictum.

Litterasque vestras apertas eidem Renaudo & ejus uxori sufficientes de conductu, eundo ad dictum diem & dictum locum, ac etiam morando ibidem propter hoc, & inde redeundo.

Prætea Senescallis vestris Vasconiæ & Petragoricen. per vestras mandetis literas, ut testes de eorum Senescalliis, quos idem Renaudus & ejus uxor sibi nominaverint, usque ad duodecim personas, coram nobis adjornent ad instantem Quindenam Penthecostes, ad ferendum testimonium in causa, quam habent dictus Renaudus & ejus uxor contra vos coram nobis: Taliter ipsum Renaudum & ejus uxorem de prædicto expedientes homagio infra prædictam Quindenam Penthecostes, ne super causa Bregeriaci, quam contra vos in nostra habeant Curia, valeant impediri.

Dat. die Jovis ante Lætare Jerus.

Littera, de recommendatione, Regi Angliæ, ab Rege Franciæ ex parte Episcopi Hiberniæ.

---

* I. 745. ** Littera Regis Franciæ pro Nicholao de Senooz.*

Ann. D. 1262. An. 44. H. 3. Ex Bundel. Litter. tempore H. 3. LUdovicus, Dei gratia, Franciæ Rex, Egregio Principi, karissimo consanguineo suo Henrico, eadem gratia, illustri Regi Angliæ, Domino Yberniæ, & Duci Aquitanniæ, fideli suo, salutem & dilectionem sinceram.

Pro Nicholao, dicto de Senooz, Cive nostro Rothomag. latore præsentium vos rogantes quatenus debitum bonum & legale, in quo sibi tenemini, sicut dicit, cognitum aut probatum eidem reddi faciatis, atque solvi.

Act. apud Gisortium, Dominica in Octabis Paschæ.

Ejusmodi Littera pro Helya le Ber.

Ann. D. 1262. An. 46. H. 3. Ibidem. LUdovicus, Dei gratia, Franciæ Rex, Egregio Principi, karissimo consanguineo suo, H. illustri Regi Angliæ, Domino Yberniæ, & Duci Acquitanniæ, fideli suo, salutem & sinceræ dilectionis affectum.

Pro Helya, dicto le Ber, Burgensi nostro Rotomagen. latore præsentium, quatenus debita bona & legalia, quæ sibi debentur ab hæredibus Johannis Flaming commorantibus in Anglia, sicut dicit, eidem reddi faciatis (dum tamen cognita fuerint aut probata) tan-

negotiis suis, Dominationem vestram affectuose rogamus quod in negotiis suis expediendis, in toto vel in parte, consilium, nostri gratia, apponatis; scimus enim quod urgens necessitas ipsam compellit ad vos mittere pro negotiis supradictis.

Diu & bene valete.

Littera Regi Angliæ a Beatrice uxore Domini Johannis Britan. super eodem negotio.

Littera a Ducissa Britanniæ de negotio antedicto.

A——— Treshaut Seignor, e a son Treschere Piere, si li plest, Henri, par la grace de Deu, Roe d'Engleterre, Seignor de Lyrland, e Duc d'Acquitaigne, Beatrice, sa devote file, Feme a mon sor Jehan de Bretaigne, salut, e amor cum a son cher Seignor, a soe aparellie a fere sa volente en totes choses. Ann. D. 1262. An. 46. H. 3. Ibidem.

Je vos faz a savoer, sire, que m'Ante, la Dame de Croon, m'est venue voer, e ma prie que je ves priaisse, que vos li bendesies une dete, que vos li deues;

E sachez, sire, qu'ele en a ben mestir por une sene fille a marie; por que je vos pri, sire, que vos, si vos plese, li bendes icele dete, e vos pri, sire, que vos ensacerz tant por nos de ceste chose, qu'ele s'aparcoeve que mes Prieres li aet valu,

E nostre sire vos gart.

De proclamando quod Rex a juramentis absolvitur.

REX Vicecomiti Eboracensi salutem. Ann. D. 1262.

Cum nuper apud Oxonium, per voluntatem Baronum nostrorum, ordinationibus & consiliis eorum supposuerimus nos, & statum negotiorum nostrorum, & Regni nostri, sub quibusdam conditionibus & promissionibus nobis factis, quas minime nobis observarunt; An. 46. H. 3. Claus. 46. H. 3. m. 11. d.

Ac ipsi postmodum plura, in præjudicium nostrum, & depressionem potestatis Regiæ, nec non in dampnum subditorum nostrorum & suorum, attemptare præsumpserint; & colligationes inter se fecerint, quæ in præjudicium & derogationem juris Regii, & turbationem pacis nostræ cedere perpendimus manifeste: propter quod, ex forma nostræ concessionis, eis ulterius ad observationem præmissorum non tenemur.

Et cum, bonæ memoriæ, Alexander Papa quartus, nos ab observatione dictæ concessionis nostræ postmodum absolverit: & Dominus Papa Urbanus, qui nunc est, dicti prædecessoris sui adhærens vestigiis, nos a juramentis, & aliis, dictas ordinationes seu statuta contingentibus, absolutos denunciari, & dictas Colligationes, Ordinationes seu Statuta dissolvi mandaverit, quod per venerabilem patrem Norwicensem Episcopum, & discretum virum Johannem Mansel Thesaur. Eborum, dicti mandati executores, interveniente

insimul

lium Alemanniæ, de novo pro arduis negotiis, nos & ipsos tangentibus, supervenientes, quos cum maxima maturitate & deliberatione non modica nos expedire oportet, quod præsens vestram visitare præsentiam possumus nullo modo;

Quod quidem, si placet, moleste non feratis; &, si pro dicto inter vos & Comitem Gloucestriæ venire deberemus, scire vos volumus quod nostrum esset consilium, quod, dicto ipso pronunciato, illud modis omnibus observaretis indefesse.

Data apud Wallingford, undecimo die Maii, Indictione quinta, anno Regni quinto.

Bulla Abbati & Conventui Monasterii Sanctæ Crucis de Waltham, quod non liceat obligare bona sua creditoribus propter alicujus mandatum.

Ann. D. 1262. An. 46. H. 3. Ex Autogr.

URbanus Episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis Abbati & Conventui Monasterii Sanctæ Crucis de Waltham, ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis Sancti Augustini, Londoniensis Diocæsis, salutem & Apostolicam benedictionem.

Ecclesiarum utilitatibus tunc rectè consulimus, cum earum indempnitatibus præcavemus.

Sane ad audientiam nostram pervenit quod, diversis creditoribus, per patentes litteras vestro sigillo munitas, in diversis pecuniarum summis vos ad importunam aliquorum instantiam, obligastis: de quibus plerumque, quamquam ad manus vestras non pervenerint, nec cesserint in utilitatem Monasterii vestri, creditoribus ipsis satisfacere vos oportet, propter quod Monasterium ipsum incurrit sæpius detrimentum:

Nos itaque volentes, super hoc, salubre remedium adhibere, Universitati vestræ auctoritate præsentium districtius inhibemus, ne, ad aliquorum instantiam, vel mandatum, vos prædictum Monasterium, vel bona ejus obligare aliquibus creditoribus de cætero præsumatis.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ inhibitionis infringere, vel ei ausu temerario contraire;

Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli, Apostolorum ejus, se noverit incursurum.

Dat. Viterbii, secundo Non. Maii, Pontificatûs nostri anno primo.

Sigillo avulso.

Lewelino filio Griffini de emendatione treugarum.

Ann. D. 1262. An. 46. H. 3. Clauf. 46. H. 3. m. 10. d.

REX Lewelino filio Griffini, salutem.

Super eo quod nos rogastis quod interceptiones, nuper factas per Rogerum de Mortuo Mari, & Johannem le Estraunge in terris Griffini de Bromfeud, contra formam treugarum, inter nos initarum, faceremus emendari;

Sciatis quod mandavimus dictatoribus treugarum prædictarum, pro parte nostra deputatis, quod, a die Sancti Johannis * Baptistæ in unum mensem, sint ad vadum Muntgomery pro emendatione

* I. 748.

R per augmentum.

Super eo quod optioni nostræ relinquere voluistis ut, in adventu nostro Paris. hospitari possimus apud Poissy, vel apud Sanctum Maurum de Fossatis, Serenitati vestræ grates referimus speciales. 1262. An. 46. H. 3. Ibid. m. 9. d.

Celsitudini vestræ significantes quod malumus apud Sanctum Maurum hospitari, si placet, quam alibi; eo quod vobis, apud Viscenes existentibus, ibidem commode poterimus vestro frui colloquio & aspectu;

Quapropter jubere velitis, si placet, hospitium illud nostris Nunciis liberari.

Nos enim iter nostrum jam direximus ut, die statuto, ad vestram valeamus præsentiam pervenire.

Teste Rege apud Westm. vicesimo quarto die Junii.

De morte Lewelini filii Griffini.

Ann. D. 1262. An. 46. H. 3. Clauf. 46. & 47. H. 3. m. 4.

REX Philippo Basset Justiciario suo Angliæ, salutem.

Sciatis nos, & Reginam consortem nostram, liberosque nostros sanos esse & incolumes, quod de vobis scire præcordialiter affectamus; regratiantes vobis super hoc quod rumores, quos de morte Lewelini filii Griffini acceperatis, nobis adeo tempestive significastis.

Verumptamen, licet aliam non habuerimus certitudinem de morte prædicta, ex habundanti tamen vobis mittimus litteras nostras, directas H. Comiti Hereford, Rogero de Mortuo Mari, Reginaldo filio Petri, Johanni Lestraunge, Johanni filio Alani, Thomæ Corbet, Griffino filio Wennuwen, Fulconi filio Warini, & Radulpho le Buryller,

Continentes quod, cum prædictus Lewelinus non extiterit verus hæres Walliæ, nec per consequens David post natus frater ejus, per quod nullum jus competit eidem David in terra Walliæ, * maxime primogenito fratre suo superstite, & etiam homagia Nobilium Walliæ ab antiquo jure ad nos debeant pertinere, consilium & auxilium apponant per se, & amicos suos, & commarchiones, quod præsumptuosa dominatio prædicti David deprimatur, & jurisdictioni Regiæ applicetur. * I. 749.

Eodem autem modo scribimus Jacobo de Aldithel, hoc adjecto quod, habito Colloquio cum Griffino de Bromfeld, qui sororem suam duxit uxorem, inducat ipsum ut, spreta confœderatione ipsius David, nostræ adhæreat fidelitati.

Scribimus etiam Howelo fratri ejusdem Griffini, quod ipsum fratrem suum ad hoc inducat.

Item scribimus Mereduco filio Resi, quod de Sutwallia nullam concordiam vel amiticiam cum prædicto David ineat, quo minus veniat ad fidem nostram.

Unde vobis mandamus quod, si præfatus Lewelinus mortuus fuerit, ut prædictum est, tunc præfatas litteras nostras prædictis Marchionibus, ex parte nostra, mittatis, & exercitum nostrum Angliæ summoneri faciatis, quod sit apud Salop. in Vigilia Nativitatis beatæ Mariæ proximo venturæ, paratus ire nobiscum in expeditionem contra inimicos nostros Wallenses.

Et mandetis, ex parte nostra, omnibus Militibus, familiaribus nostris, quod prompti sint & parati ire nobiscum ad partes illas, quandocumque reversi fuerimus in Angliam: vel cum Edwardo filio nostro primogenito; seu cum alio, quem propter hoc ad partes illas citius destinaverimus loco nostri.

Et insuper tàm ex parte nostra, quàm ex parte vestra mandetis alíis

Cæterum super facto Wasconiæ, de quo prædicti Nuncii nos ex
* I. 750. parte vestra * sollicitarunt, vobis volumus esse notum quod prudentes viros & solempnes Nuncios pluries ad Wasconiam destinavimus, ad complendum pro parte nostra quæ in conventione inter vos & nos inita continentur: Qui, ad nos reversi, asserebant quod nichil pro parte nostra remansit ulteriùs faciendum; attamen, si quid nobis in præmissis visum fuerit omissum, vel minus completum, placeat vobis aliquem, seu aliquos de vestris ad partes illas mittere, & nos tales in occursum ad diem, quem nobis assignaveritis, mittemus, qui plenam habebunt potestatem faciendi & complendi quæ pro parte nostra, secundum conventionem prædictam, fuerint facienda.

De subsidio vero Affricano, de quo dicti Nuncii similiter mentionem fecerunt, vobis significamus quod Regnum nostrum, occasione turbationum prædictarum, non in firmo statu existit:

Cessantibus autem impedimentis prædictis, & statu Regni nostri in melius reformato, libenter super hoc faciemus quod honori vestro & nostro noverimus convenire.

Teste Rege apud Sanctum Germanum de Pratis, 16 die Augusti, anno, &c.

De Emendis Interceptionum contra Treugas cum Lewelino faciendis.

Ann. D. 1262. An. 46. H. 3. Pat. 46. H. 3. m. 2.

REX omnibus, &c. salutem.

Sciatis nos venerabilibus patribus, R. Coventr. & Lichfeldensi, & S. Norwicensi Episcopis, & dilectis & fidelibus nostris, Humfrido de Bohun Comiti Hereford. & Jacobo de Aldithel, quos mittimus ad vadum de Muntgomery in Crastino beati Michaelis proximo venturo, quibus omnibus, vel eorum aliquibus, vel alicui, quos vel quem ibidem adesse contigerit, plenam dedisse potestatem faciendi & recipiendi nomine nostro emendas super interceptionibus, nuper factis in terris Griffini de Brumfeud vel alibi, contra formam treugarum inter nos & Lewelinum filium Griffini initarum:

Ratum habituri & firmum quicquid ipsi omnes, vel eorum aliqui, vel aliquis, quos vel quem ibidem adesse contigerit dictis die & loco, & diebus continuandis, si necesse fuerit, vel alio die, quem ad hoc providerint vel providerit, nomine nostro in præmissis duxerint, vel duxerit faciendum.

Damus etiam præfatis Episcopis, Comiti, & Jacobo, vel aliorum aliquibus, quos vel quem adesse contigerit, plenam potestatem faciendi districtionem super gentem nostram pro hiis faciendis & complendis, quæ per Dictatores treugarum prædictarum, utrimque deputatos, in præmissis considerata fuerint, vel statuta.

In cujus, &c.

Teste Philippo Basset Justiciario nostro Angliæ apud Bannebir. 25 die Augusti.

MAndatum est Duci Bruneswik quod, cum inter ipsum, & sororem Marchionis Montis Ferati, coram Rege & Regina Franciæ, Angliæ, & Navarræ per Regem & Nuncios ipsius Ducis Matrimonium solempniter sit contractum, quatinus, idem Dux ad præsentiam Regis London. veniat, in Quindena Paschæ proximo ventura, conjugem suam prædictam inde ad propria perducturus.

Ann. D. 1262. An. 46. H. 3. Claus. 46. & 47. H. 3 m. 3. d.

Teste Rege apud Sanctum Germanum de Pratis, 6 die Octobris, anno, &c.

Pro R. Archiepiscopo Carent.

HEnricus, Dei gratia, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, & Dux Acquitanniæ, dilecto Clerico & Cancellario suo, W. de Merton, salutem.

Ann. D. 1262. An. 46. H. 3. Ex Bundel. Litter. tempore H. 3.

Mandamus vobis quod, scrutatis Rotulis Cancellariæ nostræ, faciatis habere venerabili Patri R. Carent. Archiepisco breve suum *de liberate*, de termino Sancti Michaelis proximo præterito, de annuo feodo suo, quod percipit ad Scaccarium nostrum.

Teste meipso apud Sanctum Germanum de Pratis, 8 die Octobris, anno Regni nostri 46.

Pro Executoribus Amaudei quondam Comitis Sabaudiæ, & Thomæ de Sabaudia quondam Comitis Flandriæ.

HEnricus, Dei gratiâ, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, & Dux Aquitaniæ, dilecto Clerico & Cancellario suo, W. de Merton, salutem.

Ann. D. 1262. An. 46. H. 3. Ex Bundel Litter. tempore H. 3.

Sciatis quod, ad instantiam Executorum Testamentorum Amaudi, quondam Com. Sabaudiæ, & Thomæ de Sabaudia, quondam Com. Flandriæ, Fratris ejus, concesserimus venerabili Patri Philippo Lugdunen. Electo, Fratri prædictorum Amaudi & Thomæ, & Attornato prædictorum Executorum, quod de arreragiis feodorum suorum, quæ eis concesseramus annuatim percipienda ad Scaccarium nostrum, idem Electus percipiat, per annum, ad Scaccarium nostrum, mille Marcas:

Viz. ad Scaccarium nostrum Pasch. proximo sequens mille Marcas; & ad Scaccarium nostrum Sancti Michaelis proximo sequens quingentas Marcas; & ad Scaccarium nostrum Paschæ proximo sequens alias quingentas Marcas; & sic, de anno in annum, ad eosdem terminos, mille Marcas, donec prædicta debita ei fuerint persoluta.

Et ideo vobis mandamus quod, scrutatis Rotulis Cancellariæ nostræ, breve * *de liberate* ei, vel certo Attornato suo, de prædictis * I. 752.
arreragiis habere faciatis sicut prædictum est.

Teste meipso apud Sanctum Maurum de Fossatis, 12 die Octobris, anno Regni nostri 46.

mandato speciali Sedis Apostolicæ, ad tempus quinquennii.

Ann. D. 1262. An. 46. H. 3. Ex Autogr.

URbanus Episcopus, servus servorum Dei, carissimo in Christo filio Regi Angliæ illustri salutem & apostolicam benedictionem.

Inclita Serenitatis tuæ devotio promeretur ut, quòd à nobis dignè postulas, ad exauditionis gratiam liberaliter admittamus.

Tuis itaque supplicationibus inclinati, auctoritate tibi præsentium indulgemus, ut nullus delegatus, vel subdelegatus, executor aut etiam conservator, auctoritate litterarum Sedis Apostolicæ, seu legatorum ipsius, in te, & carissimam in Christo filiam nostram, Reginam Angliæ illustrem, uxorem tuam, excommunicationis; vel Capellam, Terras, Civitates, Castra, & Maneria tua interdicti sententias promulgare valeat, absque speciali mandato sedis ejusdem, plenam & expressam faciente de indulto hujusmodi mentionem; præsentibus post quinquennium minimè valituris.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire;

Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli, Apostolorum ejus, se noverit incursurum.

Dat. apud Urbem veterem, 7 Id. Novembr. Pontificatûs nostri anno secundo.

Plumbeo Sigillo a filis sericis flavi rubeique coloris.

• I. 753.

** Littera Haguino Regi Norwegiæ de Negotio Scotiæ.*

Ann. D. 1262. An. 46. H. 3. Claus. 46 & 47. H. 3. m. 1. in Sced.

HEnricus, Dei gratiâ, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, Egregio Principi H. eadem gratiâ, Regi Norwegiæ illustri, salutem, & fælices ad vota successus.

Literas vestras, nuper nobis transmissas, benigne recepimus ut decebat, ex quarum tenore perpendimus quod vestræ non extitit voluntatis exercitum ducere in Regnum Scotiæ; vel aliquam guerram movere Regi Scotiæ affini nostro karissimo; nec etiam Nuncii ejusdem Regis, in terra vestra arestati, contra honestatem Regiam tractati fuerunt, sicut ex gravi querela quorundam nobis extitit plenius intimatum; super quo mansuetudinem Regiam plurimum commendamus.

De eo etiam quod eosdem Nuncios, ad preces ipsius Regis, liberari fecistis liberaliter & benigne, sicut in prædictis literis vestris perpendimus contineri, Serenitati vestræ gratiarum referimus actiones.

Et quia nollemus, sicut nec deceret, aliquam dissensionis materiam inter vos, & præfatum Regem suboriri, sed potius pristinæ dilectionis fœdera, inter Progenitores vestros, & suos dudum inita, ad honorem Dei, necnon & utriusque Regni commodum & quietem, in posterum feliciter continuari;

Præfatum Regem Scotiæ rogabimus, & diligenter inducemus quod, si per ipsum, vel suos, dampnum, vel injuria vobis, vel vestris fuerit illata, vobis eâ, quâ convenit, amicitiâ & vicinitate faciat emendari.

Quapropter serenitatem vestram rogandam duximus cum affectu, quatenus erga præfatum Regem & gentem suam tam curialiter & modeste vos habere velitis, quod mutuo honori vestro conveniat, & circumspectionem vestram pacificam merito commendare possimus.

[E]H. Dei gratia illustri Regi Angliæ, Domino Hiberniæ & Duci Acquitanniæ, suus J. ejusdem miseratione, Wyntoniensis Ecclesiæ Minister humilis, salutem & se ipsum cum omni reverentia & honore. [1262.] An. 47. H. 3. Ex Bundel. Litter. tempore H. 3.

De adventu vestro prospero in Anglia, quem sitibundis affectionibus jam dudum expectavimus, grates Altissimo referimus copiosas; verum Regalis Celsitudinis vestræ literas, die Sabbati proximo ante Natale Domini, dieque Dominica in ejusdem Vigilia, diversis tamen Nunciis, eodem recepimus sub tenore, quod festum Natale prædictum vobiscum celebraremus Cantuar. vobisque ad mare usque Dovorr. occursuri:

Ad quæ, tam pro loci distantia, quàm pro temporis brevitate, nos jam impossibiles effici satis liquet. Ingressu etiam in Ecclesia nostra Cathedrali Wyntoniæ dudum disposito & parato, quem Regalis Majestatis præsentia præstolata diutius credidimus illustrari, prout ore tenus vestræ dominationi nos Paris. reposuisse meminimus;

In quibus nostram impotentiam, non voluntariam, set potius necessariam, Regali Excellentiæ vestræ habere placeat excusatam, pro quo Magistrum Petrum de Exonia, Nepotem nostrum, Majestati Regiæ destinamus, pro solempni gerentes tripudio, si nobis per eundem vestræ prosperitatis eventus, sanitate comite, nuncietur, unà cum vestræ beneplacito voluntatis, quod paratos nos & meritò promptos pro viribus profitemur.

Cæterum, de statu nostro & Ecclesiæ nostræ, quam multis persecutionum procellis invenimus conquassatam, ordinato & disposito, sub celeritate qua poterit, post festum memoratum, gressus nostros versus vos, annuente Domino, quam citius dirigemus.

Excellentiam vestram conservet Altissimus, utinam! per diuturna tempora prospere regnaturam.

Dat. Winton. in Vigil.

Littera ab Episcopo Herefordensi, de perturbatione in partibus Marchiæ Walliæ.

EXcellentissimo Principi, Domino H. Dei gratiâ, illustri Regi Angliæ, Domino Hiberniæ, & Duci Acquitanniæ, N. eadem gratiâ Hereford. Ecclesiæ Minister humilis, salutem, & debitam ac devotam cum omni honore reverentiam. Ann. D. 1263. An. 47. H. 3. Ex Bundel. Litter. tempore H. 3.

De jocundo adventu vestro in Angliam gratias Altissimo referimus multiplices; Scientes quod literas vestras recepimus, apud Gloucestriam, die Sanctorum Innocentium in sero, per Hugonem de Croy Militem, & quendam alium Nuncium.

Ad hoc noverit Excellentia vestra, quod tota Marchia ita perturbata est qualiter non fuit temporibus nostris; Plures enim Milites de Marchia diversa dudum fecerunt Parlamenta, blada sua & instaurum vendiderunt, & quidam eorum terras suas, ut dicitur, alienarunt, alii quidem domos suas vacuas dimiserunt, quorum nomina vestram non credimus Excellentiam ignorare.

Lewelinus vero Princeps Walliæ nuper intravit terram Domini Rogeri de Mortuo Mari cum trescentis equitaturis armatis, & triginta millibus peditibus bellatorum, & Castrum dicti Domini Rogeri, de Knoklas obsedit & cepit: Castrum verò, ejusdem Domini R. de Kenenchles sibi redditum fuit, a quo dictus Dominus Rogerus cum tota familia sua, absque læsione seu conflictu, exivit. Et, licet credimus quod omnes homines vestri erga vos fideliter se habeant, ab omnibus, cum de patria dicitur communiter quod hoc totum sit in fraudem & alicujus mali machinationem, unde ita est

tota

teritis quod intra vicesimum diem Natalis Domini ad nos in Angliam veniretis, ac insuper tanta corporis nostri debilitate detinemur, quod ad partes illas personaliter accedere non possumus, & paucos inveniremus qui, sine nostra vel vestra præsentia, ad defensionem partium illarum in expeditionem accederent:

Vobis mandamus quod, sicut honorem nostrum pariter & vestrum diligitis, & sicut Castra vestra, Terras vestras, & hominum vestrorum, salvare, & indempnitatem & pacem gentis vestræ; quæ pro defectu defensionis prædicto Lewelino ad exhæredationem vestram pro parte jam adhæret, quod ulterius sustinere non debetis, ad nos in Angliam sine moræ dispendio veniatis, super præmissis festinum & efficax consilium impensuri: Præsertim cum præmissa, quæ vobis anxie movere debent, prætextu alicujus otiositatis, vel lasciviæ puerilis nullatenus omittere debeatis.

Turpe enim est & verecundum vobis quod dictus Lewelinus nobis in Senectute urgentibus & vestra juvenili ætate florente, treugas illas, quas verbo tenus tenere promittit, observare contempnit; set hæc de consilio & instinctu quorumdam de Regno nostro attemptare præsumat.

Teste.

Bulla de Statutis per Archiepiscopum Cantuariensem editis, inconsulto Rege, non confirmandis.

Ann. D. 1263. *An. 47. H. 3. Ex Autogr.* * I. 756.

URbanus Episcopus, servus servorum Dei, carissimo in Christo Filio illustri Regi Angliæ salutem, & Apostolicam benedictionem.

Cum ad ea, quæ justitiam sapiunt, & continent honestatem, Celsitudinem Regiam precibus invitamus, promptum in his tuæ Serenitatis assensum credimus invenire;

* Scimus enim, & hactenus nos experientia docuit quod, ad Deum, & Ecclesias, eorumque Ministros, ex tui cordis promptuario, dirigens caritatis affectum, eis, in suis manutenendis juribus, propitius, favorabilis, & benignus existis, tanquam divini honoris zelator, & præcipuus prosecutor;

Ex parte siquidem venerabilium fratrum nostrorum Archiepiscopi Cantuariensis, & Suffraganeorum suorum fuit propositum coram nobis quod, cum Anglicana Ecclesia in multis articulis, contra Deum & justitiam, per Abusum Laicalis potestatis oppressa, subjaceret miserabiliter servituti, ipsi, ad ipsius Ecclesiæ statum, prout eorum incumbebat officio, pium respectum habentes, de consensu Concilii Provincialis, ad hoc specialiter congregati, quædam statuta salubria & honesta, deliberatione provida, ediderunt pro conservatione hujusmodi libertatis:

Quare fuit, ex parte ipsorum, nobis humiliter supplicatum, ut benivolum eidem, super hoc, adhibere favorem, & ipsa statuta dignaremur auctoritate Apostolica confirmare.

Porro dilecto filio Magistro Johanne de Hemniquiford, Capellano nostro, Procuratore tuo apud sedem Apostolicam, se super his tuo nomine opponente, ac asserente quod eadem statuta tibi & juri tuo præjudicialia videbantur, nos ipsa coram nobis fecimus ex-

** Littera Guidonis de Ratis super feudo suo.*

Ann. D. 1263. *An. 47. H. 3. Ex Bundel. Litterar. ut supra.*

REverendo Domino suo Henrico, Dei gratiâ, illustri Regi Angliæ, Domino Hiberniæ, Duci Acquitanniæ, Guido de Ratis fidelis suus salutem, & reverentiam cum honore.

Super bonis beneficiis & honoribus, quos Nobilitas vestra michi conferre pluries dignata est, vobis regratior devotis affectibus: Sublimitati vestræ me exhibens modis omnibus, ad vestri beneplacita, famulari præparatum;

Supplicans Nobilitati vestræ, quantis possum precibus, quatenus feudum meum & arreragia, super quibus michi tenemini, prout vestræ placuerit voluntati, michi ad præsens solvi faciatis.

Voluntatem vestram michi, si vobis placuerit, demandetis, quam modis omnibus pro virium mearum quantitate libenti animo paratus sum adimplere. Bene valete in Domino & diu, bonitate & honore semper feliciter augmentando.

Littera a Johanna Regina Castellæ pro Episcopo Elfinensi.

Ann. D. 1263. *An. 47. H. 3. Ex Bundel. Litterar. ut supra.*

ILlustrissimo Domino H. Dei gratiâ, Regi Anglorum, Johanna, eadem gratiâ, Castellæ & Legionis Regina, Pontivi & Mosteroli Comitissa, salutem & sinceræ dilectionis affectum.

Pro venerabili patre Episcopo Elfinensi, latore præsentium, Regiam Majestatem vestram rogamus omni affectu, quo valemus ampliori, quatenus eidem, pietatis intuitu, & precum nostrarum optentu, res suas, quæ in Regno vestro a quibusdam malefactoribus occupatæ detinentur, reddi ac deliberari faciatis, & de eisdem rebus ipsum pacifice gaudere faciatis, in omnibus negotiis suis ipsum adjuvare velitis; tantum inde facientes, quod preces nostras erga vos idem Episcopus sentiat sibi profuisse ac valuisse.

Valete.

Littera Ludovici Regis Franciæ, pro eodem Episcopo.

Ann. D. 1263. *An. 47. H. 3. Ex Bundel. Litterar. ut supra.*

LUdovicus, Dei gratiâ, Franciæ Rex, karissimo consanguineo suo Henrico, eadem gratiâ, Regi Angliæ, Domino Hiberniæ, & Duci Acquitanniæ, fideli suo, salutem, & sinceræ dilectionis affectum.

Ad preces dilecti nostri Abbatis Cisterciensis, pro quodam Episcopo Yberniæ, viz. Elfinenti, ordinis Cisterciensis, dilectionem vestram rogamus, quatenus ipsum Episcopum in suis justis petitionibus recommendatum habere velitis.

Dat. Paris. die cinerum.

& Procuratorum diligentia, & maxime S. Passelewe, cujus angustiosa diligentia & assidua illum non permisit quiescere, cum gratia Dei, nobis subvenissent) a conspectu Concilii confusi recessissemus; cum quasi tota Curia negotio nostro adversaretur, & etiam illi quos amicos sperabamus; super quibus dictus S. in adventu suo, qui erit in brevi, vos plenius certificabit.

Dat. Paris. die Veneris ante Festum Sancti Gregorii, anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo secundo, Consecrationis nostræ sexto.

In Dorso,

Domino W. de Merton Domini Regis Cancellario.

De Combustione Domorum Regiarum apud Westmonasterium.

Ann. D. 1263. An. 47. H. 3. Ex Bundel. Literar. ut supra.

EXcellentissimo Domino suo, Domino Henrico, Dei gratia, Regi Angliæ illustri, Domino Hiberniæ, & Duci Acquitanniæ, suus H. de Sandwyco, Londoniensis Electus, salutem in eo, per quem Reges regnant, & qui Regibus dat salutem.

Audita combustione domorum vestrarum apud Westmonasterium multum doluimus, novit altissimus, timentes ne ipsa animum vestrum, cum vobis innotesceret, perturbaret, & statum corporis vestri, quem emendet Dominus & conservet, in deterius commutaret.

De maeremio autem, de quo vestra nobis scripsit Dominatio, sciatis quod, sicut ex relatu multorum, fide dignorum, audivimus, ut de parcis & vivariis taceamus, custodes nostri Episcopatûs Londoniensis, in ultima vacatione, ita nemora destruxerunt, quod ad refectionem domorum nostrarum, si indigeremus, non crederemus in eis, nisi modicum vel nullum, subsidium reperire;

Unde, donec per Senescallum, vel Ballivum nostrum nobis constiterit, utrum dicti Custodes vestri aliquid reliquerint, in quo vobis possimus succurrere, Serenitati vestræ aliquid promittere non audemus;

Incolumitatem vestram corroboret Dominus & conservet, ad Regni sui regimen, per tempora longiora.

Dat. apud Langestowe, decimo Kal. Martii.

Littera a Regina Franciæ Regi responsoria.

Ann. D. 1263. An. 47. H. 3. Ex Bundel. Literar. ut supra. * I. 759.

MArgareta, Dei gratiâ, Franciæ Regina, carissimo fratri suo Henrico, eâdem gratiâ, Regi Angliæ illustri, salutem, & sinceræ dilectionis affectum.

Intellecto per vestras literas, quas nobis obtulit, ex parte vestra, Nuncius Domini nostri Regis, quem ad vos miserat hiis diebus, quod status vester, qui debilis fuerat, resurgit in melius, recipiendo augmentum prosperitatis & convalescentiæ, benedictus Altissimus, mens * nostra, quæ lapsa fuerat in dolorem & tristitiam, occasione vestræ ægritudinis, hausit vires gaudii & recepit.

De statu quidem Domini nostri Regis, nostro, & omnium liberorum nostrorum, sic vestra noscat Sublimitas quod plena corporum sospitate valemus, Domino largiente.

Omnibus enim intellectis diligenter, quæ Archidiaconus Lundoniensis, & Dominus H. de Monte-Ferando nobis, ex parte res sui nobis, & hæredibus nostris pro Castris, Terris & Feodis suis, quæ tenuit de Rege Franciæ; quæ sunt de Vicecomitatu Turennæ; & pro moneta sua, & jure cudendi eam; & ea omnia idem Vicecomes, & hæredes, seu successores sui, tenebunt de nobis, & hæredibus nostris, ex modo quo idem Vicecomes, & antecessores sui, ea de Rege Franciæ, & suis antecessoribus tenuerunt; & facient nobis & hæredibus nostris imposterum, ea quæ Domino Regi Franciæ, & suis prædecessoribus inde facere consueverunt.

3. Idem etiam Vicecomes, & hæredes, seu successores sui, in signum Dominii, reddent claves Castrorum Turennæ, & de Sancto Sereno nobis, & hæredibus nostris, vel mandato nostro, & hæredum nostrorum; & duo, vel tres homines, nomine nostro, & hæredum nostrorum, intrabunt, & ascendent cum Vexillo nostro, & hæredum nostrorum in Castra prædicta (familiâ & gente ipsius Vicecomitis non exclusis) & ibidem Vexillum ostendent.

4. Et hæc redditio clavium, introitus, & ascensus dictorum duorum, vel trium hominum in prædicta Castra, cum Vexillo prædicto, & ejusdem Vexilli ostensio fient semel tantummodo tempore nostro, & similiter tempore cujuslibet hæredum nostrorum semel, de hærede in hæredem; quando ex parte nostra, vel hæredum nostrorum singulorum dictus Vicecomes, & hæredes, seu successores sui super præmissis fuerint requisiti.

5. Et, post hujusmodi redditionem clavium, introitum, & ascensum dictorum hominum, cum Vexillo prædicto, & ejusdem Vexilli ostensionem, statim nos, vel hæredes nostri, vel mandatum nostrum (cui dictæ claves, nomine nostro, & hæredum nostrorum, redditæ fuerunt) easdem claves incontinenti restituemus dicto Vicecomiti, & hæredibus, * seu successoribus suis, & faciemus dictos duos, vel tres homines, cum Vexillo prædicto, de prædictis Castris recedere & exire.

6. Est etiam actum & condictum, inter nos, pro nobis, & hæredibus nostris, & pro dicto Vicecomite, & hæredibus, & successoribus suis, quod nos, vel Senescallus noster, vel hæredum nostrorum, non cognoscemus de causis & litigiis hominum prædicti Vicecomitis, qui sunt de feodo & jurisdictione ipsius, nisi causæ & litigia hujusmodi ad nos, vel hæredes nostros, vel Gentem, seu Curiam nostram, per appellationes a sententiis, in Curia ipsius Vicecomitis, vel successorum suorum, latis, in futurum interpositas delatæ, seu delata fuerint; & nisi ubi idem Vicecomes, aut hæredes, seu successores sui, in faciendo justitiam, erunt in negligentia vel defectu.

7. Nos etiam, vel hæredes nostri, seu Senescallus noster, aut mandatum nostrum, non faciemus bastidas aliquas, de novo, infra fines terræ, quam habet idem Vicecomes, in Vicecomitatu Turennæ, nec in alia terra ipsius Vicecomitis, quam modo habet.

8. Item dicti Vicecomes, & hæredes sui, poterunt, cum armis (ita quod, per hoc, nobis, vel hæredibus nostris, ad emendam aliquam non teneantur) & sine armis, homines suos, qui sunt de foro & jurisdictione ipsius, compellere, si opus fuerit, ad standum & parendum juri in Curia sua, nec super hoc nos, vel hæredes nostri, vel Senescallus noster impediemus eum, vel hæredes suos.

9. Si autem dictus Vicecomes, vel hæredes, seu successores ipsius, in distringendo homines suos prædictos modum excesserint, nobis, & hæredibus nostris, & Senescallo nostro potestatem retinemus quod, super hoc conquerentibus, justitiam de prædicto Vicecomite, & hæredibus, & successoribus suis exhibeamus.

10. Item nos, & hæredes nostri, vel Senescallus noster, non tenebimus, nec teneri faciemus, tempore dicti Vicecomitis, vel hæredum suorum, assisas in Castris Vicecomitatûs antedicti, quæ modo habet; nec in alia terra ipsius, quam modo habet de Vicecomitatu Turennæ, præterquam in Villa Marcelli.

11. In

… Castris suis, & pro tota alia terrâ, quam habet & tenuit de Rege Franciæ.

3. Et ea omnia idem Pontius, & hæredes, seu successores sui, tenebunt de nobis, & hæredibus nostris eo modo, quo idem Pontius & antecessores ipsius ea de Rege Franciæ, & suis antecessoribus tenuerunt.

4. Et facient nobis & hæredibus nostris imposterum ea, quæ Domino Regi Franciæ, & suis prædecessoribus inde facere consueverunt.

5. Nos autem concedimus dicto Pontio, & hæredibus suis, pro nobis, & hæredibus nostris, quod jura ac libertates, quæ & quas habet idem Pontius in terra sua, quoad forum, Curiam & jurisdictionem ejusdem Pontii, & hæredum suorum, & quoad omnia alia antedicta idem Pontius, & hæredes sui teneant & custodiant illæsa.

6. Et volumus quod Senescallus noster, & hæredum nostrorum, ad præmissa conservanda consilium & auxilium impendat.

7. Item, concedimus eidem Pontio quod nos, vel hæredes nostri non tenebimus, nec teneri faciemus assisas apud Gordon, nisi de prædicti Pontii, vel hæredum suorum voluntate.

8. Item, quod, si aliquis, vel aliqui faciant molestiam aut violentiam aliquam prædicto Pontio, vel hæredibus suis, in Castris, vel terra ipsius, quæ modo habet; nos, & hæredes nostri eundem Pontium, & hæredes suos defendemus, juvabimus & manutenebimus, quatenus decet Dominum tueri hominem suum, quamdiu idem Pontius, & hæredes ejus voluerint, paratique fuerint coram nobis, vel hæredibus nostris, vel Senescallo, aut mandato nostro, justitiæ facere complementum.

9. Et, si pro defentione hujusmodi, nos, vel hæredes nostri, vel Senescallus noster, expensas fecerimus, nichil per nos, vel hæredes nostros, pro hujusmodi expensis, a prædicto Pontio, vel ejus hæredibus repetetur.

10. Item, quod, si Rex Franciæ, vel Gens sua, propter delictum, aut propter forisfactum aliquod, aut etiam sine delicto tenet aliqua in seisina, de rebus & feodis Pontii supradicti, nos seisinam, res, & feoda hujusmodi, cum ad manus nostras, ratione pacis initæ inter Dominum Regem Franciæ, & nos, pervenerint, eidem Pontio restituemus.

11. Item, si prædictus Pontius, vel prædecessores sui, tempore, quo terram suam de dicto Rege Franciæ tenuerunt, forisfecerint vel deliquerint, usque ad hanc diem præsentem, propter quod Regi Franciæ ad emendam aliquam teneantur vel tenebantur, aut propter quod bona sua vel pars bonorum aliqua essent incursa; nos hoc totum eidem Pontio, quantum ad nos pertinet, remittimus, & nichil propter hoc nos, vel hæredes nostri ab ipso, vel hæredibus suis petemus.

12. Remittimus etiam eidem Pontio omnia odia, & omnes rancores, si qua odia, vel rancores nos, vel antecessores nostri, olim habuimus aut concepimus contra eundem Pontium, aut antecessores ipsius.

13. Præterea concedimus Pontio præfato, quatinus possumus & poterimus, homagium & servitium, in quibus tenetur Gilbertus de

nalem mansuetudinem, cum sua veneratione conjunctam, ut Imperii Romani fastigium, & ejus culmini præsidens, specialis advocati, & defensoris præcipui circa Ecclesiam gerat officium, & in ipsius fortitudine brachii defensentur Ecclesiæ libertates, & jura manuteneantur, ipsarum extirpentur hæreses, cultus christianæ fidei amplietur, & inimicis consternatis ejusdem, in pacis pulchritudine sedeat populus christianus, & in requie opulenta quiescat.

Verum humani generis inimicus, pacis impatiens, amator litium, discordiæ seminator, utriusque profectibus invidens, claræ memoriæ Willielmo, Romanorum Rege, rebus humanis exempto, inter te, & carissimum in Christo filium nostrum, Regem Castellæ ac Legionis illustrem, in Romanorum Regem electum, circa obtinendam ejusdem Imperii Dignitatem, contentionis materiam suscitavit; ut, vobis circa hoc contendentibus, careret Imperialis regiminis commodis orbis terræ; & tanti brachii, tam utilis, tam necessarii, tam chari, carentiam, ex ipsius Imperii vacatione diutina, molestam admodum & nocivam, damnosa experientiâ, Ecclesia prædicta sentiret.

Sentit utique, sentit mater Ecclesia, tàm populi sibi commissi, quàm suam gravem de hujus contentione jacturam: crevit namque perversorum audacia, &, ipsorum abundante malitiâ, dum, eodem vacante Imperio, ipsi Ecclesiæ defensionis debita suffragia subtrahantur, liberius peccatis insistitur, hæreses pullulant, scandala suscitantur, multiplicantur cædes & strages, injuriæ invalescunt, in persecutionum turbinibus Petri navicula fluctuat; & interdum, qui fidelium ipsius censeri nomine gloriantur, in arcum perversum, fideli debitum non versando, conversi eam in suis juribus injuriose impetunt & molestant, illa nunc denegando pro libito, nunc illicite occupando.

Propter quod eadem Ecclesia non immerito hujusmodi vacationem deplorat Imperii, & de animarum periculis, quæ peccandi libertas ingerit, ex intimis longa trahens suspiria, ingemiscit.

Ex eo insuper, quam dure! quam graviter! materna ejus viscera quatiuntur, quod ipsa, tam charos filios, tam inclytos Principes, in suo sentiens utero collidentes, prudenter advertit tuam & prædicti Regis potentiam, in Christo blasphemos, & inimicos nominis christiani potenter & magnifice more solito exercendam, in proprium & grande domesticorum fidei detrimentum, talibus contentionibus implicari.

Hæc ergo & alia incommoda, dissensionis hujusmodi eadem Ecclesia, materno pensans affectu, in iis auxilii sui dexteram non substraxit, sed vigilavit attentius, attentione solicita vigilanter intendit, multaque solicitudine pervigil laboravit, ut discriminibus tantis occurreret, teque ac ipsum Regem a discordiarum dispendiis præservaret.

Et, licet inter vos judicis partes assumere non sine causa distulerit, præsertim cum tàm tui, quàm ipsius Regis Nuncii, in recordationis fælicis, Alexandri Papæ, prædecessoris nostri, nostra & fratrum nostrorum præsentia constituti, super prædictis judiciarium Apostolicæ sedis examen expresse, usque ad hæc tempora, declinarint;

* Dilationem tamen hujusmodi illa etiam utilitatis utriusque partis * I. 763.

pro jure servari, & fuisse hactenus observatas a tempore, cujus memoria non existit.

Secundum quas infra annum & diem, postquam vacat Imperium, talis debet electio celebrari, quacumque parte ipsorum anni & diei, quam ad hoc iidem Principes duxerint deputandam:

Et ad Archiepiscopum Maguntinum, & Comitem Palatinum Rheni, vel ipsorum alterum, altero nequeunte, vel forsitan non volente, pertinet ad electionem ipsam celebrandam diem præfigere, ac cæteros electores Principes convocare: Quibus omnibus, vel saltem duobus ex ipsis, die præfixâ convenientibus apud oppidum de Frankenford, intus vel extra ipsum oppidum, in terrâ quæ dicitur Franckeferde (loco quidem ad hoc deputato specialiter ab antiquo) ad electionem ipsam procedi potest, & debet secundum morem ipsius Imperii approbatum:

Et, electione taliter celebratâ, electus, si electioni consenserit, apud Aquisgranum, per dies aliquos factâ morâ, infra annum & diem, post celebrationem eamdem, quando electus voluerit, per Coloniensem Archiepiscopum, ad quem id ex officio suo spectat, inungatur, consecretur, & etiam coronetur.

Quo facto, cuilibet via præcluditur contra electionem, vel electum, jam Regem Romanorum effectum, dicendi aliquid, vel etiam opponendi; sed idem electus, prædicto modo inunctus, consecratus, & coronatus, pro Rege habetur: Et ei, tanquam Regi, debent a subditis juramenta præstari, assignari Civitates, Oppida, Castra, & specialiter Castrum de Treveles, ac reliqua jura Imperii, infra annum & diem a tempore coronationis ejusdem; ita quod, si qui de Vasallis Imperii ei homagia non præstiterint consueta, & non reddiderint Civitates, Castra, & alia supradicta, illis, quæ ab Imperio tenent eodem, sint eo ipso privandi.

Et, si votis Principum, ad quos spectat eligere, *ad eligendum convenientium, divisis in plures, duo in discordia eligantur, vel alter electorum per potentiam obtinebit, vel ad prædictum Comitem Palatinum, tanquam ad hujusmodi discordiæ judicem, est recursus habendus; ni forsan, super electione vel coronatione hujusmodi subortâ discordiâ, per appellationem, vel querelam prædictorum Principum, ad examen sedis Apostolicæ (quo casu ipsius est in tali causa cognitio) deferatur.

• I. 764. * Intelligitur autem is electus esse concorditer, in quem vota omnium Electorum Principum, vel saltem duorum tantummodo, in electione præsentium, diriguntur.

In discordiâ verò is etiam reputatur electus, de quo in loco non solito electio celebratur, & in termino, de communi consensu dictorum Principum non statuto; quem si forsan prædicti Principes, infra annum & diem, a tempore vacantis Imperii, concorditer statuant, licet non expriment quod ipsum peremptorium esse velint, terminus tamen, ab eis præfixus taliter, peremptorius reputatur.

Porro iidem Procuratores, iis & aliis quibusdam prælibatis consuetudinibus, adjecerunt quod, vacante Romano Imperio, die per omnes prædictos Principes, pro celebranda Regis Romani, in Imperatorem postea promovendi, electione, statuto in Octavis Epiphaniæ, anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo sexto, apud memoratum Oppidum de Franckeford, quinque tantum de dictis Principibus tum per se, tum per alios,

Videlicet, bonæ memoriæ Coloniensis Archiepiscopus, pro se, & bonæ memoriæ Maguntinus Archiepiscopus, ea vice, in hoc commiserat vices suas, & dilectus filius, nobilis vir, Comes Palatinus, apud Frankeford,

Bonæ memoriæ verò Treverensis Archiepiscopus, & dilectus filius, nobilis vir, Dux Saxoniæ, intra dictum Oppidum convenerunt.

Cumque iidem, Treverensis Archiepiscopus, & Dux Saxoniæ,

[illegible] ti Trevirensis Archiepiscopus, & Dux Saxoniæ, recusando dicto die procedere, reliqui vero, non veniendo ad terminum concorditer assignatum, se alienos ab electione reddiderint ea vice, tu ab omnibus Principibus, vel saltem ab iis, in quos totaliter jus eligendi reciderat, censeri debes electus;

Et, pro certo ac indubitato ponentes jus in Regno & Imperio supradictis, tibi, electo, prædictis consuetudinibus observatis, ubi, & a quibus id fieri debuit, & nulli alii acquisitum, ac Regium nomen & Imperii Diadema indubitate deberi, supplicaverunt instanter & humiliter petierunt tibi hujusmodi nomen ascribi.

Maxime cum antedictus prædecessor id tibi, de fratrum suorum consilio, adscripsisset; te, in eisdem Regno & Imperio, quibuslibet aliis præferendo, sicut per ipsius litteras ostendere nitebantur, teque per nos inungendum, consecrandum, & coronandum in Romanum Imperatorem, * advocatum ac defensorem Ecclesiæ, • I. 765. ad ipsum Diadema de nostris suscipiendum manibus, sine dispendio ulterioris moræ vocari, & Apostolicum tibi favorem impendi, præsertim cum non tantum major pars Principum prædictorum, imo omnes (excepto nobili viro Marchione Brandeburgensi, qui etiam paratus est tibi obedire, ut iidem Nuntii proponebant) electioni de te factæ consentiant, & tibi tàm ipsi, quàm alii Magnates Alemanniæ generaliter tanquàm suo Regi obediant & intendant;

Petitionem suam illâ indubitatâ, sicut asserunt, in Imperio & jure, munitam consuetudine fulcientes, qua dicunt electo in Regem Romanorum, secundum solitum morem Imperii, ubi, & à quibus debet, & postmodum per supradictum Coloniensem Archiepiscopum inuncto, consecrato, & coronato, eo ipso Regium nomen acquiri; &, si electæ personæ impedimenta non obvient, vocando, sine dilatione aliqua, per summum Pontificem ad coronam; ad id, non solum morem Imperii approbatum, sed etiam quondam, felicis recordationis, Innocentii Papæ 3. Prædecessoris nostri, Decretalem Epistolam allegantes;

Ac dicentes, per contradictionem memorati Regis Castellæ, vel electionem quæ de ipso facta dicitur, petitionem non debere aliquatenus impediri; cum, secundum prædictas consuetudines, sit ei jam cujuslibet contradictionis via præclusa; & electio ipsius nulla fuerit ipso jure, utpote post Annum & diem contra easdem Imperii consuetudines, & termino, ad hoc statuto de communi Principum prædictorum consensu, transacto; &, post electionem tuam legitimam, non cassatam, & solo nominato Treverensi (qui propter nova pedagia, quæ in terra sua imposuit, erat tunc excommunicatione ligatus) nullâ omnino formâ servatâ in Camera ejusdem Treverensis Archiepiscopi, contemptis aliis Principibus, clandestine attentata, cum nullam ab eisdem Principibus super hoc potestatem haberet; quam si etiam ab aliquibus habuisset (sicut quædam pro altera exhibitæ litteræ innuebant) formam tamen ipsius, quæ secundum tenorem literarum ipsarum, ad certam diem se tantummodo extendebant, non eligendo ipsa die, minime observavit.

Ex parte vero supradicti Regis Castellæ (per venerabiles fratres nostros, Garsium Silvensem, & fratrem Dominicum Abulensem Episcopos, ac dilectum filium Magistrum Johannem Capellanum nostrum, Archidiaconum Compostellanum, ipsius Procuratores, actores, & negotiorum gestores generales & speciales omnes in solidum, ita quod occupantis non sit melior conditio, mandatum habentes ab ipso ad petendum, pro eo, & suo nomine, à nobis, & prædictis fratribus nostris coronam Imperii, & assignari tibi diem ad recipiendum ipsam, & ad agendum, respondendum, defendendum, & tractandum jura sua, & Imperii, & quicquid honori ejus expedire viderent, sive in ordinario, sive in extraordinario Judicio ageretur) fuit è contra propositum quod prædictus dies

Octa-

Ex præmissis sane iidem procuratores & Nuntii prælibati Regis Castellæ, dicentes electionem ipsam ubi, & à quibus debuit celebratam legitime, allegabant electionem eandem impediri non potuisse per tuam; quæ, sicut dicunt, nulla extitit ipso jure.

Nam, cum prædictus dies Octabarum, non ad eligendum, sed ad tractandum de statuto die ad electionem celebrandam novi Regis, fuerit non per omnes prædictos Principes, sed per aliquos ex eis, ut præmittitur, assignatus, (qui etiamsi ad eligendum statutus fuisset per majorem partem eorundem Principum, minoris partis non obstante contradictione, mutari & prorogari potuit, & extitit prorogatus) constat electionem de te, maxime per pauciores de ipsis Principibus excommunicatos, ipso die Octavarum factam, nullam penitus extitisse.

Excommunicationem etiam, contra memoratum Archiepiscocum Treverensem objectam, & consuetudinem, quæ de celebrandâ, tempore vacantis Imperii, infra annum & diem Regis Romanorum electione præponitur, ac alias omnino negantes, allegabant quod, si veritate hujusmodi propositio fulciretur, electio tua, quæ quindecim diebus de ipso tempore adhuc existentibus, celebrata fertur, ex hoc etiam nulla esset; cum non licuerit minori parti, majore contemptâ, diem ultimam ipsius temporis prævenire.

Per quæ apparere dicebant quod Electores ejusdem Regis Castellæ, nolendo die illo eligere, non fuerunt eligendi jure privati; nec si etiam, ut pars adversa proponit, ad minorem partem renuissent exire: Nam cum, infra prædictum Oppidum de Franckeford, Romani Regis & Imperatoris, & non alibi debeat electio celebrari, minor pars non poterat ad locum alium coarctare majorem.

Adjecerunt, præterea, inunctionem, consecrationem, coronationem, ac possessionem prædictas (quam quidem possessionem omnino negabant) & cætera, pro parte tua inducta (cum ex electione tuâ, quæ, ut prædicitur, nulla extiterat, secuta fuerint) tanquam nulla, nullum potuisse tuo munimentum afferre, aut ejusdem Regis Castellæ juri præjudicium generare; subjungentes Coloniensem Archiepiscopum supradictam consecrationem, vel inunctionem, seu coronationem, quæ jus tribuant, dare non posse nisi ei, qui à majori & saniori parte prædictorum Principum est electus; alioquin illa sequeretur absurditas, quod solus Coloniensis Archiepiscopus, precibus inductus, vel corruptus pretio, cui vellet, Imperium dare posset.

Quod autem de literis supradicti Prædecessoris Alexandri præmittitur (in quibus tibi Regium nomen dicebatur ascriptum, teque in prædictis Regno & Imperio aliis fuisse prælatum) multipliciter confutabant;

Tum, quia quoties coram ipso prædecessore Alexandro ac fratribus suis de Imperii negotio agebatur, idem Prædecessor Alexander publicè asserebat quod, super eodem negotio, nihil in dicti Regis Castellæ præjudicium attentaret (quod etiam ipsi Regi Castellæ, per literas, per quondam A. de Ferentino suum Capellanum & Nuntium intimavit) propter quod prædictæ, per te inductæ,

Ecce! pacem expectavimus, & non venit; quæsivimus bona, & turbatio strepitus Judicialis offertur.

Profecto non id desiderabat Ecclesiæ Imperiali auxilio relevanda necessitas, non id exigebant laceræ partes Imperii, occupatricibus expositæ manibus direptorum; non id requirebat Christianitatis his temporibus miseranda conditio, quam intrinseca plusquam ——— ——— Tartaricæ feritatis affligunt; quibus potius debebatur ut, per tractatus pacificos, Cæsarei culminis accelerandа provisio, in unitate capitis juribus redintegratis Imperii, contra tot discrimina provideret.

Nos itaque, pacis cogitationes solicite cogitantes, ac de illius sperantes omnipotentia & immensa virtute, sub quo curvantur qui portant orbem, qui ventis imperat, & ad ejus nutum stat spiritus procellarum, pacis tractatibus providimus insistendum.

Et ideo, hinc inde propositis, à nobis prædictis fratribus nostris in discussionem exactæ deliberationis inductis, de ipsorum consilio, tàm ad magnificentiæ tuæ præsentiam, quàm ad ipsum Regem Castellæ Nuntios deliberavimus destinandos, qui vos ad pacem invitent:

Ad quod dilectum filium, Magistrum Guillielmum Capellanum nostrum Archidiaconum in Ecclesia Parisiensi, virum utique providum, consilii maturitate conspicuum, à nobis ac eisdem fratribus plurimum merito suæ probitatis acceptum, de cujus industria & fidelitate nos & ipsi fratres plene confidimus, ad tuam magnificentiam specialiter destinamus.

Et nichilominus, cum simus omnibus Justitiæ debitores, nec debeamus eam personis denegare sublimibus, qui, super ipsa etiam ab humilibus requisiti, nostri partes officii non negamus, te ac eundem Regem Castellæ citandos decrevimus, &, de sæpe dictorum fratrum consilio, peremptorie, præsentium tenore, citamus ut, secundo die Maii, primo venturi, Apostolico conspectui, per Procuratores idoneos, te præsentes, * qui, tuæ conscientiæ conscii legitimum & plenum à te mandatum habeant, ad pacis tractatum, si Dominus dederit, ineundum, & ad procedendum in ipso negotio, prout honori Ecclesiæ, ac pensata talis & tanti conditione negotii, sine offensa Justitiæ, videbimus expedire.

* I. 768.

Dat. apud Urbem Veterem, 2 Kalend. Septembris.

De fidelitate præstanda Edwardo filio Regis.

REX Baronibus portûs sui Dovor. Ann. D.
Cum dilectus filius Edwardus, primogenitus & hæres noster, 1263.
ad vos personaliter accedat ut, tanquam primogenitus & hæres nos- An. 47.
ter, fidelitatem à vobis recipiat, sicut eam de nostro mandato à H. 3.
cæteris Baronibus, & Magnatibus nostris nuper recepit; Pat. 47.
Vobis mandamus rogantes quatenus fidelitatem faciatis eidem, H. 3.
fal- n. 32.

De forma Pacis per Barones missa ad Regem & Dominum Edwardum.

Ann. D. 1263. *An. 47. H. 3. Ex Bundel. ut supra.*

DIscreto viro, & amico suo karissimo, Domino W. de Merton Domini Regis Cancellario, W. divina miseratione, Wygorniensis Ecclesiæ Minister humilis, salutem, & quicquid potest amicitiæ & honoris.

Cum teneamur circa ea, quæ tranquilitatem & pacem Regni respicere debeant, totis viribus laborare, & Lincolniensis, Londoniensis, & Coventrensis, & Lichfeldensis Episcopi cum quadam forma pacis ad Dominum Regem & Dominum Edwardum, ex parte Baronum, mittantur; ex desiderio intimi cordis nostri consequendæ pacis cogimur vos rogare,

Quatinus, cum vobis videatur quod forma illa satis sit competens & honesta, ob Domini Regis honorem & Regni tranquilitatem, cum omni diligentia laborare velitis ut Dominus noster
* I. 769. Rex * & Dominus Edwardus, ad iminens & formidandum periculum evitandum, dictam formam velint, sine impedimento quolibet, acceptare. Valete.

Data die Apostolorum Petri & Pauli anno Domini 1263.

Littera a Rege Romanorum de liberatione Filii sui Henrici primogeniti.

Ann. D. 1263. *An. 47. H. 3. Ex Bundel. ut supra.*

ILlustri & Magnifico Principi, Domino Henrico, Regi Angliæ, Domino Hiberniæ, & Duci Acquitanniæ, Germano suo karissimo Ricardus, eadem gratia, Romanorum Rex semper Augustus salutem, & sincerissimæ dilectionis augmentum.

Pro eo quod, tanta nobis prætendentes humanitatis indicia, inclitum Henricum, primogenitum filium nostrum karissimum, tantum à vinculo captivitatis absolvi petivimus, nulla prorsus conditione captatâ, tam liberaliter & simpliciter demandetis restitui libertati, ad uberiores quas possumus, vobis grates & gratias inclinamus; recognoscente nos meritò vobis adeo copiosioris astringi retributionis & compensationis obsequio, quia quod in hujusmodi casus articulo per vos factum est nobis, ex fœcundioris cumulo benivolentiæ novimus prodisse.

Et certe non levem suscitat hoc in nobis displicentiæ spiritum, quod, ad reddendam super hoc vicissitudinem gratam vobis, nostræ non correspondet ad præsens possibilitas voluntati; sed proculdubio promptum in votis gerimus, & incessanter habemus in affectu, oportunis temporibus, operose ostendere quod super hoc concepimus infectum.

Super hoc verò, quia Celsitudini vestræ complacuit ordinationi nostræ committere, si liberationis filii nostri literæ forent in aliquo immutandæ, ad eas emendationes faceret vestra Serenitas mittere manum; cum gratiarum actionibus scire vos volumus quod in eis nil penitus arbitramur in aliquo corrigendum.

Data Bekhemestede, decimo die Julii, indictione sextâ, Regni nostri septimo.

Petimus insuper ut literæ vestræ, quæ pro liberatione filii nostri mittuntur à vobis sub eodem tenore, quo conceptæ sunt, sint Patentes. Data ut supra.

ceret, ut illud in eo firma stabilitate, favente Domino, præservaret.

Verum, quia Regnum ipsum, cum omnibus districtibus & pertinentiis suis, erat ad eandem Ecclesiam, ejusque dispositionem totaliter devolutum, felicis recordationis Alexander Papa, Prædecessor noster, dictum Regnum (pro cujus recuperatione ipsa Ecclesia, importabilibus non parcendo sumptibus, ac multorum laborum minime devitando tædia, diutius laboravit; rem utique ipsi Ecclesiæ, inter cætera temporalia sua bona, carissimam) tibi, Fili Edmunde, præferendo te in hoc universis Catholicis orbis terræ Principibus, liberaliter contulit sub certis conditionibus atque pactis, prout in apostolico privilegio, super hoc obtento, plenius continetur.

Et, quia sincera & firma voluntas in dilectionis & operis prosecutione cognoscitur (cum hujusmodi negotium, propter ipsius Regni statum, nondum tunc in toto tranquillum, multo indigeret consilio & favore, magnamque requireret solertiam, & sustentationis fulcimenta non modica, valida defensionis munimine, & indeficientis subsidii firmamentum) idem Prædecessor è diversis partibus magnificos instauravit exercitus, deputavitque legatos ad prosecutionem ipsius negotii, ut posset illud, Domino adjutore, perducere ad statum honorabilem & quietum.

Cumque idem negotium laudabiliter convalesceret, & successibus prosperis firmaretur; tandem (quia quorundam proditorum, qui eidem Ecclesiæ fraudulenter adhæserant, faciente nequitiâ) inopinato casu extitit impeditum (propter quod tanto festinatius erat eidem succurrendum negotio, quanto sibi propinquius imminebat confusio & discrimen) dictus Prædecessor te, Fili Rex, pluries requisivit, tibi cum instantia persuadens ut, quia prædicta Ecclesia erat ulterius ad ferendum tantum pondus penitus impotens, ac multis & gravibus debitis obligata, succursum cum omni festinantia præparares; ita quod, omni difficultate ac tarditate remota, copiosa & strenua militia, cum ydoneo Capitaneo, mitteretur pro conservatione quarundam terrarum ipsius Regni, quæ adhuc in devotione ipsius Ecclesiæ persistebant, & per quas alias ejusdem Regni partes liber haberi poterat transitus & processus.

Sed qualiter hæc, quæ memoratus Prædecessor tibi, pro ejusdem negotii sustentatione ac promotione, persuasisse dinoscitur, feceris, non ignoras; qualiter etiam negotium ipsum adjuveris, ac super illo provideris, cunctis luce clarius innotescit; cùm nec tuas, nec aliorum curas & vires, ad hujus rei prosecutionem curaveris adhibere.

Quinimmo sic ipsum negotium per te ac tuos omissum extitit, quod, eo tuis speratis & oportunis subsidiis non suffulto, prædictæ terræ, per quas residuum ipsius Regni recuperari poterat, adversarii ejusdem Ecclesiæ Mamfredi, videlicet quondam Principis Tarentin. aggressibus paruerunt; qui, postquam Regnum ipsum totaliter occupavit, sic protinus in superbiæ altitudinem est elatus, & in sævitiæ acerbitatem obriguit, quod de virtute divina non tremuit, humanamque parvi pendit potentiam, & honorem Ecclesiæ, ac libertatem hominum dicti Regni tyrampnide furibunda depressit.

De multiplicis etenim necessitatis angusto, in quo serpens iste latuerat, ad affluentis opulentiæ amplitudinem famelicus & sitibundus exiliens, rabido cepit ore Regnum laniare præfatum; sicque in bona & personas ipsius anxia exarsit ingluvie, quod, hæc insatiabili rapacitate discerpens, illud, proh dolor! ferus plus ferâ qualibet, ferè penitus absorbuit in utrisque; nec sexum, nec ætatem, neque ordinem prætermittens.

Propter quod multotiens dolorosè suspirat, & lacrimatur amarè apostolica sedes; quod Regnum juris & proprietatis suæ carum, quippe sibi dira & dura Pharaonicæ oppressionis mole prosternitur,

... & patenter admitteres; ipsiusque honorem & comodum, non solum penes te, sed etiam penes alios affectuoso studio procurares, retroactis temporibus dinosceris id laudabiliter peregisse.

Quia ergo liberum est nobis & ipsi Ecclesiæ de prædicto Regno Siciliæ disponere, ac juxta nostrum beneplacitum ordinare, cum conditiones, sub quibus Regnum ipsum a præfato prædecessore concessum extitit, adimpletæ non fuerint, sicut nostis; nos (intendentes, omnino urgente ad id nos necessitatis articulo (in quo est prædicta Ecclesia hoc tempore constituta) de Regno ipso, prout, pensato moderno ipsius Ecclesiæ statu, expedire viderimus, providere) Magnificentiam vestram, de fratrum nostrorum consilio rogandam duximus attentius & hortandam, in remissionem vobis peccaminum nichilominus injungentes quatinus, præmissa omnia infra vestrorum claustra pectorum meditatione provida revolventes, & gerentes ad prædictam Ecclesiam, super tot ejus angustiis, habito ad radicem veritatis in hac parte respectu, filialis compassionis affectum, nullum deinceps nobis & ipsi Ecclesiæ, super hujusmodi dicti Regni negotio, ingeratis impedimentum, nullumque contradictionis obstaculum opponatis; sed, ab iis penitus desistentes, non solum permittatis nos & eandem Ecclesiam libere de Regno ipso tractare ac facere, sicut viderimus faciendum, verum etiam & verbis ostendatis & literis quod vobis non displicet, immo placet si dicta Ecclesia super ipsius Regni negotio tractet cum aliquibus mundi Principibus, suamque possit de ipso Regno conditionem facere meliorem:

Preces super hoc Apostolicas taliter impleturi, quod Regem Regum constituatis exinde vobis propitium & benignum, & prædictam Romanam Ecclesiam reddatis propter hoc vobis perpetuis temporibus, in vestris oportunitatibus, favorabilem adjutricem:

Et ecce venerabilem fratrem nostrum Archiepiscopum Cusentin. virum utique expertæ providentiæ, ac examinatæ virtutis, cujus super hiis acquiescatis monitis & exhortationibus, propter hoc specialiter ad vos, de ipsorum fratrum consilio, destinamus.

Dat. apud Urbem Veterem, quinto Kal. Augusti, Pontificatûs nostri anno secundo.

Plumbeo Sigillo a filo canabeo.

---

* I. 772. ** Littera Regi de resistendo rebellibus ejus.*

Ann. D. 1263. *An. 47. H. 3. Ex Bundel. Litter. ut supra.*

Illustrissimo Principi, Domino suo karissimo, Domino Henrico, Dei gratia, Regi Angliæ, Domino Hiberniæ, & Duci Acquitan. devotus & fidelis suus R. de Nevill salutem & debitam cum fide & dilectione subjectionem.

Quoniam in manu forti oportet rebellibus vestris resistere, qui pacem vestram & tranquilitatem Regni vestri nituntur infringere, pluresque tepidos in responsis suis ad conservationem pacis invenio,

Regi Littera de Baronibus & Rebellibus.

Ann. D. 1263. *An. 47. Hen. 3. Ex Bundel. Litterar. ut supra.*

Excellentissimo ac reverentissimo Domino Henrico, Dei gratia, illustri Regi Angliæ, Domino Hiberniæ, & Duci Acquitanniæ, suus semper Radulphus Russel salutem, & integræ fidelitatis semper constantiam.

Nobilissimæ ac Excellentissimæ Serenitati vestræ significo quod, sicut datur mihi intelligi, quidam Barones ac Rebelles vestri venturi sunt apud Castrum Sarum cum magna multitudine armatorum in brevi:

* Et quia, ad munitionem Castri vestri non invenio homines, nisi paucissimos, qui pro denariis vestris ibidem velint interesse, mihi vestro, si placet, aliquid auxilium mittere velitis, ad Castrum vestrum prædictum contra eos custodiendum & defendendum. * I. 773.

Valeat Excellentissima Serenitas vestra semper in Domino.

Littera Regi Franciæ, excusatoria quod ipsum de certis causis adire nequit.

Ann. D. 1263. *An. 47. H. 3. Pat. 47. H. 3. m. 13.*

REGI Franciæ, Rex Angliæ salutem, & sinceræ dilectionis semper augmentum.

Vestra nobis significavit Excellentia quod nos, dilecta consors nostra, & filii nostri ad vos, certis loco & tempore, in propriis personis veniremus, ut super statûs nostri meliorationem consilium & auxilium nobis possetis impartiri, & ut vobis super aliis tanquam Domino loqueremur;

Volentes siquidem vestræ Magnitudini pro viribus complacere, tàm nos, quàm consilium nostrum, tunc nobis assistens, quod nobis in hac parte significastis, animo reverenti & inclinato cupimus adimplere.

Verum, quia Barones nostri, ex certis causis, volunt securitatem sibi præstari de reditu nostro festino in Angliam, Celsitudini vestræ supplicamus humiliter & devotè quatenus eis, per litteras vestras patentes, super hoc talem securitatem præstare velitis, qualem a vobis venerabilis pater J. Glascuensis Episcopus, & frater Johannes de Houton Templarius, quos ob hoc ad vestram præsentiam transmittimus, postulabunt.

Cæterum præsentiam nostram, die nobis a vestra Celsitudine statuto, ex certis causis prædictis exhibere non possumus; quas Nuncii nostri vobis plenius explanabunt; quibus super adventu nostro ad vos fidem adhibere velitis pleniorem.

Teste Rege apud Westm. 16 die Augusti.

* I. 774. * *De pace cum Lewelino filio Griffini tractanda.*

Ann. D. 1263. *An.* 47. *H.* 3. *Pat.* 47. *H.* 3. *m.* 11.

REX omnibus, ad quos, &c. salutem.

Sciatis nos venerabilibus patribus W. Wigorniensi, R. Coventrensi & Lichfeldensi Episcopis, Henrico filio Regis Alemanniæ nepoti nostro, Simoni de Monteforti Comiti Leicestriæ, & Johanni de Warenna, fidelibus nostris (quos mittimus ad partes Walliæ) plenam & liberam dedisse potestatem tractandi de pace nostra inter nos, & homines nostros ex una parte, & Lewelinum filium Griffini, & complices, & fautores suos ex altera; & pacem illam firmandi, pro parte nostra, ac si præsentes essemus, prout melius viderint expedire;

Ratum & firmum habituri quicquid prædicti fideles nostri, vel illi ex ipsis quos præsentes adesse contigerit, super præmissis duxerint faciendum.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Westm. 22 die Augusti.

Consimilis littera emanavit nomine Regis sine ista additione, & pacem illam firm. &c. usque Ratum, &c.

Item consimiles litteræ emanarunt sic tractandi de pace inter Regem, & Edwardum filium suum, & homines Regis ex una parte, & Lewelinum filium Griffini, & complices, & fautores suos ex altera, & pacem illam firmandi, sicut continetur in littera prædicta.

Item consimilis littera emanavit, nomine Regis, & Edwardi filii sui, sine ista additione, & pacem illam firmandi.

De Electione Abbatis Sancti Albani confirmanda.

Ann D. 1263. *An.* 47. *H.* 3. *Ex Autogr.*

URbanus Episcopus, servus servorum Dei, carissimo in Christo filio nostro Regi Angliæ illustri, salutem & Apostolicam benedictionem.

Rationis oculis intuentes commoda quæ, vacantibus Ecclesiis & Monasteriis, de salubri provisione proveniunt, reddimur corde solliciti ut, circa provisionem hujusmodi faciendam, fructuosæ attentionis studium habeatur.

Sane Monasterio Sancti Albani, ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinente, ordinis Sancti Benedicti, Lincolnien. Dioc. Abbatis regimine destituo; dilecti filii Prior & Conventus ipsius Monasterii, die ad eligendum præfixâ, vocatis omnibus, qui debuerunt, voluerunt & potuerunt comodè interesse, convenientes in unum, Spiritûs Sancti gratiâ invocatâ, dilectum filium Rogerium de Nortone Abbatem ipsius Monasterii, tunc Monachum ejusdem, qui ab adolescentiâ suâ in eo fuit laudabiliter conversatus, virum utique providum & honestum, ac in spiritualibus & temporalibus circumspectum, in Abbatem ejusdem Monasterii canonicè & concorditer elegerunt.

Præsentato itaque nobis & fratribus nostris electionis decreto, & petentibus dictis Priore & Conventu humiliter per sedem Apostolicam electionem hujusmodi confirmari, nos electionem ipsam, quia invenimus eam canonicè celebratam, & de ydoneitate personæ ipsius electi, ex testimoniis fide dignorum, nobis & eisdem fratribus plenè constitit, de ipsorum fratrum consilio duximus confirmandam; firmâ conceptâ fiduciâ quod eidem Monasterio, per ip-

Teste Rege apud Westm. 15 die Septembris.

De Treuga cum Lewelino firmata.

REX Lewelino filio Griffini salutem. Ann. D. 1263. *An.* 47. *H.* 3. *Pat.* 47. *H.* 3. *m.* 1.

Noveritis quod nos pro nobis, & nostris, treugas, quas nuper ceperunt R. Coventr. & Lichfeldensis Episcopus, Henricus filius Regis Alemanniæ, Johannes Comes Warennæ, & quidam alii ex parte nostra ad hoc deputati, inter nos & vos, concedimus & inviolabiliter observabimus:

Ita videlicet quod homines nostri ———————— mittent, & nostri cum vestris eundo & vendendo omnes mercandisas, usque ad Festum Sancti Martini proximo venturum, & quod liceat Gentibus & Ballivo Castri del Gannos, victualibus munire, uno batello ad duodecim remos, vel minus quantum necesse fuerit, inhabitantibus dictum Castrum usque ad terminum prædictum.

In cujus, &c. duraturas usque Festum Sancti Martini prædictum.

Teste Rege apud Westm. 18 die Septembris.

De Conductu pro Nunciis Lewelini.

NUncii Lewelini filii Griffini, venientes ad Regem ad Parliamentum, a Festo Sancti Michaelis in tres septimanas, habent litteras Regis de conductu, eundo, perhendinando, & redeundo, duraturas usque ad Festum Sancti Martini, in proximo futurum. Ann. D. 1263. *An.* 47. *H.* 3. *Ibidem.*

Teste ut supra.

De custodia magni Sigilli Regis.

MEmorandum quod 18 die Septembris recessit Dominus Rex de Westm. versus partes transmarinas, & magnum sigillum Regis remansit in custodia Nicholai Archidiaconi Eliensis; qui, dum Rex agebat in partibus transmarinis, nichil consignavit nisi brevia cursoria, quibus testis fuit H. le Despenser Justiciarius Angliæ, &c. Ann. D. 1263. *An.* 47. *H.* 3. *Pat.* 47. *H.* 3. *m.* 1.

* *De protectione pro Comitiva Regis in Franciam profecturi.* * I. 776.

WAlterus de Burges, Bartholomæus le Bygod, Radulfus de Gorges, Johannes de Vallibus, Elias de Rabayn, Galfridus de Percy, & Radulfus de Bakepuz, proficiscentes cum Rege ad partes transmarinas, habent litteras de protectione cum clausula, duraturas quamdiu fuerint in servitio Regis in partibus prædictis. Ann. D. 1264. *An.* 48. *H.* 3. *Angl. & Franc. Pat.* 48. *H.* 3. *m.* 3.

Teste Rege apud Dovor. primo die Januarii.

Pro

tro speciali, in animam nostram jurantes, tactis Sacrosanctis Evangeliis, quod, quicquid idem Rex Franciæ super omnibus prædictis, vel eorum aliquibus, de alto & basso, ordinaverit vel statuerit, nos observabimus bona fide; ita tamen quod idem Dominus Rex Franciæ dicat super his dictum suum citra Pentecostem proximò venturam.

In cujus rei testimonium præsentibus litteris sigillum nostrum fecimus apponi.

Nos autem Edwardus, prædicti Domini Regis Angliæ primogenitus: Henricus filius Ricardi Regis Alemanniæ: Rogerus le Bigod, Comes Norfolciæ & Marescallus Angliæ: Johannes de Warenna: Willielmus de Valentia: Hunfredus de Bohun, Comes Herefort & Essex: Hugo le Bigod: Philippus Basset: Johannes filius Alani: Robertus de Brus: Rogerus de Mortuo Mari: Johannes de
* I. 777. Verdun: Willielmus de Breus: Johannes * le Balliol: Henricus de Percy: Reginaldus filius Petri: Jacobus de Aldithele: Alanus le Zuche: Rog. de Clifford: Hamo Extraneus: Johan. de Grey: Philippus Marmion: Robert. de Neville: Johan. de Vallibus: Johan. de Muscegros: Warinus de Bassingburn: Adam de Gelenuth: Rogerus de Somery: Richardus Foliot: Rogerus de Leyburn; & Willielmus le Latimero, prædicto compromisso, per dictum Dominum nostrum Regem Angliæ facto, sicut prædictum est, consentimus & juramus, tactis Sacrosanctis Evangeliis, quod, quidquid Dominus Rex Franciæ, super omnibus prædictis, vel eorum aliquibus, de alto & basso, ordinaverit vel statuerit, observabimus bona fide; ita tamen quòd idem Dominus Rex Franciæ dicat, super his, dictum suum citra Pentecostem proximo futuram, sicut superius est expressum.

In cujus rei testimonium præsenti scripto, sigillo Domini nostri prædicti Regis Angliæ signato, sigilla nostra fecimus apponi.

Datum apud Windesoram Dominica proxima post Festum Sanctæ Luciæ Virginis, anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo tertio.

Confectioni istius Instrumenti interfuerunt Johannes de Chishul, Willielmus de Wilton, frater J. de Derlington: Magister Ern. Cancellarius Regis Alemanniæ, Rogerus de Messenden, & plures alii.

Litteræ vero Baronum tales sunt.

UNIVERSIS, PRÆSENTES LITTERAS inspecturis, H. Londonensis, W. Wigornensis Episcopi; Simon de Monteforti Comes Leycestriæ & Senescallus Angliæ, Hugo le Despenser Justiciarius Angliæ, Humfredus de Boun Juvenis, H. de Monteforti, S de Monteforti Juvenis, Adam de Novomercato, Petrus de Monteforti, Radulfus Basset de Sapecot, Baldewinus Wake, Robertus de Ros, Willielmus le Blond, Willielmus Marescallus, Walterus de Coleville, Ricardus de Grey, Willielmus

TRUM, seu ORDINATIONEM NOSTRAM cassamus & irritamus; maxime cum appareat summum Pontificem eas per suas litteras cassas & irritas nunciasse; Ordinantes quod tàm dictus Rex, quàm Barones, & alii quicumque præsenti compromisso consenserunt, & de prædictis observandis se quoquomodo astrinxerunt, se de eisdem quietent penitus, & absolvant.

Addicimus etiam quod, ex vi, seu viribus prædictarum Provisionum, sive Obligationum, seu Ordinationum, vel alicujus jam super hoc concessæ potestatis a Rege, nullus nova statuta faciat, neque jam facta teneat vel observet, nec propter non observantiam prædictorum debeat aliquis alterius capitalis vel aliter inimicus haberi, vel pœnam propter hoc aliquam sustinere.

Decernimus etiam, quod omnes litteræ, super præmissis provisionibus, & eorum occasione confectæ, irritæ sint & inanes; & ordinamus, quod ipsi Regi Angliæ restituantur a Baronibus & reddantur.

Item, dicimus & ordinamus, quod Castra, quæcumque fuerint tradita custodienda ad securitatem, seu occasione prædictorum, & adhuc sunt detenta, liberè a dictis Baronibus eidem Regi reddantur, tenenda ab eodem Rege, sicut ea tenebat ante tempus dictarum Provisionum.

Item, dicimus & ordinamus, quod liberè liceat prædicto Regi Capitalem Justiciarium, Cancellarium, Thesaurarium, Consiliarios, Justic. minores, Vicecomites, & quoscumque alios Officiales, ac Ministeriales Regni sui, ac Domûs suæ, præficere, destituere, & amovere, pro suæ libito voluntatis, sicut faciebat, & facere poterat ante tempus Provisionum prædictarum.

Item, retractamus & cassamus illud statutum factum, quod Regnum Angliæ de cætero per indigenas gubernetur, necnon ut exirent alienigenæ, non reversuri; exceptis illis quorum moram fideles Regni communiter acceptarent;

Ordinantes per dictum nostrum quod liceat alienigenis morari in dicto Regno secure, & quod Rex possit alienigenas & indigenas vocare secure ad consilium suum, quos sibi viderit utiles & fideles, sicut facere poterat ante tempus prædictum.

Item, dicimus & ordinamus, quod dictus Rex plenam potestatem & liberum regimen habeat in Regno suo, & ejus pertinentiis; & sit in eo statu, & in ea plenaria potestate, in omnibus & per omnia, sicut erat ante tempus prædictum.

Nolumus autem, nec intendimus per præsentem ordinationem derogare in aliquo Regiis Privilegiis, Chartis, Libertatibus, Statutis, & laudabilibus Consuetudinibus Regni Angliæ, quæ erant ante tempus Provisionum ipsarum.

Ordinamus etiam quod idem Rex prædictis Baronibus indulgeat & remittat omnem rancorem, quem habet adversus eos occasione præmissorum, & similiter Barones eidem; & quod unus alterum occasione præmissorum, de quibus in nos extitit compromissum, per se vel per alium de cætero non gravet in aliquo vel offendat.

Hanc autem ORDINATIONEM NOSTRAM seu DICTUM NOSTRUM protulimus Ambianis, in crastino beati Vincentii Martyris, anno Domini 1263, mense Januario.

48. H. 3. borum virorum qui nominarentur hinc inde, secundum quod in
m. 2. forma pacis ejusdem plenius continetur:

Tandem super hoc aliorum arbitrium non curavimus expectare; set, de bonorum consilio, communi assensu ad hunc amicabilem finem devenimus, quod idem Dominus Rex pro eo, quod constare deberent quingenti Milites rationabiliter ad tenendum per duos annos, ad arbitrium proborum virorum, nobis in centum, triginta, quatuor millibus librarum Turon. teneatur;

Pro qua summa, a nobis gratanter acceptata, dictum Dominum Regem, de eo quod petere possemus ab eodem pro eo, quod constare possent ad tenendum, ut dictum est, Milites supradicti, quittamus & quitamus de solutione hujusmodi facienda ad terminos infrascriptos; videlicet,

Ad Quindenam Purificationis proximo venturæ, de sexta parte;

Et, ad Quindenam Ascensionis subsequentem, de alia sexta parte;

Et, ad Quindenam Omnium Sanctorum subsequentem, de alia sexta parte;

Et in anno sequenti similiter facienda solutione, in eisdem terminis, quolibet termino, de sexta parte.

Et est sciendum quod jam recepimus, de illa totali summa, ab ipso Domino Rege septuaginta sex millia librarum Turon. in servitium Dei, aut Ecclesiæ, vel in utilitatem Regni Angliæ, expendenda, quæ cedent in solutionem priorum terminorum prædictorum.

In cujus rei testimonium præsentes litteras eidem Domino Regi Franciæ dedimus, sigilli nostri munimine roboratas.

Actum Ambian. die Mercurii ante Purificationem beatæ Virginis, anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo tertio.

Pro Reymundo Vicecomite Turenne.

Ann. D. REX omnibus, &c. salutem.
1264. Cum dilecto & fideli nostro Reymundo, Vicecomiti Turen-
An. 48. næ, liberari fecimus quinquaginta libras monetæ Paris. super feo-
Hen. 3. dum suum, quod ei concessimus percipiendum per annum, ad Pu-
Pat. rificationem beatæ Mariæ, per manum Senescalli nostri Lemovic.
Angl. & concessimus quod residuum prædicti feodi sui, de termino prædic-
Franc. to, eidem Vicecomiti, vel certo attornato suo, has litteras defe-
48. H. 3. renti, persolvi faciemus ad Scaccarium nostrum in Anglia, in Quin-
m. 2. dena Paschæ proximo ventura.

Concessimus etiam Guidoni fratri prædicti Vicecomitis, Pontio Domino de Gordonio, & Petro de Cryol, quod feodum suum, quod eis a retro est de termino prædicto, sicut per Johannem de la Lind. Senescallum nostrum Lemovic. intelleximus, eis similiter, ad prædictum Scaccarium nostrum, reddi faciemus termino supradicto.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Boloniam supra mare, septimo die Februarii.

* I. 780.

Ann. D. 1264. An. 48. H. 3. Pat. Angl. & Franc. 48. H. 3. m. 2.

De plena potestate Margaretæ Reginæ Franciæ super facto Brigeriaci.

UNiversis, ad quos præsentes literæ pervenerint, Henricus, Dei gratia, Rex Angliæ, &c. salutem.

De Jocalibus Regis apud Templum Paris. depositis.

REX omnibus, &c. Ann. D.
Sciatis quod assignavimus dilectam consortem nostram Alie- 1264.
noram Reginam Angliæ, Petrum Comitem Sabaud. Johannem An. 48.
Maunsel Thesaurarium Eborum, ad recipiendum nomine nostro, H. 3.
Jocalia nostra quæ sunt in deposito apud Templum Paris. Ibidem.

Dantes eis potestatem disponendi, & faciendi, de prædictis Jocalibus, prout ad commodum & honorem nostrum melius viderint expedire.

In cujus, &c.

Dat. &c. ut supra.

Et mandatum est Thesaurario Templi Paris. quod prædicta Jocalia præfatis Reginæ, Petro, & Johanni deliberet, cum ab eis super hoc fuerit requisitus.

In cujus, &c.

Dat. &c. ut supra.

De tractando cum Simone de Monteforti, & Baronibus, in præsentia Nuncii Regis Franciæ.

REX omnibus, &c. salutem. Ann. D.
Noveritis nos constituisse & assignâsse venerabilem patrem 1264.
R. Coventr. & Lichfeld. Episcopum, & Magistrum Nicholaum An. 48.
de Plumpton Archidiaconum Norff. Nuncios & Procuratores nos- H. 3.
tros, ad requirendum Simonem de Monteforti Comitem Leyces- Pat. 48
triæ, * & alios Barones sibi adhærentes ad tractandum in præsen- H. 3.
tia Johannis de Valentia Militis & Nuncii Regis Franciæ illustris, m. 64.
super quibusdam articulis & negotiis, quæ præfatis Episcopo & Ar- * I. 781.
chidiacono injunximus ipsis viva voce exponenda:

Ratum habituri & gratum quicquid præfati Episcopus & Archidiaconus in præmissis duxerint faciendum, &c.

Teste Rege apud Oxon. 13 die Martii.

Bulla de Compromisso Regis & Baronum ad Regem Franciæ super Provisionibus Oxonii, & dicto Regis Franciæ confirmando.

URbanus Episcopus, servus servorum Dei, carissimo in Christo Ann. D.
Filio Regi Anglorum illustri, salutem & Apostolicam 1264.
benedictionem. An. 48.
Licet ea, quæ attentæ deliberationis discutiuntur examine, ac H. 3.
providi maturitate consilii diriguntur, firma desideremus & illibata L. A.
servari; quæ tamen per orthodoxos Reges & Principes, maxime f. 60. b.
pro Regum & Regnorum statu pacifico, & sopiendis eorum dis- Penes
cordiis ordinantur, libenter oportuno favore prosequimur, & Apos- Camerar.
tolico munimine roboramus. Scaccar.

Sanè per tuas, & carissimi in Christo Filii nostri, Regis Francorum illustris, litteras nuper accepimus quod, inter te, ex parte una, & quosdam Episcopos, & nonnullos Barones Regni tui, ex altera,

* I. 782. Adjecit etiam quod, ex vi seu viribus earumdem Provisionum, Obligationum, vel Ordinationum, aut alicujus potestatis, * à te super hoc concessæ, nullus nova Statuta faciat, nec quisquam jam facta teneat vel observet, neque pro eo, quod prædicta servata non fuerint, debeat aliquis alterius Capitalis, vel aliter inimicus haberi, aut pœnam propter hoc aliquam sustinere.

Decrevit quoque quod omnes litteræ, super præmissis provisionibus & earum occasione confectæ, irritæ sint & inanes; ordinans quod tibi restituantur à Baronibus memoratis.

Præterea dixit & ordinavit quod quæcumque castra fuerint tradita, custodienda securitatis causâ, vel occasione prædictorum, & adhuc detinerentur, liberè tibi ab eisdem Baronibus redderentur à te tenenda, sicut, ante dictarum provisionum tempus, illa tenebas.

Ordinavit etiam & dixit quod libere tibi liceat Capitalem Justitiarium, Cancellarium, Thesaurarium, Consiliarios, Justiciarios minores, Vicecomites, & quoscumque alios Officiales, ac Ministeriales dicti Regni, & domus tuæ, sicut faciebas, & facere poteras, ante tempus provisionum prædictarum, præficere, instituere, destituere, & amovere, pro tuæ libito voluntatis.

Cæterum retractavit & cassavit illud statutum, per quod Regnum Angliæ debebat per indigenas gubernari: & alienigenæ debebant ab eodem exire, ad illud minime reversuri; exceptis illis, quorum moram fideles ipsius Regni communiter acceptarent.

Ad hæc ordinavit quod liceret alienigenis securè in dicto Regno morari, quodque tu tàm alienigenas, quàm indigenas, quos tibi videris utiles & fideles, ad consilium tuum secure vocare valeas, sicut facere poteras ante tempus prædictum.

Dixit insuper & ordinavit quod plenam potestatem, & liberum Regimen in Regno tuo, & ejus pertinentiis, habeas, sisque in eo statu, & in eâ plenariâ potestate in omnibus & per omnia, sicut ante tempus hujusmodi existebas.

Noluit autem, nec intendit, per hujusmodi ordinationem, Regiis Privilegiis, Cartis, Libertatibus, Statutis, & laudabilibus consuetudinibus ejusdem Regni, quæ ante tempus ipsarum Provisionum erant, in aliquo derogare.

Denique ordinatum, quod tu omnem Rancorem, quem adversus prædictos Barones, occasione præmissorum haberes, ipsis remitteres; ac similiter remitterent ipsi tibi:

Et quod unus alterum, prætextu eorum, de quibus in eundem Regem extitit compromissum, per se, vel per alium non gravet de cætero in aliquo, vel offendat, prout in litteris inde confectis, dicti Regis Franciæ Sigillo munitis, pleniùs dicitur contineri;

Nos igitur, cupientes tuum & prædicti Regni statum tranquillitate prosperâ, & tranquillâ prosperitate vigere, ipsius Regis & tuis supplicationibus inclinati, ordinationem hujusmodi, taliter editam & prolatam, ratam habentes, eam auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus:

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contrahire; si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei,

idem Rex Franciæ de hiis, vel eorum aliquibus statueret, vel etiam ordinaret (ita tamen quòd citra dictum Festum Pentecostes proferret dictum suum) tam super prædictis, quàm omnibus aliis, quæ super rebus in compromisso deductis, vel circa ipsas interim contingeret attemptari:

Dictus autem Rex Franciæ, hujusmodi compromisso recepto, & apud Civitatem Ambianensem propter hoc partibus convocatis, & ipso Rege Anglorum, ac quibusdam ex dictis Baronibus personaliter, aliis verò per Procuratores comparentibus coram ipso, auditis quoque quæ fuerunt hinc inde proposita; defensionibus etiam ac rationibus partium pleniùs intellectis, attendens quod, per Provisiones, Ordinationes, Statuta & Obligationes prædicta, & per ea, quæ ex ipsis, & eorum occasione subsecuta erant, juri & honori ejusdem Regis Anglorum fuerat plurimum derogatum;

Quodque dicti Regni turbatio, depressio, & spoliatio Ecclesiarum, & alia gravissima dispendia personis ecclesiasticis ac secularibus, indigenis, & alienigenis inde evenerant, & verisimiliter timebatur nè graviora emergerent in futurum, plenâ super præmissis deliberatione præhabitâ, bonorum quoque & magnatum communicato consilio;

Provisiones, Statuta, Ordinationes, & Obligationes prædicta, quocunque nomine censerentur, & quicquid esset ex eis, vel eorum occasione secutum, per dictum & ordinationem suam cassavit & irritavit; maximè cum appareret illa fore per litteras Sedis Apostolicæ cassa & irrita nunciata.

Ordinavit insuper quod, tàm idem Rex Anglorum, quàm præfati Barones & alii, qui consenserunt hujusmodi compromisso, quique de prædictis observandis se quomodolibet astrinxerunt, quitent eos de provisionibus, statutis, ordinationibus & obligationibus ipsis, & penitus absolvant.

Adjecit etiam quod, ex vi, seu viribus earumdem provisionum, obligationum, seu ordinationum, vel alicujus potestatis, à præfato Rege Anglorum, super hoc concessæ, nullus nova statuta faciat, nec quisquam jam facta teneat, vel observet; neque pro eo, quod prædicta servata non fuerint, debeat aliquis alterius capitalis, vel aliter inimicus haberi, aut pœnam propter hoc aliquam sustinere.

Decrevit quoque quòd omnes litteræ, super præmissis provisionibus, & earum occasione confectæ, irritæ sint & inanes; ordinans quòd, eidem Regi Anglorum restituantur à Baronibus memoratis.

Præterea dixit & ordinavit quod, quæcunque Castra fuerunt tradita, custodienda securitatis causâ, vel occasione prædictorum, & adhuc detinerentur, liberè ipsi Regi Anglorum ab eisdem Baronibus redderentur; ab ipso tenenda, sicut, ante dictarum provisionum tempus, illa tenebat.

Ordinavit etiam & dixit quòd liberè ipsi Regi Anglorum liceat, capitalem Justitiarium, Cancellarium, Thesaurarium, Consiliarios, Justiciarios minores, Vice-comites, & quoscunque alios Officiales ac Ministeriales dicti Regni, & Domus ipsius Regis Anglorum, sicut faciebat, & facere poterat, ante tempus provisionum prædictarum, præficere, instituere, destituere & amovere pro suæ libito voluntatis.

vel differri, & de quâ, in nostris litteris, fieri oporteat mentionem; & constitutione de duabus dietis editâ in concilio generali; seu quod illis, de Regno Angliæ, ab Apostolica sede dicitur esse concessum, ut extra Regnum ipsum, vel citra mare Anglicanum non possint ad judicium evocari per litteras Apostolicas non facientes plenam & expressam de concessione hujusmodi mentionem.

Dat. apud Urbem veterem, decimo sexto Kal. Aprilis, Pontificatûs nostri anno tertio.

Sub filo canabi.

De tractando cum Baronibus apud Brackly, in præsentia Nuncii Regis Franciæ.

Ann. D. 1264. An. 48. H. 3. Pat. 48. H. 3. m. 16. * 57.

REX omnibus, &c. salutem.

Sciatis quod venerabili patri R. Coventriæ & Lichfeldiæ Episcopo, & Magistro Nicholao Archidiacono Norfolciæ, plenam & liberam dedimus potestatem ad tractandum apud Brackele in præsentia Johannis de Valentia Militis & Nuncii carissimi consanguinei nostri Regis Franciæ illustris, pro nobis, magnatibus & proceribus nostris, ex parte una, & Simone de Monteforti Comite Leicestriæ, Baronibus, & aliis sibi adhærentibus ex altera, super securitate, tranquilitate & firmitate pacis Regni nostri; ratum habituri & gratum quicquid præfati Episcopus & Archidiaconus in præmissis de consilio & assensu prædicti Johannis, providendum duxerint & faciendum.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Oxonium, vicesimo die Martii.

---

* I. 785.

* *Bulla de Conjurationibus irritatis, & Juramentis super illis relaxatis.*

Ann. D. 1264. An. 48. H. 3. Lib. A. fol. 62. b. penes Camerar. Scaccar.

URbanus Episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri Archiepiscopo Cantuarien. & dilecto Abbati Sancti Dionisii in Francia, salutem & Apostolicam benedictionem.

Cum olim ad nostrum pervenisset auditum, quod nonnulli Magnates & alii Regni Angliæ diversas conjurationes, obligationes & conspirationes adinvicem fecerint, vallantes eas juramentis propriis, & diversarum adjectione pœnarum;

Nos, attendentes quod per conjurationes, colligationes & conspirationes hujusmodi prædicto Regno ac ejus multa poterant evenire dispendia & etiam nocumenta;

Considerantes quoque per perturbationem ipsius Regni, quod inter alia Regna fidelia Deo & Apostolicæ sedi a longinquis temporibus specialiter devotum existit, in multis eidem sedi posse generari præjudicium, & libertati Ecclesiasticæ non modicum detrimentum, pro tranquillo & prospero statu prædicti Regni, & incolarum ipsius, & specialiter carissimi in Christo filii nostri Regis Angliæ illustris, quem sinceræ caritatis brachiis in Domino amplexamur, ad hoc studia nostra convertimus, per quod, pax & tranquilitas Regi & Regno, ac incolis prædictis, dante Domino, proveniret.

Ut igitur, dissensionis & scandali exinde submota materia, Reg-

De Conditionibus sub quibus Archiepiscopus Cantuariensis revertatur in Angliam.

ANno Domini 1264, mense Martii, in præsentia illustris Regis Angliæ, de Consilio Procerum & Magnatum ejusdem Regni, actum est, quod venerabilis pater B. Dei gratiâ Cantuariensis Archiepiscopus, totius * Angliæ Primas, in Angliam revertatur, sub conditionibus infrascriptis, in Regno pacifice moraturus. Ann. D. 1264. An. 48. H. 3. Extract. Donationum, &c. An. 45. 46. 47. 48. H. 3. m. 3. d. * I. 786.

In primis igitur actum est, quod Archiepiscopus in reversione sua excommunicationis sententias in quascunque personas, occasione turbationis in Regno Angliæ habitæ, promulgatas, sine difficultate qualibet relaxet in forma juris: dum tamen illi, qui excommunicati fuerint inventi, de excessibus satisfacere sint parati, & pro eisdem Canonica mandata Archiepiscopi recipere tenentur in forma inferiùs in proximo articulo contenta.

Secundo, actum est, quod de emendis faciendis, nomine excessuum Ecclesiis & Ecclesiasticis personis infra loca, jurisdictioni suæ immediate subjecta, arbitretur Archiepiscopus de consilio omnium Suffraganeorum suorum, aut majoris & sanioris partis; & de arduis negotiis, Ecclesiam Anglicanam & Regnum contingentibus, futuris temporibus post reversionem suam, similiter de consilio eorundem & aliorum discretorum de Regno, ordinet & disponat.

Tertio, actum est, quod Magistros tales familiares Clericos suos secum adducat; & hos tantum Clericos alienigenas de consilio suo & familia retineat.

Quarto, actum est, quod alii Clerici, quicunque beneficiati in Regno Angliæ, cum Archiepiscopo redire volentes, in beneficiis suis salvo & secure redeant & morentur: & bona Ecclesiastica infra Regnum expendant, ut tenentur, nihil extra Regnum deferentes vel mittentes, nisi casus necessarius, & a consilio Regis approbatus, hoc requirat.

Quinto, actum est, quod Archiepiscopus, seu Clerici cum ipso venientes nihil in literis, Nunciis, seu mandatis secum deferant, vel quicquam aliud, in ipso Regno commorantes, per se vel per alios procurent, de quo Regi, aut aliquibus de Regno dampnum possit, vel periculum, seu præjudicium provenire.

Ad memoriam autem præmissorum præsentibus sigillum illustris Regis Angliæ est appensum.

Per totum Consilium.

Bulla de juramento cassato super Provisionibus Oxon.

URbanus Episcopus, servus servorum Dei, universis Christi fidelibus, salutem & Apostolicam benedictionem. Ann. D. 1264. An. 48. H. 3. Ex Autogr.

Carissimum in Christo filium nostrum Regem Anglorum illustrem, & Regnum ejus, quod Deo & Apostolicæ sedi multa fore dinoscitur subjectione devotum, & devotione subjectum, necnon incolas ipsius Regni, tanquam dictæ sedis filios speciales, paternæ dilectionis brachiis amplectentes, desideramus eis statum procurare pacificum, ipsorumque dispendiis, Deo propitio, salubriter obviare.

Cum igitur, sicut ad nostrum pervenit auditum, nonnulli Magnates & alii ejusdem Regni, diversas provisiones, ordinationes, obligationes, conjurationes, colligationes & conspirationes, & nonnulla statuta adinvicem apud Oxoniam fecerunt, vallantes ea propriis juramentis & diversarum adjectione pœnarum;

Nos, intelligentes quòd ex his in eodem Regno gravis extitit turba-

litan. loci, collationem seu donationem hujusmodi confirmârunt, prout in literis inde confectis dicitur plenius contineri:

Dictique Prior & Conventus Hospitale præfatum, ejusque custodiam, cum omnibus pertinentiis suis, a centum annis citra, usque ad hæc tempora, pacificè possederunt;

Instituentes & destituentes fratres ibidem, qui suscipiebant ab eis professionem, habitum, & vivendi modum, secundum regulam Sancti Augustini; & promittebant juramento, super hoc præstito, sub eorum obedientia vivere, & ipsis tàm de spiritualibus, quàm de temporalibus plenarie respondere:

Sed venerabilis frater noster Londonien. Episcopus, contra collationem & confirmationem hujusmodi veniens, ipsos Hospitali prædicto, ejusque juribus & pertinentiis suis spolians, non permittit fratres commorantes ibidem canonicam eis & debitam exhibere obedientiam, ad eorum venire Capitulum, & sibi de temporalibus, more solito, respondere:

Quocirca discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus quatinus, si est ita, dictum Episcopum, quod eisdem Priori & Conventui hospitale ipsum, cum omnibus suis pertinentiis, cum integritate restituat, dictosque fratres ejus libere respondere permittat de justitiis consuetis, monitione præmissa, auctoritate nostra, appellatione remota, compellatis:

Non obstante si eidem Episcopo a sede Apostolica sit indultum quod excommunicari, suspendi, vel interdici non possit per literas sedis ejusdem, non facientes plenam & expressam de indulto hujusmodi mentionem;

Quod, si non ambo hiis exequendis potueritis interesse, alter vestrûm ea nichilominus exequatur.

Dat. apud Urbem veterem, quinto Kal. Aprilis, Pontificatûs nostri anno tertio.

Plumbeo Sigillo a filo canabeo.

Bulla pro Priore & Conventu Sanctæ Trinitatis, quæ dirigitur Reginæ Angliæ pro Hospitali Sanctæ Caterinæ.

Ann. D. 1264. *An. 48. H. 3. Ex Autogr.*

URbanus Episcopus, servus servorum Dei, carissimæ in Christo filiæ Reginæ Angliæ illustri, salutem & Apostolicam benedictionem.

Dilecti filii Prior & Conventus Ecclesiæ Sanctæ Trinitatis Londonien. ordinis Sancti Augustini, nobis exponere curaverunt, quòd claræ memoriæ H. Rex Angliæ ac M. Regina uxor ipsius, perpetuam custodiam, & quicquid juris habebant in Hospitali eorum Sanctæ Katerinæ, juxta Turrim Londonien. posito, quod ipsi de bonis propriis construxerant & dotarant, duxerunt eis & dictæ Ecclesiæ Sanctæ Trinitatis liberaliter conferenda.

* I. 788. * Et postmodum quidam Reges Angliæ, qui post ipsos fuerunt, & etiam carissimus in Christo filius noster, Rex Angliæ illustris, collationem hujusmodi habuerunt ratam & firmam.

Hinc est quod nos, devotionis vestræ precibus inclinati, vobis, auctoritate præsentium, indulgemus ut liceat vobis, in causis Ecclesiæ vestræ, verum testimonium ferre; dummodo unus, vel duo ex vobis ad agendum & respondendum fuerint instituti; quorum testimonium admitti non debet in causis, in quibus auctores extiterint, vel etiam responsales.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire;

Siquis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli, Apostolorum ejus, se noverit incursurum.

Dat. apud Urbem veterem, Kalend. Aprilis, Pontificatûs nostri anno tertio.

Sub plumbeo Sigillo pendente a filis sericis flavi rubeique coloris.

** Acquietantia pro Rege Franciæ, & de pecunia recepta in utilitatem Regni & Ecclesiæ expendenda.* * I. 789.

Ann. D. 1264. *An. 48. H. 3. Pat. 48. H. 3. n. 51.*

REX omnibus, &c. salutem.

Noveritis quod, cum per compositionem & pacem, inter karissimum Dominum, & consanguineum nostrum Ludovicum, illustrem Regem Franciæ, & nos initam, teneretur nobis idem Rex dare id quod quingenti Milites custare deberent rationabiliter ad tenendum per duos annos: secundum quod in forma pacis ejusdem plenius continetur.

Nosque, aliorum arbitrium non curantes super hoc expectare, de bonorum consilio & communi assensu, ad hunc amicabilem finem devenissemus, quod idem Dominus Rex, pro eo quod custare deberent quingenti Milites tenendi, ut prædictum est, nobis in centum, triginta, quatuor millibus librarum Turon. teneretur;

Nos postmodum recepimus ab ipso Domino Rege Franciæ prædicta centum triginta quatuor millia librarum Turon. in pecunia numerata, & de hiis recognoscimus ab eodem Domino Rege nobis integraliter satisfactum fuisse: quietantes imperpetuum pro nobis, hæredibus, ac successoribus nostris, ipsum Dominum Regem Franciæ, ac hæredes, & successores suos, de prædicta summa centum, triginta, quatuor millium librarum Turon. & de eo, quod nos, vel hæredes, aut successores nostri petere possemus ab ipso Domino Rege Franciæ, vel hæredibus, aut successoribus suis pro eo quod constare possent prædicti quingenti Milites tenendi per duos annos, sicut plenius exprimitur in forma pacis ejusdem.

Verum, cum nos magnam partem prædictæ totalis summæ centum, triginta, quatuor millium librarum Turon. in utilitatem Regni Angliæ jam expenderimus, promittimus quod residuum ipsius pecuniæ in servitium Dei, aut Ecclesiæ, vel in utilitatem Regni Angliæ expendemus, prout tenemur, & in forma pacis plenius continetur.

In

„ [illegible] prædictos [illegible] Simonem & Petrum de
H. 3. „ Monteforti Seniorem, quos, ex Commissione Edwardi primo-
m. 13. „ geniti nostri carissimi, in custodia tenetis, sine dilatione delibe-
„ retis, ita quod salvo & secure possint ire quo voluerint.

„ Et hoc nullatenus omittatis.

„ Teste Rege apud Bellum, decimo septimo die Maii.

„ *Eodem modo mandatum est Willielmo la Zuch quod deliberari* „ *faciat Petrum de Monteforti Juniorem, in forma prædicta.*

„ *Eodem modo mandatum est Jacobo de Aldithele quod deliberari* „ *faciat Robertum de Monteforti, in forma prædicta.*

„ *De committendo Castrum Doveriæ & quinque Portus*
„ *Henrico de Montfort, Simonis filio, custodienda.*

Rege captivo. Ann. D. 1264. An. 48. H. 3. Pat. 48. H. 3. m. 13. n. 47.

„ REX omnibus, tenentibus de Castellaria Dovorr. salutem.

„ Sciatis quod commisimus dilecto Nepoti nostro Henrico „ de Monteforti, filio Comitis Leycestriæ, Castrum nostrum Do- „ vorr. quinque Portus nostros, & Camerariam nostram de Sand- „ wico, cum pertinentiis, custodienda, quamdiu nobis placue- „ rit;

„ Ita quod de exitibus, inde provenientibus, nobis respondeat ad „ Scaccarium nostrum:

„ Et ideo vobis mandamus quod eidem Henrico in omnibus, „ quæ ad custodiam illam pertinent, intendentes sitis & respon- „ dentes, sicut prædictum est.

„ In cujus, &c.

„ Teste Rege apud Westmonasterium, vicesimo octavo die „ Maii.

Per Regem & R. Aquilun.

*I 791. „ * *Et mandatum est Ricardo de Grey quod prædicta Castrum &* „ *Portus, una cum Armis, Victualibus, Balistis, & alia Garnestu-* „ *ra ejusdem Castri, ad opus Regis reservanda liberet præfato Hen-* „ *rico, de quibus omnibus chirographum inter ipsos fieri faciat;*

„ Ita quod idem Henricus nobis de eisdem valeat respondere.

„ In cujus, &c.

„ Teste ut supra.

„ *Et mandatum est Baronibus & Ballivis Portus de Sandwico,* „ *quod eidem Henrico, tanquam Constabulario Castri prædicti, Cus-* „ *todi Quinque Portuum, & Camerario Sandwici, in omnibus, quæ* „ *ad custodiam illam pertinent, intendentes sint & respondentes, si-* „ *cut prædictum est.*

„ Teste ut supra.

„ *Item mandatum est Baronibus & Ballivis Portuum Doverr.* „ *Sandwic. Hith. Romeney, Winchelese, & la Rye, & Hastings,* „ *quod ei sint intendentes & respondentes, sicut prædictum est.*

„ *Item mandatum est Rogero de* [illegible] *ut supra, & addu-* „ *cat secum Reginaldum de Watervill, Johannem le Despenser,* „ *Adam le Despenser, Rogerum de la Hide, Humfridum de Bassing-* „ *burn, & omnes alios hujusmodi prisones, &c. & tradita fuit lite-* „ *ra Simoni de Watervil.*

„ *Eodem modo mandatum est Rogero de Clifford, quod adducat se-* „ *cum Willielmum de Eyvill, Henricum de Penbregg, Baldewinum* „ *de Drayton.*

„ *De Armis non portandis, & prisonibus deliberandis.*

„ REX Johanni de Grey, Constabulario Castri sui Nottingha- „ miæ, salutem. Rege captivo.

„ Cum jam, sedatâ turbatione, nuper habitâ in Regno nostro, Ann. D. „ pax inter nos & Barones nostros, divinâ cooperante gratiâ, or- 1264. „ dinata sit & firmata; ac ad pacem illam per totum Regnum in- An. 48. „ violabiliter observandam de consilio & assensu Baronum nostro- H. 3. „ rum provisum sit ne quis, sub amissione terrarum & tenemento- Pat. 48. „ rum suorum, &c. *ut in Litteris præcentibus.* H. 3.

„ * Et hoc sicut nos & honorem nostrum, necnon & tranquil- m. 13. d. „ litatem & pacem Regni nostri diligitis, nullatenus omittatis.

* I. 792.

„ Teste Rege apud Sanctum Paulum London. quarto die Junii.

„ Littera prædicta commissa fuit Philippo de Driby per Comi- „ tem Leycestriæ, Comitem Gloucestriæ, &c.

„ Item mandatum est Drogoni de Barentino Constabulario Cas- „ tri Windesor, quod Willielmum de Furnival, & omnes alios „ prisones, &c. secum adducat, &c. ut supra, & litera ista tradita „ fuit Charles Valletto Regis, deferenda præfato Constabulario.

„ Item mandatum est Johanni de Vallibus, Constabulario Castri „ Norwici, vel Subconstabulario ejusdem Castri, quod veniat in „ forma prædictâ, & adducat secum Ger. de Furnivall, Willel- „ mum de Eylesford, Radulphum de Bruton, Johannem Estor- „ my, & omnes alios hujusmodi prisones, &c. in formâ supra- „ dicta.

„ *De Custodibus pacis in singulis Comitatibus constitutis.*

„ REX Adæ de Novo-Mercato, salutem.

„ Cum jam, sedata turbatione, nuper habita in Regno nos- Ann. D. „ tro, pax inter nos & Barones nostros, divinâ cooperante gratiâ, 1264. „ ordinata sit & firmata; ac ad pacem illam per totum Regnum An. 48. „ nostrum inviolabiliter observandam, de Consilio & Assensu Ba- Hen. 3. „ ronum nostrorum, provisum sit, quod in singulis Comitatibus Pat. 48. „ nostris, per Angliam, ad tuitionem & securitatem partium illa- H. 3. „ rum, custodes pacis nostræ constituantur, donec per nos & Ba- m. 12. d. „ rones nostros de statu Regni nostri aliter fuerit ordinatum; cum- „ que nos, de vestra fidelitate simul & industria fiduciam gerentes, „ vos, de Consilio dictorum Baronum nostrorum, Custodem nos- „ trum assignaverimus in Comitatu Lincolniæ, quamdiu nobis pla- „ cuerit;

„ Vobis mandamus, in fide, qua nobis tenemini, firmiter injun- „ gentes, quatinus, custodiæ pacis nostræ ibidem, & hiis, quæ ad „ confer-

„ Eodem modo constituitur Henricus Engaine in Comitatu Hunt.

„ Eodem modo constituitur Willielmus le Mareschall in Comitatu Northampt.

„ Eodem modo constituitur Godefridus de Escudemor in Comitatu Wilts.

„ Eodem modo constituitur Johannes de Sancto Walerico in Comitatu Southampt.

„ Eodem modo constituitur Willielmus de Tracy in Comitatu Gloucestriæ.

„ Eodem modo constituitur Radulphus Basset de Sapercon in Comitatu Leycestriæ.

„ Eodem modo constituitur Thomas de Estleys in Comitatu Warr.

„ Eodem modo constituitur Robertus de Stradeley in Comitatu Nott.

„ Eodem modo constituitur Ricardus de Vernon in Comitatu Derb.

„ Eodem modo constituitur Johannes filius Johannis in Comitatu Buckinghamiæ.

„ Eodem modo constituitur Walterus de Beuchamp de Chalvester in Comitatu Bedford.

„ Eodem modo constituitur Gilbertus de Ellesfend in Comitatu Oxon.

„ Eodem modo constituitur Robertus filius Nigelli in Comitatu Berks.

„ Eodem modo constituitur Johannes de Plessetis in Comitatu Northumb.

„ Eodem modo constituitur Thomas de Muleton in Comitatu Cumbr.

„ Eodem modo constituitur Johannes de Marevill in Comitatu Westmerl.

„ Item, Scribitur Henrico de Monteforti Vicecomiti Kantiæ

„ quos credent honori Dei & Ecclesiæ, Domino Regi & Regno utiles & fideles:

„ Consiliarii quoque, ac omnes officiales, majores & minores, in sua Creatione, jurabunt quod officia sua, pro posse suo, ad honorem Dei & Ecclesiæ, & ad utilitatem Domini Regis & Regni absque munere, præter esculenta & poculenta, quæ communiter in mensis præsentari solent, fideliter exequentur.

„ Quod, si prædicti Consiliarii, vel aliqui, seu aliquis eorum, in administratione, sibi commissâ, male versati vel versatus fuerint aut fuerit, seu ex alia causa mutandi fuerint, Dominus Rex per consilium priorum trium Electorum seu nominatorum, quos amovendos viderit, amoveat: Et loco eorum, per eosdem, alios fideles & idoneos subroget & substituat.

„ Si autem officiales, majores vel minores, in officiis suis male versentur, Dominus Rex, per Consilium prædictorum novem, ipsos amoveat, & alios sine dilatione, per Consilium prædictorum, loco eorum, substituat.

„ Quod, si primi tres Electores seu nominatores, in electione vel nominatione Consiliariorum, aut forte Consiliarii, in creatione officialium, vel aliis negotiis Domini Regis & Regni gerendis seu disponendis, discordes fuerint, quod à duabus partibus concorditer factum fuerit vel ordinatum firmiter observetur; dummodo, de illis duabus partibus, unus sit prælatus Ecclesiæ in negotiis Ecclesiam contingentibus.

„ Et, si contingat duas partes dictorum novem in aliquo negotio non esse concordes, de discordia illa stabitur ordinationi primorum trium Electorum vel nominatorum, aut majoris partis eorundem.

„ Et, si videatur Communitati Prælatorum & Baronum concorditer expedire, quod aliqui vel aliquis, loco aliquorum aut alicujus primorum trium nominatorum subrogentur vel substituantur, Dominus Rex, per Consilium Communitatis, Prælatorum, & Baronum, alios vel alium substituat.

„ Omnia autem prædicta faciat Dominus Rex per Consilium prædictorum novem in forma supradicta, vel ipsi vice & auctoritate Domini Regis; præsente ordinatione duratura, donec Misa apud Lewes facta, & postea à partibus sigillata, fuerit concorditer consummata; vel alia provisa, quam partes concorditer duxerint approbandam.

„ Hæc autem ordinatio facta fuit London. de consensu, voluntate, & præcepto Domini Regis; necnon Prælatorum, Baronum, ac etiam Communitatis, tunc ibidem præsentis.

„ In cujus rei testimonium Domini R. Lincolniensis, & Hugo Eliensis Episcopi, R. Comes Norfolciæ & Marescallus Angliæ, R. de Veer Comes Oxoniensis, Humphredus de Bohun, Will. de Monte Caniso & Major London. Signa sua huic scripturæ adposuerunt.

„ Actum in Parliamento Lond. mense Junii, anno Domini 1264.

„ Item, ordinatum est quod status Ecclesiæ Anglicanæ in statum debitum reformetur.

M

„ Item,

m. 7.

„ Nos ei ad hoc faciendum licentiam nostram duximus concedendam; præsertim cum ex hoc nulli de Regno dampnum debeat vel periculum imminere.

„ In cujus, &c.

„ Teste Rege apud Sanctum Paulum London. decimo sexto die Julii.

„ *De decimis sine dilatione Simoni de Montfort mittendis.*

Rege captivo. Ann. D. 1264. *An. 48. H. 3. Claus. 48. H. 3. m. 3. d.*

„ REX S. Episcopo Norwicensi salutem.

Cum per Prælatos & Magnates Regni nostri provisum sit & unanimiter concessum, quod decimæ proventuum omnium Beneficiorum Ecclesiasticorum in Regno nostro conferantur ad communem utilitatem ejusdem Regni & Ecclesiæ Anglicanæ, & quod hujusmodi decimæ per locorum Episcopos leventur, & ad nos mittantur:

„ Vobis mandamus, quod hujusmodi decimas, quas juxta provisionem prædictam in vestra Diocesi de beneficiis Ecclesiasticis levari fecistis, ad nos sine dilatione mittatis, convertendas in communem utilitatem Regni nostri & Ecclesiæ prædictæ;

„ Et hoc nullatenus omittatis, scituri quod, nisi hoc mandatum nostrum facere volueritis, de consilio Magnatum, qui sunt de Consilio nostro, mandavimus Vicecomiti nostro Norff. & Suff. quod dictam decimam ob defectum vestri (quod nollemus) levari, & ad nos mitti faciat indilate.

„ Teste Rege apud Cantuar. primo die Septembris.

„ *Mandatum Archiepiscopo Ebor. quod, nisi decimam celeriter mittat, eandem per Ballivos suos levari faciet.*

Rege captivo. Ann. D. 1264. *An. 48. H. 3. Claus. 48. H. 3. m. 3. d.* * I. 796.

„ REX G. Eborum Archiepiscopo, Angliæ Primati, salutem.

Licet nos, una cum Regni Prælatis & Proceribus, super alienigenarum inimicorum nostrorum adventu nuper præmuniti, de consilio eorundem Prælatorum & Procerum provida deliberatione duxerimus statuendum, ut à communis defensionis auxilio nullus excludatur sexus aut ordo, nullius personæ laboribus, nullis rerum parcatur impendiis;

„ Illa tamen devotio debita, quam ad sanctam Ecclesiam Catholicam gerimus, nos induxit ut virorum Ecclesiasticorum, in hac parte, subsidium de Prælatorum ordinaretur assensu; qui, * ut suæ & Clericorum suorum tranquilitati prospicerent, & bellorum clades personaliter evitarent, decimam omnium Ecclesiasticorum proventuum, in suis Diocæsibus, non solum nobis, sed ad utilitatem Reipublicæ, Regni & Ecclesiæ Anglicanæ concesserunt:

„ Quia vero non tantum Ecclesiis, Eboracensis Ecclesiæ Suffraganeis, & earum Clericis, sed etiam ipsi Eborum Ecclesiæ vestræ, ejusque Clericis, & toti Clero Regni nostri prospicitur in hac parte;

„ Vobis mandamus, firmiter injungendo, quod decimam omnium Ecclesiasticorum proventuum in Diocæsi Eborum existentium, nullo ab hac præstatione exempto, per vos, vel ministros vestros, citra Festum Sancti Michaelis levari, & ad nos mitti faciatis.

„ Comiti Andegaviæ, prædicti Regis Franc. Germano, & Abbati de Becco, inspiciendi & examinandi formam ordinationis, seu pacis prædictæ: addendi, & detrahendi eidem: & emendandi (si quid addendum, detrahendum, seu corrigendum viderint) & providendi omnem securitatem, quam viderint oportunam; & ea omnia, quæ ordinanda seu statuenda duxerint, firmiter observandi.

„ Nos autem omnia & singula, quæ ipsi ad emendationem & observationem pacis ejusdem ordinaverint, rata habebimus & accepta; subjiciendo nos jurisdictioni & cohertioni venerabilis Patris G. Sabin. Episcopi, Apostolicæ sedis Legati, ut ipse, per sententiam excommunicationis, & omne genus censuræ Ecclesiasticæ, nos, & omnes, & singulos, compellere possit, si forte ordinationi prædictorum in aliquo præsumpserimus contrahire.

„ Et, si prædictus Comes Andegaviæ præsens non fuerit, vel negotium istud in se assumere noluerit, volumus quod Dominus Simon de Claro Monte, Dominus de Neel, vel Dominus Petrus le Chamberleng, loco ejusdem Comitis subrogetur.

„ * Quod, si prædicti quatuor in aliquo articulo pacis prædictæ discordes fuerint, judicio majoris partis eorundem stetur: Et, si pares in discordia fuerint, volumus ut venerabilis Pater Archiepiscopus Rothomagensis eis associetur: &, quod a majori parte eorundem quinque concorditer fuerit ordinatum, firmiter observetur. * I. 797.

„ Nolumus autem quod aliquid liceat eis dicere, ordinare, seu statuere, circa emendationem ordinationis seu pacis prædictæ, per quod Regnum Angliæ per alios, quàm per indigenas gubernetur; nec Castrorum custodia, seu alia Ballia in Regno prædicto aliis, quam indigenis, fidei non suspectis, committatur.

„ Volumus etiam, modis omnibus, quod pax inter nos Regem Angliæ, & præfatum Comitem Leicestriæ, super personalibus & specialibus querelis, quæstionibus & contentionibus (quas contra eundem Comitem habemus, & ipse adversus nos, & de quibus posuimus nos in prædictum Regem Franc.) fiet & assecuretur, antequam pax seu ordinatio prædicta finaliter compleatur.

„ In cujus rei testimonium huic scripto nos Rex Angliæ, Comites Leycestriæ, & Gloucestriæ, Johannes, Johannes, Willielmus, Henricus, & Egidius, pro nobis & cæteris Baronibus, & Comunitate Regni Angliæ, sigilla nostra apposuimus.

„ Dat. apud Cantuar. die Jovis, proximo post Festum Nativitatis beatæ Virginis, anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo quarto.

„ *Complices Simonis de Montfort constituuntur Procuratores ad tractandum in præsentia Regis Franciæ & Legati Papæ, super statu Regni Angliæ.*

„ REX Angliæ omnibus ad quos, &c. salutem. *Rege captivo.* Ann. D. 1264.

Noverit Universitas vestra quod nos ordinamus & constituimus venerabiles Patres W. Wigorniensem, & J. Winton. Episcopos, & nobilem virum Petrum de Monteforti, Procuratores & Nuncios nostros solempnes; *An. 48. H. 3. Pat. 48. H. 3. m. 4. d.*

„ Dantes eis potestatem tractandi in præsentiâ magnifici Principis Domini Ludovici, Dei gratiâ, Regis Franciæ illustris, & vene-

dam Oxoniæ (quæ provisiones appellant) & si qua alia ad robur addiderant eorumdem, loco eis ad hoc assignato apud Gravelingis, Dioc. Morinen. coram nobis, vel in hoc gerentibus vices nostras.

„ *Item forma pacis superius scripta, consignata fuit sigillo Regis,*
„ *& tradita Nunciis supradictis.*

Littera de Credentia pro Petro de Montforti.

Rege captivo. Ann. D. 1264. *An. 48. H. 3 Claus. 48. H. 3. m. 2. d.*

„ REX G. Sabinensi Episcopo, Apostolicæ sedis Legato, sa-
„ lutem.
„ Quia dilectum & fidelem nostrum Petrum de Monteforti, u-
„ num de Consiliariis nostris, veritatis, pacis & tranquilitatis zela-
„ torem, ad vestram præsentiam destinamus, pro quibusdam nego-
„ tiis nostris, reformationem pacis & tranquilitatis Regni nostri
„ contingentibus, vobis viva voce plenius exponendis, cui, super
„ his, cum ad vos venerit, fidem adhibeatis indubitatam;
„ Paternitatem vestram rogamus & requirimus attente, quatenus
„ litteras vestras de salvo & securo conductu in veniendo ad vos,
„ vobiscum morando, & aliunde recedendo, sub omni festinatione
„ sibi obviam usque Dovor. transmittere velitis.

„ Teste Rege apud Cantuar. 24 die Septembris.

Littera Guidonis, Sabinen. Episcopi (qui postea Papa Clemens quartus) super Excommunicationis sententia contra Barones Angliæ, Regi Rebelles.

Rege captivo. Ann. D. 1264. *An. 49. H. 3. Lib. A. fol. 284 b. penes Camerar. Scaccar.*

VEnerabilibus in Christo Patribus, Ecclesiæ Remen. Suffraganeis, necnon & discretis viris Remen. ac aliarum vacantium Ecclesiarum, si quæ sunt, vel fuerint in Remen. Provincia, officialibus, Guido miseratione divina Sabinen. Episcopus, Apostolicæ sedis Legatus, salutem & sinceram in Domino caritatem.

Præcluso nobis nostræ legationis aditu per viros nobiles Symonem de Monteforti Comitem Leycestriæ, Gilbertum de Clare Comitem Gloverniæ, Rogerum Comitem Norff. Hugonem Dispensatorem Justiciarium Angliæ, & per Magnates alios Regni Angliæ, ad quod, necnon & partes Walliæ, & Hiberniæ, nos sanctissimus Pater noster & Dominus Urbanus divinâ providentiâ summus Pontifex, pro exercendo legationis ejusdem officio destinaret;

Nos, quibus ab eodem summo Pontifice specialiter est indultum, ut quocumque modo, nobis hujusmodi legationis aditu impedito, ea quæ ad officium nostrum pertinent exercere in cismarinis partibus valeamus, eosdem Comites, & Justiciarium, ac omnes alios Barones, & nobiles adhærentes eisdem, necnon & Cives Londonienses, & habitatores quinque Portuum Angliæ, in Ecclesia beatæ Mariæ de Bolonia supra mare Morinen. Dioc. coram cleri & populi multitudine, coram nobis solempniter convocata, juxta datam a summo Pontifice nobis formam, die Martis ante Festum Assumptionis beatæ Mariæ, proximo præteritum, videlicet, secundo Idus Augusti, monuimus & eisdem præcepimus, quod infra Ka-

Nos igitur, attendentes quod Barones prædicti, contemptum addentes contemptui, sicut in aperiendo nobis legationis aditu, & danda ydonea cautione de securitate ingressûs, moræ, & reditûs, non paruerunt, sic & prædictis nostris monitionibus & mandatis parere contumaciter recusarunt,

In eosdem & eorum consiliarios, fautores, & complices in hoc facto, congregata coram nobis apud Hisdinum, Morinensis Diocæsis, cleri & populi multitudine copiosa, excommunicationis sententiam propter hæc tulimus iterato, & terras eorum, ac alias eisdem Baronibus adhærentes, & quæ ipsis, quamdiu in hujusmodi rebellione fuerint, adhærebunt, Ecclesiastico supposuimus interdicto:

Nullis obstantibus privilegiis, seu indulgentiis Apostolicis, personis, dignitati, locis, vel ordini ab eadem sede concessis, cujuscumque tenoris existant; quia, quod ad nostros processus attinet, illorum efficacia per datas nobis ab eadem sede literas, penitus est exclusa.

A prædictis autem excommunicationum sententiis illustrem Regem Angliæ, Sacerdotes, & Clericos, ad Capellæ suæ servitium per eum specialiter deputatos, excipimus; quos, licet cum Baronibus convenientur, mente tamen ipsis non credimus adhærere.

Unde & concessimus quod idem Rex, per suos Sacerdotes & Clericos supradictos, in locis, quæ in præmissum inciderint interdictum, libere sibi faciat divina officia celebrari voce suppressa, januis tamen clausis, & excommunicatis & interdictis exclusis.

Quocirca discretionem vestram rogamus attentius & requirimus, vobis, qua fungimur auctoritate, quanto districtius possumus præcipiendo, mandantes quatenus pro sedis Apostolicæ reverentiâ, de cujus injuria agitur & contemptu, has nostras excommunicationis & interdicti sententias per universales Ecclesias vestrarum Civitatum & Diocæsum, in quibus Legatorum, vel Delegatorum, aut ordinariorum judicum, sententiæ consueverunt clero & populo puplicari, singulis diebus dominicis & festivis, extinctis candelis, & pulsatis campanis, per vos, vel per alios puplicetis.

Ita videlicet quod viri nobiles Symon Leycestr. Gilbert. Gloverniæ, & Rogerus Norff. Comites nominatim, & in genere * omnes alii adhærentes eisdem, seu qui eis consilium vel auxilium dederint seu favorem: & expressim Cives London. & habitatores quinque Portuum Angliæ, excommunicati publice nuncientur; nec a dictarum sententiarum denuntiatione cessetur sine sedis Apostolicæ vel nostro speciali mandato. * I. 800.

Hoc igitur nostrum mandatum tam attente curetis implere, ut & sedis ejusdem dolere videamini vicem, & obedientiæ bonum, quod victimis est præstantius, tam salubriter, quam prudenter amplecti.

Has autem præsentes literas, retento transcripto ipsarum earumdem, latori reddatis, vestrûm sigilli cum nostri appensione sigilli.

Dat. in Prioratu Sancti Gregorii de Hisdinio, Diocef. Morinen.

decimo

„ ri, vel fieri permittatis; super his & aliis, quæ Magister Edwar-
„ dus de la Cnol Decanus Wellensis, præsentium lator, vobis ex
„ parte nostra dixerit, fidem adhibentes eidem.

„ Teste Rege apud Windesor. 18 die Novembris.

Litera Regi Franciæ de juribus suis non alienandis.

Rege captivo. Ann. D. 1264. An. 49. H. 3. Pat. 49. H. 3. m. 1. d. • I. 801.

„ REGI Franciæ, Rex Angliæ salutem.

„ Cum, jure sanguinis, & ratione fidelitatis, & homagii „ vobis præstiti, de vestra dilectione specialiter confidere debea„ mus, quod jura nostra tueri & confovere velitis, ac nobis nuper „ innotuerit quod quidam, præter conscientiam & voluntatem no„ stram, de juribus & possessionibus nostris, sub vestro Dominio „ constitutis, de quibus vobis homagium fecimus, venditionem, „ seu alienationem, ad nostram & hæredum nostrorum, exhære„ dationem perpetuam, facere proponunt, seu fieri procurârunt.

• „ Serenitatem vestram, quanta possumus affectione, requirimus „ & rogamus, quatinus, nostræ & hæredum nostrorum indempni„ tati solito prospicientes affectu, non permittatis, nec consentia„ tis, si placet, venditionem, seu alienationem jurium seu feoda„ lium nostrorum fieri in hac parte.

„ Nos autem mittimus dilectum Clericum nostrum, Magistrum „ Eadwardum, Decanum Wellensem, propter hoc & alia negotia „ nostra vobis exponenda; cui super hiis, & aliis, quæ vobis ex „ parte nostra dicet, fidem adhibere velitis, demandantes nobis „ vestræ beneplacitum voluntatis.

„ Teste Rege apud Windes. 18 die Novembris.

„ *Eodem modo scribitur Reginæ Franciæ, verbis tamen competenter mutatis.*

Litera Petro Comiti de Sabaudia, de juribus Regis in partibus transmarinis non alienandis.

Rege captivo. Ann. D. 1264. An. 49. H. 3. Pat. 49. H. 3. m. 3. d.

„ REX Petro Comiti de Sabaudiâ, salutem.

„ Cum prudentem virum Magistrum Eadwardum de la „ Cnol, Decanum Wellensem, latorem præsentium, ad Domi„ num Regem, & Reginam Franciæ, necnon ad Reginam con„ sortem nostram pro diversis negotiis, nos & Regnum nostrum „ tangentibus, sibi & vobis exponendis destinemus; ac nobis nu„ per innotuerit quod quidam venditionem, seu alienationem ju„ rium & feodalium nostrorum, & Eadwardi primogeniti nostri, „ in partibus illis, ad nostram & hæredum nostrorum exhæreda„ tionem, facere proponunt hiis diebus, contra assensum & vo„ luntatem nostram, quod nullatenus velle deberetis:

„ Vobis mandamus in fide & dilectione quibus nobis tenemini, „ quod super venditionibus & alienationibus hujusmodi nichil at„ temptari vel fieri permittatis.

„ Speramus enim firmiter quod negotia nostra, & Eadwardi filii „ nostri, ad honorem Dei & nostrum, procedent; ita quod bo„ nam & firmam pacem in proximo habebimus in Regno nostro, „ Deo dante.

„ Super hiis autem, & aliis, quæ dictus Decanus vobis ex parte „ nostra dixerit, fidem adhibeatis eidem.

„ Teste Rege apud Windesor. 18 die Novembris.

„ dicta, super deliberatione ejusdem salubriter providenda, & ple- 47. H. 3. m. 11. d.
„ nâ securitate, & tranquilitate pacis, ad honorem Dei, & utilita„ tem totius Regni nostri, firmandâ, & totaliter complendâ; ac „ super quibusdam aliis Regni nostri negotiis, quæ sine consilio „ vestro, & aliorum Prælatorum & Magnatum nostrorum nolu„ mus expediri, cum eisdem tractatum habere nos oporteat:

„ Vobis mandamus, rogantes in fide & dilectione, quibus nobis „ tenemini, quod, omni occasione postposita, & negotiis aliis præ„ termissis, sitis ad nos London. in Octabis Sancti Hillarii proxi„ me futuris; nobiscum, & cum prædictis Prælatis & Magnatibus „ nostris, quos ibidem vocari fecimus, super præmissis tractatum, „ & consilium vestrum impensuri: Et hoc, sicut nos & honorem „ nostrum & vestrum, necnon & communem Regni nostri tran„ quilitatem diligitis, nullatenus omittatis.

„ Teste Rege apud Wigorniam, 14 die Decembris.

„ *Eodem modo mandatum est*

„ *Episcopo Karliolensi,*
„ *Abbati S. Mariæ Eboraci,*
„ *Priori Dunelmensi,*
„ *Priori Sanctæ Trinitatis Eboraci,*
„ *Abbati de Seleby,*
„ *Abbati de Furnes,*
„ *Abbati de Fontibus,*
„ *Abbati de Ryevalle,*
„ *Abbati de Melsa,*
„ *Abbati de Rupe,*
„ *Abbati de Bella landa.*
„ *Priori de Bridlington,*
„ *Priori Sancti Oswaldi,*
„ *Abbati de Rufford,*
„ *Priori de Blyda,*
„ *Priori de Thurgarton,*
„ *Priori Carleolensi,*
„ *Abbati de Whiteby,*
„ *Priori de Giseburn,*
„ *Archiepiscopo Eboracensi,*
„ *Priori de Parco,*
„ *Decano Eboracensi.*

„ *Eodem modo mandatum est subscriptis, viz.*

„ *Episcopo London,*
„ *Episcopo Winton,*
„ *Episcopo Exon.*
„ *Episcopo Wygorn,*
„ *Episcopo Lincoln,*
„ *Episcopo Elien,*
„ *Episcopo Sarum,*
„ *Episcopo Covent. & Lich.*
„ *Episcopo Cicestren,*
„ *Electo Bath. & Welles,*
„ *Decano Oxon.*
„ *Decano de Welles,*
„ *Decano Sarum.*
„ *Decano Lyncoln,*

„ *In forma prædicta scribitur Abbatibus & Prioribus subscriptis, sub hac data.*

„ Teste Rege apud Wodestocke, vicesimo quarto die Decembris.

„ *Abbati Sancti Edmundi,*
„ *Abbati de Wautham,*
„ *Abbati de Sancto Albano,*
„ *Electo de Evesham,*
„ *Abbati Westmonasteriensi,*
„ *Abbati Glastonensi,*
„ • *Abbati de Reding,*
„ *Abbati de Cirencestr.*
„ *Abbati de Waverle,*
„ *Priori Eliensi,*
„ *Priori Norwic.*
„ *Priori de Merton.*
„ *Abbati de Oseney,*
„ *Priori S. Fridefswidæ Oxon.*
„ *Abbati de Messenden,*
„ *Priori de Lenton,*
„ *Abbati de Bello,*
„ *Priori Ordinis de Sempringham,*
„ *Priori de Watton,*
„ *Priori Hospitalis S. Johannis Jerusalem in Anglia,* • I. 803.
„ *Magistro Militiæ Templi in Anglia,*
„ *Abbati Ramesiensi,*
„ *Abbati de Burgo,*
„ *Abbati de Thorney,*
„ *Abbati de Crouland,*
„ *Abbati Cestriæ,*

„ *Ab-*

„ Item mandatum est singulis Vicecomitibus per Angliam, quod „ venire faciant duos Milites de legalioribus, probioribus & discre- „ tioribus Militibus singulorum Comitatuum, ad Regem London. „ in Octab. prædictis, in forma supradicta.

„ Item in forma prædicta scribitur Civibus Ebor. Civibus Lin- „ coln. & cæteris Burgis Angliæ, quod mittant in forma prædicta „ duos de discretioribus, legalioribus, & probioribus, tam Civi- „ bus, quam Burgensibus suis.

* I. 804. * „ Item in forma prædicta mandatum est Baronibus, & probis „ hominibus Quinque Portuum, prout continetur in Brevi irrotu- „ lato inferius.

Idem. m. 7. „ REX Vicecomiti Sussex: Salutem.

„ Summonito per quatuor legaliores Milites de Comitatu „ tuo prædicto, Petrum de Sabaudia apud Pevenseiam, Johannem „ de Warenna apud Lewes, & Hugonem le Bigod apud Bosehain, „ quod sint coram nobis & Consilio nostro, in proximo Parlia- „ mento nostro London. primo die Junii, Justitiam facturi & re- „ cepturi:

„ Et in pleno Comitatu tuo proclamari facias, quod quicunque „ ad opus prædictorum Petri, Johannis, & Hugonis interim pro- „ curare, seu impetrare voluerit, salvum & securum conductum „ nostrum ad nos veniendi, morandi & standi recto, in Curia „ nostra, si quis versus eos loqui voluerit, secure veniat: Et nos „ Conductum hujusmodi ei fieri faciemus. Et habeas ibi nomina „ quatuor Militum, & hoc Breve.

„ Teste Rege apud Westmon. 19 die Martii.

Per totum Consilium.

„ Eodem modo mandatum est Vicecomiti Hertfordiæ, de Sum- „ mon. W. de Valence apud Brekendon.

Per totum Consilium.

Marchionibus Walliæ, qui sunt pro parte Regis, ne quid attemptent contra pacem.

Rege captivo. Ann. D. 1264. An. 49. H. 3. Pat. 49. H. 3. m. 4. d.

„ REX Hamoni Extraneo, Johanni de Trublevill. seniori, „ Roberto de Trublevill. Hugoni de Trublevill. Mathiæ de „ Gamages, & aliis Commarchionibus suis salutem.

„ Cum Rogerus de Mortuo Mari, Rogerus de Cliff. & Roge- „ rus de Leiburn, pro se, vobis, & cæteris Commarchionibus „ certam formam pacis nobiscum inierint, & iidem Rogerus, Ro- „ gerus, & Rogerus, gressus suos versus Kenilworth duxerint ad „ loquendum cum Edwardo primogenito nostro, & ad pacem il- „ lam plenius firmandam; miramur quamplurimum & movemur „ quod vos permittitis homines vestros, in partibus ubi nunc agi- „ lentes, ad nos salvo & secure conducat in forma prædicta.

„ In cujus, &c. duraturas usque ad prædictam Quindenam in- „ stantis festi Purificationis beatæ Mariæ, sicut prædictum est.

„ Teste Rege apud Westm. 17 die Januarii.

„ Per Regem, Simonem de Monteforti Comitem Leicestriæ Ju- „ sticiarium, & Rogerum de Sancto Johanne.

„ Et mandatum est Johanni de Vescy, Henrico de Hasting, Jo- „ hanni de Eyvill, Adæ de Novo Mercato, Nicholao de Segra- „ ve, & Sociis suis, existentibus in partibus borealibus, quod præ- „ fatis Johanni, Petro, & Roberto, & Sociis suis prædictis, seu „ hominibus ipsorum, terris & possessionibus suis, non inferant „ vel inferri permittant injuriam, molestiam, dampnum, impedi- „ mentum, seu gravamen, sed ipsos potius interim manuteneant, „ protegant, & defendant.

„ Teste ut supra.

„ Per Regem & alios ut supra.

Littera Alianoræ Reginæ per quam recognoscit se recepisse a Majore & Communitate de Oleron. 124 libr. Pict.

ALienora Dei gratia, Regina Angliæ, Domina Hiberniæ, & Ducissa Aquit. Universis præsentes litteras inspecturis salutem. Rege captivo.

Noveritis nos recepisse in Warderoba nostra à Majore, commu- Ann. D. nia, & hominibus Prioris Sancti Georgii de Olerone, sex viginti 1265. & quatuor libras Pictaven. per manum Fulcon. Richardi junioris An. 49. Burgen. Oleron. de summa librarum, quas ipsi nobis ex gratia pro- H. 3. miserant, pro succursu faciendo Domino nostro Regi, & Edwardo L. B. f. Filio nostro karissimo. 198. a.

In cujus rei testimonium has nostras litteras fieri fecimus Pa- Penes Camerar. tentes. Scaccar.

Dat. apud Sanctum Macharium, 13 die Febr. anno Regni Regis H. Domini nostri 49.

Littera A. Reginæ Angliæ, per quam promisit quod non traheretur ad consequentiam in posterum, pro eo quod Major, & communia, ac homines Prioris Sancti Georgii de Oleron. promiserunt Reginæ 390 libr. Pictaven.

Rege captivo. Ann. D. 1265. An. 49. H. 3. L. B. f. 196. a. Penes Camerar. Scaccar.

A. Dei gratia, Regina Angliæ, Domina Hiberniæ, & Ducissa Aquit. Universis, præsentes litteras inspecturis, salutem in Domino sempiternam.

Noveritis quod dilecti nobis Major, & Communia, ac homines Prioris

„ omnibus aliis negotiis prætermissis, sitis ad nos, die Jovis prædicta, nobiscum super hoc tractaturi, & vestrum consilium impensuri; ne retardatio liberationis illius per moram & absentiam vestram, ad diem illum, vobis merito debeat, vel possit imputari, quod nullatenus velle deberetis:

„ Et hoc, sicut nos, & honorem nostrum & vestrum, ac communem tranquilitatem Regni nostri, ac liberationem filii nostri prædicti, diligitis, nullo modo omittatis.

„ In cujus, &c.

„ Teste Rege apud Westm. 16 die Februarii.

„ *Per Regem*,

„ *Justicarium*,
„ *Episcopum London.* &
„ *Magistrum Thomam de Cantilupo.*

Hospitia Edwardi primogeniti Regis apud Westmonaster. concessa sunt Petro de Montfort.

Rege captivo. Ann. D. 1265. *An.* 49. *H.* 3. *Pat.* 49. *H.* 3. *m.* 20.

„ REX omnibus, &c. salutem.

„ Sciatis quod concessimus dilecto & fideli nostro Petro de Monteforti, quod habeat Hospitium suum de liberatione nostra in domibus quæ fuerunt Edwardi de Westm. apud Westm. Ita quod nullus alius hospitetur vel moretur ibidem ratione liberationis sine licentia ipsius Petri.

„ In cujus &c.

„ Teste Rege apud Westmon. 14 die Martii.

„ *Per Regem & totum Concilium.*

• I. 807. * *De Conductu Johannis de Britannia.*

Rege captivo. Ann. D. 1265. *An.* 49. *H.* 3. *Pat.* 49. *H.* 3. *m.* 86.

„ REX omnibus Ballivis, &c.

„ Sciatis quod, de consilio Magnatum, qui sunt de Concilio nostro, suscepimus in salvum & securum conductum nostrum dilectum filium nostrum Johannem, primogenitum Ducis Britanniæ, in veniendo ad nos in Angliam, cum familia & rebus suis, nobiscum morando, & inde ad partes suas revertendo:

„ Et ideo vobis mandamus quod eidem Johanni, in veniendo ad nos in Angliam, cum familia & rebus suis, nobiscum morando, & inde ad partes suas revertendo, non inferatis, vel inferri permittatis injuriam, molestiam, dampnum, impedimentum seu gravamen.

„ Et, si forte contingat præfatum Johannem aliquo impedimento legitimo præpediri, per quod in Angliam in propria persona sua venire non possit, nos illis, quos pro ipso in Angliam transmittet, conductum nostrum prædictum duximus concedendum.

„ In cujus, &c.

„ Teste Rege apud Westmon. 15 die Martii.

„ terris, tenementis, redditibus, seu rebus aliis ad Comitatum, castra, honorem, & villam prædictam spectantibus;

„ Ita videlicet quod idem Comes, & hæredes sui, in Curiâ nostrâ & hæredum nostrorum prosequi possunt & placitare nomine nostro, vel hæredum nostrorum, ad recuperationem, prædictorum juris & clamii nostri in præmissis, & ea omnia, & singula, quæ sic recuperaverint, vel nobis adjudicata fuerint, habeant & teneant libere & quiete de nobis & hæredibus nostris imperpetuum, unà cum Comitatu, Castris, honore, & Villa supradictis.

„ In cujus, &c.

„ Teste Rege apud Westm. 20 die Martii.

---

* *De Castro de Montgomery deliberando Johanni Extraneo, uni ex complicibus Simonis de Monteforti.* • I. 808.

„ REX Adæ, filio Philippi, Constabulario Castri sui de Montgomery, salutem.

„ Cum, de consilio Magnatum, qui sunt de Consilio nostro, vobis nuper mandaverimus quòd Johanni Extraneo, cui nuper commisimus custodiendum ad beneplacitum nostrum, liberaretis,

„ Ac vos Castrum illud sibi liberare recusaveritis absque speciali mandato Edwardi primogeniti nostri, vobis alias, de Concilio prædicto, & assensu ejusdem filii nostri, mandamus, firmiter injungentes, quatinus Castrum prædictum, cum omnibus pertinentiis suis, eidem Johanni sine dilatione liberetis in formâ, quâ vobis priùs mandavimus: Et hoc, sicut vos & vestra diligitis, nullatenus omittatis.

Rege captivo. Ann. D. 1265. *An.* 49. *Hen.* 3. *Pat.* 49. *H.* 3. *m.* 77.

„ Teste Rege apud Westmon. secundo die Aprilis.

De Securitate recipienda de Roberto Aguilun, inimico Simonis de Monteforti.

„ REX dilecto & fideli suo, Thomæ filio Thomæ, Majori London. salutem.

„ Cum, sedatâ turbatione, nuper habitâ in Regno nostro, de consilio Magnatum nostrorum, fuerit provisum quòd à nonnullis ejusdem Regni Sacramentum, quod vos non latet, nobis præstaretur, ac Robertus Aguilun ad mandatum nostrum nobis Sacramentum illud nondum præstiterit, de fidelitate vestra plene confidentes, vobis præsentibus litteris nostris damus potestatem recipiendi à præfato Roberto, vice nostra, Sacramentum prædictum;

Rege captivo. Ann. D. 1265. *An.* 49. *H.* 3. *Pat.* 49. *H.* 3. *m.* 72.

„ Et ideo vobis mandamus quod Sacramentum illud à præfato Roberto, nomine nostro, recipiatis, sicut prædictum est.

„ In cujus, &c.

„ Teste Rege apud Northampt. 21 die Aprilis.

„ *Per Comitem Leicestriæ & totum Concilium.*

„ REX eidem Majori salutem.

„ Cum, sedatâ turbatione, nuper habitâ in Regno, de con-
„ silio

„ mentum illud injunxistis, ita quod diligentiam vestram exinde
„ merito commendare debeamus.

„ Teste ut supra.

Pro Simone de Monteforti de Securitate præstanda a Johanne filio Alani.

Rege captivo. Ann. D. 1265. An. 49. H. 3. Pat. 49. H. 3. n. 71.

„ REX dilecto Nepoti suo Simoni de Monteforti, filio Comi-
„ tis Leicestriæ, salutem.
„ Cum, de Concilio Magnatum nostrorum, qui sunt de Conci-
„ lio nostro, nuper provisum fuerit quod quidam de Regno nos-
„ tro, non inmerito suspecti, securitatem præstarent pro pace in
„ Regno nostro assecuranda & firmanda, ac Johannes filius Alani
„ inter tales Securitatem hujusmodi nondum præstiterit;
„ Propter quod ei mandamus, firmiter injungentes, quatinus fi-
„ lium suum & hæredem vobis sine dilatione tradat, habendum &
„ retinendum in hostagium donec securitatem prædictam nobis
„ præstiterit, sicut prædictum est;
„ Vel, si forte dictum filium suum secum non habeat ad præ-
„ sens, tunc Castrum suum de Arundell vobis sine dilatione libe-
„ ret, habendum & retinendum in hostagium in forma prædicta;
„ & hoc, sicut ad pacem nostram esse voluerit, nullo modo omit-
„ tat:
„ Vobis mandamus, firmiter injungentes, ut filium & hæredem
„ prædicti Johannis, vel Castrum suum prædictum, ab ipso reci-
„ piatis, retinendum in hostagium in forma prædicta.

„ Teste Rege apud Winchecumbe, 26 die Aprilis.

„ *Per Comitem Leicestriæ, Justiciarium, R. de*
„ *Sancto Johanne, & Egidium de Argentemn.*

De filio, aut Castro ejusdem Johannis tradendo, in securitatem prædictam.

Rege captivo. Ann. D. 1265. An. 49. H. 3. Ibidem.

„ REX Johanni filio Alani salutem.
„ Cum, de Consilio Magnatum nostrorum, qui sunt de
„ Concilio nostro, nuper provisum fuerit quod quidam de Regno
„ nostro, non immerito suspecti, securitatem præstarent pro pace
„ in Regno nostro assecuranda & firmanda, ac vos inter tales se-
„ curitatem hujusmodi nondum præstiteritis;
„ Vobis mandamus, firmiter injungentes, quatinus filium vestrum
„ & hæredem dilecto nepoti nostro, Simoni de Monteforti filio
„ Comitis Leicestriæ, sine dilatione tradatis, habendum & retinen-
„ dum in hostagium donec securitatem prædictam nobis præstite-
„ ritis, sicut prædictum est.
„ Et, si forte dictum filium vestrum vobiscum non habeatis ad
„ præsens, tunc Castrum vestrum de Arundell eidem Simoni sine
„ dilatione liberetis, habendum & retinendum in hostagium in for-
„ mâ prædicta; & hoc, sicut ad pacem nostram esse volueritis,
„ nullo modo omittatis: Mandavimus enim præfato nepoti nostro
„ per litteras nostras patentes, quod præfatum filium vestrum, vel

„ dicti;
„ Volumus & concedimus quod ad nos circa partes Hereford An. 49. H. 3. Pat. 49. H. 3. n. 60.
„ (ubi nunc agimus, & moram aliquantulum faciemus pro quibus-
„ dam negotiis nostris) salvo, & absque aliquo impedimento ve-
„ niant, nobiscum morentur, & inde recedant:
„ Et ideo vobis mandamus quod eisdem Nunciis in veniendo,
„ &c. non inferatis, &c. injuriam, &c.
„ In cujus, &c. duraturas, ab hac die Pentecostes, usque ad
„ Quindenam Sanctæ Trinitatis, proximo sequentem.

„ Teste Rege apud Hereford. 22 die Maii.

Summonitio exercitus contra Edwardum filium Regis, qui e manibus custodum evaserat.

Rege captivo. Ann. D. 1265. An. 49. H. 3. Claus. 49. H. 3. m. 4. d.

„ REX Johanni de Eyvill, salutem.
„ Cum nos, & quidam Magnates, & fideles nostri in par-
„ tibus Hereford, circa tranquillitatem & pacem partium illarum
„ jam pridem agentes, pro viribus laboraverimus, prout status par-
„ tium earundem requirit, sperantes Edwardum filium nostrum ad
„ hoc adjutorem præcipuum & ferventiorem præ cæteris inve-
„ nisse,
„ Idem Edwardus, die Jovis, in Ebdomade Pentecostes, circa
„ horam Vespertinam, a Militum Comitiva, quos secum ad spa-
„ tiandum extra Hereford. duxerat, cum duobus Militibus & qua-
„ tuor scutiferis, propositi sui conscciis, spreto consilio nostro, &
„ Magnatum, & fidelium nostrorum prædictorum, subito & ex
„ inopinato recessit,
„ Volens, ut pro certo credimus, se ad Johannem de Warenna,
„ & Willielmum de Valentia, & complices suos, qui nuper, abs-
„ que conscientia nostra & voluntate, & contra pacem nostram,
„ applicuerunt in partibus Pembroc. ac etiam ad quosdam Mar-
„ chiones rebelles nostros, & pacis nostræ perturbatores * transfer- * I. 811.
„ re, ut exinde partes adeat transmarinas, vel alios illuc mittat,
„ qui adventum alienigenarum in Regnum nostrum per partes
„ Pembroc. cum alibi non pateat eis aditus, ad nostram & Regni
„ nostri confusionem procurent.
„ Et, quia præfati rebelles nostri, licet adhuc pauci existant,
„ per hoc potestatem & vires suas augere possent, nisi eorem inso-
„ lentia, antequam ulterius invalescat, citius reprimatur,
„ Nos, de vestra & aliorum fidelium nostrorum fidelitate &
„ constantia specialiter confidentes, vobis mandamus, in fide, ho-
„ magio & dilectione, quibus nobis estis astricti, & sub periculo
„ amissionis omnium, quæ in Regno nostro tenetis, ac sub debito
„ sacramenti, quo omnes & singuli de Regno nostro sunt ad hoc
„ specialiter obligati, & quod volumus firmiter observari, firmiter
„ injungentes, quatinus statim, visis litteris istis, omnibus aliis
„ prætermissis, cum equis, & armis, & toto servitio vestro, sub
„ omni festinatione de die & nocte, usque Wygorniam veniatis,
„ parati exinde in manu forti ire nobiscum super inimicos nostros
„ prædictos; & hoc, sicut exhæredationem nostram & vestram
„ & perpetuam Regni nostri confusionem vitare volueritis, & vi-
„ tam propriam diligitis, nullo modo omittatis.
„ Nec de summonitione exercitus brevitatem temporis allegetis,
„ quia urgentissima necessitas tempus non patitur ulterius prorogari,
„ ne

„ Castra & Villas occupando, & guerras ibidem commovendo, & prædictos Marchiones, & complices suos inducendo ad pejora committenda contra pacem nostram: nos, & fideles nostri, hæc omnia hactenus patienter sustinuimus, volentes ut, eorum excessibus & transgressionibus manifeste patentibus universis, causæ justitia pro nobis, & eorum injuria contra ipsos patenter allegentur in facie singulorum, antequam manum apponere vellemus ad rigorem:

„ Et, quia tantam rebellionem diutiùs sustinere nolumus, nec debemus, vobis præcipimus, in fide & dilectione, quibus nobis tenemini, firmiter injungentes, quatenus omnibus de Comitatu prædicto, sicut se & sua diligunt, districtius inhibeatis ne dicto
* I. 812. Edwardo, aut prædicto Comiti, seu complicibus * suis, ad suæ rebellionis fomentum, consensum, consilium, auxilium vel favorem quoquo modo impendant;

„ Set, sicut nuper per litteras nostras, per singulos Comitatus nostros directas, omnes de Regno nostro ad observandam ordinationem, nuper London. factam, juramento astringi præcepimus, omnes & singuli Comitatus prædicti contra prædictos rebelles, & omnes alios pacis nostræ perturbatores, & ordinationis ipsius transgressores manifestos, quicumque fuerint, potenter insurgant & patenter, corpora eorum arrestantes, & salvò custodientes donec aliud inde præceperimus.

„ Proclamari etiam faciatis per totam ballivam vestram, ut omnes, quos cum equis & armis in auxilium nostrum contra rebelles prædictos nuper summoneri fecimus, sub eâ quâ poterunt festinatione per Gloucestriam (cum per Wygorniam, prout alias mandavimus, propter fractionem pontium, & viarum discrimina, eis planus non pateat accessus) ad nos accedere non omittant, sicut pœnas, in prioribus litteris nostris, eisdem nuper inde directis, contentas voluerint evitare; & ita vos habeatis in præmissis, quod fidelitatem & diligentiam vestram exinde perpetuò commendare debeamus.

„ Teste Rege apud Hereford. septimo die Junii.

„ *Consimiles litteræ diriguntur, per singulos Comitatus Angliæ, per Regem, Comitem Leicestriæ, Justiciarium, Petrum de Monteforti, Egidium de Argentenn. & Rogerum de Sancto Johanne.*

De excommunicando Edvardum filium Regis, & omnes sibi adhærentes.

Rege captivo. Ann. D. 1265. *An.* 48. *H.* 3. *Pat.* 49. *H.* 3. *n.* 54.

„ REX venerabilibus in Christo patribus H. London. Episcopo, & cæteris Episcopis Provinciæ Cantuariensis, salutem.

„ Cum, inter dilectum & fidelem nostrum Simonem de Monteforti Comitem Leicestriæ Senescallum Angliæ, ac Gilbertum de Clare Comitem Gloucestriæ & Hertford. materia cujusdam dissensionis nuper exorta, quam per compromissum quoddam, inter eosdem in certas personas factum, & hinc inde juramento vallatum, credebamus, sicut & merito, si in hominibus aliqua esset fidei certitudo, credere poteramus, pacificatam penitus & sedatam, ad pacandum corda subditorum nostrorum ex dissensionibus hujusmodi commota, forsitan & turbata, qui ex hoc novas in Regno nostro viriliter præsumebant posse guerras provenire, per singulos Comitatus Regni nostri decepti litteras nostras transmisimus, inter cætera continentes quod dicti Comites amici fuerant & concordes;

„ certius manifeste pateant universis, & causæ justitia pro nobis, eorumque injuria contra ipsos patenter allegentur in facie singulorum, antequam manum apponere vellemus ad rigorem.

„ Cum igitur per vos, reverendi patres, in omnes illos, qui nostram & Regni nostri pacem & tranquillitatem violare seu turbare præsumpserint, sententia excommunicationis dudum lata fuerit, & per vos nuper London. publice & solempniter innovata, licet, per Dei adjutorium, ad prædictorum rebellium nostrorum insolentiam reprimendam vires nostræ sufficiant, ut aliena non sit necesse suffragia mendicare; tamen quia in scandalum divini nominis redundaret manifeste, si claves Ecclesiæ contemnerentur impunè,

„ Vos rogamus & requirimus quatinus contra eosdem rebelles nostros, quorum adeo notorii sunt excessus, & publice divulgati, quod nulla possent tergiversatione celari, nulli omnino, majori vel minori, parcentes, set æquè magnum judicantes ut parvum, dictam excommunicationis sententiam, in quam ipsos palam incidisse manifestum est, prout ad officium vestrum pertinet, contra singulos nominatim, omnes in commune, & nichilominus singuli per suas Diocæses, prout convenit, solempniter publicari: Et, ne veritas mendacio subjaceat, vos, filii lucis & zelatores veritatis esse debetis, processus nostri prædicti veritatem, ubi expedire videritis, manifestari faciatis.

„ Teste Rege apud Hereford. octavo die Junii.

Et est litera duplicata.

„ *Per Comitem Leicestriæ,*
„ *Justiciarium, Petrum de Monteforti,*
„ *Egidium de Argentenn. &*
„ *R. de Sancto Johanne.*

De Castro & Villa de Bristoll. Simoni de Monteforti commissis, & contra Edvardum filium Regis defendendis.

Rege captivo. Ann. D. 1265. *An.* 49. *H.* 3. *Pat.* 49. *H.* 3. *n.* 53.

„ REX omnibus, &c.

„ Cum de assensu & voluntate Edwardi filii nostri, Castrum Bristold, cum Villâ, dilecto & fideli nostro Simoni de Monteforti Comiti Leicestriæ usque ad certum tempus commiserimus custodiendum,

„ Nolentes quod homines ejusdem Villæ Edwardo filio nostro, seu alii cuicumque, si forte contra formam commissionis hujusmodi venire, & Villam ipsam, seu Castrum ipsum ingredi vellent, in aliquo intendant vel respondeant, set contra ipsos & alios quoscumque, nobis adversari volentes, Villam ipsam, ad opus nostrum, & Comitis supradicti, viriliter & fideliter custodiant & defendant,

„ Ut hoc tutius & liberius facere possint, & ne occasione custodiæ aut defensionis hujusmodi erga quemcunque incurrant dampnum vel jacturam, concedimus quod ipsos erga omnes immunes conservabimus & indempnes; dum tamen erga nos, & prædictum Comitem bene & fideliter se habuerint, sicut prædictum est.

„ Teste Rege apud Hereford. nono die Junii.

„ *Per Justiciarium, R. de Sancto Johanne, & Egidium de Argentenn.*

Re-

... ad gravandum Edvardum filium Regis & omnes sibi adhærentes.

Rege captivo. Ann. D. 1265. *An.* 49. *H.* 3. *Pat.* 49. *H.* 3. *m.* 15.

„ REX Simoni de Monteforti Juniori, custodi pacis in Comi-„ tatibus Surr. & Sussex. salutem.

„ Cum Edwardus filius noster, & Gilbertus de Clare Comes „ Gloucestriæ, unà cum Johanne de Warenna, Willielmo de Va-„ lentia, Rogero de Mortuo-Mari, Jac. de Ald. ac aliis nonnullis „ rebellibus nostris, sibi adhærentibus, quasdam Villas & Castra „ per terram nostram jam occupent hostiliter, ut nostis, novas in „ Regno nostro guerras suscitando, de quo non mediocriter sumus „ commoti & irati, de fidelitatis vestræ constantia firmam indu-„ bitatam gerentes fiduciam,

„ Vobis mandamus, in fide, homagio & dilectione, quibus no-„ bis tenemini, rogantes & firmiter injungentes, quatenus nobis & „ omnibus, parti nostræ adhærentibus, consilium & juvamen, pro „ viribus & posse vestro, impendatis ad nocendum & gravandum „ prædictos, & quoscunque alios rebelles nostros, & omnes eo-„ rum imprisios, suæ parti adhærentes, modis omnibus quibus me-„ lius videritis expedire; taliter vos habentes in hac parte quod di-„ ligentiam & probitatem vestram, quas promptas & infallibiles „ hactenus invenimus, perpetuis temporibus meritò commendare „ debeamus. * I. 815.

„ * Et, ut omnibus & singulis Comitatuum prædictorum de „ proposito & voluntate nostra circa præmissa plenius innotescat, „ has litteras nostras fieri fecimus patentes.

„ Teste Rege apud Monemue, 28 die Junii.

„ *Consimiles literæ diriguntur Briano de Goinz, custodi pacis in* „ *Comitatibus Somerset & Dors. & Hugoni Peverel custodi pacis in* „ *Comitatu Devon. & Radulfo de Arundel, & per eadem verba.*

„ *Item scribitur eodem modo Adæ Gurdun, & per eadem verba,* „ *sine illa clausula,* & ut omnibus & singulis, &c.

„ Teste ut supra.

„ *Per Regem, Comitem Leicestriæ, Justic. P. de Monteforti,* „ *Egidium de Argentenn. &* „ *Rogerum de Sancto Johanne.*

Rege captivo. Ann. D. 1265. *An.* 49. *H.* 3. *Pat.* 49. *H.* 3. *m.* 9. *d.*

De Regno Siciliæ nomine Regis & Edmundi renunciando.

„ SUmmo Pontifici, & venerabili Cœtui Cardinalium, H. Rex „ Angliæ, &c. salutem.

„ Noverit vestra Paternitas reverenda, quod nos venerabilem „ Patrem Taratasien. Archiepiscopum, Simonem de Monteforti „ Comitem Leycestriæ, Petrum de Sabaudia, & Johan. Mansell

in choro, & locum in Capitulo assignaretis:

Ac nos, per Dei adjutorium, vires nostras resumpserimus, per quod concessionem illam & alias concessiones, quæ per litteras nostras, nobis invitis, factæ fuerant, dum in custodia prædicta eramus, volumus revocari & annullari, immo nullas haberi, & Thesaurariam ipsam jam sponte præfato Edmundo concessimus:

Et ideo vobis mandamus quod, amoto quolibet detentore, eidem Edmundo stallum in choro, & locum in capitulo, prout moris est, assigneris.

In cujus rei testimonium has litteras nostras fieri fecimus patentes.

Teste meipso apud Wygorn. septimo die Augusti, anno Regni nostri quadragesimo nono.

---

* *De Restitutione, pro Petro Comite Sabaudiæ.* * I. 817.

REX Militibus, liberis hominibus, & omnibus aliis Tenentibus Petri Comitis Sabaudiæ, de honoribus Aquilæ & Hasting. salutem. Ann. D. 1265. *An.* 49. *H.* 3. *Pat.* 49. *H.* 3. *m.* 32.

Cum de Consilio Magnatum nostrum, qui sunt de Concilio nostro, præfato Petro avunculo nostro omnes terras & tenementa, possessiones & bona sua, occasione turbationis, habitæ in Regno nostro, a quibuscumque occupata, reddidimus;

Vobis mandamus quod Edwardo de Charun, cui custodiam eorumdem commisimus, in omnibus, quæ ad terras & tenementa prædicta pertinent, nomine præfati Petri, sitis intendentes & respondentes, sicut prius facere consuevistis.

Teste Rege apud Winton. septimodecimo die Septembris.

Eodem modo mandatum est omnibus Tenentibus de honore Richemundiæ.

Sepe nominatus nuper Guido Episcopus Sabinen. nunc Papa, nomine Clemens, nondum informatus quid evenerat in Anglia, sequentes Bullas contra Simonem de Monsforti & Complices emittit.

Bulla super decima, per Prælatos Angliæ collecta, secundum discretionem Ottoboni convertenda.

Ann. D. 1265. *An.* 49. *H.* 3. *Ex Autogr.*

CLemens Episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio O. Sancti Adrian. Diacon. Cardinali, Apostolicæ sedis Legato, salutem & Apostolicam benedictionem.

Per nobilem virum Symonem de Monteforte Comitem de Leicestria,

Bulla executoria super decima unius anni, a Prælatis Ecclesiæ Angliæ collecta, in utilitatem Regni & Ecclesiæ Angliæ, per ordinationem Ottoboni disponenda.

Ann. D. 1265. *An.* 49. *H.* 3. *Ex Autogr.*

CLemens Episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus Episcopis, & dilectis filiis aliis Ecclesiarum Prælatis Regni Angliæ, salutem & Apostolicam benedictionem.

Per nobilem virum Symonem de Monteforti Comitem Leycestriæ, & nonnullos alios Magnates Regni Angliæ, in eodem Regno turbatione valida suscitata, vos decimam Ecclesiasticorum proventuum unius anni pro defensione, sicut asseritis, Regni ejusdem, ac Ecclesiæ Anglicanæ in vestris Civitatibus, Diocæsibus, ac districtibus, prout accepimus, collegistis:

Nos itaque, volentes ut in defensione debita & utili prædictorum Regni & Ecclesiæ decima hujusmodi efficaciter expendatur, Universitatem vestram monemus, rogamus & hortamur attente, per Apostolica vobis scripta districte præcipiendo, mandantes quatinus de prædicta decima nullo modo aliquid disponere præsumatis, sed eam duobus Prælatis, quos ad hoc dilectus filius noster, O. Sancti Adriani Diaconus Cardinalis, Apostolicæ sedis Legatus, duxerit deputandos, infra tempus ad hoc a Legato præfigendum eodem, sine contradictione qualibet assignetis, in defensionem hujusmodi secundum eorumdem Legati & Prælatorum providentiam convertendam:

Alioquin eidem Legato nostro damus litteris in mandatis, ut omnes contradictores & rebelles, cujuscumque sint dignitatis, status, vel conditionis, per censuram Ecclesiasticam, & alia, prout expedire viderit, districtione compellat:

Non obstantibus si eis, vel eorum alicui, a sede Apostolica sit indultum, quod excommunicari, suspendi, vel interdici non possint per literas Apostolicas, non facientes plenam & expressam de indulto hujusmodi mentionem, aut quibuslibet privilegiis seu indulgentiis Apostolicis, de quibus, quorumque totis tenoribus, in nostris literis specialis mentio sit habenda, & per quam effectus literarum ipsarum impediri valeat vel differri.

Dat. Perusii, Id. Septembris, Pontificatûs nostri anno primo.

Sub filo canabi.

Bulla, per quam Papa Clemens Quartus quassat & irritat omnes Conventiones, & omnes Obligationes initas cum Rege Angliæ per Barones ejusdem Regni.

Ann. D. 1265. *An.* 49. *H.* 3. *Ex Autogr.*

CLemens Episcopus, servus servorum Dei. Ad futuram rei memoriam.

Olim, in minori officio constituti, dum in Regno Angliæ, Wallia, & Ibernia, legationis gereremus officium, in nobilem virum Symonem de Monteforti Leicestriæ, Rogerum Norfolchiæ Comites, Hugonem Dispensatorem Justiciarium Angliæ, ac quosdam alios Magnates Regni ejusdem, ac omnes illos, qui eis darent consilium, auxilium, vel favorem (eorem culpis exigentibus) varias excommunicationum sententias duximus promulgandas, & terras
* I. 819. eorum, ac omnia loca eisdem adhærentia, & nominatim * Civitatem Londoniensem, ac quinque Portus Angliæ supposuimus Ecclesiastico interdicto:

Postmodum etiam, prout Domino placuit, ad apicem summi

Regi, & Edwardo, eorumque posteris contra [illegible] tutias providere, confœderationes, promissiones, conventiones, permutationes, & pacta omnia, per eosdem Regem & Edwardum detentos taliter in suæ libertatis, dignitatis, honoris, status, vel Jurium suorum aut dicti Regni præjudicium, cum præfatis Symone, complicibus, vel fautoribus suis, aut aliis eorum nomine inita, sive apud Ossonias, sive alibi, etiam si sint juramento, vel quacumque alia firmitate vallata;

Nec non donationes, concessiones, infeudationes, collationes & institutiones factas, ut præmittitur, Symoni, & fautoribus, seu adhærentibus memoratis;

Ac, insuper, jam dictas sententias prædictorum Episcoporum Angliæ cassamus, irritamus, & viribus decernimus omnino carere:

Et nichilominus ipsos Regem & primogenitum à juramentis hujusmodi absolventes, & juramenta ipsa de potestatis plenitudine relaxantes, eos eorumque Successores & posteros ad prædictorum observationem statuimus non teneri

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ cassationis, irritationis, relaxationis & constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire;

Siquis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli, Apostolorum ejus, se noverit incursurum.

Dat. Perusii, Id. Septembr. Pontificatûs nostri anno primo.

Sub filis sericis crocei rubeique coloris.

Bulla Domino Edwardo Filio Regis Angliæ directa, exhortatoria ad liberationem H. Regis de manibus inimicorum suorum.

CLemens Episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio Nobili viro E. primogenito carissimi in Christo filii nostri Regis Angliæ illustris, salutem & Apostolicam benedictionem. Ann. D. 1265. *An.* 49. *H.* 3. *Ex Autogr.*

* Gravi diutiùs Regnum Angliæ turbatione concussum, immò graviter duræ concussionis diuturnitate quassatum, nondum, proh dolor! requiem invenit; sed, sub falsæ inumbratione quietis, tanto gravioribus adhuc periculis agitur, quanto, sub veri Rectoris velamine, periculosiùs manibus exponitur direptorum. * I. 820.

Sicut enim toti ferè jam orbi publicavit fama communis, vel potiùs publica patefecit infamia, nonnullorum magnatum Regni ejusdem factiosa præsumptio in eam prorupit audaciam, ut iidem, post graves carissimo in Christo filio nostro Regi, & carissimæ in Christo filiæ nostræ Reginæ Angliæ, illustribus Parentibus, & Nobili viro E. germano tuis, ac tibi, ecclesiis & personis ecclesiasticis irrogatas injurias; post jura Regia & ecclesiastica, pro parte maximâ, occupata, in dictum Regem perduellionis reas, ac in carissimum in Christo filium nostrum Richardum, in Romanum Regem electum, Patruum tuum, & te ipsum, memorati Regis eorum Domini primogenitum, & Dominii hujusmodi, si mortalitatis imperturbatus ordo permiserit, Successorem, manus inicientes hostiliter, ipsos, ac Te diù præsumpserint detinere captivos.

Et quanquam tu, divino fultus auxilio, eorundem potestatem evaseris, memoratos tamen, Electum adhuc in vinculis, Regem verò sub libertatis nomine, sub eo servilis conditionis jugo detinent, quod, juris censurâ, non multùm à servitutis specie differre censetur, cum nec, quo vult, eundi pro libito ei libera sit facultas;

Et, ad liberationem hujusmodi celeriter obtinendam, modis omnibus, quibus poterunt, patenter faveant & potenter * assistant; eos ad id per censuram ecclesiasticam, & alia, prout expedire viderit, districtione, sublato appellationis obstaculo, compellendo.

* I. 821.

Dat. Perus. Id. Septembr. Pontificatûs nostri anno primo.

Sub filo canabi.

Bulla Clementis Papæ ad inducendum Comites, & Barones, & cæteros Regni Angliæ, ad relinquendam sectam Simonis de Monteforti, & Complicum suorum.

Ann. D. 1265. An. 49. H. 3. Ex Autogr.

CLemens Episcopus, servus servorum Dei, dilecto Filio O. Sancti Adriani Diacono Cardinali, Apostolicæ Sedis Legato, salutem & Apostolicam benedictionem.

Gravi diutius Regnum Angliæ turbatione concussum, immo jam graviter duræ concussionis diuturnitate quassatum, nondum, proh dolor! requiem invenit; sed, sub falsæ inumbratione quietis, tanto gravioribus adhuc periculis agitur, quanto sub veri Rectoris velamine periculosius manibus exponitur direptorum.

Sicut enim toti fere jam orbi publicavit fama communis, vel potius publica patefecit infamia, nonnullorum Magnatum Regni ejusdem factiosa præsumptio in eam prorupit audaciam, ut iidem, post graves carissimo in Christo Filio nostro Regi, & carissimæ in Christo Filiæ nostræ Reginæ Angliæ illustribus, ac Nobilibus Viris Edwardo & Edmundo Natis ipsorum, ecclesiis, ac personis ecclesiasticis, irrogatas injurias, post jura regia & ecclesiastica pro parte maxima occupata, in dictum Regem perduellionis reas, & in carissimum in Christo Filium nostrum R. in Romanorum Regem Electum, ac ipsum Edwardum, memorati Regis eorum Domini primogenitum, & Dominii hujusmodi, si mortalitatis imperturbatus ordo permiserit, successorem, manus inicientes hostiliter, prædictos Regem, Electum, ac Edwardum diu præsumpserint detinere captivos.

Et, quamquam idem Edwardus, Divino fultus auxilio, eorumdem potestatem evaserit, memoratos tamen Electum adhuc in vinculis, Regem vero, sub libertatis nomine, sub eo servilis conditionis jugo detinent, quod juris censurâ non multum à servitutis specie differre censetur; cum nec quo vult eundi pro libito & libera sit facultas, nec possit libere, prout ad eum spectat, de Regno & juribus ejusdem Regni disponere, nec circa dispositionem hujusmodi consilium liberum habeat, vel habendi, quos mallet consiliarios, libertatem.

Set prædicti Magnates, & Nobilis Vir Symon de Monteforti præcipue, de Regis ipsius, quem invitum detinent, coacta præsentia quæsito colore, sub ejusdem Regis titulo sic de prædictis omnibus, pro sua voluntate, disponunt, ut, sicut jam rei evidentia ma-

vitatem Londoniensem, & Quinque Portus Angliæ, supposuerimus ecclesiastico interdicto;

Et postmodum, prout Domino placuit, ad apicem summi apostolatûs assumpti, memoratis Nobilibus, & aliis, ad Ecclesiæ gremium redire non curantibus, sed in sua malitia obstinatis, processum per nos contra ipsos habitum, & præfatas in ipsos, terras, & loca prædicta prolatas sententias in die cœnæ Domini, in majori Ecclesia Perusin. astante ibidem fidelium multitudine copiosa, de fratrum nostrorum consilio, ratificaverimus & approbaverimus, ex certa scientia & auctoritate Apostolica confirmaverimus, ac præceperimus illas inviolabiliter ab omnibus observari;

Discretioni tuæ per Apostolica scripta mandamus quatinus, processum & sententias præfatas, tàm in Franciæ, quàm in eodem Angliæ Regnis, in locis, de quibus & quotiens expedire videris, publicans, & per alios publicari faciens, prædictos Symonem, Barones, Magnates, & alios eorum complices, & fautores, donec in hujusmodi malitia sua perstiterint, pulsatis campanis & candelis accensis, excommunicatos singulis diebus Dominicis & festivis denunties, & facias denunciari ab aliis, ac ab omnibus artius evitari.

Et nichilominus universos & singulos Archiepiscopos, & alios ecclesiarum Prælatos, necnon Comites, Barones, cæterosque Magnates, & omnes Civitatum, aliorumque locorum Communitates, & reliquos Incolas sæpefati Regni, per te, vel per alium, seu alios, efficaciter moneas & inducas ut, prædictorum Symonis, & Complicum, seu fautorum, sequelâ relictâ, præfato Regi, cum liberatus fuerit, ac interim ipsi Edwardo, ejus nomine, plenè in prædictis obediant & intendant.

Et ad liberationem hujusmodi celeriter obtinendam, nec non & in cæteris quibus, ut præmittitur, ipsum vacare mandamus modis omnibus quibus poterunt patenter faveant, & potenter assistant, eos ad id, per censuram Ecclesiasticam, & alia, prout expedire videris, districtione, sublato appellationis obstaculo, compellendo: Invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

Quod si aliqui de Archiepiscopis, Episcopis, Prælatis, Comitibus, Baronibus, Magnatibus, & aliis supradictis, jam dicto primogenito adhæserunt, vel in prædictis tuæ duxerint monitioni parendum, tu eis (illis Episcopis, de quibus tibi novissime de absolutionis beneficio & alias certam formam præscripsimus, exceptis) auctoritate nostra provideas, prout honori Ecclesiæ Romanæ ac prospero statui Regis & Regni eorundem putaveris expedire:

Non obstantibus si eis, vel eorum alicui, à sede apostolica sit indultum quod excommunicari, suspendi, vel interdici non possint per literas apostolicas, non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem; aut quibuslibet privilegiis, seu indulgentiis apostolicis, de quibus, quorumque totis tenoribus, in nostris literis specialis mentio sit habenda; & per quæ præsentium effectus impediri quomodolibet valeat vel differri.

Dat. Perusii, Id. Septembris, Pontificatûs nostri anno primo.

Sub filo canabi.

dultum, quòd excommunicari, suspendi, vel interdici non possint per litteras Apostolicas, non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum, de indulto hujusmodi mentionem; aut quibuslibet privilegiis, seu indulgentiis Apostolicis, de quibus quorumque totis tenoribus, in nostris litteris specialis mentio sit habenda, & per quæ præsentium effectus impediri quomodolibet valeat vel differri.

Dat. Perusii, Id. Septembris, Pontificatûs nostri anno primo.

Sigillo avulso.

Bulla directa Ottobono Legato, ut moneat Principem Walliæ Lewelinum, ad restituendum Castra per eum occupata, & recedere a Simone de Monteforti.

Ann. D. 1265. An. 49. H. 3. Ex Autogr. CLemens Episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio O. Sancti Adriani Diacono Cardinali, Apostolicæ sedis Legato, salutem & Apostolicam benedictionem.

Per nobilem virum Symonem de Monteforti Comitem Leicestriæ, & nonnullos alios Magnates Regni Angliæ, in eodem Regno turbatione valida suscitata, licet nos, in eosdem Comitem & Magnates, hujusmodi turbationis actores ac fautores, olim in minori officio constituti, dum in Regno prædicto, Wallia, & Ibernia, Legationis gereremus officium, eorum culpis exigentibus varias excommunicationum sententias duxerimus promulgandas;

Et postmodum ad apicem summi apostolatûs assumpti, eisdem Comite ac Magnatibus, ad gremium Ecclesiæ redire non curantibus, sed in sua malitia obstinatis, præfatas in ipsos, terras & loca
* I. 814. prædicta, prolatas sententias in die cœnæ Domini, * in majori Ecclesia Perusin. astante ibidem fidelium multitudine copiosa, de fratrum nostrorum consilio, ratificaverimus & approbaverimus, ex certa scientia & auctoritate Apostolica confirmaverimus, & præceperimus illas inviolabiliter ab omnibus observari;

Tamen nobilis vir Leolinus, Princeps Walliæ, Comiti & Fautoribus memoratis adhærens, nonnulla Castra & Villas carissimi in Christo filii nostri Regis Angliæ illustris, ac Pupillorum in ejusdem Regis custodia existentium, necnon Baronum & aliorum hominum dicti Regni, occupasse dicitur, & etiam destruxisse; alias Regi, pupillis, Baronibus, & hominibus prædictis dampna gravia & injurias irrogando:

Quocirca Discretioni tuæ per Apostolica scripta mandamus quatinus eundem Principem, ex parte nostrâ, per te, vel alium moneas & inducas ut, infra competentem terminum, a te peremptorie præfigendum eidem, hujusmodi dampna & injurias passis de ipsis plenariam satisfactionem impendat, & a similibus omnino desistat:

Ab eodem quoque Comite, suisque fautoribus, & complicibus, sine qualibet dilatione recedat, ac eos & partem ipsorum omnino abjuret, dilecto filio nobili viro Edwardo primogenito ipsius Regis, ac ei adhærentibus, favendo pro viribus, ac ipsis impendendo consilium, auxilium & favorem.

Quod si Princeps idem a prædictis turbatoribus, fautoribus, & complicibus eorum recedere, ac de hujusmodi dampnis & injuriis, ut præmittitur, satisfacere non curaverit, tu extunc in eundem Principem excommunicationis feras sententiam, & terram ejus supponas Ecclesiastico interdicto; faciens ipsum, usque ad satisfactionem condignam, per omnia loca, in quibus expedire videris, sin-

Capitulo assignarent:

Ac ipsi mandatum nostrum, eis pro eodem Edmundo directum, facere distulerint, de quo miramur & quamplurimum movemur:

Nos, de vestræ fidelitatis constantia plenam gerentes fiduciam, vobis mandamus, firmiter injungentes, quod vos duo, vel unus vestrûm, eidem Edmundo stallum in Choro, & locum in Capitulo assigneris, & de Thesauraria prædicta plenam seisinam ei habere faciatis; & hoc, sicut honorem nostrum & vestrum diligitis, nullo modo omittatis.

Teste, &c.

* *Idem mandatum est Magistro Simoni de Evesham Archid. Richmundiæ*, quod, quia Rex de fidelitatis suæ constantiâ, circumspectione, & industria plenam gerit fiduciam, quod eidem Edmundo stallum in Choro, & locum in Capitulo assignet; Et hoc, sicut Regem & honorem suum diligit, & gratiam in conspectu Regis habere voluerit, nullo modo omittat. * I. 815.

Item mandatum est Vicecomiti Eborum quod, assumpto secum Magistro Willielmo de Wygorn. eidem Edmundo de Thesaurariâ prædicta plenam seisinam habere faciat.

Teste Rege apud Winton. 17 die Septembris.

Bulla Othobono directa, ut absolvat G, Comitem Gloverniæ.

CLemens Episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio O. Sancti Adriani Diacono Cardinali, Apostolicæ sedis Legato, salutem & Apostolicam benedictionem. Ann. D. 1265. An. 49. H. 3. Ex Autogr.

Sicut tua Discretio non ignorat, olim in minori officio constituti, dum in Regno Angliæ, Walliæ, & Iberniæ partibus legationis ministerio fungeremur, in quondam Symonem de Monteforti Leycestriæ, Gilbertum Gloverniæ, ac Rogerum Norfolchiæ Comites, & nonnullos alios Magnates Regni ejusdem, hujusmodi turbationis actores, cum omnibus illis, qui eis darent consilium, auxilium vel favorem, eorum culpis exigentibus, varias excommunicationum sententias duximus promulgandas, & terras eorum, ac omnia loca eisdem Baronibus adhærentia, & nominatim Civitatem Londonien. & quinque Portus Angliæ, supposuimus Ecclesiastico interdicto;

Et postmodum, prout Domino placuit, ad apicem summum apostolatûs assumpti, memoratis Comitibus, Baronibus, & aliis ad Ecclesiæ gremium redire non curantibus, sed in suâ malitiâ obstinatis, processum per nos contra ipsos habitum, & præfatas in ipsos terras, & loca prædicta prolatas sententias, in die Cœnæ Domini in majori Ecclesia Perusin. astante ibidem fidelium multitudine copiosâ, de fratrum nostrorum consilio ratificavimus & approbavimus, ex certâ scientiâ & auctoritate Apostolica confirmavimus, & præcepimus illas inviolabiliter ab omnibus observari:

Verùm quia memoratus Comes Gloverniæ, sano ductus consilio, sui erroris lapsum, prout decuit, recognoscens, dilecto filio Edwardo, carissimi in Christo filii nostri Regis Anglorum illustris primogenito, Rege ipso, per præfatos Comites & Magnates, adhuc pro eorum voluntate detento, contra eosdem Symonem & Magnates, suosque, in hac parte, complices constanter adhæsit, & ad liberationem Regis ipsius viriliter laboravit:

Nos, propter hoc, ipsum prosequi, quantum cum Deo possumus,

æ. pro sua voluntate captivaverant) manibus liberatus, & defensionem prædicti Regni & Ecclesiasticæ libertatis contra ipsos turbatores assumpserit, & ad liberationem patris sui sic efficaciter laborarit, quod eisdem turbatoribus, virtute altissimi, pro magnâ parte confectis, idem Rex suæ jam est redditus libertati, licèt ad jura Regiæ dignitatis non sit, prout desideramus, integraliter restitutus:

Nos desiderantes ipsum, ad quem eorumdem Regni & ecclesiarum defensio pertinet, in executione defensionis ejusdem, & ad restitutionem hujusmodi obtinendam, quibus possumus, auxiliis confovere, quia verisimiliter credimus memoratum E. cujus est adhuc valdè necessaria strenuitas ad prædicta, præter inæstimabiles labores, quos subiit, & gravia pericula, quibus se constanter exposuit, ad utilitatem evidentem eorumdem Regni & ecclesiarum magnâ expensarum onera subiisse:

Volumus, & discretioni tuæ, præsentium auctoritate, mandamus quatinus prædictos duos prælatos, Regi eidem acceptos, ad decimam eandem recipiendam de ipsius Regis deputes voluntate; ut ipsorum providentia in defensionem & ad obtinendas restitutiones prædictas, quas memoratus E. constanter prosequitur, utiliter convertatur (*Proviso quod eandem decimam in nullos alios usus superfluos expendi aliquatenus non contingat*) invocato ad hoc, si necesse fuerit, auxilio brachii secularis:

Contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo; non obstantibus si aliquibus a sede apostolicâ sit indultum, quòd excommunicari, suspendi, vel interdici non possint per litteras apostolicas, non facientes plenam & expressam de indulto hujusmodi mentionem; aut quibuslibet aliis privilegiis seu indulgentiis apostolicis de quibus, quorumque totis tenoribus, in nostris litteris specialis mentio sit habenda; & per quam effectus præsentium impediri valeat vel differri.

Dat. Perusii, 8 Kal. Octobr. Pontificatûs nostri anno primo.

Sub filo canabi.

De Pardonationibus, per quondam Simonem de Monteforti sigillatis, pro nullo reputandis.

Ann. D. 1265. An. 49. H. 3. Pat. 49. H. 3. n. 27.

REX omnibus, &c. salutem.

Cum, nobis nuper existentibus sub custodia & potestate Simonis de Monteforti, quondam Comitis Leicestriæ, inimici nostri, qui Sigillo nostro pro suæ libito voluntatis utebatur, literæ variæ eodem Sigillo contra voluntatem nostram, signatæ fuissent, continentes quod pardonavimus diversis debitoribus Judæorum, Regni nostri, plura debita, in quibus eisdem Judæis tenebantur, & maxime hiis, qui nobis & primogenito nostro, in turbatione Regni nostri, nuper habita, manifeste adversabantur,

Nos, postmodum, per Dei gratiam, de prædicti inimici nostri manibus liberati, perpendentes ex hoc tam nobis, quam hæredibus nostris gravissimum dispendium posse provenire, pardonationes &

dum, Regi præfato contra suos & Regni Angliæ persecutores, prout teneris, constanter assistas, eundemque primogenitum omni quo poteris favoris & amoris studio prosequaris: Et, ad pacem Regni præfati sollicite vacaturus, ipsos ad clementiam erga persecutores eosdem sollerter inducas.

Nichilominus salubri consilio persuasurus eisdem ut, nec suspitione aliqua, nec quorumdam Prælatorum excessibus provocati, contra ipsos, aut ecclesias, vel alias personas ecclesiasticas seu jura ipsorum manum molestationis extendant.

Nos enim excessus hujusmodi sic, secundum ipsorum exigentiam, castigare proponimus, quod, actore Domino, à similibus imposterum providebitur eorumdem Regis & Regni quieti & paci.

In hiis autem sic prudenter exerceas tuæ nobilitatis industriam, quod tibi exinde apud Deum meritum compares, & apud sedem apostolicam plenitudinem uberioris favoris acquiras.

Dat. Perusii, 2 Non. Octobris, Pontificatûs nostri anno primo.

Sub filo canabi.

Bulla, Regi gratulatoria, super Liberatione sua, & Victoria.

Ann. D. 1265. An. 49. H. 3. Ex Autogr. * I. 828.

CLemens Episcopus, servus servorum Dei, carissimo in Christo Filio Regi Angliæ illustri salutem & Apostolicam benedictionem.

Benedictus Dominus qui, licet magnificentiam tuam rugientibus, præparatis, ad escam, tuum tuorumque sanguinem sitientibus, manibus ad tempus exponi * permiserit, ipsam tamen eorum non dedit dentibus in capturam:

Benedictus & iterum ipse Pater misericordiarum & Deus totius consolationis, qui te in tantis angustiis suâ misericordiâ consolatus, de venantium laqueo animam tuam eripuit, contrivit laqueum, & te ac tuos misericorditer liberavit:

Benedictus & tertio idem judex justus, idem & Dominus ultionum, qui unicuique retribuit suorum stipendia meritorum, poenam iniquæ persecutionis actoribus, innocentiæ verò tuæ lætitiam & salutem condignâ dispensatione rependens, ut lætetur justus vindictam impiorum inspiciens, & in Domini justitiâ delectetur.

In hiis, fili carissime, ad oberrantes etiam filios, & per gravis erroris lapsum, vel iniquitatis excessum à viâ veritatis abductos, paternum non prætermittentes affectum, amarè dolemus aliquos cecidisse in gladio, sed amarioris doloris acerbitate percellimur eos in culpam tam gravissimam incidisse, propter quam ipsorum animas periisse timentes, mortem peccatorum, mortem quidem pessimam, deploramus.

Verum tuam conservatam innocentiam ac relevatam justitiam, cum gaudio attendentes, regalem excellentiam statui, prout desiderabamus, anxii restitui debito, sinceritati tuæ potissimè congaudemus.

dant, ob illius reverentiam, cujus in terra ministerium gerunt, manus nec tu, nec idem primogenitus extendatis, nec patiaris eos in ecclesiarum suarum juribus opprimi; sed ecclesias omnes, & personas ecclesiasticas ejusdem Regni, solitâ benevolentiâ prosequaris.

Circa excessus etenim personarum hujusmodi tale studebimus, auctore Domino, remedium adhibere, quod ipsis, à similibus castigatis, tibi & posteris tuis providebitur contra personarum ipsarum similes insidias in futurum.

Dat. Perusii, 4 Non. Octobr. Pontificatûs nostri anno primo.

Sub filo canabi.

---

* I. 819. ** Bulla qua gratulatur Principi Edvardo liberationem suam & victoriam.*

Ann. D. 1265. *An. 49. H. 3. Ex Autogr.*

CLemens Episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio Nobili viro Edwardo carissimi in Christo filii nostri Illustris Regis Angliæ primogenito, salutem & Apostolicam benedictionem.

Habes fili undè humiliato spiritu, & corde contrito in vocem exultationis & confessionis erumpas, ut exultes in Domino, & ipsius, circa te, immensa beneficia fatearis.

Ipse namque tibi concessit tantis oriri natalibus, immensis habundare divitiis, præclaris, ut de te multorum habet assertio, præ tuis participibus, ornari virtutibus, &, privilegio te primogenituræ communiens, regalis prædestinavit excellentiæ successorem.

Ipse te, nuper quasi ab inimicis absorptum, a conventu malignantium, & a multitudine iniquitatem operantium sua virtute protexit.

Ipse te de servitute probrosæ captivitatis eripuit, & de abjectionis extremæ obprobrio liberavit.

Ipse, virtus salutis tuæ, in die belli clypeo suæ omnipotentiæ misericorditer tuum capud obumbrans, confectis hostibus te servavit illæsum, & salutem carissimi in Christo filii nostri Angliæ Regis illustris, tui genitoris incliti, omniumque tuorum, ac totius Regni Angliæ in tuâ Serenitate direxit.

Quid igitur retribues Domino pro omnibus quæ jam tuæ tribuit juventuti? Fili præpara mentem paternis affatibus, & nostris consiliis aurem exauditionis appone; sint oculi tui aperti & aures intentæ, ut capud tuum peccatorum oleum non impinguet, & ad vindictam alicujus te nequitia, in tuam proculdubio perniciem, non irritet: sed considerans prudenter quod regnantibus certior est ex mansuetudine, quam ex crudelitate securitas; quodque, sicut pluribus ramis arbores præcisæ repullulant, & secta quædam fatorum genera densiora resurgunt; sic sævitiâ & immanitate regnantium, inimicorum numerus crescit potius, quàm tollatur.

Utaris clementiâ fixo & continuando proposito ad nocentes, nec expectes quòd causa deficiat, sed desit tibi prorsus animus sæviendi.

Quod, quia tibi expedire putamus, omnimodis magnitudinem tuam monemus, rogamus & hortamur attentè, sano tibi consilio in remissionem peccaminum suadentes, quatinus, diligenter attendens, quòd tu in te ipsum sævies, si forsan in Regni ejusdem incolas, tuam exinde minorando potentiam, sævitiam exerceres.

Reddas te illis in remissione facilem, nec ad crudelitatem contra ipsos, vel recentis offensæ memoriâ, vel alicujus suggestione patiaris induci.

Set beneficiis tibi amicos astringas, illis, ut de infidelibus fideles

Dat. anno Regni Regis H. 49.

Littera Blanchæ Ducissæ Britanniæ, de Beatrice filia Regis febricitante, & de Arturo nepote Regis, puero satis eleganti.

A Son Treshaut & Treschier Seignour Henri, par la grace de Deu, Roi d'Engleterre, Seignour de Yrland, e Duc d'Aquitene, Blance Duchesse de Bretaigne salut e reverence, e soi appareillie a ferre sa volence, cum a son chier Seignour. Ann. D. 1265. *An. 49. H. 3. Ex Bundel litterarum tempore H. 3.*

Sire, je vous pri, si vous pleft, que vous me villude votre estate, le queul nostre sire par sa grace face touzours bon; quar sachiet mon chier Seignour que j'ei ment tresgrant joie, toutes les foiz que je puiz oir & savoir bones noveles de vous.

Sachiez, sire, que ma Dame Beatrix, vostre chier file, e la nostre, est encor deherte de sa feivre, meis el en est mout amende, la Deu merci; e nous dient les fisechiens que sa feivre ne li peut par longein durrer.

E vous pri, mon cher Seignour, que s'il avoit riens en noz parties que vous le me mande, comandez cum a la vostre; quar sachiez, sire, que je arroie mout tresgrant joie de ferre vostre volunte a mon poer.

E sachiez, sire, que Artus est mout bon suffisant, e mout beil, la Deu merci, e nostre sire vous gart.

Littera Beatricis filiæ Regis, quod adhuc infirma est de febre quartana.

Ann. D. 1265. *An. 49. H. 3. Ibidem. ut supra.*

REverendo patri ac Domino, illustrissimo viro, Domino Henrico, Dei gratiâ, Regi Angliæ, Domino Hiberniæ, & Duci Acquitanniæ, ejus filia, consors Domini Johannis Britagniæ, salutem, & quicquid poterit reverentiæ & honoris.

Cum ego de statu vestro, quem Deus semper prosperum faciat & felicem, ex quo a vobis recessi, nichil certitudinis per vestros Nuncios intellexerim, Dominationem vestram modis omnibus, quibus possum, humiliter deprecor & attente, quatenus super statu vestro, de quo sciendo ad vos latorem præsentium transmittimus, me, vestri gratiâ, velitis facere certiorem.

Scientes quod adhuc febre quartanâ infirma sum; set adeo, solet sicut, me dolore continuo graviter non fatigat.

Insuper rogo vos ut michi vestram voluntatem, quam totis viribus facere concupisco, per vestras litteras vestri gratia remandetis.

Littera, per quam Henricus Rex dedit Edmundo filio Comitatum & Honorem Leycestriæ, Senescalciam Angliæ, & omnes terras & tenementa, quæ fuerunt quondam Symonis de Monteforte, in prælio apud Evesham interfecti, ac omnes terras & tenementa, quæ fuerunt Nicholai de Segrave. Ann. D. 1265. *An. 50. H. 3.*

HEnricus, Dei gratiâ, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, & Dux Aquitanniæ, Archiepiscopis, Abbatibus, Prioribus, Comitibus, Baronibus, Justiciariis, Vicecomitibus, Præpositis, Ministris, & omnibus Ballivis, & fidelibus suis salutem. *Lib. A. fol. 190. penes Camerar. Scaccar.*

Sciatis

Philippo Basset, *Galfrido de Percy*, & aliis.
Rogero de Leyburne,

Dat. Cantuar. 26 die Octobris, anno Regni nostri quinquagesimo.

Carta per quam Dominus Henricus dedit & concessit nepoti suo, H. filio illustris Regis Alemaniæ primogenito, manerium de Gringelay, cum omnibus suis pertinentiis, quæ fuerunt Willielmi de Furnival; qui quondam Simoni de Montefort, inimico & feloni Regis, adhæsit.

Ann. D. 1265. An. 50. H. 3. Fol. 189. A.

HEnricus, Dei gratiâ, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ & Dux Aquitanniæ, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Prioribus, Comitibus, Baronibus, Justiciariis, Vicecomitibus, Præpositis, Ministris, & omnibus Ballivis, & fidelibus suis salutem.

Sciatis nos dedisse, concessisse, & hac carta nostra confirmâsse dilecto nepoti & fideli nostro Henrico illustris Regis Alemaniæ Primogenito, pro fideli servitio suo, manerium de Gringelay, cum pertinentiis, quod fuit Willielmi de Furnival, in Comitatu Notingham, inimici & rebellis nostri, qui Symoni de Monteforti, quondam Comiti Leycestriæ, inimico & feloni nostro, & inprisis suis adhæsit, tempore guerræ, quæ nuper in Regno nostro mota
* I. 832. fuit per * ipsum Simonem & dictos imprisios suos ad exhæredationem nostram & destructionem Coronæ nostræ, usque ad conflictum inter nos, & dictos inimicos & rebelles nostros, apud Evesham commissum;

Et quorum inimicorum terræ & tenementa per forisfactum eorum, de communi assensu & consilio Magnatum & fidelium Regni nostri, ad nostram ordinationem & dispositionem (salvis capitalibus Dominis Homagiis, & servitiis suis) hac vice pertinent.

Habendum & tenendum sibi & hæredibus suis, de corpore suo legitimè procreatis.

Et, si prædictus Henricus, sine hujusmodi hæredibus obierit, tunc prædictum manerium de Gringelay, cum pertinentiis, Edwardo primogenito nostro, & hæredibus suis, imperpetuum remanebit, tenendum de capitalibus Dominis feodi illius, seu nobis, vel aliis imperpetuum (dum tamen manerium illud non fuerit de Dominico Coronæ nostræ) faciendo inde omnia servitia debita & consueta; ita quod occasione hujus donationis nostræ nichil capitalibus Dominis prædictis, in Wardis, releviis, aut rebus aliis, ad eos pertinentibus, depereat imperpetuum.

Quare volumus & firmiter præcipimus pro nobis & hæredibus nostris, quod prædictus Henr. & hæredes sui, de corpore suo legitime procreati, prædictum manerium de Gringeley, quod fuit prædicti inimici& rebellis nostri, habeant & teneant de prædictis filio nostro & hæredibus suis, capitalibus Dominis feodi illius, seu nobis, vel aliis imperpetuum.

Et, si idem Henr. sine hujusmodi hæredibus obierit, tunc idem manerium cum pertinentiis prædicto filio nostro & hæredibus suis

Teste Rege apud Cant. 29 die Oct.

---

* *De protectione pro Ecclesia de Heveringlard.* * I. 833.

Ann. D. 1265. An. 50. H. 3. Ex Autogr.

CLemens Episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis, Priori Ecclesiæ de Heveringlard, ejusque fratribus tàm præsentibus, quàm futuris regularem vitam professis, in perpetuum.

Religiosam vitam eligentibus apostolicum convenit adesse præsidium, nè forte cujuslibet temeritatis incursus aut eos a proposito revocet, aut robur, quod absit, sacræ religionis enervet.

Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus, & Ecclesiam de Heveringlard Norwicen. Dioc. Abbatem proprium non habentem, set per Priorem solitam gubernari, in qua divino estis obsequio mancipati, sub beati Petri & nostrâ protectione suscipimus, & præsentis scripti privilegio communimus;

In primis siquidem statuentes, ut ordo canonicus, qui secundum Deum & beati Augustini regulam in eadem Ecclesiâ institutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur.

Prætereà quascumque possessiones, quæcumque bona eadem Ecclesia impræsentiarum justè ac canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, præstante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus & illibata permaneant.

In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis; locum ipsum, in quo præfata Ecclesia sita est, cum omnibus pertinentiis suis, cum terris, pratis, vineis, nemoribus, usuagiis & pascuis in bosco & plano, in aquis & molendinis, in viis & semitis, & omnibus aliis libertatibus & immunitatibus suis.

Sanè novalium vestrorum, quæ propriis manibus aut sumptibus colitis, de quibus aliquis hactenus non percepit, sive de vestrorum animalium nutrimentis, nullus a vobis decimas exigere vel extorquere præsumat.

Liceat quoque vobis clericos vel laicos, liberos & absolutos, è seculo fugientes, ad conversionem recipere, & eos absque contradictione aliquâ retinere.

Prohibemus insuper ut nulli fratrum vestrorum, post factam in Ecclesiâ vestrâ professionem, fas sit, sine prioris sui licentiâ, eodem loco, nisi artioris religionis obtentu, discedere; discedentem verò, absque communium litterarum vestrarum cautione, nullus audeat retinere.

Cum autem generale interdictum terræ fuerit, liceat vobis, clausis januis, exclusis excommunicatis & interdictis, non pulsatis campanis, suppressâ voce divina officia celebrare, dummodo causam non dederitis interdicto.

Crisma verò, oleum sanctum, consecrationes altarium, s— basilicarum, ordinationes Clericorum, qui ad ordines fuerint promovendi, a Diocesano suscipietis Episcopo, siquidem catholicus fuerit, & gratiam & communionem sacrosanctæ Romanæ sedis habuerit, & ea vobis voluerit sine pravitate aliquâ exhibere.

Prohibemus insuper, ut infra fines Parochiæ vestræ, si eam habetis,

nostræ constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundò tertiòve commonita, nisi reatum suum congruâ satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui careat dignitate, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat; & à sacratissimo corpore ac sanguine Dei & Domini redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ subjaceat ultioni:

Cunctis autem, eidem loco sua jura servantibus, sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatinus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, Amen, Amen.

S. Petrus S. Paulus, Locus Monogrammatis. Clemens Papa 4.

Oculi mei semper ad ———— num.

Ego Clemens, Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.

Ego Odo, Tusculan. Episcopus,
Ego Stephanus, Prenestinus Episcopus,
Ego Frater Johannes, Port. & Sanctæ Rufinæ Episcopus,
Ego Radulphus, Albanen. Episcopus,
Ego Henricus, Ostien. & Velletren. Episcopus.

Ego Ancherus, Tituli Sanctæ Praxedis Presbiter Cardinalis,
Ego Guillielmus, Tituli Sancti Marci Presbiter Cardinalis,
Ego Frater Anibaldus, Basilicæ Christi Apostolorum Presbiter Cardinalis.

Ego Ottamanus, Sanctæ Mariæ in Via lata Diaconus Cardinalis,
Ego Johannes, Sancti Nicolai in Carcere Tulliano Diaconus Cardinalis,
Ego Jacobus, Sanctæ Mariæ in Cosmydin Diaconus Cardinalis,
Ego Gottifridus, Sancti Gregorii ad velum Aureum Diaconus Cardinalis,
Ego Ubertus, Sancti Eustachii Diaconus Cardinalis.

Dat. Perusii, per manum Magistri Michaelis de Tholosa, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Vicecancellarii, 2 Non. Novembris. Indictione Nona. Incarnationis anno 1265. Pontificatûs vero Domini Clementis Papæ 4 anno primo.

Sub filis sericis flavi rubeique coloris.

De Treuga cum Wallia.

Ann. D. REX omnibus, &c. salutem.
1265. Sciatis quod dedimus potestatem dilecto & fideli nostro Ja-
An. 50. cobo de Aldithel treugas capiendi, nomine nostro, cum Lewelino
H. 3. filio Griffini & Complicibus suis, usque ad Carniprivium proximo
Pat. 50. futurum; ratum habituri & firmum quicquid idem Jacobus, nomi-
H. 3. n. ne nostro, in præmissis duxerit faciendum.
119. In cujus, &c.

Teste Rege apud Westm. 28 die Novembris.

REX dilecto & fideli suo, Gwichardo de Charron, salutem. Ann. D.
Cum quasdam terras, tenementa & Maneria nostra dederi- 1266.
mus & concesserimus dilecto & fideli nostro, Petro Comiti de Sa- *An. 50.*
baudia, Domino vestro, in escambium Comitatus & honoris Ri- *H. 3.*
chemondiæ (de quibus quidem terris, tenementis & Maneriis iidem *Pat. 50.*
Comes & amici sui esse debent merito contenti) ac nos Comitatum *H. 3. n.*
& honorem prædictum, cum pertinentiis, dilecto & fideli nostro, 46.
Johanni Duci Britanniæ reddidimus, per quod Radulphum de Mortein Militem ipsius Ducis ad vos transmittimus, pro Comitatu & honore prædictis, nomine Domini sui prædicti, à vobis recipiendis;

Vobis mandamus, firmiter injungentes, quatenus prædictos Comitatum & honorem, cum omnibus pertinentiis suis, præfato Militi liberetis in formâ prædictâ; & hoc, sicut vos & honorem vestrum, necnon & omnia bona vestra, quæ in Regno tenetis, diligitis, & sicut indignationem nostram vitare volueritis, nullo modo omittatis: Scituri quod, nisi feceritis, periculum exhæredationis terræ vestræ Chavens vobis ex hoc poterit imminere;

Nos enim erga Dominum vestrum Comitem Sabaudiæ prædictum, & quoscumque alios vos inde conservabimus indempnes.

In cujus rei testimonium has litteras nostras fieri fecimus patentes.

Teste meipso apud Northampton, 6 die Maii.

Et mandatum est Militibus, liberis hominibus, & omnibus aliis, tenentibus de Castro, Comitatu & honore prædictis, quod eidem tanquam Domino suo sint intendentes, &c.

De Servitio Baronum Borealium.

REX omnibus, &c. salutem. Ann. D.
Sciatis quod venerabilis Pater, R. Dunolmensis Episcopus, 1266.
& dilecti & fideles nostri, Peter de Brus, Radulphus filius Ranul- *An. 50.*
phi, Willielmus Baro de Graistok, & Nicholaus de Bolteby, per *H. 3.*
præceptum Edwardi primogeniti nostri fecerunt servitium, quod *Pat. 50.*
nobis debent, cum dilectis & fidelibus nostris Henrico de Aleman- *H. 3. n.*
nia, Johanne de Balliolo, & cæteris fidelibus nostris, secum in par- 38.
tibus borealibus existentibus, à die Veneris, proxima post festum Sancti Georgii, anno Regni nostri 50, usque ad diem Lunæ in Crastino Sanctæ Trinitatis proximo sequentis; videlicet, per quadraginta dies, utraque die computata: De quo quidem servitio ipsos quietos quietamus.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Northamton. 23 die Maii.

---

* *Littera Regi Franciæ de Treuga cum Rege Navarræ ineunda.* * I. 836.

DOmino Regi Franciæ, Rex Angliæ salutem. Ann. D.
Super eo, quod nobis & Edwardo primogenito nostro man- 1266.
dastis per fratres Radulphum & Amaneum, ordinis Sanctæ Trini- *An. 50.*
tatis, portantes a vobis litteras de Credentia, nos & filium nostrum *H. 3.*
prædictum ex una parte, ac Dominum Regem Navarræ ex altera *Pat. 50.*
tangente; *H. 3.*
Serenitati vestræ significamus quod, quia de vobis specialiter con- *m. 7. d.*
fidimus,

n. 13. nongentis marcis; videlicet, quadringentis marcis pro arrerag. annui feodi sui centum marcarum, quod percipere consuevit ad Scaccarium nostrum; & quingentis marcis pro expensis suis, quas fecit in servitio nostro in obsidione Castri Kenillewurth, ad mandatum nostrum;

Paternitatem vestram requirimus & rogamus quatinus praefato Frederico, de primis denariis, quos de Decima praedicta levari contigerit, habere faciatis nongentas marcas, in recompensationem nongentarum marcarum praedictarum.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Kenillewurth. 3 die Septembris.

De Curtina Regis liberata.

Ann. D. 1266. An. 50. H. 3. Pat. 50. H. 3. n. 27.

REX omnibus, &c. salutem.

Sciatis quod frater Alanus de Calweton, Monachus de Cestria, liberavit Magistro Roberto, Custodi papilionum nostrorum, Curtinam nostram apud Kenilwyrth die Dominica proxima ante festum beatae Margaretae Virginis.

Anno Regni nostri 50.

Bulla, de Excommunicando omnes arma gerentes, seu guerrentes ex parte Simonis de Monteforti, seu alterius cujuscumque, contra Regem Angliae.

Ann. D. 1266. An. 50. H. 3. L. A. fol. 99. Penes Camerar. Scaccar. L. A. f. 99. a.

CLemens Episcopus, servus servorum Dei, dilecto Filio S. TT. Sanctae Ceciliae Presbitero Card. Apostolicae Sedis Legato, salutem & Apostolicam benedictionem.

Olim, dum essemus in minori officio constituti, & in Regno Angliae legationis officio fungeremur, in quendam Symonem de Monteforti Com. Leycestriae, ac nonnullos alios Comites, & Barones Regni ejusdem, ac omnes turbatores ipsius Regni, & se carissimo in Christo Filio nostro illustri Regi Angliae opponentes, ac alios etiam, qui talibus in pecunia, equis, vel armis, aut alias praestarent consilium, auxilium vel favorem, excommunicationis sententiam duximus proferendam.

Quia vero Regni ejusdem statum pacificum & quietum plenis desideriis affectamus, ad quod efficaciter expedire credimus sententiam ipsam frequentius publicari, nos, hujusmodi sententiam inviolabiliter observari volentes, in omnes illos, qui secus egerint, quive contra praefatum Regem arma susceperint, aut Regnum praedictum contra Regem ipsum, cum armis, vel sine armis, intraverint, vel alias turbaverint, aut turbantibus praestiterint auxilium vel favorem publicum vel occultum, cujuscumque sint praeeminentiae, dignitatis, aut status, de novo similem excommunicationis sententiam promulgamus, à qua eos, sine speciali mandato Sedis Apostolicae, nisi forsan in mortis articulo, prohibemus absolvi; in quo, si fuerint absoluti, & ipsos contigerit sanitati restitui, nisi satisfecerint infra mensem, eâdem sententiâ ligari volumus eo ipso;

Quocirca discretioni tuae per Apostolica scripta mandavimus,

WIllielmo filio Ricardi, & Sociis suis Collectoribus Finis London. salutem. Ann. D. 1266. An. 51. H. 3. Claus. 51. H. 3. m. 12.

Cum illustris vir A. Dux Bruneswyk, consanguineus noster Alesiam neptem A. Reginae Consortis nostrae duxerit in uxorem, per quod Dux, in veniendo ad nos, & ibidem morando, multas fecit expensas occasione praedictâ, & in pluribus debitis quibusdam Creditoribus, in Civitate praedicta, & alibi, jam tenetur;

Nos, ipsum Ducem honorabiliter respicere volentes, vobis mandamus quod de Fine praedicto habere faciatis eidem Duci, vel Procuratoribus suis, quos ad hoc duxerit deputandos, mille Marcas ad expensas suas inde acquietandas, & ad satis faciendum Creditoribus suis praedictis; ita quod praefatus Dux promptitudine vestrâ reputet se contentum:

Et hoc, sicut honorem nostrum diligitis, & indignationem nostram vitare volueritis, nullo modo omittatis.

Teste Rege apud Kenilwurth. 7 die Novembr.

Littera Regis, Ludovico Regi Franciae, de Trenga cum Rege Navarrae capienda & juranda.

ANoble Prince Seignur, & a sun cosin trescher, Sire Lowys, par la grace Deu, Roy de Fraunce, Henri, par mame la grace, Roi d'Engleterre, Seigneur de Irelonde, & Duc d'Acquitayne, saluz, & vereyz amyitez. Ann. D. 1266. An. 51. H. 3. Pat. 51. H. 3. n. 109.

Sachez, cher Sire, ke nuz enveums nos feaus & leaus, Guilliame Boquer, & Johain de la Linde, Chivalers, a vostre presence,

As queus nos donoms plein poer de prendre Trewe entre nus, e le Roi de Navarre; c'est a saver de la Pasche prochein avenir en trois anns, si cum vus nus mandastes par vos messages en lettre de creaunce, & nus vus respondunes par nos lettres overtes;

E, a cele Trewe a fermer, e lur donoms poer a jurer en nostre alme sur les * poinz ke apendent a fermer l'avandite Trewe. * I. 839.

E for co averons ferme & estable co, que les avantdiz Guillame & Johan, en la avantdite Besoigne, feront en nostre nun.

En tesmoine de co avoms mis nostre seel à cest escrit.

Done a Kenilwurth. le Dime Jor de Novembre.

De Trenga cum praedicto Rege.

ANoble Prince Seignur, & a sun cosin trescher, Sire Lowys, par la grace Deu, Roi de France, Henri par mame le grace, Roi d'Engleterre, Seigneur de Irlaunde, & Duc d'Acquitaine saluz & vereyz amistez. Ann. D. 1266. An. 51. H. 3. Ibidem.

Sachez, cher Sire, que nus enveums nos feaus & leaus, Wiliam Bonquer, & Johan de la Linde, a vostre presence,

As queus nus avums done plein poer de prendre Truve entre nus, & le Roi de Navarre, e a cele Trewe a fermer, c'est a savoir de la Pasche prochein avenir en Troiz annz,

E nuz averoms ferme, e estable co quil frunt en ces choses, e

O sur

In cujus, &c.

Teste Rege apud Kenilworth, 10 die Novembris.

Pro Burgensibus & Mercatoribus Ducis Bruneswich de Lubek.

Ann. D. REX omnibus, &c. salutem.
1267. Sciatis nos, ad instantiam Nobilis viri A. Ducis Brunzik,
An. 51. dilecti nostri, concessisse Burgensibus & Mercatoribus suis, de Lu-
H. 3. bek, libertates subscriptas, viz.
Pat. 51. 1. Quod ipsi, vel eorum bona quocumque locorum, in potesta-
H. 3. m. te nostra, * non arestentur pro aliquo debito (de quo fidejussores,
31. sive principales Debitores non extiterint) nisi forte ipsi Debitores
* I. 840. de eorum sint communia & potestate, habentes unde de debitis suis in toto, vel in parte satisfacere possint; & ipsi Burgenses de Lubek (per quos ipsa Villa regitur) illis, qui de terra & potestate nostra extiterint, in justitia defuerint, & de hoc rationabiliter constare possit.

2. Et quod iidem Mercatores & Burgenses, pro transgressione seu forisfactura servientum suorum, catalla & bona sua in manibus ipsorum inventa, aut alicubi locorum per ipsos servientes deposita, quatenus ea sua esse sufficienter probare poterunt, non amittant.

3. Concessimus etiam Burgensibus & Mercatoribus prædictis, quod de Mercandisis suis, in terram & potestatem nostram venientibus, nullam prisam fieri faciemus ad opus nostrum, nisi ipsis, vel eorum servientibus statim inde rationabiliter satisfecerimus; salvis tamen inde nobis debitis, & antiquis prisis nostris.

4. Concessimus insuper, quantum ad nos pertinet, Burgensibus & Mercatoribus prædictis, quod ipsi habeant Hansam suam, reddendo inde quinque solidos, eodem modo quo Burgenses & Mercatores Colon. Hansam suam habent, & eam temporibus retroactis habere & reddere consueverunt; ita tamen quod ipsi Burgenses & Mercatores faciant nobis & hæredibus nostris consuetudines inde debitas & consuetas.

In cujus, &c. Duraturas quamdiu prædicti Burgenses & Mercatores fuerint sub Dominio & protectione Ducis supradicti.

Teste Rege apud Westm. 5 die Januarii.

De Potestate data Roberto Walerannd capiendi Treugas cum Lewelino filio Griffini.

Ann. D. REX omnibus, &c. salutem.
1267. Sciatis nos dilecto & fideli nostro Roberto Walerand dedisse
An. 51. potestatem ineundi, capiendi, & firmandi Treugas inter nos, &
H. 3. Edwardum filium nostrum, & homines nostros ex parte una; &
Pat. 51. Lewelinum filium Griffini, & complices, & fautores suos ex alte-
H. 3. n. ra, prout idem Robertus magis viderit expedire; videlicet, à Festo
82. Paschæ, anno Regni nostri quinquagesimo primo, usque in tres annos proximo sequentes completos;

Ratum habituri & firmum quicquid idem Robertus in hac parte nomine nostro duxerit faciendum.

Potestatem etiam damus eidem Roberto jurandi in animam nostram super hiis observandis, quæ per ipsum acta fuerint in præmissis.

In cujus, &c.

omnino præcavere volentes, vobis promittimus bona fide quod prædicta jocalia, & omnia alia supradicta, vel extimationem eorum, infra annum, à Festo Sancti Michaelis proximo computandum, vobis & Monasterio vestro restituemus, & restitui faciemus.

Ad quod firmiter observandum nos, & hæredes nostros, & omnia bona nostra mobilia & inmobilia, ubicumque fuerint constituta, specialiter obligamus:

Submittentes nos jurisdictioni summi Pontificis, qui pro tempore fuerit, & reverendi Patris Domini O. Sancti Adriani Diaconi Cardinalis, Apostolicæ Sedis Legati; quod ipsi, vel eorum alter, ad restitutionem & observationem prædictorum, supponendo capellam nostram Ecclesiastico interdicto, & aliis modis, per censuram ecclesiasticam, quibus viderint expedire, nos valeant cohercere.

In cujus rei testimonium præsentes litteras vobis concedimus, nostri, & præfati Legati, ac Edwardi primogeniti nostri sigillorum munimine roboratas.

Teste Rege apud Stratford, 28 die Maii.

De Compromisso per Regem & Comitem Gloucestriæ & Northfolciæ in Papam.

NOverint universi quod, cum Dominus Henricus, Rex An- Ann. D.
gliæ illustris, à nobili viro G. de Clare, Comite Gloucestriæ 1267.
& Hertford, se reputaret offensum, occasione quorundam, quæ, An. 51.
post recessum ipsius Comitis de Wallia, tàm in Civitate London. H. 3.
quàm extra in diversis partibus Angliæ, tàm in terra, quàm in aquâ, Pat. 51.
facta fuisse dicuntur; &, propter hoc, orta esset dissensionis & H. 3.
discordiæ materia inter eos; tandem, cum inter ipsos de pace & n. 7. d.
concordia tractaretur, & Rex, inter alia, securitatem à prædicto Comite peteret, quod ipse Comes ei guerram de cætero non moveret; idem Comes dicto Regi securitatem optulit in hunc modum, videlicet,

Quod, de guerra ipsi Regi per eundem Comitem de cætero non movenda, idem Comes per proprium juramentum, & patentes litteras, sub Sigillo suo munitas, ac per fidejussores idoneos, sub pœna decem millium Marcarum argenti, se dicto Regi specialiter obligaret:

Et, si dicta securitas ipsi Regi minus sufficiens videretur, placebat eidem Comiti supponere se voluntati & ordinationi summi Pontificis; ut idem summus Pontifex consideraret si dicta securitas sufficeret in hac parte; & si eam minus sufficientem idem Dominus reputaret, ipse, pro suæ voluntatis arbitrio, de securitate hujusmodi provideret:

Et, quoniam præfato Regi dicta securitas minus sufficiens visa fuit, idem Comes voluntati & ordinationi summi Pontificis se submisit; ut idem summus Pontifex super securitate, præfato Regi præstandâ, de guerrâ sibi per eundem Comitem de cætero non movendâ, provideat & ordinet à Festo Sancti Martini usque ad festum Purificationis, præsentibus partibus, vel absentibus, vel unâ præsente, vel alteri absente, prout videbitur expedire, nisi dictæ partes communi voluntate interim à dicta submissione duxerint recedendum; promittens quod, quicquid præfatus Dominus super hoc ordinandum duxerit, seu etiam providendum, faceret & perpetuo fideliter observabit.

Et, ne contra ordinationem seu provisionem, quam Dominus
summus Pontifex pro hujusmodi securitate duxerit * faciendam, * I. 842.
præfatus Comes aliquid faciat vel attemptet, se ad observandum su-

per

Data London. 25 die Junii.

Bulla Clementis Papæ Ottobono Cardinali directa de 60 millibus librarum Turonensium concessis ad opus Reginæ Angliæ, colligendis de decima trienniali, Regi Angliæ concessa.

Ann. D. 1267. An. 51. H. 3. Ex Autogr. CLemens Episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio O. Sancti Adriani Diacono Cardinali, Apostolicæ sedis Legato, salutem & Apostolicam benedictionem.

Ex parte carissimæ in Christo filiæ nostræ, Reginæ Angliæ illustris, fuit propositum coram nobis, quod nos carissimo in Christo filio nostro, Regi Angliæ illustri, decimam omnium proventuum ecclesiasticorum Regni Angliæ, Iberniæ & Walliæ, per Triennium, duximus concedendam; &, de hujusmodi decima, sexaginta millia librarum Turonen. concessimus eidem Reginæ ad sua debita persolvenda.

Ut igitur, ex hujusmodi gratiâ, ejusdem Reginæ necessitatibus, juxta nostra desideria satisfiat, discretioni tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatinus hujusmodi sexaginta millia librarum, si forsitan non sunt collecta, ex eâdem decimâ per aliquem, seu aliquos colligi, & ea creditoribus dictæ Reginæ facias exhiberi;

Non obstante, si est aliquibus ab Apostolicâ sede indultum quòd interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas, non facientes plenam & expressam de indulto hujusmodi mentionem, sive quavis aliâ dictæ sedis * indulgentiâ, de quâ, cujusque toto tenore, de verbo ad verbum oporteat in nostris litteris plenam & expressam mentionem fieri, & per quam effectus præsentium impediri valeat vel differri: Contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione postpositâ, compescendo.

* I. 843.

Dat. Viterbii, Id. Julii, Pontificatûs nostri anno tertio.

Sub filo canabi.

De pace componenda & firmanda, inter Regem, & Lewelinum filium Griffini.

Ann. D. 1267. An. 51. H. 3. Pat. 51. H. 3. m. 6. REX omnibus, &c. salutem.

Cum multæ contentiones & discordiæ inter nos, & homines nostros ex parte una; & Lewelinum filium Griffini, & suos ex altera, jamdiu habitæ fuerint, & etiam plures transgressiones hinc inde factæ dicuntur,

Nos, pacis semitas amplectentes, venerabili Patri O. Sancti Adriani Diacono Cardinali, Apostolicæ Sedis Legato, componendi, & compositionem firmandi, prout tibi videbitur expedire, pro nobis, & hæredibus, ac hominibus nostris, cum præfato Lewelino,

tis, vel inferri permittatis injuriam, molestiam, impedimentum, aut gravamen.

In cujus, &c. duraturum usque ad diem Jovis, in festo Sancti Michaelis proximo futuro, & per totam eandem diem;

* Ita quod, factis homagio & fidelitate prædictis, liberum posse * I. 844.
habeat veniendi in terram nostram, & in eadem morandi, ad modum aliorum fidelium nostrorum.

Teste Rege apud Salop. 25 die Septembris.

De pace, inita inter Regem & Lewelinum filium Griffini, complenda.

Ann. D. 1267. An. 51. Hen. 3. Ibidem. n. 14. REX dilectis & fidelibus suis, Rogero de Sumery, & Hugoni de Mortuo Mari, & Rogero de Hopton Vicecomiti Salop. & Stafford. salutem.

Quia volumus quod omnia, quæ in forma pacis, inter nos, & dilectum & fidelem nostrum Lewelinum filium Griffini Principem Walliæ initæ, continentur, perficiantur & plene compleantur, juxta formam pacis prædictæ, assignavimus vos ad omnia, in forma pacis prædictæ contenta, perficienda & complenda, juxta formam pacis ejusdem:

Et ideo vobis mandamus quod ad certos dies & loca, quos ad hoc provideritis, præmissa faciatis & compleatis in forma supradicta.

Mandavimus enim omnibus Ballivis & fidelibus nostris, in partibus Marchiæ, inter Comitatum Cestriæ & terras Comitis Gloucestriæ existentibus, quod vobis ad præmissa facienda & complenda intendentes sint & respondentes, prout eis scire faciatis ex parte nostra; proviso insuper quod pax nostra, in partibus prædictis, dicto Lewelino & suis concessa, firmiter & inviolabiliter observetur.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Muntgomery, 29 die Septembris.

Consimiles litteras habent Guido de Brian, & Willielmus de Abrewaret in partibus Suthwalliæ, super præmissis perficiendis & complendis, secundum formam pacis prædictæ, cum ista adjunctione, proviso quod pax nostra, dicto Lewelino & suis concessa, in partibus prædictis, tàm videlicet intra terras Comitis Gloucestriæ; quàm alibi, in eisdem partibus, firmiter & inviolabiliter observetur.

Teste ut supra.

Restituent igitur Lewelinus & sui Domino Regi, & suis, & tenentibus partem suam omnes possessiones, terras & jura, per ipsum occupata & suos, occasione guerræ & discordiæ, ultimo habitæ inter Anglicos & Wallenses; exceptis terris de Breconia & Wercrennon, quarum Lewelino & suis seisina & possessio remanebit. De ipsis tamen & aliis, quas idem Lewelinus restituet, vel quæ remanebunt eidem, fiet hinc inde justitia secundum consuetudines hactenus in Marchia observatas.

Seisina etiam & possessio terræ de Burget. remaneat Lewelino, cui Rex concedit & dat jus quod habet in ea, de ipsa tamen fiet justitia quibuscumque jus in ea petentibus, in proprietate vel possessione, secundum consuetudines prælibatas.

In terra vero de Maclenich liceat nobili viro Rogerio de Mortuo Mari castrum erigere vel ædificare, pro suo libito voluntatis; cujus castri, simul cum ipsa terra, eidem Lewelino, restitutio fiet, si dictam terram de Maclenich præfato Lewelino, jus in ea petenti, adjudicari contingat.

Dominus etiam Rex dimittit & concedit terras de Kede Wien & de Kery, cum pertin. suis, Lewelino prædicto; qui, si in aliis villis vel terris adjacentibus jus voluerit reclamare, secundum prædictas consuetudines justitia sibi fiet: & similiter, secundum easdem consuetudines, fiat justitia omnibus, jus reclamantibus in terris quæ remanebunt præfato Lewelino, & suis.

De castro vero & terra de Whicenton idem Lewelinus habebit & recipiet servitium quod Prædecessores sui de ipsis hactenus habuerunt; guardia ejusdem militi remanente cui Rex concessit eandem.

Idem nichilominus Lewelinus nobilem virum Robertum de Alto Monte, cum tota terra sua de Ha Wordim, statim sine dilatione aliqua liberum restituet & dimittet; cui Roberto, usque ad triginta annos, in ea castrum ædificare vel erigere non licebit.

Per hanc autem ordinationem Griffinus filius Wenori Wen, si quam terram tenuit, dum esset cum Rege, antequam ad fidelitatem & partem veniret Lewelini, restituere minime teneatur; jus tamen in ea volentibus reclamare in proprietate seu possessione, fiet justitia secundum consuetudines supradictas.

Cæterum Dominus Rex Angliæ, volens præfati Lewelini magnificare personam, & in eo cæteros honorare qui sibi hæreditario jure succedent, ex mera sua liberalitate ac gratia, de voluntate etiam & assensu Domini Edwardi Primogeniti sui data, concedit præfato Lewelino & hæredibus suis Walliæ Principatum, ut idem Lewelinus & hæredes sui Principes Walliæ vocentur.

Et habeant insuper fidelitatem & homagia omnium Baronum Walliensium, ut dicti Barones a præfatis Principe & hæredibus in capite teneant terras suas; excepto homagio nobilis viri Maraduci filii Resi, cujus homagium & dominium Rex sibi & hæredibus suis retinet, cum tota terra ejusdem, quam idem Princeps sibi restituere, & a suis statim restitui facere teneatur, de qua jus in ea reclamantibus postmodum fiet justitia, sicut inter pares suos fieri consuevit.

Quandocumque verò Domino Regi placuerit præfato Principi concedere homagium Maraduci prædicti, præfatus Princeps eidem Regi vel hæredibus suis quinque millia markarum dare & solvere teneatur.

De David autem, fratre Lewelini prædicti, est specialiter ordinatum, quod dictus Lewelinus sibi restituat totam terram, quam idem David habuit, antequam ab ipso recederet, & in parte Domini Regis esset; quà si David non fuerit contentus, fiet sibi provisionis augmentum, prout Griffinus filius Wenon Wen, & Griffinus filius Madoch, Hoelius filius Madoch, & O Wenus Bledhyn, & Tuderus filius Iduenech, bona fide dicent, ordinabunt vel etiam providebunt: Quibus si David noluerit esse contentus, quod voluerit petet, de quo, tota summa fuerit plenarie satisfactum: de qualibet vero solutione littera de quietantia fiet per Regem, vel Nuncium supradictum, ad hoc ab ipso Rege mandatum & potestatem habentem.

Quod si, in præfato festo nativitatis Dominicæ, summa trium millium marcarum quolibet anno non fuerit persoluta, si usque ad festum purificationis beatæ Virginis proximum sequens idem Lewelinus supradictam summam non solverit, centum marcas nomine pœnæ solvet; & deinde pro quolibet mense, in quo in solutione prædictæ summæ defecerit, quinquaginta marcas nomine pœnæ; & nichilominus omnes expensas, quas Rex propter hoc fecerit, & etiam interesse præstabit.

Præmissa tractata, ordinata, & acceptata sunt a præfatis Rege & primogenito suo, nec non Eynyanti filio Keyradanc. & David filio Eynyanti, habentibus potestatem & speciale mandatum a præfato Lewelino firmandi pacem & compositionem cum Rege prædicto, hæredibus, & hominibus suis, & jurandi in animam prædicti Lewelini, & consiliariorum suorum; nec non faciendi & complendi omnia quæ circa pacem prædictam sunt oportuna.

Et, ad majorem compositionis ipsius firmitatem & robur, nobiles viri Robertus Walerand, & Johannes de la Lynde in animam ipsius Regis, de speciali & expresso mandato ejusdem; & præfatus Robertus in animam præfati Domini Edwardi, habens ab ipso super hoc speciale mandatum; & prænominati Eynyanti & David in animam prædicti Lewelini & consiliariorum suorum, tactis sacrosanctis Evangeliis, præsentialiter juraverunt, quod præfati Rex & primogenitus suus, & Lewelinius & consiliarii sui, contra prædictam pacem nullo tempore venient; set eam in omnibus & singulis suis articulis firmiter & imperpetuum observabunt.

Act. Sallopiæ, anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo septimo, die Dominica proxima ante festum sancti Michaelis, Pontificatûs Domini Clementis Papæ quarti anno tertio.

Et, die Jovis, in festo beati Michaelis sequenti, præfatus Princeps in præsentia nostra, & Domini Regis, filiorum, & consiliariorum, & Baronum suorum, supradictam compositionem & pacem acceptans, & expresse ratificans in omnibus & singulis articulis suis, facto primo homagio Regi, & præstito sacramento fidelitatis, secundum formam superius annotatam, idem Lewelinus pro se, & Successoribus, & hæredibus suis, & Hoelus filius Madok, Grocion Goronum Senescallus ipsius Principis, & Tuderus filius Eadnenec, & supradicti Eynan, & David, consiliarii dicti Principis juraverunt, tactis sacrosanctis Evangeliis, se contra prædictam pacem & compositionem in aliquo non venturos; set eam in omnibus supradictis articulis se perpetuo servaturos.

Et, ad majoris roboris firmitatem, nos sigilli nostri & supradictorum Domini Regis, Domini Edwardi, primogeniti sui, Lewelini Principis, Eynan, & David, sigillorum munimine præsens scriptum fecimus roborari.

Dat. apud Montem Gomeri, anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo septimo, 3 Kal. Octobr. Pontificatûs Domini Clementis Papæ quarti anno tertio.

Pro filia Thomæ Comitis Sabaudiæ de quingentis marcis ad se maritandam. Ann. D. 1268.

An. 35.

REX omnibus, &c. salutem. H. 3.

Sciatis quod Magister Gifferus Camerarius venerabilis patris Pat. 52.
O. Sancti Adriani Diaconi Cardinalis, Apostolicæ sedis Legati, H. 3.
per præceptum nostrum recepit quingentas marcas ad opus dilectæ n. 44.

nobis

[illegible] a nus, e noz heires les ser-
vises, ke ses Aunceftres meimes cel Duc en foleient, & en de-
veient fere a nus, e a nos Aunceftres.

E quituns meimes cel Duc, e ses Aunceftres de tuz forfeiz par defaute de servise, & de tuz arrerages, e de tutes autres choses, ke de meimes cel Duc, ou de ses Aunceftres, par ocheson de lui, peusouns demaunder deske a jur ke cestes lettres furent fetes.

*I. 848. E nus, e noz heires sumuz tenuz a garaunter a l'avandit Duc, e a ses heyres, l'avantdite Cunte, ove les appurtenances, encontre tote gent, ke ren ne pussent demander par nostre fet, pus cel tens ke l'avantdit Cunte vint en nostre meine par la seisine la avauntdit Perres jadis Duc de Bretaigne.

E, pur co ke Aleyn de Acorat, Chevaler, & Procuratour le avauntdit Duc, ke plein poer aveit par les lettres patentes de meimes cel Duc, en nostre presence, ad rendu a nostre chier Johan de Bretaigne, fiz eynez le avantdit Duc, la avantdite Cunte, ove tote ses appurtenances, dunt nus avoms sun homage receu, nus mandoms ke al avandit Johan la avauntdite Counte, ove ses apurtenaunsez rendez a tenir de nus, e de noz heyres en la forme suisdite.

Et tesmoine de queu chose nus en veuns nos lettres patentes, done a Wodestoke le sezime jur de July le an, &c.

E maundez est a Chevalers e a fraunctenaunz delavauntdite Cunte ke en totes choses soient entendaunz a lavantdit Johan, & ses heires, cume a lur Seignur, si com avant est dit.

De Dono per Petrum de Sabaudia Alienoræ Angliæ Reginæ.

Ann. D. 1268. *An.* 52. *H.* 3. *Lib. A. fol.* 228. *b. Penes Camerar. Scaccar.*

HEnri, par la grace de Dieu, Roy de Engleterre, Seigniur de Irelaundie, e Duk de Aquitaine, a touz ceus qe ceste Leteres verrunt e orront saluz.

Sachez qe, come monsire Pirers de Savoye nostre cheir Uncle, eust done e assigne par Cirografe, fete en nostre curt, a nostre chire compaigne Alianore Reigne d'Engleterre le honour de l'Egle, ove totes les aportenaunces, apres les jours meme celi Pirres, nos volums e grauntoms que celle avantdit Alianore nostre compaynge eit, e tingue l'avauntdit Honour, ove totes les aportenaunces, tote sa vie issi qe de ces seit surte fete par nos justices, qe memes cel Honour, ove totes les aportenaunces recuvere entirement, apres la mort l'avantdit Alianore a noz e a noz Heyrs d'Angleterre.

E come memes cely Pirres eit devise le Honor de Richemond, sicome il out poer, par nostre chartre a memes cele Alienore e nos, eyoms afferre de meme cel Honour a bailler a Johan de Britaine nostre chier fiz, si come nos si sumes tenus par nos letres nous, en eschaunge de cel avauntdit Honour de Richemund, li avouns done vit cent mars par an, a prendre e recevere, a tote sa vie des fermes desuz escrites; ceo est assaver.

De la ferme de Marleberge cinquante libres.

De la ferme de Anneis de Rovedon. set libr. e diz souz.

ses jours revigne a nous, & a nos Heyrs Roy d'Engleterre; mes qe nous ly avoms graunte, e volums pur nous, e pur nos Heirs, qe le eit apres ses jours des issue de meme cele terres 10000 Marc. a par fere soon testament.

E qe ceus den. serent levez de meme cele terre, ou des 800 Marc. & de 1200 Marc. si la terre de Aginoys seit eschu, par les meyns de ces escheiturs, qi saient de Engleterre, ou de nostre Seignorie de lavauntdite terre de Aginis, ou de Gascoyne, nos hommes; issi qe les chasteus & les Forteles saient renduz tauntost, apres sa mort, a nous, ou a nos Heirs Roy d'Engleterre, e qe les Homage e les feautes de la gent seient auli tez tauntost a nous, ou a nos Heirs Roy d'Engleterre.

Mes qe totes les issues demorgent en les mayns les avaunt dit Escheiturs, si come nos avoms avaunt dit, issi qe quele houre qe ele murge, ou tost, ou tart, qe la terre ne puisse demorer charge apres sa mort, qe de 10000 Marc.

E quele houre, qe ceste terre de Aginoys seit eschue, nous la serroms estendre, e cele de Richemund ausi.

E, si nous troums qe l'onur de Richemund vaille plus qe la terre de Aginoys, nous li lerrums de memes l'assignment des 800 Marc. taunt ke ele avera soon plein.

E si la terre de Aginois veille plus ke l'onur de Richemund, ele de memes cele terra rendra a nos, e a nos Heirs per An autre taunt come le surplus amontera.

E nous li serroms a garauntir totes ceste choses, en memes la manere qe nos li serruns tenuz a garaunter le Honur de Richemund, si ele le teinst en sa mayn par le devis l'avaundit Perres.

En temoigne de ceste choses avauntdites avoms nos mis nostre seel a cest escrit.

Et sit atendre qe nos cest avauntdit graunt avoms fet, par le comun acord de nostre consail, des queus les uns ount mis lur seaus a cest escrit, c'est assaver Edward nostre fiz einez, mestre God. Giffard, Eslit de Wirecestre, nostre Chaunceller, Henri le Fiz le Roy de Alemaine nostre neuz, William de Valence nostre Frere, Ph. Basset, Roger de Mortimer, Mestre Johan de Chushulle Erchidiakin de Londres, Roberd Walerand, Roberd Agilon, & Johan de la Linde.

Done a Wodestoke, le quinzime jour de Joil, l'an de nostre Regne Cinquaunte secund.

De remissione pro Comite Gloucestriæ & Herefordiæ super securitate per Papam prolata.

REX omnibus, &c. salutem. Ann. D. 1261.

Cum nuper in reformatione pacis, inter nos, & dilectum *An.* 52.
& fidelem nostrum Gilbertum de Clare Comitem Gloucestriæ & *H.* 3.
Herefordiæ, initâ, tàm nos, quàm prædictus Comes supposueri- *Pat.* 52.
mus nos dicto & ordinationi sanctissimi patris Sacrosanctæ Roma- *H.* 3. *m.*
næ Ecclesiæ summi Pontificis, de securitate nobis à prædicto Co- 10. *n.* 30.

de dono Henrici patris nostri Angliæ illustris) quam quidem conventionem, ratam habentes & gratam, eam dicto Ricardo, hæredibus, & assignatis suis, secundum tenorem litterarum, quas habet inde de præfata matre nostra, tenore præsentium confirmamus, & dictas terras & tenementa contra omnes homines & fœminas dicto Ricardo, hæredibus, & assignatis suis, usque ad legitimam ætatem dictorum hæredum, warantizabimus, acquietabimus, & defendemus.

In cujus rei testimonium has litteras nostras fieri fecimus Patentes.

Data apud Gaytinton, 28 die Julii, anno Regni Regis Henrici patris nostri 52.

Nos igitur, conventionem & dimissionem prædictas ratas habentes & gratas, eas, pro nobis & hæredibus nostris, quantum in nobis est, concedimus & confirmamus, sicut scriptum præfatæ filiæ nostræ, quod prædictus Ricardus inde habet, rationabiliter testatur.

In cujus, &c.

Teste ut supra.

De forma pacis Walliæ, & hiis, quæ continentur in eadem, complendis.

Ann. D. 1268. An. 25. H. 3. Pat. 52. H. 3. n. 13.

REX omnibus, &c. salutem.

Quia formam pacis, inter nos, & dilectum & fidelem nostrum Lewelinum Principem Walliæ, provida deliberatione & communi voluntate nuper initam & juratam, firmiter observari volumus, ut tenemur, & quod, ad pacis & tranquillitatis conservationem, tàm super transgressionibus & dampnis factis, quàm super terris & tenementis hinc inde occupatis, justitia conquerentibus exhibeatur:

Nos, pacis & concordiæ zelatores, volentes omnem imposterum contentionis & discordiæ materiam amputare, mittimus à latere nostro ad partes Marchiæ venerabiles Patres, Walterum Exoniensem, Rogerum Coventrensem & Lichfeildensem Episcopos, de Tintern. & Stanlawe Abbates, Magistrum Johannem de Chishul Archidiaconum London. dilectos & fideles nostros, Willielmum de Bello campo de Elmeley, Rogerum de Clifford, Johannem le Breton, Gilbertum Talebot, Walterum de Dunstanvill, Adam de Grynvill, & Traern. ap Hoel, ita quod sint apud Mungomery die exaltationis sanctæ Crucis;

Dantes eisdem plenam potestatem audiendi & terminandi, cum continuatione & prorogatione diei & loci, quibus viderint expedire, omnia ea quæ, per formam pacis prædictæ, & secundum leges & consuetudines Marchiæ, tàm super præmissis, quàm aliis omnibus, ad conservationem prædictæ pacis necessariis, terminanda fuerint & complenda.

Et, si omnes hiis exequendis non interfuerint, octo, septem, vel sex illorum, qui præsentes fuerint, præmissa nichilominus exequantur.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Lincoln. 17 die Augusti.

Nos autem, per divinam pro[illegible] regimini assensu Romani populi sumus assumpti, ejusque habenas regiminis per nostrum vicarium feliciter moderamur.

Act. Guazani, 12 Sept. 12 Indict. Regni nostri anno quarto.

De Conductu Regis Scotiæ.

REX omnibus, &c. salutem.

Cum dilectus filius & fidelis noster Alexander, Dei gratiâ, Rex Scotiæ illustris, & Margareta Regina, sponsa sua, filia nostra karissima, ad instantiam nostram, causa recreationis & solatii, ad Regnum nostrum Angliæ, nobiscum locuturi accedant & spaciaturi; — Ann. D. 1268. An. 52. H. 3. Pat. 52. H. 3. n. 21.

Nos præfatos Regem & Reginam, ac omnes, quos secum adducent, suscepimus in salvum & securum conductum nostrum, & venerabilium patrum, Roberti Dunolmensis Episcopi, & G. Wygorniensis Electi, Cancellarii nostri, ac dilectorum & fidelium nostrorum Rogeri de Leyborne, & Roberti Aquilon. salvo & secure veniendi ad nos in Angliam, & salvo & secure morandi, & illuc salvo & secure recedendi, pro dicti Regis libera voluntate, durante dicto conductu per quadraginta dies post eorum recessum à nobis.

Et, ad majorem hujus rei securitatem, dictos Regem & Reginam, ac omnes suos, quos secum ducent, sub firma pace nostra suscipientes & protectione, firmiter inhibemus ne quis eis malum, molestiam, injuriam aut gravamen aliquod inferre præsumat, sub pœna amissionis vitæ & membrorum.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Geitinton. 2 die Augusti.

Consimiles litteras de conductu habent tantum sub nomine Regis.

** De Procuratoribus constitutis in Curia Regis Franciæ in negotio Vasconiæ.* — * I. 852.

REX Regi Franciæ salutem.

In negotio quod vertitur, seu verti speratur inter nos & gentem nostram Gasconiæ ex parte una; & Theobaldum Regem Navarræ illustrem & suos ex altera, coram vobis in Curiâ vestrâ, ad instantem diem Brandenn. super quibusdam interpressuris Treugarum, inter nos, & dictum Regem Navarræ initarum, occasione contentionis inter nos subortæ in Vasconia factis, ut dicitur, dilectos & fideles nostros, S. Pass. & Reymundum de Castro novo, nostros facimus, ordinamus & constituimus Procuratores, — Ann. D. 1269. An. 53. H. 3. Pat. 52. H. 3. n. 67.

Dantes eis, vel uni ipsorum, quem præsentem esse contigerit, plenariam potestatem & speciale mandatum tractandi de pace super interpressuris prædictis, & inde faciendi & recipiendi emendas competentes,

Ratum habituri & firmum quicquid ipsi ambo, vel unus eorum in præmissis, nomine nostro, duxerint, vel duxerit faciendum.

In cujus, &c.

De

Data apud Chippenham, quarto die Maii, anno Regni Domini Regis patris nostri 53.

De Procuratoribus constitutis in Curia Regis Franciæ.

Ann. D. REX universis ad quos, &c.
1269. Noveritis quod nos facimus, constituimus & ordinamus di-
An. 53. lectos & fideles nostros, Johannem de Graelly, Thomam de Ippe-
H. 3. grave, Brunum de Saya, Milites, & Magistrum Johannem Do-
Pat. 53. menc, præsentium exhibitores, Procuratores nostros, quemlibet
H. 3. eorum in solidum (ita quod non sit melior conditio occupantis) in
m. 50. omnibus causis & negotiis motis & movendis contra nos,

Ad Parliamenta, assizas, & terminos assignatos, & assignandos in Curia Serenissimi Principis Domini Lodovici, Regis Francorum illustris, tàm a venerabili patre ——— Episcopo Avicien. Ecclesiæ, & Decano & Capitulo ejusdem loci, illustri Rege Navarræ, & suis officialibus, vel subditis; & à Vicecomitissâ Lemovicensi; quàm quibuscunque aliis personis Ecclesiasticis & secularibus;

Aut nostro nomine contra prædictas, aut quascumque alias personas, simul, vel divisim, super quibuscumque rebus, juribus & negotiis, & specialiter super transgressionibus, factis ab ipso Rege Navarræ & suis, contra nos & nostros, & terram nostram, in morte fidelis nostri Seuhorii Aspes Militis; occupatione Castri de Acromonte, & receptione advocationis seu recognitionis eidem Regi Navarræ factæ, ut dicitur, à Domino Castri ejusdem; & fractione seu violatione treugæ, initæ inter nos & nostros ex una parte; & dictum Regem Navarræ & suos simul, vel divisim, auctoritate dicti Domini Regis Franciæ, ex altera:

Dantes & concedenses eisdem Procuratoribus nostris, & cuilibet eorum in solidum, mandatum & plenariam potestatem agendi, deferendi, excipiendi, supplicandi, impetrandi per officium & alias, optinendi, & petita & obtenta recipiendi, repetendi, seu requirendi Curiam nostram de personis & rebus, nobis mediate vel immediate subjectis, & in factis & negotiis, quorum cognitio ad nos spectat, aut spectare potest, vel poterit;

De calumpnia, seu veritate dicenda, & cujuslibet alterius generis juramentum in nostram animam subeundi, deferendi, referendi, & suscipiendi; alium vel alios Procuratores, Actorem vel Actores, suo vel nostro nomine, vel periculo, in causis eisdem, negotiis, & factis omnibus & singulis,

Dandi, & constituendi, seu substituendi, ante litem contestatam, vel post, prout & quando omnes & quilibet viderint expedire, & cætera omnia & singula faciendi, tractandi, & procurandi, quæ veri & legitimi Procuratores, dati ad negotia & ad lites, facere possunt & debent, & nos faceremus si præsentes essemus;

Ratum habituri & gratum perpetuo quicquid per dictos Procuratores nostros, & eorum quemlibet, & illum vel illos, quem vel quos, omnes vel alterum eorum, dandos, constituendos, & substituendos, petrandis, optinendis & recipiendis a vobis, nostro nomine, terris & rebus universis & singulis quas in tribus Civitatibus & Diocesibus Lemovic. Caturc. & Petragoncen. & alibi per pacem & compositionem inter vos & nos habitam pridem, nobis infra certum terminum præteritum tradere vel excambium extunc rationabile facere ad arbitrium vel esgardum proborum virorum, nominandorum hinc inde secundum continentiam pacis ejusdem, debetis Agenens. valorem seu modum valoris justum & debitum annis singulis per bonos viros estimandum, & quod deest nobis ad solvendum de justo & debito modo ejus quod custare poterunt quingenti Milites ad tenendum rationabiliter per duos annos, & alia universa & singula in quibus nobis reddenda & facienda tenemini ex forma pacis prædictæ, & ex transgressionibus & dampnis & injuriis nobis & nostris terræ & subditis nomine vestri vel auctoritate, contra pacis ejusdem tenorem, & alias per Senescallum, Ministros & subditos vestros datis & illatis; concedentes & dantes eisdem Procuratoribus & cuilibet eorum in solidum mandatum & potestatem agendi, requirendi, promovendi, tractandi, petendi & optinendi hæc omnia & singula coram vobis & Curia vestra, & coram Johanne de la Lind, Gofrido de Villata Militibus, Magistro Willielmo de la Coruner, & Magistro Willielmo de Castro Ayrando per vos & nos nominatis & lectis sub certa forma, ad faciendum esgardum juxta pacem prædictam, defendendi etiam, excipiendi, supplicandi, impetrandi per officium de plano & aliter, optinendi & optenta recipiendi, repetendi seu requirendi Curiam nostram de personis & rebus nobis mediate vel immediate subjectis, vel ad jurisdictionem nostram qualitercumque spectantibus; & alia nobis debita vel debenda scripta, litteras & munimenta parti nostræ necessaria de prædicta pace servanda, & securitate de rebus, ex ea parte ad nos spectantibus, facienda, vestras & Prædecessorum vestrorum litteras & privilegia, quibus aliqui ne ad obedientiam & dominium vestrum veniant juxta pacem ipsam, se tueri dicuntur, impetrandi & eorum optinendi transcripta.

De calumpnia, de veritate, & alterius cujuslibet generis vel modi juramentum in nostram animam subeundi, deferendi, referendi & suscipiendi alium vel alios Procuratorem vel Procuratores, actorem vel actores, suo aut nostro nomine vel periculo ante & post litem contestatam, dandi, substituendi vel constituendi, prout quotiens & quandocumque omnes & quilibet viderit seu viderint expedire: & cætera omnia & singula facienda tractandi & procurandi, requirendi & recipiendi quæ prædictam pacem, aut ratione prædictorum omnium & singulorum, & quæ à veris & legitimis Procuratoribus, datis ad negotia & lites, fieri possunt & debent, & nos faceremus si præsentes essemus;

* Ratum & gratum perpetuo habituri quicquid per ipsos Procu- * I. 855.
ratores vel substituendos ab eis, unum vel plures, aut cum ipsis omnibus & singulis in causis eisdem & negotiis, actum coram vobis & Curia vestra, & prædictis probis viris, per vos & nos electis fuerit, vel etiam procuratum: ipsosque relevantes & relevari volentes ab omni onere satis dandi & judicatum solvi, pro ipsis & eorum quolibet promittimus sub ypoteca bonorum nostrorum.

Et vobis Domino Regi & Curiæ vestræ exhabundanti & aliis adversariis nostris, & cuicumque, cujus intersit vel interesse possit vel

Littera Episcopi Agenn. de homagio recepto ab Henrico Regis Alamanniæ Primogenito.

Ann. D. 1269. An. 53. H. 3. L. B. f. 144. b. Penes Camerar Scaccar.

UNiversis, præsentes litteras inspecturis, P. miseratione Divina Episcopus Agen. salutem in Domino.

Noveritis quod nos, recepto homagio & fidelitatis juramento, pro nobis & Ecclesia nostra Agenn. ab illustri viro Henr. illustrissimi Regis Alamanniæ primogenito, pro se & Domina Constantia uxore sua, & una lancea de accapto, pro toto territorio Brulhien, quod tenet à nobis, ac aliis promissionibus receptis ab eo, secundum quod in litteris ipsius H. plenius continetur,

Promittimus eidem H. pro se, & dicta Domina Constantia, & Successoribus suis, pro nobis & Ecclesia nostra, & Successoribus nostris, quod erimus eidem boni Domini & fideles, ratione hujus feodi & territorii memorati,

Nec prædictum feodum, vel dominium ipsius feodi alii Domino supponemus, & portabimus eidem Domino H. & suis, de prædicto territorio seu feodo, bonam & legitimam garentiam, sicut bonus Dominus portare debet suo bono vassallo legitimo, & fideli.

Quæ omnia ratificari, & approbari faciemus eidem Domino H. à capitulo Agenn. & dari sibi, super ratificatione hujus, patentes litteras ab eodem.

In cujus rei testimonium sigillum nostrum præsentibus litteris duximus apponendum.

Datum die Veneris post festum beati Barnabæ Apostoli, anno Domini 1269.

---

* I. 856.

** De Arbitris Franciæ.*

Ann. D. 1269. An. 53. H. 3. Pat. 53. H. 3. n. 22.

REX omnibus ad quos, &c. salutem.

Noverit Universitas vestra quod cum inter Dominum Ludovicum Regem Franciæ illustrem ex parte una; & nos ex altera, super diversis articulis & quæstionibus, terris videlicet, & possessionibus, & rebus aliis, suscitata fuisset materia quæstionis, ac demum, interveniente pacis auctore, super omnibus articulis memoratis jamdudum intervenerit forma pacis de partium firmata consensu;

Cumque in ipsa pace multi usque in diem præsentem articuli incompleti remaneant, pro eo quod, in eisdem articulis, de bonorum virorum, eligendorum hinc inde, arbitrio seu esgardo, fit mentio, quæ bonorum virorum hujusmodi nec dum processit electio, nec per consequens arbitrium eorumdem judicium vel esgardum;

Nos, quantum in nobis est, summopere affectantes ipsam compositionem seu pacem penitus consummari, nichil ex ea incompletum relinqui, discretos viros, Magistrum Guillielmum de la Cornere Domini Papæ Capellanum, & Johannem de la Lynde Militem, ex parte nostra eligimus, & in eos, tanquam bonos viros, Judices, Esgardatores, seu Arbitratores, tàm pro nobis, quàm pro hæredibus nostris, compromittimus, seu etiam consentimus:

Supponentes nos & hæredes nostros totaliter, in omnibus articulis, in supradicta pace contentis (ad quos bonorum virorum electorum, seu eligendorum hinc inde refertur Judicium vel esgardum, seu in quibus de inquisitione vel examinatione per eosdem facienda fit mentio) eorumdem judicio, laudo, ordinationi, diffinitioni, mandato, adjudicationi, arbitrationi, inquisitioni, examinationi, arbitrio seu esgardo;

Adeo quod quicquid ipsi duo, unà cum duobus aliis bonis viris

[illegible]
nobis tenetur, ratione * concordiæ, inter ipsum & nos [illegible], ut Pat. 53. H. 3. n. 14.
terra Agenen. quas præfatus Johannes de Britannia ab eodem Domino Rege annuatim ex concessione nostra percipere consuevit;

* I. 857.

Et nos postmodum karissimæ Consorti nostræ Alianoræ, Reginæ Angliæ, per formam cujusdam Conventionis, inter ipsam & Edwardum primogenitum nostrum initæ, concesserimus prædictas mille & ducentas Marcas annuas, habendas & percipiendas ad totam vitam ipsius Reginæ à prædicto Domino Rege & suis, pro jure quod eadem Regina habebit in dicto Comitatu Richmundiæ, ex donatione sibi facta in testamento Petri de Sabaudia, qui dictum Comitatum cum suis pertinentiis in eodem testamento legavit eidem;

Dedimus vobis potestatem præstandi fidelitatis juramentum, nostro & ejusdem Reginæ nomine, prædicto Domino Regi Franciæ, pro prædicta terra Agenen. prout hujusmodi fidelitas a nobis & dicta Regina nostra eidem fieri debebit:

Ratum habituri & gratum quicquid in præmissis, nostro & præfatæ Reginæ nomine, duxeritis faciendum.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Sutwyk, 9 die Augusti, anno Regni nostri 53.

Confœderatio inter Magnum, Regem Norwegiæ, & Henricum Regem Angliæ.

Ann. D. 1269. An. 53. H. 3. L. B. f. 442. Penes Camerar. Scaccar. Pat. 53. H. 3. m. 5.

1. IN Nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritûs Sancti. Amen.

Die Mercurii, proximo post Festum Assumptionis Sanctæ Mariæ, apud Winton. anno gratiæ 1269, inter magnificos Principes Dominum Henricum Dei gratia Regem Angliæ illustrem, & Dominum Magnum quartum, eadem gratia, Regem Norwegiæ præclarum, super spoliationibus, dampnis, injuriis, querelis & discordiis universis, utriusque eorundem Regum Regnicolis hinc inde, usque ad hæc tempora, illatis,

2. Hæc perpetuæ pacis & finalis concordiæ fuit inita compositio per Magistros Asketunum de Norwegia, Cancellarium ipsius Regis Norwegiæ, & Petrum Archidiaconum Lauden. plenam habentes potestatem tractandi, componendi & diffiniendi super præmissis injuriis, & pace, per Literas ipsius Regis Norwegiæ Patentes, quæ penes Dominum Regem Angliæ remanserunt, inter ipsos Reges, Hæredes, seu quoscunque successores suos, perenipter observanda, nec ulla temporum mutatione dissolvenda; ita videlicet,

3. Ut ambo prænominati Reges, tàm propter bonum pacis, quàm propter mutuæ dilectionis amicitiam, inter se æternaliter fovendam & continuandam, quam tam diligenti studio & discreta provisione illorum inter se quondam coluere progenitores, præfatis spoliationibus, dampnis, & injuriis universis, nulla causa vel occasione discordiæ seu controversiæ super eisdem ulterius remanente, ex utraque parte pro se & hæredibus suis imperpetuum remissis, irrefragabili decreto ac perhenni edicto statuerunt, ut quocunque loco Regnorum suorum seu Dominii sui homines vel Mercatores alterutrius Regni, Angliæ, scilicet, vel Norwegiæ, de cætero contigerit declinare, cum bonis suis omnibus benigne recipiantur, & honeste pertractentur; nec etiam, super præfatis spoliationibus, dampnis, & injuriis, aliquatenus imposterum querelentur aut inquietentur.

4. Mercatores autem, qui de alterutro istorum Regnorum duorum

En tefmoigne des choses devantdites nous avons fet mettre nostre feel a ces presentes lettres;

E nous Henri fuiz eisne le Roy D'alemaign. Gaston Viconte de Byhern, Thomas de Clare frere au Countte de Glouc. Roger de Leburn, Robert. Walerand Chevaliers, avons jure fur faintes Evangeles, a la request du devantdit mon Seignieur Edward, qe nous en bone foi travaillerons, e metterons loiaument confail, e paine, que li devantdit nostre fire Edward gart è accomplisse les Covenances devantdites.

E au nos ajouste a ces presentes lettres nos feaus, oveqes le feal mon Seignieur Edward. En tefmoign de totes choses devantdites.

Done fu cest escrit, e fet a Paris, le Mardi prochein apres la feste feint Berthelemi l'Apostre, an de l'incarnation nostre Seigneur mil deus cenz, sessante, neuyme.

Conventio facta inter Regem Franciæ & Edwardum Primogenitum Regis, super profectione in Comitiva prædicti Regis in terram sanctam.

Ann. D. 1269. *An. 53. H. 3. L. B. f. 33. a. penes Camer. Scaccar.*

A Touz les feaus Dieu, a qi ces Lettres vendront, Edward, fuis eisne a noble Roy Dengleterre, saluz en Dieu.

Sachent tuit qe entre nostre chier Cousin Looys, par la grace de Dieu, noble Roy de France, e nous sont fetes de comun acort fur nostre voaie du pelerinage d'outre mer iceles covenaunces;

Li dit Roy de France doit prester a nous sexante & dis mile Liures de Tornois, contes en ceste summe vint & cink mile Liures de Tornois, les queus mon Signiur Gastun, Visconte de Byern, nostre Cousin, devoit avoir de celui Roy de France por lui, & por son passage, e por ses gens, ques il deuoit mener ou pelerinage d'outre mer avoqs celui Roy; Le quel Gaston nous retenums lui, e ses genz, en nostre Compaignie.

E de ses sexante & dis mile Liures deit estre baille por chevaus, por nefs, por viandes, e por nostre passage, ce qi mestier nous en fera: e fera paie par les genz le Roy, ou par ceus qi il mettra a ceus, de qui ces choses ferront prises, ou achatees por nous par la veue de nos Gens qi nous aurons a ce attorne: e ce il a remanant, il nous fera deliure la ou le Roys fera outre mer apres ce qe nous ferons venus a lui.

E les devandit deniers nous fumes tenus a rendre au devandit Roy, C'estassavoir chescun An diz mile Liures, a deus termes desous escriz, jesques a taunt qe il soit entirement paie de tote les sexante e dis mile Liures.

E comencera la premere paie, C'estassavoir de cink mile Liures, a mois Marz en l'an del' incarnation nostre Seignieur mile, deus Cenz, e sexante, e treze:

E l'autre paie, des autres cingz mile Liures, a la nativite faint Johan Baptist prochenement fuivant; E ensi de An en An a mesmes ces termes jesques a taunt qe il soit parpaie.

E feront paie ces deniers chescun An a Paris au Temple, dedenz la quinzenne apres les termes avantnomez, du paage de Bordeaus, par la main de nostre Conestable, ou par celi qi tendra son leu, ou de leur mandement.

E volons qe de celui paage a chescun terme ne soit riens mys en autre usage, jesques a taunt qe lui Roys eit eu entierment la paie de chescun terme.

Le quel paage nous li assenoms en la manere devauntdite, e obligeons, par la volente nostre Seigneur le Roy, nostre pere, por la summe des deniers devantdiz.

* 1. 859. * E volens qe il en soit paiez, chescun An delors, si come il est desus dit santz faillir.

E de cest assignement e obligement nous li devoms fere avoir les lettres nostre cher Seigneur & pere le Roy D'engleterre, ouoqes noz presentes Lettres.

Obligatio Henrici Regis pro forma Conventionis praeuntis.

HEnri, par la grace Dieu, Roy D'engleterre Signieur D'Irlande, è Dux D'Aquitaine, a tous ceaus qi cist escrit orront, ou vorront, Salus. Ann. D. 1269.

Sachez qe, come entre nostre Chier Seigniur Looys, par mesme la grace, noble Roys de France, e nostre cher furz * Eisne Edward soient fetes, de Comun accord, sour le Voiage de outre Mer, certeines Covenances, si come il apiert par les lettres dou avantdit Edward, *An. 53. H. 3. L. B. f. 33. b. Penes Camerar. Scaccar.*

E il seit contenu en iceles covenantes qe li devandit Roys doit aprester a celui Edward Soixante e dis Mil. Livres de Tornois, a rendre a termes, qi sont contenuz en icele Lettre du paage de Burdeau, par la main de son Conestable, ou par celui qi tendra son leu, ou de lour commandement, * 1. 860.

E, por celui paiement fere as termes, qi sont contenuz en la Lettre, le devandit Edward lui eit assene & oblige le devantdit paage en la manere, qe est contenue en la devantdite Lettre, par nostre volente, si come il disoit,

Nous reconissons qe ce ad este fet par nostre volente, e de nouvel assenoms & obligeons le devantdit paage, por la Sume de deniers devantdite rendre as termes devantditz,

E promettons qe nous ne vendrons a l'encountre par nous, ne par autre.

E, por ce qe du devandit assenement li devantdiz Edward avoit promys a celui Roy fere avoir nos Lettres, ovoqs les fenes, nous avons fetes ces Lettres, e baillees en tesmoigne, e en confermement de ces Choses, Seelees de nostre feel.

Done a Wyncestr. le Mardi prochein devant la Feste Seint Michel, l'an de grace mil, deus cenz, soisante nofime.

De firma de Hadleg. tredecim libras, sex solidos, & octo denarios.

De firma de Colecestr. quadraginta & unam libram, & octo solidos,

De firma de Andovere quaterviginti & duas libras, sex solidos, & octo denarios.

De firma de Basingstoke quaterviginti libras.

Et ideo vobis mandamus quatinus eidem Alianoræ, quoad firmas prædictas, sibi vel certo Attornato suo reddendas, de cætero intendentes sitis & respondentes, sicut prædictum est; & firmas prædictas præfatæ Reginæ nostræ, vel certo Attornato suo, ad dies & loca, quæ eadem Regina nostra vobis scire faciet ex parte nostra, reddatis in forma prædicta.

In cujus, &c.

• I. 861.

* *De Protectione Crucesignatorum.*

Ann. D. 1269. An. 54. Hen. 3. Pat. 54. H. 3. m. 7.

REX omnibus, &c. salutem.

Cum Edmundus filius noster karissimus crucesignatus, profecturus sit ad partes transmarinas in subsidium terræ sanctæ, suscepimus in protectionem & defensionem nostram prædictum Edmundum, homines, terras, res, redditus, & omnes possessiones suas.

Et ideo vobis mandamus quod prædictum Edmundum, homines, terras, res, redditus, & omnes possessiones suas, manuteneatis, protegatis & defendatis, non inferentes eis, vel inferri permittentes injuriam, molestiam, dampnum, seu gravamen.

Et, si quid eis forisfactum fuerit, id eis sine dilatione faciatis emendari. In cujus, &c. duraturam per quadriennium.

Volumus etiam quod idem Edmundus à tempore quo iter prædictum arripuerit, per totum tempus, quod extunc superfuerit, ad perficiendum quadriennium prædictum, sit quietus de omnibus placitis & querelis de dote, unde nichil habet, assisæ novæ disseisinæ, & ultimæ præsentationis; præsentibus minime valituris si contingat ipsum Edmundum iter prædictum non arripere, nec postquam, citra prædictum quadriennium, si redierit de partibus supradictis.

Teste Rege apud Westmon. 19 die Octobris.

Consimilem protectionem habet Hugo de Aungervill crucesignatus, qui cum eodem Edmundo profecturus est ad partes transmarinas in subsidium Terræ Sanctæ.

In cujus, &c. duratur. sicut prædictum est.
Teste ut supra.

Consimilem protectionem habet Robertus de Boyvill crucesignatus.

In cujus, &c. duraturam sicut prædictum est.

» Teste ut supra.

Consimilem protectionem habet Johannes de Remundeby crucesignatus.
Consimilem protectionem habet Robertus de Brus crucesignatus.
Consimilem protectionem habet Willielmus filius Warini crucesignatus.
Consimilem protectionem habet Willielmus filius Radulphi crucesignatus.

Robertus la Warre,
• *Johannes Tybetot,*
Willielmus Thurebert,
Rogerus de Portes,
Ricardus de Boys,
Johannes de Gayton, Vallettus Edwardi primogeniti Regis,
Johannes filius Thomæ de Wrastulinggewrth,
Johannes Ferre,
Olyverus de Punchardun,
Willielmus de Everle,
Walterus filius Hildebrond,
Ricardus de la Rokele,
Willielmus Peche,
Stephanus de Lond. persona Ecclesiæ de Lugwardin,
Walterus de Cambou,
Ricardus de Sauvage,
Johannes de Weston,
Gerardus de Favencurt,
Laurentius de Lunersal,
Ricardus de Aston,
Robertus de Marton,
Henricus Waleys,
Robertus de Neuton,
Rogerus de Clyfford,
Johannes de Verdun,
Johannes de Guer,
Ranulphus de Auderne,
Willielmus le Brun,
Johannes de Oweston,
Walterus de Portes de Flemsted,
Nicholaus de Marton,
Johannes de la Grave,
Henricus de Burghull,
Willielmus de Pageham,
Stephanus de Sele,
Thomas de Pyn,
Eustachius de Balliolo,
Robertus Burnell,
Alexander Luterell,
Willielmus de Bevill, • I. 862.
Johannes de Portes,
Eudo filius Warini,
Johannes de Verdun,
Willielmus le Graunt,
Johannes Peshun,
Hugo filius Otonis,
Willielmus filius Roberti de Wilgheby,
Ricardus de Saundon, Balistarius Edwardi filii Regis,
Rogerus atte Clyne,
Ricardus de Aston,
Galfridus de la Hyde,
Thomas de Clare,
Wiellielmus filius Laurentii de Naffreton,
Johannes Luvel,
Bartholomæus de Briason,
Willielmus Graundyn,
Stephanus de Hoitton,
Egidius de Feenes,
Ricardus filius Henrici Malesourt,
Robertus de Cadamo,
Henricus de Peremor,
Antonius Bek,
Ricardus de Shafham,
Sywardus de Mapeldurham,
Ricardus Filiol,
Adam de Gesoume,
Rogerus de Reymes,
Ernulphus de Munceny,
Henricus de Langedon,
Galfridus de la Hyde,
Johannes Fancellun,
Robertus de Munceny,
Hugo Sauvage, Cyrugicus,
Berengerus le Moyne,
Hervitus de Chawurth,
Paganus de Chawrth,
Patricius de Chawrth,

Crucesignati.

Edwardus Primogenitus concessit custodiam filiorum suorum Domino Ricardo Regi Romanorum avunculo suo, dum fuerit in Terra Sancta. • I. 864.

Ann. D. 1270. An. 54. H. 3. L. A. f. 214. b. Penes Camerar. Scaccar.

EDward, Fiz esne a l' noble Rey de Engletere, a tuz, ke ceste lettre orrunt ou verrunt saluz.

Siche ke, par le otri e le assentement de l'avant dit Rey nostre pere, avum ordine e establi de la garde de nos enfans, e de nos chasteaus e de nos terres, e de nos Seignuries en Engletere, en Gales, en Irlonde, en Gayscoyne, e des isles de Gernesie e de Geresie, oue tute les apurtenances, ensement oue les issues des terres, e de choses avaunt dites, en la forme desut escrite, Ceo est assaver;

Le noble Rey Ricard de Romeyns, nostre uncle, eyt la garde de

de outre mere, ou jeskes al plener age de nos enfans, si Deu ne voyll ky nus revegnoms.

E, si il avent ky Deu fet sun comandement del Rey de Alemaigne avantdit nostre uncle, devant nostre revenir de outre mer, ou devant le plener age de nos enfant, nus volum ky seon Fit Henri, si il seyt el Reaume en pusance de sun cors, ky il eyt meyme le poer ke sun pere avoyt.

E, si de lui aveigne, ky Deu nun, nus voloms ky les quatres avant dit elisent un covenable a soverayn de eus, ou de autre, tel com il verrunt ky plus seyt covenable a nus, e a nos enfant, e all Reaume de Engletere; le quel eyt mesmes le poer, ky le Roy en eyt, ou son Fit.

E pur ceo ky nul certeyn tens ne est establi de l'age de nos enfant, voloms ky le age seyt entendu de vint anz, issi ky, jesky a dunky, ne eyt poer de chose s'loyngner de la Corone, ne de dons fere, d'unt force seyt, fors per le conseyl des avant dit gardeyns, ou de ceus ky il averunt a eus a compaigne, e ceo seyt entendu de don resonable de chose mobles, jeskes a tant ky eus seyent de plener age de vint anz.

E, estre ceo, nus avum retenu a nos plener poer, des autres a jundre a ceus cink, kant il nus plerra, en nostre testament, ou avant.

E, si il a veneyst ky Deu feyst son comandement de nostre Seignur le Rey nostre pere, ou de nus, avant ceo ky nus returnums de outre mer, nus voloms ky totes les issues de la terre de Engletere, e de nos autre terres avantdites, seyent mis en sauue gar a le us de nos enfant sauue nos dectes, e le mises ke il ic covendra mectre par estover, par le conseyl, e le ordeynement des avantdit cink.

E, a cestes choses avant dites fere ferms e estables, avoms nos nostre seal mis a ceste lettre, fete en forme de cyrograf, d'unt nus avoms la une partie bayll a nostre cher uncle le Rey avantdit, e la autre partie as avantdit quatre ensemblement, oue la lettre overt nostre cher pere le Rey de Engletere, par la quel nus aviums poer a cestes choses avantdites fere, e a complir;

A ces Testmoygnes,

Nichol Evesky de Wyncest.	*Syre Will. de Valence,*
Godefry Evesky de Wyrecestre,	*Rog. de Someri,*
Roger Evesky de Cestr.	*Syre Rob. de Aguylon, e autres.*
• I. 864. * *Waut. Exesky de Excestre,*	

Done a Wyncestr. le secund jur de Aust, le an de Regne nostre pere avantdit cinquante quatre.

Conditiones autem, & pacta, & conventiones omnes contentas in scriptis, seu instrumentis, quas vel quæ Firmarii, Mercatores, seu illi, qui dictas custumas tenebunt ex dimissione dicti filii nostri, vel ejus attornati, faciemus inviolabiliter in omnibus observari, & alia quæ magis poterunt Mercatoribus prodesse.

Teste Rege apud Clarendon. 18 die Augusti.

Pro Alienora Regina super decima in Hybernia colligenda.

REX Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Prioribus, & aliis viris religiosis, Archidiaconis, Officialibus, Decanis, Rectoribus, Vicariis, ac universis & singulis beneficiatis, in Hibernia constitutis, ad quos, &c. salutem.

Ann. D. 1270. *An.* 54. *H.* 3. *Pat.* 54. *H.* 3. *n.* 13.

Cum Dominus Papa, propter adversitates & angustias, quæ nos in turbatione, in Regno nostro nuper habita, multipliciter imprimebant, decimam omnium beneficiorum ecclesiasticorum totius Hiberniæ, per triennium nobis concesserit, ad relevationem status nostri,

Et nos dictam decimam karissimæ Consorti nostræ Alianoræ Reginæ Angliæ * assignaverimus, quæ circa collectionem supradictæ decimæ non modice extiterit prægravata sumptibus & expensis, licet modicum assecuta fuerit hactenus exinde subsidium & juvamen; • I. 865.

Et prædicta Consors nostra fratrem Stephanum de Fuleburn Hospitelarium, & Magistrum Johannem de Bosco, conjunctim & divisim, ordinaverit Procuratores & Nuncios ad colligendum & recipiendum decimum supradictam, & ad audiendum ratiocinia de perceptis a quibuscumque collectoribus decimæ supradictæ;

Nos, tenore præsentium, ratum habentes & firmum quicquid Procuratores & Nuncii prædicti, vel eorum alter nostro & prædictæ consortis nostræ nomine duxerint vel duxerit faciendum,

Vobis mandamus, firmiter injungentes quod eisdem Procuratoribus & Nunciis, in omnibus quæ ad præmissa pertinent, intendentes sitis & respondentes, consulentes & auxiliantes, prout ipsi vobis scire facient ex parte nostra.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Bampton. 5 die Septembris.

Litteræ directæ Lewelino filio Griffini, Principi Walliæ, super pace cum eo observanda.

Ann. D. 1270. *An.* 54. *H.* 3. *Claus.* 54. *H.* 3. *m.* 2.

REX dilecto & fideli suo Leulino, filio Griffini, Principi Walliæ, salutem.

Cum nuper, ex insinuatione litterarum vestrarum, intellexerimus quod vos pacem, inter vos & nos initam & firmatam, parati estis, fuistis, & eritis in omnibus observare: nisi, vobis invitis & vestris deme-

dem Nunciis nostris, quod die prædicto, seu diebus ad hoc, si necesse fuerit, per ipsos continuandis, sit ibidem personaliter, vel aliquos de suis, plenam ad hoc potestatem habentes, coram eisdem Nunciis venire faciat, ad faciendum & recipiendum, nomine suo, quod justum fuerit in hac parte;

Unde vobis mandamus, in fide & dilectione, quibus nobis tenemini, firmiter injungentes, quod ad vadum de Muntgomery sitis personaliter diebus supradictis, vel aliquos de vestris, plenam pro
* I. 866. vobis ad hoc potestatem habentes, * ibidem mittatis, ad faciendum & recipiendum similiter in præmissis, nomine vestro, quod juxta formam pacis prædictæ, secundum legem & consuetudinem partium illarum, fuerit faciendum;

Et hoc nullatenus omittatis, ita quod vobis vel vestris imputari non possit vel debeat quo minus pax prædicta inviolabiliter observetur; & quod emendæ de quibuscumque transgressionibus & injuriis vobis & vestris per præfatum Comitem, & suos, ac alios Marchiones nostros, ac eisdem per vos, & vestros illatis, ut dicitur, infectæ non remaneant quoquomodo.

Et quia, per præfatum Comitem & alios, intelleximus quod vos, cum exercitu bannito, & multitudine armatorum, Castra, terras, & tenementa præfati Comitis in partibus vestris, invadere proponitis, contra formam pacis prædictæ, de quo non mediocriter miramur & movemur, maxime cum idem Comes homo noster ligius sit, & homagium suum sicut & vos nobis fecerit; propter quod ipsum in suis juribus, ut vos in vestris manutenere, & utrique vestrûm in suis gravaminibus similiter subvenire volumus, ut tenemur; & manifeste perpendimus quod, ex hujusmodi invasione hostili & proposito voluntario, gravis turbationis materia suboriri, & Regni nostri turbatio, jam sedata, benedictus Deus, suscitari, quod absit, ac nobis, & vobis, ac toti Regno nostro irreparabile dispendium & periculum possit iminere:

Nos, tanto volentes obviare discrimini, & dictæ pacis nostræ observationi prospicere, vobis, sub debito fidelitatis & homagii, quibus nobis estis astricti, firmiter injungendo, mandamus quatinus, sicut honorem nostrum & vestrum diligitis, ab hujusmodi voluntate & proposito penitus desistentes, præfato Comiti aut suis non inferatis, vel à vestris ullatenus inferri permittatis molestiam seu gravamen.

Quod si secus egeritis, dissimulare non poterimus quin adversus violatores pacis prædictæ, quam illæsam volumus observari, manus ultionis extendamus.

Et scire vos volumus quod eidem Comiti firmiter injunximus, viva voce, ne vobis, vel vestris in aliquo præsumat injuriare.

Teste Rege apud Westmon. 16 die Octobris.

Pro Thoma de Sabaudia & Fratribus suis.

Ann. D. 1270. An. 55. H. 3. Pat. 55. H. 3. n. 49.

REX omnibus, &c. salutem.

Cum Petrus de Sabaudia honores Aquilæ & Hasting. in Comitatu Sussexiæ, in Testamento suo legasset Thomæ de Sabaudia, Amadeo, & Lodowico, Fratribus ejusdem Thomæ,

Et idem Thomas, Amadeus, & Lodowicus honores illos, ratione legationis prædictæ, peterent coram nobis,

Et Edwardus primogenitus noster, tenens honorem prædictum Hasting. agat in partibus remotis, per quod aliquid super facto hujusmodi ordinare non valemus,

Nos, nichilominus præfatis Thomæ, Amadeo, & Lodowico, gratiam facere volentes specialem, eisdem concedimus centum Marcas, singulis annis percipiendas ad Scaccarium nostrum; videcis.

Dabimusque sibi & suis literas nostras de securo conductu, quotiens super hoc fuerimus requisiti, præsentibus usque ad Festum Sancti Johannis Baptistæ duraturis.

Datum in Castris prope Cartag. decimo octavo Novembris, anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo.

Decimo quarto Ind.

Regni nostri anno sexto.

Conductus antedictus sub idiomate Gallico.

NOS Charles, par le grace de Dieu, Rois de Sicile, du Duche de Puille, & du Princee de Capes, de Anioie, de Provence & de Forcalquier Conte, Senator de la Seinte Cite, par la Sainte Eglise de Romme de le Empire Romain en Touscane Vicaire generaus, faisons a savoir a tout ceus, qi ces lettres verront; qe come nos trechiers cosins mesire Edward, Ainez fuiz de tresnoble Roi de Angleterre, a nostre requeste, voist entrer ce Royaume de Sicil, en la Cumpaignie nostre treschier & faiguce Phelippe par la grace de Dieu tresnoble Roi de France, e des autres Barons Creises, pur prendre Consail du fet & de la Bosoigne de la Croiz.

Ann. D. 1270. An. 55. H. 3. Adhuc fol. 158. L. B. penes Camerar. Scaccar.

Nous donnons & ottrions au devantdit Edward, & a toutez ses genz, & a lor maisne, plaine seurte, & sauf guiage, & liat conduit venaient, alaunt, demorant, & retournant par tout nostre Realme, & par totes nos autres terres dedens nostre Realme, & dehors en lur cas, & en lur choses.

E promettons en bon foi que, dehors nostre Roialme, & nos autres terres, ne dedans par nos, ne par nul de nos, ne fera a li, ne a nul des suens porchace mal ne damage, que nos pussiens desturber.

Derechief nos promettons que, toutes les hores que li devandiz Edward voudra li & sa gent ensemble, ou il sanz sa gent, ou sez genz sanz li, ou aucuns de ses genz, par li quicunque al soit, aler hors de nostre Roialme, ou de noz autres terres, quel part que il voillent aler, nos le ferrons solvement conduire, tant come nostre pooir dure, Ausi com nos feciom le Conte de Poictiers nostre chier frere, & sa gent, ou les meillors Amis que nos aion:

Et donrons nos lettres de seur conduit a li, & au siens, a lur requeste, toutes les foiz que il vodront; ceste lettre durera jusques a la fest de Saint Johan Bapciste.

Ceo fu done a Herberges pres de Cartage, en l'an de l'Incarnacion nostre Seigneur mill dusceŋz, sexante dis, le 18 Jor de Novembre.

De la quartorziesme Indicion,

El 6 an. de nostre Regne.

Ann. D. 1270. An. 55. H. 3. L. B. f. 158. b. Penes Camerar. Scaccar.

De potestate per Regem Siciliæ concessa Edwardo primogenito Regis.

KArolus, Dei gratia, Rex Siciliæ, Ducatus Apuliæ & Principatus Capuæ, Almæ Urbis Senator, Andegav. Provinciæ & Folcaquerii Comes, Romani Imperii in Tuscia per Sanctum Romanam Ecclesiam Vicarius Generalis, * universis Capitaneis, Vicariis, * I. 868.

Le 6 an de nostre Regne.

De Hospitiis pro Edwardo sæpedicto & Consorte sua in Sicilia assignandis.

Ann. D. 1270. An. 55. H. 3. L. B. f. 158. Penes Camerar. Scaccar.

KArolus, Dei gratia, Rex Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ. Almæ Urbis Senator, Andegaviæ, Provinciæ, & Forch. Comes, Romani Imperii in Tuscia, per Sanctam Romanam Ecclesiam, Vicarius generalis, Magistro Jurato, Bajulo, Judicibus, & universis hominibus Mazariæ vel Marsaliæ fidelibus suis, gratiam suam & bonam voluntatem.

Cum magnificus & egregius vir Edwardus, primogenitus illustris Regis Angliæ, consanguineus noster carissimus, cum nobile consorte sua ad terras ipsas venire disposuerit ad quiescendum, per dies aliquot spaciando;

Volumus & fidelitati vestræ præcipimus firmiter & districtè quatinus Jacobo, latori præsentium, qui ad hoc specialiter præmittitur, hospitia honorabilia, & sufficientia eidem consanguineo nostro, consorti, & genti suis, secundum qualitatem terrarum vestrarum, liberaliter assignantes,

Eosdem Edwardum, & consortem suam, cum eos ibidem venire contigerit, recipiatis honorifice & devote, ac ipsis, & genti suæ nullam inferatis molestiam, vel gravamen,

*I. 869. * De victualibus & aliis necessariis forum eisdem competens facientes, & in omnibus, dum ibidem morati fuerint, ut nos & gentem nostram eos curialiter pertractantes; mandatum nostrum taliter implentes, quòd vestra possit inde fidelitas in conspectu nostro merito commendari.

Datum Trapani, 7 Septembris.
Decimo quarto Ind.
Regi nostri anno sexto.

De Edwardo antedicto in Sicilia honorifice recipiendo.

Ann. D. 1270. An. 55. H. 3. L. B. f. 158. Penes Camerar. Scaccar.

KArolus, Dei gratia, Rex Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ, Almæ Urbis Senator, Andegaviæ, Provinciæ, & Forch. Comes, Romani Imperii in Tuscia, per Sanctam Romanam Ecclesiam, Vicarius generalis, universis Vicariis, Justiciariis, Secretis, Bajulis, ac cæteris fidelibus suis, per Insulam Siciliæ constitutis, gratiam suam & bonam voluntatem.

Cum magnificum Principem Edwardum, primogenitum illustris Regis Angliæ, consanguineum nostrum carissimum, a nostris subditis atque fidelibus, prout tantum virum condecet, honorari velimus,

Et ut vobis de voluntate nostra constet in præmissis, consulimus bona fide, quod ad propria redeatis sine mora; quia, vestris & Regni prædicti negotiis * ad votum ordinatis & dispositis, poteritis *I. 870.
cum præfato Rege Franciæ redire versus Terram sanctam in subsidium ejusdem, prout magis noveritis convenire.

Teste Rege apud Westm. sexto die Februarii.

De Matill. Longespere Baronissa, contra voluntatem detenta per Johannem Gifford de Brimmesfeld.

Ann. D. 1271. An. 55. H. 3. Pat. 55. H. 3. m. 26.

REX omnibus ad quos, &c. salutem.

Cum dilecta nobis, Matillis Longespere, Baronissa nostra, nobis nuper, per litteras suas, significasset quod dilectus & fidelis noster, Johannes Giffard de Brimmesfeld, eam apud Manerium suum de Caneford rapuerat, & ipsam, invitam & contra voluntatem suam, infra Castrum suum de Brimmesfeld detinuerat, propter quod præfato Johanni pluries mandavimus, quod ad Curiam nostram veniret ad innocentiam suam super hoc purgandam, vel eam deliberari faceret sine mora,

Et idem Johannes coram nobis venerit, paratus ostendere quod ipsam invitam, seu contra voluntatem suam non abduxit,

Propter quod quosdam fideles nostros destinavimus ad locum ubi prædicta Matillis moratur, ad certiorandum de voluntate sua, de qua ad plenum non sumus certiorati,

Idem Johannes, nobis de eo, quod ad nos pertinet, pro maritagio prædicto satisfacere volens, finem fecit nobiscum per trescentas Marcas pro eodem, ita quod, si eadem Matillis de matrimonio, inter ipsum & præfatum Johannem contracto, ut dicitur, contenta fuerit, & de ipso conqueri noluerit,

Idem Johannes veniet coram nobis, a die Paschæ in unum mensem ubicumque tunc fuerimus in Anglia, ad recipiendum ibidem terminos de solutione pecuniæ prædictæ, quos sibi de Concilio nostro duximus præfigendos.

Et, si dicta Matillis de præmissis contenta non fuerit, set de eisdem nobis conqueri voluerit, statuimus quod finis ille pro nullo reputetur,

Et idem Johannes coram nobis accedat ad diem prædictum, ad standum recto de transgressione prædicta, & ad faciendum & recipiendum in eodem, quod secundum legem & consuetudinem Regni nostri fuerit faciendum.

Et, quia præfata Matillis taliter infirmitate prægravetur, quod coram nobis accedere non potest ad præsens, injunximus dilectis & fidelibus nostris Nicholao de Yattindene, & Petro de Chaumpnent, quod ad eandem Matill. personaliter accedant, ad inquirendum de negotio prædicto plenius veritatem, & de ipsius Matill. voluntate in eodem, ut de eisdem nos reddere possint certiores.

Quare Magnitudinem vestram rogamus & obsecramus instantia qua possumus, quatenus non consternamini nec dejiciamini in aliquo, si placet; sed in consueta magnitudinis vestræ constantiâ persistatis, manentes & conservantes in terris nostris fiducialiter ut in vestris, & a nostris, vobis, officialibus & subditis, sicut placuerit, obsequi facientes.

Nos enim scribimus ut vos, sicut personam nostram, salvent, custodiant & honorent, vobisque sicut nobis in omnibus obsequantur.

Dat. Viterbii, decimo tertio die Martii,
Decimo quarto Ind.
Regni nostri anno sexto.

De Cruce suscepta per Regem de gravi morbo convalescentem.

Ann. D. 1271. An. 55. H. 3. Pat. 55. H. 3. m. 23.

HEnri par la grace Deu, Rey d'Engleterre, Seignur de Irlaund, e Duc d'Aquitaine, a Erceveiqes, Evesqes, Abbes, Priurs, Cuntes, Barons, Chevalers, fraunces homes, e tuz ses autres feals, a ki cestes lettres vendrunt, saluz.

Nus voluns ke vous touz le sachez ke, cum nus n'adgeres de si greve maladie esteiouns suspris, ke de nostre vie, ne de nostre garesun ne fu nul espeyr, nous, ki gardiouns ke eyde de homme, ne nule teriene chose, foz sul Deu nus pout mester aver mesmes nostre espeyr, e tote nostre fiaunce en la merci, e en la maneye nostre creatur.

E la signe de la seynt Croys, ke nous n'adgeres a nostre cher fiuz Edward nostre eisnez avioums baille, a parfere por nous le veage en la terreseynt, par nostre propre volente, e en pure devociun avouns repris, a porter, par la grace Deu, en la terre seynt, ou nostre salveur doygna pur nostre salu mort suffrir.

E co avouns fermement voue, e meintenaunt apres nostre vou fet de jour en jour, se amanda nostre estat, issi ke la Mers nostre Seigneur, outre tote humeyne quidaunce, par marveillus miracle a recoveraunce, & a saunte nus ad restore,

E pur co ke nous nostre vou avantdit, si tost come nus pouns nostre passage araer e ordener, veouns acumplir par la grace Deu furnir: e veouns ben ke nostre pelrinage ne peusse en bone manere ne a nostre Saunete en prendre si nus, devant nostre passage, a nos creacurs, a ki nous devouns, fessuns lur assez, e ensement ke nus eussouns graunt sume de avoir en tresor, encuntre nostre passage solempenement & honurement a fere;

Nous, par nostre propre esmovement, e de nostre fraunche volente, aviuns graunte a nostre cher frer le noble Rey de Alemayne, nostre honurable pere Wauter Arceveske de Everwykz Primat Dangleterre, e as autres de nostre Conseil jurez, e en bon fei promettuns ke tuttes les issues de nostre terre, e de nos Cuntez, e de Eires de Justices, e de nostre Juerie, e nos eschaetes, e wardes, e mariages, e releve, & tuttes les autres issues, ke par nulle vote nus purrunt eschair, retendroms en nos meins a nostre oes propre, a nostre Sustenance, e de nostre Royne, e de nos mesnees, e a nus de nos dettes alieger issi fet, a sauer,

Ke des avauntdites issues, eschaetes, & wardes, e mariages, e releus, a nul autre ne durruns, graunterums, ou lerrouns; for sulliaunt ke si wardes ou mariages deivent estre vendu, si feient vendu a lur plenere value, e co par nostre conseil, e le avoir de ceo surdaunt a nos propres usages, ou a nos dettes acquiter, solunc la purveance de meimes le Cunseil, fei a turne solun ceo kil verrunt ke feit a fere.

E, par ensoun, si voluns e otreuns ke nostre Conseil avantdit eit poer de ordeiner, e adresser l'estat de nostre Hostell, solum ceo

Dictos Nuncios & alios ad nos per præfatam Comitissam transmittendos cum familia & rebus suis in veniendo, morando, & ad partes suas redeundo, in salvum conductum nostrum suscepimus & securum : H. 3. m. 10.

Et ideo vobis mandamus quod eisdem Nunciis, in veniendo ad nos, cum equis, herneisiis, & aliis rebus suis, ibidem morando, & ad partes suas redeundo, sicut prædictum est, nullam inferatis, vel inferri permittatis injuriam, molestiam, dampnum, impedimentum seu gravamen,

In cujus, &c. duraturas usque ad Octabas Sancti Johannis Baptistæ, proximo futuras.

Teste Rege apud Westm. decimo sexto die Maii.

De Judaismo Angliæ Regi Alemanniæ pro certo tempore concesso.

Ann. D. 1271. An. 55. H. 3. Pat. 55. H. 3. m. 15.

REX omnibus, &c. salutem.

Cum, ante recessum carissimi filii Edwardi primogeniti versus Terram sanctam dederimus eidem Edwardo sex millia Marcarum de Judaismo nostro in subsidium peregrinationis suæ,

De quibus quidem sex millibus Marcarum, exceptis quibusdam arreragiis, solvuntur eidem, ita quod duo millia Marcarum, & eadem arreragia adhuc sibi reddenda supersunt,

Et ipse filius noster, moram faciens in Terra sancta, non mediocriter pecunia indigeat ad expensas suas,

Propter quod karissimus frater & fidelis noster, Ricardus Rex Alemaniæ illustris, illa duo millia Marcarum, quæ dicto filio nostro a retro sunt de sex millibus Marcarum supradictis, ipsi filio nostro credidit ad preces nostras :

Nos eidem Ricardo Regi fratri nostro, pro prædicta curialitate, dicto filio nostro facta, concessimus quod ipse, & executores, vel assignati sui habeant & teneant Judaismum nostrum, & Judæos nostros Angliæ a Festo Sancti Michaelis, anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo primo, usque ad Festum Sancti Michaelis proximo sequens, per unum annum, videlicet, completum, pro prædictis * duobus millibus Marcarum dicto filio nostro creditis : I. 873.

Ita scilicet quod Judæi nostri Angliæ illa duo millia Marcarum dicto fratri nostro, terminis subscriptis, solvent infra prædictum annum, videlicet,

Ad Festum Sancti Michaelis, anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo primo, sexcentas sexaginta, & sex Marcas, octo solidos, decem denarios, & obolum,

In Festo Resurrectionis Dominicæ proximo sequente, sexcentas sexaginta & sex Marcas, octo solidos, & decem denarios, & obolum,

In Festo Sancti Michaelis proximo sequente, sexcentas sexaginta & sex Marcas, octo solidos, & undecim denarios, sine dilatione ulteriori.

Et, si in solutione prædictæ pecuniæ terminis prædictis, vel eorum aliquo defecerint, volumus quod dicti Judæi dicto fratri nostro quingentas Marcas nomine pœnæ persolvant.

Et, si prætextu nostri, vel mandatorum nostrorum, huic concessioni nostræ contrariorum, dictus frater noster fuerit impeditus quominus dictam pecuniam dictis terminis levare possit, tunc liceat ei tamdiu Judaismum nostrum in manu sua tenere, donec super principali debito & pœna prædicta fuerit sibi satisfactum.

Hanc autem concessionem dicto fratri nostro fecimus, salvis nobis

• I. 874. * *De Homagio præstando super prædictis Comitatu & Terra.*

Ann. D. REgi Franciæ Rex Angliæ, &c. salutem.
1271. Cum per formam pacis, *usque ibi*, mittimus ad vos prædic-
An. 55. tos Abbatem & Johannem ad petendum & recipiendum a vobis,
H. 3. nomine nostro, prædictum Comitatum Agenen. & prædictum Co-
Pat. 55. mitatum Agenen. & prædictam Terram Xancton. cum juribus &
H. 3. pertinentiis suis quibuscumque;
m. 2. Dantes eidem Abbati & Johanni, vel uni eorum quem præsen-
tem esse contigerit, potestatem faciendi vobis, vice & nomine nostro, fidelitatem, de prædictis Comitatu & Terra, & homagium nostrum, de eisdem, si necesse fuerit; & etiam jurandi in animam nostram in præmissis, prout negotium requirit supradictum.

Ratum habituri, &c. quicquid prædicti Abbas & Johannes, vel eorum alter, &c.

De Procuratoribus super prædicto negotio constitutis.

Ann. D. REgi Franciæ Rex Angliæ, &c. salutem.
1271. Noveritis quod, cum per pacem & compositionem, habi-
An. 55. tam inter celebris memoriæ Lodowycum quondam Regem Fran-
H. 3. ciæ ex parte una, & nos ex altera, super diversis articulis & quæs-
Ibidem. tionibus, terris, videlicet, & possessionibus, & rebus aliis suscitata
fuisset materia quæstionis, ac demum, interveniente pacis auctore, super omnibus articulis memoratis jamdudum intervenerit forma pacis de partium firmata consensu: Cumque in ipsa pace multi, usque in diem præsentem, articuli incompleti remaneant,

Nos dilectos & fideles nostros, Abbatem Westm. & Johannem de la Lynde, nostros facimus & ordinamus Procuratores ad requirendum, petendum, & recipiendum a vobis, nomine nostro, omnia ea quæ per pacem prædictam nobis restitui debent, & ad nos pertinere ratione pacis supradictæ.

Ratum habituri, &c. quicquid ipsi duo vel unus ipsorum, qui præsens fuerit, &c. ut supra. Et hoc dominationi vestræ tenore præsentium significamus.

In cujus, &c.

Teste ut supra.

De Terra antedicta Agenen. Alianoræ Reginæ Angliæ assignanda.

Ann. D. REX Abbatibus, Prioribus, Comitibus, Baronibus, Castella-
1271. nis, Vicecomitibus, Militibus, Burgensibus, & omnibus aliis
An. 55. tenentibus & fidelibus suis de terra Agenen. ad quos, &c. salutem.
H. 3. Cum per formam pacis, inter celebris memoriæ Dominum Lo-
Ibidem. dowicum quondam Regem Franciæ, & nos dudum initæ & fir-

Cujus equidem Ducatus nostri ut jura undique conserventur illæsa, vestræ Regiæ Majestati (cui deferre volumus, & honorem totis desideriis extollere juxta posse) expedire videtur;

Nec utique æstimamus quod sit, vel esse debeat intentionis vestræ quod, obtentu vel occasione dicti precarii si (quod fuerit, transactis quadraginta quinque annis dicitur concessum, vel habitum inter defunctos multis retro temporibus, & sic nullum per consequens, aut finitum) vel etiam occasione processûs extraordinarii cujuscumque coram ipso Domino Patre vestro super eo forsitan habiti, absque nobis, & in contradictione, ut intelleximus, Procuratorum nostrorum:

Quoad Juramentum fidelitatis, à fidelibus nostris, Abbate, Consulibus, & Communitate Castri Lemovicensis, prædicto Ducatui debitum & præstitum ab antiquo;

Quodque ipsi fatentur & avohant debere nobis, & se, & Prædecessores suos à temporibus, quorum non superest memoria, vel, si contra fuerit, vix existit, nobis, patri nostro, & Patruo, & aliis nostris Progenitoribus ac Prædecessoribus, Ducibus Acquitanniæ, tanquam ipsi Ducatui annexum & debitum, præstitisse: Super quo, si necesse fuerit, haberi potest & fieri plena fides;

Seu quoad alia jura memorati Ducatus nobis in aliquo derogetur:

Ne tamen ab obedientia & reverentia, vobis pro Ducatu nostro debitâ, discedere videamur, set devote & humiliter facere quod debemus, illud juramentum, precario constitutum forsitan vel concessum, si quod fuerit, ob vestri reverentiam penitus anullamus, & dissolvi volumus, aut dissolutum & nullum penitus reputamus;

Nostrum tamen antiquum, & ab antiquo, ut prædiximus, debitum & præstitum fidelitatis Juramentum, Ducatui nostro principaliter annexum, quod intelligimus & intelleximus recepisse dum ipse Ducatus nobis per formam pacis fuerat restitutus, cum omnibus ipsius Ducatus & nostris juribus, quibus nolumus, nec intendimus, nec intelligere vos credimus per hoc præjudicium aliquod generare,

Sublimitatis vestræ clementiam & Dominium principale requirentes & attentius exorantes, quatenus nos & Ducatum nostrum prædictum ab oppressionibus, violentiis, & injuriis vestrorum præcipuè defendatis; nec sustineatis quod nos (qui parati sumus juri parere per ordinariam viam, & judicium subire in Curia Franciæ juste & debite, si impeteremur ab aliquo) per extraordinarios processus, in quibus non consentimus, nec concessimus unquam, nec consentire tenemur, set dissentimus & contradicimus, opprimamur, set per jus in Curia vestra ducamur.

Teste Rege apud Turrim London. 28 die Januarii.

* *De Procuratoribus ordinatis, juxta Formam Pacis cum Ludovico quondam Rege Franciæ initæ.* • I 876.

REX omnibus, &c. salutem. Ann. D.
Noveritis quod, cum per pacem & compositionem, habi- 1272.
tam inter fœlicis recordationis karissimum Dominum & Consan- *An.* 56.
guineum nostrum, Lodowicum illustrem Regem Franciæ, & nos, *H.* 3.
teneatur *Pat.* 56. *H.* 3. *m.* 46.

Dantes & concedentes eis, & eorum cuilibet in solidum, mandatum & plenariam potestatem prædicta omnia & singula, coram eodem Domino Rege & Curia sua, & coram probis viris, Domino Gaufrido de Villetta Milite, & Magistro Guillelmo de Nevill, à prædefuncto Domino Rege Lodowico nominatis & constitutis, vel nominandis, seu constituendis etiam eisdem, vel aliis pro parte memorati Domini Regis,

Et viro Religioso R. Abbate Westm. & Johanne de la Lynde Milite, pro parte nostrâ, & à nobis electis ad hoc & nominatis, vel nominandis etiam, seu constituendis super hoc, eisdem vel aliis, secundum formam pacis ejusdem,

Promovendi, tractandi, petendi & optinendi, requirendi & recipiendi scripta, litteras & munimenta, nobis necessaria pro prædicta pace servanda, & pro securitate rerum, ex ea pace ad nos pertinentium, excipiendi, replicandi & defendendi:

Litteras & privilegia dicti Domini Regis & prædecessorum suorum, quibus aliqui, ne ad obedientiam & dominium nostrum veniant secundum condictum in pace, se tueri dicuntur, impugnandi, & eorum transcripta optinendi:

De calumpnia, veritate, & alterius cujuslibet modi vel generis juramentum in animam nostram subeundi, deferendi, referendi, & suscipiendi:

Alium vel alios procuratorem vel procuratores, actorem vel actores, suo, vel nostro nomine, vel periculo, in quacumque parte negotii, dandi, substituendi, vel constituendi, prout & quotiens omnes, & quilibet viderint, seu viderit expedire;

Et cætera omnia & singula faciendi, requirendi, recipiendi, tractandi, & procurandi, * quæ per prædictam pacem ad nos pertinent, & quæ veri & legitimi procuratores, dati ad negotia & ad lites, facere possunt & debent, & nos tenemur facere, vel faceremus si præsentes essemus: * I. 877.

Ratum habituri & gratum perpetuo quicquid per dictos procuratores, vel substituendum ab eis unum, vel plures, aut cum ipsis omnibus, & singulis, in præmissis actum, coram dicto Domino Rege, & Curia sua, & prædictis probis viris, fuerit vel etiam procuratum:

Ipsosque relevantes & relevare volentes ab omni onere satisdando & judicatum solvi, pro ipsis & eorum quolibet promittimus, sub ypoteca bonorum nostrorum, & eidem Domino Regi, & Curiæ suæ ex habundanti stipulationem solempnem fecimus, & ab eisdem procuratoribus & quolibet eorum interponi mandamus, & hoc significamus, & significari volumus per præsentes; procuratores tamen alios, quos olim constituimus, per hoc non intelligimus revocare.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Turrim London. 28 die Januarii.

Ann. D. 1272. An. 56. H. 3. Ex Bundel. 6. n. 8. Penes Camer. Scaccar. 56. H. 3. n. 46.

Littera Philippo, Regi Franciæ, de Pace olim inita inter Ludovicum ejus Patrem & Henricum.

MAgnifico Principi & karissimo Domino & Consanguineo suo Philippo, &c. Henricus, &c. salutem, &c.

Cum per pacem & compositionem, habitam inter karissimum Dominum Consanguineum nostrum felicis recordationis genitorem vestrum L. Regem Franciæ illustrem, & nos pridem Paris. & firmatam à vobis, teneretur idem Dominus Rex pater vester quicquid, tempore pacis ejusdem, habebat & tenebat in tribus Civitatibus [...]

eigardum de prædictis, & enquestam & enquestas, & alia universa & singula, quæ ad pacem & ejus complementum pertinent, facere secundum formam pacis ipsius & complere:

* Quorum prædictorum virorum, Militum, & Clericorum, jam electorum seu eligendorum, super hiis, ut est dictum, esgardum seu arbitrium, enquestam, & cætera facienda & ordinanda per eos & cum eis, & jam facta, tractata vel ordinata per eosdem & Magistrum Gilbertum de la Corvere, tunc à nobis ad hoc cum prædicto Johanne de la Lynde constitutum, vel aliquos eorumdem, rata habituri & grata eaque perpetuo & firmiter promittimus: * I. 878.

Revocandi tamen ipsos Abbatem de Westm. & Johannem de la Lynde, & mutandi, & alios eligendi, & substituendi loco ipsorum, & cujuslibet, nondum finito hujusmodi negotio, nobis potestatem & licentiam retinentes; processu, & tractatu, & ordinatione per eos, vel cum eis, ante revocationem ipsorum habitis, in robore duraturis; qui nichilominus & fideliter se habeant pro ambabus partibus, ad requisitionem & juxta voluntatem vestram, cum prælectis, a memorato Domino Rege genitore vestro, vel eligendis à vobis, seu constituendis, eisdem vel al————— volumus proprio Juramento; senescallis nostris & fidelibus ac subditis universis firmiter injungentes ut eis, in tractandis, promovendis & perficiendis præmissis, obediant & intendant;

In cujus, &c.

Teste Rege apud Turrim London. 28 Januar.

Istud Procuratorium duplicetur, quia Rex Franciæ tenebit unum penes se.

Item scribendum est Senescallo & Ballivis Vasconiæ, ex parte Domini Regis, quod, cum personæ prænominatæ assignentur ad faciendum esgardum, arbitrium, seu enquestam, & cætera supradicta, sint eis in his intendentes & obedientes in forma prædicta.

Memorandum de novo Procuratorio faciendo Dominis R. Abbati Westm. & J. de la Lynde, ad petendum & recipiendum terras Agen. Sancton. & Caturcen. quia Rex Franciæ retinuit penes se antiquum Procuratorium, & istud Procuratorium duplicetur.

Sub tenore istius Procuratorii mittatur claus. Domino Regi Franciæ deprecatoria quod tales admittat.

Item memorand. quod regratiandum est per litteras Regis Magistro Stephano de Goronnule Præcentori Sarr. & Magistro Johanni le Romeyn de eo quod sollicite intendant negotiis Regis Paris. & petendum est quod ulterius intendant.

De Jocalibus Regis olim invadiatis.

REX omnibus, &c. salutem.

Sciatis quod de Jocalibus nostris, per dilectos nobis, Willielmum de Latimer, & Magistrum Henricum de Gandano, in Franciam deportatis, anno Regni nostri quadragesimo quinto, & apud Templum Paris. sub custodia carissimæ sororis nostræ, M. Reginæ Franciæ depositis, ac postmodum, tempore turbationis in Regno nostro habitæ, pro relevatione status nostri, & primogeniti nostri, per karissimam Consortem nostram Alianoram Reginam

Ann. D. 1272. An. 56. H. 3. Pat. 56. H. 3. n. 42.

... cum smaragdis, viginti annulis cum saphiris, duodecim annulis cum topazis, & uno anulo cum peridota, decem & septem annulis, cum diversis lapidibus, quorum unus est sine lapide, sexaginta & sexdecim zonis, duobus pavonibus aureis de novo thesauro nostro, uno firmaculo cum duobus amantibus, & aliis quindecim firmaculis, cum diversis lapidibus preciosis, de eodem thesauro nostro, quinque garlandis aureis, præfatum Egidium tenore præsentium quietamus.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Westm. 20 die Februarii.

Bulla Gregorii Papæ, per quam nunciavit Regi novam creationem suam.

Ann. D. 1272. An. 56. H. 3. Ex Autogr. GRegorius Episcopus, servus servorum Dei, carissimo in Christo filio Regi Angliæ illustri, salutem & Apostolicam benedictionem.

Gloria in Altissimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis, gloriosæ nativitatis dominicæ latens, licet mysterium patens, tamen latè præconium cœlestis præco humano nunciaturus generi, præmisso accomodo verbum schemate Deo in altissimis gloriam retulit, pacem in terra bonæ voluntatis hominibus nunciavit.

Hæc est nunciatio profectò dignissimè veneranda: Hæc attentione dignissima, quam verè venerabilem reddit nuncium mittentis sublimitas, extollit nunciantis auctoritas, & nunciationis ipsius veritas manifesta commendat; hæc vera & justa, sed eam non servantibus, proculdubio tremenda partitio; qua ore angelico soli Deo attribuitur honor & gloria, quam solus ipse meretur qui facit mirabilia magna: Quâ, dum bonæ voluntatis hominibus pax in terra promittitur, interdicitur impiis, malivolis denegatur.

Nulla est enim pax impiis, nulla contempnentibus, sed multa diligentibus nomen Dei; eorum siquidem qui mandata ipsius audiunt.

Pax ut flumen, impii vero ut mare fervens quiescere nequeunt, pacis commoda nesciunt, sed dissirpentibus vitiis in seipsis dissident & turbantur; & redundantibus ipsorum fluctibus, in conculcationem diaboli lutumque peccati, (dum per peccatum avertuntur ab eo qui est pax nostra, quæ exuperat omnem sensum) à pace redduntur per consequens alieni;

Non immerito, sed ob sua demerita pectoris & temporis pace frustrati.

Deus etenim ultionum, exercituum dominus, agens liberè, ut retributionem reddat suæ, quantum in eis est, detrahentibus gloriæ, superbiendo per peccatorum insolentias contra ipsam, terram commovens & conturbans, eisque justo judicio pacem tollens, ostendit populo suo dura propter injustitias suas, ipsum humilians, super ipsum inducens terrorem, & Rectorem interdum spiritualem Principum auferendo subducens,

* I. 880. * ut non sit qui congreget ab ovili domini peccatorum aversionibus fugientes, non sit qui errata corrigat, sed qui est in sordibus plus sordescat.

... gimini populus Christianus præmiorum exhortatione, ac comminatione pœnarum correctus, à vitiis ad virtutes erectus, in viam mandatorum Domini dirigatur.

Propter quod, tuum, tuorumque progenitorum affectum ad Roman. Ecclesiam meditatione debitâ recensentes, tibi nostrarum literarum primitias destinamus, quibus serenitatem Regiam monemus & exhortamur in Christo, rogantes attentius & in remissionem tibi peccaminum suadentes, quatinus, ipsorum progenitorum laudabilia imitando vestigia, eandem Ecclesiam matrem tuam honorare studeas & fovere:

Sic in populo, tuæ ditioni subjecto, potestate tibi traditâ errata corrigens, & pro viribus peccata compescens, quod in eo mansuetudo superveniat, & correctio subsequatur, reddatur Domino populus idem voluntatis, acceptæ pacis ex hoc proculdubio commodis potiturus.

Scimus enim quod, si fecerit ei placidas vias suas, ipse inimicos ejus convertet ad pacem, nec erit qui eum exterreat, sed, persecutorum terroribus de ipsius finibus profligatis, confidenter in tabernaculis fiduciæ habitabit, ac fiducialiter in requie opulentâ quiescet.

Nos sanè tibi, fili carissime, affectum caritativæ benignitatis expandimus, & sinum caritatis solidæ aperimus, proponentes, quantum cum Deo poterimus, Regiæ dignitati deferre, ac tua & Regni tui commoda, pro quibus ad nos poteris cum securitate recurrere, in promptitudine benivolentiæ promovere.

Dat. Lateran. 4 Kal. Aprilis, Pontificatûs nostri anno primo.

Sub filo canabi.

---

* *Quod Rex, & omnis populus Christianus, tam viri Ecclesiastici, quam seculares, parati sint a Kalend. Maii, anni ab Incarnat. Domini* MCCLXXIV. *infra biennium ad ingrediendam terram Sanctam, & aggrediendum inimicos Christi.* * I. 881.

GRegorius Episcopus, servus servorum Dei, carissimo in Christo Filio Regi Anglorum illustri salutem & Apostolicam benedictionem. Ann. D. 1272. An. 56. H. 3. Ex Autogr.

Salvator noster, in cujus ditione cuncta sunt posita, Civitatem Jerusalem videns & prævidens ruituram flevisse describitur super eam; & nos itaque qui Civitatis veri David, religionis, viz. Christianæ (circa cujus regimen non insufficientiæ nostræ debilitatis, sicut nec debemus, innitimur, sed de solâ superhabundantiâ virtutis divinæ speramus) non solum scissuras, juxta Prophetæ vaticinium, multiplicatas apertè videmus, sed & ruinæ magnæ periculum in substractione populi Græcorum, qui à Sedis Apostol. devotione ac obedientiâ se subtraxerit, in occupatione maximâ & vastatione validâ Terræ sanctæ, in subversione morum, quæ universaliter in Clero graviter obrepsisse videtur, & populo, jam non tam cernimus quam palpamus, num possumus non lugere? Num comprimere lacrimas

ad tanta discrimina relevanda suspirat affectus, zelus accenditur, & spiritus anxiatur.

Ad quod cum nos sufficere non posse sciamus, levamus oculos nostros ad montem, montem quidem Dei, montem uberem, montem pinguem: Unde oportunum provenire nobis auxilium, & humiliter petimus, & devotè speramus. Et quia salubre in hiis adhiberi remedium interest generaliter omnium, nos cum fratribus nostris, aliisque viris prudentibus exacto & frequenti tractatu præ-
* I. 882. habito, prout tantæ necessitatis instantia * exigebat, de ipsorum consilio generale Concilium sicut imitatione digna sanctorum patrum consuetudo laudabilis, longævæ observationis exemplo, nos instruit, oportuno tempore decrevimus congregandum.

Ut in eo tam circa præmissa, quam circa cætera, quæ salutem respiciunt animarum, illa, Deo auspice, communi consilio invenietur provisio, & ejusdem approbatione Concilii roboretur, per cujus salutiferam executionem virtus altissimi eliminatis erroribus, roboratâ fide, reductis errantibus, redintegratâ ejusdem fidei unitate, sedatis discordiis, pace firmatâ, extirpatis vitiis, virtutibusque plantatis, correctis excessibus, moribus reformatis, repressis oppressionibus, libertate solidis munimentis instructâ, recuperatis deperditis, & ejusdem terræ sanctæ statu prospero reparato, hujusmodi scissuras uniat, ruinas impleat, occupata restituat, vastata restauret, restituta & restaurata conservet.

Nobisque viam aperiat idem ipse qui novit, & facultatem tribuat ipse qui potest, ut vitiorum errorumque zizaniis ad conburendum fasciculis alligatis, ad triticum in ejus horreum congregandum, sic in præmissis juxta intensum animi nostri desiderium sibi ministrare possimus utiliter, quod idem verus ejusdem universalis sponsus Ecclesiæ ipsam dilectam suam expeditam rugis, purgatam maculis, munitam virtutum monilibus ac ornatam unam semper habeat & formosam, ad sui nominis laudem & gloriam, ad animarum profectum, robur fidei, pacem & exaltationem Populi Christiani.

Quia vero prosecutio tanti propositi tempore indiget, ut deductum maturius, felicius, auctore Domino, effectum debitum sortiatur, Biennium numerandum ab initio instantis Maii ad id duximus deputandum, deputaturi præterea interim aliquos viros, tanto ministerio competentes, ad prædicandum, in terræ præfatæ suffragium, salutiferum verbum Crucis, per quod corda Principum, Prælatorum, cæterorumque fidelium inducantur ad subsidium ejusdem terræ, prout ipsius exposcit extrema necessitas, impendendum.

Propter quod Venerabilibus fratribus universis Archiepiscopis, & Episcopis, necnon & dilectis filiis Abbatibus, Prioribus, Decanis, Archidiaconis, Præpositis, & aliis Ecclesiasticorum Prælatis præcipiendo mandamus, quatinus omni negligentiâ relegatâ, cunctis, prout talis, & tanti negotii qualitas exigit, dispositis & paratis sic medio tempore se accingant ad iter, quod Kalendis Maii anni ab incarnatione Domini millesimi, ducentesimi, septuagesimi quarti, quas ipsis pro termino assignamus in loco quem, licet ad præsens subticeamus ex causâ, competenti tamen tempore, eis curabimus intimare, nostro conspectui se præsentent, ad subventionem necessariam terræ prædictæ; sollers & operosum interim studium impensuri, prosequendo favorabiliter, & fideliter adjuvando illos, quos ad hujusmodi prosequendum negotium duxerimus deputandos.

Volumus quoque quod in qualibet eorum Provincia ex eisdem Episcopis unus vel duo remaneant ad ea, quæ officium Episcopale requirunt, inibi exercenda, tam ille vel illi quos propterea contigerit remanere, quam alii quos ad idem venire Concilium præpeditio forsan canonica prohibebit.

Capitula insuper Ecclesiarum omnium Provinciæ cujuslibet tam Cathedralium, quam etiam aliorum, quibus per eosdem Archiepis-

meditatione providâ, prudenter attendens, quod in hoc non solum labor proprius, quem ad tam Sancta, & utilis negotii promotionem assumes, tibi cedet ad meritum, verumetiam aliorum, qui ad veniendum ad eandem Synodum efficacius tuo inducentur exemplo.

Et nichilominus vota tua nobis poteris familiarius aperire, quas in omni benevolentiâ libenter ad exauditionis gratiam, quantum cum Deo poterimus, admittemus.

Dat. Lateran. 2 Kal. Apr. Pontif. nostri anno primo.

Sub filo canabi.

Littera Philippo Regi Franciæ excusatoria, de non personaliter apparendo ad homagium præstandum.

Regi Franciæ Rex Angliæ salutem, & sinceræ dilectionis semper augmentum. Ann. D. 1272.

Cum, propter gravem infirmitatem, qua jam diu est laboravimus, & adhuc laboramus, nequeamus hiis diebus ad partes vestras absque mortis periculo nos transferre ad homagium nostrum, ut tenemur, faciendum; *An. 56. H. 3. Pat. 56. H. 3. m. 18.*

Dilectum & fidelem nostrum Johannem de la Linde, voluntatis nostræ conscium, ad impotentiam nostram vobis in hac parte vobis plenius exponendum, & ad nos erga dominationem vestram, ex causa prædicta, nunc, ut sæpius, per solempnes Nuncios & Procuratores nostros fecimus, excusandum, ad vestram præsentiam specialiter destinamus, devote & humiliter supplicantes quatinus excusationem illam, si placet, admittere velitis favorabiliter & benigne.

Teste Rege apud Westmon. 20 die Maii.

Bulla Gregorii de confirmatione privilegiorum & libertatum Militiæ Templi concessarum.

Gregorius Episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis Magistro & Fratribus Domûs Militiæ Templi Jerusolimitan. salutem & Apostolicam benedictionem. Ann. D. 1272. *An. 56. H. 3. Ex Autogr.*

Cum à nobis petitur, quod justum est & honestum, tàm vigor æquitatis, quàm ordo exigit rationis ut id, per sollicitudinem officii nostri, ad debitum perducatur effectum:

Ea propter, dilecti in domino filii, vestris justis postulationibus inclinati, omnes libertates & immunitates, à prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus per privilegia & alias indulgentias Domui vestræ concessas, necnon libertates & exemptiones secularium exactionum, à Regibus, & Principibus, ac aliis Christi fidelibus, rationabiliter vobis indultas, Terras quoque, possessiones, & alia bona vestra, sicut ea omnia justè ac pacificè obtinetis, vobis, & per vos, eidem Domui auctoritate apostolicâ confirmamus & præsentis scripti patrocinio communimus.

Nulli ergo, &c.

Dat. Lateran. 2 Kal. Junii, Pontificatûs nostri anno primo.

Sub filis sericis flavi rubeique coloris.

* De

negligentes; set parati fuimus & existimus, cum summo desiderio & debita promptitudine, universis de gente nostra, conqueri volentibus, exhibere justitiæ complementum,

Cumque vobis, sicut & Domino patri vestro, linea consanguinitatis, tàm nos, quàm Edwardus primogenitus, astricti existamus, qui, per inductionem Domini genitoris vestri in terræ Sanctæ subsidium personaliter est profectus;

Dominationem vestram rogamus & requirimus instantia speciali quatinus nos, & Edwardum prædictum, cui nostro nomine custodiam terræ nostræ Wasconiæ commisimus, nostris libertatibus, juribus, & cognitionibus uti & gaudere permittatis pacifice & quiete, prout eisdem hactenus sumus usi; nisi enim à vobis tranquillitatis subsidium supposuisset firmissime optinere, supponimus pro constanti quod in terræ prædictæ adjutorium se nullatenus convertisset.

Porro sic nos constrepit personæ debilitas quod, pro debito vobis homagio exhibendo, ad partes Franciæ, absque mortis periculo, nos convertere non valemus; supplicantes ex eo devote ut vestræ dominationi placeat, quod, pro eodem homagio præstando, ad vestram magnificentiam certam personam, cum potestate homagii hujusmodi faciendi, mittere valeamus: Seu ad nos talem velitis mittere qui illud possit recipere vice vestra:

Alioquin de benignitate regia appropinquantes ad locum maritimi confinem, utpote Boloniam, vel Sanctum Audomarum, ubi,
* I. 885. quamquam cum difficultate * & dispendio, favente Altissimo, præfigendo nobis termino, personaliter accedemus facturi & impensuri homagium memoratum.

Circa quæ & eadem contingentia ad dominationem vestram dilectum & fidelem nostrum Thomam de Clare mittimus, nostræ conscium voluntatis; cui, si placet, circa hæc velitis credere, vice nostra.

Teste Rege apud Westm. quinto die Junii.

Item scribebatur Gastoni de Biern. super istis, & Erardo de Valery, & quibusdam Conciliariis Franciæ, ut ipsi instent erga Regem Franciæ, ut dictum Regem Angliæ habeat excusatum in hac parte.

Item dictus Thomas habuit litteras Regis Angliæ directas Regi Franciæ, de simplici credentia super negotiis memoratis.

Testamentum Domini Edwardi primogeniti Regis conditum apud Acres.

Ann. D. 1272. *An.* 56. *H.* 3. *L. A. f.* 312. *a. penes Camerar. Scaccar.*

EN nun du pere, du fiuz e du seynt esprit, Amen.

Nus Edward, einsne filz au noble Rey d'Engleterre, fesoms nostre testament, en nostre bon sen, e en nostre bone memorie, le Samedis procheyn apres la Pentecouste, en le an de nostre seygnur mil, du cent, sept-saunt secund, yn ceste manere: en primes, nus divisoms a Deu, e a nostre Dame seinte Marie, e a tuz seyns nostre alme, & nostre cors ensevelir, ou nos Esseketurs, ceo est a saver, sire Johan de Bretayne, Sire William de Valence, Sire Rog.

E pur ceo, prioms a nostre seynt pere l'Apostle, ke il voyll c'este chose tenir, & fere tenir, e confirmer; e ke il voyle prier nostre cher Pere, ke il voyle tenir estable, e fere tenir, par tut son Reaume e tot son poer, quel part ke il seyt, les choses avant nomes.

En testimoniaunce de la queu chose, a ceo testament avoms fet mettre nostre sel, & avoms prie Sire Johan Erceveske de Sur, & vicarie de la seinte Eglise de Jerusalem, & les honurables bers, frere Hue Revel Mestre de l'Hospital, & frere Thomas Berard Mestre du Temple, ke a cest escrit meisent ausi lur seus, les quieus si le un fet ensemblement o nos Esseketurs avaunt nomes en tesmoisaunce des chose sus dites.

Done a Acre, le Samedy avaunt nome, le disutime Jur de Juen, l'an du Regne le Rey nostre pere cinkaunt e sinc.

De Protectione Papali pro Edwardo primogenito Regis in Terra Sancta agente.

Ann. D. 1272. *An.* 56. *H.* 3. *Ex Autogr.*

GRegorius Episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio Nobili viro Edwardo, primogenito carissimi in Christo filii nostri Regis Anglorum illustris, salutem & apostolicam benedictionem.

Aspiciens terræ sanctæ pressuras, quam manus Agaranorum impia lacerat immaniter & affligit, in ejus subsidium zelo fidei & devotionis accensus, assumpto vivificæ crucis signaculo transfretâsti, & agens redemptoris nostri negotium, illud in propria persona prosequeris, temetipsum ipsius redemptoris obsequio, ad defendendum ejus patrimonium, liberaliter exponendo:

Nos itaque, cupientes ut idem negotium eo ferventiùs prosequaris, quo præsidia sedis apostolicæ tibi adesse perceperis promptiora, personam tuam, cum Familia, Terris, Civitatibus, Castris, Villis, Juribus, Libertatibus, Possessionibus, & cæteris bonis mobilibus & immobilibus, quæ in Anglia, Wallia, Iebernia, Vasconia, vel ubicunque locorum impræsentiarum rationabiliter possides, sub beati Petri & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti patrocinio communimus;

Districtius inhibentes nè quis, in præmissis, vel eorum aliquo, te offendere, perturbare, seu quomodolibet molestare præsumat: Ac nichilominus statuentes ut ea omnia, sine læsione ac diminutione qualibet, integra maneant & quieta, donec de tuo reditu, vel obitu certissimè cognoscatur.

Nulli ergo, &c.

Dat. apud Urbem veterem, 12 Kalend. Aug. Pontificatûs nostri anno primo.

Sub filis sericis flavi rubeique coloris.

Ut Clerici carissimi in Christo Filii nostri ——— Regis Angliæ illustris obsequiis immorantes, eo ipsi Regi devotiùs & sinceriùs obsequantur, quo per eum majorem sibi senserint provenire posse favorem,

Nos, serenitatis Regiæ precibus benevolo condescendentes affectu, ut postquam idem Rex sex clericos, infra unum mensem post præsentationem litterarum nostrarum, quas super hoc ei direximus, nominatim hujusmodi obsequiis decreverit moraturos, ipsi eisdem obsequiis insistendo, proventus dignitatum, & personatuum, ac aliorum beneficiorum suorum ecclesiasticorum cum ea integritate, cotidianis distributionibus duntaxat exceptis, percipere valeant, cum qua illos perciperent, si personaliter in Ecclesiis, in quibus illa obtinent, residerent, nec interim ad faciendum in ipsis personalem residentiam, dummodo in eis, quibus animarum cura imminet, in divinis officiis per ydoneos faciant Vicarios deservíri, à quoquam valeant coartari;

Non obstantibus contrariis ipsarum Ecclesiarum consuetudinibus, vel Statutis, Juramentis, confirmationibus Apostolicis, seu quacunque firmitate roboratis, aut indulgentiis locorum diocesanis ab Apostolicâ sede concessis, ut Rectores & Clericos Ecclesiarum suarum, Civitatum & Dioc. compellere possint ad residendum personaliter in eisdem; aut qualibet alia dictæ sedis indulgentiâ, per quam hujusmodi gratiæ possit aliquatenus derogari, per supradictas litteras præfato Regi duximus indulgendum:

Quocirca discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatinus eisdem Clericis fructus & proventus prædictos, juxta concessionis nostræ tenorem, vos, vel alter vestrum per vos, vel per alios, seu alium, faciatis integrè ministrari; non obstantibus supradictis; seu si aliquibus à sede præfatâ indultum existat quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas, non facientes plenam & expressam de indulto hujusmodi mentionem: Contradictores per censuram Ecclesiasticam, appellatione postpositâ, compescendo.

Dat. apud Urbem veterem, Kal. Octob. Pontificatûs nostri anno primo.

Sub filo canabi.

De Festo Natalis Domini celebrando.

Ann. D. 1272. An. 57. H. 3. Claus. 57. H. 3. m. 7.

REX Vicecomiti Somers. & Dors. salutem.

Quia Festum Natalis Domini proximo futurum celebraturi sumus apud Wintoniam, Domino concedente,

Tibi præcipimus quod de centum bobus ad opus nostrum contra festum prædictum provideri, & ad nos usque Wintoniam venire facias,

Ita quod sint ibidem, per tres dies ante festum prædictum, ad ultimum, liberandi custodibus Lardarii nostri ibidem.

Et, cum sciverimus custum, quod ad hoc posueris, breve nostrum de allocatione tibi inde habere faciemus.

Teste Rege apud Westmon. 4 die Novembris.

Dat. apud Urbem veterem, 10 Kalend. Decembr. Pontificatus nostri anno primo.

Sub filo canabi.



Magnates Angliæ nuntiarunt Domino E. R. de obitu H. Reg. Patris sui.

MAgnifico Principi, & Domino suo Edwardo, Dei gratia, Regi Angliæ illustri, Domino Hiberniæ & Duci Acquitaniæ, sui fideles & devoti W. eadem gratia Ebor. Archiepiscopus Angliæ primas, L. Roffens. N. Wynton. G. Wygorn. R. Coventriæ & Lich. & W. Exon. Episcopi; Ann. D. 1272. L. A. f. 223. b. Penes Camerar. Scaccar.

R. prior Hospital. Sancti Johannis Jerusalem in Anglia, E. de Allem Comes Cornub. G. de Clare Comes Gloucest. & Hereford. J. Comes Warenn. H. de Bohun Comes Hertford. & Essex. Rogerus de Mortuo Mari, Thomas de Clare, Johannes filius Johannis, Willielmus de Monte Canis. & Johannes de Sancto Johanne salutem, & fidelitatis obsequium semper promptum & paratum.

Dominationi vestræ, licet cum mentis amaritudine, præsentibus nunciamus, quod Dominus noster Dominus H. Rex pater vester die Mercurii in festo Sancti Eadmundi Confessoris, in sero, ab hoc seculo suaviter & sanctissime migravit ad Dominum, cujus animæ propitietur & parcat, qui solus potest medicinam præstare post mortem;

* Die autem Jovis sequenti, mane nos, qui præsentes fuimus, pacem vestram in majori Aula West. sollempniter & publice fecimus proclamari, & eam etiam nomine Regio firmiter observandam populo, qui aderat, convocato fecimus præconizari. * I. 889.

Dominicâ autem proximâ, in festo beati Eadmundi Regis & Martiris, cum honore & sollempnitate, quâ decuit, corpus suum in Ecclesia Westmonast. ante magnum altare, traditum fuerat sepulturæ.

Et, nec dum clauso jam tumulo, nos omnes, qui cum multitudine fidelium vestrorum ibidem præsentes affuimus, vobis tamquam Domino nostro & Regi fidelitatis juramentum, & omnia alia, quæ vestræ Dominationi & honori debentur, quatenus in absentiâ vestrâ fieri potuit, gratanter explevimus & devote, pacemque vestram iterato nomine Regio clamari fecimus, quam usque adventum vestrum in Angliæ, quantum nostræ possibilitatis extiterit, faciemus, auctore Domino, firmiter observari, alia etiam, quæ vobis ratione Coronæ & Dignitatis Regiæ ulterius à nobis fieri aut præstari debuerint, plenariè & sine omissione aliqua, prompto & libenti animo faciemus.

Vestram igitur excellentiam, quantâ possimus instantiâ requirimus & rogamus, quatinus attendentes pericula & incommoda, quæ diebus istis per absentiam vel moram vobis, ac nobis, & toti Regno vestro, quod absit, de facili poterint iminere, adventum vestrum in Angliam, utinam prosperum & felicem! celeriter & sine dilatione aliqua maturare velitis.

Nos autem, in adventu vestro, ad ea, quæ honorem & beneplacitum vestrum, pacem etiam & tranquillitatem Regni vestri contingunt, paratos semper in omnibus invenietis & promptos, & sicut ardenti cordis desiderio vestram præsentiam præstolamur, ita & vos cum omni lætitiâ & gaudio accedere non tardetis.

Scripsisset quoque vobis, super hiis, tota procerum vestrorum communitas, quod tamen propter celeritatem, quam negotii qualitas adquirit, ad præsens non sine causa fuerit omissum; ad quod etiam nos vice omnium Magnatum vestrorum præmissa vestræ Celsitudini duximus scribenda.

Dat.

diversa & immania etiam crimina elicit, non omittit.

Horum omnium quondam Simonem & Guidonem de Montefortí Fratres Principales & notorios reos clamat, eorumque in hoc fautores & complices eisdem criminibus denuntiat involutos, lacrimabiliter queritur in tam execrandis excessibus dilatam hucusque fore vindictam. Nec subticet, set, vulgi clamore concurrente, submurmurat justitiæ non modicum ex tantâ dilatione detractum.

Hinc instanter expostulat in Guidonem, fautores, & Complices memoratos exeri debitæ ultionis aculeos, & Guidonem ipsum præcipuè, cum quasi omnium oculis ejus culpa se ingerat, cum tantorum criminum reus ipsâ facti evidentiâ convincatur, nec non & eosdem suos fautores & complices juxta culpæ qualitatem debitâ severitate puniri.

Licet autem Ecclesiæ Romanæ vacatio, & promotionis nostræ novitas, ingruentium undique negotiorum mole gravata, prosequendi, juxta exigentiam justitiæ, tantos excessus, usque adhuc liberam non permiserit facultatem; tamen ut tanto tamque notorio flagitio castigatio condigna non desit, nec sine vindictâ crescat in aliis adeo detestabilis severitatis audacia per exemplum, cum fratribus nostris deliberatione præhabitâ, cogente justitiâ, nunc saltem prosequendum fore nostri officii debitum circa ista, & excessuum qualitati formam nostrorum processuum censuimus conformandam.

Ideoque cum de memorati Guidonis sævitiâ ex retroactæ vitæ consideratione, præsumptione probabili, timeatur, infra scriptum modum citandi Guidonem, fautores, & complices memoratos, de ipsorum fratrum consilio eligentes, tenore præsentium peremptoriè, præsente multitudine copiosa fidelium, citamus eosdem; ut idem Guido specialiter, ac præfati complices, & fautores, infra quindecim dierum numerandorum ex nunc spatium, quod eis pro peremptorio termino assignamus, ad diffinitivam super præmissis omnibus & singulis sententiam, & nostros processus alios audiendos compareant personaliter coram nobis, recepturi pro meritis, & nostris præcisè beneplacitis parituri; alioquin sive venerint, sive non, nichilominus ad præmissa, prout expedire videbimus, procedemus.

Cæterum ne dictus Guido, satagens forsan nostros processus eludere, quoquomodo causetur, iter ad eandem Curiam, vel ipsam sibi non esse securam, & specialiter propter carissimum in Christo filium nostrum, E. Regem Angliæ illustrem, cum magnâ comitivâ, prout regalem decet excellentiam, in Curiâ ipsâ præsentem, infra scriptas securitates, quas de ipsorum fratrum consilio approbamus, & sufficientes ac ydoneas esse decernimus, ei offerendas duximus, & prout subicitur, concedendas.

Ipsum siquidem Guidonem propter hoc ad nostram præsentiam cum competenti familiâ venientem, & hujusmodi ejus familiam, à tempore itineris ad hoc arrepti, recipimus, quoad omnes ipsius adversarios, sub nostri securitate conductûs: Eumque postquam ad præfatam Curiam pervenerit, ab eisdem adversariis nostrâ protectione tuebimur, & per alios ad id attentâ diligentiâ deputandos faciemus ab eorundem adversariorum offensis securo tutamine custodiri.

Et insuper si memoratus Guido id elegerit, ac à nobis infra præfixum sibi terminum tempore competenti petierit, usque ad confi-

GRegorius Episcopus, servus servorum Dei, dilecto Filio Magistro Raynerio Capellano nostro, Præposito Florentin. salutem & Apostolicam benedictionem. Ann. D. 1273. An. 1. E. 1.

Horrendi sceleris in quondam Henricum de Alemaniâ, claræ memoriæ Ricardi in Roman. Regem electi primogenitum flagitiosè commissi, clamosâ instantiâ excitati, Guidonem de Montefort, quem Principalem Actorem tanti flagitii notitia communis exclamat, necnon & ipsius complices & fautores nuper sub certâ formâ citavimus, edicentes apertè, quod Comitem Aldebrandinum dictum Rubeum ejusdem Guidonis Socerum, ac suos ejus temporis familiares & socios nolebamus, nec adhuc volumus citatione hujusmodi comprehendi.

Verum cum ipsius Comitis non solum in veniendo eodem tempore cum memorato Guidone Viterbium, sed etiam in accedendo ad locum hujusmodi sceleris patrati societas, & dum tantum committebatur flagitium, in eodem loco cum suâ Comitivâ manifesta præsentia eundem Comitem & prædictam Comitivam ipsius, ejusdem sceleris, & emergentium ex eo criminum, non solum denuntiare fautores, verumetiam manifestare socios & complices videatur, & subsecuta postmodum receptatio memorati G. aliæque diversæ circumstantiæ, culpam Comitis ipsius augmentent, urgente conscientia dissimulare nec volumus nec valemus, quin in præmissis contra Comitem, suosque familiares, & socios memoratos nostri partes officii exequamur.

Ideoque, cum Fratribus nostris deliberatione præhabitâ, de ipsorum Consilio præsentium, tibi auctoritate mandamus, quatinus ad præsentiam memorati Comitis in civitate Suan. consueto ejus domicilio, vel in alio vicino loco Terræ suæ, si forsitan ibi degit, accedens ipsum præsentialiter, si copiam sui faciat, alioquin in dicto domicilio, necnon & prædictos ejus Familiares & Socios in aliquo publico civitatis ejusdem loco peremptoriè citare procures, ut quintodecimo die post * citationem tuam; quem eis pro peremptorio assignes termino, cum competenti familiâ personaliter compareant coram nobis, facturi, & recepturi super præmissis, quod Justitia dictaverit, & viderimus expedire, ac nostris præcisè beneplacitis parituri. * I. 892.

Cæterum ut dicto Comiti omnis tollatur occasio prætendendi Curiam nostram, vel iter ad ipsam, sibi non esse secura, ipsum cum hujusmodi familiâ, propter præmissa venientem ad ipsam dictam Curiam, & ipsam familiam à tempore arrepti propterea itineris recipimus sub nostri securitate conductûs, & ab omnibus suorum adversariorum offensis, eos inibi curabimus defensare.

Volumus quoque quod eis expressè & aptè denuncies, quòd sive venerint, sive non, nos nichilominus in prædictis, prout expediens fore videbimus, procedemus.

Diem autem citationis, & formam & quicquid inde feceris, nobis per tuas patentes litteras, harum seriem continentes, fideliter intimare procures.

Dat. apud Urbem veterem, secundo Non. Martii, Pontif. nostri anno primo.

Sub filo canabi.

18. d. turum actiones de eo quod Ricardum Comitem Cornubiæ præ cæteris mundi Magnatibus elegistis ad culmen Regni Siciliæ, quod inter cætera Regna magnum esse cognovimus, censentes nos in ipsius exaltatione non medioeriter honoratos.

Verum cum venerabilis Vir Magister Albertus Notarius vester nos ex parte vestra curiose sollicitaret, quod ipsius fratris nostri negotio, circa prædictum Regnum adquirendum consilium & auxilium impenderemus, non immemores omnium bonorum & gratiarum specialium, quæ multociens ab Ecclesia Romana suscepimus, ut filii grati & devoti acceptamus, quod a Clero Regni nostri, præfato Comiti vel hæredi suo negotium adquisitionis ejusdem Regni prosequenti, competens auxilium impertiatur:

Salva nobis per omnia gratia vestra concessa, & si placet concedenda, ad negotium crucis, quod assumpsimus exequendum.

Teste Rege apud Westm. 28 die Januarii.

Conditiones sub quibus Regnum Siciliæ conceditur Edmundo Filio Henrici Regis.

Ann. D. 1255. An. 39. H. 3. Bib. Cot. Cleopatra E. 1. Ex Autogr.

ALexander Episcopus, servus servorum Dei, Carissimo in Christo filio Edmundo Illustri Regi Siciliæ, Nato Carissimi in Christo filii nostri Regis Angliæ Illustris, Salutem & Apostolicam benedictionem.

Assueta sedis Apostolicæ circumspectio, habens in sua liberalitate providentiæ studium, attente propensat quibus dexteram aperiat largitatis, ut ampliori erga illos munificentia exuberet qui potioribus circa eam fulgere meritis dinoscuntur. Unde, quia semper inclitum genus tuum puritate fidei, devotionis sinceritate, sedulique prosecutione servitii erga Romanam Ecclesiam Matrem suam excellenter effulsit; Idcirco ipsa, quæ prompta in gratia, in dono benivola, copiosa in premio, & in retributione magnifica invenitur,
* I. 894. majoribus genus ipsum cupit * ampliare beneficiis, & altioribus honoribus sublimare; ut, quanto habundantius de materni dulcedine uberis auxerit, tanto in ipsius matris beneplacitis vehementius delectetur.

Sane dilectus filius Magister Albertus, Notarius noster, Apostolicæ sedis Legatus, tibi & Hæredibus tuis, sicut ex parte tua nobis relatum extitit, Regnum Siciliæ ac totam terram, quæ est citra Farum usque ad confinia Terrarum Ecclesiæ Romanæ, cum omnibus juribus, honoribus, districtibus, & pertinentiis suis (excepta Civitate Beneventanâ, cum ipsius juribus & pertinentiis universis) in feudum, de speciali auctoritate ac mandato felicis recordationis Innocentii Papæ quarti Prædecessoris nostri, concessit, Salvis libertatibus & immunitatibus Ecclesiarum prædictorum Regni & Terræ tàm in electionibus quàm in aliis spectantibus ad eadem.

Idem vero Prædecessor, ut asseris, concessionem hujusmodi, supplendo defectum, siquis in ea fuerat, de plenitudine potestatis, authoritate Apostolica confirmavit tibi, Regnum & Terram præfata in feudum de novo concedens, prout in ipsius Litteris plenius dicitur contineri.

Nos itaque, tuis supplicationibus inclinati, concessionem, & confirmationem hujusmodi, sub conditionibus infra scriptis ratas & gratas habentes, ipsas de fratrum nostrorum approbamus consilio & assensu, & sub eisdem conditionibus illas auctoritate Apostolica innovantes, Regnum & Terram prædicta, cum omnibus juribus & pertinentiis suis, de fratrum ipsorum consensu, tibi & Hæredibus tuis utriusque Sexûs in feudum, sub eisdem conditionibus, perpetuo concedimus, & etiam confirmamus.

Pontifex & Romana Ecclesia jurisdictionem & auctoritatem omnimodam libere exercebunt; salvo tibi tuisque Hæredibus jure patronatûs, siquod Reges Siciliæ, seu ejusdem Regni & terræ domini hactenus in aliqua vel aliquibus Ecclesiarum ipsarum consueverunt habere; in tantum tamen in quantum Ecclesiarum Patronis in hac parte canonica instituta concedunt.

Universæ insuper Ecclesiæ de præfatis Regno & terra, tàm regulares, quàm seculares, de plano ad omnia bona immobilia, ipsis ablata seu occupata ab aliis, in quorum possessione ipsas fuisse constabit, restituentur ad plenum: super aliis verò, de quorum possessione non statim constare poterit, fiet eis, absque difficultate ac dilatione, justitiæ complementum.

Porro tu & singuli Hæredes tui nobis & singulis Successoribus nostris & Ecclesiæ Romanæ, quando juramentum præstabitis fidelitatis, jurabitis vos ad hæc specialiter obligatos, quod nunquam per vos, vel per alios, seu quocumque modo procurabitis ut in Regem vel Imperatorem eligamini Romanorum: Et, si electionem ad Imperium de vobis celebrari contigerit, nullum hujusmodi electioni assensum præstabitis, nec intromitteris vos de regimine Imperii ullo modo: Quod, si tu, vel aliquis Hæredum ipsorum, studentibus vel procurantibus vobis, ad Imperium electi fueritis, & præbueritis * assensum electioni taliter factæ, de vobis si hoc verum & ma- * I. 895.
nifestum fuerit; vel, si post talem electionem & consensum de Imperii regimine vos manifeste intromiseritis, eo ipso a jure prædictorum Regni & terræ cadatis ex toto, ipsaque penitus ammittatis. Si autem electioni factæ, non procurantibus, aut etiam procurantibus vobis, consenseritis; &, ut huic electioni vel juri renuntietis omnino, & quod de Imperio vos nequaquam intromittatis, admoniti, infra quatuor Mensium spatium post monitionem hujusmodi, tali juri non renuntiaveritis, vel de ipso Imperio vos intromiseritis quoquo modo, ex hoc ipso sitis præmissis Regno & terrâ & eorum prorsus Jure privati: Si verò, ad te vel ipsos Hæredes non poterit commode talis monitio pervenire, super quo utique impedimento, videlicet, quod moneri commode non possitis, credetur & stabitur assertioni Romani Pontificis sive dicto, sufficiet pro ea publica super hoc ipsius Romani Pontificis monitio & sollempnis; ita quod si infra sex Menses post illam non renuntiaveritis, vel de Imperio vos quomodolibet intromiseritis, ex hoc ab omni jure prædictorum Regni & terræ cadatis. Cæterum, si contigerit aliquem de tuis Hæredibus, qui deberet in Regno & terra prædictis de jure succedere, in Romanorum Imperatorem eligi vel assumi, nullatenus possessionem eorundem Regni & Terræ nanciscatur vel habeat, nec se de illorum curâ, dominio, vel regimine per se vel per alios aliquatenus intromittat, nisi prius Imperio, & omni juri sibi competenti in illo, prorsus renuntiet, & ipsius Imperii regimen, nec de jure illud nec de facto gerens vel retinens, omnino dimittat, nullo unquam ipsum tempore resumpturus, alioquin cadat ab omni successione ac jure quæ in eisdem Regno & terra sibi competeret ipso facto, ita quod Regnum & terra præfata ad Romanam Ecclesiam ejusque dispositionem plenè & liberè devolvantur.

Si autem tu, aut aliquis tuorum Hæredum contra hæc veneritis, sitis eo ipso excommunicationis sententia, quam exnunc proferimus, innodati, & insuper respersi & notati labe ac reatu perjurii maneatis; cum nostra perpetua & firma voluntas existat ut nunquam Regnum Siciliæ uniatur vel jungatur Imperio; videlicet, quod unus & idem & Romanorum Imperator & Siciliæ Rex existat.

Civitatem quoque Beneventan. cum omnibus libertatibus, immunitatibus, privilegiis, tenimentis, districtibus, juribus & pertinentiis suis Romana semper habebit sibique retinebit Ecclesia; & tu tuique Hæredes ad ipsius reædificationem & reparationem exhi-

bebitis

In optione quoque & beneplacito erit Romanæ Ecclesiæ vel te & Hæredes tuos vocare ad præstandum & faciendum personaliter Sacramentum fidelitatis & ligium homagium Romano Pontifici & eidem Ecclesiæ, dummodo ad hoc tibi & Hæredibus ipsis tutum locum statuant & assignent, vel aliquem Cardinalem ipsius Ecclesiæ, seu alium, qui vice Roman. Pontificis Sacramentum juxta formam, quæ superius est expressa, & homagium recipiat, destinare.

Cæterum donationes, concessiones, confirmationes & privilegia a prædicto Prædecessore vel a nobis cum Subscriptionibus fratrum nostrorum facta, dilectis filiis, nobilibus Viris, Bertholdo, Oddoni & Lodowico, fratribus Marchionibus de Houmburch, firma ipsis, integra & illibata manebunt; iidemque tenebuntur in bono statu, & eis concessæ sibi libertates, gratiæ, cæteraque alia servabuntur, ac omnia donata, confirmata & concessa eis a sede Apostolica per te confirmabuntur ipsis, & de novo etiam per tua privilegia concedentur, ac privilegiorum Apostolicorum, quæ super hiis habent, confirmatio eis & de verbo ad verbum renovatio per te fiet.

Recti autem redditus horum omnium, (exceptis Senescalciâ ejusdem Regni, & ipsius Senescalciæ redditibus, in Apostolico privilegio expressis, ac Mille quingentis Unciis Auri Annuis, eidem Bertholdo Marchioni quoad vixerit concessis) summam seu valentiam quatuor Milium unciarum Auri annis singulis non transcendant.

Nolumus tamen, si forte de hiis tanta summa prædictis Marchionibus non proveniat annuatim, quod occasione hujus expressionis possint aliquid petere ultra donata & confirmata hujusmodi vel concessa, pro quibus siquidem tibi & Hæredibus tuis ad servitia, in Apostolicis expressa privilegiis, teneantur: eisdem etiam Marchionibus de dampnis de quibus ipsis satisfacere promisimus, nos ad hoc & Romanam Ecclesiam obligantes, satisfactionem, ad quam te obligabis, impendes.

De donationibus verò & concessionibus, ab eodem Prædecessore, vel a nobis de fratrum nostrorum consilio factis, dilecto filio Nobili Viro Comiti Caseran. simile per te fiet & servabitur; ita tamen quod redditus, ex hiis provenientes, duorum Milium Unciarum Auri annuatim valentiam non excedant.

Sane prædictus Rex Angliæ Pater & dilectus filius nobilis Vir Odowardus frater tui, ac plures de Proceribus & Consiliariis ipsorum & tuis, jurabunt quod procurabunt pro posse, ac bona fide laborabunt & facient quod, postquam ad ætatem quindecim Annorum perveneris, juramentum fidelitatis pro prædictis Regno & terra Roman. Pontifici & Ecclesiæ Romanæ præstabis, ac propter hoc ligium & homagium facies & jurabis, & servabis quæcumque supra, circa Articulos de Imperio continentur, & omnia præmissa, prout scripta sunt superius & expressa, concedes & approbabis, & acceptationem eorum, ac promissionem de servandis hiis omnibus renovabis. Et præfatus insuper Rex Pater tuus tùo nomine, ac tu etiam modo super horum omnium approbatione, acceptatione, concessione ac promissione de ipsis servandis, & de recognitione quod Regnum & terram prædicta sub præfatis conditionibus ...eris, & privilegia super hiis non renovaveris, vel non feceris iterato postquam requisitus de hiis per sedem Apostolicam fueris, & post requisitionem hujusmodi per sex Mensium spatium expectatus, eo ipso ab omni jure prædictorum Regni & terræ cadas totaliter & penitus illa perdas.

Sub præfatis igitur conditionibus eundem Hereforden. Episcopum Nuntium & procuratorem tuum tuo nomine de Regno & terra prædictis per anulum, de Consilio & assensu fratrum nostrorum investivimus; quem in Signum hujus investituræ tibi duximus destinandum, possessionem prædictorum Regni & terræ sub eisdem conditionibus procuratori assignantes eidem, & ab ipso postmodum recipientes tuo nomine possessionem eandem quam utique pro te interim retinemus, ut, cum per eundem Regem Patrem tuum tuo nomine ac per te præmissa approbata & accepeata fuerint, & per præfatos Archiepiscopum & alios ordinata & stabilita secundum modum superius declaratum, & postquam etiam ea, quæ de expensis & aliis inferius dicuntur & exprimuntur, adimpleta extiterint, eadem Possessio ad te tuosque Hæredes libere revertatur.

Verum postquam ad ætatem quindecim annorum perveneris, & prædictis assenseris, ipsaque acceptaveris, si ante nichilominus per Regem prædictum & te approbata & per nominatos Archiepiscopum & alios ordinata & firmata, ut præmissum est, fuerint, Romana Ecclesia tibi & Hæredibus tuis, si per vos de hoc extiterit requisita, Concessionem de præfatis Regno & terra de novo faciet sub Conditionibus antedictis; illæ tamen, quæ poterunt interim totaliter & finaliter adimpleri, si de ipsis fuerit medio tempore plenarie satisfactum, ita quod pro eis nil amplius exigi possit vel debeat in futurum, minime inferentur.

Denique nominatus Rex Pater tuus omnes expensas, ab Ecclesia pro Negotio prædicti Regni Siciliæ factas hactenus, quæ ascendunt usque ad summam centum & triginta quinque milium & quingentarum & quadraginta & unius Marcarum bonorum novorum & legalium Sterlingorum, in qua utique summa viginti milia Marcarum Sterlingorum similium nobis & fratribus nostris ex liberalitate oblata regia includuntur, plene restituet & persolvet: ac insuper de dampnis, expensis & interesse, ac aliis, quæ hac occasione intervenient, plenam satisfactionem impendet. Hujus autem summæ solutio ita fiet, videlicet, quod idem Rex decem milia Marcarum, de prædictis viginti milibus, usque ad Festum Nativitatis Dominicæ proximo venturum: Alia vero decem milia postmodum usque ad sequens Festum Sancti Michaelis nobis & eisdem fratribus exhibebit. Et si forte in ipso festo sancti Michaelis dictus Rex deputabit & statuet aliquos * idoneos & sufficientes * I. 898.
Mercatores, acceptos nobis, qui pro prædictis residuis & ultimis decem milibus se nobis & eisdem fratribus obligent, & principales in hiis constituant debitores, iidem Mercatores, si voluerint, dilationem usque ad aliud Festum Dominicæ Nativitatis, primo sequens post idem Festum Sancti Michaelis, pro prædictis residuis & ultimis decem milibus persolvendis habebunt: Totam vero aliam summam expensarum factarum Rex ipse infra annum, computandum

summa & viginti milibus Marcarum, juxta præscriptum modum, satisfecerit infra terminos, videlicet, supradictos. Quod si venerit vel miserit, satisfactione primitus de hiis omnibus plene facta, prædictæ approbatio, innovatio, concessio & confirmatio habeant firmitatem, dictumque tuo nomine recipiat Regnum & possessionem ejusdem, dummodo & alia omnia & singula suprascripta, approbata, concessa & acceptata, ordinata & stabilita infra præfatum ad hoc terminum prius extiterint; sicut superius plenius est expressum, & memoratus Odowardus Frater tuus, ipsius Regis Primogenitus, primo fecerit quod ab eo faciendum erit, ut inferius continetur.

Si vero Rex ipse ante confirmationem ejusdem negotii, debitum, quod absit, carnis persolverit, prædictus Odowardus dictum negotium efficaciter prosequetur, & idem Rex procurabit & faciet quod præfatus Odowardus se ad id specialiter obligabit. Quod si ad hoc se non obligaverit, & non fecerit in hac parte ea quæ super hiis facere Rex ipse deberet, ut supra narratur, in nostra remanet potestate pronuntiare super approbatione & aliis prædictis, sicut superius est præmissum. Et nichilominus si præfatus Rex præmissa omnia non solverit, vel de illis non satisfecerit, ut dictum est supra, vel si non venerit, nec miserit, aut si idem Odowardus prædicta non fecerit, ipse Rex & ejus Hæredes super pecunia, quam supradictus Episcopus Hereforden. Procurator & Nuntius suus mutuo ejus recepit nomine & pro negotii prosecutione persolvit: & super pecunia etiam, quam deinceps idem Rex pro eodem exhibebit negotio, nullum contra nos, & Ecclesiam seu quemquam alium repetitionem habebunt, nec aliquam actionem, sed ex toto illas amittent, eritque dictus Rex eo ipso excommunicationis vinculo innodatus, & totum Angliæ Regnum Ecclesiastico suppositum interdicto.

* I. 899. * Ministrabit quoque dictus Rex pro posse suo exnunc Ecclesiæ ad prosequendum idem negotium expensas faciendas usque ad annum a Festo Sancti Michaelis proximo venturo, & ad id se ac filios & Hæredes suos, necnon & Regnum Angliæ, & alia omnia bona sua specialiter obligabit; & si ultra id, quod ipsi ministraverit Ecclesia, sumptus aliquos vel expensas in acquisitione vel conservatione Regni Siciliæ vel terrarum ipsius fecerit, pro hujusmodi sumptibus & expensis terram Monasterii Calinen. terram Laboris, terram principatus Basilicatam. & terram Beneventan. libere ac pacifice ipsa tenebit Ecclesia pignori obligatas; nec idem Rex neque tu Ecclesiam ipsam super his terris molestabitis aliquatenus vel turbabitis, donec de hujusmodi sumptibus & Expensis fuerit eidem Ecclesiæ ab ipso Rege vel a te plenariè satisfactum. Et si Ecclesia ipsa ultra fructus & proventus, quos de prædictis terris percipiet, aliquos sumptus fecerit in tenendis, & defendendis, & conservandis eisdem, ipsas propter hoc etiam tenebit quousque plene sibi de talibus sumptibus satisfiet; & nichilominus idem Rex se ad restituendum Ecclesiæ istos sumptus, quos ipsa pro acquisitione & con-

Ego Frater Johannes Tituli Sancti Laurentii in Lucina Presbiter Cardinalis.

Ego Frater Hugo Tituli Sanctæ Sabinæ Presbiter Cardinalis.

Ego Ricardus Sancti Angeli Diacon. Cardin.

Ego Octavianus Sanctæ Mariæ in via lata Diaconus Cardinalis.

Ego Willielmus Sancti Eustachii Diaconus Cardinalis.

* Dat. Neapoli per manum Guillielmi Magistri Scolarum Parmen. Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Vicecancellarii, quinto Idus Aprilis, Indictione decima tertia, Incarnationis Dominicæ Anno millesimo ducentesimo quinquagesimo quinto, Pontificatûs verò Domini Alexandri Papæ quarti Anno Primo. * I. 900.

Sub filis sericis flavi rubeique coloris.

Littera Henrici Ducis Saxoniæ.

H. Dei gratia, Dux Saxoniæ & Comes Palatinus Rhen. Dilecto suo Domino R. de Nova Villa, Domini Regis Angliæ Vicecancellario, paratum cum omni dilectione obsequium. Ann. D. 1221. *An. 6. H. 3. Ex Orig. infra Turrim London.*

Quoniam vos honorem & profectum karissimi consanguinei nostri Domini H. Regis Angliæ ex veridica relatione diligere & affectare cognoscimus, sane quædam ardua & secreta, quæ nobis insinuata sunt, negotia per dilectum nostrum R. latorem præsentium, quondam Domini Imperatoris fratris nostri piæ memoriæ familiarem, dignum duximus exponenda, quæ quidem, Deo dante, tàm præfato karissimo nostro consanguineo, quàm Regno, necnon toti nostro generi ad immensam poterunt pervenire sublimationem.

Super hiis igitur vos, una cum aliis de consilio Regis & Regni, provide & mature deliberantes, per præfatum R. similiter cum alio bono & discreto Nuncio, de voluntate vestra nos sine mora reddatis certiores; nos enim & in hiis, & in omnibus aliis, quæ Domino Regi & Regno prodesse videantur, semper, sicut de jure tenemur, consilio reperiemur studiosi & opere efficaces.

Domino R. de Novavilla.

FINIS TOMI PRIMI EDITIONIS LONDINENSIS.

Alia,

1272. An. 1. E. 1. Bundela Brevium, &c. in Turri London. A. 1. E. 1.

— Dux Aquitaniæ, omnibus, ad quos præsentes literæ pervenerint, salutem.

Cum, defuncto jam, celebris memoriæ, Domino H. Rege Patre nostro (cujus animæ propitietur altissimus) ad nos Regni gubernaculum successione hæreditariâ pervenit; ob quod pacem nostram, nomine Regio firmiter observandam, solempniter & publice fecimus proclamari: Ac Prælati, Comites, Barones, & cæteri Proceres Regni Sacramentum fidelitatis, & alia, quæ ratione Coronæ & dignitatis Regiæ ab ipsis fieri seu præstari nobis in absentiâ nostrâ potuerunt, plenarie & sine omissione aliqua prompte & libenti animo nobis præstiterint; ac dilectus & fidelis noster L. filius Griffini, Princeps Walliæ, nobis consimile Sacramentum fidelitatis præstare teneatur; dedimus dilectis nobis in Christo, Abbatibus de Dore & de Hagheman potestatem recipiendi nomine nostro fidelitatem ipsius Leulini:

Ita tamen quod, si non ambo ipsorum Abbatum potuerint interesse, alter eorum, qui præsens fuerit, nichilominus plenam habeat potestatem recipiendi nomine nostro fidelitatem Leulini prædicti.

In cujus rei testimonium has literas nostras fieri fecimus Patentes.

Datas per manum Walteri Merton Cancellarii nostri apud Novum Templum London, 29. Die Novembris, Anno Regni nostri primo.

De Pace Regis per Hiberniæ Terram proclamanda.

Ann. D. 1272. An. 1. E. 1. Pat. 1. E. 1. pars 1. m. 20.

REX dilecto & fideli suo Mauricio, filio Mauricii, Justiciario suo Hiberniæ, salutem.

Cum, defuncto jam, celebris memoriæ, Domino H. Rege Patre nostro, ad nos Regni Angliæ gubernaculum & terræ Hiberniæ Dominium successione hæreditariâ pertineant; per quod nos, qui, in exhibitione & pacis conservatione, omnibus & singulis de prædictis regno & terra sumus exnunc debitores, jam pacem nostram in eodem Regno nomine Regio fecimus proclamari;

Vobis mandamus, firmiter injungentes, quod per totam terram nostram Hiberniæ pacem nostram publice clamari & firmiter teneri faciatis; inhibendo omnibus & singulis de eadem terra, sub periculo exhæredationis, vitæ & membrorum, ne quis pacem nostram infringere præsumat.

Nos enim omnibus & singulis de prædicta terra nostra Hiberniæ, in omnibus juribus & rebus ipsos contingentibus, contra quoscunque, tàm majores quàm minores, parati sumus & erimus plenam, Auctore Domino, Justitiam exhibere.

Dat. per manum W. de Merton Cancellarii nostrii apud Westm. 7. Die Decembris.

[...] stare voluntati Regis Angliæ.

UNiversis, præsentes literas inspecturis, Gasto Vicecomes Bernensis, Dominus Montis Catani & Castri veteris, salutem & dilectionem scinceram. Ann. D. 1273. An. 1. E. 1. L. B. f. 239. a. Penes Camerar.

Magnæ nobis causa turbationis inhæret, & quadam doloris amaritudine mens nostra repletur, dum sentimus, & aperto videmus indicio, illum reputare quod a nobis hactenus sustinuisset offensas, quem verum habemus & recognoscimus Dominum; utpote qui sibi homagii ligii debito tenemur astricti.

Cum igitur Dominus noster, Dominus Edwardus, Angliæ Rex Illustris, reputet (de quo animus noster referendo turbatur) adversus eum graves per nos fuisse commissas offensas, & alias apud ipsum nos graviter deliquisse:

Nos, Domini nostri summi Pontificis, qui dingnatus est, tanquam beningnus Pater, per Venerabilem virum Dominum Girardum de Russilione Clericum & Nuncium suum, efficacibus ex hoc rationibus, & sanis inducti consiliis, volentes ibi culpam angnoscere, ubi forte possemus excusationis causam rationabilem invenire, in manu dicti Domini Girardi juravimus, tactis Sacrosanctis Ewangeliis, quod, ad requisitionem ipsius Domini G. amoris conditionibus & modis quibuslibet, tam in persona, quàm rebus, totaliter Domini nostri Regis prædicti stabimus voluntati.

In cujus rei testimonium præsentes literas fecimus Sigilli nostri munimine roborari.

Dat. apud Orcesium 19. Kal. Februarii, Anno Domini 1273.

De Principe Walliæ Sacramentum Fidelitatis Regi præstare renuente.

Ann. D. 1273. An. 1. E. 1. Ex Bundela Liter. in Turri London. 1. E. 1. n. 1.

VEnerando viro, & omni honore dignissimo, W. de Merton Domini Regis Cancellario, sui devoti de Dora & de Haghem Abbates, salutem, & quicquid possunt honoris & reverentiæ.

Reverendæ Dominationi vestræ duximus significandum quod, juxta mandatum Domini nostri Regis (quem conservet Altissimus) utrique nostrûm literatoriè per vos directum, in Octabis Sancti Hilarii, associatis nobis quibusdam hominibus de Montgomeri, personaliter accessimus ad vadum ultra dictum Castrum obviam Domino L. Principi Walliæ, ad recipiendum Sacramentum fidelitatis suæ dicto Domino nostro Regi; & apud dictum vadum satis tempestive venientes, & multum ultra horam Nonæ ibidem ipsius Principis adventum expectavimus; sed nec ipse venit, nec aliquod mandatum nobis direxit.

Literas vero Patentes, dicti Domini nostri Regis, de potestate nobis tradita super præfato negocio, vobis remittimus.

Valeat in Christo, &c.

supplicandum, obtinendum quod a Serenitate vestra utilitati & tranquilitati terræ prædictæ noverit expedire:

Ratum, & gratum, ac stabile perpetuò habituri quicquid per dictum Procuratorem nostrum, super præmissis actum, insinuatum, ordinatum fuerit seu receptum.

In cujus rei testimonium præsenti Procuratorio Sigillum nostrum duximus apponendum.

Dat. apud Planum, die Jovis ante Dominicam supradictam, Anno Domini 1273.

Processus Gregorii Pape contra Guidonem de Monteforti, super morte Henrici de Alamania.

Ann. D. 1273. *An.* 1. *E.* 3. *Ex Orig.*

GRegorius Episcopus, servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

Nephandum scelus, scelleste nephas, piaculare flagitium, per flagitiosas impiorum dexteras, innocentis sanguinis avidas, inoxii cruoris effusione cruentas, & detestandis in commissione horum noxiis involutas, in quondam Henricum de Alamania, claræ memoriæ, Riccardi, in Romanorum Regem electi, primogenitum horribili severitate commissa, quanquam & cominus evidentia sui notoria, & eminus per diversa mundi climata jam notoriè divulgata, non sine multâ mentis amaritudine recensere compellimur, ut horrenda eorum series cunctis seriosius reserata, quæ non solum ad extinctum crudeliter, set & ad crudeles, tam gravia proinde dilapsos in scelera, extinctionis actores paternæ compassionis affectum excitavit in patre, justæ prosecutionis motum manifestat in judice, hoc indicatura præsentibus, hoc fideli testimonio commemoratura futuris.

* II. 5. * Ut enim illius vices, quas licet immeriti gerimus, implere pro viribus satagamus, qui, quanquam misericordiarum Pater, & totius consolationis Deus veridice describatur, nichilominus tamen legitur justus Judex, Deus zelotes, & Dominus ultionum, decet ut & paternam misericordiam devotos prosequamur ad filios, & debitam justitiam obstinatos non omittamus in reos, parati & redeuntibus de longinquo apertis occurrere brachiis in amplexum, & in pertinaces, sui perversi prosecutores arbitrii, justè vindicare contemptum.

Recenseatur itaque in auribus omnium omnibus ferè nota severitas, immane spectaculum, in conspectu cunctorum, repetitio fidelis & sincera commemoretur.

In cujus consideratione, Sanctæ Matris Ecclesiæ grandis admodum contumelia filiorum corda conturbat: Cultûs divini contemptus fidelium zelum accendit: Inclitorum Principum contemptibiliter spreta præsentia devotorum vota provocat ad vindictam: Jura sanguinis confusa queritur propinqua cognatio, & mirando in stuporem deducitur, ac stupendo miratur naturalia humanæ societatis immutabilia vincula viliter violata.

Divulgatus fere in omnem terram jam sonus exivit, & in remotos orbis angulos vulgaris fama deduxit, qualiter in memoratum Henricum, Cruce signatum, de Tunitii partibus, in quibus Jesu Christi servitio cum Christiano vacârat exercitu, ad Sedem Apostolicam in Comitivâ carissimorum in Christo filiorum nostrorum Franciæ ac Siciliæ Regum illustrium ad Civitatem Viterbiensem, ubi tunc Romana residebat Curia, venientem; & tandem in quadam Parrochiali Ecclesiâ Civitatis ejusdem, pro missarum solempniis, sacro quadragesimali tempore constitutum (eisdem Regibus in Civitate ipsâ præsentibus) quondam Symon, & Guido de Monteforti, Germani, ac ejusdem H. amitini fratres ipsi singulariter sic inhumanè prætereant, sic quasi prorsus abjurent, quod, more ferino, efferis animis alterutrum & sæviant in seipsos!

O quantum hic excessus exceditur, cum in conjunctos sanguine desævitur! O quantum excessui hujusmodi culpæ pondus adicitur, cum innocens lacessitur!

Profecto præmissa in eundem H. cum talium & aliarum gravium circumstantiarum * aggravatione commissa, non solum ejus innocentia, & mutua ipsius ad comittentes cognatio aggravant, set & ejusdem H. beneficia, in eo saltem quòd ad reformationem statûs ipsorum taliter insistebat, reddunt proculdubio longè ampliùs graviora. * II. 6.

Illorum igitur atrocitate commoniti, eorum evidentiâ excitati, dicto Symone fatali sorte rebus humanis exempto, memoratum Guidonem, suosque in hiis complices & fautores, de fratrum nostrorum consilio, in Palatio Urbeveran. peremptoriè, præsente multitudine copiosâ, in formâ citavimus in frascriptâ. Gregorius Episcopus Servus Servorum Dei: Ad certitudinem præsentium, & memoriam futurorum.

Quondam Henrici de Alamaniâ, claræ memoriæ, Ricardi in Romanorum Regem Electi Primogeniti sanguis effusus immaniter, * &c. prout in Tom. I. Pag. 890. usque hæc quæ sequuntur. * *Vid. Citationem Tom. I. pag. 890; asterisco in margine notatam.*

Præmissæ quoque peremptoriè Citationis Edictum in variis locis insignibus, solitæ ipsius Guidonis habitationi vicinis, per diversos Capellanos nostros, ad hoc specialiter destinatos, fecimus sollempniter publicari.

Et, licet illud ad ejusdem G. pervenisse notitiam diversarum literarum clausarum & patentum nobis ab ipso missarum (quarum aliquæ ad nos infra præfixum sibi terminum, aliquæ in eodem termino, reliquæ vero post eundem terminum pervenerunt) tenor apertius manifestet; ipse tamen, prædictique Complices, & fautores, tantis excessibus contumaciæ contemptum addentes, comparere in eodem termino, & postmodum expectati diutiùs, contempserunt.

In primis quidem literis clausis, nobis, ut prædicitur, ante dictum terminum præsentatis, petiit idem G. Fratri suo Amaurico de conductu & securitate ydoneâ provideri, nostram, ut ejus verbis utamur, intrandi Curiam & revertendi, cum expediret, ab eâ, ut idem frater suus A. cautè discuteret, & attentè perquireret per quem modum ipse Guido, si ad nostram eum præsentiam venire contingeret, mortalium inimicorum suorum insidias declinare valeret.

In oblatis autem, in termino supradicto, patentibus litteris delictum nobis esse notorium: immo etiam à se comissum, inficians; & allegans pro eo probabiliter posse negari quod actus transeuntis notorium diceretur.

Adjecit quod, dato quod dictum Henricum ceciderit, causam justissimam habuit, quæ ipsum ab homicidio, sacrilegio, & fratricidio, vel in totum excusat, vel saltem in parte maximâ temperat, & remittit poenam facinorum prædictorum.

Et deinde (conquestus petitam securitatem dicto A. fratri suo fuisse negatam; ac petens differri judicium donec dictus Rex Angliæ Italiam exivisset, & suis Nunciis ad proponendas suæ causas absentiæ, ad quod tamen nullus sufficienter comparuit, audientiam indulgeri) subjunxit se paratum ad nostram venire Curiam suo loco & tempore, ad principalem causam justis defensionibus subeundam, dum tamen sibi de intrando, morando, & liberè recedendo de ipsâ Curiâ securitas plena daretur.

Ac insuper, propositis aliquibus in derogationem Apostolicæ potestatis, quæ, quatenus personam nostram contingunt, benignâ dissimulatione transimus, adjecit quod Causam suam ad futurum Concilium deferret.

In

..., dictus G. eas, quæ defensioni suæ sufficerent, se obtulit probaturum.

Sanè petitiones, excusationes, obligationes hujusmodi multiplex ratio dissuadebat admittere: Nec enim post oblatas, & concessas, ut in serie citationis nostræ præmittitur, eidem G. tam evidentes securitates per nos, de fratrum ipsorum consilio approbatas, & sufficientes ac ydoneas, cum multâ examinatione decretas, locum sibi, circa securitates alias, fratris prædicti discessio, aut ipsius G. de differendo judicio, quousque Italiam Rex Angliæ prædictus exiret, petitio, vel de loco non tuto allegatio contra decretum nostrum, cum tam exactâ maturitate interpositum, vendicabat.

Nec petitiones prædictas justificat, aut colorat, quod idem G. se verbaliter obtulit ad nostram, suo loco & tempore, venire Curiam, & Principalem causam subire paratum; cum non sit Partis, locum judicii, aut tempus eligere, sed Judicis diffinire; nec dici possit suo, i. e. debito venire loco vel tempore, qui contempnit, statuto sibi per Judicem loco & tempore, comparere: Præsertim hoc casu, cum dictus G. ita demum se compariturum obtulerit, si sibi securitas indistinctè ad recedendum de dicta Curiâ præberetur; quæ saltem in illum eventum concedenda non foret, si recessum ipsius justitia impediret.

Non igitur se gravatum asserere justè potest, si concessum non extitit quod fuit injustè petitum: Profecto nec ex eo, quod ad sententiam audiendam prima Citatio, brevi etiam concesso termino, &, in tali negotio, tempore quadragesimali processit; cum enim de notoriis agatur excessibus, ad quid aliud, nisi ad sententiam procederet Citatio? Aut quare temporis indulgeretur diffusio, quam locorum propinquitas non requirit, cum in notoriis facti examinatio necessario non procedat? Ad quid temporis beneficium maleficus invocat, qui tam graviter commisit in illud, tanta & talia in eo maleficia committendo? Maximè, cum ad sanguinis poenam agatur: Hoc casu de crimine, & sententia communis, scripta & solempnis id habeat, quod legi, quæ dicto tempore cognitionem inhibet criminalium quæstionum, sit per consuetudinem derogatum.

Causas quidem absentiæ, in prædictis ultimis litteris allegatas, etiam, si aliquæ ipsarum veritatem haberent, præmissarum securitatum consideratio, & ipsarum causarum inspectio manifestè confutant.

Quæ namque absentiæ causa, quod conatus Regis Angliæ ad inducendum aliquos, ut dictum G. in prædictâ Curiâ occiderent? Vel jactancia Regis ejusdem, quod idem G. ipsius manus non evaderet, si Soceri sui Terram exiret? Cum ad tuitionem suam, post iter arreptum, ex securitatibus prædictis, in viâ ei Comitiva militaris accresceret, & tam inibi, quam in præfatâ Curiâ nostræ sibi protectionis auxilium adderetur.

Quæ insuper absentiæ causa, quod idem Rex Angliæ per se, quod notoriè noscitur esse falsum, ac suos fautores, de quo non est aliquid auditum in Patria, eundem G. fingitur invasisse; Nunquid talis insultus occultò fieri potuisset? Nunquid etiam, si ad eum fuisset in veritate processum, eundem G. à judicio eximeret, aut citationi ritè factæ, talibus sibi oblatis securitatibus, propterea non parentem à contumaciâ excusaret?

II. 8. * Quæ iterum absentiæ causa ex eo quod dictus Rex quosdam

Licet igitur tantæ temeritatis audacia omnem ferè acerbitatem poenæ videatur excedere, ne tamen omnino impunita remaneat, cum soleat ausum impunitas parere ausûs, excessum præsumptionis tantæ sævitiam meritissimâ severitate, quantum nostri partes officii patiuntur, decrevimus persequendam.

Ideoque, cum eisdem fratribus nostris deliberatione præhabitâ, de ipsorum consilio, auctoritate apostolicâ diffiniendo pronunciantes, & pronunciando diffinientes, memoratum G. de Monteforti manifestum tanti flagitii patratorem, & notorium tantorum criminum reum extimationis ademptione dampnamus; Decernentes ut perpetuâ uratur infamiâ, perpetuò sit infamis: Sit prorsus intestabilis, ut nec testari, nec ex testamento, seu ab intestato succedere, vel aliquid ex cujuslibet successione percipere valeat: nec ad reddendum testimonium admittatur: Bona quoque ipsius, ubilibet constituta, sententialiter publicamus per eos, sub quorum consistunt Dominio, fisci eorum juribus, sine juris alieni præjudicio, applicanda: Revocationem etiam & amotionem, à memorato Rege Siciliæ, ut prædicitur, factas, ratas habemus, & eas volumus perpetuis temporibus observari: In Terris quoque, ac aliis bonis Uxoris suæ, ipsi G. omnem jurisdictionem, administrationem, & potestatem interdicimus; districtè mandantes, quod in illis vel quibuscunque aliis terris, in nullo penitus obediatur eidem; &, si secus fiat, obedientes excommunicationis sententiâ innodamus: Terram verò, quæ sibi obedierit, ecclesiastico supponimus interdicto, ita quod in illâ nullum ecclesiasticum Sacramentum, nisi forsan Baptisma parvulis, ac Poenitencia, & Eucharistia laborantibus in extremis, alicui valeat exhiberi: Omnibus, quæ ab Ecclesiis quibuscunque tenebat, vel tenet in feudum, seu alio quocunque modo, ipsum omnio privamus; * ita quod ad Ecclesias, ad II. 9.
quas spectant, illa liberè sine contradictione aliquâ revertantur.

Et, ut facinoris hujusmodi, per infamiam toto ferè Orbe diffusi, poena, in ipsius G. diffundenda & duratura posteros, in omnium notitiam futuris temporibus, diffundatur, eadem auctoritate statuimus, ut ipsi G. ac descendentibus usque ad quartum gradum ap ipso (nisi descendentes iidem super hiis, vel eorum aliquo ejusdem Sedis gratiam meruerint obtinere) nunquam dignitatis portæ pateant, nec ad dignitatem aliquam ipsis, vel eorum alicui pandatur aditus, seu ad impetrationem illius, eis, vel supplicantibus pro eisdem præstetur auditus: Ad honorem aliquem Ecclesiasticum, seu mundanum, vel quodcunque Officium publicum aut ad Clericatum seu Clericorum Collegium, Ministerium vel beneficium Ecclesiasticum, seu in regularibus domibus ad eminentiam prælationis cujuslibet nullo umquam tempore ipsorum aliquis assumatur.

Memoratum præterea G. citra mortis & mutilationis periculum diffidamus, & etiam forbannimus: Personam nichilominus ipsius citra idem periculum exponentes, ita quod ab omnibus liberè capi possit.

Quinetiam omnibus Provinciarum præsidibus, quocunque nomine censeantur, necnon Potestatibus, Consulibus, aliisque Rectoribus Civitatum, Castrorum, aliorumque locorum districtè præcipimus, ut ipsum G. capiant, & ad Curiam nostram ducant deputandum Carceri, vel alias, prout nobis videbitur, castigandum.

Ipsum quoque Sacrilegum, & contumacem excommunicationis

sen-

gitii Complices & Fautores, excommunicationis & anathematis sententiâ innodamus, contra eos gravius spiritualiter & temporaliter procedituri, prout viderimus expedire.

Cæterum prædictas omnes Excommunicationum sententias sic firmiter, sic inviolabiliter volumus observari, quod absolvendi ab eis, vel relaxandi easdem, nisi tantum in mortis articulo, tam omnibus Pœnitentiariis nostris, quàm quibuslibet aliis Confessoribus generalibus, vel specialibus, seu familiaribus quarumcumque, vel quantarumcumque sublimium Personarum ubilibet consistentium, etiam si eis a nobis, vel aliquo Prædecessorum nostrorum, sub quacunque verborum formâ, absolvendi à sententiis Hominis, vel Canonis, seu eas relaxandi generalis vel specialis sit, vel fuerit concessa facultas, adimimus potestatem.

* II. 10. Ab iis vero mulieres in hoc tantum excipi volumus, ut, si solum ratione præstiti favoris in hujusmodi sententias * forsan inciderint; possint per suos Diocesanos, juxta formam Ecclesiæ, absolutionis beneficium obtinere.

Actum Palatio nostro Urbe Veteri Kal. April. Pontificatûs nostri anno secundo,

Sub filis sericis flavi rubeique coloris.

Bulla, de Generali Concilio ad Lugdunum assignato.

Ann. D. 1273. *An.* 1. *E.* 1. *Ex Orig.*

GRegorius Episcopus, servus servorum Dei, carissimo in Christo filio Regi Angliæ illustri, salutem & Apostolicam benedictionem.

In Litteris, quas per universos Orbis Principes, & Prælatos super generalis convocatione Concilii destinavimus, locum, in quo idem Concilium convenire deberet, ex causa duximus subticendum, prædiximus tamen in illis, quod locum eundem ipsis Principibus & Prælatis intimare competenti tempore curaremus.

Nobis igitur cum fratribus nostris, hujusmodi loci electionem deducentibus in exactæ discussionis examen, occurrebant hinc inde diversa, quæ discutientium videbantur judicium alternare.

Nec enim præterit nostræ considerationis indaginem, quam grave, quam durum est, locum Sedis Apostolicæ proprium, in quo præcipuorum apostolorum glorificatus est exitus, in quo illorum corpora gloriosa quiescunt, terrarum spatio tam diffuso dimittere, tanto locorum intervallo à peculiari nostrorum populo urbis abesse, convicinis partibus, quæ Sedi eidem non solum spiritualiter, set & temporaliter subesse noscuntur, commoditatem vicinitatis nostris subtrahere.

Quanta ex absentia nostra diversis Ytaliæ partibus possent imminere discrimina? Quantum partium earundem inveterata Scissura, pro reintegrandæ unitatis obtinendo remedio nostro auxilio indigebat? Quantis denique oneribus, quantisque laboribus nos & fratres nostros (quorum aliquos ætas, quosdam debilitas, nonnullos infirmitas, & omnes ad hoc dessuetudo reddit inhabiles) exponimus non sine rerum dispendiis, quæ quasi pro nichilo ducimus, non sine discriminibus corporum, quæ non facile contempnuntur: Hæc & alia, quæ non posset succinctus Sermo percurrere, in partibus istis locum hujusmodi eligendum concludere videbantur.

Verum ea, quæ in eodem sunt agenda Concilio, contrarium suadebant, & specialiter negotium Terræ sanctæ; quam, dum Creatori omnium cariorem omnibus Scriptura describit, satis apertè indicat carissimam proculdubio à nobis habendam, cum soleat, quod

dem litteras termino, interim ad hoc oportunitate captata, in Civitate prædictâ, unà cum aliis Principibus & Prælatis, quorum super hoc Dominus corda tetigerit, tuam velis præsentiam exhibere.

Dat. apud Urbem veterem Id. Aprilis, Pontificatûs nostri Anno secundo.

Sub filo canabi.

Littera Credentialis ab Alfonso Rege Castellæ pro sorore sua A. Regina Angliæ, quæ in reditu a Terra Sancta ad ipsum videndum diverterat.

MAgnifico & Excellenti Principi, Sororio suo karissimo, Edwardo, Dei gratia, Illustri Regi Angliæ, Domino Hiberniæ, & Duci Aquitaniæ, Alfonsus eadem gratia Rex Castellæ, Toleti, Ligionis, Galleciæ, Sibiliæ, Cordubiæ, Murciæ, Gihen. atque Algarbiæ, salutem & intimæ dilectionis continuum incrementum. Ann. D. 1273. *An.* 1. *E.* 1. *Ex Bundel. in Turre.*

Excellentiam vestram rogamus, quatinus Dominæ Alianoræ, Consorti vestræ, Sorori nostræ karissimæ, in hiis, quæ vobis, ex parte nostra, referenda verbo tenus duxerit, fidem plenariam adhibere, & eadem operibus adimplere velitis.

Dat. Sibil. 23. die Junii, Anno Domini 1273.

Dors. *Excellentissimo Principi Edwardo Illustri Regi Angliæ.*

De Submissione Domini de Tornon, de Intercessione Comitissæ Sabaudiæ & Burgundiæ, & de Regis Remissione transgressionum sibi per ipsum factarum in Itinere ad Terram Sanctam.

A Touz ceaus, qi cest lettre verront ou orront, William de Tornon, Seigneur de Tornon sur le Rone, saluz en nostre Seigneur. Ann. D. 1273. *E.* 1. *L. B. fol.* 24. *Penes Camerar.*

Sache vostre universite, que come le noble Prince Edward, par la grace de Dieu Roy d'Engleterre, jadis alast en pelerinage vers la terre Seinte, e aucuns de sa gent, ou ses choses, analessent le Rone, vers Eguemort, e vinderent par mon Chastel de Tornon, je fis aucunes de ses choses, par moy, ou par les miens, atacher, prendre, e arestier noun deuement, en prejudice, de s'onour, e damage de l'avauntdit Roy; ce est asavoir un Rasel de fust, que fu achate por ses nefs a son oes; por la quele chose, come le avantdit noble Roy repeirast de son veage, de outre mer, par le pais de Vienis: ou je, entendi par mes amis que il se tint mau pae de moy por le avauntdit trespas, que fet lui avoye, e se, come celui conseye bien, que ce avoi fet encountre son gre, vint a lui a seint George le Chastel de Conte de Sauvoye en Vienis, e mis mon cors & mes biens, haut e bas, a sa volente, a fere son pleisir, sanz destresce, e sanz force que nul home m'en feist, fos par mon gre & par ma bone volente.

E il, agardant sa hautesse e sa debonerte plus que mon trespass, a la requeste la noble Dame Alice, Contesse de Burgoine è de Sauveye, e del Ercevesque Guy de Vienne, me receut en sa grace, e me relessa le trespas en la manere desouz escrite, ce est a savoir,

Que

E, a plus grant fermete des avantdites choses, le Ercevesque, e le Evesque avauntdiz, a ma requeste, ount mis lour seaus a ces escriz endentez, en semblement o le mien: les queus escriz sunt treis de une tenour, dont le Roy ad un, le Ercevesque l'autre, e le Evesque l'e tierce.

Ceste chose fu fete au Chastel Seint George avantdit lendemain de la Feste Seint Johan le Bapt. l'An del' Incarnacum nostre Seigneur 1273. en la Presence le Noble Baron mon Sire Phelip Conte de Sauvoye e de Burgoyne, Mon Sire Johan de Vesey, Mon Sire Roger de Clyfford, Sire Simon de Genevile, Sire Otes de Grantson, Mon Sire Imbert de Mont Luel, Thom. de Marchis de Saluz, Ame de Sauveye, & plusors autres.

De Homagio Philippi Comitis Sabaudiæ, pro Terris & Castris quæ tenet a Rege Angliæ.

Ann. D. 1273. An. 1. E. 1. L. B. f. 25. a. Penes Camerar.

UNiversis, præsentes Literas inspecturis, Philippus Comes Sabaudiæ, salutem in Domino.

Noverit universitas vestra quod nos fatemur recepisse a Serenissimo Principe, Domino Edwardo, Dei gratia, Illustrissimo Rege Angliæ, in feodum, Castrum Avillan. Villam Secus. Cum Palatio & Castro de Bardo, & Villam Sancti Mauritii in Chablay, quæ & quas sub eo modo retinemus & retinebimus, sicut ea tenuit a, recolendæ memoriæ, Domino H. Patre dicti Domini Regis, quondam Dominus Amedeus Comes Sabaudiæ, frater noster:

Et, pro prædictis feodo & terris, fatemur nos fecisse præsentialiter homagium, in manibus prædicti Domini Regis.

In cujus rei testimonium præsentes literas fieri fecimus Patentes, nostro Sigillo munitas, apud Sanctum Georgium de Sperench. 25. Die Junii, Anno Domini 1273.

• II. 23. ** Rex E. grates refert Waltero de Merton, super diligentiam, quam circa regni negotia apposuit.*

Ann. D. 1273. An. 1. E. 1. Ex Bundela Brevium, &c. n 11. in Turri. An. 1. E. 1.

EDwardus, Dei gratia, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, & Dux Aquitaniæ, dilecto Clerico & Cancellario suo Waltero de Merton, salutem.

Super diligentia, quam circa nostra & Regni nostri negotia apposuistis, grates vobis referimus speciales; rogantes quatenus id, quod laudabiliter inchoastis, fæliciter continuare curetis: In his quæ ad officium vestrum pertinent cuicunque facientes Justitiam exhiberi, alios autem ad id pariter inducentes, non parcentes conditioni aut statui cujuscunque, quin rigor Juris ipsos coherceat quos Æquitatis suavitas nequit ab injuriis cohibere.

Ea namque, quæ rite feceritis circa ista, faciemus (disponente Altissimo) robur firmitatis constantissime optinere.

Dat. apud Mellune super Sekene 9. die Augusti, Anno Regni nostri primo.

niæ & Duce Aquitaniæ, quod non recedet de Curia ipsius Domini Regis, ubi ipse fuerit, sine sua voluntate & licentia speciali,

Ad quod fideliter observandum & complendum, obligaverunt se dicto Domino Regi, sub obligatione & incurramento corporum, terrarum & bonorum suorum, mobilium & immobilium, Dominus Arnaldus Singinni de Stan, Raymondus Robusti, Armandus de Monte Acuto, & Arnaldus de Gavastan Milites;

Quod si forte idem Dominus Gasto, quod absit, in aliquo contra prædicta promissionem & juramentum veniret, ipse & dicti Arnaldus Seginni, Raymundus • Robusti, Armandus de Monte Acuto, & Arnaldus de Gavaston supposuerunt se scientes & prudentes jurisdictioni Domini Episcopi prædicti Lettorensis, vel Episcoporum Adurensis seu Oleronensis, vel alterius, aut duorum de ipsis; volentes & concedentes quod prædicti Episcopi, simul, vel divisim, ipsos & terras suas possent compellere per censuram Ecclesiasticam, & interdicti ac excommunicationis sententias contra eos & terras suas, quotienscumque ab ipso Domino Rege, simul, vel divisim, fuerint requisiti, quousque fecerint & compleverint omnimodam voluntatem ipsius Domini Regis; • II. 14.

Renunciantes dicti Dominus Gasto, & alii, superius nominati, qui se obligaverunt pro eo, omni foro & consuetudini, juri scripto & non scripto, cuicumque privilegio & auxilio juris Canonici & Civilis, per quæ contra præmissa, vel aliquod præmissorum, simul vel conjunctim, possent umquam venire in toto vel in parte coram quibuscumque judicibus.

In quorum omnium testimonium & roboris firmitatem dictus Episcopus Lettorensis, & dictus Abbas, ac dictus Gasto, & dictus Arnaldus Seginni de Stan, Raymundus Robusti, Arnaldus de Monte Acuto, & Arnaldus de Gavaston, præsentibus apposuerunt Sigilla sua.

Dat. apud Saltum, Die Lunæ post Festum Sancti Michaelis, Anno Domini 1273.

Litera Gastonis Vicecomitis de Bern, promittentis Domino Regi Angliæ quod faciet posse suum ad ponendum in potestate dicti Regis Castrum, Villam, & Homines Hortesii.

Ann. D. 1273. An. 1. E. 1. L. B. f. 239. b. Penes Camerar.

NOverint Universi quod, die Lunæ, post Festum Sancti Michaelis, Anno Domini 1273. in præsentia Reverendi Patris G. Episcopi Lettorensis, & Venerabilis Patris Golgiardi Abbatis Figiacensis, & aliorum plurimorum, in Ecclesia beati Nicholai de Saltu, Dominus Gasto Vicecomes Bierne, Dominus Montis Catani & Castri Veteris, non compulsus, non coactus, nec dolo inductus, set sua spontanea voluntate promisit, & ad Sancta Dei Ewangelia juravit, quod ipse bona fide faciet suum posse, infra diem Veneris proximum, quod judicium, datum in Curia Sancti Severii, contra ipsum de fasciendis Villis, Castris, & terris suis, ratione plurium defectuum, habeat executionem plenariam, ut est dictum; & quod similiter bona fide faciet posse suum, infra diem Veneris supradictam, quod castrum suum, tota villa, & homines Hortesii, ac specialiter illi, qui de arrestamento Domini Girardi de Sancto Laurentio Militis, & Nuncii illustris Domini Regis Edwardi Angliæ, dicuntur culpabiles, ponantur in manu & potestate prædicti Domini Regis, ad faciendum suam omnimodam voluntatem de ipsis; salvo eidem Domino Gastoni jure hæreditario, quod habet in eadem villa.

Et, ad majorem firmitatem habendam, prædictus Dominus Rex & præfatus Dominus Infans juraverunt super sancta quatuor Dei Ewangelia, prædicta attendere & complere, ut superius continetur.

Promisit etiam prædictus Dominus Infans præfato Domino Regi quod, tempore matrimonii, faciet augmentum ad dotem, quam Filia ejusdem Domini Regis afferet viro suo, secundum quantitatem dotis; scilicet augmentando ipsam dotem in tertia parte plusquam sit ipsa dos, vel dabit arras, secundum morem Regni Aragonum, qui est, quod assignantur Dominæ certa loca, quæ, vivente viro, tenet & percipit, & habet redditus omnes ipsorum locorum ad voluntates suas inde faciendas; similiter & post mortem viri, quamdiu vidua in terra remanserit, superstitibus filiis vel non, habeat & percipiat ipsos Redditus ad voluntatem suam; si vero eadem Domina ad secunda vota convolaret, percipiat ipsos Redditus, & habeat, non computando eos in dote, donec sibi fuerit de ipsa dote plenarie satisfactum.

Super augmento autem & arris prædictis, sit in optione Domini prædicti Domini Regis, utrum malit arras prædictas cum Filia sua recipere, vel augmentum.

In cujus rei testimonium prædictus Dominus Rex & Dominus Infans huic cartæ sigilla sua fecerunt apponi alternatim.

Testibus Venerabilibus Patribus,

Ausitanensi Archiepiscopo, &
Episcopo Lectorensi,
Eberardo de Chabbenays,
Comite Bigorre,
Aimerico de Rupe Canardi,
Imberto Guidonis,
Roggerio de Clifford.
Johanne de Boun, Militibus, &
Antonio Bek, Clerico prædicti
Domini Regis,
Bernardo Rogerii Comite Palerien.
Blasio de Alagona,
Acone de Focibus,
R. Dorchan,
P. de Offegato, &
Bern. de Monte Pavon. militibus prædicti Domini Infantis.

Dat. & Actum in prædicta Villa Sorduæ, Anno & die præfixis, Regni prædicti Domini Regis Angliæ anno primo.

De Insula Oleronis, Alienoræ Matri Regis, in dotem concessa.

Ann. D. 1273. *An. 1. E. 1. L. B. f. 186. b.*

UNiversis, præsentes litteras inspecturis, Archipresbyter de Olerone, & Prior Sancti Jacobi de Castro Oleronis salutem in Domino.

Litteras incliti Domini nostri E. Dei gratiâ, Regis Angliæ, noveritis nos vidisse in hæc verba;

E. Dei gratia, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ & Dux Aquitaniæ, Episcopis, Abbatibus, Prioribus, Baronibus, Militibus, Communitatibus Villarum, & omnibus fidelibus & tenentibus suis de Insula Oleronis, *Castris, præpositurus*, & Majoriæ de Burgo, de Sancto Meliano, & de Bresangello inter duo Maria, de Sancto Machario & de Lingonio, salutem.

Cum de consilio nostro commiserimus Serenissimæ Dominæ, & Matri nostræ carissimæ, Alienoræ Reginæ Angliæ Castra, Villas, Maneria & omnes terras nostras locorum prædictorum, tenenda in dotem;

Vobis mandamus quod eidem Matri nostræ, tanquam Dominæ vestræ, vel ejus mandato, in omnibus & singulis præmissorum intendentes de cætero sitis & respondentes, sicut prædictum est.

quod, cum ipse misisset certas personas, cum literis suis Patentibus, ad dictum Judicium exequendum, gentes Domini Gastonis non sustinuere judicium exequi, set vi repulerunt eosdem:

Tandem interpellati à dicto Domino Rege, quid super prædictis contumaciis & inobedientiis haberet facere, nos unanimiter & concorditer diximus, quod per Curiam Vasconiæ debebat idem Dominus Gasto, de consuetudine Vasconiæ, requiri post tres citationes Senescalli, & Judicium quarta vice, quod dictis suis querelantibus & Domino Regi veniret personaliter responsurus, & juri pariturus in Curia Vasconiæ prædicti Domini Regis;

Et, si veniret, debebat recipi ab eo ydonea cautio de stando juri; si vero non veniret, idem Dominus Rex, vel suum mandatum poterat vi armata cum suis excercitibus, contra eum venire.

Et, ex quo se movisset, non debebat eum audire pro aliqua assecuratione, nisi vel suum corpus, vel sua bona, & terram traderet in manu Domini Regis, & quod alia securitas ab eo recipi non debebat.

Nosque, ad mandatum Domini Regis & Curiæ, die Festo Omnium Sanctorum, proximo præterito, prope Archelium dictam Requisitionem eidem Domino Gastoni fecimus, personaliter adeundo eundem:

Set ipse coram Domino Rege venire contempsit, & post hæc idem Dominus Rex movit se & suas Acies contra eum.

In quorum omnium testimonium præsenti scripturæ apposuimus Sigilla nostra.

Dat. apud Sanctum Severum, Die Festo beati Martini Yemalis, Anno Domini 1273.

Litera Communitatis Castri Lemovic. de credentia.

EXcellentissimo Domino suo Edwardo, Dei gratia, illustri Regi Angliæ, Domino Hiberniæ & Aquitaniæ Duci, sui devoti Consules Communitas Castri Lemovicensis sui ad omnia se ipsos subjectos & humiles pedes Regiæ Majestatis. Ann. D. 1273. *An. 1. E. 1. L. B. f. 322. a. Penes Camerar.*

Celsitudini Regiæ humiliter supplicamus quatinus fideli nostro Raynaldo de Sulimiaco, latori præsentium, in hiis, quæ ex parte nostra in præsentia Regiæ Majestatis duxerit declaranda, sicut nobis fidem adhibeat, & eundem exaudire dignetur.

In cujus rei testimonium & munimen Sigillo Consulatus Castri Lemovicensis, * quo communiter utuntur, fecimus præsentes literas sigillari. * II. 17.

Dat. die Mercurii ante Festum beati Andreæ Apostoli, Anno Domini 1273.

Bulla, de insigni pœnitentia Guydonis de Monteforti, pro cæde Hen. de Alemania; & de traditione Guidonis in Carcerem.

GRegorius Episcopus, servus servorum Dei, carissimo in Christo filio Regi Angliæ illustri salutem & apostolicam benedictionem. Ann. D. 1273. *An. 2. E. 1. Ex Orig.*

Princeps inclite, novit excellentia Regia quam dirè, quam durè Guidonis de Monteforti malitiam (non omittendo tamen justitiæ semitas, set exquisitos etiam sequendo juris tramites) fuerimus prosecuti; & ideo non est opus habitum contra ipsum repetitione aliqua

Dat. Lugdun. 3. Kalend. Decembris, Pontificatûs nostri anno secundo.

Sub filo canabeo.

---

* II. 18. * *Bulla Regi, de Benignitate sua ad Edmundum Fratrem, & Honorificentia ad Alianoram Matrem.*

Ann. D. 1273. An. 2. E. 1. Ex Orig.

GRegorius Episcopus, servus servorum Dei, carissimo in Christo filio Regi Angliæ illustri, salutem & Apostolicam benedictionem.

Quantum deceat, quantum expediat, ut fraternum, quem ad dilectum filium, Nobilem virum, Eadmundum Comitem Leycestriæ, Germanum tuum, mente geris, operis evidentiâ manifestes affectum, non exprimimus litteris; novimus etenim quod plenè industria regalis circumspectionis advertet, si tamen ad id oculos considerationis attente convertat.

Ideoque serenitatem Regiam, in zelo paternæ dulcedinis, sollicitandam duximus, & affectuosè rogandam, quatinus ad eundem Germanum tuum in omnibus, & specialiter in negotio decimæ, à prælatis Regni tui pro tuâ & ipsius subventione concessæ, sic benignè te habeas, quod fraterna caritas omnem inter te ac ipsum operam mediatoris excludat.

Gratius etenim erit nobis, & excellentiæ tuæ decentius, ut quicquid de decimâ prædictâ eidem obvenerit, de fraternâ videatur benignitate ac liberalitate procedere quàm de necessitate justitiæ provenire, sicut hæc omnia per dilectum filium Girardum de Rusciilone, Clericum & familiarem nostrum (cui super hiis, quæ tibi ex parte nostrâ exponet, fidem indubitatam habere poteris) plenius mandamus exponi.

Cæterum de filiali affectu, quem operibus exhibere diceris ad carissimam in Christo filiam nostram, illustrem Reginam Angliæ, matrem tuam, ipsam & sua etiam negotia benignè tractando, & mandando tractari, magnificentiæ tuæ plurimum congaudemus.

Expedit enim & spiritualiter tuæ saluti, & temporaliter regalis honoris augmento, ut eandem matrem tuam, juxta divinum beneplacitum, honorificentiâ debitâ prosequaris.

Dat. Lugdun. 2. Kal. Decembris, Pontificatûs nostri anno secundo.

Sub filo canabeo.

Promisimus etiam & convenimus nos, Rex Angliæ prædictus, dicto Regi Navarræ, quod, cum Matrimonium fuerit contractum inter præfatum filium nostrum Henricum & Johannam filiam prædictam Regis Navarræ, assignabimus & tradēmus totam terram nostram Vasconiæ prædicto filio nostro Henrico, tenendam eo modo quo, fœlicis recordationis, Henricus Pater noster eam nobis tradidit & concessit.

Rursus promisimus & convenimus supradicto Regi Navarræ, quod, post contractum Matrimonium prædictum inter Henricum filium nostrum prædictum & Johannam filiam memorati Regis Navarræ, dabimus & assignabimus in donationem sibi, propter nuptias pro Johanna ejus filia prædicta, duo milia Marcarum argenti annui redditûs; videlicet, Mille Marcatas in custumis seu pedagio nostro Burdegalæ, cum duobus Castris nostris de Castellione Diocœsis Burdegalensis, & de Millano Diocœsis Vasatensis: Ita tamen quod redditus & proventus dictorum Castrorum computentur in dictis mille marcatis: Alias verò mille Marcatas assignabimus in Regno nostro Angliæ, in locis competentibus, ad visum & arbitrium bonorum virorum.

Sane, inter nos, in specialem conventionem fuit deductum, quod si infra septennium (quod est tempus aptum ad Sponsalia contrahenda) de dicto Henrico filio nostro aliquod humanum contigerit (quod absit) quod præfata Johanna Alfonso filio nostro legitimo nuptum collocetur, sub eisdem pactis & conventionibus per omnia superiùs annotatis:

Quam conventionem nos, prædictus Rex Navarræ, laudamus & approbamus, & eidem expresse nostrum impertimur assensum.

Novissime, provida deliberatione pensantes & considerantes qualiter statum prædictarum terrarum nostrarum confinium, (multis dudum guerrarum, seditionum, tribulationum fluctibus agitatum) possimus in tranquillum deducere, & ad formam reducere meliorem, quo pax & justitia conserventur in hiis, promittimus vobis, & convenimus adinvicem bona fide, quod nos, prædictus Rex Angliæ, prædictum Regem Navarræ juvabimus contra omnes homines, qui hostiliter invaderent Terras suas, vel bona sua; quod quidem juvamen sibi faciemus, & per gentem nostram fieri similiter faciemus, quotiens per prædictum Regem Navarræ, vel alium vices ejus gerentem, nos, vel Senescallus noster Vasconiæ, seu vices nostras gerens fuerimus requisiti.

Ad quod, vice versâ, nos, præfatus Henricus Rex Navarræ, faciendum & præstandum prædicto Regi Angliæ, vel Senescallo suo Vasconiæ, vel vices ejus gerenti, à nobis, dum in Regno fuerimus, vel à Senescallo nostro, seu vices nostras gerente, nos astringimus & obligamus, quotiensćumque per eundem Regem, vel Senescallum suum Vasconiæ, seu gerentem vices ejus, nos, Senescallus noster, vel vices nostras gerens, fuerimus requisiti.

Prædictum autem juvamen nobis adinvicem præstabimus, sicut prædictum est, contra omnes homines, præterquam contra Serenissimum Principem Dominum nostrum Regem Franciæ, cujus assensum & voluntatem communi assensu in contrahendo matrimonio

necessaria & grata praesentia, quanto ex eo esse potest utilior in promotione negotii supradicti, quod de necessitatibus terrae illius tibi magis, tamquam experto, credetur, plus consilio Principis tanti favebitur, plures sequaces inveniet benignitas & liberalitas consulentis; & Praelatis Regni tui, vel ab ejusdem coronationis sollempniis (quam tamen desideramus cum sollempnitate debita & optata prosperitate procedere) vel ab ipso concilio, quod dispendiosum foret admodum & absurdum, necessitas absentiae immineret.

Ideoque serenitatem Regiam & paterna sollicitamus fiducia, & intenso rogamus ac hortamur affectu, quatinus benigna meditatione praefatis discriminibus, quae de tali concursu temporum imminent, illis sanctis & piis operibus, quae sunt in dicto concilio promovenda, & specialiter terrae negotio memoratae, sic per accelerationem, vel prorogationem dictae coronationis illis occurras, quod nullo modo propter hoc tuus, vel eorumdem Praelatorum ad idem concilium impediri possit adventus; sed praedictorum negotiorum efficax tua, & eorumdem Praelatorum promotio, tibi apud Deum aeternae retributionis cedat ad meritum, & apud homines ad laudis titulum sempiternum.

Dat. Ludgun. Kal. Decembris Pontificatûs nostri anno secundo.

Sub filo canabeo.

Litera pro Liberatione Gulielmi Vigerii, in Prisona Castri Xantonensis detenti.

Ann. D. 1273. *An. 2. E. 1. L. B. f. 296. b. Penes Camerar.*

REverendo Domino suo, Domino Edwardo, Dei gratiâ, illustri Regi Angliae, Domino Hiberniae, & Duci Aquitaniae, sui Gaufridus Vigerii, Elyas de Rebeyna Milites, Xant. Diocesis, & Gaufridus Select Miles, ejusdem Diocesis, homines sui ligii, salutem & reverentiam debitam cum honore.

Cum Nobilis Senescallus Xant. & alii Praepositi, & servientes vestri captum detineant in Castro vestro Xanctonensi, Guillielmum Vigerii Valettum; & Gaufridus Vigerii Valettus, Frater dicti Guillielmi capti, super deliberationes ipsius Valetti capti, vobiscum locutus fuerit apud Baioniam, ut nobis asserit dictus Gaufridus, & vos volueritis & praeceperitis venienti Senescallo vestro Xantonensi, prout dictus Gaufridus nobis asserit, quod dictus Valettus captus liberaretur, sub cautione tamen idonea tibi si in assisa vestra Xantonensi, coram dicto Sanescallo vestro, contra dictum Valettum captum non esset aliquis acusator, seu etiam prosecutor, vel aliquis alius, qui de ipso Valetto, justè vel injustè, posset conferre querimoniam,

*II. 21. Dominationi vestrae ac Regiae Majestati supplicantes, per praesentes litteras, Sigillis nostris sigillatas, significamus * quod dictus Gaufridus Vigerii, Frater praedicti Valetti capti ad diem, sibi assignatam super praemissis, videlicet die Mercurii ante Nativitatem Domini, praesens interfuit coram Domino Senescallo vestro in Assisa Xantonensi, ubi non fuit contra dictum Vallettum captum aliquis acusator, querelens, seu etiam prosecutor.

Et incontinenti dictus Vallettus, frater dicti capti, optulit praedicto Senescallo vestro, juxta formam praecepti vestri, ut asserit, bonas plegias & idoneas cautiones super deliberatione dicti Valletti, videlicet nos omnes praenominatos, & Petrum Gaufridi de Caude, & Eliam David Milites, qui corpora nostra, pro corpore dicti Valletti, volimus praedicto Senescallo, nomine nostro, & quilibet nostrûm in solidum obligare:

Et dictus Senescallus vester, juxta formam mandati & praecepti

num & Gallinarum, & de 25 Baconibus.

Consimiles litterae diriguntur Vicecomiti Oxon. de 40 Bobus, 40 Porcis, 40 Multonibus, 2 Apris, pinguibus & vivis, & de 2100 Caponum & Gallinarum, & de 25 Baconibus.

Consimiles litterae diriguntur Vicecomiti Kantiae de 40 Bobus & Vaccis, 40 Porcis, duobus Apris, & 40 Multonibus pinguibus & vivis, & de duobus Milibus & 100 Caponum & Gallinarum, & de 25 Baconibus.

Consimiles litterae diriguntur Vicecomiti Surr. & Sussex. de 40 Bobus & Vaccis, 40 Porcis, 40 Multonibus, 2 Apris, pinguibus & vivis, 25 Baconibus, & de 2000 Caponum & Gallinarum.

Consimiles litterae diriguntur Vicecomiti Warr. & Leic. de 60 Bobus & Vaccis, & 60 Porcis, 40 Multonibus & Apris, pinguibus & vivis, & de tribus milibus Caponum & Gallinarum, & de 38 Baconibus.

Consimiles litterae diriguntur Vicecomiti Somerset. & Dorset. de 100 Bobus & Vaccis, 110 Porcis, 110 Multonibus vivis, 4 Apris pinguibus vivis, 62 Baconibus, & de 5200 Caponum & Gallinarum.

Consimiles literae diriguntur Vic. Essex de 60 Porcis, 60 Multonibus pinguibus & vivis, & de 38 Baconibus, 3 Apris, 3160 Capon. & Gall.

---

* *De Senescallo Vasconiae bona Ecclesiastica occupante.* *II. 22.

Ann. D. 1274. *An. 2. E. 1. L. B. f. 309. a. Penes Camerar.*

SErenissimo Principi, Domino Edwardo, Dei gratia, Regi Angliae illustri, Amanenus, ejusdem permissione, Archiepiscopus Auxitonensis universique Suffraganei Ecclesiae Auxitonensis ejusdem devoti, salutem & munus orationum cum karitatis affectu.

Cum incliti progenitores vestri, zelo ferventes fidei, ac pietatis amore suffulti, Ecclesiam Dei multipliciter honorarint, & loca, Divino cultui dedicata, suae munificentiae beneficiis & libertatibus devotissime dotaverint; quare ipsis Altissimus, in rore coeli, & terrae pinguedine benedictis, Regnum suum stabilitate continua augmentavit:

Decet vestram Regiam Magestatem quod, eorum vestigiis inhaerendo, devotos affectus ipsorum imitemini, ut sic, placentes Domino, ab eo mereamini dirigi; qui sibi placidos provehit ad salutem.

Sane frequenti conquestione ac gravi denunciatione vestrae per nos est excellentiae intimatum, quod vester Senescallus Vasconiae, vestrique Ministri bona temporalia, & quaecunque spiritualia prava interpolatione miscendo, Aquensis Ecclesiae nunc vacantis, & olim Vasatensis, Auxitensis Provinc. indebite occuparunt, & illicite occupata consumunt nomine Regio, in grande nostrum dispendium, & praefatarum Ecclesiarum, ac grave suarum periculum animarum; quamvis hoc vobis vel eis de jure vel consuetudine minime competere dinoscatur, cum nunquam, in aliqua Ecclesiarum dictae Provinciae, talia, usque ad vestra tempora, fuerint attemptata.

Quare vestrae Regiae Magestatis Celsitudinem voce concordi & prece humili duximus implorandam, quatinus Senescallum & Ministros praedictos, à praedictis molestiis & similibus compescatis, occu-

De Procuratoribus ad Concilium Generale Lugdunense.

Ann. D. 1274. *An.* 2. *E.* 1. *Pat.* 2. *E.* 1. *m.* 10.

SAnctissimo in Christo Patri Domino Gregorio, divinâ Providentiâ, Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ summo Pontifici, suus devotus in Christo filius Edwardus, Dei gratiâ, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ & Dux Aquitaniæ, cum omni reverentiâ, obedientiâ & honore pedum oscula beatorum.

Vestra noverit reverenda Paternitas quod nos in isto Sacro Concilio generali, per vos convocato, Nobiles viros, & fideles nostros, Johannem filium Johannis, Johannem de Vallibus, Johannem Wyger, & Magistrum Radulfum de Merlaw, Procuratores nostros conjunctim & divisim facimus, constituimus & ordinamus:

Dantes eisdem, & unicuique ipsorum potestatem & speciale mandatum proponendi in eodem Concilio, nomine nostro, quæ viderint, vel viderit proponenda & impetranda; necnon & contradicendi quæ viderint vel viderit contradicenda.

In quorum testimonium præsentibus litteris Sigillum nostrum, quo utimur in Anglia, præsentibus est appensum.

Dat. London. die Martis proxima post dominicam in ramis palmarum, anno Domini 1274.

Willielmus de Wauton habet literas Regis de protectione cum Clausulâ, duraturas usque ad Festum Sancti Petri ad vincula proximo futurum.

Abbas de Malmesbury, qui de licentia Regis profecturus est ad Concilium Lugdunense, habet litteras Regis de protectione simplices sine clausula, duraturas usque ad Festum Sancti Petri ad vincula proximo futurum.

Prior de Stanes, qui de licentia Regis profecturus est ad partes transmarinas, habet litteras Regis de protectione simplices sine clausula, duraturas usque ad Festum Sancti Petri ad vincula proximo futurum. Dat. ut supra.

Thomas de Sancto Omero, & Willielmus le Muer, qui cum Willielmo de Sancto Omero profecturi sunt in Nuncios Regis ad partes transmarinas, habent litteras de protectione cum clausula, duraturas usque ad Festum Sancti Petri ad vincula proximo futurum. Dat. ut supra.

Consimilem protectionem habet Episcopus Exon. qui profecturus est ad partes prædictas, duraturas usque ad Festum prædictum.

Consimiles protectiones habent Johannes de Kanc. Willielmus Chacero, Thomas de Linc. Radulfus la Ware, Humfridus de Bello Campo, Thomas * le Ken, Markisius de Bratheford, & Jacobus le Viler, qui cum Johanne filio Johannis profecti sunt, &c. duraturas ut supra. *II. 24.

Consimilem protectionem habent Johannes de Nevill, Adam de Nortoft, & Simon de Assewell, qui similiter profecti sunt, duraturam ut supra.

Consimilem protectionem habet præfatus Johannes, filius Johannis qui profectus est, &c. duraturam ut supra.

R Cum, propter transgressiones & enormes injurias, Domino Henrico Regi Patri nostro, ac nobis, & nostris per Comitissam Flandriæ & suos, in prædicti Patris nostri & nostrum vituperium & dampnum gravissimum, illatas, 1274. *An.* 1. *E.* 1. *Rot. Claus.* 2. *E.* 1. *m.* 9. *d.*

Idem Pater noster & nos inhiberi fecerimus per totum Regnum nostrum Angliæ, ne lanæ aut alia mercimonia de partibus Angliæ ad partes Flandriæ vel alibi, infra potestatem Comitissæ Flandriæ, seu alibi, ad partes transmarinas per quoscumque ducerentur, priusquam de prædictis transgressionibus & offensis per prædictam Comitissam nobis esset plenarie satisfactum;

Ac quidem Mercatores & alii, tam Indigenæ, quàm Alienigenæ, hujusmodi lanas & mercimonia nichilominus ducant & duci faciant; & etiam Domini Portuum & partium maritimarum hujusmodi lanas & mercimonia carcari, duci & cariari permiserunt per districtum & potestatem suam post inhibitionem nostram prædictam, & contra formam inhibitionis ejusdem, sicut ex relatu fide dignorum didicimus;

Nos, perpendentes quod Nobis & Regno nostro ex hoc dampnum gravissimum iminet, & volentes in hac parte festinum remedium adhiberi, tibi præcipimus, sicut pluries præcepimus, firmiter injungentes, quod tam in Civitatibus, * Burgis, Villis, Mercatoriis, quàm alibi per totam ballivam tuam, infra libertates & extra, publice proclamari & firmiter inhiberi facias, ne qui, sub pœna amissionis omnium bonorum & catallorum, quæ habent in Regno nostro, & sub periculo vitæ & membrorum, lanas aliquas de cætero ducant, vel duci faciant, vel quantum in se est ducere permittant extra Regnum nostrum ad partes transmarinas, seu ad partes Scotiæ, Hiberniæ, Walliæ, vel alibi extra Regnum, donec aliter inde per nos fuerit ordinatum, & sicut te & tua diligis nullatenus omittas. *II. 25.

Dat. per manum W. de Merton Cancellarii nostri apud Westm. 10. die Aprilis, anno Regni nostri secundo.

De Interceptionibus hinc inde, contra formam Pacis cum Lewelino Principe Walliæ, emendandis.

Ann. D. 1274. *An.* 2. *E.* 1. *Pat.* 2. *E.* 1. *m.* 19.

REX dilectis & fidelibus suis Willielmo de Bello Campo Comiti Warr. Rogero de Clifford Priori Sancti Thomæ Stratford, Willielmo Bagod, & Odoni de Hodenet salutem.

Cum diversæ transgressiones, injuriæ & interceptiones factæ sint, in Marchia Walliæ, contra formam pacis, inter celebris memoriæ Dominum Henricum Regem, patrem nostrum, & nos, ex unâ parte, & Lewelinum, filium Griffini, Principem Walliæ, & suos ex alterâ initæ & firmatæ, & etiam contra legem & consuetudinem Marchiæ, sicut ex relatu plurium didicimus;

Nos, de vestræ discretionis industria plenius confidentes, dedimus vobis potestatem audiendi transgressiones, injurias & interceptiones, hinc inde factas, & eas corrigendi, ac universis & singulis conquerentibus justitiam exhibendi, prout de jure & secundum con-

Anno Domini 1274. die Mercurii ante Ascensionem Domini
* II. 26. comparuerunt coram Domino Edwardo, illustrissimo * Rege Angliæ, Domino Hiberniæ & Duce Aquitanniæ, & Curia & consilio suo apud Lemovic. Fratres Germanus Gardianus, & Philippus Ordinis Fratrum Minorum Oleronis, qui ex parte & nomine Nobilis Viri Gastonis Vicecomitis Biern mandatum & literas ipsius patentes exhibuerunt in hunc modum.

Universis, præsentes literas inspecturis, Gasto Vicecomes Biern. Dominus Montis Catani & Castri Veteris salutem in Domino.

Noveritis quod nos facimus, constituimus & ordinamus Procuratores nostros & Nuntios, Religiosos viros fratres Germanum Gardianum & Philippum Ordinis fratrum Minorum Oleronis, coram illustri Domino nostro Rege Angliæ, aut Senescallo suo in Vasconia, ad proponendum & significandum eis vel eorum alteri, dampna & gravamina quæ, post defensionem Domini Regis Franciæ, per eos, & loca eorum tenentes, nobis & nostris Gentibus sunt illata, & ad petendum & recipiendum emendam ab eiis vel eorum altero, & responsionem, quam super his duxerint faciendam.

In cujus rei testimonium sigillum nostrum duximus præsentibus apponendum.

Dat. apud Oleronem die Mercurii proximâ post Festum Apostolorum Philippi & Jacobi anno Domini 1274.

Quibus litteris ibidem perlectis, supradicti duo Fratres, nomine, & vice, & de mandato, sicut dicebant, dicti Gastonis, & missi ab eo, inter cætera, proposuerunt quod, secundum dictum & assertionem dicti Gastonis (quam in parte ipsi credebant veram esse) Castellani & Gentes dicti Domini Regis injurias & gravamina ac novationes fecerant eidem Gastoni, Genti & terræ ipsius, post inhibitionem factam ex parte Domini Regis Franciæ memorato Domino Regi Angliæ, ratione appellationis, quam dictus Gasto ab ipso Duce, Rege Angliæ, vel Senescallo suo Vasconiæ ad dictum Dominum Regem Franciæ fecerat, ut dicebat.

Unde supplicaverunt & instanter petierunt, nomine quo supra, quod idem Dominus Rex, & Dux prædicta novata, gravamina & injurias faceret secundum justitiam emendari:

Ad hæc memoratus Dominus Rex & Dux Aquitaniæ respondit quod, post inhibitionem prædictam, sibi factam ex parte dicti Domini Regis Franciæ, idem Dominus Rex Angliæ & Dux Aquitaniæ præceperat Senescallo suo Vasconiæ, Castellanis & ministris suis, & edici fecerat publice, firmiter & acriter ne aliquis subditus suus, Officialis, vel Minister contra prædictum Gastonem, vel suos, pendente dicta appellatione, & durante prædicta inhibitione prædicti Regis Franciæ, attemptarent facere injuriosum; & si forsitan contra suum edictum, suumve præceptum, & contra dictam inhibitionem dicti Domini Regis Franciæ aliquid invenerit attemptatum, sicut acriter præceperat, ita acriter & acrius puniret:

Set, quia prædicta petitio erat minus generalis, dixit fratribus quod, si placeret eis, exprimerent distincte & articulatim ea, in quibus dictus Gasto dicebat se, vel suos per gentem dicti Domini Regis & Ducis gravatos fuisse, & ipse paratus erat celerem justitiam exhibere.

Quibus contenti prædicti Fratres, & regratiantes Domino Regi & Duci, quædam illico specificaverunt verbo, requirentes terminum & diem in Crastinum, ut tunc cum deliberatione Fratrum hæc & alia proponerent, & in scriptis traderent.

Quæ dies, juxta requisitionem ipsorum, à dicto Domino Rege & Duce, eisdem Fratribus fuit assignata, & dicta dies continuata fuit, ad instantiam ipsorum Fratrum, in Crastinum apud Lemovic.

Et comparentibus dictis die continuata & loco coram dicto Re-

turbat in juribus suis & usagiis consuetis, & tam idem Baillivus, quam alii, multa dampna & gravamina & injurias inferunt in terra dicti Domini Gastonis; ita quod, quantum est in eis, parùm videtur guerra cessare.

Quare Dominus Gasto humiliùs, quo potest, supplicat Domino suo illustri Regi Angliæ, ut ita de plano absque judiciali strepitu revocet, & faciat revocari, emendet, & faciat emendari, & justitiam fieri, & prohibeat Baillivis suis ut desistant à talibus inferendis; dolet enim dictus Dominus Gasto, & dolere debet, nec immerito, de discordia quæ est orta inter ipsos; & nollet, si posset, modo aliquo exnunc novam aliquam exoriri.

Item. Non credat Dominus Rex, quod Gentes dicti Domini Gastonis in terram Domini nostri illustris Regis, post defensionem præhabitam, insultum fecerint, vel dampna aliqua intulerint, licet aliqui, prout dicitur, eidem Domino Regi contrarium asseverent; nos enim, dicti Fratres, ista vobis retulimus, &, nomine dicti Gastonis, petimus, prout ipse refert & asserit esse vera.

Quibus petitione & supplicatione, & quæ Fratres ipsi nomine dicti Gastonis proponere voluerunt, auditis & intellectis; cum Fratres ipsi nichil amplius super his se velle proponere requisiti asseverarent, Memoratus Dominus Rex & Dux, deliberato consilio, per judicium suum & Curiæ suæ, decrevit, & decernendo in scriptis pronuntiavit, & præcepit quod, super prædictis & singulis articulis, seu in postulatione & petitione contentis, justum sibi, & consilio suo visum est in hunc modum,

Videlicet, quod Mercatores Terræ dicti Gastonis peregrini, & Gentes omnes possint ire secure & redire, morari & negotiari, per terram & in terram ipsius Domini Regis & Ducis, sine armis & absque offensa & injuria; & quod debita, contracta post inhibitionem sæpefati Domini Regis Franciæ, reddantur, & modo debito solvantur eisdem.

Super secundo sanè, tertio, & quarto articulis, & contentis in illis (de veritate quorum non constat Regi & Duci prædicto) mandatur Senescallo Vasconiæ quod, vocatis vocandis, & servatis honore & inhibitione dicti Domini Regis Franciæ, & etiam jure ipsius Regis Angliæ & Ducis, veritatem addiscat, & celerem Justitiam faciat.

Set super quinto articulo & septimo, & hominibus & animalibus captis, mandatur eidem Senescallo quod, si homines illi & animalia sint in casu recredentiæ, recredantur: Si in casu liberationis, liberentur; sin autem, justitiam faciat Senescallus, servatis tamen honore & inhibitione dicti Domini Regis Franciæ, taliter quod Rex ipse Angliæ & Dux non possit merito inculpari, set jus illæsum remaneat.

De terris insuper & usagiis, contentis in sexto & septimo articulis, decrevit & ordinavit idem Rex & Dux quod in terris, non occupatis positivè in manu ipsius Regis ac Ducis, ante inhibitionem prædictam dicti Domini Regis Franciæ, permittat Senescallus homines dicti Gastonis terris suis uti; in aliis vero, quæ ante inhibitionem erant occupatæ per ipsum, nichil ad præsens novetur, set fiat jus, reservatis in utroque casu jure ipsius Regis & Ducis, & honore, & inhibitone Domini Regis Franciæ, taliter quod Rex Angliæ inculpari non possit, set edictum suum faciat in omnibus super facto hujusmodi observari.

* Quam pronunciationem dicti Fratres verbo acceptaverunt, ex- * II. 28.
presse supplicantes & instanter petentes, quod, de supradictis prædicto Senescallo mandandis, ad ipsum Senescallum littera Regia mitteretur, & Fratribus traderetur eisdem, quod dictus Dominus Rex concessit se facturum ibidem.

In quorum omnium testimonium & munimen Nos, Sancti Martini, & Sancti Augustini Lemovic. & de Bella pertica Abbates, ad hæc agenda adhibiti, vocati, & rogati, & præsentes, Sigilla nostra præsenti paginæ duximus apponenda.

Actum

[illegible] continuatur.

Volentes igitur ut inhibitio Regis ejusdem in omnibus & per omnia in præsenti negotio sine diminutione qualibet observetur, ac honor suus servetur illæsus, vobis districte mandamus quatinus, secundum tenorem responsionum nostrarum ad Articulos supradictos, faciatis eidem G. & genti suæ, sicut nos & honorem nostrum diligitis, visis præsentibus, super prædictis justitiam indilatam.

Et primum Articulum, per nos secundum justitiam decisum, executioni demandetis incontinenti, nec propter aliquid demandare differatis; facientes inhibitionem prædicti Domini Regis Franciæ à Ministris & Bailivis nostris omnibus inviolabiliter observari; ita quod nos inculpari aliquatenus non possimus, prout in responsionibus prædictis plenius videbitis contineri.

Dat. Lemovic. 11. die Maii, anno Regni nostri secundo.

Quam Literam, cum responsionibus ad Articulos datis, dicti fratres non acceptaverunt, immo post multiplicem oblationem & requisitionem acceptare & recipere recusarunt, ac dicto Senescallo
*II. 29. * deferre; veruntamen de verbo ad verbum transcriptum ipsius literæ habuerunt.

Facta autem fuit dicta obligatio ipsius literæ, & requisitio, & recusatio ipsius facta per ipsos fratres apud fratres Minores Lemovic. dicta die Veneris in Cero, præsentibus,

Domino Aymerico de Rupe Canardi Milite, & Guillielmo fratre suo.

Magistro Petro Odonis Clerico.

Johanne Aymerici Lemov. & pluribus aliis.

Transcriptum vero ipsius literæ habuerunt in quadam camera juxta Aulam Domini Abbatis Sancti Martialis Lemovic. ipsa die Veneris ante meridiem, anno, die, mense, & tempore supradictis, præsentibus Domino Francisco, Domino Johanne, Magistro P. Odon. Clericis & pluribus aliis.

Et ego Petrus Lafauria, Clericus Lemovic. autoritate Apostolica Judex & Notarius Publicus, præmissis interfui; &, prout superius legitur, propria manu scripsi, & in publicam formam redegi, signoque meo singnavi rogatus.

Bulla Regi, qua hortatur ne intersit Torneamento, in Francia congregando.

Ann. D. 1274. *An. 1. E. 1. Ex Orig.*

GRegorius Episcopus, servus servorum Dei, carissimo in Christo filio E. Regi Angliæ illustri salutem & apostolicam benedictionem.

Etsi a torneamentorum exercitiis, à jure prohibitis, omnes deceat abstinere, in quibus, faciente humani generis inimico, ad mundi pompam, quæ in pios usus & necessarios salubriter expendi deberent, inutiliter consumuntur, ac ad votum ejus mors corporum, & perditio provenit animarum; Reges tamen & terrarum Principes, qui transmittere debent in subditos exempla virtutum,

[illegible]

Sub filo canabeo.

Littera Conestabulario Franciæ, de pecunia præstanda pro liberatione Guidonis de Monsfort.

Ann. D. 1274. *An. 1. E. 1. L. A. f. 311. Penes Camerar.*

A Tresnobles home, & ses treschers cousins Mun Seignur Raoul de Cleremonte Counestable de Fraunce e Seyngnur de Neel, e mun Segnur Amalri de Montfort, Jehana de Montfort Conte D'esquiilache & de Moterescaiens, Saluz & graunt amur, & soi du tout appereille a leur playsir.

Jò vus face asaver qe noble home, mon cher cosin, Monseignur Guy de Montfort, sicome jo vus ay autre foiz signifie par mes lettres closes, me maunda, e fist a saver, qe il avoit fait sun pact & son covenant, à estres deliverys de prisun pour wyt myle unces d'our,

Et qe je par mes lettres soupliasse a nostre Seygnur le Roy de Fraunce, & vous, & ses autres amys priasse & requeisse, d'avoir la quantite devauntdite pour liu deliverer.

Et, meismement, qe jo feisse requerre la part Guelse de Toscan. & ses amis par de ca sur ceste bosoygne; si que tantost je en escris en soupliaunt a nostre Seygnur le Roy de Fraunce, e le fiz a saver a vous, e a aucuns de ses autres amys pardela, par mes lettres clouses, & par Guillem de Vuull, qui venoyt tot dreyt du Cunte Guy, de Sezile, & fiz de requerre la part Guelse.

Et, pur ceo qe vous soyez certayns de l'ayde qe luy Toscan unt promis a fere, a la deliveraunce de Mun seygnur Guy, je vus face asaver qe la part Guelse de Florence le ay promis mil Florins: La part Guelf de Senne deus mil Florins: La part Guelse de Orbevite tres mil. Florins: Le Comun de Muntepulchan troys cens Florins: Le Comun de Port quatre ceyns Florins: Le Comunde Pistoie deus ceyns Florens.

Nulle autre tere de Toscane ne luy feyt eyde; l'en purra avoir d'un de ses Vassaus de sa terre, qe il a ou Regne, mil Florins.

Si amy, par deca sont si poure & si a dessous, ke ni ad nul qe eyde li puisse fere, qe covenable luy fust a feyre, ne honorable a Mun Seygnur Guy.

E, pur ceo qe vos me maundastes qe ses choses, qe jo vus avoye signifies par mes lettres closes, qe jo le signifiasse par mes lettres overtes, & ay fit fere ces presentes lettres saelees de mun sel pendaunt.

E sachez que, puys ke ces lettres furent eussi faytez & ordeneez, & Guillem de Vuull se devoyt partir por aler a vous, il vindrent a nus, a Napples, Messages solempnes de Sezile, de par Mun Seygnur Guy, e cautelesse, e caution, e fermetez saalez du seel de Don Jame, & sont orendreyt luy covenaunt, qe il serra deliverys pur diz mils unces d'our, & non autrement:

Des queles couvient paier presentement quatre mils unces, & des siz mils l'on aura terme diz moys; &, qe faut a ceo, je me dout qe il i eyt peril de sa persone.

Pur ceo vus pri taunt, cum jo puys, qe vus sur ceo mettez tout le meilluir, e le plus hastif conseil, qe vuz porrez.

S 2 Et

Nulla alia terra Tusciæ quicquam auxilii confert. possit habere ab uno vassallorum suorum in terra sua Rheggii 1000 Florenos. Amici ejus, in his partibus, adeo pauperes sunt & exhausti, quod nemo est qui aliquid auxilii conferre possit, aut conveniens sibi, aut honorificum Domino Guydoni.

Et quia mandastis quod, ea quæ litteris clausis vobis intimaveram, nunc eadem per patentes litteras significarem, præsentes fieri feci Sigillo meo pendenti sigillari.

Et sciatis quod postquam hæ ita litteræ fuerunt factæ & ordinatæ, & Guillielm. de Vuull erat decessurus ad vos conveniendum, applicuerunt Neapoli solemnes ad nos Nuncii à Sicilia, à Domino Guidone; & deferebant litteras de pactionibus & conventione inter Don Jacobum & Dominum Guydonem, de cautelis & cautionibus, & firmitatibus, sigillatas Sigillo Don Jaques; & sunt ex ejus parte conventa, quod deliberabitur pro 10000 unciis auri, & non aliter. De quibus, solvendæ sunt præsto 4000 unciæ; & pro 6000 dabitur terminus 6 mensium. Et si in hoc deficitur, prorsus dubito quod de persona sua sit periculum; propterea vos, quantum possim, obsecro, quod super hoc, melius & festinantius, quam possitis, consilium mittatis.

Et sciatis, quod isti Nuncii prædicti qui venerunt, propter hoc veniunt, & missi sunt tam ex Don Jacobi quam ex parte Domini Guidonis.

Dat. Neapoli 20. die Maii Indictione secunda.

De Provisione pro Coronatione Regis facienda.

Ann. D. 1274. An. 2. E. 1. Pat. 2. E. 1. m. 15.

REX Universis, &c. salutem.

Quia Festum Coronationis nostræ die Dominica, proxima post Festum Assumptionis beatæ Mariæ, proximo futurum, celebrabitur apud Westmon. Domino concedente, propter quod fideles nostros Willielmum de Windes. & Joceum de London Emptores nostros, præsentium exhibitores, mittimus per singulos Comitatus nostros Angliæ, ad providentias contra idem Festum faciendas ad opus nostrum:

Vobis præcipimus, firmiter injungentes, quod præfatis Willielmo & Joceo, ad prædictas providentias faciendas, intendentes sitis & respondentes, consulentes & auxiliantes, prout ad opus nostrum magis videbitur expedire; * ita quod diligentiam vestram in hac parte meritò commendare debeamus. • II. 32.

In cujus, &c.

Dat. &c. apud Westm. 27. Junii.

Forma pacis, inter Regem Angliæ & Comitem Flandriæ, & Matrem dicti Comitis apud Monstroil.

Ann. D. 1274. An. 1. E. 1. L. B. f. 67. a. Penes Camerar.

A Tous ceaus, qui ceste lettre verrunt ou orrunt, Edward, par la grace de Deu, Roy de Engleterre, Seigneur de Hirland, e Duc de Aquitan.

Sachent tuit ke come la noble Dame Margarete, Contesse de Flaundr. e de Henaud. eust feit arester, è prendre, è vendre de biens des Marchauns nostre Pere, e de noez de Engleterre, e de Hirland, e de la Marche de Gales, en sa terre de Flaundres, e sur mer, jesques a granz summes, e les deners pris e retenuz par achesun, si come la avauntdite Contesse e les seus deynt, des arrerages E, de cestes choses pleynement fere, e accomplier, par ky e l'avauntdite Contesse sa Mere, il oblige sey, e tuz ses biens a vus, sire Roy de Engleterre.

E nus, avauntdit Edward Roy de Engleterre, pur ceo ke l'avauntdit Conte de Flaundres si humblement se ad offert de rendre les choses dessusdites, e en la forme desusdite; e, pur ceo ke nous savons bien qu'il n'estent mie present, quant les avantdites prises & injures furunt fetes, ainceis esteit en la voie nostre Seignur, de utre mer; e entendons certaynement qui ly despleyt des prises, ke furunt fetes, e des iniures; e bien e mustre semblaunt as offres, qu'il nus feyt si humblement;

De nostre volente ordenons, ke nus frons faver e enquere bien e leuement, combien nostre Pere, e nous, e son comaundement, e le nostre, unt pris, areste, ou retenu, par l'achesun avauntdite, des biens as Marchiauns de Flaundres, en Engleterre, ou sur mer:

E ausuit combeyn la Contesse, e son comaundement, ou genz, recettez en sa terre per son consentement, ou son seu, taunt comes il furent demuranz ou recettez, unt pris, arestez ou retenuz des biens as Marchauns de Engleterre, * e de Hirlaunde, e de la Marche de Gales. • II. 33.

E, de nostre grace, volons ke cele summe, que troue serra que om avera pris e retenu en Engleterre, des biens as Marchauns de Flaundres, par le comendement nostre pere, ou le nostre, veigne en paiement de la summe des biens des noz Marchaunz devantdis, que furunt retenuz en Flaundres.

E le avauntdite Conte nus aquitera e les noz, vers les devauntdis Marchands de Flandres, de qui les biens furent pris en Engleterre, par le Comandement nostre Pere, ou le nostre, en tel manere, ke, sy la summe des biens, des Marchanz de Flandres, retenuz en Engleterre, ou sur mer, par nostre Pere, ou par nostre gent, ne suffit a parpaer la summe de biens de noz Marchauns desusdis, retenuz en Flaundres, ou sur Mer, si come desus est dit, le dist Conte nus dune bone seurte de nus rendre le remenaunt de la dite summe, dedens la quinzeyne de Paske prochein avenir.

E, si il aveyt plus des biens des Marchauns de Flaundres, par nostre Pere, ou par les seus, ou par nus, ou par les noez retenuz en Engleterre, ou sur Mer, ke en la summe des benz, de noz Marchans desusdis, retenuz en Flaundres, ou sur mer, sicome il est dessus dit, nuz volons de nostre grace, ke celuy plus lur seit rendu.

E nus, en ceste forme, volons que tuz Marchaunz, e autres genz de terres au Conte, ou a la Contesse avauntdis, puissent aler saufs e seurs, en lurs parsones, e en lur biens, par un nostre terre.

E nus, Guy devauntdit Conte de Flaundres, avons ferme e estable ceste ordenaunce desusdite; e promettoms a l'avauntdit Roy, sur obligation de tuz noz biens, al'en complier, de tuit en tuit, pur nus e pur les noz, e pur nostre Mere avauntdite;

E volons e otreuns ke luz Marchauns, e autres gens des terres l'avauntdit Rey, puissent aler saufs & seurs, en lures persones, e en lur biens, par un tute nostre terre, e nostre Mere desusdite.

E, en testmonage de tutes cestes choses, nous, avauntdis Edward Rey de Engleterre, e Guy Conte de Flaundres, avons feyt mettre nous seaus a cest escrit; sauve al avauntdit Rey de Engleterre, e au Conte de Flaundres, e a la Contesse, e a tuz autres, lurs dreiz en totes autres chose.

Ceo fu feit, e ordene, e accorde, si come il cy contenu, a Mustroill sur la Mer, le Samady, procheyn apres la Feste de la Magdaleyne, en l'an de l'Incarnation nostre Seygnour Mill. ducent. Setaunt. e quart.

Littera

mo Templi mutuatis.

Ann. D. 1274. *An.* 2. *E.* 1. *L. A. f.* 311. *b. Penes Camerar.* UNiversis, præsentes litteras inspecturis, Frater Guillermus de Bello loco, Dei gratia, pauperis militiæ Templi Magister humilis, salutem in Domino sempiternam.

Noveritis quod nos, pro nobis, & Fratribus nostris, ac nomine Domûs nostræ, recognoscimus, & spontaneè confitemur quod ex debito, in quo illustrissimus Dominus noster, Dominus Edwardus, Dei gratia, Rex Angliæ, tenebatur Domui nostræ, ratione mutui, in Terra sancta contracti à proceribus domûs nostræ, super quo idem Dominus Rex, tam super principali, quàm super custibus, dampnis, & interesse refundendis, Domui nostræ se & bona sua expresse & specialiter obligavit, prout in suis litteris super hoc confectis plenius continetur;

Recepimus & habuimus in pecunia numerata, per manum Religiosi viri Fratris Joseph, Thesaurarii dicti Domini Regis, nomine & mandato Domini Regis prædicti, tam pro principali, quàm pro custibus, viginti quatuor. mill. nongentas, septuaginta, quatuor libras Turonenses ex una parte. Item ex alia parte recepimus, ratione debiti supradicti, Quinque mill. trescentas, triginta, tres libras, sex solidos & octo Denarios, Turonenses; de quibus omnibus summis prædictis protitemur nobis & Domui Templi fuisse bene & integre satisfactum.

Quocirca præfatum Dominum Regem, & posteros, seu Hæredes suos, imperpetuum, nomine Domûs Templi, quittamus & absolvimus, & penitus liberamus ab omni obligatione, promissione & pacto, quibus nobis & Domui Templi tenetur & teneri poterit ratione debiti mutui, a domo nostra in terra Sancta, contracti per Dominum Regem prædictum, sub modis & conditionibus quibuscunque; nos reclamantes paccatos ab ipso in omnibus & contentos.

Promittimus etiam bona fide nos reddituros & restituros, per nos, vel per alium, dicto Domino Regi, vel mandato suo, omnes litteras obligationum, quas dedit & concessit Domui nostræ super debito supradicto, (quas, propter viarum pericula, Parisius in Thesauro nostro repositas dimisimus ad cautelam) & ex nunc ipsas litteras obligationum debiti supradicti, qualescumque sint, & ubicumque sint, cassas, irritas & inanes esse volumus ac nullius penitus esse momenti, ipsisque renuntiamus exnunc specialiter & expresse.

In cujus rei Testimonium præsentibus litteris sigillum nostrum duximus apponendum.

Dat. London. in crastino Festi beati Laurentii, anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo quarto.

Ann. D. 1274. *An.* 2. *E.* 1. *Pat.* 2. *E.* 1. *m.* 9.

Memorandum de Coronatione Regis.

M*Emorandum quod Edwardus Rex Angliæ applicuit apud Doverriam die Jovis proxima post Festum Sancti Petri ad vincula, Anno Domini* 1274.

benedictionem. *An.* 2. *E.* 1. *Ex Orig.*

Sua nobis dilectus filius, Nobilis Vir, Lewellinus Princeps Walliæ, petitione monstravit quod, propter guerras & dissensiones continuas, in illis partibus ingruentes, pluries evenit, quod eidem Principi suisque Ministerialibus, familiaribus atque subditis, aditus in Regnum Angliæ non est tutus; & nichilominus contingit eos illuc per Sedem Cantuariensem ad judicium evocari, & interdum in ipsos, occasione hujusmodi, sententias Excommunicationis proferri, & terram ipsius Principis supponi Ecclesiastico interdicto: Ex quo personarum & rerum noscuntur eis pericula imminere:

Quare præfatus Princeps nobis humiliter supplicavit, ut providere in hac parte sibi dictisque Ministerialibus, familiaribus & subditis, hujusmodi obviando periculis, paterna solicitudine curaremus:

Nos itaque, præfati Principis supplicationibus inclinati, fraternitatem tuam rogamus, & hortamur attentè, per apostolica tibi scripta mandantes quatinus prædictos Principem, Ministeriales, familiares & subditos ejus, dummodo parati sint coram Commissariis tuis, in Wallia deputatis, ad quorum præsentiam securè accedere valeant, de se conquerentibus justitiam exhibere, in Angliam, si quando ex hujusmodi causis periculum imminet, ad judicium non evoces, nec ad prædictos excommunicationis & interdicti sententias hâc de causâ procedas, neque ipsos taliter à tuis Officialibus evocari, neque contra eos propter hoc ad sententias prædictas procedi, aliquatenus patiaris, preces & mandatum nostrum in hâc parte taliter impleturus, quod idem Princeps exinde comodum se gaudeat reportasse, nosque devotionem tuam possimus in Domino meritò commendare.

Dat. Lugdun. 15. Kal. Septemb. Pontificatûs nostri anno tertio.

Sub filo canabeo.

---

* *Bulla Lewelino Principi Walliæ, de quadam compositione per Prelatos inter dictum Lewelinum & Davidem Fratrem suum.* * II. 36.

GRegorius Episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio, Nobili Viro, Lewelino Principi Walliæ, salutem & Apostolicam benedictionem. Ann. D. 1274. *An.* 2. *E.* 1. *Ex Orig.*

Cum à nobis petitur quod justum est & honestum, tam vigor æquitatis, quàm ordo exigit rationis ut id, per sollicitudinem Officii nostri, ad debitum perducatur effectum.

Sane petitio tua, nobis exhibita, continebat quod dudum inter te, & Nobilem Virum David Fratrem tuum, super quibusdam Terris, Possessionibus & Rebus aliis, materia quæstionis exorta; tandem, mediantibus venerabilibus Fratribus nostris Bangoren. & Assaphen. Episcopis, Amicabilis super hiis inter partes compositio intervenit, de observanda compositione hujusmodi hinc inde, corporali præstito juramento: Et nichilominus jurisdictioni

Sane ad audientiam nostram Venerabili Fratre nostro Auxitanensi Archiepiscopo referente pervenit, quod si aliquam ex Ecclesiis Cathedral. Provinciæ Auxitanensis vacare contingat, Nobilis vir Senescallus tuus in Wasconia, amministrationem bonorum temporalium ipsius Ecclesiæ vacantis quamdiu eam vacare contingit, contra justitiam occupare, ac detinere occupatam pro sua voluntate præsumit, quanquam nulla ex eisdem Ecclesiis à te Regalia teneat, idque tibi, vel dicto Senescallo non competat de Consuetudine, vel de Jure.

Cum igitur Laicis disponendi de rebus Ecclesiasticis nulla sit attributa potestas, Serenitatem Regiam rogamus & hortamur attentè, quatinus talia, quæ redundant in tui derogationem honoris, per eundem Senescallum fieri nullatenus patiaris; sed Ecclesias ipsas, pro divinâ & nostrâ reverentiâ, habens propensius commendatas, eas & bona ipsarum * in suis juribus & libertatibus favore Regio
* II 37. prosequaris; ita quod, præter divinæ retributionis præmium, condigna tibi a nobis proveniat actio gratiarum.

Dat. Lugdun. decimo Kalend. Septembris, Pontificatûs nostri Anno tertio.

Sub filo canabeo.

De Francisco Accursii, ad Parliamentum Regis Franciæ, per Regem Angliæ destinato.

Ann. D. 1274. An. 2. E. 1. L. B. f. 284. b.

EDwardus, Dei gratia, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, & Dux Aquitaniæ, Religioso Viro & dilecto sibi in Christo Fratri Johanni de Turno Thesaurario Domûs Templi Parisiensis salutem.

Cum pro negotiis nostris, in Curia Serenissimi Principis, Domini & consanguinei nostri karissimi, Philippi Regis Franciæ illustris, in instanti Parliamento suo exequendis, dilectos & fideles nostros Umbertum Guidonem & Franciscum Accursii de Bononi ad idem Parliamentum mittamus.

Vos rogamus quatinus eisdem vel eorum alteri trescentas vel ducentas libras Turon. ex mutuo habere faciatis ad Salarium advocatorum, quos eligent ad opus nostrum inde acquietandum, & nos eas vobis quando volueritis habere faciemus.

Dat. apud Odyhm. secundo die Septembris, Anno Regni nostri secundo.

Litera Margaretæ Comitissæ Flandriæ, per quam supplicat Domino Regi quod quosdam Gentis suæ nautas liberari faciat de Prisona Castri de Northam.

Ann. D. 1274. An. 2. E. 1. L. B. f. 68. a.

EXcellentissimo Domino suo Edwardo, Dei gratiâ, Regi Angliæ, Domino Hiberniæ, & Aquitaniæ Duci, Margareta Flandriæ & Haynaultiæ Comitissa, fidelis ejus & consanguinea, salutem &, cum promptitudine serviendi, paratam ad ejus beneplacita voluntatem.

Intelleximus quod, cum Burgenses & homines nostri portus de novo portu, qui vulgariter dicitur Yssera, post pacem, vestri gratiâ, inter vos & Gentes Regni vestri & nos & karissimum Filium nostrum G. Comitem Flandriæ & Marchionem Namurcensem, & posuimus complacere, & etiam vestris Gentibus in terra nostra, teneamur ad grates & gratias speciales.

Cum nos etiam paratæ simus & esse volumus homines & subditos vestros omni bono affectu, quo poterimus, infra terram nostram fovere, tractare, & facere pertractari; & super hoc per totam terram nostram proclamationem publicam & edictum fieri fecimus generale.

In quorum omnium testim. præsentibus litteris Sigillum nostrum duximus apponendum.

Datum anno Domini 1274. Feriâ quintâ ante Nativitatem beatæ Virginis.

De pecunia, pro Henr. de Alemania, Willielmo de Valence soluta.

UNiversis Christi fidelibus, ad quos præsentes litteræ pervenerint, Willielmus de Valenciâ Dominus Pembroke salutem in Domino. Ann. D. 1274. An. 2. E. 1. Lib. A. f. 225. Penes Camerar.

Noveritis quòd, cum, claræ memoriæ, Dominus Henricus de Almannia, Nepos noster, nobis, in tribus Centum & quinquaginte Marcis Sterlingorum ex mutuo teneretur, ac Serenissimus Princeps, Nepos & Dominus noster karissimus, Edwardus Dei gratia, Rex Angliæ illustris, pecuniam illam pro præfato Henrico nobis solverit,

Volumus & concedimus quod idem Dominus noster Rex pecuniam illam ab Executore præfati Domini Henrici, nomine nostro, recipiat in recompensationem solutionis prædictæ, nobis per ipsum factæ;

Et, cum pecuniam illam ab Executore ipsius receperit, eos de dictâ pecunia omnino quietamus.

In cujus rei testimonium præsentibus litteris Sigillum nostrum fecimus apponi.

Dat. apud Wyndesor die Lunæ, proxima post Festum Nat. beatæ Mariæ Virginis, anno Regni Domini nostri Regis prædicti secundo.

Pro Johanne de Britania.

REX militibus, liberis hominibus, & omnibus aliis, tenentibus de honore & Rapo de Hasting. salutem. Ann. D. 1274. An. 2. E. 1. Pat. 2. E. 1. m. 12.

Cum Dominus Henricus Rex, pater noster, per Cartam suam dederit & concesserit karissimo fratri, & fideli nostro Johanni de Britannia prædictos honorem & Rapum, habendum sibi & hæredibus suis imperpetuum, unà cum feodis Militum & omnibus aliis pertinentiis suis:

Salvis eidem Regi patri nostro & hæredibus suis Castro de Hasting. & Advocatione Ecclesiæ ejusdem Castri & Præbendarum, ad eandem Ecclesiam spectantium, secundum continentiam cartæ supradictæ;

Vobis mandamus quod præfato Johanni, in homagiis & aliis servitiis vestris debitis & consuetis, tanquam Domino vestro, juxta formam concessionis prædictæ, intendentes sitis & respondentes.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Wyndesor. 11. die Septembris.

De

que favore suffultus, libere possit perficere Votum suum, & ipsa Ecclesia nullam incurrat exinde in suis Juribus læsionem, sed oblatis potius proficiat incrementis: Et tu, per hæc, & alia quæ in terris gesseris, æternæ vitæ gaudia merearis.

Dat. Lugduni Non. Octobris, Pontificatûs nostri anno tertio.

De Discordiis, ad instantiam Comitis, cum Comitissa Flandriæ sedatis.

Ann. D. 1274. An. 2. E. 1. Pat. 2. E. 1. m. 5.

REX dilectis & fidelibus suis Fulconi Lovel Archidiacono Colecestriæ & Johanni Bek, salutem.

Quia, sedatis amicabiliter & in certâ formâ, ad instantiam nobilis viri, Guydonis Comitis Flandriæ, contentionibus & discordiis jamdiu habitis inter Dominum Henricum Regem patrem nostrum & nos ex una parte, & Margaretam Comitissam Flandriæ matrem prædicti Comitis ex altera,

Pro quibus Mercatores nostri Angliæ, Hiberniæ, & Marchiæ Walliæ, in partibus Flandriæ, & super mare, & Mercatores dictæ Comitissæ in Anglia dampna diversa & jacturas multimodas sustinuerint.

Et idem Comes promisit & manucepit, coram nobis, pro se & præfata Comitissa matre sua, Mercatoribus nostris prædictis de dampnis & jacturis suis prædictis debitam facere restitutionem, propter quod volumus quod Mercatoribus prædictæ Comitissæ de dampnis & jacturis suis prædictis fiat restitutio de gratia nostra; prout in forma pacis, inter nos & prædictum Comitem * inde initæ & firmatæ, plenius continetur. * II. 40.

Assignavimus vos ad inquirendum per Sacramentum, &c. per quos, &c. in præsentia quatuor proborum & legalium hominum, de partibus Flandriæ, electorum ex parte Mercatorum nostrorum prædictorum, ad audiendum inquisitiones & probationes de dampnis & jacturis suis prædictis faciendas:

Et in præsentia quatuor proborum & legalium hominum, de Regno nostro, electorum ex parte Mercatorum prædictæ Comitissæ, ad audiendum inquisitiones & probationes de dampnis & jacturis suis prædictis; quæ dampna & quas jacturas præfati Mercatores, occasione contentionum & discordiarum prædictarum, hinc inde sustinuerint: Et quæ bona vel mercimonia sua, occasione prædicta, in prædictis terris & mari capta sunt, arestata & detenta; & quantum bona & mercimonia illa valerent; & per quos dampna hujusmodi sustinuerint, & ad quorum manus bona & mercimonia prædicta, sic capta & detenta, devenerunt:

Et ideo vobis mandamus quod ad certos, &c. inquisitiones illas faciatis, & probationes prædictas recipiatis in præsentia octo hominum prædictorum.

Et, cum inquisitiones illas feceritis, & probationes prædictas receperitis, nobis de summis dampnorum & jacturarum utrarumque partium, & de singulis earumdem separatim, & bonorum & mercimoniorum suorum captorum & detentorum, & de nominibus eorum qui dampna prædicta sustinuerint, ut prædictum est, distincte & aperte constari faciatis, ut præfatis Mercatoribus in hac parte fieri faciamus quod, juxta formam pacis prædictæ, de Concilio nostro viderimus faciendum.

respondentes, sicut prædictum est.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Westmon. 21. die Octobris.

Eodem modo mandatum est Justiciario Hiberniæ, quod ipsum Robertum ad Officium illud admittat in forma prædicta.

** De homagio per Principem Walliæ Regi faciendo.* * II. 41.

Ann. D. 1274. An. 2. E. 1. Claus. 2. E. 1. m. 3. d.

MAndatum est Lewelino, filio Griffini, Principi Walliæ, quod accedat ad Regem usque Sallopiam die Dominica proxima post Festum Sancti Andreæ Apostoli, facturus Regi homagium suum, & alia quæ sibi facere debet.

Teste Rege apud Northampt. 3. die Novembris.

Pro Edmundo Comite Cornubiæ.

Ann. D. 1274. An. 2. E. 1. Pat. 2. E. 1. m. 3.

REX Universis, &c. salutem.

Noveritis nos mutuo recepisse à dilecto Consanguineo nostro Edmundo Comite Cornubiæ duo milia Marcarum, Magistro Thomæ Bek, Custodi Garderobæ nostræ, die Martis proxima post Festum Omnium Sanctorum, anno Regni nostri secundo, apud Northamton, per manus Egidii de Audenardo liberatarum:

Quam pecuniam eidem Edmundo, vel suis Executoribus, in Festo Paschæ, & in Festo Sancti Michaelis proximo sequentibus, videlicet, in Festo Paschæ prædicto mille Marcas, & in Festo Sancti Michaelis mille Marcas, solvere tenemur; & promittimus bona fide, obligantes nos, hæredes nostros, & Executores ad prædictam solutionem prædicto Edmundo, prænominatis terminis, sine dilatione ulteriori, plenarie faciendam.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Northamton.

Pro Philippo Comite Sabaudiæ, qui homagium Edwardo Regi fecerat.

Ann. D. 1274. An. 2. E. 1. Pat. 2. E. 1. m. 2.

REX omnibus, &c. salutem.

Cum, inclitæ memoriæ, Dominus Henricus, Rex Angliæ, pater noster, dudum concessisset nobili viro, Domino Amadeo, quondam Comiti Sabaudiæ, & hæredibus suis ducentas Marcas, singulis annis, in termino Sancti Michaelis, ad Scaccarium Westmonasteriense nomine feodi, imperpetuum percipiendas pro homagio, quod dictus Comes eidem patri nostro fecerat pro Castro Avillan. & Villa Secus, cum Palatio & Castro de Bardolf, & Villa Sancti Mauritii in Chablay; quæ quidem Castra & Villas prædictas cum Palatio idem Comes à dicto patre nostro recepit in feodum:

Nos, concessionem illam acceptantes, volumus & concedimus quod Philippus, nunc Comes Sabaudiæ, cujus homagium cepimus de Castris & Villis prædictis cum Palatio, & hæredes sui, Comites

Teste Rege apud Clyve 22. die Novembris, anno Regni nostri tertio.

De Bonis Capellæ in Pontefracto alienatis A. Bek, Canonico ejusdem Capellæ, restituendis.

Ann. D. 1274. An. 3. E. 1. Ex Orig. GRegorius Episcopus, servus servorum Dei, dilecto Filio Priori de Breeton Eboracensis Diocesis, salutem & Apostolicam benedictionem.

Ad audientiam nostram pervenit, quod tam dilectus Filius Antonius Bek, Canonicus Capellæ Sancti Clementis Castri de Pontefracto Eboracensis Diocesis, quàm Prædecessores sui Canonici ejusdem Capellæ, qui Præbendam, quam ipse in eâdem Capellâ obtinet, pro tempore tenuerunt, domos, terras, prata, pascua, nemora, molendina, piscarias, maneria, jura, jurisdictiones, possessiones, & quædam alia bona, ad Præbendam ipsam spectantia, datis super hoc Litteris, factis renunciationibus, juramentis interpositis, & pœnis adjectis, in præfatæ Præbendæ læsionem enormem, nonnullis Clericis & Laicis, aliquibus eorum ad vitam; quibusdam vero ad non modicum tempus; & aliis perpetuo, ad firmam vel sub censu annuo concesserunt, quorum aliqui super hiis confirmationis litteras, in formâ communi, dicuntur à Sede Apostolica impetrasse.

Quia verò interest nostra super hoc de opportuno remedio providere, discretioni tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatinus ea, quæ de bonis, ad Præbendam eandem spectantibus, per concessiones hujusmodi, alienata invenietis illicitè, vel distracta, non obstantibus litteris, pœnis, juramentis, renunciationibus & confirmationibus prædictis, studeas ad jus & proprietatem præfatæ Præbendæ legitimè revocare: Contradictores per censuram Ecclesiasticam appellatione postpositâ compescendo.

Testes autem, qui fuerint nominati, si se gratiâ, odio, vel timore subtraxerint, per censuram eandem, appellatione cessante, compellas veritati testimonium perhibere.

Dat. Lugdun. 12. Kal. Januar. Pontificatûs nostri anno tertio.

Sigillo avulso.

De Expensis Alexandri Regis Scotiæ, ad Coronationem Edwardi Regis, in Angliam venientis.

Ann. D. 1274. An. 3. E. 1. Liberat. 3. E. 1. m. 12. REX Baronibus suis de Scaccario salutem.

Allocate Johanni de Luneton, & Galfrido de Neubald, nuper custodibus Episcopatûs Dunelmensis, in exitibus ejusdem Episcopatûs, centum, & sexaginta, & quindecim libras, quas per præceptum nostrum liberaverunt karissimo fratri & fideli nostro Alexandro Regi Scotiæ illustri, pro illis centum solidis diurnis, quos percipit de nobis in singulis adventibus suis in Angliam, ad mandatum nostrum; & quos dicto Regi, pro hujusmodi centum solidis diurnis, pro expensis adventûs sui ad nos in Angliam, ad Coronationem nostram, assignavimus de exitibus Episcopatûs prædicti.

Teste Rege apud Wodestoke 28. die Decembris.

ris, anno Regni nostri tertio.

Litera Regis Domino Abaga-Chaan Principi Gentis Magalorum, de Conversione prædicti Principis ad fidem Christianam & de negotio Terræ Sanctæ.

IN Nomine Patris, & Filii, & Spiritûs Sancti, unius Dei. Ann. D. 1274.

Ex parte Edwardi, Dei gratiâ, Regis Angliæ, Domini Hiberniæ, Ducis Aquitaniæ, Excellenti & Potenti Domino Abaga-Chaan, Principi Gentis Magalorum salutem, & veræ fidei notionem. An. 3. E. 1. Pat. 3. E. 1. m. 32. dors.

Religiosus vir frater David, de ordine Prædicatorum, Capellanus, & familiaris Venerabilis in Christo Patris, Fratris Thomæ, Patriarchæ Jerusolomitani, Apostolicæ Sedis Legati, ad præsentiam nostram accedens, literas, quas Sanctissimo Patri Domino G. Sacrosanctæ Romanæ & Universalis Ecclesiæ summo Pontifici, & aliis Regibus Christianis per vestros Nuncios destinâstis, nobis detulit & ostendit:

In quibus dilectionis affectum, quam ad fidem Christianam (extra quam nullus omnino salvatur) habeatis, & propositum quod de præstando juvamine Christianis & Terræ Sanctæ, contra Christianæ fidei inimicos, spiritu Dei ducti, sicut credimus, concepistis, collegimus & intelleximus diligenter, quod ineffabiliter est affectibus nostris gratum, & de quo vobis assurgimus ad gratiarum uberiores actiones.

Magnificentiam vestram rogantes, & in virtute altissimi obsecrantes, quatinus propositum vestrum Sanctum velitis, circa prosecutionem prædicti juvaminis, per potentiam vestram ejusdem Christianæ fidei Cultoribus exhibendi, potenter & viriliter ducere ad effectum.

De adventu verò nostro ad terram prædictam & de termino passagii Christianorum, vobis ad præsens non possumus scribere veritatem, quia in confectione * præsentium de prædicti passagii termino non erat per memoratum summum Pontificem ordinatum; quàm cito autem super præmissis, quod erit in proximo, Deo dante, certitudinem habere poterimus, id Excellentiæ vestræ curabimus intimare. * II. 44.

Recommendamus potentiæ vestræ affectuose, quantum possumus, prædictum negotium Terræ Sanctæ, & omnes Christianos de partibus Orientis.

Dat. apud Bellum-locum Regis, 26. die Januarii, anno Domini 1274. & anno Regni nostri tertio.

De Protectione pro W. Phisico Aleanoræ Matris Regis.

MAgister Willielmus le Provencall, Phisicus Alianoræ Reginæ Angliæ, matris Regis, qui, de licentia Regis, cum eadem Regina profecturus est ad partes transmarinas, habet litteras Regis de Protectione, per biennium duraturas, cum hac clausula, Ann. D. 1275. An. 3. E. 1. Pat. 3. E. 1. m. 32.

Volumus etiam quod idem Willielmus interim sit quietus de omnibus placitis & querelis; exceptis placitis de dote, unde nichil habet, & quare impedit, & assisis novæ disseisinæ, & ultimæ præsentationis, & exceptis loquelis quas coram Justiciariis nostris itinerantibus, in suis itineribus, summoneri contigerit; præsentibus minime valituris si contingat ipsum Willielmum iter prædictum non arripere, nec postquam redierit à partibus supradictis.

Teste Rege apud Wyndes. 9. die Februarii.

Litera

*II. 45. * *De Mandato Regis, quod Milites & cæteri subditi Xantonensis Civitatis, juxta Formam Pacis olim inter Ludovicum & Henricum tertium inita, juramentum præstarent Regi Franciæ, se non daturos auxilium Edwardo venienti contra dictam pacem.*

Ann. D. 1275. An. 3. E. 1. Vascon. 3. E. 1. m. 1.

EDwardus, Dei gratia, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ & Dux Aquitaniæ, Universis Militibus, & aliis suis suditis, in Xanctonensi Civitate & Diocese ultra Charentum constitutis, ad quos præsentes litteræ pervenerint; salutem.

Cum nos, secundum formam pacis, initæ temporibus inclitarum recordationum Ludovici Franciæ, & prækarissimi genitoris nostri Henrici Angliæ Regum, teneamur ad faciendum præstari juramentum à vobis, videlicet, quod nec dabitis nobis consilium, nec vires, nec auxilium, per quæ nos vel hæredes nostri contra dictam pacem veniremus;

Et, si contrarium acciderit, quod Deus avertat, in persona nostra vel hæredum nostrorum, & emendare nollemus post requisitionem, à Rege Franciæ vel hærede suo in Regno nostro factam,

Illi, à quibus esset securitas præstita, infra tres menses, post requisitionem prædictam de transgressione emendanda, tenerentur esse auxiliatores Franciæ Regis & hæredum suorum in Regno, contra nos & hæredes nostros, usque quo esset transgressio, ad esguardum Curiæ Regis Franciæ, congruè emendata:

Quæ securitas de decennio in decennium, ad requisitionem dicti Franciæ Regis, aut hæredum suorum in Regno dinoscitur esse præstanda;

Ea propter, cum karissimus Dominus & Consanguineus noster Philippus, Dei gratia, Franciæ Rex nos nuper requisierit de hujusmodi faciendo præstari juramentum:

Vobis universis & singulis injungimus, præcipimus & mandamus quatenus, ad requisitionem personarum, quas prædictus Rex Franciæ, propter securitatem hujusmodi recipiendam, destinaverit, in præsentia dilecti Clerici nostri Magistri Bonetti de Sancto Quintino, quem ad hoc specialiter demandamus, faciatis hujusmodi juramentum in formâ quæ superius est expressa.

In cujus, &c.

Teste meipso apud Westm. 27. die Aprilis, anno Regni nostri 3.

Consimiles literæ diriguntur universis militibus & aliis suis subditis Villarum in Lemovicense Diocese constitutis.

Consimiles litteræ diriguntur universis Militibus & aliis suis subditis Villarum in Caturcense Diocese constitutis.

Consimiles litteræ diriguntur universis Militibus & aliis suis subditis Villarum in Petragoricense Diocese constitutis.

In cujus, &c.

Teste ut supra.

nus Hiberniæ & Dux Aquitanniæ, reverentiâ & honore pedum oscula beatorum. E. 1. Ex Bundello in Turri.

Preces illas Sanctitati vestræ cum fiducia destinamus, quæ justitiam comitem non relinquunt, & a juris tramite non discordant; sperantes firmiter ut eas benignitate prædicta ad exauditionis gratiæ januam admittatis.

Ea propter Dominationem vestram quanta possumus affectione rogamus quatinus Serenissimum Principem & Sororium nostrum carissimum, Regem Castellæ illustrem, paternæ dilectionis brachiis complectentes, jus suum, quod in Romano Imperio habere dinoscitur, illæsum sibi dignemini conservare, ac super eo reddere celeris & favorabilis complementum justitiæ, nostrorum precaminum interventu:

Ut per hoc Sanctitati vestræ fortius astringamur ad omnia, quæ vestris Sanctis affectibus possint aut debeant complacere; & Rex idem apud vos sibi sentiat preces nostras, in sua Justitia, profuisse.

Conservet vos Dominus per tempora longa fæliciter Ecclesiæ Sanctæ suæ.

Teste meipso apud Westm. 4. die Maii, anno Regnii nostri tertio.

Litera Alphonso Romanorum & Castellæ Regi de præstando auxilio, super negotio Navarræ.

Ann. D. 1275. An. 3. E. 1. Ex Bundello in Turri.

EGregio & Magnifico Principi, & amico suo karissimo, Domino A. Dei gratia, Romanorum Regi semper Augusto, & Castellæ, Legionis, Tolleti, Galiciæ, Sibillæ, Cordubiæ, Murciæ, Gehennuæ, & Algarbiæ Regi illustrissimo, Edwardus, eadem gratiâ, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, & Dux Aquitaniæ salutem & prospera ad vota Successus.

Honore, quo decuit, recepimus litteras quas misistis, & ea, quæ nobis super negotio Navarræ Nuncii vestri, Velascus Velasci Curiæ vestræ Judex, & Petrus de Castello Miles, ex parte vestrâ, vivæ vocis oraculo explicarunt, audivimus & intelleximus diligenter;

Ad quorum significata magnificentiæ vestræ duximus respondendum, quod parati sumus, super eodem negotio libenti animo vos juvare; salvis fidelitate & homagio, quibus illustri Regi Franciæ, sicut scitis, sumus astricti: Contra quem agere nec volumus, nec debemus aliqua, quæ, contra nostram fidelitatem, Majestatem suam lædere videantur;

Et certe credimus quod nec Excellentia vestra velit nos fidelitatem hujusmodi quomodolibet violare, qui quidem promptos nos offerimus & paratos in omnibus vestris agendis, quæ nostra propria reputamus, in quantum cum honore nostro & fidelitate, qua tenemur eidem Regi, poterimus, expendere per exhibitionem juvaminis & auxilii nostri vires.

Quia vero, sicut notitiam vestram credimus non latere, Prædecessores nostri in eadem terra Navarræ castra, villas, terras, possessiones, & jura alia tenuerant, & habuerunt, & possiderunt,

T

* quæ

noscimini, vobis conservent illæsum, & super eo vobis cum gratia & favore reddant, nostrorum interventu rogaminum, justitiæ complementum.

Vos igitur, Princeps egregie, tam super hiis, quàm super aliis, quæ honorem vestrum respiciant, nos cum confidentia requiratis; parati enim sumus, in quantum cum honore Ecclesiæ matris nostræ poterimus, illa semper peragere, quæ vestris per effectum operis debeant affectibus complacere.

Valeat Excellentia vestra in prosperis per tempora longiora.

Teste meipso apud Westm. 5. die Maii, anno Regni nostri tertio.

Bulla, de Archidiaconatu & Præbenda, Antonio Bek provisis.

Ann. D. 1275. An. 3. E. 1. Ex Orig.

GRegorius Episcopus, servus servorum Dei, dilecto Filio Antonio Bek, Archidiacono Dorsetiæ in Ecclesiâ Saresburiensi, Clerico carissimi in Christo Filii nostri Regis Angliæ illustris, salutem & Apostolicam benedictionem.

Placentes Honestatis & Scientiæ titulis dignè prosequimur favore gratiæ specialis, ut, dum votiva perceptione bonorum perspexerint se fœcundos, virtutis adjectione continuâ se reddere gaudeant insignitos.

Cum igitur dilectus Filius Gerardus de Grandison Capellanus noster, quondam Archidiaconus Dorsetiæ in Ecclesiâ Sarisburiensi Archidiaconatum Dorsetiæ, quem tunc obtinebat, liberè in nostrâ Curiâ duxerit resignandum, per hoc Archidiaconatus ipse plenè in nostrâ dispositione consistat:

Nos, attendentes honestatem morum, litterarum scientiam & alia virtutum, merita, quibus juvari diceris, ac volentes te propter hoc speciali prosequi gratiâ & favore, Archidiaconatum prædictum, cum omnibus juribus, & pertinentiis suis, necnon Præbendam, nulli alii de jure debitam, si qua in prædictâ Ecclesiâ vacat ad præsens, Apostolicâ tibi auctoritate conferimus, tibique de ipsis etiam providemus.

* II. 48. Si vero aliqua Præbenda non vacat ad præsens in præfatâ Ecclesiâ, Præbendam, * primò in dictâ Ecclesiâ vacaturam, quæ de jure nulli debeatur, conferendam, tibi donatione Apostolicâ reservamus:

Decernentes irritum & inane, si secus de Archidiaconatu & Præbendâ prædictis, Apostolicâ vel aliâ quâvis auctoritate, à quoquam contigerit attemptari.

Non obstantibus aliquibus ejusdem Ecclesiæ contrariis consuetudinis, vel statutis, juramento, confirmatione Sedis Apostolicæ, sive quâcunque firmitate aliâ roboratis. Aut si aliqui super provisione sibi faciendâ, de personatu vel dignitate in eadem Ecclesiâ specialiter, aut in illis partibus generaliter, à Sede Apostolicâ vel Legatis ejus litteras impetrârunt, quibus te in ipsius Archidiaconatûs assecutione volumus anteferri: Sed quoad alios personatus vel dignitates, nullum per hoc præjudicium generari: Seu si Venerabili Fratri nostro Episcopo & dilectis Filiis Decano & Capitulo Saresburiensi communiter vel divisim dictâ Sede indultum existat, quod ad receptionem vel provisionem alicujus minimè teneantur, & ad id compelli non possint, aut quod de Personatibus vel Dignitatibus, Præbendis vel aliis beneficiis quibuscunque, ad collationem vel dispositionem suam spectantibus, nulli valeat provideri per litteras Apostolicas, quæ de Indulto hujusmodi plenam & expressam non fecerint mentionem, sive quâlibet aliâ indulgentiâ

Decernentes, &c. impetrarunt, quibus dictum Antonium in ipsius Archidiaconatûs, &c. seu quod alia beneficia cum cura noscitur obtinere. Volumus, &c. prædictos præfatus Antonius fuerit pacificè, &c. perceperit, &c. obtinet, &c. dimittat, &c. se faciat, &c. resideat in Ecclesiâ supradictâ.

Quocirca fraternitati vestræ per Apostolica scripta mandamus quatinus vos vel alter vestrum per vos, vel per alium, aut alios, eundem Antonium, vel Procuratorem suum ejus nomine in corporalem possessionem prædicti Archidiaconatûs ac Præbendæ, si qua tempore hujusmodi collationis nostræ vacabat in præfatâ Ecclesiâ, inducatis, & defendatis inductum, amotis quibuslibet detentoribus ab eisdem.

Si vero tunc temporis aliqua Præbenda non vacabat in Ecclesiâ memoratâ, Præbendam per nos taliter reservatam, quam cito eam vacari contigerit, prædicto Antonio, vel dicto Procuratori pro eo conferre ac assignare curetis, inducentes ipsum in illius corporalem possessionem & inductum etiam defendentes, ac facientes ipsum ad Præbendam * prædictam, postquam de illâ vacante tibi provisum fuerit, in nominatâ Ecclesiâ in Canonicum recipi & in Fratrem: * II. 49.

Non obstantibus omnibus supradictis, seu si est aliquibus à præfatâ Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas, quæ de indulto hujusmodi plenam & expressam non fecerint mentionem; Contradictores auctoritate nostrâ, appellatione postpositâ, compescendo.

Dat. Bellicadri, &c.

Sub filo canabeo.

Pro Communitate Judæorum Vasconiæ.

REX Constabulario suo Burdegaliæ, salutem. Ann. D. 1275.

Quia, ex parte totius Communitatis Judæorum nostrorum, intelleximus quod Communitas ipsa, tam per Caristiam bladi & vinorum, hoc anno existentem ibidem, quàm per diversa tallagia, super eandem communitatem hactenus assessa, non mediocriter prægravatur; An. 3. E. 1. Pat. 3. E. 1. m. 23.

Vobis mandamus quod, Judæis eisdem hac vice parcentes, ipsos ad præsens non tallietis, vel gravetis sine mandato nostro speciali.

Teste Rege apud Westm. 23. die Maii. Per Regem & Concilium.

Consimiles literæ diriguntur Senescallo Vasconiæ pro eisdem Judæis.

De Officio Spigornellorum Regi remisso.

OMnibus Christi fidelibus, ad quos præsens scriptum pervenerit Johannes de Bohun Miles, fil. quond. Domini Franconis de Bohun, & Johanna Uxor ejus, salutem in Domino. Ann. D. 1275. An. 3. E. 1. L. A. f. 192. a. Penes Camerar.

Noverit Universitas vestra nos unanimi assensu & voluntate, pro nostra magna relevatione, concessisse, remisisse & omnino quietum clamasse, pro nobis & Hæredibus nostris, magnifico Principi & Domino nostro, Domino Edwardo, Dei gratia, Regi Angliæ illustri, Serjantiam Capellæ suæ, & officium Spigornellorum ejusdem Domini Regis, quæ Dominus Berth. de Capella, & antecessores sui, ex concessionibus Regum Angliæ aliquando tenuerunt,

... vel alibi infra potestatem dictæ Comitissæ; seu cum Flandrensibus vel Haynonensibus, aut aliis de potestate ipsius Comitissæ, per artem vel ingenium, aut alio modo communicarent.

Ac Francisci, Falconi Clarissimi, Hugelmo Compe, & Sociis eorum Mercatoribus Florentinis, ab hiis, quos nuper assignavimus ad inquirendum qui prædictæ inhibitioni nostræ contravenerint, impositum fuerit, quod mille sexaginta & octo saccos lanæ duci facerent ad partes Flandriæ; ac ipsi gratiæ nostræ inde se submiserint, & nobiscum finem fecerint per quingentas, triginta, & quatuor libras (pro quolibet, videlicet, sacco decem Solidos) & eas solverint Lucæ de Luk, ad opus nostrum, pro forisfacto & transgressionibus hujusmodi, de gratiâ nostrâ, sibi remittendis:

Volumus & concedimus quod dicti Mercatores, occasione dictarum transgressionum, in nullo molestentur, & quod ipsi in eodem Regno nostro morari, & de fidelibus & legalibus Mercandisis negotiari, & lanas, & alia mercimonia sua ad partes transmarinas ducere possint, si voluerint, in formâ per nos & Concilium nostrum inde provisâ; ita tamen, quod, si ipsi in posterum convincantur quod lanas alias vel mercimonia, præter dictos mille sexaginta & octo saccos lanæ, contra prædictam inhibitionem nostram, duci fecerint ad partes illas, extunc inde nostræ subjaceant voluntati & ordinationi, non obstantibus remissione & concessione, quas eis fecimus per præsentes.

Et ideo vobis mandamus, occasione dictorum mille sexaginta & octo saccorum lanæ, in nullo gravetis aut molestetis, & eos in Regno nostro morari, negotiari, & lanas ac alia mercimonia sua ad partes transmarinas ducere permittatis in formâ prædictâ.

In cujus, &c. duraturas quamdiu Regi placuerit.

Teste Rege apud Westmon. 30. die Maii.

De Francisco Accursii, & aliis Procuratoribus, ad Parliamenta Regis Franciæ, ordinatis.

Ann. D 1275. *An.* 3. E. 1. *Pat.* 3. E. 1. m. 20.

SErenissimo Principi, Domino & Consanguineo suo karissimo, Domino Philippo, Dei gratiâ, Regi Franciæ illustrissimo, Edwardus, eâdem gratiâ, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ & Dux Aquitanniæ, cum felicitatis & gloriæ incremento, salutem.

Dominanti clementiæ vestræ, &, quorum interest, vel interesse potest, universis & singulis significamus, & significari volumus per præsentes, quod constituimus, facimus, & ordinamus certos & legitimos procuratores nostros,

Discretos viros, & familiares nostros, dilectos Magistrum Willielmum de Cormera, utriusque juris, Franciscum Accursii de Bononia juris civilis professores, & Magistros Johannem Clarelli Domini Papæ Capellanum, Johannem Dominici, Adam de Norfolciâ, & Johannem de Pontefe, & quemlibet eorum in solidum, ita quod non sit melior conditio occupantis,

In omnibus causis & negotiis, motis & movendis contra nos, ad Parleamenta, & assisas vestras, & terminos assignatos, & assignandos, & continuandos, coram vobis in Curia vestra, à venerabili

... cem ipsam, se tueri dicuntur, impugnandi, & eorum optinendi transcripta,

Defendendi, excipiendi, supplicandi, imperrandi per officium, & de plano, de calumpnia & de veritate dicenda, ac alterius cujuslibet generis vel modi juramentum in animam nostram subeundi, deferendi, suscipiendi,

Inquisitionem super terris Caturcinii prosequendi,

Alium vel alios procuratorem seu procuratores, actorem vel actores, suo aut nostro nomine vel periculo, ante & post litem contestatam, dandi, substituendi vel constituendi, prout quotiensc umque & quandocumque omnes & eorum quilibet viderint seu viderit expedire:

Et cætera omnia & singula faciendi, tractandi & procurandi, requirendi & recipiendi, quæ per dictam pacem, aut ratione prædictorum omnium & singulorum, & aliàs ad nos pertinent:

Faciendi etiam, si mandatum exigerent speciale, & quæ à veris & legitimis procuratoribus, datis ad negotia & ad lites, fieri possunt & debent, & nos faceremus si præsentes essemus.

Ratum & gratum habituri quicquid per ipsos procuratores, vel substituendos ab eis, vel ipsorum aliquo, unum vel plures, aut cum ipsis omnibus & singulis, in causis eisdem & negotiis, actum coram vobis & Curia vestra, & quibuscumque aliis auctoritate vestra in præmissis & præmissorum singulis qualitercumque cognoscentibus, fuerit, seu etiam procuratum: Ipsos etiam relevamus & relevari volumus ab omni onere satisdandi, & judicatum solvi pro ipsis & eorum quolibet.

Promittimus etiam, sub Ypotheca bonorum nostrorum, & vobis Domino Regi, & Curiæ vestræ, ex habundantia, & aliis adversariis nostris, & cujuscumque interfit vel interesse poterit, pro ipsis vobis, gratia & ratione principatûs & juris publici, interponimus stipulationem sollempnem, & ab eisdem procuratoribus & eorum quolibet interponi posse volumus & mandamus.

In cujus rei testimonium has litteras nostras patentes duximus concedendas.

Dat. apud Westm. 8. die Junii, anno Domini 1275. & Regni nostri tertio.

---

* *Aliud Procuratorium, ad Parliamenta in Curia prædicta.* * II. 52.

REgi Franciæ Rex Angliæ salutem.

In causis omnibus & negotiis, qualitercumque nos contingentibus, motis & movendis à quibuscunque universitatibus vel personis, ecclesiasticis aut secularibus, cujuscumque eminentiæ, status, dignitatis, seu conditionis contra nos, Ann. D. 1275. *An.* 3. E. 1. *Ibidem.*

Vel à nobis contra ipsas, & earum quaslibet in curia vestra, vel coram quibuscumque Judicibus vestris:

Necnon & ad faciendum, pro nobis & nomine nostro, quascumque supplicationes, requisitiones, & interpellationes, super quibuscumque, vestræ sublimitati, discretos & familiares nostros dilectos, Franciscum Accursii de Bononia Juris civilis professorem,

Ann. D. 1275. An. 3. E. 1. L. A. f. 228. b. Penes Camerar.

MAgnifico Principi, Domino & Consanguineo kariſſimo, Domino Philippo, Dei gratiâ, Regi Franciæ illuſtri, Edwardus, eidem gratiâ, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ & Dux Aquitaniæ, ſalutem & ſinceræ dilectionis ſemper augmentum.

Cum, celebris memoriæ, Dominus Henricus Rex genitor noster, in redditione illarum mille & ducentarum Marcarum annuarum, quam dilectus & fidelis noster Johannes de Britannia, Filius & Hæres Johannis dictæ Britanniæ, dicto Patri nostro fecerat tempore, quo idem Rex Pater noster eidem Johanni restituit Comitatum Richemundiæ, pro terra, Comitatu & Redditu Aginensibus, concesserit Kariſſimæ Matri nostræ Alianoræ Reginæ Angliæ, illas mille & ducentas Marcas percipiendas ad totam vitam ſuam; ita quod, ſi Terra & Comitatus Agennensis, ſuperſtite ipsa Regina Matre nostra, acciderit, eam cum pertinentiis teneret ad totam vitam ſuam, &c, post deceſſum ejuſdem Alianoræ, ad ipſum Regem, Patrem nostrum, & Hæredes ſuos integre reverteretur,

Nos conceſſionem illam in forma prædicta acceptamus, Serenitatem vestram rogantes quod Terram & Comitatum Aginensem præfatæ Reginæ matri nostræ deliberari faciatis, ſi placet, in * forma prædicta, & hoc dominationi vestræ & omnibus, quorum intereſt, ſignificamus. * II. 53.

In cujus rei testimonium has Litteras nostras fieri fecimus Patentes.

Teste meipso apud Westmonaſterium decimo tertio die Junii, anno Regni nostri tertio.

De nullo Parliamento cum Lewelino, Principe Walliæ, in non tuto loco, tenendo.

Ann. D. 1275. An. 3. E. 1. Rot. Clauſ. 3. E. 1. m. 11. d.

REX dilecto & fideli ſuo Bogoni de Knoville, Vicecomiti Salopiæ, & Staffordiæ, ſalutem.

Cum mandaverimus Leulino, filio Griffini, Principi Walliæ, quod ſit coram nobis apud Ceſtriam ad faciendum nobis homagium & ſacramentum fidelitatis, & alia, ad quæ nobis, ratione Coronæ & Regiæ Dignitatis, eſt aſtrictus;

Vobis mandamus, in fide & dilectione, quibus nobis tenemini, firmiter injungentes, quod circumſpecte, & caute, ac viriliter vos habeatis, & diſcretè, animosè, & prudenter vos geratis versus præfatum Leulinum; & in loco non tuto, vel non debito, nullum cum ipſo teneatis parliamentum, nec ei offeratis, ſeu fieri faciatis emendas de tranſgreſſionibus, dicto Leulino & ſuis factis, quousque prædictus Leulinus & ſui ſatisfecerint de dampnis, quæ fecerunt nobis & hominibus nostris partium illarum;

Et ita vos habeatis in præmiſſis, quod prudentiam vestram in hac parte merito commendare poſſimus.

Teste Rege apud Westmon. 20. die Junii.

Bulla, de Canonicatu & Prebenda Mathæo Caraculo proviſis.

Ann. D. 1275. An. 3. E. 1. Ex Orig.

GRegorius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilecto Filio Mathæo Caraculo nepoti dilecti Filii Magiſtri Berardi de Neapoli, ſubdiaconi & Notarii nostri, Canonico eccleſiæ Sareſbirienſis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Dilecti filii Magiſtri Berardi de Neapoli, Subdiaconi & Notarii nostri, merita nos inducunt ut, perſonam ſuam ſpecialis dilectionis tionis, proviſionis, inveſtituræ & constitutionis infringere, &c.

Dat. Bellicadri quinto Id. Julii, Pontificatûs nostri anno quarto.

Sub filis ſericis flavi rubeique coloris.

Alia Bulla pro eodem Mathæo Caracolo.

Ann. D. 1275. An. 3. E. 1. Ex Orig.

GRegorius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabilibus fratribus Wintonienſi & Bathonienſi & Wellenſi Epiſcopis, ac dilecto filio Magiſtro Raymundo de Nogeriis, Capellano noſtro, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Dilecti filii Magiſtri Berardi de Neapoli, Subdiaconi & Notarii nostri, merita nos inducunt ut, perſonam ſuam ſpecialis dilectionis brachiis complectentes, non ſolùm ipſum, verùm etiam ſuos, ejus intuitu, dignâ honorificentiâ & gratiosâ munificentiâ proſequamur.

Proinde, ſiquidem cum dilectus filius Gerardus de Grandiſono, Electus Virdunensis Canonicatum & Præbendam, quos tunc in Sareſbirienſi Eccleſiâ obtinebat, liberè in nostris manibus reſignârit, & per hoc prædicti Canonicatus & Præbenda vacent ad præſens, ac plenè in nostra diſpoſitione conſiſtant.

Nos, volentes dilecto filio Mathæo Caraculo, nepoti dicti Magiſtri Berardi, Canonico Eccleſiæ Sareſbirienſis, obtentu prædicti Magiſtri Berardi, gratiam in hac parte facere ſpecialem, Canonicatum & Præbendam præfatos, cum omnibus eorum juribus & pertinentiis, ac juris canonici plenitudine, Apoſtolica ſibi auctoritate contulimus, ſibique de illis providimus, & dilectum filium Magiſtrum Yſimbardum, Notarium nostrum, inveſtivimus, ejuſdem Mathæi nomine, de eiſdem:

Decernentes irritum & inane, ſi ſecus de Canonicatu & Præbendâ prædictis, Apoſtolicâ, vel alia quavis auctoritate, à quoquam contingeret attemptari.

Non obſtante ſi direximus in eadem Eccleſia pro aliis ſcripta nostra; ſeu ſi, dictæ ſedis, vel legatorum ejus, aut alia quavis auctoritate, in ea in Canonicos aliqui recepti eſſent, vel ut reciperentur inſtarent; quibus eundem Mathæum, in ipſorum Canonicatûs & Præbendæ aſſecutione, anteferri volumus (ſed quoad alios Canonicatus & Præbendas nullum per hoc præjudicium generari) ſeu ſi venerabili fratri nostro Epiſcopo, & dilectis filiis Decano & Capitulo Sareſbirienſi communiter vel diviſim a dictâ ſede indultum exiſteret, quod ad receptionem vel proviſionem alicujus minime tenerentur, & ad id compelli non poſſent; aut quod beneficiis vel Præbendis, ad collationem ſuam ſpectantibus, nulli provideri valeret per litteras Apoſtolicas, quæ de indulto hujuſmodi plenam & expreſſam non facerent mentionem; ſive quâlibet aliâ indulgentiâ dictæ ſedis generali vel ſpeciali, cujuſcunque tenoris exiſteret, per quam, præſentibus non expreſſam, vel totaliter non inſertam, effectus hujuſmodi gratiæ impediri valeret aliquatenus vel differri, & de quâ in eiſdem litteris fieri deberet mentio ſpecialis; ſive aliquibus Eccleſiæ prædictæ contrariis conſuetudinibus vel ſtatutis, juramento, confirmatione ſedis prædictæ, ſive quacumque firmitate alia roboratis; aut ſi dictus Mathæus præſens non fuerit ad præſtandum, de obſervandis hujuſmodi ſtatutis vel conſuetudinibus, ſolitum juramentum; ad quod præſtandum, quouſque ipſum illuc ire contingat, noluimus teneri eundem.

Quocirca diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus vos, vel duo veſtrûm; aut unus ex vobis, per vos, vel per alium, aut alios, eundem Mathæum, vel alium, ejus nomine, in corporalem poſſeſſionem Canonicatûs & Præbendæ, ac jurium, &

Quare pro parte dicti Regis fuit nobis humiliter supplicatum, ut, circa id, de oportunæ dispensationis gratia providere misericorditer dignaremur;

Attendentes igitur quod in talibus, nisi necessitas evidens urgeat, & utilitas id suadeat, non est facile dispensandum, fraternitati tuæ, de qua fiduciam in Domino gerimus pleniorem, per Apostolica scripta mandamus, quatinus, consideratis diligenter, quæ circa præmissa fuerint attendenda, cum Johanne ac Ysabella prædictis, siquidem prædicto Regno illam, ut præmissum est, pacis & concordiæ utilitatem ex ipsorum conjugali copula provenire posse prospexeris (ob quam in tali casu absque scandalo valeat dispensari) auctoritate nostra dispenses, quod matrimonium ad invicem possint contrahere, impedimento hujusmodi non obstante.

Dat. Bellicadri Idus Julii, Pontificatûs nostri anno quarto.

Sigillo avulso.

Bulla, de tribus Clericis Regis ad beneficia promovendis.

Ann. D. 1275. *An.* 3. *E.* 1. *Ex Orig.* GRegorius Episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri Bathoniensi & Wellensi Episcopo, ac dilecto filio Archidiacono Dorsetiæ, in Ecclesiâ Saresbiriensi, salutem & Apostolicam benedictionem.

Meruit devotionis sinceritas carissimi in Christo filii nostri Edwardi Regis Angliæ illustris, ut, ejus intuitu, clericos & familiares suos speciali prosequamur gratia & favore:

Hinc est quod nos, ipsius Regis supplicationibus inclinati, discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatinus tribus Clericis ejusdem Regis ydoneis, quos ipse vobis duxerit nominandos, de totidem beneficiis ecclesiasticis, præbendalibus vel aliis, ad cujuscumque collationem spectantibus, cum curâ vel sine curâ, nulli alii de jure debitis, ita quod singulis Clericis ipsis de singulis beneficiis provideatur (si in Regno Angliæ vacant ad præsens, vel quamcito ad id se facultas obtulerit) per vos, vel per alium, seu alios providere curetis; inducentes eos, vel procuratores ipsorum, in corporalem possessionem eorum, & defendentes inductos.

Non obstante si aliqui super provisione, sibi faciendâ de hujusmodi beneficiis, in illis partibus, nostras, vel prædecessorum nostrorum Romanorum Pontificum, seu Legatorum Apostolicæ * sedis, generales vel speciales litteras impetrârunt, quibus nolumus auctoritate præsentium præjudicium generari; sive si aliquibus à sede sit indultum eadem, quod ad receptionem vel provisionem alicujus minimè teneantur, & ad id compelli; quodque interdici, suspendi, vel excommunicari non possint, per litteras Apostolicas, quæ de indulto hujusmodi plenam & expressam, ac de verbo ad verbum non fecerint mentionem; seu quâlibet aliâ indulgentiâ dictæ sedis generali vel speciali, cujuscumque tenoris existat, per quam, præsentibus non expressam, aut totaliter non insertam, effectus earum impediri valeat vel differri; & de quâ in nostris litteris fieri debeat mentio specialis: contradictores per censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo. * II. 56.

fati Thomæ, de præfatis mille Marcis tenore præsentium acquietamus.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Oxon. sexto die Augusti.

De discordiis inter Barones & Milites in Hibernia pacificandis.

REX venerabilibus patribus, Archiepiscopis & Episcopis, terræ Hiberniæ, salutem. Ann. D. 1275. *An.* 3. *E.* 1. *Pat.* 3. *E.* 1. *m.* 13.

Qualiter Terra prædicta, per discordias & guerras, ibidem diu est habitas, depauperata existit fide perpenditis oculata; unde, cum super hoc sumus, nec immerito, anxiati animo & turbati, & totis desideriis affectemus quod hujusmodi controversiæ & guerræ pacificentur, & quod ad nostram & vestram quietem, ibidem pax & tranquillitas haberetur,

Vobis in fide & dilectione, quibus nobis tenemini, mandamus, rogantes quatenus, de consilio Justiciarii nostri terræ prædictæ, & aliorum fidelium nostrorum * partium illarum, taliter ad invicem provideatis, quod per divinum adjutorium & vestram circumspectam discretionem hujusmodi controversiæ & guerræ pacificentur & sedentur; ac inter Barones, Milites, & alios de terra prædicta, unitas & mutua dilectio habeatur; & præfatis fidelibus nostris in præmissis, & aliis nos ibidem contingentibus, obtentu nostri, consilium & auxilium impendatis. * II. 57.

Teste Rege apud Wodestok. 12. die Augusti.

Eodem modo mandatum est Militibus, liberis hominibus, & omnibus aliis de terra Hibernia; quod de consilio prædicti Justiciarii, venerabilium patrum, Midden. Waterford. Episcoporum, necnon & aliorum, &c. taliter provideant, &c.

De recipiendo, ad Officium Conestabularia Angliæ, Nepotem Humfredi de Bohun, Avo ob Senectutem inidoneo.

ILlustrissimo Viro, & Domino suo reverentissimo, Domino Edwardo, Dei gratia, Regi Angliæ, Domino Hiberniæ & Duci Aquitaniæ suus semper devotus Humfredus de Bohun, Comes Herefordiæ, Constabularius Angliæ, salutem, & paratum ad præcepta famulatum. Ann. D. 1275. *An.* 3. *E.* 1. *L. A. f.* 196. *a.* *Penes Camerar.*

Quia ad officium Constabulariæ deinceps nullo modo valeo intendere, ætate & inconvalescentiâ quamplurimûm gravatus; ideo dilectum Nepotem meum & Hæredem Humfridum de Bohun loco mei assignavi ad officium prædictum exequendum; concedendo eidem dictam Constabulariam de dominatione vestra tenendam cum omnibus pertinentiis:

Hinc est quod dominationi vestræ benignè supplico & devotè, qua-

An. 3. E. 1. Princeps Walliæ, Dominus Snoudoniæ, devota Pedum oscula beatorum.

L. A. f. 376. b. Penes Camerar. Non sine magna necessitate vestræ Sanctitati compellimur intimare, quod cum olim habitæ fuissent contentiones & discordiæ, ex quibus guerra orta fuit, & diu etiam habita inter excellentem virum Dominum Henricum, bonæ Memoriæ, Regem Angliæ illustrem, ex parte una, & nos ex altera; tandem, auctoritate Sedis

* II. 58. Apostolicæ * interveniente, per venerabilem Patrem Dominum Ottobonum, Sancti Adriani Diaconum Cardinalem, tunc ejusdem Sedis in Anglia Legatum, guerra, contentiones, & discordiæ supradictæ, sopitæ fuerunt in quadam forma pacis, initæ inter præfatum Dominum Regem & Successores suos ex parte una, & nos & Successores nostros ex altera, juramento tam ipsius Domini Regis, & Domini Edwardi primogeniti sui, qui postea eidem successit in Regno Angliæ, & adhuc idem Regnum optinet, quàm etiam nostro vallata; quæ quidem forma pacis per eundem Dominum Legatum in scriptis est redacta, & tam Sigillo ipsius, quam Sigillis prædictorum Domini Regis & Domini Edwardi, quam etiam nostro roborata, in quâ quidem formâ inter alia continentur, quod nos & Successores nostri tenere debemus de ipso Domino Rege & Successoribus suis Walliæ Principatum;

Ita quod omnes Barones Walliæ, Wallenses, à nobis & Hæredibus nostris terras suas in capite teneant, & homagia, ac fidelitatem nobis & Successoribus nostris faciant, unico Barone excepto, pro quibus nos & Successores nostri tenemur facere homagium, & fidelitatem præfato Domino Regi, & Successoribus suis: Continetur & ibidem quod idem Dominus Rex & Successores sui non recipient in terris suis aliquem adversarium, seu inimicum, vel fugitivum nostrum, seu Successorum nostrorum, nec eos contra nos, & Successores nostros manutenebunt, seu juvabunt; quæ omnia in formâ pacis prædictâ, cujus tenorem lator præsentium Sanctitati vestræ exhibere poterit, plenè continentur.

Ecce! Pater Sancte, præfatus Dominus Edwardus, Rex Angliæ ad præsens illustris, quorumdam Baronum Walensium terras, ad Dominium nostrum spectantes, in quarum pacifica possessione fuimus longo tempore post dictam formam pacis, sub Dominio suo jam detinet, quemdam etiam Baronem nostrum, qui per formam pacis supradictæ cum terris suis ad nos de jure spectare deberet, adhuc nobis non restituit, set in partem suam adhuc retinet. Alios etiam Barones, de Terra nostra fugitivos ac felones, qui machinati fuerunt in mortem nostram, in Terra sua receptat, juvat, & manutenet, contra formam pacis supradictam, non obstante quod prædas in Terris nostris ceperint, homicidia, incendia commiserunt, & adhuc non cessant facere consimilia.

Et, licet litteras Sanctitatis vestræ supplicatorias receperit, quod formam pacis supradictam observet, quarum litterarum tenorem idem lator præsentium Sanctitati vestræ poterit exhibere, tamen ob reverentiam earumdem, usque ad hæc tempora, nichil facere curavit.

Item, quod nobis periculosius est, vocat nos ad locum nobis minus tutum, inter capitales nostros inimicos, & maxime fugitivos, & felones supradictos, ad faciendum sibi homagium, & fidelitatem, ad quem locum nullo modo accedere possemus sine corporis nostri periculo.

Et licet in præsentiâ suâ binæ propositæ fuissent excusationes super præmissis, tamen easdem admittere, seu locum tutum ad faciendum sibi homagium & fidelitatem nobis assignare recusavit: quæ quidem parati sumus facere, in omnino loco tuto, per ipsum nobis assignando, dum ipse Articulos in præmissa forma pacis contentos observet. Et quod transgressum fuerit contra Articulos memo-

REX dilecto & fideli suo, Stephano de Penecestria, Constabulario Castri Dovorriæ, salutem. Ann. D. 1275.

Quia, ex relatu fide dignorum, intelleximus, quod Malefactores quamplurimi de partibus Selandiæ, cum quatuordecim Cogis & amplius, occasione cujusdam contentionis, habitæ inter Mercatores nostros Londonenses & Mercatores Selandiæ, per mare vi & armis incedentes, Mercatoribus nostris prædictis, & aliis de Regno nostro insideant ad deprædationes super ipsos in mari faciendas, per quas dispendia & incommoda intollerabilia, quod absit, poterunt provenire, nisi eorum malitiis citius obvietur: An. 3. E. 1. Rot. Claus. 3. E. 1. m. 5. d.

Vobis mandamus quod modis omnibus, quibus cautè poteritis, investigari faciatis super præmissis plenius veritatem, & Barones nostros quinque Portuum nostrorum super hoc præmuniri; & in propria persona vestra Barones nostros prædictos adeatis, cum eis super præmissis colloquium habituri, & inde de ipsorum consilio fieri faciatis quod vestra discretio magis viderit expedire.

Mittemus autem literas nostras de credentia Baronibus nostris prædictis, ut vobis in hiis, quæ eis ex parte nostra dixeritis in præmissis, credant, & ea per effectum operis faciant adimpleri.

Teste Rege apud Acheston 23. die Septembris.

Litera, per quam Capitulum Aquen. Ecclesiæ Cathedralis in Vasconia, conqueritur Regi Franciæ, quod Ballivi Regis Angliæ occupant bona ejus Ecclesiæ.

EXcellentissimo suo Domino, & Ecclesiæ Brachio singulari, Domino Philippo, Dei gratia, Regi Francorum, Capitulum Aquense Ecclesiæ Cathedralis in Vasconiâ, salutem cum debita reverentia & honore. Ann. D. 1275. An. 3. E. 1.

Non, sine gravi cordis amaritudine, Dominationi vestræ cogimur intimare quod, præfatâ Ecclesiâ nostrâ, jam ferè per triennium, pastoris regimine destitutâ, præpositi & Ballivi Senescalli Regis Angliæ, ibi pro tempore existentes, immo, quod est deterius, illorum Garci, seu servientes bona Episcopalia Capituli, ac aliarum Ecclesiarum de Diocesi temporalia, pro suæ voluntatis arbitrio, diripiunt & consumunt; invadentes Ecclesias & etiam infringentes, capientes Clericos, & diversa enormia committentes, quæ non possemus per singula enarrare, contra libertates Ecclesiasticas venientes, & sententias Ecclesiæ totaliter contempnentes. L. B. f. 307. b. Penes Camerar.

Cum igitur Dominus Amanenus de Pomeriis, Vicarius ejusdem Ecclesiæ, Sede vacante, & nos ex dictis gravaminibus ad vestram duxerimus audientiam appellandum, & bona ipsa vestræ donationis præsidio submittendum;

Majestati vestræ regiæ humiliter supplicamus quatinus eundem Vicarium, quem ad prosequendum prædicta coram vestrâ Regiâ Majestate Procuratorem nostrum constituimus, favorabiliter in suis petitionibus audiatis: & eas juste ad exauditionis gratiam admittatis; taliter, divino intuitu, circa hoc vos habentes, quod honor Sanctæ Matris Ecclesiæ, vestro mediante subsidio, non valeat deperire, quia jam in nostris partibus Princeps Provinciarum quasi sita est sub tributo.

* Bene & diu valeat vestra Regia Magestas. * II. 60.

In quorum testimonium Sigillum nostrum præsentibus duximus apponendum.

Dat. Aquis. die Sabbati post Festum beati Lucæ Evangelistæ, anno Domini 1275.

De

... personaliter interessemus;

Verum quia, ob ardua Regni nostri negotia, quæ habemus tractanda, ad illum diem vobis accedere non valemus, Dominationi vestræ supplicamus, quatinus absentiam nostram in hac parte, si placet, habere velitis favorabiliter excusatam.

Dantes insuper dilectis & fidelibus nostris, Mauritio de Credomo, Ottoni de Grandisono, & Rogero de Cliford, ad hujusmodi excusationem nostram plenius faciendam, cum nostro mandato speciali, plenariam potestatem.

Teste Rege apud Westmon. 11. die Novembris.

De Comite Sabaudiæ, Guerram faciente cum Rege Alemaniæ, & pluribus aliis Magnatibus.

Ann. D. 1275. An. 3. E. 1. Ex Bundela infra Turrim.

EXcellentissimo viro, & Domino suo karissimo, Domino Edwardo, Dei gratia, illustri Regi Angliæ, Domino Hiberniæ & Duci Aquitaniæ, Philippus, Comes Sabaudiæ, salutem, & se semper paratum in omnibus * ad sua beneplacita & mandata.

Cupientes de fælici statu vestro, quem Jesus Christus sua bonitate prosperum semper faciat & jocundum, bonos & certos rumores audire, frequentius mittimus ad vos nuncium nostrum, latorem præsentium; Excellentiam vestram rogantes, quatenus per eundem Nuncium de statu vestro & negotiorum vestrorum nos reddatis, si placeat, certiores; nam, quandocumque de felici statu vestro nobis prospera nunciantur, efficimur lætiores.

Si quid autem est quod pro vobis velitis nos facturos, nobis intimetis, quoniam voluntatem vestram & beneplacitum grato animo facimus.

De nobis vero sciatis quod ad præsens in bono statu sumus, quantum ad corpus, divina gratia concedente; in guerra tamen sumus cum Rege Alemaniæ, & cum pluribus aliis Magnatibus de partibus nostris;

Et licet Dominus Papa Nuncium suum specialem ad Dominum Regem & ad nos miserit, pro pace inter nos reformanda, qui ad hoc laboravit, & adhuc laborat; & vos etiam, vestri gratia, plurimum laboraveritis; nondum tamen aliquam pacem potuimus obtinere. Val.

Dat. Aquian. in Festo beati Martini.

Ann. D. 1275. An. 3. E. 1. Ex Bundela infra Turrim.

Litera Ludovici de Sabaudia Regi Recommendatoria, pro Grimundo de Altisvineis.

SErenissimo Principi, karissimo Domino suo, Domino Edwardo, Dei gratiâ, Regi Angliæ, Domino Hiberniæ & Duci Aquitaniæ, Ludovicus de Sabaudia, devotus Consanguineus ejus,

Teste Rege apud Westm. decimo quinto die Novembris.

De Senescallo Vasconiæ, injuste bona Ecclesiastica occupante.

EXcellentissimo suo Domino ac plurimùm reverendo, Edwardo, Dei gratiâ, Regi Angliæ, Domino Hiberniæ, & Duci Aquitaniæ, Capitulum Aquensis Ecclesiæ, necnon Sorduen. Deusliæ, Arthosii & Cameocæ Abbates; item Monasterii Potonensis Hospitalium Sancti Spiritûs, Aquenensis & Baionensis Priores, Aquensis Diocæsis, salutem & fidelitatis constantiam cum servitio & honore.

Ann. D. 1275. An. 4. E. 1. L. B. f. 270. a Penes Camerar.

Cum Senescallus vester Vasconiæ bona spiritualia & temporalia Mensæ Episcopalis, Aquensis Ecclesiæ, nunc vacantis, occupaverit, & fecerit occupari in opprobrium libertatis Ecclesiasticæ, ac dictæ Ecclesiæ non modicam læsionem,

Dominationi vestræ in veritate asserimus, & in nostrarum animarum judicio perhibemus nos, usque ad hæc tempora vacationis præsentis, per vos, aut prædecessores vestros, vel locum vestrum tenentes in Vasconia occupationem hujusmodi fieri non vidisse; set ipsi vacanti Ecclesiæ deputabatur Vicarius qui regebat Ecclesiam, & eis bona, quousque esset ibi creatus Episcopus, libere colligebat.

Quapropter Majestati vestræ Regiæ supplicamus quatinus dictum Dominum Senescallum, & Ballivos ipsius, per quos, & eorum Nuncios, bona dictæ Ecclesiæ nequiter dissipantur, ab occupatione prædictâ desistere faciatis, ita quod ex hoc à Domino remunerari merito debeatis, & per effectum veriùs Sanctæ Matris Ecclesiæ auxiliator & filius approbari.

Ille vos promoveat, qui Regibus dat salutem.

Dat. in septimanâ, ante Nativitatem Domini, anno Incarnationis ejusdem millesimo ducentesimo septuagesimo quinto.

De auxilio contra Saracenos Regi Castellæ præstando.

REX dilectis & fidelibus suis, Majori & Civibus suis Baionæ, salutem.

Ann. D. 1276. An. 4. E. 1. Pat. 4. E. 1. m. 34. intus.

Quia intelleximus quod Saraceni se præparant ad veniendum hostiliter, cum magno exercitu, in terram karissimi fororii nostri, Regis Castellæ illustris, non solum in dampnum ipsius Regis, verùm etiam in christianitatis & aliorum christianorum, partium illarum, grave periculum, & confusionem manifestam,

Vobis mandamus quod, ad requisitionem ipsius Regis & suorum, sumptibus suis, sitis eidem Regi in auxilium & consilium navigio vestro, & aliis, quibus meliùs sciveritis & poteritis, ad resistendum per mare Saracenis prædictis, ne terram dicti Regis, aut aliorum

Litera-
tum & Brevium, in Turri.

dilectionis dulciflue, dum de sede Magnitudinis vestræ ad me, hu-milem filium, atoma tantæ devotionis, perflante *os* meum austro vestræ benignitatis, effluxit eo quod in auribus nostris fuit & est vox salutationis Apostolicæ, non solum mihi, sed & universali Ecclesiæ, Regibus & Regnis omnibus, gaudii magni materiam nunciantis.

Ipse *enim* Rex Regum, & Dominus Dominantium, suâ providentiâ, quæ in sui dispositione non fallitur, suo pretioso sanguine sanctam Catholicam fundans Ecclesiam, ne in ea fides & clarum lumen tepesceret, aut tenebresceret, personam vestram, tanquam lampadem, oleo sacræ doctrinæ & conversationis sanctissimæ, omnique venustate refertam, in ejus lacuna sublimiori constituit, ut igne divinæ charitatis accensa, non diutius lucernæ ipsius claritas, sub minoris status modio, celaretur abdita, sed, ut luceat omnibus qui in Domo sunt, poneretur super candelabrum luminata.

De cujus sublimatione, quam fecisse firmiter creditur ille, qui facit mirabilia magna solus, si non absque terrore miremini, non est mirum: Tamen quia per ipsius electionis vestræ seriem, quam mihi tam lucidè vestra Sanctitas dignata est intimare, ipsum Dominum in vobis *operare* apparet lucidius, non timendum creditur quin perficiat, qui sic cepit; nec est, vel leviter, suspicandum, quin operi manuum suarum dexteram porriget ille qui *laboravit in* dictæ electionis processu, in quo fratrum absentia, satisque longa distantia difficultatem non modicam, communi hominum judicio, minabatur; ipso eorum corda efficaciter tangente, & lumen accendente sensibus, qui olim, super discipulos igneis linguis apparens exterius, fecit interius corda flammantia, qui, *cum effectu* in eodem loco pariter congregati, vos cum fratribus vestris (quibus id status suarum personarum indulsit) adunavit corporibus, & cordibus counivit; ipsi siquidem, propter hæc & alia mirabilia sua, benedictio, & claritas, & sapientia, & gratiarum actio specialis, honor, virtus, & fortitudo in sæcula sæculorum, qui vos Pontificem, ex hominibus assumptum, apud Deum, pro hominibus, super homines constituit, & super Syon, montis sancti ejus, apicem sublimavit.

Super eo, nimirum, quòd vestræ Sanctitatis lingua suis non adhæsit faucibus, quin potius in suæ lætitiæ principio Jerusolyma præponeret, graves ipsius calamitatis ærumnas, non absque compassionis aculeis, interiùs corde meditans, & verbis affectuosissimis proponens exterius, cordis compassione afficior, & affectus exulto.

Hinc, ejusdem Terræ sanctæ, quam Dominus noster Jesus Christus sanguine consecravit, miserias & ærumnas *unà cum desiderio vero* vestræ bonæ voluntatis & affectionis circa liberationem ipsius *terræ*, attendens, speramus firmiter quod, cum tam bonum opus vobis in voluntate sit, ex divino adjutorio erit in perfectione votiva.

Ad subveniendum autem illi, pro meæ parvitatis viribus, vestra profectò dulcis excitatio, me commovens, solito amplius animavit; & desiderium meum, circa ipsius subsidium aliquando versatum, ex mellifluis vestræ Sanctitatis eloquiis, quæ meis & omnium fidelium faucibus quàm dulcia sunt, quodinanum suscepit incrementum; maximè, cum vestræ superexcellens dignatio Sanctitatis tanto studiosiùs continuis & efficacibus sit gratiarum actionibus prosequenda, quanto Apostolica Cedrus alta Libani in salutationis, & suæ charitatis sinus apertionis meæ parvitatis Ysopo se

* II. 64. inclinans, ac deferre proponens eidem, * ad suæ largitatis gremium me invitat recurrere, non absque spe promovendorum mei regiminis commodorum.

Cui, quia ad modicum regratiari non sufficio, ad pedes Sanctitatis ipsius, cordis mei affectum provolvens, hujusmodi gratias refero, quantas possum.

nebulas, dicto tempore perdurantes, dictus Owenus & socii sui, ad dictum scelus perpetrandum parati, & adinvicem adunati, suam intentionem non potuerunt effectui mancipare.

Et, cum hoc ad præfati Principis notitiam, per quosdam suos fideles, qui dictam conspirationem sibi denudaverant, pervenisset, idem Princeps evocare fecit dictum David, qui tunc suâ intentione frustratus ab eo decesserat, ut apud Rodelanum ad diem certum coram eo compareret, se super dicta conspiratione purgaturus, qui, nisi in securo conductu, noluit ad locum accedere memoratum.

Et, postquam in conductu securo venerat ibidem, & à Principis consilio fuerat increpatus, alium diem acceptavit apud Danvaur in Pendinn, ad respondendum precisè super sibi impositis ex parte Principis memorati.

Ad quem diem, nec venit, nec pro se misit, set, diem istum anticipans, cum armata suorum multitudine, terras & tenementa sua delinquens in Walliæ, tanquam profugus, se transtulit ad adversarios dicti Principis, sine mora, transgressiones & deprædationes non modicas in terris dicti Principis per suos faciens postmodum & exercens, contra fidelitatem, homagium, & juramentum venire non abhorrens.

Post hæc, præfatus Owenus in Comitiva dicti Principis existens, hæsitans ne probarentur contra eum, recognovit, in præsentia Domini Episcopi Bangor. & quorumdam nostrûm, & religiosorum virorum, ac plurium aliorum fidedignorum, non vi nec metu ductus, set sanus & mentis suæ compos, præmissa totaliter esse vera; adiciens dictam conspirationem, conspirationes, & obligationes omnes, inter ipsos initas, & in Cartis fore redactas, sigillis conspiratorum signatis, quas mater sua secum in quadam cista sua conservabat apud Castrum de Pola: qui, post plurima Principi per ordinem fuissent exposita, proborum consilio ductus, misit quinque viros nobiles, & fideles suos Nuncios ad præfatum Griffinum, qui dictum suum, suorum, & complicum propositum, & conspirationem, ac obligationes sibi declararent, & exponerent, ac inducerent eundem amicabiliter ut se Domino * suo Principi super * II. 65.
præmissis reconciliaret, purgando, vel aliter misericordiam obtinendo, si dictum facinus perpetraverat.

Qui, cum dictum Griffinum in Castro suo de Pola reperissent, sibi negotium suum declaraverunt; ac, eo declarato, ad magnam ejus instantiam & rogatum, cum ipso pernoctârunt in Castro memorato, dicto Griffino promittente eis, pro certo, quod in crastino vellet, una cum ipsis, prænominatum adire Principem, in remotissimis partibus Walliæ tunc agentem, ut se purgaret penitus de præmissis.

Et cum, ejus promissioni credentes, ibidem pernoctâssent, idem Griffinus, salutis suæ immemor, propriique juramenti transgressor, ab homagio, & fidelitate sæpedicti Domini discedens, ac de occulto traditore se faciens manifestum, feloniam addens feloniæ, fraudemque fraudi connectens, prædictos quinque viros nobiles, Nuncios Principis, in obscuro distringens, ergastulo diro castri mancipavit, ac prædictum Castrum suum viris bellicosis plus centum munivit, ac armis, & victualibus, unà cum cæteris, quæ ad Castri munitionem & defensionem pertinent, ordinavit, guerræ vexillis in majori turre levatis, domibusque de foris astantibus circumquaque combustis, sicut moris est guerrantium, & ipsemet Griffinus, cum uxore, & liberis, ac reliqua parte suæ familiæ, & bonis suis de nocte se transtulit, ut profugus, ad adversarios Principis memorati; rapinas, furta, deprædationes, hominum captiones, incendia, & homicidia, per suos in terris dicti Principis postmodum, in animæ suæ detrimentum, sæpius faciens, & exercens:

Et, licet prædictus Princeps per religiosos viros, Dominum Abbatem de Kemer, & ejusdem loci Priorem Cistertiensis ordinis,

Langor.

Regi Angliæ adhærebit.

Ann. D. 1276. An. 4. E. 1. L. B. f. 164. a. Penes Camerar.

OMnibus, ad quos præsentes litteræ pervenerint, Garsio de Marchia salutem in Domino.

Noveritis quod, cum inclitus Princeps Dominus meus Edwardus, Dei gratiâ, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, & Dux Aquitanniæ, terras & tenementa mea dudum in manum suam capta, pro eo quod quibusdam rebellibus suis terræ Vasconiæ dudum adhæsi, mihi de gratiâ suâ restituerit,

Protestor, & bona fide promitto, fidelitati ipsius Domini mei Regis de cætero constanter adhærere, & terras, & tenementa mea prædicta præfato Domino meo ad voluntatem suam restituere; sub conditione tamen quâ fui tempore restitutionis eorumdem Terrarum & tenementorum michi factæ; dum tamen conditiones illas non foris faciam.

Et, ad hæc fideliter observanda, obligo me per præsentes.

Dat. apud London. die Lunæ in Crastino Trinitatis, anno Regni præfati Domini nostri Regis quarto.

Bulla Johannis Papæ quæ continet Notificationem Promotionis suæ.

Ann. D. 1276. An. 4. E. 1. Ex Orig.

JOhannes Episcopus, servus servorum Dei, carissimo in Christo Filio Regi Angliæ illustri, salutem & Apostolicam benedictionem.

Qui æternæ legis imperio summa regit, etiam extrema non deserit; sed cum æqualiter sit illi cura de omnibus, cœlum terramque regens, super omnes cœlos ipse considet, & super terræ terminos lumen ejus;

Suam autem Jerusalem, Sacrosanctam viz. & Catholicam Ecclesiam, quæ non Saxorum molibus, sed muris virtutibus ædificatur, ut Civitas in eorum sublimitate conscendens, singulariter & mirabiliter, nec minus misericorditer, de suo habitaculo præparato respexit.

Hanc etiam petram Christus admirabili & ineffabili dispositione stabiliens, super seipsum ædificavit eandem, seque vivum constituit angularis lapidem firmamenti, ad evidentioris roboris firmitatem in Sanctis Patribus, Catholicæ doctrinæ verticibus, alia ei fundamenta substernens, ut in Montibus fundata sanctissimis, & si experiretur interdum concutientium impetus, nullius tamen vereretur ruinæ dispendium, sed adversus eam nec portæ inferi prævalerent, & virtutum elevata culminibus, nequaquam sub modio lateat, sed illarum evidentia pateat cunctis in salutis exemplum

In eo etiam idem pius & misericors Dominus, eandem Ecclesiam specialis respexit benignitatis intuitu, & direxit.

Quanquam enim ipse ubique præsens, & eadem ejus in omnibus cura regiminis æquè cuncta regat, cuncta disponat, & ita impendatur in magnis, quod non præpediatur a parvis, nichilominus tamen ex singularis amoris privilegio, eidem Ecclesiæ, suum cui

prout ad eos pertinet, nobiscum fideliter & sollicitè conlaborant, decrevimus exortandos.

Ideoque Regalem celsitudinem rogamus & instanter obsecramus in Domino Jeshu Christo; quatinus, prudenter attendens quod datum est tibi divinitus in orbe, pro non modicâ parte judicium, justitiam diligas, & eam omnibus tuæ ditioni subjectis, non omissâ tamen clementiâ, diligenter observes.

His enim columpnis firmissimis stabiliuntur Imperia, Regna firmantur, muniuntur Principes, & communiti lætantur statu pacifico Principatus.

Eandem insuper Ecclesiam matrem tuam, & Præsidentes eidem, ac personas Ecclesiasticas, immo tuæ salutis Actorem, per quem regnas & regeris, in illis Ministris ipsius solerter honora.

In his, Fili carissime, laudabilis memoriæ, prædecessores tuos non solum imitari, sed excedere studeas, quin etiam te ipsum virtutum successivis augmentis, velud de virtute in virtutem progrediens, superare.

Illam de nobis spem certam & fiduciam habiturus, quod tuam & Regni tui prosperitatem paterno zelantes affectu, eam, quantum cum Deo poterimus, & conservare studebimus, & facultate succedente favorabiliter promovere.

Dat. Viterbii Non. Octobr. Pontificat. nostri anno primo.

Sub filo canabeo.

Pro Blanchea, Navarræ Regina, Consorte Edmundi Fratris Regis.

REX omnibus ad quos, &c. salutem.

Cum Edmundus, frater noster karissimus, dotaverit Serenissimam Dominam Blancheam, Reginam Navarræ, Consortem suam, de tertia parte omnium terrarum & tenementorum, quæ prædictus frater noster tenet, seu tenere poterit tam ex donatione Domini Henrici Regis patris nostri & nostra, quam aliorum, unà cum omnibus exitibus & proventibus eorumdem, necnon de hiis, quæ prædictum fratrem nostrum contingunt de terris & tenementis, quæ fuerunt Roberti de Feraris, Comitis Derbiæ, & redemptione eorumdem, juxta formam & conditiones in quodam scripto, ipsius fratris nostri eidem Consorti suæ inde confecto, contentas; ita quod eadem Blanchea ea habeat per totum cursum vitæ suæ;

Ann. D. 1276. An. 4. E. 1. Pat. 4. E. 1. m. 6.

Nos, donationem illam acceptantes, * eam, quantum in nobis est, pro nobis & hæredibus nostris ratificamus, & præsentibus confirmamus. * II. 68.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Westm. 29. die Octobris.

[illegible]
præfato Negotio ad tempus supersederet:

Quorum precibus Dominus Rex adquievit;

Ita quod prædicti Archiepiscopus, Prælati & Magnates frequenter miserant Archidiaconum Cantuariensem, tamquam Nuncium ipsorum, ad prædictum Lewelinum, interim super hoc tractaturum; per quem dictum Negotium, licet prædictus Archidiaconus quamplurimum ad hoc laboraret, debitâ executione minime potuit consummari.

De Judicio reddito contra Lewelinum filium Griffini.

POstea, à die Sancti Michaelis, in 15. dies, anno Regni ejusdem Domini Regis quarto, apud Westmonasterium prædictus Lewelinus significavit Domino Regi, per literam suam, in quâ continebatur quod ipse Lewelinus veniret apud Muntgomery, vel album Monasterium Johannis filii Alani, facturus homagium suum Domino Regi;

Dum tamen Dominus Rex faceret ei habere salvum conductum, videlicet, per Archiepiscopum Cantuariensem, & ejusdem loci Archidiaconum, Episcopum Wintoniensem, Comites Cornubiæ, Norfolkiæ, Lincolniæ, Gloverniæ, Warenniæ, & Rogerum de Mortuo Mari, in veniendo, morando & redeundo sine aliquâ calumpniâ, vel demanda contra ipsum, ab aliquibus, ibidem, in sua præsentia, movendis vel agitandis;

Et quod Dominus Rex prius, per litteras suas, confirmaret formam pacis, olim factam inter Dominum Henricum patrem Domini Regis nunc, & ipsum;

Et quod ea, quæ desunt ei de pace prædictâ, eidem suppleri faceret.

Quod uxorem suam cum sua Comitiva ei redderet, &c.

Et super hoc, coram Domino Rege prædicto, Archiepiscopo
* II. 69. Cantuariensi, * W. de Roffen. J. London. H. Elien. R. Bath. & Wellen. Th. Hereford. & A. Assauen. Episcopis:

Sancti Albani, Glaston. Abbindon & Eborum Abbatibus:

Fratre Josepho Priore Hospital. Sancti Johannis Jerosol. in Anglia:

W. de Valentia, E. Cornubiæ, G. Gloucestriæ & Herfordiæ, R. Norfolciæ, J. Surræ, H. Lincolniæ, W. Warr. H. Herefordiæ & Essexiæ, & R. Oxoniæ Comitibus:

R. de Mortuo Mari, J. de Vescy, B. Wake, R. filio Petri, W. de Brehus, R. de Roos, J. de Sancto Johanne, R. filio Rogeri, P. de Monte-forti, P. de Cadurc. E. la Zuch. R. de Nevill, R. de Tibbotot, R. de Grey, W. de Suthlegh, R. filio Walteri;

Cæterisque Magnatibus de Concilio Domini Regis, Justiciariis, & aliis Domini Regis fidelibus, in crastino Sancti Martini proximo sequenti, apud Westmonasterium recitato prædicto processu, & prædictâ literâ prædicti Leulini lectâ, auditâ & intellectâ, quia idem Leulinus pluries summonitus fuit per Dominum Regem, quod veniret ad certos dies & loca, facturus prædicta homagium & fidelitatem suam, sicut prædictum est (quæ ipse requisitus fecisse debuit) modo debito facere recusavit, & in omnibus præmissis ipsi Domino Regi obedire contempsit, nisi Dominus Rex artaret se ad faciendum ea, quæ facere non tenetur, sicut apparet manifestè;

Nec idem Leulinus observavit ea, quæ continentur in forma pacis, inter prædictum Dominum H. Regem patrem Domini Regis nunc, & ipsum Leulinum factæ, immo omnia ferè, in prædicta pace contenta, quæ Dominum Regem contingunt, contra

Litera Basiliensi Episcopo.

VEnerabili in Christo Patri, Domino Basiliensi Episcopo, salutem, & sinceræ dilectionis affectum. Ann. D. 1276. *An. 4. E. 1. In Turre London.* * II. 70.

Oblatio, quam nobis obtulit vestra Paternitas, sinceritatis affectum, quam ad nos habetis, notoriè manifestat; ex quo ad grates assurgimus multiformes, parati vobis ad antidora respondere;

Et, si forte nobis ingruit necessitas, * vobis, tanquam illi de quo specialiter confidimus, illam cum obtinendi fiduciâ curabimus intimari.

Valeat vestra Paternitas per tempora longiora.

Dat. apud Westmonast. duodecimo die Novembris.
Et fuit clausum.

De Nunciis Regi Romanorum super matrimonio filii dicti Regis cum filia Edwardi Regis.

SEmble al conseil, qe les covenaunces del mariage de Alem. preparles entre les deus Reis, sont si alees, qe nul deus ne se pust retrere. Ann. D 1276. *An. 4. E. 1. Ex Rot. penes Camerar.*

Dont il semble qe bon est, qe le Rei envoie ses mesages avisees al Rei de Alem. per custume del pais, & prever les terres assignees a la damaisele per mil marches de tere: & les autres choses per dis mil mars qe il est tenuz assigner: a cele meme per altres mil marchees de terre: e veer les teres q'il ad done, & dorra a Hartman sun fuiz: & a ver & aprendre la seurte de cetes choses: e de preer le Rei qe les choses, q'il dorra al enfaunt, & sum estat, face asseurer al honur del Rei, e al prou, e a la seurte del' enfaunt.

Instructiones traditæ Nunciis in Alemanniam profecturis, super matrimonio antedicto.

SUPER curiali mandato & responso, quæ Dominus Rex Alemaniæ fecit Regi Angliæ, de matrimonio inter filium suum Hartmannum, & filiam Regis Angliæ Johannam, regratiatur ei Rex Angliæ plurimum, sicut Nuncii ei plenius exponent viva voce. Ann. D. 1276. *An. 4. E. 1. Ex Rot. penes Camerar.*

Item, sicut Rex Alemaniæ curialiter & benigne incepit istud negotium, & Rex Angliæ multum affectat idem negotium feliciter consummari, provideat idem Rex Alemaniæ, & ordinet de isto negotio juxta suæ beneplacitum voluntatis; &, si quæratur à Nunciis de quanto Rex Angliæ velit esse contentus, respondeatur de duabus milibus libratis terræ ad opus filiæ, nomine dotalicii, & de decem libratis terræ, ad opus filii hæredis hæreditariæ.

Item, Nuncii rogent Regem Alemaniæ, quod mittat filium suum in Angliam, ad contrahendum & consummandum matrimonium prælocutum, & infra quem terminum.

Item, quod Nuncii procurent prorogationem missionis filiæ Regis in Alemaniam, propter teneritatem ætatis suæ.

Item, quod Nuncii petant a Rege Alemaniæ, scilicet, quod, si contingat ipsum promoveri in Imperatorem, & ad honorem Imperii, ita quod oporteat provideri de alio in Regem Alemaniæ, quod idem Rex nominabit istum filium suum, qui ducet filiam Regis

... facientes, quod quidem homagium præstari Domino cuicunque Christiano, in pace Ecclesiæ existenti, nulla extrinseca conditio, seu cujuscumque debiti exactio debet impedire, seu etiam retardare;

Ac insuper pacem ipsius Regis pacifici & sui Regni, per vos & vestros, maximè in confinio Angliæ & Walliæ, nequiter perturbando, quod utique per notoriam stragem multorum, rapinam & innumerabilia dampnorum gravia & dispendia plene liquet, sitis ipsarum excommunicationum sententiis involuti, quod non sine cordis angustiâ vobis scribentes nunciamus, vestro statui merito miserando, paterno, ut convenit, compatientes affectu, vobis tam auctoritate Concilii supradicti, quam promulgationis sententiæ memoratæ, monentes, districte mandamus quatinus, infra quindenam, à receptione præsentium, de præmissis satisfaciatis ad plenum, ab inceptæ perturbationis Regis & Regni molestia penitus desistentes, ac vestros ab hiis cum effectu de cætero compescentes, alioquin contra vos & vestros perturbatores prædictæ pacis, ut exigit vestrum & eorum excessus, ad alia, licet inviti, quodammodo ratione prævia procedemus.

Datum apud Westmonasterium die Veneris proxima post Festum Sancti Martini Yemalis, anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo sexto.

De Rogero de Mortuo Mari, Capitaneo contra Wallenses assignato.

Ann. D. 1276. An. 4. E. 1. Pat. 4. E. 1. m. 2.

REX Comitibus, Baronibus, Militibus, & omnibus aliis fidelibus suis de Comitatibus Salopiæ, Staffordiæ, & Herefordiæ, & in partibus propinquis, terras extra metas Comitatuum habentibus, & eorum Ballivis, salutem.

Sciatis quòd assignavimus dilectum & fidelem nostrum Rogerum de Mortuomari, Capitaneum in Comitatibus & partibus prædictis, ad easdem partes contra Lewelinum filium Griffini & complices suos custodiendum, & ad reprimendum eorum malitiam & insultus, modis omnibus quibus viderit expedire.

Et ideo vobis mandamus quod eidem Rogero, & ei, quem ad ea facienda loco suo posuerit, quotiens ipsum Rogerum abesse contigerit, intendentes sitis & auxiliantes cum equis & armis & toto posse vestro; & ipsum & Comitivam ejus in Castris, Villis, & locis vestris fortibus, sicut nos ipsos, quotiens ab eodem Rogero, vel ab eo, quem ad ea facienda loco suo posuerit, ex parte nostra fueritis requisiti, receptetis, quousque à nobis aliud inde habueritis in mandatis.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Westm. decimo quinto die Novembris.

mus ibidem, in Schedula.

Dilectis & fidelibus nostris R. Abbati Westmon. & Magistro Henrico de Newerk clerico & familiari nostro, nos specialiter obligandi, tenore præsentium, plenam tribuimus potestatem:

Et hoc idem venerabilibus patribus Dominis Cardinalibus patefacimus per præsentes, quibus sigillum nostrum apponi fecimus in testimonium præmissorum.

Dat. apud Windes. duodecimo die Decembris, anno Regni nostri quinto.

De Exercitu Regis summonendo contra Lewelinum Principem Walliæ.

Ann. D. 1276. An. 5. E. 1. Claus. 5. E. 1. m. 12. d.

EDwardus, Dei gratiâ, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, & Dux Aquitanniæ, dilecto fratri & fideli suo Edmundo, Comiti Lancastriæ, salutem.

Quia Lewelinus, filius Griffini, Princeps Walliæ, & complices sui, rebelles nostri, terras nostras & fidelium nostrorum in partibus Marchiæ invaserunt, & de die in diem invadunt, & homicidia & alia dampna enormia ibidem perpetrarunt;

Et idem Lewelinus nobis, prout deberet, obedire contempsit & contempnit, in nostri præjudicium & contemptum, & vestri & aliorum fidelium nostrorum grave dampnum, & exhæredationem manifestam; per quod jam exercitum nostrum summoneri fecimus, quod sit apud Wygorniam in Octabis Sancti * Johannis Baptistæ, * II. 73. proximo futuris, ad rebellionem dicti Lewelini & fautorum suorum reprimendam;

Vobis mandamus quod, dictis die & loco, intersitis cum equis & armis, & cum servitio vestro nobis debito, parati exinde proficisci nobiscum, in expeditionem nostram, contra prædictum Lewelinum & complices suos rebelles nostros.

Teste meipso apud Windesor. duodecimo die Decembris, anno Regni nostri quinto.

Eodem modo mandatum est,

Johanni de Britannia, Comiti Richemundiæ,	*Gilberto de Umfravill, Comiti de Anegos,*
Edmundo, Comiti Cornubiæ,	*Rogero le Bygod, Comiti Norff. & Marescallo Angliæ,*
Gilberto de Clare, Comiti Glouцestriæ & Hertfordiæ,	*Alexandro Comyn, Comiti de Boghan.*
Johanni de Warenna, Comiti Surr.	*Willielmo de Valentia, Comiti de Penbroke,*
Humfrido de Bohun, Comiti Herefordiæ,	*Henrico de Lacy, Comiti Lincolniæ.*
Willielmo de Bello-campo, Comiti War.	
R. de Veer, Comiti Oxoniæ,	*Marmeduc de Tweng,*

Petro de Malo-lacu,
Roberto de Ros, de Belvere,
Rogero de Lasceles,
Johanni, filio Philippi,
Johanni de Eyvill.
Willielmo de Lindes.
Adæ de novo Mercato,
Roberto Tybetot,
Alexandro, filio Johannis de Ballolo,
Gerardo de Furnivall,
Willielmo Bardolf.
Ricardo de Malebisse,
Regin. filio Petri,
Waltero de Sully,
Henr. de Caudano,
Willielmo le Moun.
Math. de Loveyn.
Willielmo de Bolevill,
Waltero de Huntrecumb.
Johanni de la Mare,
Guidoni de Brion.
Johanni de Sandwic.
Roberto de Muschegros,
Olivero de Dynebam,
Willielmo de Ros,
Petro Corbet,
Henr. Hosee,
Willielmo filio Thomæ de Creistok,
Andr. Peverell.
Rogero de Lancastria,
Johanni de Ripariis,
Ricardo de Amandevill,
Willielmo le Latymer,
Johanni, fratri suo,
Gilberto de Berneval.
Johanni de Hodeleston,
Roberto de Lathum,
Roberto de Chaundos, de Comitatu Herefordiæ,
Roberto, filio Walteri,
Henrico de Erdington,
Roberto Baroni de Staff.
Rogero la Zusche,
Roberto de Grey,
Galfrido de Cannvill.
Roberto, filio Rogeri,
Johanni de Wanton,

Willielmo de Say,
Anselmo de Gurnay,
Ricardo de Tany,
Adæ le Despenser,
Hugoni Poynz,
Mathæo de Columbar.
Henr. de Novo Burgo,
Willielmo Gernun,
Johanni, filio Roberti, de Bello-campo,
Willielmo de Boterell,
Amarico de Sancto Amando,
Johanni Extraneo,
Roberto, filio Hugonis de Mortuo-mari,
Galfrido de Lucy,
Galfrido de Maundevill,
Johanni, filio Rogeri, de Sancto Johanne,
Baldewino Wake,
Bertramo de Crioll,
Johanni, filio Mathæi,
Pagano de Cadurcis,
Gilberto Peche,
Johanni de Mohun,
Johanni, filio Johannis de Burgo,
Hugoni Louel,
Johanni de Wahull.
Hugoni de Nevill.
Radulfo Basset de Drayton,
Hugoni de Plessetis,
Hugoni Saunzauer,
Roberto de Greley,
Ricardo Basset de Welledon,
Radulfo le Butiller de Wemme,
Nicholao de Segrave,
Arnaldo de Bosco } *mittant servitium*
Theobaldo de Butyler }
Willielmo de Derewentwater,
Waltero de Kolevill,
Ricardo de Fryvill,
Willielmo Darell,
Gilberio Hansard,
Willielmo de Huntingfeld,
Hugoni filio Henrici,
Rogero de Lasceles.

De Episcopis, qui servitium Regi debent, in Exercitu Walliæ summonitis.

Ann. D. 1276. An. 5. E. 1. Ibidem.

EDwardus, Dei gratiâ, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ & Dux Aquitaniæ, venerabili in Christo patri, Domino R. eâdem gratiâ, Cantuariensi Archiepiscopo, totius Angliæ Primati, salutem.

Quia Lewelinus filius Griffini, Princeps Walliæ, & complices sui rebelles nostri, terras nostras & fidelium nostrorum in partibus

micidia, & alia dampna enormia ibidem perpetrarunt: 12. d.

Et idem Lewelinus nobis, prout deberet, obedire contempsit & contempnit, in nostri præjudicium & contemptum, & fidelium nostrorum grave dampnum & exheredationem manifestam;

Tibi præcipimus quod statim, visis litteris istis, cum omni celeritate, clamari facias in Comitatu prædicto, & in singulis Hundredis, Burgis, & Villis Mercatoriis, per totam Balliviam tuam, quod omnes illi de Ballivia illa, qui de nobis tenent in Capite, per servitium Militare, ad portandum arma potentes existunt, sicut terras & tenementa sua, quæ de nobis tenent in capite, diligunt, sint apud Wygorniam, in Octabis Sancti Johannis Baptistæ, proximo futuris, cum equis & armis, & cum servitio suo nobis debito, parati exinde nobiscum proficisci, in expeditionem nostram, contra prædictum Lewelinum, & Complices suos Rebelles nostros.

Et quod illi, qui ad portandum arma potentes non existunt, tales, ad diem & locum prædictos, ad servitium suum, nobis debitum, pro ipsis faciendum transmittant, quales ad illud faciendum ydoneos esse constat, & pro quorum defectu merito reprehendi non possint; paratos nobiscum exinde proficisci, in expeditionem nostram, contra prædictum Lewelinum, & Complices suos Rebelles nostros.

Brevia autem nostra, certis personis de Ballivia tua directa, quæ tibi mittimus, illis, quibus diriguntur, cum omni festinatione, transmitti faciatis.

Et ita te habeas in hiis mandatis nostris exequendis, quod Summonitio exercitûs nostri non retardetur pro defectu tui; pro quo ad corpus tuum, & ad omnes terras & catalla tua graviter capere debeamus.

Teste meipso apud Windesor 12. die Decembris, anno Regni nostri quinto.

Sub eadem forma mandatum est Vicecomitibus Norfolciæ, & Suffolciæ, Cantabridgiæ, & Huntingtoniæ, Buckingamiæ, & Bedfordiæ, Oxoniæ, & Berk. Sussexiæ & Surræ, Essexiæ & Hertfordiæ, Somers. & Dors. Kanc. Lincoln. Roteland. Norht. Warr. & Leyc. Notingh. Derb. Cornub. Cumbr. Westmerl. Northumbr. Lancastr. Devon. Wilts, Eborum, Wygorn. Hereford. Sutht. Middels. Salop. Staff.

De Summonitione Abbatum contra Wallenses.

Ann. D. 1276. An. 5. E. 1. Ibid. m. 11. d. *11.76.

REX dilecto sibi in Christo, Abbati de Rames, salutem.

Quia Lewelinus filius Griffini, Princeps Walliæ, & Complices sui Rebelles nostri, terras nostras & fidelium nostrorum in partibus Marchiæ invaserunt, & de die in diem invadunt, & homicidia & alia dampna enormia ibidem perpetrarunt, & idem Lewelinus nobis, prout deberet, obedire contempsit * & contempnit, in nostri præjudicium & contemptum, & vestri ac aliorum fidelium nostrorum grave dampnum, & exhæredationem manifestam, per quod jam exercitum nostrum summoneri fecimus, quod sit apud Wigorniam in Octabis Sancti Johannis Baptistæ proximo futuris, ad rebellionem dicti Lewelini & fautorum reprimendam;

Vobis mandamus quod, dictis die & loco, habeatis servitium vestrum, nobis debitum, paratum ad proficiscendum exinde nobiscum, in expeditionem nostram, contra prædictum Lewelinum & Complices suos Rebelles nostros:

Et ita vos habeatis in hac parte, ut per vestrûm, & aliorum fidelium nostrorum, quos propter hoc summoneri fecimus, auxilium, dicto-

Sed etsi, prout credimus, recte recenseas illam, quam ad Fratres nostros Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales uberem gerimus caritatem, si ministerium eorundem in rationis speculo condescenderis contemplari, qui tanto commissi nobis Apostulatus sarcinam efficiunt leviorem, quanto cohoperatores optimi, studiorum suorum ope, nostram stabiliunt facultatem, & gratiosius occurres ipsorum, cum favoris largitione, profectibus, & nostram ac Sedis ejusdem munificam circa eos providentiam comprobabis.

Sane cum iidem Cardinales, in quorum electæ maturitatis industriâ, nostra & Apostolicæ Sedis latera requiescunt, nobiscum bono publicæ tranquilitatis & salutis invigilent, & pro curâ Univer-
*II. 77. salis Ecclesiæ labores continuè perferant * onerosos, indignum ducimus ut ipsi substantias, quorum continui sumptus multipliciter effluentes exhauriunt, defectum bonorum temporalium patiantur, qui sollicitudinis nostræ participes, ad cunctorum Christi fidelium salutis, & Pacis habundantiam moliuntur.

Ex hoc utique, cum nuper dilectum filium nostrum S. titulo Sancti Martini Præsbiterum Cardinalem, consilio cujus refulget Ecclesia, cujusque diutius jam experta discretio celebris, participationis auxilio, Apostolicæ Sedis clarificat actiones, juxta suæ conditionis intuitum, egestatis oneribus affici, non absque Sedis ipsius ignominiâ videremus; de Wltanestea & de Frondingham Lincolnien. & de Archexea Eborum Dioecesi Ecclesias, per dilectum Filium Tedisium de Camilla Capellanum nostrum, olim Rectorem Ecclesiarum ipsarum, in nostris manibus liberè resignatas, & per resignationem hujusmodi liberas & vacantes, quas, juxta constitutionem, felicis recordationis, C. Papæ Prædecessoris nostri editam super beneficiis in Curia Romanâ vacantibus, & per, recolendæ memoriæ, G. Papæ Prædecessoris nostri postmodum in Lugdunensi Concilio moderatam, cum nondum tempus moderationis hujusmodi effluxisset, conferre quispiam nisi Romanus Pontifex non valebat, eidem Cardinali, ad tollendum gravantis ejus egestatis opprobrium, duximus conferendas.

Ideoque serenitatem tuam rogamus, & hortamur attente, quatinus circa hæc laudabilem providentiæ nostræ motum acie providæ considerationis attendens, & in hoc ejus, quam ad Apostolicam Sedem geris, affectum devotionis acceptabilis manifestans, eidem Cardinali ac Procuratoribus ejus, & Nuntiis ad partes Angliæ propterea destinatis, super assecutione possessionis pacificæ Ecclesiarum ipsarum ac jurium earundem contra personas quaslibet, ob reverentiam Apostolicæ Sedis, & nostram, nec non & ipsius Cardinalis intuitum, apud quem utile sortiri poteris gratitudinis acceptæ solatium in futurum, auxilium & favorem Regium propitium largiaris; circa id potissimè gratiam tui favoris extendens, quod cum nonnulli Nobiles de partibus illis, ut dicitur, jus Patronatûs habere in eisdem Ecclesiis se prætendant, sic eos super hoc beneplacitis nostris per tuæ circumspectionis industriam, voluntarios satagas informare, præsertim cum nos indempnitati juris Nobilium eorundem, si quod in Ecclesiis ipsis habere forsitan dinoscuntur, sufficienti per litteras Apostolicas remedio caveamus, quòd eidem Cardinali, per tui favoris auxilium, speratus fructus ex gratiâ nostrâ

De Legibus Anglicanis in Hybernia utendis.

EDwardus, Dei gratiâ, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, & Dux Aquitaniæ, dilecto & fideli suo Roberto de Ufford, Justiciario suo Hiberniæ, salutem. Ann. D. 1277. *An. 5. E. 1. Bundela Literarum in Turre,*

Super melioratione statûs & pacis in terra nostra Hiberniæ, de quâ per vestras literas nobis nuper significâstis, lætamur & gaudemus quam plurimum; &, diligentiam vestram valde commendantes in hac parte, speramus (ope Dei) quod ea, quæ ibidem laudabiliter hactenus inchoâstis, quantum in vobis est, fæliciùs & viriliùs continuabitis in futurum.

Cæterùm de eo, quod Communitas Hyberniæ octo millia Marcarum nobis offert pro hoc, quod eis Leges Anglicanas in terrâ prædictâ utendas concedamus, scire vos volumus, quod nos, pro eo quod Leges, quibus utuntur Hibernici, Deo detestabiles existunt, & omni juri dissonant, adeò quod Leges censeri non debeant;

Habito super hoc cum Concilio nostro tractatu diligenti & deliberatione pleniori, nobis & Concilio nostro satis videtur expediens, eisdem utendas concedere Leges Anglicanas; dum tamen in hoc populi, vel saltem Prælatorum, & Magnatum, bonæ voluntatis existentium, & concordato inter vos & ipsos, de altiori fine pecuniæ, ad quem attingere poteritis, nobis, eâ de causâ, persolvendæ de consensu omnium, vel saltem majoris & sanioris partis eorundem, prout industriæ vestræ ad honorem nostrum & commodum magis expedire videbitur, super præmissis nomine nostro componatis cum eisdem:

Ita tamen quod homines, pedites bonos & fortes, usque ad certum numerum, de quo, cum ipsis convenire poteritis, nobis unâ vice tantum habere faciant, paratos ad nos venire, cum pro eis duxerimus demandandum.

Litera Regi Castellæ responsoria.

EGregio Principi, &c. Edwardus, Dei gratiâ, &c. Ann. D. 1277. *An. 5. E. 1. Transcript. Liter. 5. E. 1.*

Super hiis, quæ per Magistrum Galfridum Clericum vestrum nobis mandastis, Serenitati vestræ per præsentes sic duximus respondendum;

Quod antea petistis auxilium vobis fieri contra incredulos Saracenos, ad præsens, per nos fieri non potest; tum quia, in præsenti, guerram habemus contra Principem Walliæ & Wallenses in terra nostra; tum quia, & si signum crucis assumpsissemus, & contra dictos Saracenos ire proposuissemus, oporteret quod iter nostrum & expeditio nostra per summum Pontificem disponeretur.

Super eo, quod de adventu nostro ad partes vestras, & tempore adventûs nostri voluistis per dictum Magistrum Galfridum certiorari: scire vos volumus quod, licet fuissemus prompti partes ultramarinas adire, ut circa reformationem pacis inter Regem Franciæ & vos laboraremus; cum tamen de regressu ipsius Domini Regis ad

 partes

nostri quinto.

Litera Petri Regis Aragoniæ, Edwardo Regi de statu suo.

Ann. D. 1277. Infra Tur. SErenissimo Principi, karissimo consanguineo suo & amico, Domino Edwardo, Dei gratiâ, Regi Angliæ illustri, ... per eandem, Rex Aragonum salutem, & sinceræ dilectionis affectum.

Quia scimus lætitiam renovari quotiens vobis status nostri fælicia nunciantur, Celsitudini vestræ significamus, nos & omnes de domo nostra, per Dei misericordiam, corporea perfrui sospitate; rogantes vos quatenus certos nos reddere velitis de prospero statu vestro, & domus vestræ, adjungentes vestræ beneplacitum voluntatis; parati namque sumus ad omnia quæ vobis debeant esse grata.

Dat. Cæsaraug. octavo Kal. Februarii, anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo septimo.

De Principe Walliæ excommunicato denunciando.

Ann. D. 1277. An. 5. E. 1. L. A. f. 414. b. Penes Camerar. VEnerabili in Christo Patri, Domino W. Dei gratiâ, Eboracensi Archiepiscopo, suus in eodem Christo frater Robertus Cantuariensis Archiepiscopus, totius Angliæ Primas, quicquid sibi gratiæ & salutis.

Paternitati vestræ, tenore præsentium, notum facimus quod, cum dudum in Provinciali Concilio Cantuar. (præsidente tunc felicis recordationis Stephano, quondam Cantuariensi Archiepiscopo) apud Oxoniam celebrato, provida deliberatione, & communi assensu Sanctorum Patrum Episcoporum, Suffraganeorum suorum, & Cleri Provinciæ Cantuariensis, statuto super hoc edito, lata fuerit majoris excommunicationis sententia in omnes illos, qui jura Domini Regis Angliæ injustè detinere contendunt, ac pacem & tranquillitatem ejusdem Domini Regis, & Regni sui injuriose perturbare præsumunt; ac eadem sententia, per bonæ memoriæ Bonifacium prædecessorem nostrum, & Suffraganeos suos, Concilio postea apud Lambeth convocato, & iterum in aula Westmonasteriensi pluries solemniter innovata fuerit; necnon & authoritate sedis Apostolicæ specialiter confirmata:

Nos cum quibusdam Suffraganeis nostris, tunc ibidem personaliter existentibus, & aliorum absentium Procuratoribus, * circa proximum præteritum Festum Sancti Martini Yemale, • II. 80

Quia ipsa notoria rei veritas in auribus singulorum acclamabat, quod nobilis vir Lewelinus, filius Griffini, Princeps Walliæ, tanquam famæ suæ prodigus & salutis, sententiam hujusmodi parvi pendens, homagium & fidelitatem, quæ prædecessores sui Principes Walliæ Angliæ Regibus facere consueverunt, & ipsemet, egregiæ memoriæ, Domino Henrico, Regi Angliæ, prius fecerat, ac Domino nostro Edwardo nunc Regi Angliæ illustri facere debuit & debet in præsenti, exquisitis occasionibus facere detrectat, ad hoc diebus & locis competentibus, oblato sibi ad cautelam salvo & securo conductu, pluries legitimè monitus & citatus, in hoc jus ipsius Regis temerè retinere contendens,

Pacem insuper, & tranquillitatem ipsius Domini Regis, & Regni sui, per se & suos perturbare præsumpsit, sicut notoria strages plurimorum, deprædationes rerum, incendia domorum & innumera damnorum genera testantur apertè, per quæ ipsum in sententias hujusmodi non ambigitur damnabiliter incidisse,

Habito tractatu diligenti, & de salute ipsius Principis sollicitè cogitantes, de consilio eorundem Suffraganeorum nostrorum, & cum minatim: Quam quidem sententiæ denunciationem in Diocæsi nostrâ nuper per nostros fieri mandavimus cum effectu;

Unde, cum per præfatum Dominum Edwardum Regem nostrum serenissimum simus, per suas literas nobis nuper directas, specialiter rogati, ut, in istius negotii executione vestrum imploremus auxilium & juvamen, ac vos & nos, quibus Ecclesiarum & animarum cura incumbit, ibi fortiùs voluntarios labores suscipere tenemur, ubi ipsius Lewelini rebellio periculosiùs exardescit, & in prædicti Domini Regis injuriam in posterum arroganter insurget, nisi eam exurgens justitia præveniat & subvertat, ut sic pax & quies cæteris præparetur,

Paternitatem vestram rogamus & requirimus, quatenus obtentu precum dicti Domini Regis illustrissimi, vobis in hac parte porrectarum, ac nostrarum, præfatum Lewelinum per totam vestram Diocæsim & Provinciam, in prædictas excommunicationis sententias incidisse, & nominatim taliter excommunicatum esse, si placet, denuncietis, & denunciari * faciatis in formâ memoratâ; • II. 81. præsens negotium taliter impleturi, qualiter à nobis in casu consimili vobis fieri velletis.

Dat. apud Northstok, tertio Kal. Martii, anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo sexto.

Conventio facta super reformatione pacis inter Regem, & Resum Filium Mereduci.

ANno Regni Regis Edwardi quinto, die Dominicâ in quindena Paschæ, apud Kermerdyn, per Dominum Paganum de Caducis, Capitaneum Munitionis Domini Regis in West-Wallia, habentem plenariam potestatem, per litteras Domini Regis patentes, recipiendi Walenses ad pacem ejusdem Domini Regis & fidelitatem, assensu & consensu Baronum & Militum ejusdem munitionis & aliorum Militum & fidelium Domini Regis West-Walliæ, talis facta est conventio super reformatione pacis Rysy filii Mereduci, videlicet, Ann. D. 1277. An. 5. E. 1. L. A. f. 409. b.

Quod de Castro de Dynevor, & de terrâ Maynertylan, & de terra Mathlaen, & de terra de Cayo & Mabelven, Dominus Edwardus Rex Angliæ, cum in prædictis castro & terris habuerit potestatem, dicto Reso plenariam exhibebit justitiam; &, secundum quod jus suum deposcet, prædicto Reso plenariam faciet restitutionem.

Et prædictus Resus faciet homagium Domino Regi, ubi sibi placuerit ad suum mandatum; & fidelitatem, loco Domini Regis, Domino Pagano qui locum ejus tenet in hac parte.

Et Dominus Rex concedet quod dictum Resum, sine spontanea ejusdem voluntate, nunquam amovebit ab homagio suo, nec ipsum distringet, vel distringi permittet ad sectam faciendam ad Comitatum aliquem vel curiam, nisi Dominus Rex dictum Comitatum teneat & habeat in Dominico.

Et dictus Resus Militibus, & aliis munitionis Domini Regis concedit in Castris suis liberum receptaculum, introitum & exitum, quotiens voluerint, & opus fuerit; & quod possent in eisdem sua victualia reponere, & ad hoc loca competentia eis assignabit:

Passus etiam, tam in terrâ suâ, quàm alienâ, per quos gwerra Domini Regis possit promoveri, facere permittet & consulet, & pro suis viribus, cum toto posse suo, adjuvabit.

Et, quotiens opus fuerit, cum omni posse suo, tam equitum, quàm peditum, ibit in expeditionem gwerræ, quotiens super hoc rationabiliter summonitus fuerit & requisitus.

Et,

[illegible], cum intelleximus quod, unà cum aliis crucesignatis Regni Franciæ, ad crucem resumendam authoritate sedis Apostolicæ compellatur, & idem Ebolus, tanquam fidelis & familiaris noster, affectet & promptus sit sequi in omnibus viam nostram, sanctissimæ Paternitati vestræ duximus humiliter supplicandum, quatinus à compulsione hujusmodi quoad ipsum demandetis cessari, si placet.

Firmiter enim credimus, quod, suo tempore, sine compulsione aliqua, paratus erit, in hiis & aliis, Romanæ Ecclesiæ obedire mandatis.

Teste meipso apud Westm. primo die Maii, anno Regni nostri quinto.

Litera Procuratori suo, pro eodem Vicecomite super negotio præfato.

Ann. D. 1277. An. 5. E. 1. Brev. Regis An. 5. E. 1. in Turre.

EDwardus, Dei gratiâ, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ & Dux Aquitaniæ, dilecto & fideli, Procuratori suo, Magistro Henrico de Newerk, salutem.

Cum, pro dilecto & fideli nostro Ebolo, Vicecomite de Ventodoro, Domino Papæ per literas nostras, quas vobis eidem liberandas mittimus, humiliter supplicemus, ut a compulsione (quam Legatus Franciæ facit eidem de cruce resumendâ, prout in Regno Franciæ fit omnibus crucesignatis, qui de Tunys ad Terram sanctam minime transfretârunt) cessari mandet ad præsens;

Vobis mandamus quatinus negotium hujusmodi prosequamini, tanquam nostrum, & ad finem deduci procuretis optatum.

Teste meipso apud Westm. primo die Maii, anno Regni nostri quinto.

De pace inter Cives Bayonenses & Barones quinque Portuum.

Ann. D. 1277. An. 5. E. 1. C. B. f. 268. b. Penes Camerar. Vide Claus. 5. E. 1. m. 7. dorso.

UNiversis Christi fidelibus, ad quos pervenerit hæc scriptura, Pascasius de Pyn, & Reymundus Guillelmy de Saubalato, Cives Baionenses, Procuratores Majoris, Jurati, & totius Communitatis Civitatis Baioniæ, ad tractandum & ordinandum, seu etiam formandum treugam, seu pacem perpetuam super discordiâ, quæ nuper extitit inter marinarios & probos homines Baionenses & eis adhærentes ex parte unâ, & marinarios & Barones de quinque Portibus Angliæ, & omnes alios eisdem adhærentes ex parte altâ, constituti, salutem in Domino.

Noveritis quod nos pacem & concordiam, super contentionibus, & discordiis, inter prædictos Majorem, Juratum, & Communitatem prædictam ex parte unâ, & prædictos Barones ex alterâ, nuper initas, & per excellentissimum Dominum nostrum, Dominum Edwardum, Regem Angliæ illustrem confirmatas, prout ex forma pacis ejusdem evidenter apparet, nomine eorumdem Majoris, Jurati, & Communitatis ratas habemus & acceptas; firmiter, pro no-

rum tabularum, de feltro crocco, longitudinis videlicet sex pollicum, & latitudinis trium pollicum, & etiam quod universi & singuli Judæi prædicti, homines & fœminæ, postquam ætatem duodecim annorum compleverint, solvant nobis, singulis annis, tres denarios pro chevagio suo, scilicet ad Pascha: dorf.

Nos, super gestu Judæorum prædictorum, à tempore confectionis provisionis prædictæ, volentes certiorari, assignavimus vos ad inquirendum per sacramentum, &c. tam Christianorum, quàm Judæorum Regni nostri, per quos, &c. de nominibus singulorum Judæorum prædictorum:

Et etiam ad inquirendum, & videndum in quibus Civitatibus, Burgis, & Villis Judæi manent supradicti, & utrum signa sua portaverint, & alio modo se gesserint, juxta formam provisionis prædictæ, necne;

Et etiam ad levandum ad opus nostrum prædictos tres denarios annuos, unà cum arreragis eorumdem denariorum à tempore confectionis supradictæ.

Et ideo vobis mandamus, quod ad certos dies & loca, quos ad hoc provideritis, inquisitiones prædictas, & cætera præmissa, & denarios prædictos levari faciatis.

Mandavimus enim Constabulario Turris nostræ London. & omnibus Vicecomitibus Regni nostri, quod vobis ad hoc intendant & respondeant, prout eis scire faciatis ex parte nostra, & quod ad certos dies, & loca, quos ei scire faciatis tot & tales, &c. de Ballivis tuis, tam Christianos, quàm Judæos coram vobis venire faciatis per quos, &c.

Quid autem super præmissis inveneritis, nobis sub sigillo vestro distinctè & apertè constare faciatis.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Windes. 24. die Maii.

---

* *De Nunciis Lewelini Principis Walliæ ad Regem venturis.* * II. 84.

REX omnibus Ballivis & fidelibus suis, ad quos, &c. salutem. Ann. D. 1277.

Sciatis, quod suscepimus in salvum & securum conductum nostrum, Nuncios, quos Lewelinus filius Griffini ad nos, cum præsentibus litteris nostris, mittere voluerit, in veniendo ad nos, nobiscum morando, & inde ad partes suas redeundo: An. 5. E. 1. Pat. 5. E. 1. m. 14.

Et ideo vobis mandamus, quod eisdem Nunciis, dictas litteras nostras deferentibus, in veniendo ad nos, cum familiâ, hernesiis & rebus suis, nobiscum morando, & inde ad partes suas redeundo, sicut prædictum est, non inferatis, vel inferri permittatis injuriam, molestiam, dampnum, impedimentum, seu gravamen.

In cujus, &c. duraturum usque ad mediam quadragesimam proximo futuram.

Teste Rege apud la Bruere decimo quarto die Januarii.

Lite-

rectoris Episcopi, & Johannis Maunsell Beverlaci Præpositi, necnon & literas aliorum Nunciorum ejusdem Regis, videlicet, Domini Guillielmi Eliensis Episcopi, Johannis de Catesden Militis, videmus, non abolitas, non deletas, non cancellatas, nec in parte sui aliqua vitiatas; quarum tenor inferius scribitur de verbo ad verbum per ordinem, isto modo:

Hic omittimus quæ in priori Parte hujus Tomi edita sunt: cætera sic se habent.

SErenissimo Principi & affini suo karissimo Alfonso, Dei gratia, illustri Regi Castellæ, Toleti, Legionis, Galeciæ, Sibiliæ, Cordubiæ, Murciæ, & Jahen, Henricus eâdem gratiâ Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, Dux Normanniæ, & Aquitaniæ, & Comes Andegaviæ, salutem, & sinceræ dilectionis semper augmentum.

* II. 85. Mittimus ad vos venerabilem patrem Guillielmum Eliensem Episcopum & * dilectum & fidelem nostrum Johannem de Catesden; quibus per præsentes literas plenam damus potestatem, faciendi vobis plenam fidem super omnibus articulis, contentis in compositione inter nos & vos inita, & hinc inde scriptis nostris vallata; ratum & firmum habituri quicquid per ipsos vel eorum alterum nomine nostro actum fuerit.

In cujus rei testimonium Sigillum nostrum duximus apponendum.

Teste meipso apud Wynton. 24. die Junii, anno Regni nostri 40.

HEnricus, Dei gratia, Rex Angliæ, & Dominus Hiberniæ, Dux Normaniæ & Aquitaniæ & Comes Andegaviæ, Universis Christi fidelibus, præsentes literas inspecturis, salutem.

Noverit universitas vestra, quod nos plenam & liberam damus potestatem Venerabili patri Guillielmo Eliensi Episcopo, & dilecto, & fideli nostro Johanni de Catesden, quos ad illustris Regis Castellæ & Legionis præsentiam destinamus, pro negotiis nostris cum præfato Rege expediendis, complendi omnes Conventiones inter ipsum Regem & nos initas, secundum quod in scripto eorumdem Conventionum, Sigillo nostro signato, quod præfatus Rex penes se habet, plenius continetur; & jurandi in animam nostram, si opus fuerit, quodcumque genus Sacramenti ad securitatem Conventionis prædictæ; Ratum habituri quicquid prædicti Episcopus & Johannes, vel eorum alter, nomine nostro, fecerint vel fecerit in præmissis.

In cujus rei Testimonium præsentibus literis Sigillum nostrum duximus apponendum.

Teste meipso apud Clarendon. anno Regni nostri 40.

NOverint universi præsentem paginam inspecturi, quod nos Guillielmus, Dei gratia, Eliensis Episcopus, & Johannes de Catesden Miles, Nuncii & Procuratores Domini nostri Henrici, Dei gratia, Regis Angliæ, Domini Hiberniæ, Ducis Normaniæ & Aquitaniæ, & Comitis Andegaviæ, recepimus literas Patentes supradicti Domini nostri illustris Regis Angliæ, sigillo suo appendenti communitas sub hac formâ.

HEnricus, Dei gratia, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, Dux Normanniæ, & Aquitaniæ, & Comes Andegaviæ, Universis Christi fidelibus præsentes literas inspecturis salutem.

Noverit universitas vestra quod plenam & liberam damus potestatem Venerabili Patri Guillielmo Eliensi Episcopo, & dilecto & fideli nostro Johanni de Catesden, quos ad illustris Regis Castellæ

Emanuel, Raymundus Archiepiscopus, Johannes Episcopus, Gutterius Snarii, Frater Suggerius, Ferandus Petri, Frater Tellius, Magr. Ferandus Garsie, & Garsias Gutterii, memorati superius, præsenti paginæ nostra sigilla duximus apponenda.

Dat. Burg. Kal. Augusti, anno gratiæ 1277.

Sub 9 Sigillis, in medio loco Sigillum Infantis, Cordulis sericis.

De Nunciis a Rege Scotiæ, & controversia super Marchiis amicabiliter reformanda.

Ann. D. 1277. An. 5. E. 1. Pat. 5. E. 1. m. 7. Schedula.

FET a remembrer ke a Byrthened, le Jur Seint Pere, de la Gule Aust, l'an de grace mil deuz cenz Setaunte & Setyme, vyndrent a la presence le Noble Roys de Engleterre, par le Reys Descoce, Eveskes de Seint Andreu, & de Dumblane, Robert de Bruys Conte de Karrik, e Richard de Straun Chevalers, celes paroles portaunz depar lur Seignur le Roys de Scoce, e disaun,

Sire, endreit de la letre ke vus enveastes a nostre Seignur, tochaunte la pleynte, ke le Eveske de Dureume avoyt fet de la Marche, en la quele lettre fut contenuz ke nostre Seignur le Roys ne deverait sa Marche estendre utre les aunciens Marches usez e acustumez;

Ben vus maund nostre Seignur, par nus, ke n'un n'a il fet, ne velee a fere, forsques ses Auncestres unt usez e acustumez en tens de vos Auncestres, e en tens des Eveskes de Dureume tuz jurs, de long tens ke nule memoyre ne est; e il eu tens de vostre Pere, e de vostre tens, e des Eveskes de Dureume ke unt este; ceo est asavoir deskes al Flodmerk, devers le Su.

E, Sire, se vus entendez ke les choses ne seyent ensy, come nostre Seignur vus maund par nus, mut plest a nostre Seignur, por la reverence de vus, se vus plest, ke les choses fussent amiablement enurrez par prodes homes leaus & aunciens, de l'une part e de l'autre, solem les leys, e les usages, e les custumes de la Marche:

E se vus prie nostre Seignur, come cher frere e ame, ke vus ne creez a nuly, ke voyle en quieter pa volente ses Franchises, possessiuns, e ses seisines, e ses lunges tenaunces; les queus il, e ses Auncestres, unt use en tens de vos Auncestres, e en vostre, e en tens des Eveskes de Dureume, de si lung tens ke nule memoyre n'est.

Restitutio facta Davidi per Regem de medietate Snandoniæ & aliis terris.

Ann. D. 1277. An. 5. E. 1. L. A. f. 336. a. Penes Camerar. Pat. 5. E. 1. m. 7. Schedula.

EDwardus, Dei gratiâ, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ & Dux Acquitaniæ, Universis, ad quos præsentes litteræ pervenerint, salutem.

Ad Universitatis vestræ notitiam volumus pervenire, quod nos, considerantes diutina obsequia & commendabilia dilecti & fidelis nostri Davidis, filii Griffini, & fidelitatis suæ constantiam, quam in ipso novimus vigere, concessimus eidem, pro nobis & Hæredibus, quod si, Domino operante, contigerit, nos Lewelinum filium Griffini Fratrem suum,

Qui dudum Owenum Fratrem suum Seniorem, existentem in fide & homagio Domini Henrici Regis Patris nostri, cepit, & exhæredavit injuste, ac eundem adhuc detinet incarceratum, & prædictum Davidem postea exhæredavit similiter injuste, ad nos tanquam

Teste meipso in Castris apud le Flynt, prope Basingewerk, die Lunæ in crastino Octabarum Assumptionis beatæ Mariæ Virginis, anno Regni nostri quinto.

De lite inter Edmundum Comitem Cornubiæ, & Beatricem Reginam Alemaniæ.

Ann. D. 1277. *An. 5. E. 1. Bundela Brevium in Turri.*

EDwardus, Dei gratiâ, Rex Angliæ, &c. dilectis & fidelibus suis, Magistro Regin. de Seyton, & sociis suis Justiciariis de Banco, salutem.

Cum dudum per nostras literas prohibuerimus Beatrici Reginæ Alemanniæ, nè Edmundum Comitem Cornubiæ traheret in placitum, in Curia Christianitatis, de catallis & debitis aliquibus; & vos similiter ex parte nostra in plena curia nostra id idem prohibueritis:

Sed eadem Regina, spretis nostrâ & vestrâ prohibitionibus in hac parte, præfatum Comitem postea traxit in placitum, ut accepimus, super catallis & debitis in curia Christianitatis, & Comitem memoratum extra Regnum nostrum in causam trahi procurat, in nostri Juris præjudicium, & Regiæ Dignitatis læsionem manifestam,

Et ideo vobis mandamus, quod placitum attachiamenti, quod est coram vobis, per breve nostrum, inter prædictum Comitem & Reginam memoratam, taliter maturetis, ut dicta Regina istud placitum contra prædictum Comitem, vel aliud consimile ulterius attemptare non præsumat.

Teste meipso apud Wodestoke quarto die Septembr. anno Regni nostri quinto.

---

* II. 88. * *De potestate per Regem Romanorum data Nunciis suis, de nuptiis inter Hartmannum filium suum, & Johannam filiam Edwardi Regis contrahendis.*

Ann. D. 1277. *An. 5. E. 1. Rot. Penes Camerar.*

RUdolphus, Dei gratiâ, Romanorum Rex semper Augustus, universis, præsentes litteras inspecturis, salutem in Domino.

Noverit Universitas vestra quod nos, dilectis & familiaribus nostris, venerabili fratri Henrico Basiliensi Episcopo, Principi nostro, & Magistro Andreæ Præposito Verden. Notario nostro, dedimus plenam & liberam potestatem, ac speciale mandatum, inter illustrem Hartmannum, de Habesburch, & de Kyburch Comitem, Alsatiæ Langravium, filium nostrum karissimum, & inclitam Johannam, magnifici Principis Domini Edwardi Anglorum Regis filiam, sponsalia contrahendi; & ipsa sponsalia, processu temporis, cum prædicto Domino Rege Angliæ per subsequentem matrimonii copulam consummandi;

Dantes eis nichilominus plenam potestatem, & speciale mandatum in animam nostram jurandi, quod fide servabimus illibatâ, nec

... si vero idem Lewelinus jus vendicaverit in aliquibus terris, quas alii, præter dictum Regem, occupaverint, ex quatuor cantredis prædictis, plenariam justitiam sibi exhibebit præfatus Dominus Rex, secundum leges & consuetudines partium illarum, in quibus terræ illæ consistunt.

Item, idem Lewelinus veniet Rodelanum, facturus Domino Regi sacramentum * fidelitatis; &, antequam ibidem veniat ad præsentiam Domini Regis, absolutionis beneficium optinebit, & interdictum terræ suæ relaxabitur. * II. 89.

Item, dictus Lewelinus Owenum fratrem suum liberabit sub hâc formâ; quod aliqui, ex parte Domini Regis, venient, &, ipso liberato, dabunt ei optionem, aut quod componat cum fratre suo prædicto in formam certam pacis gratis consentiet, & postmodum supplicet Domino Regi quod illam pacem approbet & confirmet; aut quod ponet se in custodia Domini Regis, donec, secundum leges & consuetudines Walliæ, in loco, ubi transgressus est, de eo fuerit judicatum, &, si sic liberatus fuerit, repetat hæreditatem suam si sibi viderit expedire; & coram Rege firmabitur via, quam eligere voluerit de prædictis.

Item, prædictus Lewelinus liberabit Resum filium Griffini & restituet eum ad statum, quem habuit quando primo tractavit cum Domino Rege de veniendo ad pacem suam.

Item, liberabit Owenum filium Griffini filii Wem. pure & absolute.

Item, liberabit Davyd filium Griffin. ab Owem Elisse, Madocum filium Enmaun pure & absolute; &, siqui alii sunt, de quibus constare poterit quod, occasione Domini Regis, capti fuerint & incarcerati, similiter liberabuntur; & omnes transgressiones, injuriæ & excessus, hinc inde facti, penitus remittuntur usque ad hodiernum diem.

Item, hæc sunt nomina illorum, quorum homagia Dominus Rex concedit prædicto Lewelino Principi ad vitam suam; ita quod, post decessum ejusdem Principis, redeant ad Dominum Regem prædictum, & ad hæredes suos, & ad coronam suam, & sint immediate sub dominio dicti Domini Regis Angliæ, videlicet, David filius Griffini filii Oweni Elisse, duo filii Oweni filii Blechyn, Resus Vachan filius Resy filii Maelgun, cum terra quam nunc tenet; quia de terra, quam dictus Rex, vel sui seisiverunt nomine suo, nichil sibi concedetur, set in manu Domini Regis perpetuo remanebit; & concedit Dominus Rex quod omnes prædicti (excepto Reso filio Resi filii Maelgun) terras, quas prius de cujuscumque dominio tenuerunt, teneant eas, & habeant faciendo Dominis quod tenentur.

Item, terræ omnium aliorum qui venerunt ad pacem Domini Regis, & per formam pacis morabuntur sub Principe, eisdem restituantur ita libere & plenarie, sicut eas tenebant eo tempore, quo ad pacem Domini Regis venerunt, & faciant sibi & Dominis quod tenentur.

Item, Dominus Rex, de merâ gratiâ suâ, concedit, & confirmat præfato Lewelino Principi ad vitam suam, totam terram quæ David fratri suo jure hæreditario debetur; & Dominus Rex faciet eidem David alibi recompensationem competentem ad vitam prædicti Lewelini; & terra, in recompensationem eidem David tradita,

colniæ, cum suâ Comitivâ, ad conducendum ipsum ad Dominum Regem usque ad Rodelanum, morando, & ad propria redeundo.

Cum autem dictus Princeps venerit Rodelanum, ibidem ordinabitur per Dominum Regem, quod certo & competenti die, eidem Principi a Domino Rege præfixo, veniet London. suum homagium ibidem Domino Regi facturus; & Rex providebit sibi de venerabili & securo conductu eundo, morando, & ad propria secure revertendo;

Et, nichilominus, idem Princeps, ad securitatem præmissorum pleniorem, liberabit Domino Regi decem obsides de nobilioribus terræ suæ, quos perquirere poterit, absque compulsione carceris & exhæredationis. Et Tuderus filius Etnyned juravit in animam dicti Principis, & in animam suam propriam, & Goroune filius Heilyn, & David ab Ennyann, pro se & aliis de Concilio ejusdem Principis, juraverunt quod operam dabunt efficacem de prædictis obsidibus perquirendis, & dicto Domino Regi liberandis ad diem rationabilem, dicto Principi per prædictum Dominum Regem super hoc præfigendum.

Et insuper idem Princeps concessit, quod ipse & illi, qui sunt de Concilio suo, statim jurabunt; necnon & viginti homines, de quolibet Cantredo quod est in manu sua, per fideles Regis, ibi singulis annis mittendos, eligendi in præsentia Ballivorum ejusdem Principis, similiter jurabunt, de anno in annum, coram prædictis fidelibus prædicti Domini Regis, quod præmissa, quantum in ipsis est, fideliter observabunt, & per prædictum Principem observari procurabunt.

Et, si idem Princeps in aliquo contravenerit, & hoc non emendaverit tempore competenti, extunc ipsi recedent a fidelitate, homagio, dominio & servitio dicti Principis, &, ad voluntatem & mandatum dicti Domini Regis, transferent se ad Regem & Dominum suum, & dicto Lewelino adversabuntur in quantum possunt.

Et sciendum quod per prædictum Robertum de Tybetot, habentem potestatem & speciale mandatum ad hoc a Domino Rege prædicto, necnon & per prædictum Principem est juratum, quod prædicti articuli fideliter & inviolabiter observabuntur hinc inde.

In cujus rei testimonium, scripto, remanenti penes prædictum Dominum Regem, sigilla prædictorum Tuderi & Gorouw; & scripto, remanenti penes prædictum Dominum Principem, sigilla prædictorum Prioris & Antonii sunt apposita.

Acta & data apud Aberconvy die Martis, proximo ante Festum Sancti Martini, anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo septimo.

Quos quidem articulos, nobis de verbo ad verbum expositos, ratos habentes & gratos, eos approbamus, & juravimus ad Sancta Dei Euangelia eosdem articulos inviolabiliter observare, & promittimus, pro nobis & hæredibus nostris, nos, aliquâ arte vel ingenio, aliquo tempore in contrarium non venire.

In cujus rei testimonium præsentibus sigillum nostrum fecimus apponi.

Data apud Aberconwey die Martis, proximo ante Festum Sancti Martini, anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo septimo.

dum quod frater ejusdem Principis habeat mille Marc. vel citra pro terris, eundem contingentibus.

Omnibus, ad quos præsentes litteræ pervenerint, Lewelinus filius Griffini, Princeps Walliæ, salutem in Domino. Ann. D. 1277.

Noverit Universitas vestra quod nos damus magnifico Principi & Domino nostro, Domino Edwardo, Dei gratiâ, Regi Angliæ illustri, Domino Hiberniæ, & Duci Aquitaniæ, tenore præsentium, plenariam potestatem ordinandi, quod Rothericus frater noster habeat de denariis nostris usque ad summam mille Marcarum, vel citra, pro portione quæ eidem debetur de omnibus terris & tenementis, eundem jure hæreditario contingentibus ubicumque; ita quod nobis dicta summa pecuniæ illa, quam eidem Rotherico solvimus, allocetur. *An. 5. E. 1. L. A. f. 377. b. Penes Camerar. Rot. Wall. 5. E. 1. m. 1.*

Ultra tamen dictas mille Marcas nichil in hâc parte poterit ordinare; ratum habituri & gratum quicquid, in formâ prædictâ, in præmissis, per dictum Dominum nostrum Regem, fuerit ordinatum.

In cujus rei testimonium has litteras nostras fieri fecimus patentes.

Dat. apud Aberconwey, die Martis proximâ ante Festum Sancti Martini, anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo septimo.

De quingentis Marcis, quas Princeps Walliæ solvet Regi pro terra de Anglesøya.

Omnibus, præsentes litteras visuris vel audituris, L. filius Griffini, Princeps Walliæ, salutem. Ann. D. 1277.

Noverit Universitas vestra, nos, pro nobis & hæredibus nostris, teneri solvere Domino Edwardo, Dei gratiâ, Regi Angliæ illustri, & hæredibus suis ad scaccarium suum, in Festo Sancti Michaelis, apud Cestriam, quingentas Marcas, singulis annis, pro terra Anglesøyæ, & pro parte David fratris nostri, quousque persolverimus, & docuerimus nos persolvisse tantam quantitatem pecuniæ, quantum debebamus Domino Henrico, quondam Regi Angliæ patri suo, & eidem Domino Edwardo, tamquam hæredi suo; & fiet nobis littera Domini Regis de quietantia in singulis solutionibus pecuniæ supradictæ. *An. 5. E. 1. L. A. f. 377. b. Penes Camerar. Rot. Wall. 5. E. 1. m. 1.*

In cujus rei testimonium præsentibus sigillum nostrum fecimus apponi.

Dat. apud Aberconwe, die Martis proximâ ante Festum Sancti Martini, anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo septimo.

De 1000 Marcis, per Walliæ Principem annuatim pro Insula Anglesøia solvendis, eidem Principi perpetuo remissis.

Ann. D. 1277.

Rex omnibus, ad quos, &c. salutem.

Sciatis quod, cum per formam pacis, inter nos ex parte unâ, & Lewelinum filium Griffini, Principem Walliæ ex alterâ reformatæ, idem Lewelinus * & hæredes sui, de suo corpore legitime procreandi, teneantur nobis, pro Anglesøia, mille Marcas solvere annuatim, ad Scaccarium nostrum Sancti Michaelis; *An. 5. E. 1. Rot. Wall. 5. E. 1. m. 3.*

Nos dictas mille Marcas annuas eidem Lewelino & hæredibus suis, * II. 91.

Dat. apud Rotheland. decimo die Novembr. anno Regni nostri quinto.

De Fine 50000. Librarum, per Wallia Principem pro pace habenda solvendo, eidem remisso.

Ann. D 1277. *An. 5. E. 1. Rot. Wall. 5. E. 1. m. 4.*

REX omnibus, ad quos, &c. salutem in Domino.

Noveritis quod, cum dilectus & fidelis noster Lewelinus filius Griffini, Princeps Walliæ, nobiscum finem fecisset, per quinquaginta milia librarum Sterlingorum, pro pace nostra habenda, secundum quod in compositione, inter nos & ipsum nuper initâ, plenius continetur:

Nos eidem Lewelino prædicta quinquaginta milia librarum Sterlingorum remittimus, pardonamus, & eas, pro nobis & hæredibus nostris, quietum clamamus imperpetuum, de gratia nostra speciali.

In cujus, &c. has litteras nostras eidem Lewelino fieri fecimus patentes.

Teste Rege apud Rothelan. 11. die Novembris, anno Regni nostri quinto.

•II. 93. * *De Procuratoribus ad procedendum super quibuscunque causis coram Rege Franciæ.*

Ann. D. 1277. *An. 5. E. 1. Vascon. 5. & 6. E. 1. m. 2.*

MAgnifico Principi, Domino & Consanguineo suo karissimo, Domino Philippo, Dei gratia, Regi Franciæ illustri, ac universis & singulis Auditoribus, Inquisitoribus, & aliis Nunciis, sive Missis ejusdem, Edwardus, eâdem gratiâ, Rex Angliæ, &c. salutem, & sinceræ dilectionis semper affectum.

Noveritis quod facimus & constituimus certos & speciales Procuratores nostros, dilectos & fideles nostros, Lucam de Tany Senescallum nostrum Vasconiæ, Magistros Adam de Norff. Constabularium nostrum Burdegaliæ, Reymundum de Ferraria & Pontium Amati, exhibitores præsentium, & eorum quemlibet in solidum, ita quod non sit melior conditio occupantis unius, vel plurium;

Ad procedendum coram vobis, & faciendum universa & singula, quæ faceremus & facere possemus, si præsentes essemus, contra quoscumque, super quibuscumque causis & negotiis, nos, vel gentes nostras, & subditos qualitercumque tangentibus, & tangere valentibus;

Et nominatim super disseisinis, supprisiis, excessibus, dampnis, gravaminibus & injuriis, nobis & nostris gentibus & subditis in Caturcinio, Petragoricinio, & Lemovicinio, per Senescallos, & Ballivos, ac alias gentes vestras, eorumve nomine seu auctoritate, factis & illatis;

Teste Rege apud Rothelan. 15. die Novembris.

* *De Gastone de Bierna se totaliter voluntati Edwardi Regis supponente, & in Angliam veniente; quem Rex ad Regem Franciæ remisit, ut pœnam, pro natura delicti, ei debitam infligeret; sed quoad cætera, eundem Gastonem tangentia, se non intromitteret.* •II. 94.

Ann. D. 1277. *An. 5. E. 1. Ibidem.*

EXcellentissimo Principi, Domino & Consanguineo suo karissimo, Domino Philippo, Dei gratiâ, Regi Francorum, Edwardus, eâdem gratiâ, &c. salutem, & se beneplacitis ejus promptum.

Cum Gasto, Vicecomes de Biernia, super quibusdam gravaminibus, quæ sibi per nos illata dicebat, ad vestram audientiam se asseferet appellâsse; ac, pendente appellatione, super hiis coram vobis quædam gravia & enormia contra personam nostram, in præsentia vestra & Concilii vestri, proponeret, nos, ut audivimus, super hoc appellando:

Tandem idem Gasto, perpendens se à veritatis tramite deviâsse, omissis appellationibus supradictis, se nostræ totaliter supposuit voluntati, ad nos in Angliam veniens, de præmissis veniam postulans, & offerens se in omnibus nostræ voluntati parere, quem nos vestri contemplatione admisimus, injungentes, pro parte voluntatis nostræ, ut, in Curiâ & præsentiâ vestrâ & vestri Concilii, quæcumque contra personam nostram in prædictis appellationibus proposuerat, dediceret publice & ore proprio revocaret, ad nos postmodum veniens voluntatem nostram super residuo auditurus.

Hiisque peractis, ipsoque præsente coram nobis, cum evidenter liqueret eundem Gastonem per suam submissionem, in nos de voluntate vestra factam, à suis appellationibus cecidisse, & pœnam promeruisse sibi per nos graviter infligendam:

Nos, attendentes quod plerumque rationem superat vis rancoris, metuentes quicquam facere quod excellentia vestra indignè posset gerere vel molestè, & sperantes quod vituperium, personæ nostræ factum, ex vestra confidentia speciali, personam vestram tangere videatur, & vindicta ad vos, ex natura sanguinis quodammodo debeat pertinere, ipsum ad vos remisimus; ut, si, humana voluntas, ex animi rancore, juste concepto, nos contra ipsum exasperare moveret, id vestra providentia sub æquitatis modulo mitigans, quantitatem delicti & qualitatem personarum considerans, eidem Gastoni debitam pœnam infligeret, & satisfactionem condignam, quam per nos recepisse possemus, per excellentiam vestram honorabilius haberemus.

quam secum ducet in veniendo ad nos, ubicumque fuerimus in *E. 1.*
Regno nostro Angliæ, infra tres septimanas a Festo Sancti Michae- *m. 11.*
lis proximo futuro, ibidem morando, &, ad quascumque partes Regni nostri se transferre voluerit, divertendo, & exinde libere ad propria redeundo:

Et ideo vobis mandamus, firmiter præcipientes quod prædictum Regem, cum familia sua, quam secum ducet, salvo & secure per Ballivas vestras personaliter conducatis, cum ab ipso Rege & suis super hoc fueritis requisiti.

Volumus etiam & concedimus quod, si aliqua molestia, injuria, impedimentum, seu gravamen aliquod eidem Regi, vel alicui de familia sua per aliquos de Regno nostro fuerint illata vel facta, eis inde, sine dilatione, rationabiliter fiat emenda.

Nolentes insuper quod, si aliquis, de familia prædicti Regis, transgressionem vel forisfactum aliquod, aliquibus de Regno nostro,

[illegible] affectemus:

Sanctitati vestræ, de qua plenam in Domino fiduciam obtinemus, tota mentis devotione, totaque cordis affectione humiliter supplicamus, quatenus provide considerantes (si placet) incrementa profectuum & honorum, quæ tam spiritualiter, quam temporaliter per translationem sæpefati postulati (viri quidem tam in temporalibus, quam in spiritualibus circumspecti, viri mitis, affabilis, & benigni, viri etiam misericordiæ, mansuetudinis, caritatis & pacis) nedum præfatæ Cantuariensi Ecclesiæ, immò etiam toti Regno nostro poterunt, divinâ favente clementiâ, provenire; & confirmantes in hac parte vestram nostris affectibus voluntatem (quod pro munere petimus) memoratum Bathon. & Wellen. Episcopum ad præfatam Cantuariensem Ecclesiam, contemplatione nostri, consideratione profectuum & honorum prædictorum, transferre dignemini, de gratia speciali.

Mittimus autem ad Sanctitatis vestræ præsentiam dilectos & fideles nostros, Franciscum Accursii de Bononia, juris civilis professorem, consiliarium, familiarem, & secretarium nostrum, Thomam de Sancto Vigore Militem, Magistros Henricum Husee, & Iterium de Engolismo Clericos nostros, præsentium portitores;

Vestram Clementiam exorantes, quatinus indubitatam fidem adhibere super hiis, quæ ipsi ex parte nostrâ, communiter vel divisim, in conspectu vestro, super negotio postulationis prædictæ duxerint exponenda; & exposita, nostri amoris intuitu, gratiosè dignetur vestra Sanctitas exaudire.

Nos enim, qui personam vestram in persona sæpedicti postulati reputabimus honorari, tam vobis, quam vestris propterea teneri volumus acrius obligari ad omnia, quæ Dominationi vestræ sint placita, ac exaltationis domûs vestræ & vestrorum respiciant incrementum.

Conservet, &c.

Dat. apud Wyndesore decimo die Julii, anno Regni nostri sexto.

---

*II. 119. * *Litera Principi Walliæ de Episcopo Bangorensi, de Abbate de Basingwerk, necnon de placitis & controversiis, in Marchia & Wallia audiendis.*

Ann. D. 1278. An. 6. E. 1. Rot. Wall. a. 6. E. 1. m. 10. d.

REX dilecto & fideli suo, Lewelino filio Griffini, Principi Walliæ.

Ea, quæ de negotiis venerabilis patris A. Bangoren. Episcopi vobis nuper mandavimus, non ob id, quod libertates vestras in aliquo diminui, seu juribus vestris aliquatenus derogari vellemus, vobis significavimus; set ut inter vos & ipsum Episcopum, prout honori vestro congruit, pacem & concordiam foveremus, nè ipse de aliquo, quod libertates aut jura Ecclesiæ suæ lædere posset, de vobis justam materiam habere posset conquerendi:

Propter quod vos rogamus quod, quoad jura spiritualia & temporalia ipsius Episcopi, tam curialiter & modeste, sicut Principem decet, vos geratis erga ipsum, quod ex hoc honor vobis accrescat, & à Deo retributionem condignam mereamini reportare.

Cæterum nobis non displicet quod vos de Abbate de Basingwerk exigitis ea, quæ vos & prædecessores vestri semper hactenus justè

Nuncii, quos contemplatione mittentis, & suæ probitatis obtentu benignè recepimus, laudabilibus ad Terram sanctam Regiæ devotionis affectu & proposito ad subventionem terræ ipsius diligenter ac prudenter expositis, ex parte tuæ Celsitudinis petierunt decimam Ecclesiasticorum redditum Regni Angliæ, ac aliarum terrarum tuarum, prout extitit in Lugdunensi Concilio, ipsius terræ subsidio deputata, ut hujusmodi * affectum evidentius per operis effectum *II. 120.
exhibeas & propositum efficacius prosequi valeas, Apostolica tibi auctoritate concedi.

Petierunt insuper collectam, jam & colligendam, ex decima ipsa pecuniam, cum paratus sis vivificæ crucis signum assumere, ac per Prælatos Regni tui, qui ad hoc de nostra licentia se, ac suas Ecclesias obligabunt, ac etiam per sufficientes Mercatores cavere ydoneè, quod si te non transfretare contingat, sine diminutione aliqua pecuniam receptam de decima prædicta restitues, tibi exnunc, præmissis tamen crucesignatione ac cautione præcedentibus assignari.

Ad suffragium quoque præmissarum petitionum iidem Nuncii addiderunt, quod ex hiis decima & terræ prædictæ non solum per renovationem pecuniæ, quam in dicto Regno renovare proponis, pro eo quod per modos varios est non modicum solito ejus valori detractum, set etiam ex collectionis diligentia & favore, quem collectio ipsa de tuo nomine sortietur, auctore Domino sentient magnæ utilitatis augmentum.

Sane, Fili carissime, hujusmodi tuum propositum & affectum in illo, exultanti animo commendantes, in cujus manu Regum corda consistunt, qui ea pro arbitrio suæ voluntatis inclinat, ad præmissam primam petitionem nomine tuo factam, tuæ salutis & negotii utilitate pensata, de Fratrum nostrorum consilio respondemus; quod si Regali magnificentiæ placeat ad subveniendum terræ prædictæ absolutè, absque intendimento aliquo, publicè ac solempniter, prout tantum decet Principem, salutiferæ crucis caractere insigniri, nostri propositi est & parati sumus, Excellentiæ tuæ, postquam taliter crucesignatus fueris, decimam concedere postulatam, colligendam & in tuto servandam, usque ad tempus generalis passagii, & tunc, seu ante forsitan, prout facti qualitas suadebit, tibi de mandato nostro liberè assignandam.

Circa secundæ vero petitionis articulum, Magnificentiam Regiam volumus non latere, quod reddimur admodum conscientia urgente solliciti, ut decima ipsa in ejusdem terræ utilitatem efficaciter convertatur, & subsidio, tantis Ecclesiæ universalis laboribus ac oneribus exquisito, terra eadem non fraudetur: propter quod non facile nobis occurrit, qualiter possimus ad hoc animum inclinare, quod concessio pecuniæ, de decimâ ipsâ collectæ, multum prædicti passagii tempus anticipet, aut pecunia eadem prœmaturè, vel totaliter, vel etiam pro parte alicui assignetur.

Verum quia singularia sperantur de tuâ præsentiâ, favente Domino, ipsi terræ commoda proventura, singulariter inducimur ad specialem tibi super hoc gratiam faciendam.

Ideoque, ut ad idem passagium te possis præparare commodius, circa petitionem eandem in eo gratiosè tuis votis annuimus, quod, post hujusmodi tuam crucesignationem, tibi viginti quinque milia Marcarum, de præfatâ collectâ, jam ex decima ipsa, pecuniâ intendimus facere assignari; dum tamen prius ad quantitatem ipsam,

Nuncii ex parte tua, in nostrâ & fratrum nostrorum proposuerunt præsentiâ constituti, quod tu, volens consultius providere quod census annuus mille Marcarum Sterlingorum, ad quem ratione Regni Angliæ ac Yberniæ nobis & Ecclesiæ Romanæ teneris, non solum tuo, set & successorum tuorum temporibus pacificè persolvatur, instanter postulas in hoc tuis desideriis annui, quod census ipse per manus aliquorum Abbatum & Priorum ejusdem Regni, quorum Monasteriis paratus es ad id sufficientes possessiones & redditus assignare, de cætero persolvatur; ita quod, si dicti Abbates & Priores in solutione deficerent, tu eos ad hoc, una nobiscum, per eosdem redditus & possessiones, ac alia eorum bona cogere tenearis.

Sane, fili carissime, quantumcunque libenter in his, quæ tibi expediunt, votis tuis annuere, prout secundum Deum poterimus, intendamus; tamen scire te volumus, quod super præmissis, cum fratribus nostris deliberatione præhabitâ, patenter advertimus, quod nec honori sedis Apostolicæ congruit, nec tuis utilitatibus expedit; & ideo nec nos ipsi proponimus, circa ea, quæ super eodem censu, per nostros prædecessores, & tuos, sunt acta solempnius, & servata diutiùs, aliquid immutare.

Dat. Viterbii Kal. Aug. Pontificatûs nostri anno primo.

Sub filio canabeo.

Litera a Johanna Regina Castelle pro Archiepiscopo Rothomagensi.

Ann. D. 1278. *An. 6. E. 1. Bundela Literarum & Brevium in Turri.*

A Treshaut homme, & tresnoble, & son treschier filz Eduart, par la grace de Dieu, Roy d'Engleterre, &c. Jehane, par la meisme chele grace, Roine de Castele & de Lyon, Contesse de Pontet, &c. salut, & bone amour.

Biaus fiez, comme je vous eusse autre foiz proie, par mes lettres de la besoigne le Archevesque de Roen, d'endroit l'omage q'uil vous doit faire, ke vous son homage vaussissies rechevour par procureur, duskes a chou qe vous passeries la mer, pour chou q'uil est greves de la voie de Romme, la ou il a molt eu a faire;

Et me Sires vous en prie par ses lettres, je vous pri en tant come je puis, ke vous le proiere mon Seigneur, & le nostre vueillies faire, se vous faire le poes en nule maniere, s'eu faites tant qe il se puist apercheuoir que mes prieres li aient en aucune chose pourfite, & q'uil nous en puist merchier.

Dieux soit avec vous.

Litera a Johanna Comitissa d'Alencon & Chartres Regi Angliæ rogatoria pro Gulielmo Archiepiscopo Rothomagensi, quod Juramentum fidelitatis per procuratores ejus reciperet.

Ann. D. 1278. *An. 6. E. 1. Bundela Literarum & Brevium in Turri*

A Treshaut & tresnoble Prince, son treschier & tresame Cousin E. par la grace de Dieu, Roy de Angleterre, Johanne, Contesse d'Alencon & de Chartres, salut & veraie amour, & lui apareilliee a sa volente, & a son plesir.

Sire, come honeurable Pere en Jesu Crist, Guill. par la grace de Dieu, Arcevesqe de Roen, nostre especiel ami * vous doie feire homage, & il redoute mout la mer, & meesmement pur ce qu'il
* II. 122.

tionem ipsius, primo, ejusdem Regis nomine, petiistis decimam ecclesiasticorum redditurum Regni Angliæ, ac aliarum terrarum Regis ipsius, prout extitit in Lugdunensi Concilio ejusdem terræ subsidio deputata, ut hujusmodi affectum evidentius per operis effectum exhibeat, & propositum efficacius exequi valeat, apostolica sibi auctoritate concedi petiistis:

Insuper collectam jam & colligendam ex decima ipsa pecuniam (cum paratus sit idem Rex vivificæ crucis signum assumere, ac per prælatos Regni sui, qui ad hoc, de nostra licentia, se ac suas ecclesias obligabunt, & etiam per sufficientes Mercatores cavere ydoneè quod, si eum non transfretare contingat, pecuniam, receptam ex decima ipsa, restituet) eidem Regi, præmissis crucesignatione & cautione præcedentibus, assignari, nonnullis rationibus in hujusmodi petitionum suffragium allegatis.

Nos autem Regi præfato ad præmissam primam petitionem, nomine suo factam, de fratrum nostrorum consilio per alias nostras litteras respondemus, quod, si Regali magnificentiæ placeat, ad subveniendum terræ prædictæ absolute, absque intendimento aliquo, publice ac sollempniter, prout tantum decet Principem, salutiferæ crucis caractere insigniri, nostri propositi est & parati sumus excellentiæ suæ, postquam taliter crucesignatus fuerit, decimam concedere postulatam, colligendam & in tuto servandam usque ad tempus generalis passagii, & tunc, seu ante forsitan, prout facti qualitas suadebit, ipsi Regi de mandato nostro libere assignandam.

Circa secundæ vero petitionis articulum, ad hoc quod dictus Rex ad idem passagium se possit præparare commodius, in hoc, prout habet earumdem nostrarum series litterarum, gratiosè votis suis annuimus, quod, post hujusmodi crucesignationem suam, sibi viginti quinque milia Marcarum de præfata, collecta jam ex decima ipsa, pecunia, intendimus facere assignari; dum tamen idem Rex prius ad quantitatem ipsam, sine diminutione ac contradictione aliqua, restituendam, sive ad mandatum sedis ipsius, sibi quovis tempore faciendum, ex quacumque causa non transfretaverit, sive alias sedes * ipsa, quandocumque ante suum passagium, dictam repetierit quantitatem, se ac successores suos obliget; præstito juramento; & suis super hoc patentibus litteris exhibendis; necnon & aliquos, pro nostro arbitrio, Prælatos Regni ejusdem ad idem, unà cum suis ecclesiis, de nostra licentia obligandos; ac insuper ydoneas societates Mercatorum de Italia exhibeat secum, secundum nostrum beneplacitum, obligationem hujusmodi subituras; hoc nichilominus adiciendo in earundem suarum serie litterarum, quod ipse promittit se transfretaturum in terræ prædictæ succursum, quandocumque sibi fuerit ejusdem sedis auctoritate mandatum: Quodque vult & consentit expressè ut, postquam signum crucis assumpserit, ad reddendum domino votum suum, per censuram ecclesiasticam & alios modos, quos sedes ipsa duxerit eligendos, per sedem eandem, quandocumque sibi visum fuerit, compellatur. * II. 123.

Ne autem possemus de aliquâ variatione notari, nobis in prædictis nostris litteris reservavimus ut, tam ante concessionem decimæ præfato Regi, ut prædicitur, faciendam, quam etiam post, prius tamen quam sibi fuerit decima eadem assignata, de ipsa decima disponere liberè valeamus, prout terræ sæpefatæ negotio, & alias nobis videbitur oportunum, licet non sit intentionis nostræ circa ipsam decimam tale aliquid immutare, quod eundem Regem movere deberet ad suum, super crucesignatione prædicta, propositum immutandum; prout hæc omnia in præmissis nostris litteris, Regi directis eidem, plenius continentur.

Quo-

Valeat, &c.

Dat. Rothomag. die Veneris post Assumptionem beatæ Mariæ Virginis.

II. 124. ### * *De Archiepiscopo Rothomagensi Regi supplicante, quod per Procuratores Juramentum fidelitatis, ei debitum, reciperet.*

Ann. D. 1278. *An. 6 E. 1. Bundela Brevium, &c. in Turri. An. 6. E. 1.*

EXcellentissimo Domino suo, Edwardo, Dei gratiâ, illustri Angliæ Regi, Gulielmus, miseratione divina, Rothomagensis Archiepiscopus, salutem, &c.

Quia gyrat animus in diversa, suppositus eodem tempore curis diversorum necessariorum, ferè æqualium: Pro quorum uno, corporis & rerum subjicitur periculo; pro alio autem, rerum timet periculum, & superioris offensam: Sciens quod, dum ad utrumque festinat, neutrum bene peragit; viam sic hæsitanti oportet eligere tutiorem.

Ideóque nos, qui corporis & rerum timemus periculum si, pro faciendo Juramento fidelitatis Magnitudini vestræ de terra, quam à vobis tenemus, in Angliam nos oporteat transfretare, cum de novo, à Curia Romana, ad Archiepiscopatum nostrum venerimus satis fessi, vias itinerandi difficiles & abruptas, & jura ac negotia nostræ Diocæsis multum invenerimus intricata, sicut plerumque in illis accidit, qui de novo Curam consimilem amplectuntur:

Unde, sine magno dispendio, modò ad vestram magnitudinem accedere non valemus, pro dicto Juramento fidelitatis debitè faciendo; præcipue cum illustris Franciæ Rex sit ad præsens in Normanniæ partibus; cum quo, novitatis hoc tempore, super terris nostrisque juribus, vacante nostra Rothomagensi Ecclesia, indebitè occupatis, tractare, & ipsius implorare subsidium nobis oportunum habemus:

Mare etiam, complexioni nostræ contrarium, & ipsius abhorremus inundationes insolitas, & periculum, quod patet in Janui̇s, cum amodo difficultatem & periculum exhibeat transfretanti:

Qua propter mansuetudini Regiæ causam & audaciam sumpsimus supplicandi, quatinus dictum Juramentum fidelitatis, ad quod vobis tenemur ex debito, de specialis benignitatis vestræ gratia, & consueti favoris intuitu, dignemini per Procuratores nostros recipere; ad hoc specialiter destinatos;

Scituri certissimè quod, quam cito mare Anglicanum vos transfretare contigerit, ad quascunque partes Franciæ, sive Gascoignæ, & auditis de transitu vestro rumoribus, in instanti vobis obviam veniemus, dictum fidelitatis juramentum, & alia, quæ Regni Angliæ consuetudo, ejusdemque terræ qualitas exigit & conditio, præstituri.

Insuper magnitudinis vestræ apertas recognitionis nostræ transmittimus literas, per quas innotescimus quod, per factam nobis gratiam, vobis vestrisque Successoribus nullum præjudicium volumus generari: nec nobis & Successoribus nostris quicquam præbere subsidium, quo minus teneamur, ut ante, præstare, super fidelitate prædicta, personaliter juramentum.

Quæ tandem, si sic fieri Dominationi vestræ non placeant, iterum Regiæ Celsitudini supplicamus, cordis affectione, qua possu-

---

De Obsidibus Lewelino Principi Walliæ restituendis.

REX, dilecto & fideli suo, Lewelino filio Griffini Principi Walliæ, salutem. Ann. D. 1278.

E. 1. An. 6. E. 1. Rot. Wall. An. 6. E. 1. m. 12. Cedula.

Cum, per formam pacis, inter nos & vos initæ, nobis liberare teneremini decem obsides, de Nobilioribus terræ vestræ, quos perquirere possetis; & vos obsides illos, ad mandatum nostrum, dilectis & fidelibus nostris, quod ad vos deputavimus, nuper libenter liberaveritis, juxta formam pacis ejusdem:

Nos, considerantes bonam fidem & voluntatem vestram, quas tam promissis, quam subsequentibus factis, atque gestibus vestris erga nos, à tempore pacis initæ, prætendistis usque modo; & firmiter credentes & sperantes quod vos in fide, voluntate, & proposito geritis & habetis, & habebitis in futurum, promissam & debitam fidelitatem & pacem initam, in omnibus & singulis suis articulis, inviolabiliter observare,

Vobis, sub spe hujusmodi fidelitatis vestræ, gratiam facere specialem volentes, ut eo amplius ad terminum nostrum & ad dictam pacem conservandam animari debeatis, obsides illos vobis ad præsens duximus restituendos de nostra gratia & curialitate speciali; ita tamen quod, per hanc nostram gratiam, dictæ paci in nullo depereat; nec in aliquo de suis articulis, aliquo modo, derogetur eidem.

Et ipso dilecto nobis in Christo Fratri Tuor. Priori de Rothelan. liberari fecimus, ad vos, prout ei injunximus, conducendos; sicut ipse, cui in præmissis firmam fidem adhibeatis, vobis plenius dicet ex parte nostra.

Teste meipso apud Shotewyk 17. die Septembris.

De expensis Francisco Accursii solvendis.

REX, Orlandino de Podio, & Sociis suis Mercatoribus de Luk, salutem. Ann. D. 1278.

An. 6. E. 1. Pat. 6. E. 1. m. 6. intus.

Mandamus vobis quod, de Denariis nostris vel vestris, in custodiâ vestrâ existentibus, habere faciatis dilecto Clerico nostro Domino Francisco Accursii, & Sociis suis Nunciis nostris, pro Negotiis nostris ad Curiam Romanam proficiscentibus, rationabiles expensas suas, quibus indigent in eundo, ibidem morando, & redeundo, ad expeditionem negotiorum prædictorum;

Et, cum sciverimus quantum eis liberaveritis, nos debitam allocationem, seu quietantiam vobis inde habere faciemus.

Teste Rege apud Shotwik 17. die Septembris.

Ann. D. 1278. *An. 6. E. 1. Rot. Wall. E. 1. An. 6. m. 10. in Shedula,*

Nomina Obsidum liberatorum Domino Regi per Lewelinum Principem Wallia.

KEnenard filius David fil. Guyon.
Hoelus filius Edenened. fil. Griffini.
Caduganus filius Lewelini fil. Kenwrici.
Madocus filius Edenened fil. Mereduci.
David filius Kenwrici fil. Lewelini.

Yarmoth

Scotiæ, ad prædictum Edwardum Regem Angliæ, apud Westm. in camera ejusdem Regis, & ibidem optulit idem Rex Scotiæ eidem Regi Angliæ devenire hominem suum ligeum, & facere ei homagium suum, & illud ei fecit in hæc verba:

Ego Alexander, Rex Scotiæ devenio ligeus homo Domini Edwardi Regis Angliæ contra omnes gentes:

Et idem Rex Angliæ homagium ejusdem Regis Scotiæ recepit, salvo jure & clamio ejusdem Regis Angliæ, & hæredum suorum, de homagio prædicti Regis Scotiæ, & hæredum suorum, de Regno Scotiæ, cum inde loqui voluerint.

Et idem Rex Scotiæ statim, post dictum homagium suum, sic à præfato Rege Angliæ captum, optulit eidem Regi Angliæ fidelitatem suam; & supplicavit eidem Regi Angliæ quod fidelitatem illam facere posset per os Roberti de Brus Comitis de Carrik;

Et idem Rex Angliæ concessit hoc eidem Regi Scotiæ, de gratia sua speciali, illa vice.

Et idem Robertus, rogatus per eundem Regem Scotiæ quod id faceret, statim, data sibi potestate à prædicto Rege Scotiæ jurandi, in animam ejusdem Regis Scotiæ, juravit Regi Angliæ, nomine & vice ejusdem Regis Scotiæ, fidelitatem Domino Edwardo Regi Angliæ, in hæc verba,

Ego Robertus Comes de Carrik, juxta potestatem michi à Domino meo Rege Scotiæ traditam, in præsentia Domini Regis Angliæ, & aliorum prædictorum Prælatorum, & Procerum, jurandi in animam Regis Scotiæ, & in præsentia dicti Regis Scotiæ, & de præcepto suo, juravi fidelitatem Domino Edwardo Regi Angliæ, in hæc verba,

Ego Alexander, Rex Scotiæ, portabo bonam fidem Domino Edwardo Regi Angliæ, & hæredibus suis Regibus Angliæ, de vita & membris, & terreno honore, & fideliter faciam servitia, debita de terris & tenementis, quæ teneo de Rege Angliæ supradicto.

Et prædictus Rex Scotiæ fidelitatem illam, sic nomine suo & vice sua per prædictum Robertum juratam & factam, confirmavit & ratificavit.

---

*II. 127. * *Pro licentia duelli, cum Gastone de Bearn, qui insolenter Regem, in Curia Franciæ, per duellaria verbo & projecto vadio provocaverat.*

Ann. D. 1278. *An. 6. E. 1. L. B. f. 312. a. Penes Camerar.*

A Haut home, è noble, moun Seignur, le Roy d'Engleterre, io Giles de Nueville, voz obrs, saluz è loial amour, è aparailez a tote vos volente faire.

Sire, come il soyt ensy, qe hom m'a dit, qe Gastonns de Biars a parle, en le Court le Roy de Fraunche, countre vous, e porte seu Wage;

Sire, si vous pry & requier qe, s'il seyt ensy, qe vous respoignez encountre seu Wage, qe vous me donnes le Bataile, e je le ferray a l'aye de Dieu, a l'honeur de vous, e de moy.

Sire, & s'il estoyt ensi qe vus autres Chivaliers le vous demaundast, sire, e ne soffrez qe nuls autres ne l'eyt qe io; si vous seyez ausoys conseilez a mon Seignur de Valery, ou as autres prud Omes du Royaume de Franche, si ieo suy soffisauntz de feire.

E sachez, sire, qe si vous me donez le batayle, qe ieo le fray saunz Simonye, pour le grant amour qe iay a vous.

Sanz pluz, sire, e ne tenez mye a vileynye si jeo vous ay envoye ma lettre; car jeo fusse alez a vous, si ne fust pour une Were qe ly sires de Nueville meniet en no pays.

quisitionem dicti Philippi, ad consentiendum ut coram eo, dictus Philippus suam petitionem iteraret, induxit quasi nolentem; nec postea coram ipso Ballivo comparuerit, qui semper est paratus ipsi Philippo, tanquam Mercatori extraneo, facere celeris justitiæ complementum.

Dubitari non oporteat quod, si Excellentiæ Regiæ innotuisset veritas de præmissis, nunquam prædictæ vestræ litteræ processissent; immo fecissetis dearestari penitus, ut credimus, mercimonia prædicta.

* Quare Serenitatem Regiam requirimus & rogamus, quatinus, omni morâ postpositâ, dictorum Burgensium nostrorum mercimonia, ubicumque in terra vestra hâc occasione arrestata, dearestari & deliberari faciatis ipsis Burgensibus nostris, qui jam ex arestatione ipsa gravia dampna senserunt: *II. 128.

Tantum super præmissis facientes, quod non oporteat ulterius ad nos, super his, ex parte dictorum Burgensium nostrorum, referri querelam.

Dat. Parisius die Dominica ante Festum Nativitatis Domini.

Litera a Karolo Primogenito Regis Jerusalem, ad Edwardum Regem, precatoria pro Magistro Nicholao Boncelli.

Ann. D. 1279. *An. 7. E. 1. Bundela Brev. in Turre.*

EXcellentissimo Principi, carissimo consanguineo suo, Domino Edwardo, Dei gratia, Regi Angliæ illustri, Karolus primogenitus illustris Regis Jerusalem, Princeps Salernitanus, & Honoris Montis Sancti Angeli Dominus, cum salute, se totum ad ejus beneplacitum præparatum,

Ad preces nostras promisistis, nostri gratia, providere, de aliquibus, ex Beneficiis vestris Angliæ, venerabili & discreto viro, Magistro Nicholao Boncelli, Domini Papæ Capellano, Clerico & Consiliario Domini Patris nostri, & nostro; propter quod idem Magister Nicolaus, latorem præsentium, Clericum suum, ut reducat ad memoriam vestram negotium, ad vestram mittit præsentiam, prout vos etiam ordinâstis.

Verum, cum dictus Dominus pater noster, & nos eidem Magistro Nicholao, propter grata & accepta suæ probitatis obsequia, quæ ipse prædicto Domino nostro & nobis longo tempore fideliter & prudenter impendit, & cotidie non cessat impendere, multipliciter teneamur; Excellentiam vestram omni prece, qua possumus, attentè requirimus & rogamus, quod nobis, in persona dicti Magistri Nicholai, specialem gratiam facientes, hujusmodi promissionem vestram, prædicti Domini patris nostri, & nostri amoris intuitu, effectui demandare velitis, si placet;

Ita quod ipse ex nostris precibus in hâc parte commodum assequatur, & nos proinde Serenitati vestræ teneamur ad merita gratiarum.

Et, quia intelleximus, quod collatio Præbendarum Ecclesiæ Eboracensis spectat ad vos, Ecclesia ipsa vacante, multum vellemus, si placeret vobis, ut eidem Magistro Nicholao Præbendam in prædicta Ecclesia conferretis; nichilominus tamen quicquid ei in Ecclesia ipsa, vel alibi feceritis, illud quasi personæ propriæ reputabimus esse factum.

Dat. Parisiis.

Litera

prærata, pacem vestram perpetuò sperarent & gratiam optinere, & grata sibi & Ecclesiæ suæ comoda provenire, in contrarium eveniens, tam ipsi, quam eorum subditi gravius solito molestantur; & quanto fortius scribitis literas Senescallo de non molestando eosdem, tunc duriùs proceditur contra eos:

Nam idem Senescallus & ejus Ministri jura Ecclesiæ & subditorum ejus occupant, Episcopum & Capitulum ad curias seculares convocant, bona Vasatensis Ecclesiæ indebitè rapiunt & invadunt:

Cumque prædecessoribus nostris, in Provincialibus Conciliis, diversa emanaverint statuta contra rerum Ecclesiasticarum raptores & invasores, qui statim, factis invasionibus & rapinis talibus, excommunicationis & interdicti sententiis percelluntur, &, quamdiu bona rapta vel invasa alicubi detinentur, cessetur in loco, ubi sunt, à divinis; ob reverentiam tamen vestræ Majestatis Regiæ, quam caram semper habemus, Senescallo & Ministris vestris deferimus, nec latas sententias exequimur, aut exequi facimus contra ipsos, ut in statutis prætactis Provincialibus continentur.

Cum igitur, ex injuncto nobis officio, teneamur alter alterius onera supportare, & gravatis Ecclesiis de oportuno remedio providere, Celsitudinem vestram Regiam, ex parte nostrâ, & totius Provincialis nostri Concilii, ex corde requirimus & rogamus, quatinus, pro Dei amore & nostra reverentia, Ecclesiam, Episcopum & Capitulum Vasatensem recommendatos habentes, eos in rebus & bonis suis non sinatis amplius molestari.

Super quibus latorem præsentium ad vos mittimus, cui super hiis fidem adhibere velitis; per quem nobis voluntatem vestram mandabitis, quam parati sumus & erimus adimplere.

Augeat vobis Dominus gratiam in præsenti, & gloriam tribuat in futuro.

Datum apud Autim. Prid. Non. Februarii, anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo nono.

De contentionibus, inter Alexandrum Regem Scotiæ, & Dunelmensem Episcopum terminandis.

Ann. D. 1279. *An. 7. E. 1. Pat. 7. E. 1. m. 24. dorf.*

REX venerabili patri W. Norwicensi Episcopo, Johanni de Vescy, Magistro Roberto de Scardeburg. & Tho. de Normanvill, salutem.

Cum diversæ contentiones, inter Dominum Alexandrum Regem Scotiæ illustrem, & venerabilem patrem R. Dunelmensem Episcopum sint subortæ, super quibusdam juribus & rebus, quas idem Rex, tanquam de Regno suo Scotiæ, dicit ad se debere pertinere, & quas idem Episcopus habere clamat, tanquam pertinentes ad Ecclesiam suam Dunelmensem;

Nos, contentiones illas sopiri, & fine debito terminari volentes, assignavimus vos ad contentiones illas audiendum, corrigendum & terminandum, prout vestra discretio magis viderit expedire:

*II. 130. * Et ideo vobis mandamus quod, ad instantem diem Dominicam, in media quadragesima, ad partes Norhumbriæ, & confinia locorum, in quibus prædicti Rex & Episcopus jura & res illas al-

Cum igitur, Sanctissime Pater & Domine, longis temporibus retroactis, Apostolicæ sedis benignitas genti Anglorum, inter alia honoris insignia, gratanter indulserit, quod nullus Anglicus posset à quoquam per litteras sedis ejusdem extra Regnum Angliæ ad judicium evocari,

Et nunc, temporibus vestris, quæ prolonget altissimus in tempora longiora, regnicolæ nostri Anglici, quasi passim & indistincte, per litteras vestras extra Regnum prædictum, contra indulta privilegiorum sedis ejusdem, ad judicia pertrahantur; & hoc non absque gravibus eorum laboribus, expensis & dispendiosis periculis personarum; ac nos super hoc ab eisdem regnicolis nostris simus pluries cum instantia requisiti, ut super prædictis, quantum ad nos pertinet, conveniens remedium apponamus;

Beatitudini vestræ cum omni affectione, qua possumus, supplicamus quatinus ad Anglicos nostros, Ecclesiæ Romanæ devotos filios, continuantes, si placet, privilegia gratiæ & honoris, ipsis à prædecessoribus vestris indulta, immo ea potiùs, erga ipsos, nostræ devotionis intuitu, ampliantes, conservare eis illibata dignemini, quæ de gratiâ & merâ liberalitate præfatæ sedis Apostolicæ sint concessa, ac eorum dignemini in hâc parte gravamina & dispendia relevare:

Præsertim cum in Regnum prædictum securus accessus pateat, & recessus ab eo universis & singulis illuc venire volentibus, & recedere ab eodem, & divinâ gratiâ faciente, idem Regnum in illius pacis & tranquilitatis soliditate consistat, quod quilibet externus contra quemlibet indigenam libere valeat prosequi, super querelis quibuslibet, jura sua:

Super hiis, igitur, si placet, tale dignetur apponere remedium Auctoritas vestra sacra, quod de devotis filiis devotiores efficiat, & nos vobis astringat, propter ea, ad ea quæ sint placibilia votis vestris, & ad gratiarum uberes actiones.

Conservet vos Dominus Ecclesiæ Sanctæ suæ.

Dat. apud Wodestoke 7 die Februarii.

** De Matrimonio, inter Johannem Ducem Brabantiæ, & Margaretam Filiam Regis, consummando.* *II 131.

REX, omnibus, &c. salutem.

Cum, inter nos ex parte unâ, & nobilem virum J. Ducem Lothericiæ & Brabantiæ ex parte altera, quædam, matrimonium contrahendum inter Johannem filium & hæredem ipsius Ducis, & Margaretam filiam nostram contingentia, ac dotis ejusdem assignationem, fuerint prælocuta, de quibus plura adhuc restant incompleta, Ann. D. 1279. *An. 7. E. 1. Pat. 7. E. 1. m. 23.*

Nos, eadem modo debito consummari, & ad effectum perduci cupientes, dilectis & fidelibus nostris Abbati Westmonasteriensi, & Thomæ de Sandwico Militi, plenam, per præsentes, damus & concedimus potestatem, omnia recipiendi, quæ completionem ejusdem matrimonii contingunt, in formâ inter nos & ipsum Ducem inde pleniùs prælocutâ.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Wodestok 12. die Februarii.

Litera

m. 22. bus, vobis inde directis, plenius continetur,

Ac quidam vestrûm sibi hucusque obedire, & tanquam Domino suo intendere recusaverītis, ut accepimus; per quod dictus Comes nos rogavit ut sibi super hoc subveniri faciamus,

Nos, requisitioni ipsius Comitis, quatenus sine dampno & præjudicio nostri fieri possit, annuentes in præmissis, concessimus ei, quod vos, qui eidem Comiti, tanquam Domino vestro, gratis intendere volueritis, homagia & servitia vestra sibi, citra Festum
*II.131. Sancti Michaelis proximo futurum, faciatis juxta tenorem * litterarum, à nobis eidem Comiti super donatione hujusmodi concessarum.

Ita tamen quod nullum ex vobis ad hoc, contra voluntatem suam, compellat;

Præsentibus post prædictum Festum Sancti Michaelis valituris.

Teste Rege apud Wodestoke 11. die Martii.

De Locum-tenentibus in Anglia, Rege in Franciam profecturo, nominatis.

Ann. D. 1279. An. 7. E. 1. Pat. 7. E. 1. m. 19.

REX Archiepiscopis, &c. salutem.

Cum simus in arripiendo iter nostrum ad partes Franciæ diebus istis, ad habendum colloquium cum magnifico Principe, & consanguineo nostro karissimo, Philippo illustri Rege Franciæ, ad partes Anglicanas in brevi, Domino concedente, rediturі,

Et velimus quod Venerabiles Patres G. Wigorniensis, Th. Herefordensis Episcopi, & dilecti & fideles nostri Edmundus de Alemanniâ Comes Cornubiæ, & Henricus de Lacy Comes Lincolniæ, interim teneant locum nostrum in Angliâ, quamdiu nobis placuerit;

Vobis mandamus quod eisdem Episcopis & Comitibus, loco nostri, intendentes sitis, & respondentes in formâ prædictâ.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Westmon. 27. die Aprilis.

Pro Hartmanno, Filio Regis Romanorum, honorifice recipiendo.

Ann. D. 1279. An. 7. E. 1. Pat. 7. E. 1. m. 19.

REX omnibus Vicecomitibus, Ballivis, & fidelibus suis ad quos, &c. salutem.

Cum carissimus noster Hartmannus, illustris Regis Romanorum semper Augusti natus, in brevi in Anglia sit venturus, quem honorifice & curialiter admitti volumus infra Regnum & potestatem nostram, suscepimus ipsum, cum familiâ & rebus suis, in salvum & securum conductum nostrum, in veniendo in Angliam, & ibidem morando:

Et insuper, tenore præsentium, damus potestatem venerabili Patri W. Norwycensi Episcopo, & dilecto & fideli nostro Henrico de Lacy Comiti Lincolniæ, conducendi ipsum & familiam, & res suas usque London & alibi, prout eis plenius injunximus.

Et ideo vobis mandamus quod prædictum Hartmannum, ac familiam, & omnes res suas, tanquam nostras proprias, in veniendo, & morando, ut prædictum est, manuteneatis, protegatis &

se mariage de nostre Cosyn & de vos ne se face, ke vos seez hye & obligeez par le vauntdyt serement, en meime la manere ke devaunt.

Donoyt a Mustroill.

De Remissione pro Gastone Comite de Biern, super Transgressionibus Regi per ipsum factis.

REX omnibus ad quos, &c. salutem.

Sciatis quod admisimus ad gratiam & amorem nostrum, dilectum Consanguineum & fidelem nostrum Gastonem, Vicecomitem Biern. Ann. D. 1279. An. 7. E. 1. Vascon. 6. & 7. E. 1. m. 2.

Remisimus & pardonavimus eidem omnem rancorem & indignationem animi, quos erga ipsum conceperamus occasione transgressionum, nobis per ipsum factarum, temporibus retroactis,

Et eidem Gastoni terras, castra, & omnes possessiones suas, quas occasione transgressionum illarum tradidit in manus nostras, se & omnes possessiones illas voluntati nostræ totaliter submittendo, & quæ eadem occasione adhuc sunt in manu nostrâ, restituimus ad plenum:

Volentes & concedentes quod idem Gasto, occasione transgressionum earumdem, per nos nullatenus molestetur in futurum.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Westm. 28. die Aprilis.

Mandatum Regis Johanni de Greilly super Restitutione Terrarum prædicto Gastoni.

ET mandatum est Johanni de Greilly Senescallo Regis Vasconiæ, vel ejus Locum tenenti, quod terras, Castra & omnes possessiones prædictas, quæ sunt in manu Regis occasione prædictâ; & etiam Castra de Rokeford in Mariano de Capseus, & de Urgons, quæ super ipsum Gastonem eadem occasione per Regem occupata fuerunt, restituat eidem. Ann. D. 1279. An. 7. E. 1. Ibidem.

In cujus, &c.

Teste ut supra.

Aliud mandatum dicto Johanni de Greilly.

REX dilecto & fideli suo Johanni de Greilly Senescallo suo Vasconiæ, vel ejus locum tenenti, salutem. Ann. D. 1279. An. 7. E. 1. ibid. m. 2.

Mandamus vobis quod dilecto Consanguineo & fideli nostro Gastoni, Vicecomiti Bearn. super feodo & possessione Castri de Saltu, medietate Castri de Miromonte, & terra Arnaldi Bernardi de La-Dos; & etiam eidem Arnaldo super ipsa terra, quantum ad ipsum pertinet, tam super possessione, quàm proprietate prædictorum, secundum foros & consuetudines partium illarum, faciatis justitiæ complementum; ordinato tamen pro nobis aliquo legittimo defensore.

In cujus, &c.

Teste ut supra.

* Paris,

... requerre, serroient tenuz de estre aidans au Roi de France, e a ces heirs, contre le Roy d'Engleterre, e encontre ses heirs, jesques a taunt que ce fust amende soufisaument al esgart de la Court le Roy de France: E devoit estre renouvelee ceste seurte de dis Anz en diz Anz, a la requeste de nostre Pere, ou de son heir Roy de France; la quele seurte ne avoit pas este accompli ne renouvelee de la part de Roy d'Engleterre, tot en eust il este bien requis de par nous, e tot feust pieca passez li termes que ce deust estre fet.

4. A la quele chose li Roys d'Engleterre responnoit, qe par lui n'estoit demore que ce n'eust este accompli, mes par les homes, e par les Viles de iceles terres, que le serement ne voloient fere par plousours resons, e par plousours deffenses, quil mettoient avant.

5. A la par fin, apres mult de Traites, & mout de voies parlees sour totes les devandites Choses, fu entre nous e le devandit Roy d'Engleterre nostre Cousin fete pardurable pes & concord; par le quele nous li rendoms, selonc la forme de la dite Pes, fete jadis entre nostre Pere e le soen, la terre d'Agenois, la quele nous eschai de la Contesse Jehanne devantdite, a lui, e a ces heirs e tenir pardurablement de nous, e de nos heirs, Roys de France, par cel mesme homage lige, par le quel il tient de nous, come Duc d'Aquitanie, e Pers de France, toute la terre que il a de par son Pere ou Reaume de France, e nos demorans quitte de la Ferme, que nous paions avant por cele terre.

6. E par ceste Pes quitons, a touz jourz, por nous, e por nos heirs, e por nos succesSours, les seremens de la seurte des Chevalers, e des homes, e des viles des terres que nostre Per dona au sien par la Pes, fete jadis entre eaus, si come il est dit pardevant; ce est asavoir, touz iceus seremenz que nous poens demander par
*II. 136. cele Pes fete entre * nos Pers; e ce aucuns de ces seremenz sont por nous receus, nous les quitons por nous, e por noz heirs, e por noz successors, e en asolons ceus que les firent, se aucun en soit fet.

7. E li devantdit Roi d'Engleterre, nostre cousins, nous a quite por soi, e por ses heirs, e por ses successors, pardurablement tous les eschanges que il' nous demandoit, ou pooit demander por ceus des trois Citez, e des trois Eveschez devandiz, que sunt privilegie par lettres de nostre pere, ou de ses ancessors, que il ne puissent estre mis hors de la main le Roy de France, e demeurent a lui, e a ces heirs, iceus privilegiez des trois Citez, e des trois Eveschiez devanditz, que se sont tornes iesques aujordui, ou ont obei a lui, ou a son Pere, soit de leur volente, soit a la requeste nostre Pere, ou soit a la nostre.

8. E par ceste concordance sumes tenez, e promettoms que nous feroms enquere, en la maniere desuisdite, se la terre, que li Cuens de Poictiers tint en Coarsin de par sa femme, fu donee, ou baillee, en tot, ou en partie, du Roy d'Engleterre, par mariage ou par gagerie, a sa suer, que fu Mere au Conte de Tholuse, si come il est dit devant; E ce que trouue sera que en fu ensi baille ou donnee, nous li ferons tenu a doner selonc la tenour de la dite Pes, fete entre noz Peres.

9. E ceste Pes, e ceste Acordance, si come ele est contenue en ces presentes lettres, e touz les articles, que sont contenu en la

gati ad jurandum Regem Franciæ, & Hæredes suos, usque ista res fuisset emendata sufficienter ad esgardum Curiæ Regis Franciæ: & debet esse renovari ista securitas de decem Annis in decem Annos, ad Requestam nostri Patris, vel Hæredis sui Regis Franciæ; Quæ securitas nunquam fuit facta aut renovata ex parte Regis Angliæ, quamvis sæpius fuit requisitus nostro nomine, & quamvis terminus, quo fieri oportuit, est nunc præteritus.

4. *Quibus omnibus Rex Angliæ respondit, quod per se non steterit, quod totum hoc non fuisset completum; sed per homines, & per Villas illarum terrarum, qui Sacramentum nolebant facere, per plures rationes & varias excusationes, quas ipsi prætendebant.*

5. *Etiam finaliter, post multos tractatus, & plures vias, proloquutas super omnibus rebus prædictis, fuit facta, inter nos, & antedictum Regem Angliæ, perpetua pax & concordia; per quam nos ipsi reddidimus, secundum formam pacis, factæ olim inter Patrem nostrum & suum, terram Agenesii, quæ pervenit ad nos ratione Comitissæ Johannæ antedictæ, sibi & Hæredibus suis, ad tenendum perpetuo a nobis & Hæredibus nostris Regibus Franciæ, per illud idem homagium ligium, per quod ipse tenet a nobis, sicut Dux Aquitaniæ, & Par Franciæ, totam terram, quam habet ex parte Patris sui in Regno Franciæ, & nos remaneamus immunes de Firma, quam nos solvebamus antea pro illa terra.*

6. *Et pro istâ pace quittamus perpetuo pro nobis & hæredibus nostris, & nostris successoribus, illa sacramenta securitatis illorum militum, hominum, & villarum de terris, quas noster pater donavit suo per pacem factam olim inter se, sicut dictum est superius; videlicet, omnia illa sacramenta quæ nos possimus petere per pacem factam inter patres nostros; & si aliqua, de illis sacramentis sint per nos recepta, illa quiptamus pro nobis & hæredibus & successoribus nostris, & absolvimus illos, qui illa sacramenta fecerunt, si aliqua fuerunt facta.*

7. *Et antedictus Rex Angliæ, noster consobrinus nos quitat, pro se, hæredibus & successoribus suis, perpetuo omnia scambia, quæ ille petit ab eo, vel petere poterat pro illis de tribus Civitatibus, & tribus Episcopatibus antedictis, qui sunt privilegiati per literas nostri patris, vel antecessorum suorum, quod ipsi non possint poni extra manum Regis Franciæ; & remanent ei & hæredibus suis illi privilegiati, de tribus Civitatibus, & Episcopatibus antedictis, qui se retornaverint usque ad hodiernum diem, & hobediverint ei vel patri suo, sive de voluntate eorum, vel ad requestam nostri patris, vel ad requestam nostram.*

8. *Et pro istâ concordantiâ sumus obligati, & promittimus, quod nos faciemus inquiri, per modum superius dictum, si terra, quam Comes Pictaviæ tenuit in Caturcinio, ex parte uxoris suæ, fuerit donata, vel tradita, vel in toto, vel in parte, per Regem Angliæ, pro maritagio, vel pro gageriâ, sorori suæ, quæ fuit mater Comitis Raymundi de Tholose, sicut est antedictum; & illam, quæ reperta est, vel erit, quod ita fuisset donata vel tradita, nos erimus ei obligati ad dandum, secundum tenorem pacis prædictæ, factæ inter patres nostros.*

9. *Et ista pax, & ista concordatia, sicut continetur in hiis litteris præsentibus, & omnes articuli, quæ continentur in dicta pace,*

merar. mus, & solvere tenemur Parif. in domo Templi, sex milia librarum Parienf. hiis terminis, scilicet,

In proximo Festo Omnium Sanctorum, duo milia librarum,

In sequenti Festo Candelosæ, duo milia librarum,

Et in subsequenti Festo Ascensionis Domini, duo milia librarum Parisien.

Pro quibus firmiter observandis nobiles viri Edmundus Leycestriæ & Campaniæ Comes, Germanus noster, Johannes de Britannia, Ducis Britanniæ Primogenitus, & Johannes de Greyllaco se, ad nostram instantiam, eidem Regi fidejussoriè obligârunt.

Factis autem dictis solutionibus, præsentes litteræ, unà cum literis dictorum fidejussorum, nobis vel mandato nostro, absque cavillatione aliqua, restituentur.

In cujus rei testimonium has litteras nostras fieri fecimus patentes.

Dat. Ambian. vicesimo tertio die Maii, anno Domini 1279.

De compromisso in Regem Angliæ, per Gastonem Comitem de Biern, & Eschinatum Comitem Bygorræ, super damnis & injuriis, hinc inde illatis.

Ann. D. NOverint universi quod nos, Gaston, Vicecomes Bearn, pro
1279. nobis, & hæredibus, ac successoribus, hominibus, gentibus,
An. 7. & valitoribus nostris ex parte una.
E. 1. Et nos Eschinatus, Comes Bygorræ, pro nobis, hæredibus, ac
Vascon. 7. successoribus, hominibus, gentibus, & valitoribus nostris ex altera,
E. 1. Super terris & hæreditatibus Bigorræ & Cabanesii, ac super om-
m. 7. nibus querelis, controversiis, actionibus realibus & personalibus, quas vicissim, tam nostro, quàm hæredum nostrorum nomine movemus, vel movere intendimus pro prædictis;

Necnon super omnibus gravaminibus, maleficiis, dampnis & injuriis nobis, dicto Comiti, hominibus, gentibus & valitoribus nostris per prædictum Gastonem & suos,

Et nobis, dicto Gastoni, hominibus, gentibus & valitoribus nostris, per dictum Comitem & suos, a tempore pacis (quam nos Gasto dicimus factam esse, de terris & hæreditatibus supradictis)
* II.138. * ut asserimus, factis & illatis usque in hodiernam diem.

Compromittimus in serenissimum Principem, & Dominum nostrum Edwardum, Dei gratiâ, Regem Angliæ illustrem, altè & bassè, tanquam in arbitratorem seu amicabilem compositorem; juramento ad sancta Dei Evangelia super hoc præstito, sub pœna corporali duorum milium Marcarum Argenti, solvendarum à parte, non parente in totum vel in parte arbitrio, dicto, laudo, voluntative ejusdem Domini nostri Regis; scilicet, mille Marcarum Domino nostro Regi prædicto; & mille Marcarum parti, prædictum arbitrium observanti, seu observare volenti.

Supponentes nos simpliciter & absolute dicto, laudo, voluntati, ordinationi seu arbitrio prædicti Domini nostri Regis, sub prædictis juramento & pœna, ut ipse, visâ pace prædictâ (quam nos dictus Gasto dicimus esse de terris & hæreditatibus supradictis) auditis rationibus & allegationibus utriusque partis, sine juris sollempnitate, & juris ordine, tractare, ordinare, dicere, recitare, inquirere & proferre per se, vel per alium, seu alios valeat, & omnimode exsequitionem mandare; promittentes, sub prædictis juramento & pœna, quod Domini nostri Regis prædicti, super præmissis omnibus, dicto, laudo, arbitrio, ordinationi, compositioni seu voluntati totaliter parebimus in hâc parte.

Volumus autem quod, pœnâ prædictâ commissâ vel non com- minibus suis, in personis, vel rebus, sine nostro mandato; vel homines nostri Eschinati dicto Gastoni, vel hominibus suis, nos prædicta adinvem nobis, sub pœnâ prædictâ, promittimus facere emendari,

Et, ad præsens compromissum, arbitrium, dictum, laudum, ordinationem & voluntatem dicti Domini nostri Regis, in prædictis, omnibus & singulis, constanter observandum, obligamus nobis adinvicem nos & hæredes ac successores nostros.

Et, si forte contingat quòd Dominus noster Rex prædictus, per se, vel per alium, ut supradictum est, de prædictis, & super prædictis, dictum seu ordinationem non proferat; rationes utrique parti nostrûm remanent salvæ, & jus cujuslibet in statu, quo erant tempore compromissi præsentis.

In quorum testimonium nos, prædicti Gasto & Eschinatus, sigilla nostra præsentibus duximus apponenda.

Et, ad majorem omnium prædictorum firmitatem, sigillum prædicti Domini nostri Regis procuravimus & fecimus apponi.

Et nos, prædictus Rex, ad preces & instantiam prædictorum Gastonis & Eschinati, sigillum nostrum præsentibus apposuimus in testimonium veritatis.

Dat. &c. apud Albevillam secundo die Junii, anno Domini 1279.

De terra Agenesii Gulielmo de Valentia, nomine Regis Edwardi, liberanda.

EXcellentissimo Principi, karissimo consanguineo & Domino Ann. D.
suo, Philippo, Dei gratiâ, Franciæ Regi, Edwardus, Rex 1279.
Angliæ salutem, & honoris & gratiæ prosperum incrementum. An. 7.
Celsitudini vestræ karissimum patruum, & fidelem nostrum, Gu- E. 1.
lielmum de Valentiâ Militem, exhibitorem præsentium, destina- Vascon. 7.
mus; E. 1.
Et ipsum, ad requirendum & recipiendum, nomine nostro, ter- m. 5.
ram Agennesii, cum pertinentiis, à vobis, vel mandato vestro ponimus, loco nostri;

Vos affectuose rogantes quatenus eidem patruo nostro dictam terram, cum pertinentiis suis, tradi, vel liberari faciatis.

Dat. apud Albevillam quarto die Junii.

---

* *De juramentis præstandis, nomine Regis, ratione terræ Agen.* * II.139.

REX universis, præsentes litteras inspecturis, salutem. Ann. D.
Noveritis quod nos ponimus & constituimus, loco nostri Se- 1279.
nescallum nostrum Agenensem, exhibitorem præsentium, ad facien- An. 7.
dum & præstandum vobis, & aliis, quorum interest, juramenta in E. 1.
animam nostram, & alis, ad quæ facienda & præstanda vobis, vel Vascon. 7.
vestrûm aliquibus constiterit, nos teneri, ut Dominum, & ratione E. 1.
dominii terræ Agen. & pertinentiarum. m. 5.

In cujus rei testimonium has litteras nostras fieri fecimus patentes, nostro sigillo signatas.

Dat. apud Albevillam quarto die Junii.

De

Dum tamen per suos servitium, inde debitum, nobis fiat, prout nobis, & antecessoribus nostris, Regibus Angliæ in hujusmodi exercitibus, fieri debet & consuevit.

In cujus, &c. per dictum quinquennium duraturas.

Dat. per manum Magistri Th. Bek. apud Westm. quarto die Junii.

De modo juramentum præstandi Majori & Scabinis Abbatisville, per Comites Pontivi.

Ann. D. 1279. An. 7. E. 1. Vascon. 7. E. 1. m. 5. *II. 140.

EDwardus, Dei gratiâ, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, & Dux Aquitaniæ, Comes Pontivi & Monstrolii, & Alianora, eâdem gratiâ, Regina, Domina, & Comitissa locorum prædictorum, ejus uxor, * universis, præsentibus & futuris,

Notum facimus quod, per mortem nobilis Dominæ Johannæ, quondam Reginæ Castellæ & Legionis, Pontivi, Monstrolii & Albemarliæ Comitissæ, terra & Comitatus Pontivi ad nos devenerit;

Et ad villam Abbatisvillæ, pro homagiis nostris, & juramentis, ac fidelitatibus, a Majore, & Scabinis, & tota Communitate villæ prædictæ capiendis, in adventu nostro devenerimus;

Ipsi Major, & Scabini, ac tota prædicta Communitas, ob nostræ Regiæ Majestatis reverentiam, juramenta nostra, per procuratores, in animas nostras, nobis præsentibus personaliter, & consentientibus, receperunt; licet in personis nostris juramenta prædicta, ut dicebant, facere teneremur;

Nos verò, eis, & litteris suis, & instrumentis, quæ a prædecessoribus nostris, Comitibus Pontivi, habuerunt, ac etiam privilegiis suis, usibus & consuetudinibus, propter hoc, aliquid præjudicium generari nolentes,

Volumus, & eis concedimus, pro nobis & successoribus nostris, Comitibus Pontivi, quod successores nostri, Comites Pontivi, quiqui fuerint, ratione Comitatûs Pontivi, non tamen Reges Angliæ inuncti, juramenta dictis Majori, & Scabinis, & toti Communitati prædictæ, in adventu suo, faciant, prout nostri prædecessores, Pontivi Comites, facere consueverunt, juramentis nostris, per procuratores factis hâc vice eisdem, non obstantibus;

Et ut præmissa firma & inconcussa imposterum remaneant, præsens Scriptum Sigillorum nostrorum munimine præcepimus roborari.

Dat. apud Abbatisvillam sexto die Junii, anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo nono.

Ann. D. 1279. An. 7. E. 1. Vascon. 7. E. 1. m. 5.

Forma sacramenti, quod Rex fieri fecit in animam suam hominibus de Albevilla.

MEmorandum, quod hæc est forma sacramenti, quod Dominus Rex fieri fecit, in animam suam, per Dominum Thomam de Sandivico, Senescallum Pontivi, & quod Domina Regina

Et par ki eus nos ount fet Serement & feaute, d'estre a nos obeissant, & de vie & de membre, & de terrein honur, cum a leur dreit Seigneur, en totes choses, & à noz Lius tenanz:

Et pur ce ke nos ne volum mie ke le Serement, ke fet leur est par nostre Procurur, leur peusse turner a prejudice, voluns & grantuns ke, par ce Serement, ne seyent desturbes, ne de leur dreit aloynes, qui nos heirs Cuntes de Puntif, qui ne seyent Reys enoyne, ne facent le Serement solum les usages de la Vile de Rue, en la manere ke nostre Ancestour l'ount fait.

Et en tesmoinage de ceste chose leur avoms fet fere ces lettres presentes.

Donnees à Logard. en lan de grace 1279.

Consimiles litteras habet Communitas de Croteye.

Consimiles litteras habet Villa seu Communitas de Mareskenetere.

Consimiles litteras habet Communitas Villæ de Cressi.

Consimiles litteras habet Communitas Villæ de Waulan.

Consimiles litteras habet Abbas de Sancto Jocio, conjunctus cum Communitate ejusdem Villæ.

Consimiles litteras habet Communitas Villæ de Areines.

Consimiles litteras habet Communitas Villæ de Musteroyll.

De omnibus, quæ in Civitatibus Lemov. Caturcen. & Petragor. tradi debent, Willielmo de Valentia, nomine Regis liberandis.

Ann. D. 1279. An. 7. E. 1. Vascon. 7. E. 1. m. 5.

EXcellentissimo Principi, karissimo consanguineo & Domino suo, Philippo, Dei gratiâ, Franciæ Regi, Rex Angliæ salutem.

Celsitudini vestræ karissimum Patruum, & fidelem nostrum, Gulielmum de Valentia Militem, exhibitorem præsentium, destinamus ad requirendum & recipiendum à vobis, vel mandato vestro, universa & singula, quæ per vos sunt nobis tradenda & liberanda in Civitatibus & Diocesibus Lemovicen. Caturcen. & Petragor, ac etiam Xancton ultra fluvium Charenton.

Necnon ad petendum & requirendum deliberari surprisa, sasita, vel alias amparata per vos, genitorem vestrum, gentesve vestras, eorumve auctoritate, quæ genitor noster, vel nos, seu gentes nostræ post pacem, dudum factam inter ipsos genitores nostros, tenuimus in terris prædictis, & quæ in ipsis terris ad nos pertinent, seu pertinere possunt, vel debent quoquo modo,

Vos affectuose rogantes quatinus prædicto Patruo nostro faciatis deliberari præmissa.

Dat. apud Logard sub sigillo nostro, quo utimur in partibus transmarinis, octavo die Junii, anno Regni nostri septimo.

merar. fine ullo retinemento,

Habenda & tenenda eidem Domino Regi, & hæredibus, vel assignatis suis, cum feodis Militum, advocationibus Ecclesiarum, & cum omnibus libertatibus, & liberis consuetudinibus, & rebus aliis, ad Comitatus, Castra, & Terras, & Tenementa prædicta qualitercumque spectantibus, imperpetuum,

Pro Maneriis de Wirkes, Worth. & Essebume, & Wappeltach. de Wirkes, Worth. cum pertinentiis, quæ præfatus Dominus Rex nobis per cartam suam dedit & concessit in escambium pro Comitatibus, & Castris, & Terris, & Tenementis prædictis;

Ita quod nec nos, nec hæredes nostri, nec aliquis per nos, vel pro nobis, in prædictis Comitatibus, & Castris, aut Terris, & Tenementis, vel rebus aliis, ad ea pertinentibus, aut quæ nobis vel hæredibus nostris, ratione eorumdem, accidere potuerunt, vel poterunt, quicquam juris vel clamii exigere vel habere possimus in futurum.

In cujus rei testimonium præsenti scripto sigillum nostrum apposuimus:

Hiis Testibus, venerabilibus Patribus,

Roberto Bathonensi & Wellensi Episcopo,	*Antonio Bek*,
Et Godefrido Wygorn. Episcopo;	*Hugone filio Ottonis*,
Dominis, *Johanne de Vescy*,	*Waltero de Helyun*,
Ottone de Grandisono,	*Johanne de Lovetot*,
Rogero de Clifford,	*Roberto filio Johannis*, & aliis.

Dat. London. decimo die Novembr. anno Regni Domini Regis supradicti septimo.

Pro Constantia quondam uxore Henrici de Alemania.

Ann. D. 1279. An. 7. E. 1. Vascon. 6. & 7. E. 1. m. 1.

REX, Magistro Adæ de Norff. Constabulario suo Burdegaliæ, salutem.

Cum concesserimus dilectæ consanguineæ nostræ Constantiæ, quæ fuit uxor Henrici de Alemania, in dotalicium ipsius Constantiæ, trescentas libras sterlingorum, singulis annis, ad certos terminos, percipiendas de Custuma nostra Burdegalensi ad totam vitam suam:

Vobis mandamus, sicut alias mandaverimus, quod ei id, quod sibi à retrò est de dictis trescentis libris annuis, post recessum venerabilis patris R. Bathonensis & Wellensis Episcopi, Cancellarii nostri, & dilecti & fidelis nostri Otonis de Grandisono à partibus Vasconiæ, eidem Constantiæ sine dilatione habere faciatis; & sic, de
* II. 143. anno in annum, prædictas trescentas libras, ad dictos * terminos, in officio Constabulariæ prædictæ: Et nos eas in compoto vestro faciemus allocari.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Westm. 12. die Novembris.

honorem, & eisdem Baronibus cedere possit ad profectum.

In cujus rei testimonium præsenti scripto, in modo Cirographi confecto, sigilla prædictarum partium vice mutua sunt apposita.

Litera a Senescallo Regis Norwegiæ de Guidone de Monteforte, in partibus Norwegiæ.

Ann. D. 1280. A. 8. E. 1. In Turri.

EXcellentissimo Principi, Domino Edwardo, Dei gratiâ, Regi Angliæ, Domino Hiberniæ & Duci Aquitanniæ, Augustinus, illustris Regis Norwegiæ Senescallus, salutem, cum totius honoris & gloriæ incremento, ad ejus beneplacita & voluntatem.

Vestræ Serenitatis inclita fama, qua inter cæteros orbis Principes laudabiliter præfulgetis, tam in gestorum magnificentia, quam etiam vestra immensa bonitate, quæ, sicut ex relatione plurimorum, & specialiter reverendi viri Domini Abbatis de Lysa, latoris præsentium, intellexi, se cunctis hominibus favorabilem exhibet, & ad omnia beneplacita liberalem, merito me inducit, & incitat universos ut Excellentiam vestram suis servitiis & omni reverentia multipliciter prosequantur, personam vestram, sicut decet, totis viribus honorando.

Quorundam igitur relatione, percipiens Militem quendam (de quo suspitio habebatur quod inimicus vester existeret) Guido de Monteforti, hoc anno, me in Scotia existente, latenter ad partes Norwegiæ declinasse, doleo non * modicum quod eundem, in * II. 144.
reditu meo in Norwegiam, non inveni, ad opus vestrum, juxta meum desiderium, arestatum.

Unde, quod, referente michi dicto Domino Abbate, intellexi plenè affectionem, quam habetis circa dicti Militis captionem, volo vestram magnificentiam non latere, me circa captionem ejusdem pro viribus laborâsse, prout latores præsentium vestræ Nobilitati scient lucidius explanare;

Unde Domino Abbati super hiis, quæ coram vobis ex parte mea duxerit proponenda, fidem adhibere dignemini creditivam: Scientes me promptum & paratum, ob vestram reverentiam, facere quicquid possum servitii & honoris.

Valeat Magnificentia vestra in Domino.

Dors.

Domino Regi Angliæ.

Bulla Regi rogatoria, pro deliberatione Almarici de Monteforti.

Ann. D. 1280. An. 8. E. 1. Ex Autogr.

NIcholaus Episcopus, servus servorum Dei, carissimo in Christo filio Regi Angliæ illustri, salutem & Apostolicam benedictionem.

Inter fluctus assiduos humana conditio constituta, plerumque naufraga ex ventorum varietate redditur, & oppressionum flagellis languescit; quare, indicta eulogio prophetico, subventio cernitur oppressorum.

Quæsumus ergo, fili carissime, ut Regiæ considerationis consilium ad hoc prudenter dirigas, ut tuam dexteram, sceptro potestatis micantem, oppressis & afflictis, maximè inter squalores carcereos angustiis multipharîs fagitatis, statuas subventionis efficaciis ministram:

ret; quodque idem A. Regnum & terras, tibi subjectas, per se, vel per alios, hostiliter non invadet, nec etiam occupabit, aut invadi vel occupari ab alio procurabit.

Et, si secus fortè præsumeret, excomunicationis sententia, quam per eundem nuncium in eum ferri volumus, sit ligatus, & omnibus beneficiis ecclesiasticis & privilegio clericali privatus, ac per eundem Reymundum Capellanum reddatur inhabilis ad illa, vel alia obtinenda:

Et quod, postquam ad loca tuta Regni Franciæ pervenerit, obligationem similem renovet, illam sub juramento & pœnis similibus, imponendis seu infligendis sibi per eundem, perpetuo servaturus:

Quod, si postquam ad loca tuta pervenerit, obligationem non renovaverit supradictam, aut contra prædicta, vel aliquod prædictorum venerit, extunc eisdem excomunicationis, privationis & inhabilitatis pœnis Almaricum eundem volumus subjacere.

Dat. Romæ, apud Sanctum Petrum 13. Kal. Martii, Pontificatûs nostri anno tertio.

Sigillum deest.

Alia Bulla, de Liberatione Almarici de Monteforti procuranda.

Ann. D. 1280. An. 7. E. 1. L. A. f. 74 b. Penes Camerar.

NIcolaus Episcopus, servus servorum Dei, dilecto Filio Magistro Reymundo, Decano Ecclesiæ Avicien. Capellano nostro salutem & Apostolicam benedictionem.

Illa te credimus virtute discretionis dotatum quod, quæ tibi à sede Apostolicâ committuntur, fideliter gerere studeas & efficaciter promovere, maxime quæ honorem ejusdem sedis continent & incrementa Ecclesiasticæ libertatis.

Dudum siquidem, sicut intelleximus, dilectus filius Almaricus de Monteforti, Capellanus noster, dum Sororem suam per partes maritimas, Angliæ Regno vicinas, conducebat ad virum, laqueum captionis incurrit;

Verum carissimus in Christo filius noster Rex Angliæ illustris, eventu hujusmodi, non sine compassione, ut dicitur, intellecto, solitus caritatis vacare officio, circa ejusdem sororis, destitutæ consolationis solatio, servandum pudorem in vigilias officiosas consurgens, quod dicta soror ad virum traduceretur eundem officiosius procuravit.

Cum autem dictus Almaricus, ex ordinatione, felicis recordationis, Johannis Papæ Prædecessoris nostri, dicatur sub quorundam ejusdem Regni Prælatorum custodia detineri; nos, qui circa liberationem ipsius Almarici, quantum secundum Deum, Regni ejusdem status quiete non offensâ, possimus, vigilanter intendimus ne diutius, non sine prædictorum Prælatorum onere, hujusmodi squaloribus fatigetur, extimantes quod tam pictatis affectio, ut præmittitur, circa eandem sororem servata, quam memoria sanguinis, quo eidem A. Rex connectitur memoratus, Regalis Clementiæ animum

Dat. Romæ, apud Sanctum Petrum 13. Kal. Martii, Pontificatûs nostri anno tertio.

De Jocalibus feretro beati Ricardi Cicestrensis reaffigendis.

EDward. Dei gratiâ, Rex Angl. Dominus Hibern. & Dux Aquitan. Venerabili in Christo patri S. eidem gratiâ, Cicestrensi Episcopo, & dilectis sibi in Christo Decano & Capitulo ejusdem loci salutem. Ann. D. 1280. An. 8. E. 1. Pat. 8. E. 1. m. 23.

Quia intelleximus quod vos quædam Jocalia, quæ feretro Sancti Ricardi Cicestrensis nuper affixa, & postmodum subtracta fuerunt, eidem feretro, nobis irrequisitis, facere non vultis reaffigi;

Nos, recuperationem Jocalium illorum divinitùs reputantes contigisse, vobis mandamus quod Jocalia illa, ad honorem Sancti prædicti, de nostra licentia, sicut magis expedire videritis, dicto feretro affigi faciatis iteratò.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Clarendon. 17. die Februarii.

De annuo Feodo Ordeonio, Tusculano Episcopo, per Regem concesso.

REX Thesaurario & Camerariis suis, salutem. Ann. D. 1280. An. 8. E. 1. Liberate 8. E. 1. m. 7. intus Cedul.

Liberate de Thesauro nostro venerabili Patri Domino O. Tusculano Episcopo, singulis Annis, ad Scaccarium nostrum Paschæ, quadraginta Marcas, quas ei concessimus annuatim, ad eundem Terminum percipiendas, ad totam vitam suam.

Teste Rege apud Dounamen. 3. die Martii.

Et sunt Patentes.

De Homagio Jordani de Insula, pro diversis Castris & Baroniis.

NOverint universi, præsentes litteras inspecturi, quod ego Jordanus, de Insula Domicellus, Vicecomes de Comelhano, & Dominus de Casaubonesio, die Jovis, proxima post Festum Sancti Gregorii Papæ, anno Regni illustris Domini Edwardi, Regis Angliæ, Domini Hiberniæ & Ducis Aquitaniæ, Octavo, Ann. D. 1280. An. 8. E. 1. L. B. f. 306. b. Penes Camerar.

Feci Homagium & Sacramentum fidelitatis præfato Domino nostro Regi pro rebus infra scriptis, quas ab eodem * teneo in Diocese Agen. cum deveriis inferius nominatis, videlicet,

Pro Villa de Dunis & ejus pertinentiis, quam, ut Baro, teneo à * II. 147. prædicto Domino Rege pro medietate; & pro quâ teneor eidem solvere quinquaginta sold. Morl. in mutatione Domini:

Et

berti Episcopi Karleolen. Pastoris solatio destituta, dilecti filii Prior & Conventus ejusdem Ecclesiæ, ordinis Sancti Augustini, per viam compromissi procedentes in negotio Electionis de Prælato in ipsâ Ecclesiâ faciendæ, quæ tunc temporis ingruebat, quondam Magistrum Gulielmum Decanum Eboracen. Ecclesiæ, tunc viventem, ad ipsius Karleolen. Ecclesiæ regimen elegerunt; qui, electioni hujusmodi renuens consentire, nunciavit expresse juri, si quod ex ipsâ electione competebat eidem.

Postmodum autem dicti Prior & Conventus ad tractandum de futuri substitutione Pastoris, die ad hoc præfixâ insimul convenerunt, ac in hujusmodi negotio per eandem viam compromissi procedere, communi deliberavere consensu.

Sicque prædicti Conventus quinque ex eis, scilicet eidem Priori Roberto de Everdon Præcentori, Roberto de Brampton Succentori, Simoni de Karliolo Cellerario, & Hug. de Bolton Sacristæ ipsius Ecclesiæ Karleolen. providendi eidem Karleolen. Ecclesiæ de Prælato eo modo potestatem unanimiter concesserunt, quod ipsi, vel major, & sanior pars eorum dictæ Karleolen. Ecclesiæ de Pastore ydoneo providerent.

Iidem autem quinque convenientes in unum, & post diligentem, quem super hoc habuere tractatum, ad venerabilem fratrem nostrum Radulphum Karleol. Episcopum, suæ considerationis oculos dirigentes, ipsum, tunc Priorem Monasterii Gisburniæ prædicti ordinis, Eboracen. Dioc. concorditer & communiter omnes simul, ex prædictâ potestate ipsis, ut prædictum est, traditâ, in Karleolen. Episcopum elegerunt, dictique Prior & Conventus, postquam electioni hujusmodi ad eorum instantiam idem consensit Episcopus, facientes electionem ipsam bonæ memoriæ Gualtero Archiepiscopo Eboracen. loci Metropolit. per suos procuratores ydoneos præsentari, ab ipso Archiepiscopo postulârunt, ut eandem electionem auctoritate Metropoliticâ confirmaret, qui suæ deliberationis super hoc pendente judicio debitum naturæ persolvit.

Et licet dicti Prior & Conventus, post ejusdem Archiepiscopi
*II. 148. obitum, electionem * ipsam petiissent instanter, per procuratores suos ad hoc specialiter constitutos, à Capitulo ejusdem Eboracen. Ecclesiæ confirmari:

Demum tamen iidem Prior & Conventus attendentes, quod dicti Capitulum in hujusmodi confirmationis negotio moras & difficultates indebitas ingerentes, negotium ipsum per prolixos terminos, & dilationes morosas, in tempus longius protrahebant, in non modicum dictæ Karleolen. Ecclesiæ dispendium & gravamen, quodque iidem Capitulum super hoc per præfatos Procuratores pluries requisiti, se finaliter nolle procedere in prædicto negotio prætendere nitebantur, ex hujusmodi causis per Procuratorem legitimum ad sedem Apostolicam appellârunt.

Negotio itaque hujusmodi per appellationem, pro parte dictorum Prioris & Conventûs, ad nos taliter interjectam, ad sedem devoluto prædictam, nos examinationem electionis ipsius, de ipso Episcopo, ut prædicitur, celebratæ, venerabili fratri O. Episcopo Tusculan. & dilectis filiis nostris Gulielmo tituli Sancti Marchi Presbitero, ac Jordano Sancti Eustachii Diacono Cardinalibus, duximus committendum: per quos diligenter examinatione hujusmodi, & de his quæ per ipsam invenerunt, nobis factâ relatione fideli, quia in electione ipsâ per dictos compromissarios non invenimus canonicè fuisse processum, pro eo quod prædicti quinque omnes insimul eundem R. Episcopum, ut prædicitur, elegerunt, nec communis pronunciata per unum fuit electio subsecuta, quod tamen fieri debuit, cum à nostris fuerit Prædecessoribus Roman. Pontificibus observatum, & etiam diffinitum, ut sicut per unum, quando per viam scrutinii ad electionem proceditur, est pronuntianda & facienda electio, secundum canonicè instituta, sic

De annuo feodo Berardo de Neapoli persolvendo.

REX Thesaurario & Camerariis suis, salutem. Ann. D.
Liberate, de Thesauro nostro, Baruntino Walteri, Richar- 1280.
do Guidicionis, & sociis suis Mercatoribus de Luk, quaterviginti *An.* 8.
Marcas, per manus suas liberandas dilecto Clerico nostro Magistro *E.* 1.
Berardo de Neapoli, Domini Papæ Notario; videlicet, quadragin- *Liberate*
ta Marcas de Termino Sancti Michaelis, anno Regni nostri septi- 8. *E.* 1.
mo, & quadraginta Marcas de Termino Paschæ, anno * Regni *m.* 7.
nostri octavo, de annuo feodo suo, quaterviginti Marcarum, quod *II. 149.
de nobis percipit.

Teste Rege apud Bristoll. vicesimo quarto die Aprilis.

Pro Alfonso, Castellæ Rege, de navibus construendis contra Saracenos.

REX Majori & Juratis Baion. salutem. Ann. D.
Mandamus vobis quod, si serenissimus Princeps, Alphonsus, 1280.
Dei gratiâ, Castellæ Rex illustris, sororius noster, sustam ad fa- *An.* 8.
ciend. galeas & naves contra Saracenos, inimicos christianæ fidei, *E.* 1.
in civitate & districtu vestris emere, vel infra districtum vestrum *Rot.*
naves & galeas ad hoc facere construi voluerit, ipsum, vel Nun- *Vascon.* 8.
cios suos, eandem emere, & ipsam & dictas naves & galeas exinde *E.* 1.
extrahere & ducere, quo voluerit, pro suæ libito voluntatis, libere *m.* 14.
permittatis:

Quod, si carpentarios & factores navium & galearum hujusmodi de civitate & districtu prædictis habere voluerit, vos ipsos, cum super hoc per ipsum, vel mandatum suum requisiti fueritis, mittatis.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Westm. decimo octavo die Maii.

Litera Regis Castellæ, de Treugis faciendis inter ipsum & Regem Franciæ.

NOverint universi, præsentem litteram inspecturi & etiam au- Ann. D.
dituri, quod nos, Alfonsus, Dei gratiâ, Rex Castellæ, To- 1280.
leti, Legionis, Gallecìæ, Sibiliæ, Cordubiæ, Murciæ, Gihenii, *An.* 8.
atque Algarbii, pro eo quod magnificus Princeps Edwardus, eâdem *E.* 1.
gratiâ, illustris Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, & Dux Aquita- *L. B. f.*
niæ, sororius noster carissimus, per Nuncios suos solempnes, vi- 45. *a.*
ros nobiles, Gulielmum de Valentia, Johannem de Greyley, tunc *Penes Ca-*
temporis Senescallum Vasconiæ, nos rogavit instanter quod suis *merar.*
precibus & amore treugam cum Rege Franciæ haberemus, usque *Tran-*
ad nativitatem Domini ventur' anno Incarnationis ejusdem 1280. *script. Li-*
Et quia postmodum, propter casus alios emergentes, per alios *terar. An.*
Nuncios suos solempnes, nobilem virum Talliferum de Monte O- 8. *E.* 1,
serii Militem suum, & dilectum nobis Magistrum Gaufridum de *m.* 3.
Everle nostrum fidelem Notarium, pleniùs honestarum precum instantiis nos rogare curavit, ut daremus sibi, per litteram nostram patentem, potestatem plenariam inheundi treugam pro nobis cum eodem Rege Franciæ, duraturam usque ad annum post Festum Nativitatis Dominicæ proximo subsequentis, vel ad terminum prolixiorem, si id eidem Regi videretur expediens; ut interim possit loqui & tractare de pace atque concordia inter nos & Regem Fran-

ciæ

Ego Johannes Andreæ, de mandato Domini Regis, scripsi.

Tractatus super formam Treugæ inter Franciæ & Castellæ Reges.

Ann. D. 1280. An. 8. E. 1. L. B. f. 45. b. Penes Camerar. Transcript. Literar. An. 8. E. 1. m. 3.

HIC est tractatus, habitus inter Consiliarios Regis Franciæ, & discretos ac religiosos viros, fratrem Johannem Magistrum ordinis prædicatorum, & fratrem Jeronimum generalem Ministrum fratrum Minorum, super formam treugæ, inter Franciæ & Castellæ Reges incundæ.

In primis tractatum est quod fiat treuga inter Reges ipsos, de se, & suis; Item, inter Regnum Castellæ, & Regnum Navarræ, usque ad certum tempus; hoc expresso, quod illi Navarii qui sunt extra Regnum Navarræ (scilicet, Garcias Almoraind. & sui complices, & si qui sint alii) non sint in ista treuga:

Attamen, propter bonum treugæ & pacis, quæ inde secutura speratur, tractatum est inter personas prædictas, quod castris & bonis, quæ prædicti Garsias & alii, de Navarra expulsi, tenent & tenebunt in Navarrâ, tempore treugæ initæ & publicatæ, & personis, quæ in eis sunt & tenent ea, detur treuga tali modo;

Scilicet, quod, durante treuga, non licebit eis munire Castra, quæ tenent, hominibus, armis, seu quibuslibet aliis munitionibus, nec etiam victualibus, aliter quam inferius continetur:

Statim enim, treuga inita & publicata in Navarra per Priorem fratrum Prædicatorum, & Gardianum Minorum Pampilan. vel Stelkæ, vel per eorum Vicarios, ipsis absentibus vel infirmis, respicietur numerus bellatorum, qui erunt in Castris tempore treugæ publicatæ, &, secundum numerum bellatorum, faciet gubernator Navarræ ibi inferri victualia ad expensas eorum moderatas, & pro pretio, quo communiter vendentur in patria, eis sufficientia per mensem:

Et eadem forma, quod ad inspectionem numeri bellatorum, & illationem victualium, servabitur per totum tempus treugæ, in unoquoque mense, in principio mensis; initiabitur autem primus mensis statim postquam treuga publicata fuerit in Navarra.

Quod, si in ultimâ inspectione non supersit mensis integer, inferentur eis victualia, secundum quod dictum est, pro rata temporis solummodo quod de treuga superesset.

Et, secundum hanc provisionem de victualibus, evidens est quod tantum remanebit eis de victualibus, in fine treugæ, quantum habuerunt tempore publicationis ipsius:

Permittetur etiam eis quod, si, durante treuga, contigerit diminui numerum bellatorum, qui ibi fuerit tempore publicationis treugæ repertus, quod in fine treugæ possint ipsum numerum aliis bellatoribus supplere:

Item non licebit eis in dictis Castris ædificare de novo, vel vetera ædificia, vel ruinas reficere, seu reparare; nec ipsa Castra in
*II. 151. fossis, sive fossatis, aut in aliis quibuslibet munitionibus seu * defensionibus fortificare; nec circa ea toto tempore treugæ aliquid immurare;

[illegible] Regi Franciæ, valituram usque ad festum Resurrectionis Dominicæ, venturum anno incarnationis ejusdem millesimo ducentesimo octogesimo secundo, vel ulterius usque ad festum Sancti Martini in hieme, anno ejusdem; & hoc propter multas bonas rationes, quas nobis ipsi dixerunt, ut interius possit idem Rex Angliæ loqui, & tractare de pace atque concordia inter nos & Regem Franciæ supradictum: ita quod voluntates omnium nostrûm essent unanimes & concordes, ad Dei servitium & honorem Sanctæ Matris Ecclesiæ, ac etiam ad utilitatem Christianitatis totius;

Nos, attendentes bonam voluntatem & affectionem sinceram, quam gerit idem Rex Angliæ in prædictis, considerantes quoque debitum & amorem, quæ habet cum Rege Franciæ pariter & nobiscum, preces suas in hac parte duximus admittendas;

Et ideo tenore literæ nostræ præsentis damus atque concedimus pro nobis, nostris, nostrique Regnis Regi Franciæ, ac Regno Navarræ, treugam, duraturam & valituram à Festo nativitatis Sancti Johannis Baptistæ, proximo subsequentis, usque ad Festum Sancti Martini in hieme, anno Incarnationis Dominicæ millesimi ducentesimi octogesimi secundi; promittentes bona fide, & sine fraude tenere & observare, & facere inviolabiliter dictam treugam, sicut convenit & debeat, observari.

Et, si, durante treuga, aliqua contra ipsam, ex parte nostrâ, illicite fuerint attemptata, nos ea faciemus integraliter emendari.

Hanc autem treugam damus atque concedimus, ut superius est expressum, dummodo dictus Rex Franciæ, pro se, * & pro Regno Navarræ, & pro omnibus subditis suis, treugam consimilem nobis, & Regnis nostris duxerit concordandam, *II. 152.

In cujus rei testimonium præsentem litteram super hoc fieri fecimus, nostrique sigilli munimine roborari.

Dat. Sibil. Kal. Junii, anno gratiæ millesimo ducentesimo octogesimo.

Ego Johannes Andreæ, de mandato Domini Regis, litteram istam scripsi.

Sigil. cera albida, cordulis sericis.

De annuo feodo Jacobo Sabello Sanctæ Mariæ in Cosmedyn. Diacono Cardinali concesso.

REX Thesaurario & Camerariis suis salutem. Ann. D. 1280.
Liberate de Thesauro nostro venerabili patri, J. Sanctæ Mariæ in Cosmedyn. Diacono Cardinali, centum Marcas, videlicet, An. 8.
viginti & quinque Marcas de termino Sancti Michaelis anno Regni nostri sexto, & quinquaginta Marcas de termino Paschæ & Sancti Michaelis, anno Regni nostri septimo, & viginti & quinque Marcas de termino Paschæ, anno Regni nostri octavo, de annuo feodo suo quinquaginta Marcarum, quod ei concessimus percipiendum ad Scaccarium prædictum. E. 1. Liberate 8. E. 1. m. 4. intus.

Teste Rege apud Westm. decimo die Junii.

Lite-

Actum insuper extitit quod supradictus Princeps Salern. treugam illam prorogare, sicut voluerit, possit, & locum statuere, pro suæ voluntatis arbitrio, quo nos, & dictus Rex Castellæ, post tractatum pacis expletum, nos mutuo videamus;

II.153. Ut autem ea, pro quibus conveniemus, ut dictum est, melius & facilius ad votivum possint effectum perduci, * cessante impedimento & tumultu, requirimus amicitiam vestram, vobis nichilominus mandantes, quatinus vestris gentibus de Baionâ, & etiam Senescallo Vasconiæ firmiter injungentes, quod supradictum Regem Castellæ, venientem, ut præmittitur, ad Baionam, benigne, pacifice, & amicabiliter admittant; mittentes nobis, per præsentium portitorem, litteras vestras, super hoc, Senescallo & vestris gentibus præsentendas.

Dat. Par. die Martis post Festum beatorum Apostolorum Petri & Pauli.

De Principe Salerni a Rege Castella ad trengas inter ipsum & Francia Regem faciendas assignato.

Ann. D. 1280. An. 8. E. 1. Ex Bundello in Turri.

AU treshaut & tresnoble Prince, & son chier Senhor Edwart, par la grace Deu, Roy d'Angleterre, Mourices Sires de Creon. son Chevaler reverence & honor, & soi apparellie a sa volunte & a son servise.

Sires, je voz fatz a savoyr que le vendredy, apres la Fest Seint Johan Baptise, pruschanament passee, li Roys de France fist assemler devant soy ses Evesqetz & ses Barons, & en lor presence, moy present, fist lire la letra, que li Roys de Castele avoit envoiè as Prince de Salerne vostre Cosin,

Es queus lettres estoit contenue que li ditz Roys de Castelle li fasoit a savoir que com aucun desacort fussent entre luy d'une part, & le Roy de France d'autre; de la quel chose li envoit, & si pesoit que il li prioit qu'il vousist travailher & tretier de Pees, & d'acort sue eestz contentz;

E quil voloit myeus, que porce que li dit Princes estoit Cosins & amys du dit Roy de France, que cele chose fust tretie par li, que par L'apostoile, ni par le Roy d'Englaterra, ni par nully autre:

E que il voloit que par ses Messages, que il envoit, fust pris jors, e esleutz lieus, a parler e trayrier sur cele chose;

E, si aucuns debatz estoit sur ce entre sa gent e le consell au dit Roy de France, que li ditz Princes peust acorder & determiner ce debat;

Et qu'il li donoit pooir de prendre triues, Vile por Vile, Chastel por Chastel, Vassall por Vassall;

E quil li envoiast certeins Messages por prendre de li firmete de garder les triues, ce les compleroit au Roy de France:

E quil estoit prestz de fermer en tele manere, qu'il li manderoit; en tele manere, que tele firmete, com il feroit sur ce, que autre tele li Roys de France li feist apres:

E apres sur ce par les ditas parties, & par le dit Prince fu acorde, que a la quinzeine de la Seint Michel ly Roys de France fust en Gascunhe au Mont de Marsan: E li Roys de Castelle a Baiona, por avoir treitement sur cele besonche.

E sachetz Sire, que je ey entendu que les gens au dit Roy de Castelle, sur ceste besonche, ont dit a aucuns du consel aucuns paroles contra vos, les queles je ei entendu:

E li Roys de France le ma dit que il n'en croit riens contre vos; me, qui de rien ne li estoit tenutz, que par vos;

E en oismes plusours parols, e aucun de voz amis, cum li Evesques de Lengres, qui le nos dist, e autre en estoient amue, porce qu'il ne lor sembloit mie que li Rois de Castele vos feist honor, por ce que voz avietz meu la parole avant, e encore la suietz.

E sachietz, Sire, que li dit Message e Procureor du Roy de Castele, qui estoient ale au Prince en Province, vindrent a Paris ovec le Prince, e si cum nos cuidom, selonc ce que nos peumes aprendre, il s'estoient parti du Roi de Castele environ la Pasque florie proscheinement passee;

E sont li nome des Procureors tel, Pelagius Archidiaconus Austoricen. Mellius de Arcules Miles, & Portarius Cameræ Regis Castellæ, & Magister Petrus de Regio, ejusdem Domini Regis Prothonotarius:

E, apres cestes choses oyes & seues, nos attendismes a vos escrire, jusques a tant que nos seussioms aucune chose de lor tretie:

E est veritetz que jor est pris par le Prince, e par les dites parties, a la Quinzeine de la Fest Seint Michel, que li Rois de France doit estre en Gasconche, au mont de Marssan, e li Rois de Castelle a Baione.

Nos avioms ballie notz escritz au Roi de France sus la besonche des trois Eveschietz, e des choses D'agenois, qui vos fallent; e attendioms sa response.

Dat. tertia die mensis Julii.

De Colloquio inter Reges Francia & Castella apud Bayonem; & quod Rex Castella non sustineretur Civitatem cum potestate magna ingredi.

Ann. D. 1280. An. 8. E. 1. Ex Bundello Miscellan. in Turri.

DOmino suo sui Gaufridus de Grenvila & Johannes de Greylliaco seipsos.

Paulo postquam scivimus inter Dominum Regem Franciæ, & Principem Salerni, ac Nuncios Regis Castellæ, conventum fuisse de die, qua dicti Reges parlamentare debebant, & quod Rex Castellæ debebat venire & esse, durante Parlamento, apud Baion.

Nos advidimus ex multis rationibus, quas longum esset scribere, de periculo, quod vobis posset contingere, in facto Civitatis Baion; cum nobis in dubium non vertatur, quin Rex Castellæ veniat ad dictum Parlamentum cum magno fastu, & multimoda comitiva.

Perpendimus insuper quod si, appropinquante die Parlamenti, nimis tarde diceretur prædicto Domino Regi Franciæ, vel Regi Castellæ inhiberetur ingressus villæ prædictæ, improperetur vobis a Gallicis quod, ex occasione hujusmodi, velletis impedire tractatum, & effectum pacis eorum.

Ex quibus inducti, Domino Regi Franciæ exposuimus periculum memoratum; quo audito, verba nostra non in vanum recipere visus fuit; &, post modicum spatium, respondit quod, die proximo præcedente, vobis scripserat super præmissis, quod non intellexerat antea, tunc nec credebat quod ita esset.

Et sciatis quod bene collegit, ex verbis nostris, quod non libenter sustinetur ingredi, cum potestate magnâ, dictus Rex Castellæ Civitatem prædictam, nisi id procederet de vestro mandato.

Quæ omnia Dominationi vestræ notificamus per præsentes, & qualiter respondendum Domino Regi Franciæ in hiis, quæ scripsit, aut quid in præmissis agendum sit, diligentius advertaris, michique

ce admittant.

Ann. D. 1280. *An.* 8. *E.* 1. *Rot. Liter. Reg. m.* 4.

EDwardus, Dei gratiâ, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ & Dux Aquitaniæ, dilectis & fidelibus suis Seneschallo suo Vasconiæ, Majori & Juratis Baionæ salutem.

Serenissimus Princeps, Dominus & Consanguineus noster, Philippus, Dei gratiâ, Francorum Rex illustris, nobis mandando rogavit, quod, cum illustris Rex Castellæ, in quindena proximi venturi festi Sancti Michaelis, pro habendo Colloquio seu tractatu super quibusdam negotiis, tangentibus utrumque Regum ipsorum, apud Baionam personaliter debeat interesse, eundem venientem ad Civitatem eandem benigne, pacifice & amicabiliter mandaremus admitti:

Et ideo vobis firmiter injungimus & mandamus, quatenus supradictum Regem Castellæ ad prædictam Civitatem, ut prædictum est, venientem, benigne, pacifice & amicabiliter admittatis, juxta ipsius Domini Regis Franciæ beneplacitum & mandatum.

In cujus rei testimonium has nostras literas fieri fecimus patentes.

Teste meipso apud Langeley 15. die Julii, anno Regni nostri octavo.

Litera ad Philippum Regem Franciæ, de Pace, inter ipsum & Regem Castellæ tractata, & de Rege Castellæ in Civitate Bayonæ pacifice admittendo.

Ann. D. 1280. *An.* 8. *E.* 1. *Transcript. Litter.* 8. *E.* 1. *m.* 4. *II. 156.

SErenissimo Principi, Domino, & Consanguineo suo karissimo, Domino Philippo, Dei gratiâ, Francorum Regi illustri, Edwardus eâdem gratiâ, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ & Dux Aquitaniæ, salutem cum incremento gratiæ & honoris.

Exposita nobis vestræ Serenitatis transmissa littera continebat, quod vos, ex puræ dilectionis confidentia, qua invicem * astringimur, nobis vestra communicabat consilia & processus, habitos inter vos ex unâ parte, & illustrem Regem Castellæ ex alterâ, mediante karissimo consanguineo nostro Karolo Salernitano Principe, pandebatis; quorum quidem processuum seriem eadem littera enarrabat: Super quo sublimitati vestræ grates referimus speciales, scrutatoris cordium testimonium invocantes, quod in hiis, & aliis de nobis potestis confidere, ut de vestris.

Et ut negotia, tangentia vos & Regem eundem, optatum & tranquillum sortirentur eventum, in propriâ personâ, ut nostis, desideravimus laborare; & adhuc, super hoc, ab eodem Rege, per nostros nuncios, quos propter hoc ad ipsius præsentiam destinavimus, responsionem nobis fieri credebamus; set, ut credimus, idem Rex, desides & dormientes nos reputans, nos ab hujusmodi laboribus relevavit; volens quod per dictum nostrum consanguineum dicta negotia sopiantur.

Super hoc verò, quod vobis placet, quod Regem ipsum, in Civitate nostrâ Baionæ, curialiter mandemus recipi & tractari; Senescallo nostro Vasconiæ, & Majori, & Juratis, qui præsunt ei-

aviom done a Mestre Nichole Bocel;

Sachez, Sire, ke a li n'aviom nus onkore rien done; mes nus li aviom promis, e esteom en bone volente de li doner ausi tost com echeist; e ausi from nus volenters avandist Mestre Peres pur l'amur de vus.

Pro Mercatoribus Comitis Seiland.

Ann. D. 1280. *An.* 8. *E.* 1. *Pat.* 8. *E.* 1. *m.* 9. *II. 157.

REX omnibus Ballivis & fidelibus suis, ad quos, &c. salutem.

Cum nuper, propter quasdam transgressiones, quas Mercatores Comitis Seiland Mercatoribus nostris intulerunt, mandaverimus diversis Ballivis Regni nostri, de Villis suis juxta mare, quod omnia bona Mercatorum Seiland, * quæ in Villis hujusmodi invenirentur, vel venirent ad easdem, arestari & salvò custodiri facerent donec aliud inde præciperemus, & dictus Comes nobis jam mandaverit, quod transgressiones illas nobis & Mercatoribus nostris ad voluntatem nostram faciet emendari, & diem præfixerimus eidem ad emendas illas nobis & Mercatoribus nostris faciendas:

Nos, ad requisitionem ejusdem Comitis, vobis mandamus, quod dictis Mercatoribus Comitis ipsius per partes vestras, sive per terram, sive per mare, cum mercandisis suis, per quascumque partes Regni nostri venientibus, non inferatis, vel, quantum in vobis est, inferri permittatis injuriam, molestiam, dampnum, impedimentum, seu gravamen; set ipsos potius de hujusmodi Mercandisis suis negociari, & commodum suum inde facere permittatis, prout sibi magis viderint expedire, donec aliud inde præceperimus.

Et, si forte, post prædictum mandatum nostrum de bonis Mercatorum Seiland arrestandis, vos vel aliqui de vestris aliquid de bonis Mercatorum eorumdem arrestaveritis, vel capi per mare feceritis, occasione mandati nostri supradicti, id, sine distractione aliqua inde facienda ita quod nichil pro defectu custodiæ, inde pereat, salvo custodiri faciatis, donec aliud inde duxerimus ordinandum.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Langel. decimo septimo die Julii.

De Compromisso Episcopi & Civitatis Baionæ, ad Regem.

Ann. D. 1280. *An.* 8. *E.* 1. *L. B. f.* 311. *b. Penes Camerar. Vascon.* 8. *E.* 1. *m.* 9.

EDwardus, Dei gratiâ, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, & Dux Aquitaniæ dilectis & fidelibus suis, Majori, & Juratis, ac centum Paribus, & toti Communitati Baion. salutem.

Quamvis nobis existat valde grave inter aliquas personas in nos recipere Compromissa, eo quod variis diversis negotiis aliis intendere nos oportet hiis diebus; tamen, propter tranquillitatem & pacem, quam inter vos, & venerabilem patrem Episcopum Baion. totis viribus affectamus, & propter gravia pericula, quæ vobis accidere possent, si inter vos, & præfatum Episcopum, ac Ecclesiam suam, discordia remaneret;

Nos inter ipsum Episcopum, & vos, salvo jure nostro, vestrum

Ann. D. 1280. An. 8. E. 1. Rotul. Liter. Regal. Membran. 1.

MAgnifico Principi, Domino & consanguineo suo carissimo, Philippo, Dei gratiâ, Franc. Regi illustri, Edwardus, eâdem gratiâ, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, & Dux Aquitan. salutem, & honoris & gloriæ incrementum.

Die Dominica, in crastino beatæ Margaretæ Virginis, cum jam essemus in itinere eundi ad partem borealem, in quâ nunquam fuimus postquam suscepimus gubernacula Regni nostri, recepimus Magnificentiæ vestræ literas deprecatorias, quod, in quindena instantis Festi Sancti Michaelis, apud Montem Martiani, pro tractatu inter vos & illustrem Regem Castellæ habendo, curaremus vobiscum personaliter interesse:

Verum, in receptione literarum ipsarum, Magnates Regni nostri, per quorum consilium pro majori parte regitur Regnum nostrum, ad diversas & remotas partes Regni nostri erant dispersi; propter quod ipsos congregare, & de statu Regni nostri infra tempus prædictum ordinare, & ibidem venire minime valeremus:

Super quo vestra Sublimitas, si placet, nos habet quæsumus excusatos:

Et, licet honori vestro & commodo, totiusque fidei Christianæ, per quam sit expediens, quod istud negotium celerem & tranquillum sortiatur eventum, nosque hoc summè desideremus; si tamen, quod absit, idem negotium prorogari contigerit aut differri, & hoc nobis per vos fuerit intimatum, in his & aliis, pro viribus, vestris desideriis liberaliter annuemus.

Dat. apud Langeley, dictâ die Dominica, anno Regni nostri octavo.

Litera a Philippo Rege Franciæ ad Edwardum Regem Angl. de statu utriusque.

Ann. D. 1280. An. 8. E. 1. Ex Bundela Terre.

PH. par la grace Dieu, Rois de France, a tresnoble Prince, E. par cele mesme grace, Roi d'Engleterre, Seigneur d'Irland & Duc d'Acquitaigne, saluz & acroisement de vraie amour.

Treschere Cousin nous vous prions affectuesement, que vous, par ces noz messagez, que nous envions a vous, nous senefiez la certainetee de vestre estat, le quel nostres Sires Diez face & maintiegne bon & joiex tout tens:

Quar nous sommes mult desirrant de sauvoir souvent, comment il vous plest, & mult sommes lie quant nous en oons bones noveles;

Et don nostre estat (le quel nous creons que vous vez volentiers bon) sache vestre amite, que nous sommes sain & haitie de cors, la merci Dieu.

Donne a Paris le Vendredi apres la Nativite Saint John. Bapt.

Ann. D. 1280. An. 8. E. 1. Rot. Vascon. 8. E. 1. m. 12.

De Johanne de Greilly, constituto Senescallo in Vasconia.

REX Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, & cæteris Ecclesiarum Prælatis: Comitibus, Vicecomitibus, Baronibus, Militibus, Domicellis, Majoribus, Juratis, Communitatibus, Castellanis, Præpositis & Ballivis; ac aliis quibuscumque subditis & fidelibus suis in Vasconiâ, Agen. Lemovic. Petragor. & Caturc. Dioc. & Xancton. ultra fluvium Charanton. constitutis salutem.

Litera Regis Angliæ ad Alfonsum Regem Castellæ, super visu inter eos facienda.

MAgnifico, &c. Edw. eâdem gratiâ, &c. Ann. D. 1280. An. 8. E. 1. Rotul. Liter. Regal. Membr. 4.

De eo, quod nobis significâstis per dilectos & fideles vestros, Talliferum de Monte Oscrnii, & Magistrum Galfridum de Everesleye Clericum vestrum & nostrum videlicet,

Quod vos, ob hyemis intemperiem & alias causas diversas, quas nobis ex parte vestra retulerunt, venire non potestis ad partes Baionæ in Festo Epiphaniæ Domini proximè futuro;

Et quod plurimum affectatis visum inter nos & vos fieri in quindena Paschæ proximè sequente,

Vobis significamus quod in dicta quindena Paschæ erimus ibidem, Domino concedente; plurimum enim & corditer affectamus vestro frui colloquio & vos videre.

Dat. apud Richemund. 27. die Augusti, anno Regni nostri octavo.

Litera Regis ad Margaretam Materteram suam Franciæ Reginam: de Homagio facto Regi Alemaniæ: Et de Auxilio ad propartem in Comitatu Provinciæ vendicandam.

Ann. D. 1280. An. 8. E. 1. Transcr. Liter. An. 8. E. 1. m. 3.

A Sa treschere Dame e Taunte, ma Dame M. par la grace de Dieu, Reyne de Fraunce, Edward, par memes la grace, Roy de Engleterre, saluz & bon amur.

Ma Dame, de co ke vus nus avez maunde en dreit de vostre bosoigne, d'unt vus avez fet homage al Roy de Alemaigne, e d'unt le Roy de Sicile vus devent vostre droit, ke cele bosoigne ne se prent mie par voie de pees, sicome nus desirames, e en la quel bosoigne vus nus avez requis ke nus vus eydoms; Sachiez Dame ke nus vus sumes tenuz a eyder, & voluntiers le ferons.

E en droit de co ke vus nus avez maundee, ke nus vus faceom a savoir quel ayde nus vus ferons; vos fesons a savoir, ma Dame, ke nus vus aiderons de nostre gent en tieu manere, ke vus vus tendrez apaie par reson.

E vus, si vus plest, nus fetes a savoir le lieu & le jour ke vus ferez vostre somounse, ke nus i puissons enveer * nostre gent; kar nus avons graunt desir de fere quan ke nus poons pur vus, com pur nostre chiere Taunt. *II. 160.

A Dieu Dame, ke vus garde.

Donees a Sooton le Vintime jour de Septembre, le an de nostre Regne utisme.

Litera Regi ad Ebroic. Episcopo, Vicario Patriarchæ Jerosolymitani, de gratiarum actione, qua refert varia Terram sanctam tangentia.

Ann. D. 1280. An. 8. E. 1. In Turri.

EXcellentissimo & serenissimo Domino Edwardo, illustri, Dei gratiâ, Regi Angliæ, suo Domino speciali frater Gaufridus de ordine Prædicatorum, miseratione divinâ, Ebroic. Episcopus, reverendi patris Domini Helyæ, divinâ providentiâ, Patriarchæ Jerosolymitani

[illegible]
Regno suo per tempora longiora.

Scriptum Acton quinto die Octobris.

•II.161. * *Litera, per quam Major, Jurati, centum Pares, & Communitas suæ Civitatis Baion. constituerunt Procuratores suos coram Rege in causa cum Episcopo Baionensi.*

Ann. D. ILlustrissimo ac serenissimo Principi, & Domino suo reverendo,
1280. Domino Edwardo, Dei gratiâ, Regi Angliæ, Domino Hi-
An. 8. berniæ, Duci Aquitan. subjecti ejus humiles & devoti Major, Ju-
E. 1. rati, centum Pares, & Communitas suæ Civitatis Baion. salutem,
L. B. f. & prosperos ad vota successus, cum omni servitio & honore.
312. *b.* Noverit vestra Regia Celsitudo quod nos fecimus, constituimus & ordinamus Procuratores nostros, Actores, Sindicos, G. Willielmum Arn. de Marra, Pontium de Menta, & Magistrum Armerici de Viridario Clericum, fideles vestros, & quemlibet eorum in solidum, ita quod non sit melior conditio occupantis,

Ad justificandum, comfirmandum & approbandum compromissum seu compromissa, per nos factum ex parte unâ, & Dominum Episcopum Baion. pro se & Capitulo suo, necnon & Menaldum de Aquis, qui se dicit esse Clericum, ex alterâ, inter nos & venerabilem patrem Dominum Baion. Episcopum, prout in quodam instrumento publico, manu Petri de Basuinhe, sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Notar. confecto plenius continetur,

Et ad promittendum, nostro nomine, pœnam quingentarum librarum sterlingorum vobis, si nos, in toto, vel in parte, contra vestram ordinationem veniremus.

Necnon ad audiendum & omologandum, pro nobis, & nostro nomine, arbitrium, vestram ordinationem, laudum, seu etiam voluntatem, quod vel quam super controversiis seu discordiis prædictis semel vel pluries, quibuscumque locis, vobis placuerit promulgare,

Necnon ad omnia & singula facienda quæ coram vobis habemus & habebimus expedire in præmissis; etiam si mandatum exigant speciale,

Ratum & gratum perpetuo habituri quicquid cum ipsis, vel eorum altero, nostro nomine, per vos super præmissis fuerit ordinatum.

Et, ad omnia præmissa & singula observanda, obligamus nos, & omnia bona nostra, præsentia & futura; & hæc omnibus, quorum interest, tenore præsentium intimamus.

In cujus rei testimonium has præsentes litteras fecimus, sigillo dictæ nostræ Communitatis sigillatas.

Dat. & actum die Lunæ, in Festo Apostolorum Simonis & Judæ Anno Domini 1280.

[illegible]
habita, quasi cum omnibus Magnatibus suæ Comitivæ, oblata penitus vilipendit;

Et se dixit nullatenus admissurum minus quàm Regnum Castellæ, vel Legionis; &, cum eorum altero, alia satis magna.

Et properè de Monte recessit, in vigilia beati Thomæ Apostoli, & Festum Natalis Domini apud Moyriacum celebrabit.

Princeps verò Baioniam rediit, & à Domino Rege Castellæ, & suis filiis *congem* in crastinum Festi beati Thomæ prædicti, & apud Aquis Festum Natalis Domini celebrabit:

Ego verò, de mandato Domini Regis Franciæ, cum eo remansi, & ipsum concomitare propono usque ad Fontem Rabidum; videlicet, quamdiu durat terra vestra; inde Dominum Regem Franciæ secuturus festinanter ad partes Tholosanas, ad quas se trahit pro Parliamento habendo cum Domino Rege Aragon. & postmodum revertetur in Franciam, ex parte Sancti Egidii per Rigordanam.

Et ego, cum Magistro Boneto, credo intendere circa inquestam Caturcinii, cum deputatis à Domino Rege Franciæ, faciendam.

Videtur multis, & sic intelligo, quod Domini Reges, Principes, & Magnates cæteri recedunt bene contenti, & pacati de vobis & vestris.

Super vestro adventu ad partes istas, de quo aliàs vobis scripsi, cum diligentia providete; susceptio namque homagiorum Agenes. & retentio vestrorum Jurium, quæ per Burdeg. specialiter absorbentur, & alia plurima, satis ardua, adventum vestrum festinum requirunt; licet in pacis dictorum reformatione labor vester, aut alterius cujuscumque ad præsens frustratorius videatur.

Soror Domini Aymerici de Narbona est adducta Baionam, Domino Petro, filio Domini Regis Castellæ, matrimonialiter copulanda.

Rumores alios nescio dignos relatu.

Dat. Baion. die Lunæ ante dictum Festum Natalis.

De Homagio Othonis Com. Palatini Burgundiæ.

NOS Otho, Comes Palatinus Burgondiæ, & Dominus Sali- Ann. D.
nen. notum facimus universis, præsentes litteras inspecturis, 1280.
quod nos tenemus, in feodo & in homagio, ab excellentissimo vi- *An.* 9.
ro, Domino Edwardo, divinâ gratiâ, Rege Angliæ, Duce Aqui- *E.* 1.
taniæ, & Principe Dirlande, Pontarliam, & Castellaniam, & Pe- *L. B. f.*
dagium ejusdem loci; & totum illud quod habemus en Veras, cum 277. *b.*
apenditiis eorumdem. *Penes Camerar.*

Item Calamontem, & Joygne, & la Chandarlie, cum suis pertinentiis universis, prout tenet à nobis Johannes de Cabilone, avunculus noster.

Item Castrum de Jou, cum suis appenditiis, prout dictus Johannes de Cabilone, avunculus noster, tenet à nobis ariere feodum.

Et prædicta omnia confitemur, & recognoscimus nos tenere à dicto Domino Rege in feodo & homagio, secundum quod superius est expressum; salva fidelitate nostrorum Dominorum.

de Derby Decano Lychefeld, quem propter hoc ad vos transmittimus, specialem & plenam potestatem, per nostras patentes litteras, quas ei liberari fecimus, tractandi inter partes ipsas, & ordinandi juxta circumspectiones vestras, qualiter, & per quam viam pacis vel concordiæ, aut saltem treugæ, vel alio modo honesto & decenti, sedari possit hujusmodi contentio sive guerra;

Et vobis, & præfato Magistro Johanni, super hoc, quatenus negotium illud nos contingere potest, per easdem litteras, commisimus vices nostras.

Et ideo vobis mandamus quod, per viam pacis vel concordiæ, tractatum cum partibus ipsis habeatis diligentem; & per unam viarum illarum, si quo modo fieri possit, partes pacificetis.

Et, si id per vos, ad præsens, fieri non possit, tunc per viam treugæ procedatis in negotio prædicto:

Et diligentiam & laborem vestrum, tum propter laborem nostrum, tum propter missas impendendas, tum propter alia incommoda vitanda, omnibus modis, quibus poteritis, adhibeatis, quod negotium ipsum fine votivo valeat consummari.

Et præfato Decano (cui injunximus quod vobis in præmissis intendat, & consilio vestro utatur, & quod ei in hâc parte injunxeritis faciat) adhibeatis in hiis, quæ vobis, super hiis, ex parte nostrâ, viva voce referet, plenam fidem.

Teste Rege apud Shireburne 18. die Februarii.

Mandatum Ottoni de Grandisono super præfato negotio.

Ann. D. 1281. *An. 9. E. 1. Ibidem.*

ET mandatum est eidem Ottoni quod ad pacem, inter prædictas partes reformandam, interim, quantum poterit, diligenter laboret; & quod scire faciet prædicto Decano apud ubi idem Decanus ei occurrere poterit, ad præmissa cum ipso facienda.

Et, pro diversis, obstaculis, quæ in eundo poterunt evenire, Rex mittit ad ipsum Ottonem duos de Nunciis suis; ut alter eorumdem præfato Decano occurrat apud ad ipsum Decanum informandum, quibus diebus & locis præfato Ottoni occurrere poterit pro præmissis; * & alterum Nuncium, cum iidem Otto & Decanus adinvicem colloquium habuerint, Regi sine dilatione remittat, ipsum Regem de eo, quod interim per ipsum Ottonem fieri contigerit, reddendum pleniùs certiorem; *II.164.

Et etiam quod idem Otto alium Nuncium prædictum secum retineat, quousque cum partibus prædictis tractatum habuerint in præmissis, & tunc eundem Nuncium ad Regem remittat, ipsum super facto suo in hâc parte certiorandum; & quod idem Otto præfato Decano credat, &c.

Ejusmodi Mandatum Thomæ de Sabaudia.

Ann. D. 1281. *An. 9. E. 1. Ibidem.*

ITem. Mandatum est Thomæ de Sabaudiâ, quod, ad pacem inter partes prædictas reformandam, modis, quibus meliùs, cautiùs & secretiùs poterit, diligenter se intromittat;

Ita quod Rex ipsum super industria & diligentia sua, ita circumspectè & secretè in præmissis adhibenda, merito debeat commendare; & quod prædictis Ottoni & Decano credat, &c.

finiis Vasconiæ celebranda.

Ann. D. 1281. *An. 9. E. 1. Transcript. Liter. 9. E. 1. m. 1.*

QUia, in partibus Vasconiæ & Agenesii, multa nobis incumbunt expedienda negotia, tum propter capienda homagia hominum nostrorum Agenesii, quæ nunquam cepimus; tum propter alia, quæ in partibus illis nos contingunt; propter quod, post Parliamentum nostrum, quod post instans Pascha celebraturi sumus, versus partes illas dirigere proponimus iter nostrum, & esse intendimus in eisdem citra proximum futurum Festum Assumptionis beatæ Mariæ, Altissimo concedente; ac, ex quo partes vestras ita appropinquamus, libenter vellemus vos videre, si vobis placeret,

Serenitatem vestram rogamus, cum affectu, quatenus, appropinquare velitis confinia terrarum vestrarum, prope * Vasconiam, & nobis, per latorem præsentium, nunciare ubi commodius, in confiniis illis terrarum vestrarum, possimus vobis obviare, ut mutua visione gratulemur. *II.165.

Valete semper.

Dat. apud Windsor. 22. die Februarii, anno Regni nostri 9.

Præfato Regi Litera de eodem negotio.

Ann. D. 1281. *An. 9. E. 1. Ibidem.*

SAchez, Sire, co, ke vus nus mandastes per Mestre G. vostre clerk, nus l'auens bien entendu;

E, pur ce, ke nus desiroms mult tenir & accrestre l'amiste, ke est, & deit estre entre vus & nus, nus vus enveroms par ceus noz certeins Messages, pur plus pleinement respoundre a choses ke vus nus avez maunde, e pur treter ove vus de memes les bosoignes ateivament.

Si vos priom, Sire, ke vus voillez trere vers les parties de Baione au plus pres ke vus purrez, ensi ke nos Messages avantdiz, qui celle part serount entur la Fest de Seint Johan, vus y puissent presтement trover.

Tractatus inter Regem & Communitatem d'Abbevilla.

Ann. D. 1281. *An. 9. E. 1. Rot. Vascon. 10. E. 1. m. 2. d.*

EN l'an de l'Incarnation nostre Seigneur 1281. le Jor de mi Quarresme, fu accorde & traitie, par ordenance de Pas, entre Mon Seigneur de Fienles lest Seneschal de Pontif, Dant Renaud, Maistre Bandinii de Wissant, & Johan de Sancy Baillifs d'Abevile, pur tres noble Prince Mon Seigneur le Roy d'Angleterre, e ma Dame la Royne sa compaignie d'une part, e le Maier, e les Eskevins d'Abevile d'autre; en droit des desbaz, qe estoient muez entre les parties devantdites, pur la raison du ban fet de Mon Seigneur Huon de Fainnechon adonc Baillif d'Abeville.

Primes ke nostre Sire, li Rois d'Engleterre, par le assentement du Maieur, e des Eskevins, e du Comun d'Abevill, puet rendre, e remettre, e renuoier en Abevile Mon Seigneur Huon de Faninechon, s'il plest al devantdit nostre Seigneur le Roy;

E doiuont li devandiz Maires, e li Eskeuin fere savoir a leur Comun, & comander bien e suffisanment ke li Rois a remis, ou rendu a Mon Seigneur Huon la Vile d'Abevile, e qe il tiegne bone Pais desore enavant.

Et si acuns fust, qe messesit a Mon Seigneur Huon, on feroit justice de Mausetur, ou de Mausfeteurs autre si graunt, come se om messesoit a un jure.

E doivont li devantdiz Maires e li Eskevin reconoistre, par lour lettre,

quendo?

Quis inquam absque stupore ac terrore latentes cotidianorum eventuum prævisiones attendat? Quis intelligere valeat discretam lancem æquitatis occultæ? quâ ille in quo sibi misericordia, & veritas obviarunt, qui Ecclesiæ, quam non solum misericorditer, sed mirabiliter suo sanguine precioso fundavit, & in adeo solidâ firmitate Petræ inviolabilis stabilivit, ut portis inferi, & mortis legibus prævaleret, suam in sanctis apostolis promisit omnipotentiam, usque ad consummationem seculi, assistricem, ipsam humano judicio quodammodò derelinquens, eam tamen frequentium vacationum, & aliquando etiam diffusarum vexari permittat incommodis, & in substituendi Pontificis expectatione languere,

Quâ ipse idem sapientissimus Ponderator, qui suâ ineffabili sapientiâ in staterâ rectissimâ merita singulorum appendat, & unicuique secundum opera sua reddit, illius regimen esti justâ, nobis tamen ignotâ & mirandâ libratione, dispentians illud, sic libra inscrutabilis dispensationis alternat, ut is subtrahatur interdum, cui suppetebat in habundantia fortitudo virtutum, cujus vita subditis profutura sperari poterat, eo ipso langævior ad dandam salutis scientiam plebi suæ:

Substituatur verò qui se potest non indignè fateri, & virtutum inopiâ debilem, & alias imparem ad summam Pontificii sarcinam supportandam:

Hujusmodi subtractionem in obitu felicis recordationis Nicolai Papæ Prædecessoris nostri, cujus longè latèque fama claruit, emicuit vita, experientia & prudentia eminebat, eadem, perpessa mater Ecclesia viduitatis angustias, aliquamdiu peramarè deflevit:

Substitutionem autem, prætactæ non absimilem, in nostrâ vocatione ad apostolatûs officium, cujus seriem subscripta describunt, nos, ex nostrorum consideratione defectuum, in humilitatis spiritu profitemur.

Memorato siquidem Prædecessore nostro, prout Domino placuit, ab hac luce subtracto, ejusque corpore delato ad Urbem, ibique in apostolorum principis basilicâ, ubi sepeliri delegerit, cum exequiarum solempnitate debitâ tumulato; nos, & Fratres nostri, anxii de vacatione ipsius Ecclesiæ, Viterbii, ubi tunc Romana residebat Curia, in Episcopali Palatio concordi voto convenimus provisioni ejusdem Ecclesiasticæ propensiorem daturi operam, prout necessitas exigebat.

Circa hoc autem pluribus tractatibus habitis, post aliquam temporis moram, quam casus varii, & diversæ circumstantiæ induxerunt; demum in Festo Cathedræ ipsius apostolorum Principis, iidem Fratres nostri, per viam Scrutinii, ad electionem celebrandam electam concorditer, in nos, tunc titulo sanctæ Ceciliæ Presbyterum Cardinalem, unanimiter concordantes, ad summi apostolatûs apicem, & ipsius Cathedræ nos eligêre consensum.

Quam nos, ut est, speculam extimantes, eo non immeritò altitudinis grandioris, quo eidem insidens, constitutus super omnia, speculator locatus altius, prospectare longius cuncta, speculari tenetur attentius, & totius Orbis ambitum, curæ suæ commissi, non

quod tuam, & regni tui prosperitatem, paterno zelantes affectu, & eam non solum conservare intendimus, sed &, facultate succedente, favorabiliter, quantum cum Deo poterimus, promovere.

Dat. apud Urbem veterem 8. Kal. April. Pontif. nostri anno primo.

Sub filo canabeo.

Regi Franciæ, quod immutationi alicui in Vasconia supersedeat.

MAgnifico Principi, &c. Edw. Dei, &c. Ann. D. 1281.
Intelleximus quod, circa statum terræ nostræ Vasconiæ, seu consuetudines ejusdem, aliqua proponitis immutare; A. 9. E. 1.

Unde cum nos, si dicta terra reformatione in consuetudinibus vel aliis indigeat, parati sumus eam juxta vestrum consilium reformare, Dominationem vestram affectu quo possumus ampliori exoramus, quatenus dictæ immutationi supersedere velitis; Rotul. Liter. Regal. Membr. 2.

Dilecto & fideli nostro Johanni de Greylly, Senescallo nostro terræ prædictæ, in negotiis nostris coram vobis expediendis favorem benevolum, si placet, exhibendo.

Dat. apud Clarendon, 27. die Martii, anno Regni nostri nono.

---

* *Litera quorundam Vasconum deprecatoria; ne, a Rege rejecti, alterius Jurisdictioni subjicerentur.* *II. 168.

DOmino suo, præ cunctis mortalibus diligendo, Domino Edwardo, Dei gratiâ, illustri Regi Angliæ, Domino Hiberniæ & Duci Acquitaniæ, sui fideles Milites, domicelli, & liberi homines Johannes de Greilliaco, Guilielmus Quernardi Domon, Amaneus de Cis Dominus de Bessauat, Vivians de Sancto Martino, Arnoldus Amanenni de Campeto, Milites: Amanenus de Lebreto, Guillielmus Dossoa, Sewardus de Mota, Garcias Arn. Vicecomes Maritimæ, Amanenus de Lesgoz, Lombardus de Scotissa, Rolandus de Moysac, Raymundus de Losushan; Petrus, Bernardus, Arn. & Bernotus de Montamer, Raymundus Arnaldi de Binhelas, Guilbertus Furci d'Ornoy, Hugnels de Novelliano, Garcias Arnaldi de Hoy, Arnaldus de Mont. Domicelli: Johannes Columbi Civis Burdegaliæ, Agnes uxor quondam Domini Gawadi de Lugantent Militis defuncti, nomine filii sui, & Petrovil a den Tey, terras & feoda in Borno habentes, seipsos ad ejusdem perpetuum obsequium & debitum famulatum. Ann. D. 1281. A. 9. E. 1. Rot. Vascon. 9. E. 1. m. 7.

Dominationem vestram tenere volumus pro constanti, quod nullatenus nobis placet, ut altam justitiam terrarum nostrarum prædictarum,

Pro Petro Corbet, de Lupis capiendis.

Ann. D. 1281. An. 9. E. 1. Pat. 9. E. 1. m. 10. REX omnibus Ballivis, &c.

Sciatis quod injunximus dilecto & fideli nostro Petro Corbet, quod in omnibus Forestis, & Parcis, & aliis locis, infra Comitatus nostros Gloucestr. Wygorn. Hereford. Salop. & Stafford. in quibus lupi poterunt inveniri, lupos, cum hominibus, canibus & ingeniis suis, capiat, & destruat modis omnibus quibus viderit expedire.

*II.169. * Et ideo vobis mandamus quod eidem Petro in omnibus, quæ ad captionem luporum, in Comitatibus prædictis, pertinent, intendentes sitis & auxiliantes, quotiens opus fuerit, & prædictus Petrus vobis scire faciet ex parte nostrâ.

In cujus, &c. duratur. quamdiu nobis placuerit.

Teste Rege apud Westm. decimo quarto die Maii.

Pro Hagino filio Denlacres Judæo London. de officio Presbiteratus Judæorum ei pro vita sua concesso.

Ann. D. 1281. An. 9. E. 1. Pat. 9. E. 1. m. 10. REX Justiciariis, Vicecomitibus, Ballivis, & omnibus Ministris & fidelibus suis, ac Judæis suis Angliæ, salutem.

Sciatis quod, ad instantiam karissimæ Consortis nostræ Alianoræ Reginæ Angliæ, & per assensum Communitatis Judæorum prædictorum, volumus & concedimus, pro nobis & hæredibus nostris, quod Haginus, filius Denlacres, Judæus London. habeat & teneat, totâ vitâ suâ, officium Presbiteratûs Judæorum eorumdem libere, quiete, integre, cum omnibus pertinentiis, libertatibus, & liberis consuetudinibus ad ipsum presbiteratum pertinentibus, sicut Haginus, filius Magistri Mosei, quondam Judæi London. defunctus, vel alius, ante ipsum, officium illud prius tenuit.

Volumus etiam quod ipsum Haginum, filium Denlacres, manuteneatis, protegatis & defendatis in officio prædicto.

Et, si quis ei super hoc forisfacere præsumpserit, id ei sine dilatione, salva nobis emenda de forisfactura nostra, faciatis emendari, tanquam Dominico Judæo nostro, quem specialiter retinemus in officio memorato.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Westm. decimo quinto die Maii.

Ordinatio facta per Regem, super contentionibus & discordiis, motis inter Episcopum Baion. & Majorem, centumque Pares, & totam Communitatem Baion.

Ann. D. 1281. An. 9. E. 1. L. B. f. 312. a. Penes Camerar. Rot. Vascon. 8. E. 1. m. 9. IN nomine Domini, Amen.

Quia multæ circumstantiæ facti atrocitatem habent merito mitigare, nos Edwardus, Dei gratiâ, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, & Dux Aquitanniæ, à venerabili Patre Dominico, eâdem gratiâ, Baion. Episcopo, ex parte unâ, & Majore, centumque Paribus, ac tota Communitate Baion. ex altera, super contentionibus, quæstionibus, & discordiis, inter eos motis, in nos arbitrandi, ordinandi, faciendi, diffiniendi alte & basse, non servato etiam juris ordine, potestate translata, prout in compromisso super hiis facto plenius continetur, ex bono & æquo, actis & processu diligenter examinatis, pensatis undique personarum, rerum, & negotiorum corrigendi, declarandi, & interpretandi alias, semel, ac pluries, prout nobis videbitur expedire.

Et, in hiis omnibus, reservamus nobis regalem potestatem & dominicam, emendas capiendi, pro libito nostro, cum nobis placuerit, quatenus prædicta debita nostram Regiam potestatem offenderint seu dominicam.

Nos vero Robertus, Dei gratiâ, Bathon. & Wellens Episcopus, à partibus prædictis arbiter concorditer similiter electus, in hiis, si quæ sint, quæ, jure refragante, non possunt cadere in personam Domini Regis, prout in formâ Compromissi plenius continetur, sententias excommunicationis & interdicti, in prædictos Majorem, centum Pares, & Communitatem prædictam latas, arbitramur, ordinamus, diffinimus & dicimus per Baion. Episcopum revocandas, & petentes ab eodem absolutionis beneficium, ex dictâ causâ, sine difficultatis obstaculo, fore absolvendos.

Actum & Dat. in Palatio nostro Regali, tertio die Junii, anno Domini millesimo ducentesimo octagesimo primo.

Episcopi Baionæ, de ordinatione Regis approbandâ.

UNiversis Christi fidelibus, ad quos præsentes litteræ pervenerint, Dominicus, Dei gratiâ, Episcopus Baion. salutem in omnium salutari. Ann. D. 1281. An. 9. E. 1. L. B. f. 171. b. Penes Camerar.

Cum super contentionibus, quæstionibus & discordiis, inter nos ex unâ parte, & Majorem, Centumque Pares, ac totam Communitatem Baion. ex alterâ motis, esset in Magnificum Principem Dominum E. Dei gratiâ, Regem Angliæ illustrem compromissum, ut ipse, non servato juris ordine, alte & basse de illis, pro suæ libito voluntatis, arbitraretur, ordinaret, diceret & laudaret; idémque excellentissimus Princeps, ex bono & æquo, actis & processibus diligenter examinatis, pensatis undique personarum, rerum & negotiorum conditionibus universis, voluerit, statuerit, diffinierit & ordinaverit, prout in dicto ejusdem, sub sigillo suo nobis tradito, pleniùs continetur.

Nos, hujusmodi dictum, voluntatem, statutum, diffinitionem & ordinationem, nomine nostro, Ecclesiæ & Capituli nostri, sponte & ex certa conscientiâ omologamus, & tenore præsentium specialiter approbamus; in verbo sacerdotii fideliter promittentes nos omnia & singula integre servare, & in nullo contravenire, atque procurare ea pleniùs ab aliis observari.

In cujus rei testimonium præsentes litteras sigilli nostri munimine fecimus roborari.

Dat. London. quinto die Junii, anno Domini millesimo ducentesimo octagesimo primo.

Litera Civitatis Baionæ, de dicto Regis observando.

UNiversis Christi fidelibus, ad quos præsentes litteræ pervenerint, Major, & Magister Aymericus de Viridare, Petrus de Bonheries, & Willielmus de Burd. Procuratores centum Parium & Communitatis Baion. salutem in omnium salutari. Ann. D. 1281. An. 9. E. 1. L. B. f. 172. Penes Camerar.

Cum super contentionibus, quæstionibus & discordiis, inter venerabilem Patrem Dominicum, Dei gratiâ, Episcopum Baion. ex unâ, & Majorem, centumque Pares, ac totam Civitatem * Baion. *II.171.

ex

[illegible] Seigneur Huon en le Vile d'Abevile, si il li plest.

Et devons faire savoir soffisaument a nostre Comun, ke nostre Sire li Roys a remis, ou renvoyes en le Vile d'Abevile, ou rendue la Vile d'Abevile a dit mun Seigneur Huon, e ke hom li teigne bone pais desore enavant, e devons faire savoir qe si akun ou akuns fust ou fussent qi mesfeit a mon Seigneur Huon. ou feroit justice du Maufeiteur, ou des Mafaiteurs, autre si grant ke se an messesoit a un jure.

Et recoinussons, par la teneur de cheste lettre, ke desore en avaunt sur le cors du Seigneur du Pontif qi ore est, ne qui le serra el tens avenir, sour se feme, sour leur enfans, sur leur Seneschal de Pont. li Baille en d'Abevile, le Baille de Rue, le Baille de Cressi, le Baille de Walen. e le Baille d'Araines, qui que il soient, ou qui le serrunt el tens avenir, ne aions, ne puissons avoir conissance ne justice, en nul tens, de nul cas, sour leur cors, pur chose ke il messachent a autruy, ne autres a eus.

E, si en aucun tens avenies en justice, ou conissaunce sour les persones devantdites, ou sour aucunes de eles, si i renonchons nous par le teneur de ceste lettre.

E si volons, & a ceo bonement nous assentons, ki li Cuens de Pontif, qui ore est, ou qui le serra en le tens avenir, puist faire chastel, si il lui plest, & firmete en son Manoir d'Abevila, & es teres, queles il porra entour acquire, tel & si grant come il lui plerra

Et porra les Murs de la Vile parchier, ou faire parchier, & faire une posterne, pur isser de son Manoir, enuers le Dos par mi les murs de le Vile, e les fosses;

Sauf a nous les privileges, e les franchises, otres e donees a nous
*II. 172. par des * Contes de Pont. en touz autres articles, qui ne sunt contenu en ceste lettre.

Et, pour ce ke toutes les choses devantdites soient fermes e estables, nos avons seelees ces lettres du seel de nostre Communite d'Abeville.

Faites en l'an de grace, MCCLXXXI. le sist jour de Jung entraunt.

De Legibus & Consuetudinibus, olim usitatis, adhuc in partibus Walliæ observandis.

Ann. D. 1281. An. 9. E. 1. Rot. Wall A. 9. E. 1. m. 5. d.

REX Lewelino, filio Griffini, Principi Walliæ, salutem.

Accepimus ex tenore, Juratæ & Inquisitionis, nuper coram venerabili Patre Th. Meneven. Episcopo, Reginaldo de Grey, & aliis fidelibus nostris captæ in Wallia & Marchia Walliæ, de legibus & consuetudinibus, in partibus illis, temporibus Domini H. Regis patris nostri, & aliorum prædecessorum nostrorum Regum Angliæ, usitatis;

Et etiam, ex inspectione Rotulorum ejusdem Regis patris nostri, & aliorum Prædecessorum nostrorum Regum Angliæ, coram nobis, Prælatis, Comitibus, Baronibus & Consilio nostro auditorum, recitatorum & intellectorum, de brevibus & placitis temporibus

De matrimonio filiæ Regis & primogeniti Regis Arragonia confirmando & complendo.

Ann. D. 1281. An. 9. E. 1. Rot. Vascon. 9. E. 1. m. 3. d.

REX dilecto & fideli suo, Johanni de Vescy, & Antonio Bek, salutem.

Per fidelem Clericum nostrum, Magistrum Bon. de Sancto Quinto, audita relatione de hiis, quæ cum Egregio Principe Rege Aragoniæ super matrimonio filiæ nostræ & primogeniti sui per vos ordinata existunt, contenti sumus plenius & pacati.

Quare vobis mandamus, habita deliberatione cum consilio nostro, quatinus dictum matrimonium juramento firmetis, &, quantum cum jure poteritis, compleatis.

Arras autem, non Augmentum, eligimus, & per vos eligi præcipimus; terminum etiam traductionis prædictæ filiæ & solutionis pecuniæ dotis suæ volumus assignari per vos ab instanti Festo omnium Sanctorum, usque ad duos annos, si potestis commode; sin autem, à dicto Festo usque ad annum; ita quod tunc prædicta filia, ad partes illas sit adducta: Regina enim, mater sua, & karissima mater nostra, nolunt sustinere, propter teneritatem ejusdem filiæ, quod antea traducatur: Hanc autem rationem eidem Regi vel filio suo poteritis assignare.

Litteram autem nostram obligatoriam, super solutione dotis facienda, vobis mittimus, si necesse fuerit, liberandam.

De seditione autem, mota per Walenses, non moveamini; quia eosdem non credimus, nec præsumimus aliquos habere fautores; & de die in diem potestas eorum minuitur, & speramus quod in brevi plenissime confundentur; nec, occasione eorumdem, volumus ut, omisso expeditionis vestræ aliquo articulo, venire festinantius properetis.

Dat. apud Cestr. decimo nono die Junii.

Litera Regi Franciæ, quod quædam, ex virtute pacis liberanda, nondum liberantur.

Ann. D. 1281. An 9. E. 1. Rot. Vascon. 9. E. 1. m. 3. d.

REgi Franciæ, Rex Angliæ salutem, & fælices ad vota successus.

Cum, ex virtute pacis, inter inclitæ recordationis Lodowicum Patrem vestrum Franciæ, & karissimum Patrem nostrum Angliæ Reges, & ex ordinatione Ambian. multa nobis in Lemovic. Petragor. & Caturc. Dioc. liberare teneamini, quæ liberata non fuerunt: & multa, quæ liberata & postmodum sub prisa fuerunt restituere debeatis;

Ad quæ requirenda, dilectos & fideles nostros, Johannem de Greilliaco Militem Senescallum nostrum Vasconiæ, & Magistrum Reimundum de Ferrariis ad vos duximus destinandos.

Placeat Excellentissimæ vestræ Regiæ Majestati facere liberari præmissa, & inquisitionem super facto Caturc. prout alias, secundum formam pacis prædictæ, inchoata extitit, terminari.

Litteras etiam, tangentes terras Agen. & Sancton. per vos nobis restituras, quæ penes Magistrum Egidium Camelini Procuratorem executorum Comitis Pictaven. residere dicuntur, & ad regimen

Ann. D. 1281. *An.* 9. *E.* 1. *Transcript. Liter.* 9. *E.* 1. *m.* 2.

AU noble Prince, e soen treschere Seignur e cosin, Phelippe, par la grace Deu, Rey de Fraunce, E. par meymes la grace, Rey de Engleterre, Seigneur de Hirlaunde e Duk de Aquitaygne, saluz e du reverence.

Sire, endreit de la bosoygne, de entre vos e le Rey de Castelle, je vos pri ke vos voyles sofrir ke ie me entremette, si com mes messages vos requerent.

E, si il plest a votre Seignorie essloygner la Trewe, ke est entre vos, jo ay ben le poer de fere le, auss pur le Rey de Espaygne; e de ceo Sire creez mes avauntdiz messages, porturs de ceste lettre.

Donee a Westmoster. le tiers jur de Juyl le an de nostre Regne novime.

Regi Franciæ Literæ Credentiales.

Ann. D. 1281. *An.* 9. *E.* 1. *Rotul. Liter. Regal. Membran.* 2.

MAgnifico Principi, Domino ac consanguineo suo charissimo, Domino Philippo, Dei gratiâ, Regi Franciæ, Edwardus, eâdem gratiâ, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, & Dux Aquitaniæ, salutem, cum sinceræ dilectionis continuis incrementis.

Mittimus ad vos dilectos & fideles nostros, Antonium Bek, & Lucam de Tany, quibus, super quibusdam negotiis, quæ vestræ Serenitati volumus explicari, aperuimus plenius mentem nostram; Dominationem vestram deprecantes, quatenus eisdem in negotiis ipsis adhibere dignemini firmam fidem.

Dat. apud Westm. tertio die Julii, anno Regni nostri nono.

---

* II 175. * *De Negotio pacis prædicto, Instructiones traditæ Nunciis ad Regem Franciæ profecturis.*

Ann. D. 1281. *An.* 9. *E.* 1. *Transcr. Liter. m.* 2.

SIre, li Roys de Engleterre, Mon Seigneur, vos pria n'adgeres, par son message, pur aver conduct de aler en sa Tere de Gascoyne.

Sire, son entendment estoit adonc principalement, e est uncore, ke il se peust trauayler d'en discord apeser, ke est entre vos e le Roys de Castele, ou par Trewe, ou par Pes.

Mes, Sire, pur ceo ke il ne estoit mie certeins del apruchement le Roys de Castele as parties de Gascoyne, pur ceo, Sire, il ne vos voleit maunder par le message, par ky il enveya quere son condut, riens de ceste chose.

Mes pur ceo ke il ad entendu, de novel, ke le Roys de Castele vee aprucher as parties de Gascoyne, si il y veit, il vos maunde, Sire, ke, si il vos plest, volentires se travayelera ou de Pes, ou de Trewe entre vos.

Kar ja seyt ceo ke graunz genz e sages se soyent entremis, le graunt desir, ke il ad de purchacer ceste chose, le fet emprendre cest travayil, si vostre volente y est, pur le graunt profit de la Cristiente, e pur ceo ke il est tenuz a vos, e au Reys de Castele, si com vos sauez, e especialement a vos.

E de ceo, Sire, vous prie ke vos ly maundez vostre volente.

E sachez, Sire, ke ly Roys ne vee mye a ceste foyz, de passer la mer, si ne volez ke il s'en entremette de ceste bosoyne.

Sy le Roys de Fraunce respont, ke ly plest ke li Roys de Engleterre s'en entremette de ceste bosoyne; respoignent e requerent ly message, ke il plese au Roys de Fraunce, ke la Trewe soit alon-

& concessisse Domino Edwardo, illustri Regi Angliæ, Margaretam Filiam nostram, Domino Alfonso ejus Filio maritandam, unà cum medietate tocius terræ nostræ, * quam inpræsentiarum tenemus, sub hac forma:

An. 9. *E.* 1. *L. A. f.* 131. *b. Penes Camerar.*

Quod nos eam in duas partes, prout æqualius poterimus, dividi faciemus, & idem Rex eliget partem illam, quam maluerit acceptare:

Et, si de nobis contingat humanitùs, nullo Filio nostro masculo superstite, dicta Filia nostra erit Hæres nostra in omnibus terris nostris, tam illis, quas nunc tenemus, quàm etiam aliis quibuscunque, quas tenebimus tempore mortis nostræ:

Et, si Filiam aliam habeamus, unam vel plures, volumus quod illa vel illæ Filiæ, nullam de terris nostris habeant portionem; sed per Dominum Regem Angliæ decenter & ydonee maritentur;

Volumus etiam quod de illâ parte, quam Dominus Rex acceptaverit, dicti Alfonsus & Margareta, quando matrimonium celebrabitur inter eos, habeant statim talem seysinam vel possessionem, qualem Nuncii Regis ipsius, qui ad partes illas accedent, viderint expedire; salvis nobis commoditatibus & exitibus terrarum ipsarum, una cum servitiis gentium, toto tempore vitæ nostræ; exceptis rationabilibus custibus custodum ipsius.

Et, ad majorem securitatem, volumus quod cum Rex ipse partem, quam voluerit, elegerit, nobiles Homines & communitates bonarum villarum tocius terræ nostræ, ita bene de parte, quæ nobis remanserit, sicut de illa, quam Rex eligerit, affirment per juramenta homagia, & per scripta pacta prædicta, ut superius sunt expressa.

Volumus insuper quod, quando dictum matrimonium celebrabitur, Villæ fortes, Castra, & aliæ fortalitiriæ terræ nostræ in custodiâ ipsius Regis vel dictorum Alfonsi & Margaretæ, deliberentur, & remaneant; dum tamen super hoc servemur indempnes; salvis rationabilibus custibus custodum ipsorum villarum, Castrorum, & fortalitiarum.

Et volumus quod, statim pactis hujusmodi assecuratis inter prædictum Regem & nos, dicta Filia nostra veniat in custodia dicti Regis, si videatur ejusdem Regis nunciis quod hoc ipsius Margaretæ ætatis teneritas pati possit; vel ad citius quam poterit, si hoc, ad præsens, dicta ætatis teneritas minime patiatur.

Adhuc volumus & promittimus quod nos nobiles, & alios terræ nostræ, in præsentia dictorum Nunciorum, faciemus jurare quod, si de nobis contingat humanitùs, liberis nostris infra ætatem existentibus, ballium sive advocatia terræ nostræ & liberorum nostrorum, in ipsius Regis custodia, usque ad ætatem ipsorum liberorum legittimam, integre remanebit, habendum per gentes ydoneas & tenendum; set quod Comitissa consors nostra, quam non intendimus sufficienter esse dotatam, ad cognitionem prædicti Regis sufficienter inde dotetur.

Rursus, ad majorem securitatem, omnia prædicta per Regem Alemanum procurabimus confirmari; & nichilominus apponemus fideliter posse nostrum quod electores Imperii hiis omnibus assentiant, & ea confirment.

Et, si securitates istæ non sufficiant, omnes alias securitates, quas Nuncii prædicti per vicinas terras, vel per nostras poterint inquirere, quod facere possumus, quod prædicta omnia sint stabilia atque firma, nos faciemus & complebimus bona fide.

Et, visa dicta Filia nostra, per præfati Regis Nuncios, si eisdem placuerit, & aliis expressis superiùs firmatis & completis, dictus Rex concessit nobis se firmaturum dictum Matrimonium; & dictam Filiam nostram, secundum quantitatem terræ, quam eidem donamus in maritagium, decenter & ydonee dotaturum.

Quod,

In cujus, &c.

Dat. apud Ospring 10. die Augusti, anno Domini 1281.

Bulla Martini Papæ per quam supplicavit Regi Angliæ quod solveret annuum censum de Arreragiis trium annorum.

Ann. D. 1281. An. 9. E. 1. Ex Autogr.

MArtinus Episcopus, servus servorum Dei, carissimo in Christo Filio Regi Angliæ illustri, salutem & Apostolicam benedictionem.

Quanto erga Romanam Ecclesiam Matrem tuam, uberiori devotione novimus te fervere, tanto sinceritatem tuam ad ea, in quibus eidem Ecclesiæ teneris ex debito fiducialius nostris litteris excitamus; sperantes ut eo libentius & liberalius debitum ipsum solvas, quo ex hoc Regium honorem studiosius prosequi & benevolentiam nostram uberiùs nosceris promereri.

Cum igitur census annuus mille Marc. Sterling. a te, sicut nôsti, prædictæ Ecclesiæ debeatur, fueritque jam per Triennium proximo præteritum in ipsius solutione cessatum, & etiam pro anno præsenti, terminando in proximo debeatur:

Serenitatem regiam requirimus & rogamus attente, per Apostolica tibi scripta mandantes, quatinus eundem Censum pro Triennio prædicto, & isto præsenti anno, Dilecto Filio Magistro Giffredo, Cameræ nostræ Clerico, in Angliæ commoranti, nostro & Ecclesiæ prædictæ nomine, facias integrè, ac liberaliter assignari.

Ita quod nos, id gratum habentes, magnificentiam tuam possimus exinde meritò commendare.

Dat. apud Urbem veterem 12. Kal. Sept. Pontif. nostri anno primo.

Sigillum deest.

---

*II. 178. * *De pecunia Roberto de Brus Comiti de Karrick mutuo liberanda.*

Ann. D. 1281. An. 9. E. 1. Pat. 9. E. 1. m. 7.

REX Bonnunonio de Luk, & Sancto Merc. de Luk salutem.

Quia dilectus Bachelarius noster, Robertus de Brus, Comes de Karrick, pecunia indiget ad præsens.

Vos rogamus quatenus eidem Comiti mutuo tradi faciatis, vel certo Attornato suo, ad opus suum, quadraginta libras, & nos vobis eas persolvi faciemus:

Tom. I. P. II.

... ut tu cognosceres, & diligenter adhiberes industriam & cautelam, ne forte in posterum à calumpniatoribus consensus hujus dicetur extortus, ab eodem Almarico, obligationem receperis, corporali præstito Juramento, quod memoratum Regnum, absque Apostolicæ Sedis expressa licentia, nullo umquam tempore reintraret: Quodque si præfatus Almaricus Regnum ipsum, aliasque terras dicto Regi subjectas, per se, vel per alios, hostiliter nequaquam invaderet, nec etiam occuparet, nec invadi vel occupari ab alio procuraret: Et si secus forte præsumeret, excommunicationis sententia, quam per te ferri voluit in eundem, ligatus existeret, & omnibus * Ecclesiasticis beneficiis, ac privilegio clericali privatus, & per te ad illa redderetur inabilis vel alia optinenda: *II. 179.

Et quod, postquam idem Almar. ad loca tuta Regni Franciæ peveniret, obligationem similem renovaret, eam sub juramento & poenis similibus, sibi per te imponendis, vel etiam infligendis, perpetuò servaturus:

Quod, si postquam ad loca tuta dictum Almaricum pervenire contingeret, ipse obligationem non renovaret eandem, aut contra præmissa, vel aliquid præmissorum veniret, ex tunc eisdem excommunicationis, privationis & inhabilitatis poenis, dictum Almaricum prælibatus Nicholaus Prædecessor voluit subjacere, prout hæc in prædictis, ad eundem Regem directis, litteris plenius continentur;

Set, eodem Nicholao Prædecessore, morte prævento, hujus negotium non potuit expedire,

Porro litteras regias, quas pridem, vacante tunc Apostolica Sede, per te venerabilibus Fratribus nostris, Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, de quorum tunc temporis eramus numero, Rex ipse direxit, intelleximus diligenter, dilatæ liberationis Almarici præfati causam plenius advertentes;

Et quia, tam ex ipsarum litterarum tenore, quam ex tua relatione collegimus, quod dictus Rex ad ejusdem sedis beneplacita exequenda promptum se exhibet & paratum, sibi uberum dona rependimus gratiarum;

Ipsum per nostras litteras rogantes attentius & exhortantes, ut, æterni Regis intuitu, per quem regnat & regitur ac pro Apostolicæ Sedis & nostra reverentia, regiæque dignitatis honore, hujus gratæ nobis Legiæ promptitudinis feudum prosequens, circa liberationem A. prædicti oportunum & efficax studium de benignitate Regia largiatur; faciens eundem A. postquam liberatus extiterit, extra Regnum suum, sub favore Regio, usque ad loca sibi tuta conduci, ut dictus Rex illum sibi proinde retributorem constituat, qui, de suæ munificentiæ largitate, pro minimis grandia recompensat; & Sedis Apostolicæ gratia, quam libenter devotis Filiis explicamus, circa personam suam votivum suscipiat incrementum:

Et, quum sedes ipsa ex quodam piæ compassionis effectu, quo ascriptos militiæ ordinis clericales prosequitur, negotia hujus cordi gerit: te, de cujus experta probitate confidimus, ad præfatum Regem propter hoc duximus remittendum, ut ab eodem Almarico diligenter, ut expedit, obligationem recipias supradictam;

In

An. 9. E. 1. L. A. f. 363. a. Pené; Camerar.

[illegible] Domino.

Noverit Universitas vestra quod, cum serenissimus Princeps & Dominus meus karissimus, Dominus Edwardus, Dei gratiâ, Rex Angliæ illustris, pro servitio meo sibi hactenus impenso, & inposterum impendendo, dederit mihi quadringintas Marcas Sterlingorum præ manibus, & ulterius concesserit mihi quadraginta Marcas singulis annis ad totam vitam meam,

Ego, pro tantâ curialitate mihi impensâ, feci fidelitatem eidem Domino meo Regi, & sacramentum corporale præstiti, quod omnibus diebus vitæ meæ ero ei fidelis, & omnia consilia & secreta sua, michi revelata & revelanda, fideliter celabo; & quotiescumque, & quantumcumque servitio meo indiguerit in partibus transmarinis, & per ipsum vel ex parte sua super hoc fuero præmunitus, circa ea fideliter & diligenter laborabo toto posse, omnibus sumptibus & expensis Domini Regis & omnimoda indempnitate mihi servata: & nichilominus satisfaciet michi integre de feudo prædicto; ita quod nichil mihi inde decidet occasione sumptuum prædictorum.

Et, ad omnia & singula præmissa facienda, obligo me & omnia bona mea, mobilia & immobilia, ubicumque fuerint constituta.

In cujus rei testimonium huic scripto apposui sigillum meum.

Dat. apud Lindhurst primo die Octobris, anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo primo.

De Judeis in Vasconia graviter pertractatis.

Ann. D. 1281. An. 9. E. 1. Rot. Vascon. 9. E. 1. m. 6.

REX Senescallo suo Vasconiæ, & Constabulario suo Burdegaliæ, salutem.

Ex parte Communitatis Judæorum nostrorum Vasconiæ nobis est ostensum, quod ipsi, ad procurationem & instigationem quorumdam æmulorum suorum, propter modicas & leves occasiones, per graves redemptiones & intolerabiles fatigantur, & indebite pertractantur,

Nos igitur, nolentes eis injuriari in hac parte, vobis mandamus quod præfatos Judæos, juste deducentes, ipsos super querelis, quas de eis fieri contigerit, faciatis per probos & legales Christianos, prout justum fuerit, judicari.

Teste Rege apud Lindehurst quarto die Octobris.

De exiguo Judæorum in Vascónia numero.

Ann. D. 1281. An. 9. E. 1. Ibidem.

REX eidem salutem.

Ex parte Communitatis Judæorum nostrorum Vasconiæ nobis est ostensum, quod per varia & immensa tallagia, ad quæ ipsi talliati fuerunt temporibus retroactis, in tantum gravati existunt, quod plures eorum, relictis domibus, quas inhabitare consueverunt, ad alia loca, extra potestatem nostram, se diverterunt; &, ubi solebant esse quinquaginta Judæi talliabiles, jam pauci remanent, qui temporibus debitis poterunt talliari.

Quocirca vobis mandamus quod præfatos Judæos per tallagia hujusmodi intollerabilia de cætero non gravetis, per quod numerus Judæorum, qui remanent, minoretur.

Teste ut supra.

Regal. Membr. 2.

vous entendiez fere vostre [illegible] ne de May, ke nous vous feissons a savoir quel eyde nous vous entendissons a fere:

A la queu chose, ma Dame, nous vous responnons ke nous au terme, ke nous vous avez maunde, entendons envoier a Lyons gens a armes pur vous servir; ne quident, ma Dame, nous vous prions ke vous serez trouvez tus jurs en mesure, se il avient ke om le vous offra; & de ceste chose mesme prions nous le Roy de Sesille, & le Prince notre Cosin, par la prochenete de sanc, qui est entre vous & le Prince.

Donnee a Westm. 26 jur de Novembre, l'an de nostre Regne 10.

Litera Carolo Regi Siciliæ, de Lite, inter ipsum, & Margaretam Matrem Regis Franciæ, amicabiliter componenda.

Ann. D. 1281. An. 10. E. 1. Transcr. Liter. 10. E. 1. m. 4. d.

KArissima Matertera nostra, M. Regina Franciæ illustris, pluries nos rogarat ut, ad perquirendum jus suum de Provinc. & Fulcharquer. Comitatibus, quod non solum eam tangebat, verum etiam Dominam matrem nostram, vellemus nostrum sibi auxilium impartiri;

Set cum non crederemus quod ad hoc, quod devenit istud negotium, ita recentè veniret, excogitatis intimæ dilectionis affectione, quam eadem Regina Franciæ habuit ad nos semper: & auxilio, per eandem nobis impenso, in nostris dudum tribulationibus & pressuris: & compassione doloris quo, propter oppressiones nostras, ejus animus torquebatur; necnon & hoc, quod idem negotium, non minus quam ipsam, tangit Dominam matrem nostram; cui, ex quo pater noster decessit in fata, plus tenemur quàm viventi alicujus creaturæ,

Quod in hac parte petiit, sicut nec denegare potuimus, nisi super ingratitudinis vitio vellemus argui, licet non voluntarii, duximus concedendum.

Verum, quia dicta nostra Matertera, hiis diebus, subito nos rogavit quod, cum amici sui se facturos sibi subsidium * concessissent, ad jus hujusmodi perquirendum, & jam certum diem ad incipiendum idem negotium statuissent, eidem ad hoc, sicut prius concesseramus, subsidium faceremus; & quod, ad diem illum, illud subsidium mitteremus, revolutis in corde nostro præmissis conditionibus, & concessione nostra secuta, non potuimus denegare. * II.182.

Attendentes igitur dilectionis integritatem, quæ inter nos & vos diutius extitit; & honores & servitia, quos nobis fecit vestra Serenitas: & sanguinis unitatem, quâ nos & filios vestros, nostros germanos consanguineos, indissolubiliter natura conjunxit; intimi doloris acerbitate turbamur quod nos illos gravare cogamur, quos valemus sub nostro clamide defensare, ac pro eorum augmento exponere nos & nostra.

Ea propter Excellentiam vestram, de quâ confidimus, quantum possumus exoramus, quatinus, excogitantes quæ mala, ex hujusmodi, per viam inceptam, prosecutione negotii, amicis communibus utriusque partis, & toti populo christiano poterunt evenire; necnon attendentes quod omnium Dominus, in hoc mundo, vos prosperitate successuum honorarit; & quod potestis partis alterius resistere virilius, humilitatis clipeum assumentes, sicut potentiores decet facere, mensuram, super jam dicto negotio, eidem Dominæ Reginæ Franciæ offeratis.

Nos enim eandem rogavimus, quod, si mensuram sibi contingat offer-

Ann. D. 1281. *An. 10. E. 1. Transcript. Liter. m. 3. d.*

SAluz.
Treschere cosin, nus recumes vos lettres le vendredi devant la Seint Andr. en les queles vus nus priastes ke nus vus feissons a savoir nostre estat: & par les queles vus nus feistes sauer, ke vus, Dieu merci, estoiez seins & heitiez, de qui nus fumes mult leez, & dunt nus vus merciom quan ke nous poons.

Derechef, nus feistes a savoir ke, ma Dame de Fraunce, nostre taunte & la vostre, avoit tenu Parlement, a Mascons, od les Barons de Burgoine, & avoit requis ayde de ses amys a purchacer soun dreit, de les Countez de Provinc. & de Folcalquar. sus vostre Pere le Roy, & sus vus:

Et sus co ke vus lui aviez offert, ke bien voliez, ke celui, a qui le conisaunce de ces choses apurtenent, en conust par droit entre lui, & vostre pere, & vus;

E ke vus mettriez vostre peine, vers vostre Pere, ke a la volente mesmes cele Dame en fust fete;

E ele lessee la voye de pees & de dreit, s'esteit prise a la voye de guerre & d'armes, sanz fere nul respons a co ke vus lui auiez offert;

E ke ele nus avoyt prye d'ayde, & nus lui avioms abandone nostre terre de Gascoigne, dunt vus estiez mult merveille.

E cum nus fuissums l'ome del mounde, apres vostre pere, en qui vus auiez plus de fiaunce, & qui plus tost requiriez a vostre besoigne, a qui vus trouerium plus abaundonme a vostre besoigne, & auxi ferrez vus nus sicome maintefoiz vus aviom promis; vus nus requiriez ke nus cel conseil meissom, en ceste besoigne, ke co, ke puet estre determine par droit & sanz peril, ne fust mie mis en force d'armes.

A la queu chose nus vus responons, ke tut soit co voir ke nus ferum pur vus autant come nus purrum pur nul autre home, a qui ne fusum plus tenu;

Le Mardi, devaunt co ke nus recumes vos lettres, nus vindrent les lettres lavantdiz nostre Taunte; par les queles ele nus requist nostre ayde en la besoigne desusdite; dunt nus fumes en grant eiwer ke nus en puissons fere sanz messere nus ou vers lui ou vers vus, a qui nus fumes tant tenu, come nus poons estre a nul home qui ore viue.

E, a la fin, regardee l'amour, ke lavauntdite nostre Taunt a eu tuz jurs a nus: e regardees les ennuis, ke ele avoit pur nus: & l'ayde, ke ele nus fist tant com nus fumes en persecutions e ennuis; e regardee ke le besoigne tuche auxi bien nostre Dame & Mere, a qui nus fumes, puis ke nostre pere morz, plus tenuz ke a nulle creature qui viue, nus ne luy poumes escoundre sa priere, ainz ne luy grauntasmes d'ayder la, pur co ke nus ne fuissons tenu a desnatureus; tut fust co contre nostre gre, & encontre nostre cuer, pur l'amur, que est entre nus & vus.

Pur quoi nus vus prions ke vus ne preignez a mal ceste chose; car nus prenom Dieu a tesmoign ke, si la chose ne tuchast mes ke

Par quoi io vus envoy l'avantdit mon cosin, & Auntoine Bek, pur dire vus tute la verite de lur paroles, & de mon respons; e vus pri, chere Sire, ke vus les creez de cest chose.

E certes, Sire, si plus tost le eusse seu, plus tost vus eusse envoye mes Messages, pur dire vus la verite.

Pro Luca de Thany & Gentibus suis pro prosecutione cujusdam Duelli.

REX Senescallo suo, in Ducatu Aquitanniæ, & ejus locum tenentibus in Burdegal. & Vasaten. Petragor. & Agen. partibus, & aliis Ballivis suis, ad quos præsentes litteræ pervenerint, salutem. Ann. D. 1281. *An. 10. E. 1. Rot. Vasc. 10. E. 1. m. 5.*

Mandamus vobis, & vestrûm cuilibet, quatenus non impediatis gentes dilecti nostri Lucæ Tany Militis, quo minus possint, prout justum est, suum judicium,

Prolatum contra Gulielmum de Biron, Gastonem & Petrum de Gontaldo fratres, & eorum fidejussores, de quadam compulsione, in prisonis & rebus eorum faciendâ, quia defecerunt in prosecutione cujusdam duelli, quod firmaverant, & verborum, quæ præposuerant hinc & inde, ut dicitur,

Executioni debite demandare, & sua jure optinere; sed ad hoc præstetis, quantum poteritis, secundum justitiam, ubicumque in potestate nostra, dicto Lucæ, & suis gentibus vestrum consilium & juvamen.

In cujus, &c.

Dat. apud Kemeseye vicesimo septimo die Decembris.

Litera Papalis Regi responsoria, de Lite inter Carolum Siciliæ Regem, & Margaretam Matrem Franciæ Regis componenda.

MArtinus Episcopus, servus servorum Dei, carissimo in Christo filio Regi Angliæ illustri, salutem & Apostolicam benedictionem. Ann. D. 1282. *An. 10. E. 1. L. A. f. 58. Penes Camerar.*

Agimus, fili carissime, uberes gratias Deo Patri, qui supernorum dona carismatum, pro suâ mortalibus inscrutabili voluntate, dispensans, in tui sacrario pectoris, opulento virtutibus, illius pietatis excitavit affectum, illius accendit promtitudinem voluntatis, ut abhominans Christianæ gentis excidia, scandala & turbationes abhorrens, ei pacis bonum, summis studiis amplectendum, laudabiliter appetis, ut in suæ quietis commodis delectaris.

Hoc profecto, etsi alias apertè patuerit, ex eo tamen propensius clariusque * conjicitur, quod, sicut ex literis Regiis, nobis missis, plenè collegimus, tu, pie volens fidelium obviari dispendiis, & humanæ salutis exitium evitare, petitum pluries auxilium Regium à carissi- *II. 185.

Ann. D. 1282. An. 10. E. 1. Rot. Vasc. 10. E. 1. m. 4. REGI Franciæ Rex Angliæ, salutem, cum sinceræ dilectionis continuis incrementis.

Cum Universitas, dilectorum & fidelium hominum nostrorum, Lector. causam habeat in Curia vestra Tolose, coram Judicibus deputatis à vobis, inter ipsos & Senescallum vestrum Tolosanum, super forestâ, quæ vocatur Laramar; sitque inter ipsos homines & præfatum Senescallum, super aliis rebus diversis, orta coram eisdem Judicibus materia quæstionis;

Magnificentiam vestram affectuosè requirimus & rogamus, quatinus petitiones ipsorum hominum nostrorum super præmissis & aliis prædictis, cum eas Sublimitati vestræ exponi fecerint, ac etiam super deliberatione hominum suorum, per eundem Senescallum injuste, ut dicitur, arrestatorum, favorabiliter audire, & debitam justiciam eisdem benigne fieri jubere, & ipsos, ut jus suum prosequi possint, manuteneri facere velitis nostri rogaminis interventu.

Teste Rege apud Cirencestr. quarto die Februarii.

Super deliberatione Almerici de Monteforti.

Ann. D. 1282. An. 10. E. 1. Peckham. Registr. f. 98. b. in Biblioth. Lambeth. EXcellentissimo Principi, &c. frater J. &c.

Nec nova, nec miranda, Regiæ scribimus Majestati, illa tamen scribimus, ad quæ scribenda hinc obedientiæ sedis Apostolicæ nos compellit necessitas, hinc ad Regalem Magnificentiam sincera devotio nos impellit.

Sane meminimus, & à vestrâ credimus memoriâ nullatenus excidisse, quod, cum olim, dilectus nobis in Christo, Almaricus de Monteforti, sedis Apostolicæ Capellanus, captionis laqueum incurrisset; idemque, sic captus, tentus sub custodiâ Laycorum, contra prærogativam ordinis Clericalis, & in præjudicium libertatis Ecclesiasticæ, extitisset,

* II. 186. * Dominus Johannes, felicis memoriæ, qui tunc temporis Romanæ Sedis Pontificio fuerat insignitus, discrete providit, provideque mandavit ut Capellanus præfatus, de Laycorum manibus liberatus, sub Prælatorum Cantuariensis Ecclesiæ fidâ Custodiâ servaretur, donec de ipsius Almarici statu, pace etiam & tranquilitate Regis & Regni Angliæ, per Sedem Apostolicam potuisset plenius provideri.

Et, licet Almaricus præfatus, illius mandati prætextu, translatus de manibus laicorum, & nostræ fuisset custodiæ mancipatus, ipse tamen Dominus Nicolaus, recordationis inclitæ (qui eidem Domino Johanni in summi Pontificatûs honore successit) Prædecessoris sui vestigiis inhærendo, formam quandam, litteris suis inditam, quas per dilectum Capellanum suum Magistrum, Reymundum Aggerii Decanum Aviciensi. tam Regiæ celsitudini, quam nobis in commune transmisit, quam arbitratus est ipsi negotio ex omni parte sufficere, adinvenit; mederi credens omni periculo juratoriæ remedio cautionis, quam præfati Almarici humeris imposuit subeundam, pœnis super adjectis quibusdam, quas incurreret ipse idem Almaricus, contra juramentum veniens, ipso facto, excommunicationis videlicet, in personam, privationis etiam beneficiorum, quæ pridem optinuit, & inhabilitatis ad quæque beneficia Ecclesiastica inposterum optinendi.

Forma quoque illa tam vobis, Rex inclite, quàm consilio vestro & nobis videbatur sufficiens, si de incolarum Regni Angliæ, Magnatum & Principum securitate, fuisset memorata cautione prospectum; hoc solo annexo quod, opinione quorumdam, morte mandatoris totaliter videbatur negotium interruptum, prout vestræ pum, & discretum virum Magistrum Richardum Archidiaconum Cantuariensem Celsitudini Regiæ destinamus, quorum dictis apud Magnificentiam vestram supplebitur quicquid, seu in narratione, seu dispensatione, in præsenti Epistolâ fuerit defectivum:

Quos, si placet, & cum honore suscipere dignetur regia Celsitudo, & favorabiliter cum mansuetudine respondere.

Et licet causæ plurimæ, quæ ex litterarum Apostolicarum serie colliguntur, naturaliter, nec minus rationabiliter vos inducant, & inducere debeant ad consensum hujusmodi, absque difficultate, de cætero adhibendum; quasdam tamen causas Venerabili fratri nostro * prædicto, ac præfato Archidiacono commisimus, regali magnificentiæ secretius exponendas.

Hoc autem sub Sigillo nostro vestræ reverentiæ scribimus, pro nobis & Coepiscopis ac Procuratoribus omnium absentium, qui tractatui nostro London. affuerunt.

Dat. apud Mortelak. 27. Idus Februarii, anno Domini 1281. Consecrationis nostræ anno tertio.

Bulla pro Priore Lewen.

MArtinus Episcopus, servus servorum Dei, Dilecto filio Abbati Westmonasterii Londonien. salutem & Apostolicam benedictionem. Ann. D. 1282. An. 10. E. 1. Ex Autogr.

Dilecti Filii, Johannis Prioris Prioratûs Lewen. Cluniacen. ordinis, Cicestrensis Diocesis, apud Sedem Apostolicam constituti, precibus annuentes, præsentium tibi auctoritate mandamus, quatinus quicquid inveneris in ejus præjudicium temere attemptatum postquam ipse causâ peregrinationis, & pro quibusdam suis & dicti Prioratûs negotiis, apud Sedem Apostolicam promovendis, iter arripuit ad Sedem veniendi prædictam, in statum debitum studeas legitimè revocare; contradictores per censuram Ecclesiasticam appellatione postpositâ compescendo.

Dat. apud Urbem veterem 5 Id. Febr. Pontificat. nostri anno primo.

Sigillo avulso.

De Matrimonio contrahendo inter filium Regis Aragon. & filiam Regis Angliæ.

Ann. D. 1282. An. 10. E. 1. Pat. 10. E. 1. m. 18. REX omnibus, &c. salutem.

Sciatis quod, cum inter Magnificum Principem P. Arragon. Regem illustrem, tunc Infantem, & nos de Matrimonio, contrahendo inter filium suum & filiam nostram majores, tractatus habitus fuerit, prout in quodam scripto, super conventionibus inter nos adinvicem initis, confecto, & Sigillo ipsius Infantis & nostro alternatim signato, plenius continetur;

Nos, volentes quod omnia plane & bona fide procedant, dilectos Secretarios & fideles nostros, Johannem de Vescy, & Antonium Bek, ad ipsius Regis præsentiam destinamus, super facto dicti Matrimonii, ipsius complemento, & circumstantiis universis, cum eodem Rege, nostro nomine tractaturos; & articulorum declarationem, quos declarandos fore viderint, petituros, ac etiam suppleturos, & suppleri postulaturos, si quid in pactionibus, inter nos initis in hac parte, per simplicitatem bonæ fidei sit omissum; & factu-

Quod, cum dictum Almaricum de Consilio Baronum suorum vobis & Coepiscopis vestris liberâsset, nec expediret, nec deceret quod, ipsis inconsultis, eum à Custodiâ, quâ tenetur, aliqualiter removeret; cum ex hoc se contemptos crederent: Idque nichilominus in populo scandalum generaret.

Ac præfatus Almaricus de London. adeo non distet, quin tempore Parliamenti proximi, ubi cum Regni magnatibus de negotio supradicto cum effectu tractare proponit, infra quatuor vel quinque dies ibidem valeat agitari.

Quod autem negotium supradictum, ad optatum deducatur effectum, firmam spem fiduciamque concepimus, tam ex benigno præfati Regis responso, quàm ex eo quod articulos, in littera Domini Papæ contentos, satis videtur, quantum ad se pertinet, approbare.

Bene semper valeat vestra Paternitas reverenda.

Dat. apud Pyreford die Sancti Valentini Martiris, anno Domini 1281.

Archiepiscopo Cantuariensi de Wallensibus, seu Pacis perturbatoribus, excommunicandis.

Ann. D. 1282. REX Archiepiscopo Cantuariensi, totius Angliæ Primati, salutem.

An. 10. *E.* 1. *Rot. Wall.* 10. *E.* 10. *m.* 10. *d.* Cum nonnulli malefactores Wallenses, & alii complices & fautores sui, tranquilitati & paci Regni nostri invidentes, turbationem quandam in terra nostra Walliæ suscitantes pariter & moventes, ibidem deprædationes, homicidia, & alia enormia quamplurima perpetrârint contra pacem nostram, & de die in diem callidis machinationibus studeant nobis & hominibus, fidei nostræ adhærentibus, majora damna & pericula pro viribus perpetrare;

Nos, malitiam & rebellionem hujusmodi malefactorum, quos in Canonem latæ sententiæ ipso facto intendimus incidisse, volentes reprimi, ut tenemur, paternitatem vestram, quam in punitione hujusmodi malefactorum, per Claves Ecclesiasticas, esse novimus plurimum circumspectam, affectuose requirimus & rogamus, ad malitiam & rebellionem ipsorum celeriter reprimendam, si placet, curam & solicitudinem, prout omnes prædecessores vestri fecerunt retrolapsis temporibus, favorabiliter adhibentes,

Universis & singulis Suffraganeis vestris detis, nostri intuitu, secundum quod vestra discretio tranquilitati & paci incolarum regni nostri magis expedire viderit, in mandatis, ut ipsi omnes hujusmodi perturbatores pacis, & eorum conspiratores, complices, & fautores, ac omnes assensum, consensum, consilium vel auxilium, clam vel palam, eisdem præbentes in præmissis, per singulas Dioceses suas publice & solemniter denunciari faciant Excommunicatos.

* II. 189. * Speramus enim quod rebellio & malitia ipsorum, mediante juvamine Gladii Spiritualis, qui in hujusmodi casu juvare dignoscitur brachium seculare, facilius reprimetur.

Teste Rege apud Devisis 28. die Martii anno, &c. decimo.

Consimiles literæ diriguntur Archiepiscopis Ebor. & Dublin.
Teste ut supra.

Et hoc, sicut nos diligitis, & de vobis specialiter confidimus, nullo modo omittatis.

Tege Rege apud Devises 6. die Aprilis, anno, &c. decimo.

Sub eadem forma mandatum est omnibus subscriptis,

Willielmo de Valentiâ,
Willielmo de Bello Campo Comiti Warr.
Johanni de Warenna Comiti Surr. & Suffex.
Rugero le Bigot Comiti Norff. & Marescallo Angl.
Roberto de Veer Comiti Oxon.
Roberto de Brus Comiti de Karrik.

Galfrido de Genevill.
Roberto de Stutevill.
Johanni de Balliolo,
Rogero de Mubray,
Radulfo Pipard,
Roberto filio Walteri,
Willielmo de Say,
Lucæ de Tany,
Johanni de Nevill,
Roberto de Ros,
Willielmo de Ros;
Waltero de Huntrecumbe,
Galfrido de Lucy,
Nicholao de Segrave,
Petro de Monteforti,
Roberto de Everingham;
Jordano Foliot,
Johanni de Suleye,
Adam de Banent,
Radulpho de Berners,
Willielmo filio Thomæ,
* *Willielmo de Vesey,*
Hugoni Lovel,
Waltero de Wiketon,
Richardo Basset de Weledon,
Herberto de Sancto Quintino,
Johanni de Ingoldethorp.
Osberto Giffard,
Willielmo de Kerdiston,
Willielmo de Moun,
Johanni de Verdun,
Rogero Peytevyn,
Marmaduco de Twong.
Ricardo de Brewf.
Johanni de Boun. de Midd.
Roberto Aguillon.
Petro de Malo lacu,
Radulpho Perot,

Briano de Goinz,
Willielmo de Alta-ripa,
Rogero de Somery,
Waltero de Fauconberge,
Johanni de Bella aqua,
Thomæ filio Willielmi de Creistok,
Stephano de Waleys,
Rogero de Colevile,
Reginaldo de Watervile,
Roberto de Insula,
Johanni de Insula,
Roberto de Scales,
Johanni de Filol,
Johanni de Ripariis,
Thomæ de Furnivall.
Johanni de Wauton,
Roberto de Nevill de Som.
Galfrido de Nevill,
Nicholao de Menull,
Roberto filio Rogeri,
Briano filio Alani,
Johanni de Marescal,
Johanni de Vallibus,
Normanno de Arcy,
Johanni de Steyngreve,
Willielmo de Huntingfeld,
Thomæ de Maleton,
Radulpho de Crumwell,
Philippo de Kyme,
Gilberto de Gaunt,
Hugoni de Turbervill.
Roberto de Grey, * II. 190.
Adam le Despenser,
Willielmo de Lindes.
Rogero de Lancastr.
Richardo de Thany,
Radulpho filio Willielmi,
Henr. Husee,
Roberto de Septem Vallibus,
Johanni de la Haye,
Rogero la Warr.
Regin. de Argenteym,
Richardo de Harecurt,
Theob. de Verdun,
Willielmo Bardolf,
Willielmo de Ferrariis,
Matheo de Lovayn,
Simoni le Constable,

Willielmo

De Officio Constabularii Angliæ, necnon de ejusdem Feodis.

Ann. D. 1282. An. 10. E. 1. Ex Orig.

EXcellentissimo Domino Edwardo, Dei gratiâ, illustri Regi Angliæ, Domino Hiberniæ & Duci Acquitanniæ, Abbas Westmonaster. Thesaur. & cæteri Barones de Scaccario suo, salutem & felices ad vota successus.

Mandavit nobis vestra Strenuitas quod, scrutatis Rotulis ejusdem Scaccarii, vobis, sub Sigillo dicti Scaccarii, distincte & aperte constare faceremus, utrum dilectus & fidelis vester Humfridus de Boun, Comes Hereford & Essex, Constabularius Angliæ, percipere debeat; & ipse, & Prædecessores sui, Comites Hereford & Essex, & Constabularii Angliæ, ratione Constabulariæ suæ prædictæ, percipere consueverunt duos denarios de qualibet libra, soluta stipendariis vestris, in exercitu, vel alibi, in obsequio vestro, necne:

Et etiam quæ alia jura in hujusmodi exercitibus, & aliis temporibus, ad ipsum Comitem, ratione Constabulariæ prædictæ, pertinent, & quoquo modo.

Super quo sciat Dominatio vestra quod, scrutato libro, in quo constitutiones ejusdem Scaccarii conscribuntur, inveniuntur hæc verba;

Constabularii officium est ad Scaccarium ut, in brevibus Regis de exitu Thesauri, vel de aliquibus computandis, hiis, qui compotum faciunt, simul cum præsidente, testis existat; in omnibus enim hujusmodi brevius, ex antiqua constitutione, duos oportet conscribi testes.

Item, ejus officium est ut, cum ad Scaccarium stipendarii Regis venerint pro stipendiis suis, sive sint residentes in Castris Regis, sive non, ascito secum Clerico Constabulariæ, cujus est terminos eorum nosse, & Marescallo Scaccarii, computet eorum liberationes, & de retractis fidem suscipiat, & residuum solvi faciat:

Omnis enim liberatio quorumcumque, sive Accipitrariorum, sive falconariorum, sive beruariorum, ad ejus officium spectat, si præsens fuerit; nisi forte Dominus Rex ad idem prius aliquem assignaverit: Quia Constabularius a Rege non facile potest avelli, propter majora & magis urgentia:

Notandum vero quod Marescallus Scaccarii, de liberationibus residentium Militum, percipit quod ad eum pertinet ratione officii sui; de comeantibus autem non.

Item, huic, cum aliis magnis, commune est, ut nichil magnum, eo inconsulto fieri debeat.

Præterea, certificatum per quosdam, nunc residentes nobiscum in eodem Scaccario, fideles vestros, quod Humfridus de Bohun, quondam Comes Hereford, & Constabularius Angliæ, Avus prædicti Comitis, toto tempore suo percipere consuevit duos denarios de qualibet libra, soluta ad Scaccarium stipendariis Domini H. Regis Patris vestri, in exercitu vel alibi, in obsequio suo.

Item invenitur in libro vestro feodorum, quod Constabularius Angliæ, si extra domum comederit, percipiet quinque solidos in die, & unum Seminellum Dominicum, & duos solidos, & unum sextarium de vino claro, & unum sextarium de vino expensali, & unum grossum cereum, & quadraginta frustra Candelæ: Si vero intra domum comederit, tres solidos & sex denarios, duos Simenell. Sal. & unum sextarium de vino expensali, & plenarie candelam. Valeat Excellentia vestra diu.

Domino Regi pro Humfrido de Bohun Comite Hereford & Essex.

Ann. D. 1282. An. 10. E. 1. L. A. f. 309. b.

N Capellanus & Nuncius, notum facimus universis quod, præsentatis litteris Apostolicis per nos, præfatum Decanum, reverendo Patri Domino J. Cantuar. Archiepiscopo, quas sanctissimus Pater Dominus Martinus, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ summus Pontifex, eidem Domino Archiepiscopo, & ejus Suffraganeis pro liberatione reverendi viri, Domini Almarici de Monte-forti Capellani sui, direxit,

Ac postmodum, præsentatis per nos, præfatum Decanum, Domino Edwardo, Regi Angliæ illustri, litteris ejusdem Domini Martini, summi Pontificis, pro liberatione præfati Domini Almarici, eidem Domino Regi directis, suasionibus etiam congruis, & habita instantia diligenti erga dictum Dominum Regem, tam per litteras ex parte Domini Archiepiscopi supradicti & Suffraganeorum ipsius, quàm per reverendum Patrem Dominum R. London. Episcopum, & discretum virum Magistrum R. Cant. Archid. præfato Domino Regi Nuncios destinatos, ac etiam per nos, præfatum Decanum, quatinus eidem Domino Regi in hac parte complaceret se beneplacitis Apostolicis conformare, & liberationi ejusdem A. ob honorem dicti Domino Papæ & Romanæ Ecclesiæ, consentire.

Et super prædictis à dicto Domino Rege congruis & devotis responsionibus obtentis, tandem anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo secundo, scilicet nono Kal. Maii, apud Novum Templum London. in præsentia reverendorum Dominorum & patrum J. Cant. Archiepiscopi, London. Lincoln. Bathon. Wygorn. Norwic. Oxon. Bangor. Roff. Assavens. Episcoporum, & aliorum venerabilium virorum, præsente multitudine copiosa, comparente præfato Domino Almarico, Capellano Domini Papæ, & de custodia ac detentione, in quâ diu extiterat, de beneplacito & consensu sæpedicti Domini Regis, educto & plene libertati restituto, sicut ex assertionibus dictorum reverendorum Patrum, Domini Archiepiscopi, & Episcoporum prædictorum, & etiam per litteram dicti Domini Regis, ibidem lectam, nobis constitit, & facti evidentia manifeste declarat, ac confessio Almarici præfati.

Nos, præfatus Decanus, auctoritate & commissione, nobis facta, cognoscimus & decernimus dictum Almaricum plenæ libertati restitutum, & consensum, ab eo præstandum super obligatione, quam secundum formam rescripti Apostolici, nobis directi, idem A. præstare & suscipere debet, & nos ab eodem recipere, fore liberum, & absolutum.

Et, incontinenti lectis sibi diligenter & distincte literis Apostolicis, nobis directis, audita & intellecta per ipsum A. forma obligationis, quam facere & præstare, * secundum formam litteræ Apostolicæ, tenetur, & pœnis sibi appositis si contra dictam obligationem in aliquo facere seu venire præsumeret, *II.193.

Ibidem interrogavimus dictum Almar. si placebat eidem dictam obligationem libere & absolute facere & præstare, ac etiam eidem consentire,

Qui dictus A. humiliter, libere & absolute respondit, quod in prædictis omnibus volebat stare & adquiescere ordinationi Domini Papæ, & prædictam obligationem præstare, prout in præfatis litteris continetur.

Ac, incontinenti, nobis recipientibus, idem Almaricus corporale præstitit juramentum, & promisit quod, ad mandatum nostrum, exibit Regnum Angliæ, & nullo unquam tempore dictum Regnum reintrabit, absque Apostolicæ sedis expressa licentia; quodque Regnum ipsum, aliasque terras, Regi Angliæ subjectas, per se, vel per alios hostiliter nequaquam invadet, nec etiam occupabit, nec invadi vel occupari ab aliis procurabit.

Juravit

Litera ab Archiepiscopo Cantuar. directa Domino Papæ, super liberatione Domini Almarici de Monteforti.

Ann. D. 1282. An. 10. E. 1. Peckham. Registr. f. 15. in Biblioth. Lambeth. *II. 194.

SAnctissimo in Christo Patri, ac Domino, Domino Martino, divinâ providentiâ, &c. sui humiles & devoti frater J. permissione divinâ, &c. & ejusdem Ecclesiæ Suffraganei universi, cum filiali reverentia, pedum oscula beatorum.

* Eminentia vestræ sedis, Pater sanctissime, quæ omni potentatui totius Ecclesiæ dominatur, & præ cunctis Principatibus & Sedibus universis corruschare cernitur Sapientiæ radiis præcellentis, per venerabilem virum Magistrum Reymundum Augerii Decanum Avicien. Capellanum vestrum, super liberatione venerabilis viri Domini Almarici de Monteforti, vestri similiter Capellani, sua nobis nuper mandata provida deliberatione transmisit; quæ, prout decuit, reverent. & devote suscepimus, & ad eadem exequenda opem & operam, quam debuimus, quamque potuimus, exhibuimus efficacem.

Nempe cum periculo, quod ex ipsius Capellani liberatione circa turbationem Regni Angliæ poterat formidari, per formam ipsius mandari prospectum utique videretur juratoriæ remedio cautionis, quam subire debebat Almaricus prædictus, pœnis nichilominus quibusdam adjectis, quas idem incurreret, contra proprium juramentum veniens, ipso facto;

Et demum in litterâ Apostolicâ memoratâ provide suppletum fuisset, quod in quadam alia littera præcedenti, quæ, videlicet, a Domino Nicholao, piæ recordationis, prædecessore vestro, super eâdem emanavit materiâ, fuerat defectivum; videlicet de præfati serie juramenti, non tantum ad actum & consensum, verum etiam favorem noxium extendenda.

Nobisque ex ipsius Magistri Reymundi Decani Avicien. prædicti fida relatione, nichilominus etiam aliunde, constaret, quod antedictus Dominus Almaricus memoratam obligationem, sibi impositam, sponte suscipere; &, quantum in se ferat, pollicitationem hujusmodi extitit adimplere paratus.

Nos, cum pace Domini Regis, juxta mentem ipsius litteræ vestræ, in ipso negotio procedere satagentes, ipsum requisivimus, supplicantes eidem ut pro Apostolicæ sedis reverentia, nostrarumque multiplicatâ precum instantiâ, liberationi plenariæ sæpedicti Domini Almarici Regium, absque ulterioris moræ dispendio, dignaretur de cætero adhibere consensum; præcipuè cum suæ turbationis & Regni, quæ ex hoc poterat provenire, periculo fuisset plenariè satisfactum.

Et licet, evocatis plurimisque Principibus atque Magnatibus Regni sui, eorum assensibus super ista materia requisitis, nonnullorum vota & consilia obstitissent; ipse tamen Rex mansuetus & Deo devotus, proprii pectoris sinceritate & ad Ecclesiam Romanam pia devotione permotus, liberaliter à nobis exhortata concessit:

Quod in eo tantò laudabiliùs æstimamus, tantoque celsiori laudis præconio ducimus attollendum, quanto ex turbatione seu rebellio-

Dat. apud Urbem Veterem quinto Kal. Maii, Pontificatûs nostri anno secundo.

Sub filo canabeo.

Litera ab Alfonso Infante Aragoniæ, de prospero statu suo.

EXcellentissimo & Magnifico Principi Domino Edvardo, Dei gratiâ, illustri Regi Angliæ, Domino Hiberniæ, & Duci Aquitaniæ, infans Alfonsus, illustris Regis Aragon. primogenitus, salutem & sinceræ dilectionis affectum.

Ann. D. 1282. An. 10. E. 1. Ex Orig. infra Tur.

Serenitatis vestræ literas manu læta recipimus; & quia nobis significâstis in eis salutem & prosperum statum vestrum, ac Dominæ Reginæ Consortis vestræ, ac liberorum vestrorum, fuimus plurimum ilares & jocundi; significantes vobis per presentes quod nos, per Dei gratiam, die confectionis præsentium vigebamus corporea sospitate; quod scire de vobis crebro multipliciter gauderemus.

Siquæ sunt in partibus nostris affectibus vestris grata, nobis fiducialiter intimetis; parati enim sumus ea pro viribus adimplere.

Dat. Valuc. secundo Kal. Madii, anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo secundo.

De Edmundo, Comite Cornubiæ, assignato ad pacem in diversis Comitatibus conservandam.

REX Vicecomiti Middlesexiæ salutem.

Ann. D. 1282. An. 10. E. 1. Rot. Wall. 10. E. 1. m. 9.

Cum assignaverimus dilectum Consanguineum & fidelem nostrum, Edmundum Comitem Cornubiæ, ad pacem nostram conservandam in Comitatu prædicto, & quibusdam aliis Comitatibus Regni nostri, quamdiu nobis placuerit, prout in litteris nostris patentibus, eidem Comiti inde confectis, plenius continetur;

Tibi præcipimus quod eidem Comiti & eis, quos sub ipso ad conservationem pacis deputaverit, in omnibus, quæ ad conservationem pacis pertinent, intendens & respondens sis, sicut nobis, quandocumque per ipsum Comitem, vel Deputatos ab ipso, super hoc fueris requisitus, donec aliud inde duxerimus ordinandum.

Et, si fortassis contingat quod aliqui malefactores, vel homines ignoti aliqua conventicula fecerint, de quibus sinistra suspitio quoquo modo rationabiliter habeatur, & quorum proterviam, sine ejusdem Comitis adjutorio seu consilio, per te ipsum reprimere non possis, tunc de hujusmodi hominibus, & conventiculis eorum, & ipsorum receptatoribus, & locis, seu partibus, in quibus conversantur, eidem Comiti, sub omni festinatione, distincte & aperte constare facias, ut ipse ad hoc remedium apponat opportunum.

Et hoc sub forisfactura omnium bonorum, quæ possides in Regno nostro non omittas.

Teste Rege apud Gloucestr. tricesimo die Aprilis.

volverunt, vestra annue conscientia inconsulta.

Unde iidem Nuncii quosdam de ipsorum familla ad vos remittere elegerunt, sicut ex eorum litteris certificari possitis; vos autem, super dicti perfectione matrimonii, deinceps juxta vestra beneplacita procedatis.

Data Valuc Kal. Maii, anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo secundo.

Litera Alfonso Regi Castellæ de Insurrectione Wallica, quo fit ut auxilium, contra Saracenos petitum, ei ferre nequit.

Ann. D. 1282. An. 10. E. 1. In Bundela Literarum & Brevium in Turri.

REGI Castellæ salutem

Super statûs vestri prosperitate, quam Deus augeat & conservet, & quam venerabilis Pater S. Galfridus de Eversham, vester Notarius & noster Clericus, Nuncii vestri, ad nos venientes, nobis apertissime retulerunt, læti animo efficimur & jocundi: & requisitionem vestram de subsidio vobis faciendo ad Saracenos, fidei Catholicæ contemptores, & inimicos Crucis Christi, debellandos audivimus diligenter.

Sed ecce! per aliquot dies, antequam Nuncii vestri prædicti ad nos venerunt, videlicet, tempore passionis Dominicæ, quo Judas Dominum prodidit, proditores nostri Lewelinus filius Griffini, & David frater ejus, qui erat familiarius noster & consilarius, cum suis Wallensibus (qui etiam & quorum tota prioritas semper, retroactis temporibus, proditiones & guerras multiformes fecerunt nostræ Prioritati & nobis) proditialiter contra nos insurrexerunt, terras nostras Marchiæ invadendo, fideles nostros interficiendo, villas & oppida cremando, munitiones & Castra obsidendo & diruendo, adeo quod nos, ex improviso præoccupari in istis, ut novit Deus, qui nihil ignorat, dolemus in animo vehementer super eo, quod occasione hujusmodi vobis, ad præsens, non possumus facere subsidium ut vellemus.

Et licet Dominum Papam per dilectum Clericum nostrum Magistrum Hugonem de Evesham nuperrime rogaverimus, ut decimam Regni nostri, in subsidium Terræ sanctæ concessam & collectam, Edmundo germano nostro charissimo, & Comitivæ suæ secum à terra nostra proficienti, in subventionem expensarum

*II.197. * suarum, in eundo versus Terram ipsam, faceret assignari (qui quidem Clericus noster in prosequendo illud negotium ad Cardinalatus apicem (divina cooperante providentia) vocabatur) nondum tamen nobis constat utrum idem Dominus Papa rogatum nostrum prædictum exaudierit in toto, vel in parte, per quod Nuncios nostros ad Curiam Romanam, cum literis nostris de credentia, iterum destinabimus, Domino concedente, qui in adventu Nunciorum vestrorum ad eandem Curiam personaliter intererunt in eadem, eundem Patrem, Dominum O. Tusculan. Episcopum, & prædictum Cardinalem ac alios amicos vestros & nostros in eadem Curia super dicto negotio specialiter iidem Nuncii nostri erga dictum summum Pontificem in quantum poterunt, cum exactissima diligentia instabunt.

Super præmissis autem omnibus Nuncii vestri prædicti voluntatem nostram, & statum nostrum, & charissimæ consortis nostræ, liberorumque nostrorum, ac Regni nostri, vobis plenius referre poterunt viva voce.

Dat. &c.

NOS Remundus Aggerii, Decanus Aviciens. Domini Papæ Capellanus & Nuncius, pro liberatione Domini Almarici de Monteforti, Domini Papæ Capellani, ad illustrem virum Dominum Edwardum Regem Angliæ, & ad venerabiles fratres Dominum Archiepiscopum Cantuar. & Suffraganeos ejusdem destinatus,

Ann. D. 1282. An. 10. E. 1. L. A. f. 309. a.

Notum facimus universis, præsentes litteras inspecturis, quod, in Civitate Attreb. in Capitulo Majoris Ecclesiæ, in præsentia virorum religiosorum Abbatum Sancti Vedasti, Attreb. Montis S. Eligii, & de Mareolo, Attreb. Diocæsis. Dominor. Præpositi, Archidiaconi, Scolastici, Offic. Gardiani, Fratrum Minorum, Fratris Walteri de Orchies, tenentis vices Prioris fratrum prædicatorum, Attreb. Walteri de Basseya, Egidii de Bonveignies Cur. Attreb. Tabellionum, & aliorum multorum, honestorum virorum, Clericorum & Laicorum, præsente multitudine copiosa,

Dominus Almaricus de Monte-forti, Domini Papæ Capellanus, renovando obligationem, quam London. aliàs præstitit, juravit libere & absolute, quod nullo umquam tempore Regnum Angliæ reintrabit, absque Apostolicæ sedis * expressa licentia; *II.198. quodque Regnum ipsum, aliasque terras, Regi Angliæ subjectas, per se vel per alios hostiliter nequaquam invadet, neque etiam occupabit, nec invadi vel occupari ab aliis procurabit; juravit etiam & promisit prædictus Almaricus, quod volentibus adversari prædicto Regi, vel Regno suo, aut personis ipsius Regni favorem aut consensum aliquem non præstabit.

Qua obligatione præstita à dicto Almerico, & per nos receptâ, nos præfatus Decanus auctoritate commissionis nobis factæ, in hiis scriptis, si contra dictam obligationem aliquod facere præsumeret, ex nunc sententiam excommunicationis ferimus: Et ipsum omnibus Ecclesiasticis beneficiis ac privilegio clericali privatum & inabilem decrevimus; ipsumque auctoritate, nobis commissa, inabilem reddimus ad alia in posterum obtinenda.

Præcepimus etiam præfato Almarico, sub prædictis pœnis, quod dictam obligationem perpetuo observet.

In cujus rei testimonium sigilla capituli & Cur. Attreb. dictorumque Abbatum, unà cum nostro sigillo, hiis præsentibus sunt appensa.

Actum loco prædicto, in præsentiâ prædictorum; anno Dom. 1282. in vigilia Ascensionis Domini.

Pro Abbate & Conventu Westmonasterii.

MEmorandum quod hic attitulatur quædam littera, per quam Dominus Rex restituit Abbati & conventui Westm. de Jocalibus, assignatis ad Feretrum beati Edwardi, & liberavit eidem ad impignorandum pro negotiis eorum urgentissimis, prout in littera sua patente patet.

Ann. D. 1282. An. 10. E. 1. Ibidem.

De Exercitu contra Wallenses summonito.

Ann. D. 1282. A. 10. E. 1. Rot. Wall. 10. E. 1. m. 7. d.

Summonitio Prælatorum.

REX venerabili in Christo Patri, J. eadem gratia, Cantuar. Archiepisco, totius Angliæ Primati, salutem.

Quia Walenses, malefactores & complices, ac fautores sui, rebelles

De Exercitu contra Wallenses summonito.

Summonitio Baronum, &c.

Ann. D. 1282. An. 10. E. 1. Rot. Wall. 10. E. 1. m. 7. d.

REX dilecto & fideli suo Johanni de Vallibus salutem.

Quia Walenses, malefactores, & complices, ac fautores sui, rebelles nostri, paci ac tranquillitati Regni nostri invidentes, nuper quosdam de fidelibus nostris subito & seditiose interfecerunt, & quosdam ceperunt, & in prisona detinent, & guerram in terra nostra Walliæ commoverunt, ac deprædationes, homicidia, incendia & alia enormia quamplurima, contra pacem nostram, in partibus illis, nequiter perpetrarunt, & terras nostras & fidelium nostrorum ibidem de die in diem invadunt, & dampna gravia perpetrare non formidant; per quod exercitum nostrum summoneri fecimus, quod sit apud Rothelan. die dominica in crastino Festi beati Petri ad vincula proximo futuri, ad malitiam & rebellionem dictorum malefactorum & complicum suorum reprimendam:

Vobis mandamus, in fide, homagio, & dilectione, quibus, nobis tenemini, firmiter injungentes, quod dictis dici & loco intersitis, cum equis, & armis, & toto servitio vestro, nobis debito, parati exinde nobiscum proficisci in expeditionem nostram contra Walenses, Malefactores, & rebelles nostros prædictos; & hoc nullo modo omittatis.

Teste Rege apud Hertilbyr. 24. die Maii.

Sub eadem forma mandatum est Militibus & aliis subscriptis, viz.

Johanni de Camoys,
Galfrido de Grenuill,
Willielmo de Fednes,
Johanni de Vallibus,
Rogero Extraneo,
Roberto filio Pagani,
Willielmo de Ebroicis,
Osberto Giffard,
Milisente de Monte alto,
Alano de Plukenet,
Roberto de Everingham,
Willielmo filio Warini de Monte Canisio.
Hugoni de Curtenay,
Alexandro de Balliolo Domino de Ebyleham,
Nicholao Corbet,
Waltero de Balun,
Willielmo de Monte Canisio de Edward.
Ricardo filio Johannis,
Regin. de Pauely,
Radulpho de Crumbewell,
Radulpho Basset de Sapecote,
Thomæ de Chancy,
Johanni Giffard de Brymesfeld,
Rogero de Clifford, Juniori,
Fulconi filio Warini,
Willielmo de Leyburn,
Johanni de Breuse,
Willielmo de Breuse,
Ricardo de Breuse.
Johanni Tregoz,
Petro de Malo lacu,
Roberto de Ros de Belvero,
Rogero de Lasceles,
Johanni filio Philippi,
Johanni de Eyvill,
Willielmo de Lindessey,
Adæ de Novo Mercato,
Roberto Tybetot,
Johanni de Balliolo,
Ricardo de Tany,
Adæ le Despenser,
Hugoni Poynz,
Henr. de Novo Burgo,
Willielmo de Gernoun,
Johanni filio Roberti de Bello campo.
Willielmo de Botreus,
Edmundo Comiti Lanc.
Gilberto de Clare Comiti Glouc. & Hertford.
Johanni de Warenna Comiti Surr.
W. de Bello Campo Comiti Warr.
Roberto Comiti Oxon.
Gilberto de Humfravill. Comiti de Aners,
Comiti Norff.
Alexandro Comyn Comiti Boghan,
Willielmo Comiti Pembrok.
Henr. Comiti Lincoln.
Marmeduco Tweng.
Elyæ de Robayne,
Petro de Goushill,
Johanni de Lovel,
Gilberto de Gi,
Johanni Rugayne,
Johanni de Vescy,
Thomæ de Furnevall,
Nicholao de Segrave,
Regin. filio Petri,
Ricardo Malebys,
Roberto de Latoun,
Roberto de Chaundes de Com. Hereford,
Roberto filio Walteri,
Roberto Baroni de Staff.
Rogero la Zuche,
Roberto de Grey,
Galfrido de Caunvill,
Roberto filio Rogeri,
Johanni de Wauton,
** Normanno Darcy,* *II. 201.
Johanni de Sancto Johanne, de Vescy,
Roberto de Neyvill,
Thomæ de Berkeleye,
Willielmo de Derewentewater,
Waltero de Colevill,
Almarico de Sancto Amando,
Johanni Extraneo,
Roberto filio Hugonis de Mortuo Mari,
Galfrido de Lucy,
Galfrido de Maundevill,
Johanni filio Rogeri de Sancto Johanne,
Nicholao de Crioll.
Johanni filio Mathæo,
Patricio de Cadurc.
Gilberto Peche,
Johanni le Mohun,
Hugoni Louel,
Johanni Wahull.

De Pecunia, pro Subsidio Terræ Sanctæ, extra regnum non portanda.

Ann. D. 1282. An. 10. E. 1. Claus. 10. E. 1. m. 4. intus.

REX dilecto Consanguineo & fideli suo Edmundo, Comiti Cornubiæ, salutem.

Quia, quibusdam certis de causis, nolumus quod decima sex Annorum, nuper à Clero Regni nostri in subsidium Terræ Sanctæ concessa, & jam in eodem Regno collecta, ad præsens extra idem regnum deferatur.

Vobis mandamus, quod venire faciatis coram vobis omnes Mercatores London. tam de Societatibus, quam alios, & eisdem injungatis, & sub periculo amissionis vitæ & membrorum & omnium bonorum suorum, quæ possident in regno nostro, firmiter inhibeatis, ex parte nostra, ne pecuniam, de dicta decima provenientem, ullo modo deferant, aut deferri faciant, seu permittant extra idem Regnum.

Et, si quos Mercatores, aut alios, pecuniam, de dicta decima provenientem, extra dictum Regnum deferre volentes, inveniri contigerit,

dam Mercatoribus, qui de novo venerunt de Curia, quod Papa pro certo in brevi veniet Marsiliam; qui etiam pro certo dixerunt mihi quod 5. Civitates Siciliæ insurrexerunt contra Regem Carolum, & interfecerunt omnes Gallicos, habitantes in eis.

Alia non narrantur Parisius digna referri.

•II.201. • Vigeat vita vestra in gratia summi Regis.

Dat. Parisius 7. Kalend. Junii.

In Dorso,

Illustrissimo & Victoriosissimo Principi Domino Regi Angliæ.

De officiis divinis tempore generalis interdicti in Monasterio Sanctæ Trinitatis celebrandis.

Ann. D. 1282. An. 10. E. 1. Ex Autogr.

MArtinus Episcopus, servus servorum Dei, Dilectis Filiis Priori & Conventui Monasterii Sanctæ Trinitatis Londonien. per Priorem soliti gubernari, ordinis Sancti Augustin. salutem & Apostolicam benedictionem.

Devotionis vestræ precibus benignum impertientes assensum, auctoritate vobis præsentium indulgemus ut, cum generale Civitatis Londonien. fuerit interdictum, liceat vobis, omnibus aliis, præsertim excommunicatis & interdictis exclusis, januis clausis, non pulsatis Campanis, & submissâ voce, in vestro Monasterio divina officia celebrare; dummodo causam non dederitis interdicto, nec id vobis contingat specialiter interdici;

Nulli ergo, &c.

Dat. apud Urbem veterem 6. Kalend. Maii, Pontificatûs nostri anno secundo.

Sub filis sericis flavi rubeique coloris.

Pro Monasterio Sanctæ Trinitatis London. Diocef.

Ann. D. 1282. An. 10. E. 1. Ex Autogr.

MArtinus Episcopus, servus servorum Dei, Dilecto Filio Abbati de Walecham, Londonien. Dioc. salutem & Apostolicam benedictionem.

Querelam dilectorum filiorum Prioris & Conventus Monasterii Sanctæ Trinitatis Londonien. per Priorem soliti gubernari, ordinis Sancti Augustini, recepimus; continentem quod nonnulli clerici & ecclesiasticæ personæ, tam religiosæ, quàm seculares, etiam in dignitatibus & personatibus constitutæ, ac Comites, Barones, milites, & alii laici Lincolnien, Londonien. & Roffen. Civitatum & Dioc. qui prata, pascua, nemora, molendina, terras, possessiones, & alia bona immobilia, sub annuo censu vel reditu, à Monasterio ipso tenent; hujusmodi censum seu redditum sibi, contra justitiam, exhibere non curant, quamquam pratorum, nemorum, molendinorum, terrarum, & aliorum præmissorum bonorum possessionem pacificam habeant, & fructus integrè percipiant eorundem: propter quod præfatis Priori & Conventui grave imminet præjudicium, & eidem Monasterio non modicum detrimentum:

Cum autem ex parte ipsorum Prioris & Conventus ad nostram providentiam super hoc habitus sit recursus, discretioni tuæ per apostolica scripta mandamus quatinus, si est ita, dictos clericos, personas, Comites, Barones, milites, & laicos ad exhibendum

De Rege Franciæ, Arbitro per Regem Angliæ constituto, in diversis quæstionibus, inter ipsum & Gentes suas Aquitaniæ.

Ann. D. 1282. An. 10. E. 1. Rot. Vasc. 10. E. 1. m. 1.

REgi Francorum, Rex Angliæ salutem, & perpetuam voluntatem ad vestra beneplacita & mandata.

Cum diversæ quæstiones, coram vobis, inter nos, & gentes nostras Ducatûs nostri Acquitanniæ, ex parte unâ, & Episcopum & Capitulum Vasaten. ex alterâ; super omnibus quæstionibus & quærelis prædictis, & omnibus aliis, quæ coram vobis exponentur, dominationi vestræ tractandi, ordinandi, componendi cum dictis Episcopo & Capitulo, ac etiam arbitrandi alte & basse, sine strepitu & aliqua figura judicii, ubi & quando vobis placuerit, plenam & liberam committimus potestatem:

Promittentes nos perpetuo servaturos quicquid, per vos solum in hiis, quæ de jure vel consuetudine poteritis; & cum assumpta à vobis alia persona ecclesiastica in hiis, quæ solus de jure vel consuetudine decidere non potteris; super præmissis, vel aliquo præmissorum, ordinatum, compositum fuerit, vel etiam arbitratum; renunciantes expresse omni juri de personâ incertâ, in arbitrium non sumendâ.

Et hoc vestræ Regiæ Majestati, & omnibus, quorum interest, vel interesse potest, significamus per præsentes.

In cujus, &c.

Dat. apud Cestriam 8. die Junii.

Litera Martino Papæ quarto responsoria, de signo Crucis assumendo, & termino generalis passagii præfigendo.

Ann. D. 1282. An. 10. E. 1. Claus. 10. E. 1. m. 5. d.

SAnctissimo in Christo Patri & Domino, Domino M. Divinâ Providentiâ, Sacrosanctæ Romanæ ac Universalis Ecclesiæ summo Pontifici, Edwardus, &c. cum omni reverentia & honore, pedum oscula beatorum.

Venientes ad præsentiam nostram Fratres Gernerius & Ramerius de Florent. Ordinis Prædicatorum, nobis tunc agentibus versus partes exteras regni nostri, Sacrosanctæ Paternitatis vestræ literas super assumendo salutiferæ Crucis signo, & de consilio vestro de termino passagii generalis & idoneo ab hoc tempore exprimendo, nobis ex parte vestra præsentarunt;

Quas non tam latâ manu, quàm animo prompto recipientes, & ad eas audiendas & intelligendas, depositis seorsum cæteris & diversis curis nostris, tota devotione convertimus mentem nostram.

Et, ex eorundem concepto tenore, quasi cujusdam novæ lætitiæ rore perfusi, tanto facti fuimus amplius consolati, quanto clementiam Apostolicam, & Sanctam Romanam Ecclesiam, Matrem nostram, erga personam nostram, quam semper devotam reperiet specialioris prærogativâ dilectionis, & intimioris affectionis visceribus affectam esse, evidentioribus indiciis tenor docuit earundem; pro quarum quidem missione gratuita ad pedes Apostolicæ Sanctitatis cum omni humilitate provolvimur, & eidem, quantacumque scimus & possumus, non indigne persolvimus laudum præconia; & sicut devoti filii, devota adjicimus munera gratiarum.

Ipsos quoque fratres, Nuncios vestros, quos in eleganti expositione & declaratione commissi sibi Nuncii adeo providos & discretos invenimus quod animum Regium eorum inductiva persuasio • nimium confortavit, Regia mansuetudo multimode commendavit, & extollendam ipsorum prudentiam in negotio ipso vehementer acceptavit. •II.204.

Et,

... compromissum, & dilectis filiis Magistro Riccardo de Lamore Archidiacono, ac fratri Adæ de Lyda, & quinque aliis Monachis ipsius Ecclesiæ, eligendi ea vice personam ydoneam in Ecclesiæ præfatæ Pastorem, tam de ipsis, quàm aliis de Collegio ipsius Ecclesiæ, aut aliunde, contulerunt unanimiter plenariam potestatem:

Qui secedentes in partem, & tractatu super hoc inter se habito diligenti, sex ex eisdem compromissariis in eundem Archidiaconum eligendum in Pastorem ipsius Ecclesiæ convenerunt, ac idem frater Adam, de mandato Collegarum suorum, vice sua & dictorum Collegarum, & etiam omnium de prædicto Capitulo, prædictum Ricardum Archidiaconum in Episcopum Wyntonien. elegit; ac postmodum omnes & singuli de ipso Capitulo hujusmodi electionem, cui dictus Archidiaconus jam consenserat, publicatam in eadem Ecclesia unanimiter acceptarunt.

Prædicta igitur electione venerabili fratri nostro Cantuarien. Archiepiscopo, loci Metropolitano, ex parte ipsius Capituli præsentata, & eodem Capitulo illam confirmari petente, demum, prædictæ electionis negotio, per Appellationes Archidiaconi & Capituli prædictorum ad Apostolicam sedem delato, idem Archidiaconus, postquam aliquandiu coram nobis fuerat in negotio ipso processum, saniori ductus consilio, omni juri, siquod sibi ex electione prædicta quæsitum fuerat, sponte cessit, ac illud pure ac libere in nostris manibus resignavit:

Nosque cessionem & resignationem hujusmodi, de fratrum nostrorum consilio duximus admittendas; provisionem ipsius Ecclesiæ, illa vice, de ipsorum fratrum consilio, dispositioni sedis Apostolicæ reservando; ac postmodum super provisione ipsius Ecclesiæ, ne diutius viduitatis dampna deflerer, cum fratribus ipsis tractatu habito diligenti, * ad venerabilem fratrem nostrum Johannem Episcopum Wyntonien. tunc Archidiaconum Exonien. & Capellanum nostrum, utique virum eminentis scientiæ, vitæ laudabilis & honestæ, cujus mores & conversatio apud sedem Apostolicam sunt probati, *II. 205.

Direximus intuitum nostræ mentis, ac de ipso Johanne Episcopo, de ipsorum fratrum nostrorum consilio, Ecclesiæ Wyntonien. memoratæ providimus, ipsumque eidem Ecclesiæ præfecimus in Episcopum & Pastorem, ac sibi, apud eandem sedem, per venerabilem fratrem nostrum   Ostien. & Velletren. Episcopum, fecimus munus consecrationis impendi; firma concepta fiducia quod, dirigente Altissimo actus suos, eadem Ecclesia, per suæ circumspectionis industriam, in spiritualibus & in temporalibus prosperè dirigetur, & salubria, dante Domino, suscipiet incrementa.

Quia vero tu, circa sedem ipsam, ab ætate tenerâ, devotionis spiritum habuisse dinosceris, & Dei ministris te semper reddidisse benivolum comprobaris; nos securâ fiduciâ Serenitatem tuam rogandam duximus & monendam, quatinus circa prædictum Episcopum ita tuæ gratiam Benignitatis effundas, ut ipse, fultus tui favoris auxilio, in executione Pontificalis officii possit assiduè prosperari, ac tibi exinde gratiæ divinæ præmium & augmentum nostræ Benivolentiæ adipiscentur.

Dat. apud Urbem Veterem decimo septimo Kal. Julii, Pontificatus nostri anno secundo.

Sub filo canabi.

... plir, al honur de vestre Seingnurie, que Deu garde & multeplie en biens.

E, pur ceo que nus ne pouns venir a nostre desir & a vestre commaundment, vus priuns que vus voielez receiure Roger nostre fiuz en nostre leu, lequel nus vus * enviums ove nostre service, *II. 206.
que nus vus sumes tenuz pur noz terres de Angleterre, que vos plesirs & commandemens ferra a tut sun poer, ensemblement od nus & tus les nos, quant nus y purrons entendre pur la busoigne avandite; vestre volente en tutes choses nus veiolez comaunder teutes heures, cum a vestre lige & leaus cum nus durums.

Saluz.

Litera a Gastone de Bern, quod paratus est servitium Regis præstare contra Wallenses Rebelles, vel alibi pro libito Regis.

MAgnifico & potenti Principi Edwardo, Regi Angliæ, Domino Hiberniæ, & Duci Aquitan. humilis suus Gasto de Bearn, Dominus Montis Cathani & Castri veteris, salutem, cum omni debito reverentiæ & honoris. Ann. D. 1282. *An.* 10. *E.* 1. *Ibidem.*

Datum est nobis intelligi quod Wallenses de novo contra vos insurrexerunt, & dederunt vestris gentibus multa dampna, & quod Rex Franciæ prohibet ne equi, vel aliqui cum armis transeant in Angliam per terram suam:

Verum, quia servire vobis toto cordis desiderio affectamus, & ignoramus an nostrum servitium sit vobis gratius & utilius in istis partibus vel in istis, vestram Excellentiam deprecamur, quatenus nos super hoc, quid inde vobis placeat, per vestras litteras dignemini reddere certiores.

Præterea quod Dominus Johannes de Greheli, Senescallus vester, circa regimen terræ vestræ de Vasconia non potest assidue intendere, cum aveat vestra alia negotia in Francia & alibi gerere, ac Ballivi, & alii, loco eorum tenentes, multas injurias & dissentiones gentibus vestris facient, contra foros & consuetudines Patriæ, ex quibus gentes vestræ corda sua retrahunt a fervore vestræ dilectionis.

Dominationi vestræ humiliter supplicamus, quatenus mandetis Domino Johanni ut injurias & dampna, quæ Ballivi, & loco eorum tenentes vestris gentibus dederint indebitè, faciat sine dilatione prædictos Ballivos emendare; maxime cum hoc in vestrum commodum non redundet: ut sic corda gentium vestrarum, quæ semper præ cæteris Dominis de mundo habuistis, more solito habeatis:

Denique recommendamus Excellentiæ vestræ Petrum Arnaldi de Vil. & Petrum de   venerabiles Cives vestros de Bayona; qui, sicut audivimus, ad vestram præsentiam sunt venturi; secure enim vobis possumus affirmare quod vobis, & mandatis vestris, &c, sine contradictione qualibet, cum amicis suis, semper fuerunt hobedientes; propter quod majorem mereantur vobiscum gratiam invenire:

Commendamus insuper vestræ gratiæ nometipsos.

Dat. in   die veneris post Festum Apostolorum Petri & Pauli.

 Litera

Dat. apud Scon. tertio die Julii, anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo secundo.

Litera ab Alianora Matre Regis petitoria, quod Regem Franciæ nomine suo sollicitaret in negotio Provinciæ.

Ann. D. 1282. An. 10. E. 1. Ibidem.

ALianore, par la grace de Dieu, Roine d'Engleterre, a nostre chere filz, le Roy, saluz & nostre benoyzon.

Nos avons mestiere de vestre Prier au Roi de France, que il nous soit aidant a porchacer nostre droiture en la partie, qui apartient a noz en la terre de Provence:

Nos avoms fet fere une lettre de par vos, la quele nous vo envoions, & voz prioms, que vos la vuillez oir, si ele vos plest, & facez la seler; & si non, voillez commander que ele soit emendee a vestre pleisir, & per vos soit tost envoiee a vestre Autele ma Dame de France.

Et vos, prioms onkere que voz voillez mander, par vestre lettre, a Mestre Bonet vestre Clerc, que il voille mostrer, & avancer ceste bosoigne en la Court de France, a meuz que il porra.

A Dieu voz commendons.

Donees a Wautham 8. jor de Juyll.

De Coupiatoribus providendis & eligendis ad passus amputandos in partibus Walliæ.

Ann. D. 1282. An. 10. E. 1. Rot. Wall. 10. E. 1. m. 5.

REX Vicecomiti Gloucestr. salutem.

Quia ad passus amputandos in partibus Walliæ coupiatoribus multum indigemus ad præsens, vobis præcipimus, firmiter injungentes, quod statim, visis litteris istis, omnibus aliis negotiis postpositis, provideri facias de centum coupiatoribus, de potentioribus & fortioribus de balliva tua; ita quod quilibet eorum habeat unam bonam, magnam & fortem hachiam, vel securim, ad grossas & parvas arbores succidendas & prosternendas, prout dilectus & fidelis noster Willielmus de Percy, quem ad te ea occasione specialiter mittimus, & in cujus præsentia volumus quod dicti coupiatores eligantur, tibi scire faciat ex parte nostra.

Et modis omnibus provideas quod dicti coupiatores sint apud Cestriam, die Sabati, in octabis instantis Festi beati Petri ad vincula, parati ad veniendum ad nos apud Rothelan. die Dominica proxima sequenti, ad faciendum ulterius quod eis injungetur ex parte nostra.

Et de exitibus ballivæ tuæ habere facias cuilibet de coupiatoribus illis vadia sua præ manibus, videlicet, unicuique eorum tres denarios per diem, à die recessûs sui à te, usque ad octo dies proximò sequentes completos.

Provideas etiam quod dictos coupiatores, per aliquem de tuis, de quo confidis, dicto die Dominico habeas apud Rothelan. ita quod ille, quem mittes ad ipsos conducendos per visum & contrarotulum prædicti Willielmi, de nominibus & personis coupiatorum illorum nobis possit respondere.

Et hoc, sub periculo amissionis omnium quæ possides, nullatenus omittas.

Et de pecunia, quam eis liberaveris, tibi in compoto tuo debitam allocationem habere faciemus.

*II. 208. * Teste Rege apud Rothelan. 15. die Julii, &c.

nobis multas injurias & frequenter, & quod vobis displicere communiter ab omnibus extimatur; set nos, de amore vestro nullatenus diffidentes, hoc vobis familiariter intimamus.

Iterum, quantum possumus humiliter supplicamus, ut placeat vestræ Regiæ Majestati, quod Galhardo de Liegonio, secundum mores & consuetudines patriæ, fiat breviter justitiæ complementum.

Valeat vestra Magestas Regia in Domino nostro, & semper.

Dat. Burd. Id. Julii, anno, &c.

Litera a Petro Rege Aragon. in Barbaria existente, de tractatu cum Papa; de precibus Siculorum; de proposito suo ad Siciliæ Regnum vendicandum.

Ann. D. 1282. An. 10. E. 1. In Bundella Literarum, &c. in Turri.

EXcellentissimo & quamplurimum diligendo Domino E. Dei gratiâ, illustri Regi Angliæ, Domino Ybherniæ & Duci Aquitaniæ, P. per eandem gratiam, Rex Arragonum, salutem & sinceræ devotionis affectum.

Dilectioni Regiæ præsentibus intimetur, quod nos, ante recessum nostri viatici armatæ nostræ, videlicet, in quo sumus, cum proponeremus illam ad Dei servitium facere, misimus Nuncium nostrum ad summum Pontificem, ut nobis, super eodem negotio, subsidium largiretur;

Quem idem Nuncium dictus summus Pontifex, audita supplicatione nostra, timens an Regem Siciliæ accederet, sine responsione aliquâ relegavit.

Postmodum verò cum venerimus in Barbariam, ad locum, videlicet, de Altoyl, ad exaltationem fidei Christianæ, adhibito consilio Richerhominum nobiscum existentium, destinavimus iterum ad dictum summum Pontificem nostrum * Nuncium, super eo, *II. 209.
videlicet, quod nobis in prosequendo facto, per nos inchoato, subveniret, nobis decima per Ecclesiam in Regno nostro recepta, & concederet indulgentium *Apostolicam* nobis, & illis qui nobiscum essent, & etiam quod terram nostram & ipsorum reciperet sub protectione Ecclesiæ & commodo; cui Nuncio dictus summus Pontifex fecit quandam dilatoriam impensionem, distulitque sibi tradere literam.

Cumque nos *resisteremus* inimicis fidei, ut nostrum erat propositum si dicto summo Pontifici complaceret, venerunt ad nos Nuncii quorundam locorum & Civitatum Regni Siciliæ, exponentes nobis & supplicantes quod ad Regnum ipsum *accederemus*, quia omnes Siculi unanimes & concordes nos in eorum Dominum invocabant;

Nos, siquidem advertentes, quod istud esset nobis & Dominationi nostræ honorificum & utile, *accedere* ad dictum Regnum Siciliæ cum familia nostra & stolo, ad habendum & impetrandum jus, quod illustris & bona Consors nostra, Domina Regina Aragon. & filii nostri habent in eodem Regno, *proponimus*; & erit decus nostrum & nostrorum, Domino perhibente.

Cæterùm, cum ad gaudia *connotentur*, quotiens de statu *vestro* vobis prospero, *felicia audiamus*, rogamus vos quatinus certificetis nos de salute & statu vestro, quem semper voluimus prosperum & jocundum; nichilominus reservantes quicquid vestræ Discretioni facto præmisso, præmeditato & circumspecto.

Dat. apud Altoyll, &c.

De

*II. 210. * *Petri Regis Aragonum Litera de Plenipotentia super Matrimonio contrahendo inter Alfonsum Filium ejusdem Regis, & Alianoram Filiam Regis Angliæ. Et Contractus inde secutus.*

Ann. D. 1282. *An.* 10. *E.* 1. *L. A. f.* 140. *b.* *Penes Camerar.*

UNiversis, ad quos præsentes pervenerint, Bernardus, Dei gratiâ, Tarachonensis Archiepiscopus, & Jarbericus, eâdem, Episcopus Valentiæ, salutem in eo, qui est omnium vera salus.

Mandatum Domini nostri, Dei gratiâ, Regis *Aragonum*, *nos recepisse noveritis in hæc verba:*

Procuratio Petri Regis Aragoniæ.

NOverint universi quod nos, Petrus, Dei gratiâ, Rex Aragonum, damus & concedimus vobis venerabilibus Bernardo, per eandem, Archiepiscopo Terrachonensi, & Jarberico, per eandem, Episcopo Valentino, plenum posse quod, auctoritate nostrâ & loco nostri, possitis consentire super matrimonio, contrahendo inter carissimum primogenitum nostrum infantem Alfonsum, & Alienoram primogenitam illustris Regis Angliæ, seu Procuratores ejusdem Regis, & ejusdem Alienoræ, ad hoc specialiter constitutos;

Et quod nomine nostro possitis assignare certa loca, Castra scilicet vel Villas, de Regno nostro, pro Arris dictæ Alienoræ constituendis ad consuetudinem Rêgni nostri; & obligare pro dote, quæ nomine ejusdem Alienoræ dabitur, certa loca Dominationis nostræ, prout dicti Procuratores eorum, ex prædictis, de arris & dote duxerint eligendum.

Super quibus omnibus vos constituimus Procuratores certos & speciales nostrorum, dantes & concedentes vobis, vel alteri vestrûm per se, plenam potestatem super omnibus & singulis prædictorum;

Et promittimus, Notario infrascripto stipulanti, nomine illorum, quorum interest, quicquid, per vos vel alterum vestrûm super præmissis fuerit ordinatum, ratum & firmum habere, & nullo tempore revocare.

Dat. apud Portum Sangos. Kal. Junii, anno Domini millesimo ducentesimo octuagesimo secundo.

Signum Petri, Dei gratiâ, Regis Aragonum.

Testes sunt Rodricus Exim. de Lunâ, Procurator Regni Valentiæ, Guilebertus de Crudeliis, & Johannes de Prochida.

Signum Petri Marthusii scriptoris Domini Regis, & Notarii publici per totam Dominationem suam, qui mandato ejusdem hoc scribi fecit, & clausit, loco, die, & anno præfixis.

Nos autem, Archiepiscopus, & Episcopus prædicti, ejusdem Domini Regis mandatis parere volentes, virtute & auctoritate prædicti mandati, contracto matrimonio per verba de præsenti inter il-

vice, nomine, loco & auctoritate ejusdem Domini nostri Regis Aragonum, obligamus, simul cum aliis quatuor locis prædictis, alia duo loca Castra & Villas infrascripta, silicet, Turolium & Darocham, cum omnibus suis juribus & pertinentiis, in forma & modo, prout superius de aliis quatuor locis exprimitur; hoc excepto, quod dicta Domicella tunc primò fructus prædictorum duorum locorum percipere inciperet, si matrimonium contigerit esse solutum: Obligationem tamen & Juramenta fidelitatis ex nunc recipiet ipsa, vel ejus procurator, & obedientiam, in casu prædicto soluti matrimonii, à subditis dictorum locorum, sicut de quatuor aliis locis superius nominatis.

Et, si eamdem Domicellam sine liberis mori contigerit, tota dos ad Patrem suum, silicet Dominum Regem Angliæ, vel Hæredem suum revertetur.

Et pro eadem dote, per ipsum Dominum Regem Angliæ, vel Hæredem suum in casu prædicto recuperandâ, obligamus eidem Domino Regi, & Hæredi suo, prædicta sex loca, cum omnibus pertinentiis & juribus superiùs nominatis, in forma, modo, & conditione, quibus eidem Domicellæ eadem pro prædicta dote duximus obliganda.

Si autem prædicta illustris Domicella Alienora sine liberis decesserit, de tertiâ parte dotis prædictæ, & si, liberis existentibus, decesserit, de tota dote (reservata tamen liberis suis legitima portione) suum pro voluntate condere poterit testamentum.

Item, si Dominam Reginam Aragonum, quæ nunc est, Castra, Civitates, seu villas, & loca, quæ pro arris suis & dote tenet obligata, aliquo casu dimittere contigerit, silicet, Oscham, Gerundam, Castrum de Besaudon, & Montaneam de pratis; eadem loca assignabuntur, & tradentur, cum pertinentiis dictorum locorum, Filiæ Domini Regis Angliæ supradictæ, si placuerit Domino nostro Regi Aragonum supradicto, pro arris suis & dote.

Ita quod ex tunc fructus dictorum locorum percipiat; & eos, non computando in sortem, suos faciat, donec de dote prædicta sibi fuerit satisfactum:

Ita tamen quod prædicta loca, quæ prædicta Domina Regina nunc tenet, sint eidem Domicellæ pro arris & dote, & Patri suo & Hæredi ipsius in casu prædicto obligata, simul cum Turolio & Darocha, secundum formam, modum & conditionem, quibus alia loca nominata superius obligantur eidem, si Domino Regi Aragon. placuerit, ut est dictum, quod permutatio fiat dictorum quatuor locorum, quæ tenet dicta Domina Regina, cum his quatuor quæ traduntur pro arris dictæ Dominæ Alienoræ;

Et, possessione dictorum locorum, quæ Domina Regina nunc tenet, præfatæ Domicellæ corporaliter traditâ, prædicta quatuor loca, scilicet, Jacta, Barbastrum, Luna & Pertusia ad dictum Dominum Regem Aragoniæ & suos Hæredes liberè revertentur.

De præmissis autem sex locis, superiùs assignatis, & obligatis eidem Domicellæ, secundum formam, modum & conditionem suprascripta, eandem Domicellam, vice & nomine ejusdem Domini nostri Regis Aragonum, & prædictum Dominum Johannem de Vescy, procuratorem ipsius Domicellæ, nomine ejusdem recipientem, juxta formam prædictam præsentialiter investimus; præcipientes omnibus subditis prædictorum quatuor locorum, scilicet,
* Jactæ, Barbastri, Lunæ & Pertusiæ, ut eidem Domicellæ, vel *II. 212.
ejus mandato in omnibus obediant & respondeant, & de omnibus

eidem

Præsentibus Testibus,

Domino Infante Jacobo illustris Regis Aragon. filio,
Domino Jacobo, Dei gratiâ, Episcopo Oscæ;
Nobilibus, Athone de Focibus,
Guilaberto de Crudiliis,
G. Willielmi de Sancto Vincentio,
Magistro Arnaldo de Curre, Domini Regis Aragonum Cancellario,
Blasio Eximini de Ayerb.
Blasio Petri de Arbor. militibus,
Petro Martini de Artasona, Justic. Aragon.
Guillielmo Stephani, Hospitalario Sedis Terrachon.
Pontio de Guardis, Canonico Terrachon.
Fernando Petri de Pina,
Raymundo de Toillano,
Magistro Raymundo Sancii, illustris Regis Angliæ Clerico;
Domino Rogero de Chirlanda milite, &
Magistro Bernardo de Monte Cosino Clerico.

Signum Johannis de Vescy prædicti, qui hæc laudamus & firmamus.

Signum Infantis Alfonsi illustris Regis Aragonum primogeniti, ejus vices gerentis, qui hæc laudamus, concedimus, & firmamus.

Signum Petri Marchesii Scriptoris prædictorum, Domini Regis Aragonum, & Domini Infantis Alfonsi Notarii publici per totam dominationem suam, qui hoc scribi fecit, & clausit loco, die, & anno præfixis.

•II. 213. ** De Plenipotentia Aleanoræ, super dicto Matrimonio, & tractatus inde consecutus.*

Ann. D. 1282. *An. 10. E. 1. L. A. f. 143. b. Penes Camerar.*

IN Nomine Domini Jehu Christi.

Noverint universi quod, tractatu habito inter illustres Dominos, Edwardum, Dei gratiâ, Regem Angliæ, & Dominum Petrum, per eandem Regem Aragonum, de Matrimonio contrahendo inter nos Alfonsum, illustris Domini Regis Aragonum prædicti primogenitum, & inclitam Dominam Alianoram, primogenitam ipsius Regis Angliæ, de mandato ipsius Regis Angliæ, fuit missus Nobilis Vir Johannes de Vescy, Procurator specialiter constitutus ab ipso Rege Angliæ & à dicta Domina Alianora, pro ipso Matrimonio contrahendo; tenores quarum procurationum sunt tales, Edwardus Dei gratiâ Rex Angliæ, *&c. ut supra, de data apud Cirencester decima die Febr.*

Pateat universis Christi fidelibus quod nos Alianora, illustris Regis Angliæ primogenita, credentes matrimonii vinculum inter inclitum virum Infantem Dominum Alfonsum, illustris Regis Aragonum primogenitum & Hæredem, & nos secundum statuta sacrorum Canonum, quamquam absentes corpore, effectualiter posse contrahi in futurum, dilectos nobis in Christo Dominos Johannem de Vescy, & Antonium Beck, Domini Regis Patris nostri Secretarios, & quemlibet eorum in solidum, ita quod non sit melior conditio occupantis, non vi, nec metu, seu dolo inductæ, parentum & aliorum Amicorum nostrorum accedente expresso consensu, procuratores nostros & Nuncios, ad hoc specialiter electos, facimus & constituimus per præsentes;

Dantes eis, & eorum alteri liberam & expressam potestatem, & tenere & complere, & in aliquo non contravenire;

Versâ vice, nos, Johannes de Vescy, Procurator prædictus, nomine procuratorio ipsius Domini Regis & Dominæ A. consentimus in vos dictum Dominum Alfonsum, ut in maritum prædictæ Dominæ A. & vobis corpus ipsius * Dominæ A. per verba de præsenti, tradimus & concedimus in Uxorem, & vos, procuratorio nomine ipsius Dominæ A. recipimus in maritum ejusdem Dominæ A. & vobiscum Domino Alfonso prædicto recipiente, nomine ipsius Dominæ A. Matrimonium contrahimus de præsenti; • II. 214.

Et, ut prædicta majori gaudeant firmitate, nos Johannes de Vescy, Procurator dicti Domini Regis Angliæ & Dominæ Alianoræ, prædictorum, juramus in animam ipsorum per Deum, & ejus Sancta quatuor Evangelia, manibus nostris corporaliter tacta, quod ipsi servabunt & complebunt omnia & singula supradicta, & non contravenient aliqua ratione.

In quorum omnium testimonium & majorem firmitatem, nos Infans Alfonsus, & Bernard. Dei gratiâ, Terrachon. Archiepiscopus, & Jasbertus, per eandem, Valenc. Episcopus & nos Johannes de Vesci Sigilla nostra præsenti Cartæ, per Alphabetum divisæ cum alia Carta ejusdem tenoris, duximus apponenda.

Data fuerunt hæc apud Oscam octavo decimo Kalendas Septembris, anno Domini 1282.

Præsentibus testibus,

Domino Infante Jacobo, illustris Regis Aragon. filio,
Domino Jacobo, Dei gratiâ, Episcopo Oscæ.

NOBILIBUS.

Athone de Focibus,
Guilaberto de Crudiliis,
Guillielmo de Sancto Vincentio,
Magistro A. de Turre, Domini Regis Aragon. Cancellario,
Blasio Eximini de Ayerb,
Blasio Petri de Arbor. militibus.
Petro Martini de Arcasona Justiciario Aragon.
Guillielmo Stephani, Hospitilario Sedis Terrachon.
Pontio de Guardia Canonico Terrachon.
Ferrando Petri de Pina.
Raymundo de Toyllano.
Magistro Reymundo Sancii, illustris Regis Angliæ Clerico;
Domino Rotgerio de Obrolanda Milite, &
Magistro Bernardo de Montecino Clerico.

Signum Johannis de Vescy prædicti, qui hunc laudamus, firmamus & juramus.

Signum Infantis Alfonsi illustris Regis Aragon. primogeniti ejus vices gerentis, qui hunc laudamus, concedimus, firmamus & juramus.

Signum Petri Marchesii scriptor. prædictorum Domini Regis Aragon. & Domini Infantis Alfonsi, & Notarii publici per totam Dominationem suam, qui hunc scribi fecit & clausit loco, die, & anno præfixis.

Litera

... super eo vobis non scripsimus, causa fuit doloris immensitas, qui, ex hujusmodi casu lugubri, nostri cordis intrinseca ingenti vulnere sauciavit;

Et, quia dolor est meminisse dolorem, nos, hujusmodi mæstuosam materiam sub breviloquio transeuntes, scire vos volumus quod, per gratiam summi Regis, cuncta nostra negotia diriguntur ad votum; *nam venerabili Coloniensi Archiepiscopo, pro honore Imperii, sincere & integre vestrâ gratiâ reformato, in pacis & tranquilitatis amœnitate respirant omnia nostræ credita potestati:*

Cæterum pro Grimoardo de Altis Vineis, Clerico devoto nostro dilecto, Celsitudinem Regiam rogamus, plenissimo cum affectu, quatenus, nostræ petitionis intuitu, ipsum vobis habere velitis favorabiliter recommissum; & sic sibi vestri favoris & gratiæ benivolentiam impertiri, quod, de precum nostrarum adminiculo, consolationem à vobis se gaudeat recepisse.

Dat. in Castris Auce & Annegge 6. Kal. Sept. Regni nostri anno 9.

Magnifico & Potenti Principi, Domino E. Regi Angliæ illustri, amico nostro karissimo.

Duæ Cedulæ facientes mentionem de Bullis, Cartis, & aliis Munim. inventis in Thesauraria Regis Scotiæ apud Edenburgh.

Ann. D. 1282. An. 10. E. 1. Penes Camerar. ANno Domini millesimo, ducentesimo, octogesimo secundo, die Sancti Michaelis, visa sunt Munimenta & scripta Domini Regis in Thesauraria apud Edinburg. ex præcepto R. per Magistros Thomam de Carvoco, Radulphum de Bosco, & Willielmum de Dunfr.

B U L L Æ.

In primis Bullæ Papales.

BUlla Honorii Papæ, quod Ecclesiæ Scoticanæ immediate sint subjectæ summo Pontifici, & Confirmatio Privilegiorum Regis & Regni.

Item, Similis Bulla Celestini.

Item, Similis Innocentii tertii.

Item, Bulla Innocentii quarti, de protectione & confirmatione Jurium & Libertatum Regis & Regni.

Item, Similis Bulla Alexandri quarti.

Item, Bulla Innocentii quarti ne Prælati perturbent libertates & jura Domini Regis.

Item, Bulla Innocentii quarti Conservatoria, ne feratur sententia excommunicationis in personam Reg.

Item, Bulla Innocentii quarti dupplicata, ne causæ Electionum, vel aliæ examinentur extra Regnum Scotiæ, & præcipue in Diocesi Eboracensi.

... minus valentes.

Negotia tangentia Angliam.

LItera Regis Ricardi promissoria Regi Scotiæ quod restituet ei omnia jura sua, set vix apparet sigillum.

Item, Carta ejusdem Regis Ricardi de restitutione Jurium & Castrorum, Libertatum & Literarum Regis Scotiæ.

Item, Litera Regis Henrici de redditione honorum in Huntintun.

Item, Litera R. Johannis quod non possit Castrum firmari super portum de Twedmuth.

Item, Litera H. Reg. Angliæ de Maritagiis sororum Reg. Angliæ & sororum Reg. Scotiæ.

Item, Litera Henrici Reg. Angliæ quod compositio, inita inter Reges apud Novum Castrum de Tyn, non præjudicat Regi Scotiæ in Maritagiis libere faciendis.

Item, Litera Reg. Johannis, ad recipiendum septem mil. & D. Marc. ad opus Reg. Angliæ pro quodam fine, & de residuo remittendo.

Item, Litera monitoria Episcopi Elien. Apostolicæ sedis Legati ad solvendum quandam pecuniæ summam Regi Angliæ.

Item, Litera Regi Angliæ de die statuto apud Norham.

Item, Litera quod non trahatur in consequentiam adventus Reg. Scotiæ ad coronationem Regis Angliæ, nec per hoc præjudicium generetur.

Item, ultima Confœderatio facta inter Henricum Regem Angliæ & Alex. Regem Scotiæ apud Novum Castrum de Tyn. & quod nullus illorum movebit Guerram contra alium nisi ad ipsius defensionem; ubi non sunt sigilla Comitum Gloverinæ & Herfordiæ, nec videntur fuisse appensa.

Item, Litera Conventionalis facta inter Regem Angliæ & Reg. Scot. super Maritag. Margaretæ filiæ Regis Angliæ.

Item, Litera Regi Angliæ de feodo præstando Regi Scotiæ, vel de conductu, & est dupplicata.

* Item, Litera arbitrii Ottonis Legati inter Reges Angliæ & Scotiæ super Arreragiis de ducentis libratis terræ. *II. 217.

Item, Litera R. Angliæ quod non præjudicetur Regi Scotiæ quod venit semel in Angliam sine conductu, ubi sigillum vix apparet.

Item, Carta Regi Angliæ de Advocationibus Ecclesiarum de Penreth. & de Cumbirland.

Item, Carta de Langwathii, &c. & de quadraginta libratis Terræ in Penreth.

Item, Litera Edwardi de succursu petendo à Rege Scotiæ, & est dupplicata.

Item, Litera R. Angliæ pro Rogero Bygot de deposito pro Maritagio sororis Regis.

Item, Litera Confœderationis Ricardi Marscalli.

Item, Confœderatio inter Regem Scotiæ & Barones Angliæ olim facta.

Item, adjudicatio Terrarum Northumbriæ, & Cumbirlandiæ, & Westmerlandiæ per Barones Angliæ, Regi Scotiæ.

Item, Litera Conventionalis inter Regem Scotiæ & Barones Angliæ, super quibusdam Matrimoniis.

Dd Item,

Item, Litera Regis Angliæ quod non vertatur in præjudicium Regi Scotiæ quod homagii sui receptio fuit prorogata de Tuckysbyri usque Lundon.
Item, Litera inter Regem & Adam de le Crokidayk de Communia de Soureby.
Item, Litera inter Regem Scotiæ & Galfridum filium Yvonis de Communia de Soureby.
Item, Litera Alex. de Boultun. de Communia de Soureby.
Item, Litera quod non cedat Regi Scotiæ in præjudicium quod Ballivi sui reddiderunt ei Ballias suas apud Eboracum.
Item, Magna Carta de Penreth. facta apud Eboracum.
Item, Carta Reg. Angliæ de mil. libr. debitis Regi Scotiæ ratione dotis filiæ suæ.
Item, Litera Regi Angliæ quod adventus Regis Scotiæ ad coronationem Regis Angliæ Lundon. non cedat Regno Scotiæ in præjudicium.
Item, processus de Qwetley habitus coram Justic. Angliæ.
Item, nova Carta Reg. Angliæ de Aldemstun.

Negotium Flandriæ, scilicet,

QUatuor paria literarum.
Item, Litera Johannis de Wesci, cum Litera Abbatis de Melros.
*II.218. * Item, Litera Episcopi Sancti Andreæ de quadam gratia Reg. sibi facta.
Item, Litera Baronum de Ergadia quod fideliter servient Regi sub pœna exhæredationis contra Aveg. filium Dovenaldi, quod omnes insurgent contra ipsum si non fecerit voluntatem Regis.
Item, Litera Capitaneorum & libere tenentium de Carrik, obligatoria quod servient Domino Regi contra omnes homines qui vivere possunt & mori.
Item, Obligatio Abbatis de Melros de solutione facienda Domino Johanni de Aconia.
Item, Litera Willielmi de Moravia quod non alienabit terras, &c.
Item, Literæ quorumdam Magnatum Conventionales, quod non multum tangunt Regem.
Item, Litera Vic. Northumbr. super facto Marchiæ.
Item, Obligatio Johannis de Swynburn super terram de Haultun.
Item, septem pondera & unæ balances, & octo Conetæ veteres in uno saculo veteri de corio.

Negotia tangentia Norwagiam.

COmpositio inter Reges Scotiæ & Norwag. super insulis Duppl.
Item, Confessio Procuratorum missorum a Rege Norwag. pro dicta compositione facienda.
Item, Mandatum Reg. Norwag. quod Insulani faciant homagium Reg. Scot. & ei intendant ut Domino.
Item, Confessio quorumdam Procuratorum Regis Norwag. de emendis receptis pro quibusdam injuriis.
Item, Quædam litera Regi Norwag. in Lingua Norica.
Item, Carta Johannis Reg. Norwag. de Naufragium passis.
Item, alia Sweri Regis Norwag. de eodem.
Item, Confirmatio & Donatio Reg. Norwag. Monasterio de Bussy in Mannia.
Item, Procuratorium Regis Magni Norwag.
Item, Carta Regis Norwag. super Insula de Bot. & quibusdam aliis concessis Regi Manniæ.

prius.
Item, Litera quietæ clamationis R. Norwag. de quatuor mille Marc. & D. Marc. debitis de anno, &c. octog. primo obfuscata tum per mare.
Item, quieta clamatio sub sigillo Dominæ Reginæ Norwag. & quorumdam Magnatum Norwag. de tribus mill. & D. Marc debitis de anno, &c. * octog. primo, obfuscata tum per mare. *II.219.
Item, quoddam transcriptum de rebus inventis post naufragium Nunciorum.
Item, duo procuratoria alia tangentia negotium Norwagiæ.

Resignationes Cartarum redditarum Domino Regi cum Litera Domini Roberti de Brus Filii.

CArta de Balernauth.
Item, Carta de Caldonyrtler.
Item, Carta de Cospatr. de Drem.
Item, Carta de Abirrarf.
Item, Carta de Dull.
Item, Carta de Carcok.
Item, Carta de Tucock.
Item, Carta de Thorsopyn.
Item, alia Carta de Caldour.
Item, Donationes factæ Abbati & Conventui de Russy per Magnum, dictum Regem Manniæ.
Item, Carta Warанniæ de Caldovir cler.
Item, Carta de Canibusnaythan.
Item, Carta de Foresta & de Kilrechnoc in Moravia.
Item, Carta de Suthirland.
Item, Carta quam Gilcrist Matnevyn de Levenax reddidit Domino Regi.
Item, alia Carta Suthirlandiæ.
Item, Carta Walteri de Fontibus.
Item, Carta de Petyn.
Item, Carta Hospitalis de Abirden.
Item, Carta de Foresta de Invirins.
Item, Carta Regis Magni super receptione Manniæ ad firmam.
Item, Carta de Burschall.
Item, Carta de Aberkerdour.
Item, Carta Thomæ de Thirlestan.
Item, Carta Magistri Abel de Hospitio habendo in Strivelin.
Item, Carta de Fothobir.
Item, Litera quietæ clamationis Ricardi Mantaland de Terra de Abirtharf.
Item, Excambium factum per Priorem de Urchard de Terra de Fothobir. pro Terra de Bynin.
Item, quieta clamatio Ottonis de Tomggo de quatuor Marc. Terræ.
Item, Resignatio de Canibusnaythan & de Caldour. cler.
Item, Confirmatio de Ecclesia de Ferindrauth.
Item, Carta de Nendosk.
Item, Carta de Polloc.
Item, Carta de Goger.
Item, Carta de Terra empta de Willielmo de Valoniis, & Obligatio ejusdem juxta Strivelyn.
Item, duæ Cartæ de Balcolmi & una Confirmatio.
Item, Carta de Nundinis de Strivelyn.
Item, Carta Januæ de Treuqar.
Item, Carta de Bredburg.
Item, Resignatio Episcopi Ross. de dimidia davata terræ.
Item,

Super mutuo pecuniæ, ad opus nostrum, divisim seu conjunctim faciendo, juxta singularum hujusmodi personarum, seu Communitatum facultates; & ipsos diligentiori & cautiori modo, quo poteritis, ad hoc moneatis & inducatis, prout ad opus nostrum magis videritis expedire.

Et ad præmissa facienda, omnibus aliis negotiis prætermissis, diligenter intendatis.

Mandavimus enim Abbatibus, Prioribus, & aliis personis prædictis, prout in dictis litteris nostris patentibus videre poteritis plenius contineri, quod vobis, & præfato Johanni in hiis, quæ ei dicetis de præmissis, firmam fidem adhibeant; & ea modis omnibus expleant quæ inde eis dicetis ex parte nostra.

Mandavimus etiam Justiciario nostro Hiberniæ, quod singulis hujusmodi mutuum nobis ibidem facientibus, litteras nostras patentes, sub sigillo nostro, quo in Hibernia utimur, eis fieri faciat, dictum mutuum testificantes, & certum solutionis terminum, juxta discretionem ejusdem Justiciarii, assignandum continentes.

Teste Rege apud Thlangemon, secundo die Octobris.

Consimiles literæ, de verbo ad verbum, diriguntur Magistro Johanni de Saunford, quod, unà cum præfato Thoma, ad præmissa facienda diligenter intendat, in forma prædicta.

Teste ut supra.

Et mandatum est S. Waterforden. Episcopo Justiciario Regis Hiberniæ, quod cum Rex assignaverit prædictos Thomam & Magistrum Johannem ad mutuum, ad opus Regis, in Terra Hiberniæ, nomine Regis, contrahendum, quod singulis, qui Regi ibidem hujusmodi mutuum fecerint, & sibi per præfatos Thomam & Johannem de summa mutui illius constet, fieri faciat litteras Regis patentes, sub sigillo, quo Rex utitur in Hibernia, summam dicti mutui testificantes, & certum solutionis terminum, juxta ejusdem Justiciarii discretionem, faciendum continentes.

Teste ut supra.

Et mandatum est Abbatibus, Prioribus, & omnibus viris religiosis; Vicecomitibus, Civibus, Burgensibus, Mercatoribus, Majoribus, Ballivis, & Communitatibus Civitatum, Burgorum, Villarum Mercatoriarum, & omnibus aliis fidelibus Regis de terra Hiberniæ, quod (cum Rex mandaverit prædictis Thomæ & Magistro Johanni, quod quædam ardua & specialia negotia Regis, quæ Rex eis per litteras Regis injunxit, eisdem Abbatibus, Prioribus, &c. ex parte Regis, & nomine Regis, ore tenus exponant, & expeditionem eorumdem erga prædictos Abbates, Priores, &c. ut supra, diligenter prosequantur) eisdem Thomæ & Johanni in præmissis firmam fidem adhibeant, & ea modis omnibus expleant, quæ eis ex parte Regis dicent de præmissis.

Teste ut supra.

mendicantibus, ordinare prout saluti animarum ipsorum & statui expedire videret:

Nichilominus tamen nonnulli constitutionem prædictam interpretari satagunt graviter & extorte, sensum ipsius debitum & intentum, Dei timore postposito, pervertentes, in prædictorum Prioris ac totius ordinis læsionem, gravamen & præjudicium, ac etiam maximum nocumentum, corda fidelium per hoc a devotione fratrum & ordinis retrahentes.

Verum, cum in terris nullus sit Princeps vel Dominus, ad cujus refugium & auxilium audeant vel valeant recurrere confidenter, nisi ad vestram Illustrissimam & piissimam Regiam Majestatem, supplicat quatinus, obtentu Dei & gloriosæ Virginis, sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Domino Patri nostro summo Pontifici preces vestras dirigere dignemini cum effectu, quod constitutionem prædictam sic declarare & interpretari dignetur, quod, nota vaccillationis, quæ adversus ordinem consurgit, ex ipso omnino sublatâ, ordo ipse robur obtineat pristinæ firmitatis; ita quod omnes fratres ipsius ordinis, de captivatione sua per vos redemptionem habentes (ut Judæi per Moysen, & per Christum populus Christianus longe meliorem & etiam pleniorem) pro vestra, ac liberorum vestrorum, & totius Regni vestri optatâ prosperitate habendâ perpetuo; necnon pro animarum prædecessorum vestrorum propitiatione culparum vel contregnantium præmiis cumulandis, apud Deum & Virginem gloriosam prædictam (ad cujus laudem & gloriam ordo ipse transmarinis partibus extitit specialiter institutus) diebus ac noctibus habeatis sedulos & supplices oratores.

*Deferentes nihilominus illustri vestræ Regiæ Majestati gratiarum devotas, quas possumus, actiones de prædicto Domino sancto summo Pontifice; qui preces vestras Regias, pro nobis & ordine sibi factas, benigne recepit, & favorabiliter acceptavit, juxta vestrarum continentiam literarum, *II. 222.

Et eodem modo, & amplius de venerabili Patre nostro, Domino Ugone, Dei gratiâ, Presbytero Cardinali (cujus laus & gloria suam decorat & nobilitat nationem) qui non solum preces vestras, pro nobis & aliis sibi factas, devote respicit, sed nutus exequitur sedulo & intente; quo referente didicimus, quod intendebamus specialiter atque principaliter, si prædicto, & pro prædicto negotio preces direxissetis Domino sancto summo Pontifici speciales.

Quare & hac vice (Domine Rex piissime) prædicto Domino summo Pontifici sic efficaciter pro prædicto ordinis negotio specialiter placeat scribere, quod relevatio nostra vobis apud Deum & homines ascribatur; & animæ vestræ nihilominus, pro tam pio opere, corona, jam in cælestibus sedibus fabricata, pretiosissimarum gemmarum suscipiat incrementa: Cui sancta & gloriosa Trinitas successus tribuat prosperos & optatos, cum felici dierum longitudine, & inimicorum reconciliatione gratissimâ, atque pacificâ & inenarrabili lætitiâ amicorum.

infra Tur. Londen. que suis obsequiis coluit Regnum Angliæ, cujusque fidelitatem prælucidam cognoscimus ab experto, Serenitatem vestram Regiam rogamus plenissimo cum effectu, quatenus ipsum, nostrorum contemplatione precaminum, gratiose vobis habere dignemini recommissum; & eum, benivole pertractantes, sibi curetis vestri favoris & gratiæ plenitudinem impertiri.

Datum Maguntiæ quinto Kal. Novembris, Regni nostri anno decimo.

Magnifico Principi Domino Edw. Dei gratiâ, Regi Anglorum illustri, amico nostro carissimo.

•II.223. ** Litera a Florentio Comite Holandiæ, nunciatoria de Frisonibus, quatuor præliis superatis, & de corpore Patris sui, ab inimicis recuperato.*

Ann. D. 1282. An. 10. E. 1. Infra Tur.

LE Haut Prince & noble, son treschier & ame Seigneur, Eduard, Rois d'Engleterre, Florens Conte de Holand saluz, & li apparellies en tous lieus a li servir.

Treschier Sire, come il est ensi que Die, par sa grace, ma aidict a ce, que je sui venues a dusus de mes Enemis morteus les Frisons, ne vole je, en nulle manere, lasier que je ne le vous feisse savoir, com a mon Seigner, & a celi de qui je me fie tant, que bien quide savoir, que plus lies en seront, se Dix me donoit achiever si grant partie de mon desir, com ceste est.

Sire, pour che est que je vous fas savoir, que jai heu as gens devantdis quatre batailles, & de trestoutes nous a nostre Sire aidiet a ce, que nous les veinquemes, & avons conquis touz leurs plus fort pas, & ravoms par force le cors mon Seigneur mon pere, la quele chose je desiroie sur tutes riens.

Sire, si vous vodroie proier que vous, des ces biens, que Dix nous a fet, avec nous vuellies nostre Seigneur mercher, qui tourz jours vuelle estre garde de vous; & vous voles chose que je puisse faire, comandes moi.

De apparatu Bellico contra Wallenses.

Ann. D. 1282. An. 10. E. 1. Rot. Wall. 10. E. 1. m. 2. d.

REX dilecto & fideli suo Olivero de Dyneham, salutem.

Super auxilio, per vos & homines vestros, hactenus contra Walenses, inimicos & rebelles nostros, nobis laudabiliter impenso, & ulteriùs impendendo, vobis tanto majores grates referimus, quanto fideliùs & diligentiùs præmissa novimus vos fecisse.

Cæterum quia, ad malitiam dictorum Walensium reprimendam, præsentia vestra in partibus Westwalliæ nobis necessaria est hiisce diebus:

Vobis mandamus, rogantes in fide, & homagio, ac dilectione, quibus nobis tenemini, firmiter injungentes, quod cum equis & armis, ad dictas partes Westwalliæ, quamcitiùs poteritis, accedatis; vel saltem aliquos, de hominibus vestris equitibus, cum equis coopertis, ibidem mittatis, prout ad honorem vestrum & commodum nostrum magis videritis expedire: Ita quod vos, vel hujusmodi homines vestri, sitis in partibus illis, apud Kermerdyn, cum dilecto avunculo & fideli nostro Willielmo de Valentia, in instanti Festo Sancti Nicholai, vel in octabis Festi illius ad ultimum; parati exinde proficisci cum ipso, ad vadia nostra, in expeditionem no-

Sire, sachez ke ceus, ke furent a la mort Lewelin, truverent au plus prive lu de sun cors meime choses ke nus avoms veues; entre les autres choses ili ont une lettre deguisee par faus nuns de traysun. Peckham. Regist. f. 100. b. in Biblioth. Lambeth.

E pur co ke vus seyez garni, nus enveyum le transcrit de la lettre a le Evesk de Ba; e la lettre meymes tient Eadmund de Mortemor, o le prive Seel Lewellin a ses choses vus purrez aver a vostre pleysir; e co nus maundum pur vus garnir, e nun pas pur ce ke nul en seyt greve, e vus priums ke nul ne sente mort; ne mahayn pur nostre maundement, e ke sce ke nus vus maundums seyt fete,

Ovekes co, sire, sachez ke dame Mahaud Lungespeye nus pria par lettres, ke nus volissums asoudre Lewelin, ke il peust estre enseveli en lu dedie; e nus li maunddames ke nus ne frums riens si len ne poet prover ke il mustra Seigne de Verraye repentaunce avaunt sa mort;

E si me dist Edmund de Mortemer ke il aveyt entendu par ses Valles, ke furent a la mort, ke il avet demaunde le Prestre devaunt sa mort;

Mes saunez dreyte certeynete nous nen frums riens:

Ovec co, sachez ke le jur meymes ke il fu ocis, un Muygne blaunc li chaunso messe, e misire Roger de Mortemer ad le vestemens.

Ovec co, sire, nus vus requerrums ke piete vus prenge de Clers, ke vus ne suffrez pas ke len les ocie, ne ke len lur face mau de cors.

E sachez, sire, Dieus vus defende de mal, si vus ne le desturbez a vostre poer, vus cheez en sentence, kar suffrir ce ke len peut desturber vaut consentement.

E pur ce, sire, vus priums ke il vus pleyse ke il Clers qui sunt en Snaudone, sen puissent issir e quereler mieuz oue lur biens en Fraunce, ou ayllurs; kar pur co ke nus creums ke Snaudone serra vostre, se il avient ke en cunqueraunt, ou apres len face mal as clers, Dieus le rettera a vus, e vostre bon renun en serra blesmi, e nus enserrums tenuz pur lasches.

E de ces choses, Sire, se il vust plest maunder nus vostre pleysir; kar nus i mettrum le conseyl ke nus purrums, ou par aler la, ou par autre voye.

E sachez, Sire, ke, si vus ne fetes nostre priere, vus nus mettrez en tristur, dunt vus instrum ja en ceste vie mortele.

Sire Dieus gard vus, e kaunt a vus apent.

Ceste lettre fu escrite a Pembrugg, le Jeodi apres la Seynte Lucie.

De Cedula, infra Femoralia Lewelini quondam Principis Wallie inventa, multorum nomina Magnatum continente.

Ann. D. 1282. An. 11. E. 1. Ex Orig. infra Turrim.

FRater J. permissione divinâ, Cantuariensis Ecclesiæ Minister humilis, totius Angliæ Primas, venerabili in Christo Patri Domino B. Dei gratiâ, Bathonien. & Wellen. Episcopo, salutem, & fraternæ dilectionis in Domino continuum incrementum.

Quia, quæ in Domini nostri Regis dampnum & periculum vergere dinoscuntur, detegere debet fidelis quilibet, & ea sibi nullatenus occultare; nosque, inter alios, ipsius honorem & magnificentiam ab inimicorum insidiis esse tutam intime affectantes, mittimus vobis quandam cedulam, præsentibus interclusam, obscuram quidem verbis, & fictis nominibus conceptam, cujus transcriptum,

quod

Domino R. Bathon. & Wellen. Episcopo.

Litera Petri Regis Aragon. ad Carolum Regem provocatoria.

Ann. D. 1282. An. 11. E. 1. PIero d'Araona & di Cicilia Re, à te Carlo Re de Jerusalem & di Proenza Conte.

Significando à te il nostro advenimento, nell' Isola de Cicilia, si come nostro, giudicato à me, per autorita di Santa Chiesa & di messer le Papa, & de venerabili Cardinali;

Et poi comandiamo à te che, veduta questa lottera, ti debbi levare dell' Isola, con tutto tuo poddere & gente:

Sappiendo che, se dol facessi, i nostri cavalieri & fideli, vedrestri di presente in tuo damagio, offendendo la tuo persona & la tua gente.

Litera Regis Caroli ad Petrum Regem Aragon. diffidatoria.

Ann. D. 1282. An. 11. E. 1. CArolo, per la Dio gratia, di Jerusalem & di Cicilia Re, Prence di Capoa, d'Angiò & di Folcachier, & di Proenza Conte, à te Piero d'Araona Re, & di Valenza Conte,

Maravigliamoci molto come fosti ardito di venire in sul reame di Cicilia, guidicato nostro per auttorita di Santa Chiesa Romana,

Et pero ti comandiamo che, veduta nostra lettera, ti debbi partire del reame nostro di Cicilia, si come maluagio traditore di Dio & di Santa Chiesa Romana,

Et se nol facessi, diffidianti como nostro inimico & traditore, & di presente ci vederete venire in vostro damaggio; pero che molto desideriamo di vedere noi, & la nostra gente con le forze nostre.

---

*II.226. * De duello inter Aragon. & Siciliæ Reges, centum contra centum, coram Rege Angliæ prope Burdegal. faciendo; & conditiones inde, ex parte Regis Aragon. statutæ & juratæ.*

Ann. D. 1282. An. 11. E. 1. Ex Archivo Reg. Palensi. PEtrus, Dei gratiâ, Aragoniæ & Siciliæ Rex, ad notitiam præsentium, & memoriam futurorum.

Pridem inter magnificum Principem Karolum, Jerusalem Regem illustrem, & nos, mutuo præcedente tractatu quod ipse Rex eligeret sex de suis Militibus, viros probos & fideles, & nos eligeremus sex de nostris militibus, viros probos & fideles, qui omnes duodecim milites, per ipsum Regem Karolum & nos taliter electi, corporali prius per eos præstito juramento, legaliter & bona fide tenerentur eligere locum communem, & statuere terminum ad pugnam faciendam inter ipsum Regem Karolum & centum de

Adjecimus autem quod, si aliquis, vel aliqui ex prædictis nostris quinque militibus, & judice pro milite computato, infirmitate, vel quovis aliquo casu emergente, in prædictis, vel aliquo prædictorum interesse personaliter non posset, vel non possent; totidem, quot ex prædictis nostris sex essent taliter impediti, eximerentur de numero prædictorum sex militum, per ipsum Regem Karolum ad prædicta taliter electorum; & reliqui, tam per eundem Regem Karolum, quàm per nos electi, unanimiter & concorditer ea omnia & singula possent libere perficere & complere.

* Et hoc idem servaretur si aliquis, vel aliqui, de prædictis sex militibus, per ipsum Regem Karolum electis, essent infirmitate, vel casu quovis alio præpediti; ita, videlicet, quod totidem eximerentur de numero prædictorum quinque militum, & Judicis loco militis computati, per nos taliter electorum; & reliqui qui forent residui, tam per ipsum Regem Karolum, quàm per nos electi, ea omnia & singula perficere possent libere & terminare. *II.227.

Et ea omnia & singula, quæ prædicti quinque milites, & unus Judex, loco militis computatus, per nos electi, iidemque sex milites ab ipso Rege electi, vel ex eis omnibus electis ab utraque parte, aliquo vel aliquibus ex una vel altera parte præpedito seu præpeditis, & totidem ab unâ parte vel altero exempto vel exemptis, reliqui concorditer & unanimiter in prædictis omnibus & singulis tractarent, eligerent, ordinarent, statuerent, facerent, terminarent, & jurarent, sub eadem hypotheca bonorum nostrorum, rata & firma habere, & inviolabiliter observata promisimus, & juravimus, tactis corporaliter Evangeliis Sacrosanctis; securitates etiam omnes & juramenta præstare, obligationes ponere, & cautiones cujuscunque generis præbere, quas prædicti duodecim, ab eodem Rege Karolo & nobis electi, vel residui ex iis, aliquo vel aliquibus ab una parte vel altera præpedito seu præpeditis, & totidem ab una parte vel altera exempto vel exemptis, à nobis ducerent postulandas;

Prout hæc omnia in patentibus litteris nostris, in testimonium inde confectis, & pendente Sigillo nostro munitis, eidem Regi Karolo ex parte nostra exhibitis (quarum est data Messanæ septimo Kal. Januarii anno ab Incarnatione Domini millesimo, ducentesimo, octuagesimo, secundo) plenius & apertius continetur.

Idem autem Rex Karolus prædictus Jordanum de Insula, Johannem Vicecomitem de Trambley, Jacobum de Bursano, Eustachium de Hardicourt, Johannem de Deniti, & Guillielmum de Salsis, familiares & fideles suos, ad hoc pro se elegit, fecit, constituit, & etiam ordinavit, dans & concedens eisdem, pro parte sua, consimilem per omnia potestatem; prout in patentibus literis ipsius Regis Karoli, in testimonium inde confectis, & pendente Sigillo suo munitis, nobis, pro parte ipsius Regis Karoli, exhibitis (quarum est data Rhegii, anno Domini millesimo ducentesimo octuagesimo tertio, die vicesima sexta mensis Decembris, undecimæ Indictionis) plenius continetur.

Et licet data, tam prædictarum ipsius Regis Karoli & nostrarum, quàm etiam præsentium, & aliarum, pro parte ipsius Regis Karoli, præsentibus consimilium litterarum, videatur in Annis Domini discordare;

Eo quod earundem litterarum nostrarum data posita est anno Domini millesimo, ducentesimo, octuagesimo, secundo, secundum consuetudinem Regni Aragonum, & quamplurium aliarum

 partium

Adjecerunt etiam iidem duodecim, per ipsum Regem Karolum & nos electi, quod id, quod de præsentatione prædicti Regis Karoli & nostra, coram eodem Rege Angliæ facienda, dixerunt, ut superiùs est expressum, sic volunt intelligi, quod ipse Rex Karolus & nos, in prædicto loco & termino, nos debemus coram dicto Rege Angliæ præsentare, ad pugnam hujusmodi faciendam:

Et, si ipse Rex Angliæ in eodem loco & termino personaliter esse non posset, idem Rex Karolus & nos præsentemus nos coram eo quem idem Rex Angliæ miserit specialiter ad recipiendam præsentationem hujusmodi loco sui;

Et, si ipse Rex Angliæ in eodem loco & termino præsens non fuerit, nec aliquem ad hoc specialiter miserit loco sui; dictus Rex Karolus & nos teneamur nos præsentare coram eo, qui vices dicti Regis Angliæ gesserit in loco prædicto.

Ordinaverunt etiam & statuerunt prædicti duodecim, quod prædicta pugna, inter prædictum Regem Karolum & nos facienda in loco prædicto, non fiet coram aliquo de gente ipsius Regis Angliæ, nisi ipse Rex Angliæ personaliter esset præsens; salvo si, ad pugnam ipsam taliter faciendam, ipse Rex Karolus & nos essemus in communi concordia & assensu;

Et quod, si in prædicta die ipse Rex Angliæ præsens in prædicto loco non esset, idem Rex Karolus & nos teneamur ipsum Regem Angliæ, vel responsionem suam de veniendo, vel non veniendo ad locum ipsum, die prædicto dato, usque ad triginta dies expectare.

Et, ut ipsius Regis Angliæ præsentia modis omnibus procuretur, voluerunt, ordinaverunt, & statuerunt prædicti duodecim, quod ipse Rex Karolus & nos, quilibet per se, promittamus & juremus, quod legaliter & bona fide procuremus, pro posse, sine fraude vel ingenio quolibet, diligenter & sollicite faciamus, & facere studeamus, quod idem Rex Angliæ ad prædictum statutum diem primum, primo futuri mensis Junii, in eadem Civitate Burdegalense, sita in Vasconia, præsens sit personaliter, & litteras, per ipsum Regem Karolum & nos, coram ipso offerendas, ipse Rex Angliæ recipiat, ad pugnam hujusmodi faciendam.

Ordinaverunt etiam & statuerunt prædicti duodecim, quod ipse Rex Karolus & nos, cum nostra utriusque Comitivâ, donec in Vasconia moram egerimus, pro pugna hujusmodi facienda, & etiam per octo dies post eundem terminum completum, pro recedendo inde & eundo quo utrique nostrum placuerit, nos & dictæ nostræ comitivæ in personis, animalibus, & rebus, quas nos & ipsæ nostræ comitivæ nobiscum duxerimus & portaverimus, ad pugnam hujusmodi faciendam, nos ad invicem nullatenus offendamus;

Sed, quòd duodecim treugas & securitates (quas, utriusque nostrûm nomine, sibi dederunt & fecerunt ad invicem, ac eidem Regi Karolo & nobis indixerint) ordinaverunt, donec in Vasconia, pro eadem pugna facienda, manserimus, & etiam per octo dies post communem terminum completum, pro recedendo inde & eundo quo utrique nostrûm placuerit, treugas & securitates ipsas nos & comitivæ nostræ inviolabiliter observemus.

Ordinaverunt insuper, & statuerunt, & etiam firmaverunt prædicti duodecim, quod prædictus Rex Karolus & nos legaliter & bona fide debeamus promittere & jurare,

Quod quicunque nostrûm prædictorum duorum Regum, videlicet prædicti Regis Karoli & nostri Petri, (legitimo, aperto & bene probato corporis cessante defectu) ad præfatos diem & locum, præfato Regi Karolo & nobis statutos & præfixos ad pug-

nomine & honore regio, & cujuslibet officii seu dignitatis alterius, exuti, spoliati perpetuo & privati, & tamquam devictus, perjurus, falsus, fallitus, infidelis, & proditor infamis simus & perpetuo habeamur,

Et, si hoc aliquis nobis opposuerit publice vel occulte, nullatenus hoc negemus, nec negare possimus; sed hoc confiteamur & teneamur ubique publice confiteri.

Et, ut hæc omnia eò permaneant firmiora, quò plurium, fide clarorum, testimoniis & asseverationibus fuerint roborata, infrascriptos quadraginta milites affectuosè rogavimus & rogamus, quod ipsi hæc omnia, quæ nos facturos & completuros promittimus, pro nobis & nostro nomine promittere debeant & jurare,

Nos autem præfati quadraginta milites, videlicet,

Guillielmus de Castro novo Roderici,
Eximenus de Luna,
Petrus de Cheralto,
Eximenus de Arceda,
Radulphus de Manuele,
Judex Raimaldus de Limogiis, ad hoc pro milite computatus,
Arnaldus Rogerii Comes Paliariensis,
Ermangandus Comes Urgellensis,
Petrus Ferrandi,
dicti Regis Petri,
Jacobus Petri filius ejusdem Regis,
Lupus Ferrandi de Luna,
Pontius de Ribellis,
Santius de Antilione,
Petrus Arnaldi de Burmas,
Alanus de Lentino Regni Siciliæ magister Justitiarius,
Gildonus de viginti milliis Comes Issolæ Major,
Fredericus Musca Comes Major,
Orlandus de Aspello,
Galterius de Calatagirono,
Bernardus Rogerii de Benis,
Rogerius de Lauria,
Lupus Ferrandi de Truxillo,
Bernardus de Montepavana,
Petrus Garsiæ de Nuse,
Bertrandus de Bellopodio,
Guillelmus de Ballera,
Garsias de Aratsur,
Eximenus Lupus de Angon,
Raymondus de Molina,
Simon de Laura,
Blasius Massa de Gabalur,
Egidius Roderici de Montangna,
Garsias Arnaldi de Til,
Berengarius de Ensagaro,
Gauterius de Villa Franca,
Raymundus de Cortada,
Jacobus de Oblitis,
Giraldus Estur,
Stephanus Nuncis, &
Blasius de Alastam.

• Ad preces & requisitionem dicti Regis Petri, bona & spon- • II.230.
tanea voluntate nostra promittimus, & juramus, tactis Evangeliis sacrosanctis, nos legaliter ac bona fide, pro posse, facturos & curaturos, quod ipse Rex Petrus prædicta omnia & singula, per eum promissa & jurata, firmiter adimplebit, & inviolabiliter observabit.

Et si, quod absit, contingeret quod ipse Rex Petrus (legitimo, aperto, & bene probato corporis cessante defectu) ad prædictos diem præfixum & locum statutum deficere, & in eodem primo die mensis Junii primò futuri, in eadem Civitate Burdegalensi, sita in Vasconia, in potestate Regis Angliæ, cum eisdem centum Militibus personaliter præsens non fuerit ad pugnam hujusmodi faciendam, prout per eosdem duodecim ordinatum & statutum est, & per ipsum Regem Petrum promissum est, & firmiter juratum,

Nos ex eo tempore incontinenti societatem ac commercium ipsius Regis Petri, velut de dictis promissionibus & conventionibus ex tempore *devicti, perjuri, falsi, falliti, infidelis, & proditoris*, totaliter & perpetuo deseremus, & nunquam postea toto tempore vitæ nostræ, cum eo erimus, nec ei præstabimus in aliquo auxilium, consilium, vel favorem, verbo vel opere, publicè vel occultè.

Et

testatem, quod ipsi, unà cum Guillelmo de Castro novo Roderici, Eximeno de Luna, Petro de Cheralto, Eximeno de Arcerla, Radulpho de Manuele de Trapare Militibus, & judice Rainaldo de Limogiis de Messana, ipso Judice Rainaldo, per ipsum Regem Pe-
*II. 231. trum ad hoc posito, & pro uno Milite * computato, familiaribus & fidelibus ipsius Regis per eum ad hoc electis, factis, constitutis, & ordinatis, prout per patentes litteras ipsius Regis Petri, pendenti cereo sigillo munitas, evidenter apparuit & apparet,

Corporalibus inter ipsos duodecim, hinc & inde electos, pro parte ipsius Regis Petri & nostra, ac ipsorum taliter electorum, hinc inde receptis & præstitis juramentis, legaliter & bona fide possent eligere & eligerent locum communem, & terminum statuerent competentem, ad pugnam hujusmodi faciendam inter ipsum Regem Petrum & centum de suis Militibus, & nos cum centum de nostris Militibus;

Certumque præfigerent terminum, in quo ipse Rex Petrus, cum centum de suis Militibus, & nos cum centum de nostris Militibus, commodè esse possimus, & simus in loco, quem prædicti duodecim, per ipsum Regem Petrum & nos taliter electi, ad pugnam hujusmodi faciendam, unanimiter & concorditer duxerint eligendum.

Dedimus autem eisdem sex Militibus, Familiaribus & Fidelibus nostris, plenariam potestatem quod ipsi securitates necessarias, quas inspicerent opportunas, nomine nostro præstare & recipere ac prædicta omnia & singula (quæ sub hypotheca bonorum nostrorum rata & firma habere ac inviolabiliter observare promisimus) tractare, eligere, ordinare, statuere possent liberè & firmare.

Addidimus etiam quod, si aliquis, vel aliqui ex prædictis nostris sex Militibus, infirmitate vel alio casu quolibet contingente in prædictis vel aliquo prædictorum, interesse personaliter non posset, vel non possent, totidem, quot ex prædictis nostris sex essent taliter impediti, eximerentur de numero prædictorum quinque Militum, & unius judicis pro milite computati, per eundem Regem Petrum, ad prædicta taliter electorum, & reliqui, tam per eundem Regem Petrum, quàm per nos electi, unanimiter & concorditer ea omnia & singula possent libere perficere & complere,

Et hoc idem servaretur si aliquis, vel aliqui, de prædictis quinque Militibus, & uno judice pro Milite computato, per eundem Regem Petrum electis essent infirmitate vel casu quovis alio præpediti; ita, videlicet, quod totidem eximerentur de numero prædictorum sex Militum, per nos taliter electorum, & reliqui, qui forent residui, tam per ipsum Regem Petrum, quàm per nos electi, ea omnia & singula perficere possent liberè & firmare.

Et ea omnia & singula, quæ prædicti quinque Milites & unus Judex, loco unius Militis computatus, per eundem Regem electi, iidemque sex Milites, à nobis electi, vel ex eis omnibus, electis ab utraque parte, aliquo vel aliquibus, ab una parte vel altera, præpedito seu præpeditis, & totidem ab una parte vel altera, exempto vel exemptis, residui concorditer & communiter & unanimiter in prædictis omnibus & singulis tractarent, ordinarent, eligerent, statuerent, firmarent, & jurarent sub eadem hypotheca bonorum nostrorum, rata & firma habere & inviolabiliter observare promi-

Præfati verò quinque Milites, & unus Judex pro Milite computatus, per eundem Regem Petrum, ac præfati sex Milites, per nos, electi, facti, & constituti, congregati in Regali Palatio Messanensi, pariter ad perfectionem hujusmodi negotii procedentes, post tractatus multiplices, discussiones diversas, examinationes varias, indagationesque subtiles, perpenso, ac diligenti & deliberato consilio inter eos, ex potestate, ipsis ab eodem Rege Petro & nobis per easdem litteras tradita, unanimiter & concorditer elegerunt.

Quod prædicta pugna, inter nos & centum de nostris Militibus, & dictum Regem Petrum, & centum de suis Militibus, facienda, fiat in posse Regis Angliæ, videlicet, in Vasconia, in territorio Civitatis Burdegalensis in aliquo campo, vel placea, ipsius territorii, quem vel quam Rex Angliæ magis convenientem pro utraque parte judicaret ad pugnam ipsam de ducentis Militibus faciendam; & quod locus, in quo prædicta pugna fieri debet, sit circumdatus, & bene clausus palis & clausuris aliis opportunis, ita quod nullus, pedes vel eques, locum ipsum possit intrare, vel exire, nisi per portas.

Statuerunt etiam prædicti duodecim, per eundem Regem Petrum & nos electi, præfato Regi Petro & nobis terminum, ad præsentandum nos coram prædicto Rege Angliæ, in eadem Civitate Burdegalensi, ad pugnam hujusmodi faciendam, nostrûm quemlibet cum prædictis centum nostris Militibus, primum diem mensis Junii, primò futuri hujus undecimæ Indictionis.

Adjecerunt autem iidem duodecim, per ipsum Regem Petrum & nos electi, quod id, quod de præsentatione prædicti Regis Petri & nostrâ, coram eodem Rege Angliæ faciendâ, dixerunt, ut superius est expressum, sic volunt intelligi, quod ipse Rex Petrus & nos, in prædicto loco & termino, debeamus nos coram eodem Rege Angliæ præsentare, ad pugnam hujusmodi faciendam:

Et, si ipse Rex Angliæ in eodem loco & termino personaliter interesse non posset, idem Rex Petrus & nos præsentemus nos coram eo, quem idem Rex Angliæ miserit specialiter ad recipiendam præsentationem hujusmodi loco sui;

Et quod, si ipse Rex Angliæ in eodem loco & termino præsens non fuerit, nec aliquem ad hoc specialiter miserit loco sui, dictus Rex Petrus & nos teneamur nos præsentare coram eo, qui vices dicti Regis gesserit in loco prædicto.

Ordinaverunt etiam & statuerunt prædicti duodecim quod prædicta pugna, per dictum Regem Petrum & nos facienda, in loco prædicto non fiat coram aliquo de gente ipsius Regis Angliæ, nisi ipse Rex Angliæ personaliter esset præsens; salvo si, ad pugnam ipsam taliter faciendam, ipse Rex Petrus & nos essemus in concordia communi & assensu;

Et quod, si prædicta die prædictus Rex Angliæ in prædicto loco præsens non esset, idem Rex Petrus & nos teneamur ipsum Regem Angliæ, vel responsionem suam de veniendo, vel non veniendo, ad locum ipsum, a die prædicto dato, usque ad triginta dies expectare.

Et, ut ipsius Regis Angliæ præsentia modis omnibus procuretur, voluerunt, ordinaverunt, & statuerunt prædicti duodecim, quod ipse Rex Petrus & nos, per se quilibet, promittamus & juremus, quod

...rus, infidelis, & proditor infamis sit & perpetuo habeatur.

Et si hoc aliquis ei opposuerit publice & occulte, negare non possit, sed confiteri publice teneatur; prout hæc omnia per prædictos duodecim electos ordinata, statuta & firmata sunt in duabus consimilibus patentibus litteris, pendentibus sigillis eorundem duodecim communitis, inde confectis (unâ ex eis præfato Regi Petro, alia vero nobis tradita ad cautelam) plene satis & evidenter apparet.

Nos autem, nolentes in his de contingentibus quicquam omittere, vel aliquem pro parte nostra intervenire defectum; quin immo volentes prædicta omnia & singula, per prædictos duodecim ordinata, quantum in nobis est complere totaliter & inviolabiliter observare,

Bona & spontanea voluntate nostra legaliter & bona fide promittimus, & juramus, tactis corporaliter sacrosanctis Evangeliis, quod, si ad eosdem diem & locum, eidem Regi Petro & nobis per eosdem duodecim præfixum & statutum, ad pugnam hujusmodi faciendam defecerimus; & in eodem die & loco eidem Regi Angliæ, cum eisdem nostris centum Militibus, præsentes personaliter non fuerimus, ad pugnam hujusmodi faciendam.

Ab eadem die in antea, in qua defecerimus, toto tempore vitæ nostræ, nos tenemus pro devicto, falso, fallito, infideli, & proditore: & quod nunquam nobis nomen & honorem Regium adscribemus; quin immo volumus & consentimus expresse, quod, ex nunc ipso facto, remaneamus nomine & honore regio, & cujuslibet officii seu dignitatis alterius exuti, spoliati perpetuo, & privati, & tamquam devictus, perjurus, falsus, fallitus, infidelis, & proditor, infamis simus, & perpetuo habeamur,

Et, si hoc aliquis nobis opposuerit publicè vel occultè, nullatenus hoc negemus, nec negare possimus; sed hoc confiteamur, & teneamur ubique publice confiteri.

Et, ut hæc omnia eò permaneant firmiora, quò plurimum, fide clarorum, testimoniis & asseverationibus fuerint roborata, infrascriptos quadraginta Milites affectuose rogavimus, & rogamus quod ipsi hæc omnia, quæ nos facturos & completuros promittimus, pro nobis & nostro nomine promittere debeant, & jurare.

*II.234. * Nos autem præfati quadraginta Milites, videlicet,

Jordanus de Insula,	*——— de Castellano,*
Johannes Vicecomes de Tramblay,	*Conradus de Tornay,*
Jacobus de Borsona,	*Huguccionus de Perna,*
Eustacius de Ardicone,	*Johannes de Laganessa,*
Johannes de Demsi,	*Simon de Belvedere,*
Guillelmus de Salsis,	*Gaufridus de Milli,*
Johannes Comes de Monteforti,	*Gerardus de Nipri,*
Comes de Fallacus,	*Guillelmus de Bari,*
——— & de Monte Scaggioso,	*Albertus de Durbano,*
Erigus Comes de Vadimonta,	*Johannes de Vaseralle,*
Odo de Cusiaco,	*Thomasius de Basius,*
Ricardus de Montemores,	*Tibaldus Alamannus,*
Johannes de Barris,	*——— Estandardus,*
Odo de Solats,	*Maine de Ubere,*
Ancelmus de Caprosia Regni Sici-	*Simon de Caprosia,*
liæ Mareschallus,	*Amoctus de suis,*
Rotbertus de Altitia,	*Theonisius de Bononen,*
Ludovicus de Rothesia,	*Addam de Crivis,*
Rainaldus Galardus,	*Johannes Villanus,*
Amelius Carbono,	*Stephanus de San-Jorn.*

Ad preces & requisitionem dicti Regis Karoli promittimus, &

possessiones, & quædam alia bona ipsius Monasterii, datis super hoc litteris, interpositis juramentis, & pœnis adjectis, in gravem ipsius Monasterii læsionem, nonnullis Clericis & Laicis, aliquibus eorum ad vitam, quibusdam verò ad non modicum tempus, & aliis perpetuo ad firmam, vel sub censu annuo, concesserunt, quorum * aliqui, super hiis, confirmationis litteras, in forma communi, dicuntur à sede apostolica impetrâsse: *II.235.

Quia vero nostra interest læsis monasteriis subvenire, discretioni tuæ per apostolica scripta mandamus, quatinus ea, quæ de bonis ejusdem Monasterii, per concessiones hujusmodi, alienata inveneris illicite vel distracta, non obstantibus litteris, renunciationibus, juramentis, pœnis & confirmationibus supradictis, ad jus & proprietatem ejusdem Monasterii studeas legitimè revocare.

Contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo; Testes autem qui fuerint nominati, si se gratia, odio, vel timore subtraxerint, censura simili, appellatione cessante, compellas veritati testimonium perhibere.

Dat. apud Urbemveterem. Non. Januar. Pontificatûs nostri anno secundo.

Sub filo canabi.

De Passagio ad Terram Sanctam ab ipso Rege suscipiendo: Et Edmundo fratre minime ad idem deputando.

MArtinus Episcopus, servus servorum Dei, Carissimo in Christo filio E. Regi Angliæ illustri, salutem & apostolicam benedictionem. Ann. D. 1283. *As. 11. E. 1. Ex Autogr. Claus. 11. E. 1. m. 7. Dors.*

Caritatis fœcundæ sinceritas, qua personam Regiam tuamque domum inclitam, claris utique devotionis & fidei titulis insignitam, apostolica Sedes, quasi mater affectuosa, prosequitur, instanter animum nostrum pulsat mentemque sollicitat ut, circa te, veluti filium prædilectum, interni luminis aciem dirigentes, de tuæ salutis profectibus & honoris augmento Regii sedulo cogitemus.

Sane dilecti filii Magistri Robertus Decanus Eboracen. & Johannes dictus Clarel Capellanus noster, Regiæ magnitudinis nuntii, quos affectione multa recepimus, nuper ad nostram præsentiam venientes, & præsentantes nobis litteras Regias, quas portârunt ex parte tua, cum instantia supplici petierunt ut decimam Regni tui, terræ sanctæ subsidio deputatam, dilecto filio Nobili viro Eadmundo Campaniæ ac Briæ Comiti, fratri tuo, cum ex certis causis, prout nuntiorum ipsorum patefecit assertio, non intendas generalis passagii tempore, à sede apostolica statuendi, ad partes accedere transmarinas, benigne concedere curaremus; cum idem Comes, sicut asseritur, sit paratus in terræ memoratæ succursum prædicto tempore proficisci.

Porro, fili carissime, petitionis hujusmodi serie intellectâ, feram letitiæ nostris & ejusdem sedis minime reseravit affectibus, quin immo, ut veritas non negetur, & rem gestam pandat eloquium, dictæ petitionis oblatio nostrum & ipsius sedis perturbavit auditum, amaritavit animum, & pectoris intima, quasi quodam non levi dolore, concussit; non quia decimæ prælibatæ concessio pro eodem Comite extitit postulata, cum nostrum, ob suæ multiplicis probitatis virtutem, prosecutioni negotii dictæ terræ cunctis adesse favoribus affectemus, set quoniam Romana ecclesia, mater tua, invitis percepit auribus, quod in prædicto transfretare passagio nullatenus disponebas, cum illa plene confideret, speque non modicâ duceretur

dicabis, multumve comodis propriæ salutis adicies, si, quod sentibus Regiis ex affectu sincerissimo suademus, curabis efficaciter adimplere.

Consideravimus etiam, exauditionem hujusmodi differentes, quod, cum passagii, utpote nondum constituti, necessitas non urgeret, neque status mundi qualitas ad statuendum illud in proximo commoditatem temporis repromittat, nonnullis orbis Provinciis, prout intellexisse te credimus, turbationibus validis, hoste humani generis procurante, concussis, nullum poterat ex præmissa dilatione dispendium exoriri.

Quod si forte, præfixo passagii tempore, te nolle, quod absit, transfretare contigerit, de quo non poterit Ecclesia non dolere, tunc tam circa præfatum Comitem, quam etiam Magnates, & Nobiles Regni tui, taliter de decima disponere curabis supradicta, quod ad laudem Dei, terræ sanctæ comodum, & honoris Regii cedat augmentum.

Dat. apud Urbemveterem 6. Id. Januar. Pontificatus nostri anno secundo.

Sub filo canabi.

De auxilio, per Gastonem de Bearn Alfonso Regi Castellæ præstito, ad Mandatum Regis Angliæ.

Ann. D. 1283. An. 11. E. 1. L. B. f. 168. a. Pron. Camerar.

NOverint universi, præsentes litteras inspecturi, quod nos, Gasto, Dei gratiâ, Vicecomes de Bearn, Dominus Montis Cathani & Castri veteris, confitemur quod recepimus ab Ugolino de Viquio, familiari Domini nostri Regis Angliæ illustris, dante & solvente de pecuniâ Domini nostri prædicti, duo millia, ducentas & septuaginta libr. Turon. pro soldo quadraginta & unius militum, de quibus erant septem Banerici.

Et pro soldo quinquagint. & novem scuteriorum per sexagint. duos dies, computandos à die Sabbati post Festum beati Martini Yemalis, usque ad diem Jovis in Octabis Epiphaniæ Domini,

Dando octo Solid. Turonen. pro Milite, & sex Solid. Turon. pro Scutario quaque die, juxta ordinationem Domini Anth. Bek, habitam super istis:

Quos centum milites & scutarios, ad mandatum Domini nostri Regis Angliæ prædicti, & amplius viginti equos armatos, nobiscum in Castellam duximus ad servitium Domini Regis Castellæ, & tenuimus in ipsius servitio per dies prædictos;

De quibus centum & viginti equis Armatis monstram fecimus apud Stellam, coram Nunciis Domini Regis Castellæ, & Gubernatore Navarr. & Scoto fratre dicti Ugolini, ac multis aliis bonis viris,

Recognoscentes quod, de prædicto soldo, ultimam solutionem quindecim dierum recepimus die Lunæ post prædictas Octabas Epiphaniæ Domini.

De quibus duobus milibus, ducentis, & septuagint. libr. Turon. nos gerimus pro contentis.

..., & de circumspectione dilecti Clerici & Secretarii nostri Antonii Beke, Archidiaconi Dunelmensis, fiduciam gerentes specialem, eisdem Archiepiscopo & Antonio, tenore præsentium, plenam damus potestatem, petendi & procurandi, nomine nostro, juxta formam, per nos eis inde traditam & injunctam, subsidium, ad opus nostrum, à fidelibus nostris singulorum Episcopatuum & Comitatuum Regni nostri ultra Trentam:

Et ideo vobis mandamus, rogantes quod, eisdem, Archiepiscopo & Antonio in hac parte firmam fidem adhibentes, ea, quæ circa præmissa vobis dicent, modis omnibus expleatis, prout ipsi vobis scire facient ex parte nostrâ.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Rothelan. primo die Februarii.

De ordinando de servitiis Regis, concessis de Militibus, &c. ultra Trentam.

REX dilectis & fidelibus suis, Henrico de Newerk, Archidiacono Richemundiæ, & Thomæ de Normanville, salutem. Ann. D. 1283.

Sciatis quod assignavimus vos ad ordinandum & disponendum, nostro nomine, & ad opus nostrum, de servitiis, quæ Milites, liberi homines, Communitates, & omnes alii, de singulis Comitatibus ultra Trentam, jam nobis ad rogatum nostrum concesserunt, apud Eborum coram Venerabili Patre W. Eborum Archiepiscopo, Angliæ Primate, & dilecto Clerico & Secretario nostro Antonio Bek, Archidiacono Dunelmensi (quos eâ de causâ specialiter destinavimus ibidem) & ad recipiendum fines, si quos fieri contingat, pro servitiis prædictis, * prout magis ad opus nostrum videritis expedire: An. 11. E. 1. Rot. Wall. An. 11. E. 1. m. 3. * II. 238.

Et ideo vobis mandamus quod, quotiens opus videritis, nomine nostro præmissis intendatis, in forma prædicta.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Rothelan. primo die Februarii.

Bulla Regi recommendatoria pro Ordine Cluniacensi.

MArtinus Episcopus, servus servorum Dei, Charissimo in Christo filio Regi Angliæ illustri salutem & Apostolicam benedictionem. Ann. D. 1283. An. 11.

Libenter Excellentiæ Regiæ illa suggerimus quæ saluti proficiunt, famam ampliant, statum prosperitate communiunt & conservant. E. 1. In Turre Ex Orig.

Hæc, fili Charissime, non est dubium, ex pietatis operibus provenire, inter quæ non est minimum extimendum Religiosos favorabiliter prosequi, præsertim propulsando eorum injurias, & ipsos in suis juribus defendendo.

Quantâ vero inter Religiones cæteras Cluniacensis Ordo claritate resplendeat tua sublimitas non ignorat; propter quod eundem Ordinem Serenitati Regiæ, ut id tibi cedat ad salutis præmium, ei-

E. 1. salutem & apostolicam benedictionem.

Ex Autogr. Ad audientiam nostram pervenit, quod tam dilectæ in Christo filiæ Priorissa & Conventus Monasterii de Wikes, per Priorissam soliti gubernari, ordinis Sancti Benedicti Londoniensis Dioc. quam illæ quæ in eodem Monasterio præcesserunt easdem, decimas, redditus, terras, domos, vineas, prata, pascua, nemora, molendina, jura, jurisdictiones, & quædam alia bona ad monasterium ipsum spectantia, datis super hoc litteris, juramentis interpositis, factis renunciationibus, pœnis adjectis, confectis exinde publicis instrumentis, in gravem ejusdem Monasterii læsionem, nonnullis clericis & laicis, aliquibus eorum ad vitam, quibusdam vero ad non modicum tempus, & aliis perpetuo ad firmam, vel sub censu annuo, concesserunt; quorum aliqui dicuntur, super hiis, confirmationis litteras, in forma communi, à sede apostolica impetrasse:

*II. 239. * Quia vero nostra interest læsis Monasteriis providere, Discretioni tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatinus ea, quæ de bonis ipsius Monasterii per concessiones hujusmodi alienata inveneris, illicitè vel distracta, non obstantibus litteris, juramentis, renunciationibus, pœnis, instrumentis & confirmationibus supradictis, ad jus & proprietatem ejusdem Monasterii studeas legitimè revocare:

Contradictores per censuram Ecclesiasticam, appellatione postpositâ, compescendo; testes autem qui fuerint nominati, si se gratiâ, odio, vel timore subtraxerint, censurâ simili, appellatione cessante, compellas veritati testimonium perhibere.

Dat. apud Urbemveterem Idus Februar. Pontificatûs nostri anno secundo.

Sub filo canabeo.

Litera Carolo Regi Siciliæ de Duello condicto inter prædictum Regem, & Regem Arragoniæ.

Ann. D. 1283. An. 11. Rot. Vascon. 11. E. 1. m. 3.

A Tresexcellent & trespuissant Prince Challis, par la grace de Deu, Rey de Jerusalem, e de Sezille: du Duche de Puille, du Prince de Capes, Princes de la Marce; Senatour de Rome: Danjou, de Prouvence, de Forcalquier, & de Tonnoire Quens, Edward, par icele mesme grace, Roy de Engleterre, &c. salutz e veraie amour, ove aparaille volente a touz se bons pleisirs fere.

Nous receumes, cher Cousin, vos lettres le 22 jor de Marz, en la Abbey de Aberconwey, par voz Messages; en les queles estoit contenue, qe vous, e le Rey de Aragon, avez emprise bataille, chascune oue cent Chevalers.

E, por establer liu è terme, ordenastes douze Chevalers, chascun sis de sa part;

Les queus douze, par vos assens, establirent que vous fuserz a Bordiaus le premier jour de Jung, a vous presenter devant nus, pur la avantdite Bataille fere:

E nous priastes que en totes maneres fusoms a jour, ensi qe pur nostre absence la bataille ne fust delaie; qe le delaie vous serreit mout griefz, pus qe vous ferrierz venuz de si loing, e ausi graunt travail, si nous ne fusoins au terme desusdit:

E encore, estoit contenu en les avantdites lettres, qe les choses sont ensi liees entre vous, qe par lettres, qe par seremens, q'il vous covent estre devant nus ou liu e ou terme desusdit.

Sor la queu chose nous vous fesoms a savoir, cher Cousin, qe, quant vos Messages nous vindrent, nous esteioms en nostre guerre de Gales, sicome il vous purrunt dire; la quegerre nous entendoms proscheinement mettre a fin, par l'eide de Dieu.

vostre fiz; ensemblement ove graunt amour qe nous avoms a lui;

E avoms encore regardee e poisee le graunt peril, e le graunt damage, qe avendreit a la Christiente, si ceste chose se feist.

Nous totes e cestes choses regardee, e bien estroit examinee, ne purroms trouer en nule manere, en nostre queor, qe si graunte cruaute se feist devant nous, ne en nostre poer, ne en autre liu, ou nus le pusoms destourber.

E, chier cosin, mout nous serroyt greve chose estraunge, qe en teu manere vous receusoms en nostre terre, qe si graunt honur nous feistes, e si bel nous receustes en la vostre, quant nous revenismes de outre Mer.

E vous prioms, trescher Cousin, qe vous nous teignez pur escuse, si nus ne fesoms en ceste chose requeste;

Kar sachez de verite, qe pur gainer teus Deus Reaumes, come celui de Cezile e de Aragon, nous n'en serrioms Gardeins de Chaump, ou la susdite bataile se feist; mes mettroms peine e travail en totes les maneres qe nous saveroms, qe Pes e acord fust mist entre vous, come celui qe mout le vodroit e mout le desire.

Donees de Aberconwey en Snaudon le 25 jor de Marcz, lan de nostre Regne 11.

Litera Carolo Principi Salernitano, qua nunciat se custodem Campi in Duello antedicto minime futurum.

Ann. D. 1283. An. 11. E. 1. Rot. Vascon. 11. E. 1. m. 3.

EDward, par la grace de Deu, &c. a sun treschier Cousin, Charles Prince de Salerne, e Seignur du Mont d'Angele, e salut, e bone amur.

Pur ceo que nous entendoms, que vous estes desirous a savoir bones Noveles de nous, nus vous fesoms a savoir que nous sumes sein, e heitie, la Deu mercie;

E esmerveilleus mout de ceo qe vous nous maundastes rien par les Messages le Rey votre Piere; e entendons qe vous saues bien ceo qu'il nous manda, e saichez qe nous ne avoms pas otrie sa requeste, de estre gardein du Champ de la Bataile, qe enprise est entre lui, e le Roy de Aragon, mes le avoms refuse tut outre,

E si vous encoroucez de ceo, le nous pardonez; mes peine e travaille volentiers mettrioms, qe bone Pes fust entre eaus.

Donees a Aberconewey en Snaudon le 25 jour de Marcz.

Literæ Credentiales super negotio prædicto.

Ann. D. 1283. An. 11. E. 1. Ibidem.

A Mesme le Roy salutz, aprestre volente a ses bons plesirs.

Sachez, treschere Cousin, qe sor celes bosoignes, sor les ques vous nous envoiastes vos lettres e voz messages, envoioms a vous nos certeins messages, e nos feaus, e nos leaus Geffrei de Grenuile, e Antoyne Bek, presentes de ceste lettre;

E vous prioms qe eaus deus, e un de eaus ensement voillez creer en ceo, qil vous diront, de la nostre part, sor les bosoignes avant nomees.

Don. a Aberconwey en Snaudon le quint jor de April.

Litera

galia, pro subventione sua contra Wallenses.

Ann. D. REX Majori & probis hominibus suis Burdegal. salutem.
1283. De curiali subventione, quam nuper, occasione expeditionis
An. 11. nostræ Walliæ, ad rogatum dilecti Secretarii & fidelis nostri Anto-
E. 1. nii Bek, vobis nomine nostro factum, nobis grataner & liberali-
Rot. Vas- ter fecistis, vobis quantas possumus actiones referimus gratiarum;
con. 11. Scire vos volentes quod, propter fidelitatis & gratitudinis vestræ
E. 1. constantiam, & promptitudinem vestram, vobis volumus obligari
m. 3. in hiis omnibus, quæ respiciunt vestrum commodum & honorem, temporibus opportunis.

Dat. apud Aberconwey in Snaudon. quarto die Aprilis.

Consimiles litteræ diriguntur Ballivis & probis hominibus de Burdegal.

Consimiles literæ diriguntur Ballivis & probis hominibus de Leyburn.

Consimiles literæ diriguntur Ballivis & probis hominibus de Sancto Milione.

Consimiles litteræ diriguntur Ballivis & probis hominibus de Sancto Macar.

Consimiles litteræ diriguntur Ballivis & probis hominibus de Langun.

Consimiles litteræ diriguntur Ballivis & probis hominibus de Rupella.

Consimiles litteræ diriguntur Ballivis & probis hominibus Vasaten.

Consimiles litteræ diriguntur Ballivis & probis hominibus de Sancto Severo.

Consimiles litteræ diriguntur Ballivis & probis hominibus de Aquis.

Teste ut supra.

•II. 242. * *De Nunciis, pro arduis & specialibus negotiis, ad partes Vasconiæ destinatis.*

Ann. D. REX Johanni de Greilly, Senescallo suo Vasconiæ, vel ejus lo-
1283. cum tenenti, & Constabulario suo Burdegal. salutem.
An. 11. De probatæ fidei, dilectorum & fidelium, ac Secretariorum nos-
E. 1. trorum, Galfridi de Grenvil, & Antonii Bek, sinceritate, plenam
Rot. Vas- fiduciam optinentes, ipsos à latere nostro ad vos destinamus, hiis
con. 11. diebus, pro arduis & specialibus negotiis nostris, in partibus Vasco-
E. 1. niæ expediendis, secundum quod eis plenius injunximus ore tenus,
m. 3. Unde vobis mandamus in fide & dilectione, quibus nobis tenemini, firmiter injungentes, quod eisdem Galfrido & Antonio, &

dias, &, prout ex alto conceditur, incrementa procures.

Ideoque conventiones, multa indecentia plenas, & temeritate non vacuas, reprobas quidem & merito reprobandas, inter charissimum in Christo filium nostrum Carolum illustrem Siciliæ Regem, & Petrum, exigentibus suis excessibus, per sedem Apostolicam vinculo excommunicationis astrictum, quondam Aragonum Regem, non absque nimiæ animositatis inordinatione habitas circa quod ambo, cuilibet eorum comitiva centum Militum assistente, ad illud concurrant, altrinsecus insimul confligant, Celsitudini Regiæ confidenter exponimus:

Et, ut tibi earum qualitas plenius pateat, sub bullâ nostrâ, ipsarum de verbo ad verbum seriem, prout eam a memorato Siciliæ Rege recepimus, destinamus;

Ex quarum circumspectione manifeste circumspectio regalis advertet, quantum sint conventiones eædem obviæ crucifixi negotiis, & præcipue Terræ sanctæ, quantumque toti Christianitati damnosæ: cum illarum persecutio, non * solum memoratum Regem, ab •II. 243.
eisdem negotiis, & ipsius Christianitatis promovendis utilitatibus abstrahat, sed & alios Principes & Magnates, cæterosque fideles, qui circa prosecutionem eandem in se, vel in suis occupantur, avertat, & proinde manifesto exponatur terra præfata discrimini, dum ejus subsidium, multis excogitatum vigiliis, multisque sumptibus & laboribus præparatum, damnabiliter impeditur.

Nec minus attendere poterit eisdem tuæ circumspectionis industria, quam periculosa potest inter christicolas, ex prosecutione hujusmodi, excitari commotio: quantaque illis corporum & animarum pericula ingeri; ac quantum nobis, Ecclesiæ, tibi, cunctisque Catholicis, quibus est eis quomodolibet obviare possibile, posset à Deo & hominibus negligentia imputari, ad quantam notam adscribi, si talia procedere pateremur.

Propter quæ, nec non & alia non facile numeranda discrimina, quæ dictarum conventionum executio, Christiani proculdubio prodiga sanguinis, animarum inimica saluti, publicæque pacis æmula & quietis, verisimiliter comminatur; nos, illis promptis remediis obstare volentes, promissionem factam à memorato Rege Siciliæ, super dictis conventionibus observandis prorsus illicitam, utpote rem prohibitam expressius continentem (cum non solum in Principibus, similibusque personis, sed etiam in privatis duellum non sit ab Ecclesia tolerandum) reprobandam, irritandamque duximus, & penitus vacuandam; & juramentum super eis præstitum non solùm temerarium declarantes, sed & carere viribus; ipsumque Regem Siciliæ ad illorum decernentes observantiam non teneri; absolvendo eum nihilominus ab eisdem, quatenus processerunt de facto, sibi districte præcipimus, ut à prosecutione promissorum, & juratorum taliter, prorsus abstineat, & omnino desistat: eidem nihilominus, sub pœna excommunicationis, & comminationis processus cujuslibet, quem contra eum quomodolibet habere posset Ecclesia, ne ad executionem tam damnati certaminis, tam nefandi procedat; universis & singulis Christi fidelibus, ne illa tibi prosequenda suadeant, neve consilio, auxilio, vel favore in illis prosequendis assistant, districtiùs inhibendo.

Cum itaque impediendi tam detestabilia, tam nociva tibi sit in promptu facultas, pro eo, quod, sicut earumdem conventionum docet inspectio, loci determinatio, ad hujusmodi conflictus exercitum deputandi, de arbitrio tuo dependet; &, secundum earum

tam te, quam prædictos vicarios, & officiales tuos, per se, si facultas adfuerit, vel per suos Nuncios, vel litteras efficaciter moneat, & inducat ad parendum præmissis Apostolicis monitionibus, inhibitionibus, & mandatis.

Alioquin per excommunicationis in personas; & interdicti sententias, si opus fuerit, in Regnum tuum & alias tuas, ac eorumdem vicariorum & officialium terras, Apostolica, prout expedire viderit, auctoritate compellat;

Non obstantibus aliquibus privilegiis, vel indulgentiis, tibi, vel eisdem vicariis, sive officialibus, sub quacumque verborum forma, seu expressione concessis; quod tu, vel iidem vicarii, & officiales excommunicari vel interdici non possitis: aut eadem Regnum & terra nequeant Ecclesiastico interdicto supponi, per literas Apostolicas, non facientes plenam & expressam, seu de verbo ad verbum, de privilegiis & indulgentiis hujusmodi, sive obtinentium eadem nominibus mentionem: & qualibet alia ejusdem sedis indulgentia, cujuscumque formæ vel tenoris existat, per quam, præsentibus non expressam, aut totaliter non insertam, effectus earum quomodolibet impediri valeat, vel differri.

Datum apud Urbem Veterem Nonis Aprilis anno tertio.

Prælocutio facta inter Dominum Regem Angliæ & Comitem Gloucestriæ apud Dolynchelen in Snoudon, anno Regni E. undecimo, de matrimonio contrahendo inter ipsum Comitem & filiam Regis prædicti.

Ann. D. 1283. An. 11. E. 1. L. A. f. 177. a. Penes Camerar.

PUrparle est e acorde entre nostre Seygnur le Rey, e Gilbert de Clare Cunte de Gloucestre e de Herford. qe quaunt le avauntdit Cunte avera mustre au Roy, e a sun Conseyl, q'il voudra a ceo apeler, la departie sete leuement, solum la furme de Seynte Eglise, entre ly e Aliz, qe fu sa femme; ensi q'il se puise marier la ou il voudra; è ke il avera purchase de la Curt de Roume dispensacion de sey marier a si procheyne de lignage, comme est la filie le Rey a l'avauntdite Aliz.

Dunk le Roy durra a lavaunt dit Counte Johanne sa filie a femme, en teu manere qe le Cunte se demette de totes les terres e les tenemenz, que il ad en Engleterre, e en Gales, e en Irlaund, en semblement oue le Douarie sa mere; e tut qe escheir ly purra.

Ensi q'il è le avauntdite Johane seyent ensemble sessez de totes les teres e les tenemenz avauntdiz, e lur heyrs qe de eus issirunt; e si il n'eyent Eyr de lur cors, ke totes les teres e les tenemenz avauntdiz, tut enterement, remaynent a la avauntdite Johane a tote sa vie;

E, apres sun deces, returnent as dreyt heyrs le Cunte; sauve deus mile Marchees de terre, par renable estente en Engleterre, en luys covenables, dunt le Rey e la Roine se deverunt tenir apaez;

Des queles deus mile Marchees de tere, le Cunte vont e asurrera ke le avauntdite Johane seyte sesse heritablement, ensi ke, apres le deces le Cunte, ele en puisse fere tote sa volunte, come de son heritage, si ele ne ad enfaunt du Cunte.

Mais sil eyent enfaunt ensemble, tut enterement remayne, le tut alur enfaunz, apres lur deces, ensi ke le avauntdite Johanne ne les puse enloyner de ces enfaunz e des enfaunz le Counte, si les unt ensemble.

Dinchef le Cunte vout e graunte qe, kaunt q'il purchacera de cest hure en avaunt de teres e de tenemenz, seyt en atrys a lavauntdite Johanne a se heyrs, issi qe ele en puse fere sa volunte, en la

in Abbatem.

Rogamus itaque Serenitatem Regiam, & hortamur attentè, quatinus te præfato Abbati, pro divinâ, & Apostolicæ Sedis reverentiâ, reddens affectu benevolum, & opere gratiosum, ejusdem Monasterii jura, quantum in te fuerit, benigno favore protegas, & defendas; ita quod idem Abbas in exequendi sollicitudine sibi traditâ, possit prosperari facilius, & nos celsitudinem Regiam dignis inde laudum præconiis attollamus.

Dat. apud Urbemveterem 2. Id. Maii, Pontificatûs nostri anno tertio.

Sub filo canabeo.

De Translatione Sedis Episcopalis Assavensis ad Rodelan.

REX Cardinali, salutem, &c.

Ann. D. 1283. An. 11. E. 1. Transcript. Literar. m. 4. d.

Licet preces nostras pro omnibus, quæ nostris occurrunt desideriis, vobis fiducialiter dirigere præsumamus, illas tamen confidentius vobis porrigimus in quibus, quæ Deo placent & populo, postulamus.

Sane, sicut alias vobis scripsisse recolimus, in Dioc. Assaven. noviter construi, ædificari, populari, & inhabitari fecimus quandam villam, in loco spacioso, tutissimo & insigni, qui vocatur vulgariter Rodelan. ad quam non solum Dyoc. Assaven. verum Diocesium vicinarum populus, necnon & Anglicani multitudo populi jam confluxit; à quo Cathedralis Ecclesia Assaven. distat fere per duas leucas anglicanas, quæ sita est in quodam loco solitario & campestri;

Quæ etiam vel ejusdem Canonici, sunt nec mœnium aliquorum defensione protecti, nec fossatorum munimine circumcincti, nec alicujus vicini populi solatio consolati; set tanquam illa, quæ in nullius bonis sunt, prædonum incursibus & latronum insidiis, unà cum corpore Sancti Assaph. gloriosissimi Confessoris, subjacent periculis infinitis; unde si, de die, vel nocte, hos insultari contingeret vel invadi, quicquid habent possent amittere, antequam inde ad vicinos rumor aliquis perveniret, & tunc nimis tardè venirent elephantum barritus, qui corruentes Socios relevant voce sua; &, propter alias incommoditates & pericula, quibus subicitur locus ipse, hæc est una, quod Canonici dictæ Ecclesiæ, non solum in ferialibus, verum etiam in magnis & solempnibus festivitatibus, divina coguntur, ipsis solis & lapidibus, celebrare, si in eadem Ecclesia * celebrentur, cum, propter loci distantiam, nullos habeant auditores: *II. 246.

Pensatis itaque prædictis incommoditatibus & periculis, & etiam aliis, quæ non inseruntur præsentibus, necnon commoditatibus, quæ ex ipsius Ecclesiæ, & Sedis Episcopalis, & etiam Sancti Confessoris prædicti translatione primò Ecclesiæ, & personis ejusdem, & subsequenter toti populo Dioc. Assaven. poterunt evenire, & attendentes quod, in insigniori loco totius Dioc. Cathedralem decet construi domum Dei, ubi semper devotio fidelium, per exemplum bonorum operum, quæ à Ministris ipsius sperantur, fieri frequentius excitetur ad cogitandum de præmiis sempiternis, ad translationem prædictorum Sedis, Ecclesiæ, Confessoris, & personarum Ecclesiæ memoratæ, usque ad villam Rodelan. quæ longe & incomparabiliter insignior locus est hujus totius Dioc. Assaven, annuente Domino, dare proponimus opem & operam efficacem:

Quia igitur, ad complendum nostrum laudabile propositum & salubre, consensus Romani Pontificis necessarius esse dinoscitur, sinceritatem vestram, de qua indubitatam fiduciam optinemus, attento

expensum.

Et nichilominus, in casu prædicti servitii non præstiti, ad solvendum præfatam summam mille Marcarum, si per retentionem hujusmodi præfato Domino nostro consuli non posset, eidem Domino & Hæredibus suis, pro prædicta solutione fideliter facienda, nos & Hæredes nostros, & omnia bona nostra, & totum feodum, quod de ipso tenemus in Vasconia, specialiter obligamus.

In quorum omnium & singulorum testimonium præsentibus Sigillum nostrum fecimus apponi.

Dat. Burdegal. sexto die Mensis Junii intrantis, anno Domini 1283. & Regni præfati Domini nostri undecimo.

* H.247. * Hiis Testibus,

Domino Johanne de Grely Seneschal. Vasconiæ,
Domino Rogero de Mote,
Domino Guitardo de Burg.
Domino Eymundo de Forestis,
Domino Hugone de Castellione,
Domino Stephano de Monteferandi,
Gaylardo de Solar.

Et aliis.

De Avyano filio Ynor, & aliis Walensibus, qui le Crossenyth ad Regem detulerunt.

Ann. D. 1283. *An.* 11. *E.* 1. *Rot. Wall.* 11. *E.* 1. *m.* 1.

REX omnibus, ad quos, &c.

Cum jam sedatis, benedictus Altissimus, quibusdam turbationibus, in Wallia habitis, nos summi Regis Clementia taliter visitaverit ab excelso, quod nobis nuper, apud Aberconwey existentibus, Avianus filius Ynor, Lewelinus, David, Meylerus, & Goronow filii sui, Goronow fil. David, Avyanus, David, Dayhoc, & Tegnaret filii sui Walenses, partem illam pretiosissimi ligni crucis, quæ à Walensibus Crossenyht vocatur, & quam Lewelinus, filius Griffini, nuper Princeps Walliæ, & Antecessores sui, Principes Walliæ, habuerunt per manum dilecti & fidelis nostri Reginaldi de Grey, Justiciarii Cestriæ, reddiderunt;

Nos, ob ipsius reverentiam, qui pro redemptione generis humani in eodem ligno mortem subiit temporalem, & ob ejusdem Sanctæ crucis honorem, præfatis Aviano, Lewelino, David, Meylero, Goronow, Aviano, David, Dayhoc & Tegnaret gratiam facere volentes specialem, concedimus eis, pro nobis & hæredibus nostris, hanc libertatem, viz.

Quod ipsi, seu hæredes sui imperpetuum, in aliquo exercitu, seu expeditione nostra, extra quatuor Cantreda, nos sequi minime teneantur, nisi hoc de eorum processerit voluntate, & tunc sumptibus nostris, & non suis.

Teste Rege apud Rothel. 25. die Junii.

Ann. D. 1283. *An.* 10. *E.* 1. *Rot. Wall.* 11. *E.* 1. *m.* 2. *d.*

De tractatu habendo super David, filio Griffini, captivato.

REX dilecto & fideli suo Gilberto de Clare, Comiti Gloucestriæ & Hertfordiæ salutem.

Willielmo de Valencia,
Humfrido de Bohun Comiti Hereford & Essex,
Willielmo de Bello Campo Comiti Warr.
Roberto de Veer Comiti Oxon.
Gilberto de Umframvill Com. de Anegos,
Roberto de Brus Comiti de Carrick,

Adæ le Despenser,
Petro de Gousl.
Regin. de Grey,
Gilberto de Gaunt,
Nicholao de Segrave,
Mathæo de Lovayne,
Johanni de la Mare,
Henrico Husée,
Rogero Lancastr.
Nicholao de Meynill,
Roberto de Tateshall.
Ricardo de Grey,
Roberto de Brus Domino Vallis Anand.
Galfrido de Nevill,
Johanni de Stayngrene,
Radulpho de Thony,
Waltero de Wygeton,
Roberto filio Walteri de Daumore,
Rogero la Zusche,
Roberto filio Rogeri,
Johanni de Wauton,
Normanno de Arcy,
Johanne de Sancto Johanne,
Willielmo de Vesey,
Thomæ de Berkele,
Rogero de Colevill de Bytham,
Almar. de Sancto Amando,
Galfrido de Lucy,
Johanni filio Galfridi de Sancto Johanne,
Nicholao de Cryol,
Gilberto Pecche.
Johanni de Bohun de Sussex,
Johanni de Wahull,
Philippo de Kyme,
Johanni de Balliolo,
Rogero de Moubray,
Hugoni le Despenser,
Roberto Pypard,
Roberto de Everingham,
Johanni de Sullye,
Adæ de Banent,
Alex. de Balliolo de Chilcham,
Willielmo filio Warini de Monte Canisio,
Willielmo de Monte Canisio, de Edwardeston,
Ricardo filio Johannis,
Johanni Giffard de Brummesfeld,
Radulpho de Crumwell,
Johanni de Breus,
Ricardo de Breus,
Petro de Malo Lacu,
Roberto de Ros,
Johanni de Eyvill,
Willielmo Bardolfe,
Thomæ de Furnevall,
Willielmo de Huntingfeld,
Roberto Basset de Welledon,
Johanni de Bisco,
Radulpho Basset de Drayton,
Theob. de Verdun,
Marmed. de Tweng.
Willielmo de Ros,
Willielmo de Say,
Rogero de Somery,
Waltero de Faucomberge,
Johanni de Bella Aqua,
Thomæ filio Willielmi de Creistoke,
Johanni de Vallibus,
Thomæ de Moleton de Hoyland,
Thomæ de Moleton de Gillesland;
Roberto de Grey,
Regin. de Argenteyn,
Willielmo de Ferrar.
Gerardo de Insula,
Rogero de Leyburn,
Johanni de Belle Campo,
Alano de Plukenet,
Hugoni Poinz,
Johanni de Cogan.
Radulpho de Albin.
Henr. de Urtiaco,
Simoni de Monte Acuto,
Olivero Dynant,
Hugoni de Curtenay,
Willielmo Martyn,
Willielmo de Breus,
Mangero de Sancto Albino,
Nicholao de Monteforti, * H.249.
* *Philippo de Albin,*
Rogero Extraneo,

Ballivis Notingham,
Ballivis de Scardeburg,

Majori & probis hominibus Wygorn.

m. 1. d. Sub formâ prædictâ mandatum est universis & singulis Vicecomitibus per Angliam, quod, in quolibet Comitatu, eligi faciant duos Milites, de discretioribus & aptioribus Comitatûs illius ad Regem, pro Communitate ejusdem Comitatûs, venturos; ita quod sint ad Regem in crastino Sancti Michaelis prædicto, apud Salopiam, cum Rege super hiis & aliis locuturi: Et hoc nullatenus omittatis.

Teste ut supra.

Item, Sub eadem formâ, mandatum est omnibus subscriptis, quod sint ad Regem, ad diem prædictum, cum Rege super hiis & aliis locuturi.

Teste ut supra.

Richardo de Holebrok,
Constabulario Castri Bristoll,
Willielmo de Saham,
Radulpho de Sandwico,
Johanni de Cobham,
Ricardo de Reygate,
Johanni de Lunetot,
Rogero Luneday,
Radulpho de Hengham,
Hamoni Hauteyn,
Thomæ de Weyland,
Egidio de Berkele,
Galfrido Aguillon,
Alano de Walkyngham,
Thomæ de Sancto Vigore,
Johanni Bek,
Ricardo de Boyland,
Stephano de Penecestr.
Nicholao de Stapleton.

---

*II.250. * *Bulla super pecunia in subsidium Terræ sanctæ collecta, in sacris locis deposita, per Regem occupata, objurgatoria.*

Ann. D. 1283. *An. 11. E. 1. Ex Autogr.*

MArtinus Episcopus, servus servorum Dei, carissimo in Christo filio Regi Angliæ illustri, salutem & Apostolicam benedictionem.

Dum Regalis prudentiæ magnitudo, quæ, non sine laudum præconio, rerum exitus metiens, in suis actibus non inconsultè procedere consuevit, nostræ dudum considerationis intuitu lustrabatur; dum summæ devotionis zelus, quo erga Romanam Ecclesiam matrem tuam Regia semper Celsitudo resplenduit, mentis propriæ subiciebat aspectui; digne, utique sperabamus, nostri pectoris archivo recondita firma credulitas permanebat, ut sic prudenter tua limitares opera, sic tuorum processuum studia discrete dirigeres, sic sapienter incederes in omnibus viis tuis, ut nullius exinde turbationis materiam eidem Ecclesiæ contingeret exoriri: ut reprehensionis cujuslibet vitatis aculeis apud Regis æterni filium, per quem regnas, meritorum cumulo reddereris acceptior; penes nos & prædictam Ecclesiam, quæ te gerit in visceribus caritatis magis ac magis gratiosus occurreres; & apud gentium populos famæ claritate splendidior habereris.

Sed, si vera fateri liceat, si fas sit exprimi veritatem, tu pridem, indignis tui cordis affectibus nimis favens, & voluntatis arbitrium minus providè præferens judicio rationis, laudis Regiæ titulis, curâ tibi vigili conservandis, quamplurimum derogasti; non attendens neque considerans quam crudelis fore dinoscitur, qui negligit dampnum famæ.

Nuper etenim, non solum, divulgatis è longinquo rumoribus, sed etiam assertione veridicâ, mirantes accepimus, & intelleximus

sed potius augmentari subsidium cupiamus: nec velimus, sicuti nec debemus, tantum ejusdem terræ præjudicium æquanimiter tolerare; Serenitatem Regiam monemus, rogamus, & hortamur attente quatinus (sedula meditatione recogitans quantum in hac parte tuum offenderis creatorem, * cujus in hoc negotium agitur, quantum prædictam perturbâris Ecclesiam, quantúmve læseris famam tuam) pecuniam ipsam in locis, de quibus extitit, imperio tuæ jussionis, ammota, facias, sublata difficultate qualibet, excusationibus seu rationibus non obstantibus supradictis (quas omnino frivolas reputamus) cum integritate restitui seu reponi; ulterius à similibus abstinendo; ac etiam Ecclesiasticas, & alias quascumque personas, penes quas dicta pecunia est deposita, vel eam deponi contigerit per Apostolicam sedem, pro terræ memoratæ commodis disponendam, per te, vel alium, seu alios nullis impetendo molestiis, nullis vexationibus perturbando; illam in hoc efficaciam & sollicitudinem impensurus, ut debitæ restitutionis celeritas asportationis indebitæ ausum redimat, & sedis præfatæ gratia, quam libenter ad filios devotos extendimus, circa te non immerito augeatur. *II.251.

Nec latere te volumus quod, quantumcumque personam tuam sinceris affectibus prosequamur, Regioque libenter deferamus honori, nequaquam pati poterimus (cum non sit deferendum homini, plusquam Deo) quin super hoc, si opus extiterit, aliud remedium apponamus.

Dat. apud Urbem Veterem tertio Non. Julii, Pontificatûs nostri anno tertio.

Sub filo canabeo.

Bulla Regi, exhortatoria quod discordiam, inter Alfonsum Castellæ Regem, & Sanctium cæterosque filios suos exortam, pro viribus componere conaretur.

MArtinus Episcopus, servus servorum Dei, Carissimo in Christo filio Regi Angliæ illustri, salutem & Apostolicam benedictionem. Ann. D. 1283. *An. 11. E. 1. Ex Autogr.*

Insurgentis fremitus tempestatis, quæ Castellæ ac Legionis, Tolletti, Galleciæ, Siciliæ, Cordubiæ, Murciæ atque Gehenni Regna concutit, fratrem in fratrem provocat, filios armat in patrem, subditos in Dominum erigit, vastitati bona, stragi corpora, & animas (quod amariùs deploramus) dispendio salutis exponit, in nostram notitiam diversarum litterarum & famæ præviæ nunciatione deductus, ubi primum auribus nostris insonuit, horrorem ingessit auditui, paternum amaricavit animum, & in eo multæ compassionis spiritum excitavit.

Quis enim, absque amaricatione, recenseat inter tantâ sibi necessitate conjunctos jura sanguinis violari? Quis animo non amaro consideret filios, ante diem, non tam in patrios annos inquirere, quàm finem illorum iniquis aggressibus maturare? Patrem, commotum etiam filialis persecutionis injuriâ, in natos arma gerere, ac in eos cogi, saltem per defensionis remedium, desævire? Quis amarè non ferat germanos odiis se impetere mutuis, & maximè beneficiorum liberalitate præventum in benefactorem insurgere? illius non solum humilitationem, sed sicut fert gravis infamia, dejectionem extremam quærere, apertisque conatibus procurare? Quis non horret subditorum audaciam, fidelitatis fœdere violato, erectam in Domino, & ad subversionem Regalis solii aspirare?

Habet enim communis famæ relatio, quod dilecti filii, nobiles viri, Sanctius, aliique carissimi in Christo filii nostri A. Regis Castellæ,

... putaveris, ma-gnitudinem tuæ provisionis apponas: Ita quod, per tuæ studia providentiæ, salutaris Ecclesiastica libertas (quæ occasione hujusmodi discordiæ in illis partibus infringi posset) illæsa servetur; præfatis Regnis pax & tranquillitas, ut desideramus, adveniat; animarum pericula evitentur, ac tibi exinde laudis titulus apud homines, & meritorum accrescat cumulus apud Deum.

Dat. apud Urbem Veterem quinto Idus Augusti, Pontificatûs nostri anno tertio.

Bulla, de Regno Aragoniæ, ad filium Regis Franciæ secundogenitum transferendo.

Ann. D. 1283. Ar. 11. E. 1. L. A. f. 133. b. Penes Camerar.

MArtinus Episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio Johanni, tituli Sanctæ Ceciliæ Presbitero Cardinali, salutem & Apostolicam benedictionem.

Qui Regna transfert atque constituit, ipse scripturæ sacræ docet eloquio Regnum à gente transferendum in gentem propter injustitias, injurias, contumelias, dolosque diversos.

Sane injustitiam manifestam Petri, quondam Regis Aragonum, circa occupationem Insulæ Siciliæ; variosque conatus & insidias ad partes Regni Siciliæ occupandas; seditionem in eadem Insula motam; commotionem & concitationem populi factam inibi contra nos, Rempublicam, Ecclesiamve, instar illius, probat aperte defectus evidens, immo potius nullitas, ut ita dixerimus, juris sui; cum sit evidenter notorium sibi, uxori, nativse suis, vel ei per ipsos, aut aliis nullum jus competere, in Insula memorata, vel parte aliqua dicti Regni.

Ex quo ipsius injuriæ, necnon & contumeliæ, quas in præmissis nobis & Ecclesiæ Romanæ (quibus, ratione Regni Aragonum, eidem Ecclesiæ à, claræ memoriæ, Avo ipsius Petri, oblati & censualis tam ab illo, quàm ab aliis ejus prædecessoribus constituti, ad fidelitatem debitam tenebatur) nec non karissimo in Christo filio nostro, Karolo Regi Siciliæ illustri, non absque occisione ac strage multorum, irrogavit hactenus, nec adhuc irrogare desistit, manifestius convincuntur, nec latendi locum inveniunt doli ejus, in suæ malitiæ prosecutione commissi, aut ipsius possunt insidiæ occultari; quos & quas communis jam notio publicat & fama, quin potius infamia publica manifestat.

Præmissam itaque illius secuti non indignè doctrinam, cujus, licet insufficientibus meritis, exequimur vices in terris, post varias monitiones, prohibitiones, sententiarum excommunicationis & interdicti prolationes, pœnarum indictiones & comminationes expressas, de dicti Regni Aragoniæ ac terrarum, quondam ipsius Pe-

*II. 153. tri, expositione * ac privatione factas, & præcepta diversa (quorum omnium idem Petrus se contumacem exhibuit contemptorem) Regnum Aragoniæ terrasque prædictas exponentes modo subscripto, ipsum Petrum, tunc Regem Aragoniæ, Regno & terris eisdem, Regioque honore sententialiter, justitia exigente, privavimus; & privantes exposuimus eadem Regnum & terras occupanda Catholicis, de quibus, & prout sedes Apostolica duceret providen-

...teant, absque ulla contradictione possideant; & in ipsis, tanquam veri Reges, Comites & Domini, legitimè administrent; plenè in eis jus Regis, Comitis & Domini habituri; in Terraconen. Civitate, ipsius territorio, districtibus & pertinentiis, sæpefatæ Romanæ ac Terraconen. Ecclesiarum per omnia jure salvo.

Quod, si dicti Rex Franciæ & filius legem, conventiones, & pacta eadem non acceptaverint, vel contenta in eis, ut prædicitur, non promiserint, tu ad provisionem & deputationem hujusmodi non procedas.

Lex autem, conventiones & pacta, sub quibus dictas provisionem & deputationem, & non aliter, procedere velimus hæc sunt, videlicet,

Ut eidem Regnum & Comitatum præfatus ejusdem Regis Franciæ filius, ab eo electus, & à te, ut præmittitur, deputatus, ejusve successores in illis, nullo unquam tempore separent, nec ipsorum alterutrum dividant, set in eandem personam semper cum sua integritate concurrant:

Ad eorum successionem nullus unquam, qui non sit de matrimonio natus legitimo, set tantum legitimi admittantur:

Ita ut, si eidem filio dicti Francorum Regis, suisve imperpetuum successoribus, in Regno & Comitatu ejusdem, mortis tempore, liberi sexûs utriusque superfint, ex suo, vel successorum suorum corporibus legitime descendentes, primogenitus masculus succedat in illis:

*Si vero solum fœminini sexûs liberos superesse contingat, succedat primogenita in eisdem; *II. 154.

Quæ, si tempore devolutæ hujusmodi successionis ad eam, fuerit innupta, & nubere voluerit; personæ quæ ad ipsius Regni regimen & defensionem exstat idonea, nubere teneatur:

Nec nubat nisi vero Catholico, & Ecclesiæ Romanæ devoto:

Set si scienter jam nupserat, vel postea nubat alicui non Catholico, vel ipsi Ecclesiæ non devoto, donec ille vixerit & in deviatione à fide, seu in ipsius Ecclesiæ indevotione perstiterit, eadem Ecclesia ipsorum Regni & Comitatûs administrationem liberam optinebit; ita quod nichil exinde perveniat ad eam, vel ejus virum non Catholicum, seu etiam indevotum:

Illo verò non Catholico seu indevoto defuncto, ipsa, in viduitate persistens, seu nupta viro Catholico, devoto, & idoneo, ut est dictum, habeat, sicut ei competit, eadem Regnum & Comitatum, necnon & administrationem ipsorum, nichil tamen de perceptis ex illis, hoc casu, restituetur eidem.

Si vero ignoranter non Catholico vel indevoto jam nupserit, vel ille, cui jam nupta erat, vel postea nupserit, post contractum cum ea matrimonium talis fiat, nec ipsa ejus errori aut indevotioni consenserit, seu favorem exhibuerit, Ecclesia nichilominus eorumdem Regni & Comitatûs administrationem habebit, illo vivente; ne ad ipsum ex dictis Regno & Comitatu aliquid valeat pervenire; set, illo defuncto, eidem filiæ, in viduitate manenti, vel nubenti Catholico, devoto, & idoneo, ut superiùs est expressum, restituetur, hoc casu, prout ei competit, administratio cum perceptis ex eis; deductis tamen exinde omnibus expensis, factis ratione seu occasione administrationis ipsius, & cæteris, quæ fuerint deducenda; super quibus Romani Pontificis ejus temporis dicto stetur.

Set, & ipso viro vivente, si eum ad fidei veritatem, seu ipsius devotionem

læ, Legionis, vel Angliæ Regnis, ad aliquem Regem, vel Reginam Aragoniæ pervenire, ipse vel ipsa Rex Aragoniæ seu Regina, si Regnum sibi obveniens maluerint optinere, cadant, eo ipso, quod illud acceptaverint, ab omni dominio atque jure, quæ in Aragoniæ Regno & Comitatu prædictis habebant, eaque libera & expedita ipsi Ecclesiæ Romanæ dimittere teneantur.

Ad successionem eorum autem, in Regno ipso cum Comitatu
* II. 255. prædicto, veniant ipsorum filii sive conjuncti, aut * alii, secundum modum & ordinem supradictos.

Et, quia nostræ intentionis existit, prospero statui dictorum Aragoniæ Regni & Comitatûs, Ecclesiis & incolis eorumdem utiliter & efficaciter providere, volumus quod omnes Ecclesiæ prædictorum Regni & Comitatûs, tam Cathedrales, quàm aliæ, regulares & seculares, omnesque Ecclesiasticæ personæ, illis libertatibus & immunitatibus, & specialiter in electionibus, provisionibus, & juribus aliis, eisdem competentibus, omnino gaudeant, quæ ipsis competunt secundum Canonicas Sanctiones; & tam ab ipsis, quam filio ejusdem Regis, sic ab eo electo, & à te deputato, suisque successoribus, & aliis etiam personis secularibus, antiquæ consuetudines approbatæ, bonaque usagia Regni & Comitatûs eorumdem, quæ sacris Canonibus non repugnant, illibata serventur.

Quæ vero, contra Sanctiones Canonicas, statuta, seu alias introducta fuerint, omnino viribus careant; & quatenus de facto processerant, revocentur.

Ecclesiis ipsis, & personis Ecclesiasticis, omnia bona inmobilia, sive jura, quæ summarie ipsas possedisse, vel quasi possedisse constiterit, eis ablata, præcipue per memoratum Petrum, quondam Regem Aragonum, de plano restituantur eisdem; de illis verò, de quorum possessione taliter constare non potest, fiat eis justitiæ complementum.

Super prædictis Comitatu & Regno, cum memorato Petro, quondam Rege Aragonum aut ejus filiis quibuscumque, pro eis, nullam societatem dictus Regis Franciæ filius, vel iidem successores inibunt; nec conventionem aliquam facient de reddendo illis, vel eorum alicui dicta Regnum, vel Comitatum, seu aliquam partem ipsorum, absque sedis Apostolicæ beneplacito & expresso consensu; nec aliquam aliam societatem seu conventionem, hujusmodi negotii prosecutioni nocivam.

Pro eisdem quoque Regno & Comitatu, tam idem Regis Franciæ filius, quàm sui singuli successores in Regno & Comitatu prædictis, nobis, nostrisque successoribus singulis, & Ecclesiæ Romanæ, fidelitatis præstabunt publicè juramentum; & homagium facient, per se ipsos, quum præsentes erunt ubi nos vel successores nostros præsentes esse continget; si vero absentes fuerint, tunc per idoneam interpositam personam, ad hoc specialiter destinandam, homagium facere, ac fidelitatis juramentum eis præstare licebit; nisi forte, in hujusmodi absentiæ ipsorum casu, nos, aut successores nostri ad hoc Nuncium elegerimus destinare; tunc enim destinato ad hoc, nostro, eorumdem successorum, & Ecclesiæ nomine, tam ipse, quàm prædicti successores ipsius in personis propriis idem juramentum præstare, ac homagium facere tenebuntur:

Eadem præterea juramentum & homagium, tam ipse dictæ Franciæ Regis filius nobis, & nostris successoribus singulis, intra annum, postquam quivis eorumdem successorum in summum Pontificem assumptus fuerit, quàm sui successores infra simile tempus, postquam in eisdem Regno & Comitatu successerint, renovare tenebuntur modo præscripto.

Et nichilominus pro Regno & Comitatu prædictis solvent idem filius & prædicti sui singuli successores, nobis, nostrisque singulis successoribus, & ipsi Ecclesiæ Romanæ, annis singulis, in Festo beatorum Apostolorum Petri & Pauli, census nomine, quingentas

prædecessorem nostrum, & memoratum Avum ejusdem P. tempore, quo idem Avus dictum Regnum Aragon. ipsi Ecclesiæ Romanæ (ut prætactum est) optulit, extitit ordinatum.

Concedimus tamen quod sæpefati Regis Franciæ filius, ad prædicta electus & deputatus, possit per te coronari, si velit; &, sine alia nostra requisitione & mandato, per quem maluerit consecrari.

Singuli verò sui successores in Aragoniæ Regno & Comitatu prædictis, prius petita super hoc Apostolicâ sede licentia, de speciali mandato sedis ipsius, ut in coronatione prædicitur, per eumdem Terraconen. Archiepiscopum consecrentur.

Hæc omnia & singula memoratus filius, ab eodem genitore suo ad prædicta electus, & à te (ut præmisimus) deputatus, se ac eosdem successores suos inviolabiliter servaturos, & hujusmodi negotium sollicitè prosecuturos, tibi, nostro, successorum nostrorum, & ipsius Ecclesiæ Romanæ nomine, præfato Rege Franciæ genitore suo eadem universa & singula specialiter approbante, & consentiente in ipsis expressè pro se ac ipsis successoribus suis, eos ad eadem obligando promittet, & proprio juramento firmabit; in eisdem promissione ac juramento adiciens; quod hæc omnia, cum ad legitimam ætatem pervenerit, non differat, sine difficultate aliqua, illi, ejusdem Ecclesiæ Romanæ nomine, renovare, quem ad hoc ipsa Ecclesia duxerit deputandum.

Quod, si filius dicti Regis Franciæ, quem ipse ad præmissa elegerit, ejus sit forsan ætatis, quod ad juramenti præstationem inhabilis habeatur, promittet idem Rex, suas super hoc litteras concedendo, se, ac suum in Franciæ Regno hæredem, curaturum & facturum, bona fide, quod idem suus filius, cum ad ætatem, ad hoc aptam, pervenerit, præmissa omnia & singula similiter promittet, & præstabit, sine contradictione qualibet, hujusmodi juramentum tibi, vel alii, qui ad id fuerit per eandem Ecclesiam deputatus.

Promittet præterea idem Rex, sub similium testimonio litterarum, quod tam ipse, quàm, post ejus obitum, suus in Franciæ Regno successor, hujusmodi negotium, bona fide, potenter & sollicite prosequentur absque dilatione seu intermissione, quas facti qualitas seu emergentium casuum necessitas non inducet; quódque tam ipse, quàm dictus ejus in Franciæ Regno hæres, eundem filium suum, ab eo, ut diximus, electum, & à te deputatum, ac successores ipsius efficaciter in hujusmodi prosecutione juvabunt; & curabunt & facient, bona fide, quod illi similiter negotium ipsum efficaci sollicitudine ac sollicita efficacia pro viribus prosequentur.

Quod, si dictus ejusdem Regis Franciæ filius, ad præmissa electus & deputatus, & ipse Rex aut, eo non superstite, suus in eodem Regno successor, hujusmodi negotium prosequi neglexerint, nec post monitionem sedis ejusdem infra tempus competens, quod ad hoc sedes eadem, ipsius negotii circumstantiis & qualitate pensatis, duxerit præfigendum, debitæ prosecutionis instantiam reassumant, eo ipso cadant a Regno & Comitatu prædictis; & libera & plena eorumdem Regni & Comitatûs dispositio sive ordinatio, ad Romanam Ecclesiam, absque contradictione aliqua, devolvantur.

Nec idem Rex Franciæ, aut successor ejus in Franciæ Regno, ex præmissis lege, conventionibus, sive pactis, ad aliquod aliud teneantur, dummodo tantum de suo expenderint in hujusmodi prosecutione negotii, quantum per Romanam Ecclesiam, pro ejusdem prosecutionis subventione, receperint:

Si vero non tantum de suo expenderent, totum id, in quo summa taliter perceptorum expensas, per eosdem Regem & successorem de suo factas, excedat, ipsi, Rex sive successor, eidem Ecclesiæ restituere tenebuntur.

Forma verò juramenti fidelitatis & homagii, faciendi à sæpefato ejusdem

Recipientes ab eisdem Mercatoribus literas suas patentes, receptionem dictæ pecuniæ testificantes.

Teste Rege apud Brumburgh secundo die Septembris.

De stipendiis Gastoni de Bearn pro servitio Regi Castellæ, nomine Regis Angliæ, impendendo, ab Hugolino Vicio solutis.

Ann. D. 1283. An. 11. E. 1. L. B. f. 307. b. Penes Camerar. NOtum sit cunctis, tam præsentibus, quàm futuris, quod nos Gasto, Dei gratiâ, Vicecomes Bearn. Dominus Montis Cathani & Castri Veteris, recognoscimus & confitemur recepisse mutuo ab Hugolino de Vicio, nobis tradente nomine Domini nostri Regis Angliæ illustris, pro apparatu gentium nostrarum, nobiscum proficiscentium in servitium, Domino Regi Castellæ illustri faciendum, nomine Domini nostri Regis Angliæ supradicti, octingentas libras Turon. Nigrorum.

Quas servire promittimus, nomine prædicti Domini nostri Regis Angliæ, ipsi Domino Regi Castellæ, & eas recipere in solutum stipendii vel gadgii Hospitii nostri.

Et si forte, casu aliquo contingente, dictas octingentas libr. non serviremus ipsi Domino Regi Castellæ prædicto, promittimus illas integre restituere dicto Hugelino, aut Nuncio Domini nostri Regis Angliæ prædicti, eas cum hiis litteris repetenti, cum ab ipso Hugelino, aut Nuncio prædicto fuerimus requisiti, per quindecim dies post requisitionem ipsius Hugelini, vel Nuncii memorati; & hæc ipsi Hugelino promittimus bona fide.

Dantes nichilominus liberè licentiam & plenam potestatem ipsi
*II. 258. Domino nostro * Regi Angliæ, & Senescallo ipsius in Vasconia, vel ejus mandato, ut, auctoritate propria, de bonis nostris & hominum terræ nostræ tantum possit recipere, eorum quilibet vel omnes simul, quousque de dictis octingent. libr. eidem Hugelino vel Nuncio sæpedicto plene fuerit satisfactum.

In quorum omnium & singulorum testimonium sigillum nostrum præsentibus duximus apponendum.

Dat. apud Bayas, Dominica prima mensis Octobris, anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo tertio.

Pro Reso filio Mereduci.

Ann. D. 1283. An. 11. E. 1. L. A. f. 410. a. Penes Camerar. EDwardus, Dei gratiâ, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, & Dux Aquitan. omnibus, ad quos præsentes litteræ pervenerint, salutem.

Cum nos dedissemus dilecto & fideli nostro Reso filio Mereduci, pro legali servitio suo, terram de Mechlaen, Kayo, Meb Weneo, & GWenonuch. & eidem Reyso fecissemus breve nostrum Roberto de Tibbotot ad ponendum ipsum in seysinam de prædictis terris: ac pro eo quod idem Resus, indebito modo, contra consuetudinem Regni nostri non porrecta littera nostra super hoc prædicto Roberto directa, auctoritate propria intrusisset se in prædictis tenementis; super quo prædictus Resus coram nobis & consilio nostro per suam recognitionem convictus fuit: consideratum fuisset co-

** Litera Radulfi Romanorum Regis de prosperitate sua, & de fœdere amicitiæ cum Angliæ Rege perpetuando.* *II. 259.

Ann. D. 1283. An. 11. E. 1. infra Tur. MAgnifico Principi, Domino Edwardo, Dei gratiâ, Regi Anglorum illustri, amico suo karissimo, Rudulfus, eadem gratia, Romanorum Rex semper Augustus, integerimæ dilectionis & amicitiæ continuum incrementum.

Licet æterni Imperatoris Imperium, cui omnes intendunt & obediunt creaturæ, per mortem lugubrem illustris quondam Hartmanni filii nostri karissimi, diri doloris vulneribus, cordibus nostris dederit insanabilem cicatricem, per quem inclita domus vestra nostræ perpetuo amicitiæ fœdere fuerat colligata;

Tamen, quantum ad nos, mors ejusdem filii nostri amicitiam hujusmodi non extinxit, sed erga vos inviolabiliter perpetuo volumus observare quicquid veræ amicitiæ lex deposcit.

Unde Serenitati vestræ, ad augmentum gaudii amplioris, duximus intimandum quod prosperamur in omnibus, &c, annuente Domino, votivis successibus habundamus; sublimaturi, divino præsidio, illustres filios nostros ad titulos Principatus, & eisdem Ducatus Austriæ, Stiriæ, & Karinthiæ concessuri.

Cæterum, cum Sereni viri, Fratres de Raperch Milites, ad Regnum vestrum, pro quadam emenda, se transferant, magnitudinem vestram rogamus, plenissimo cum effectu quatinus ipsos, nostræ dilectionis intuitu, vobis habere dignemini favorabiliter recommissos; securum ad nos respectum habentes, quod in ipsis tanta regnat strenuitas & fidelitas tam sincera, quod de illis potestis plene præsumere, & ipsis securè committere quicquid libet.

Dat. Hageri. Kal. Decembr. Regni nostri decimo.

Magnifico Principi, Domino E. Dei gratiâ, Regi Anglorum illustri, Amico suo karissimo.

Litera Menevensis Episcopi, per quam certificavit quod receperat mandatum Papæ de Matrimonio contrahendo inter Resum filium Mereduci, & Audam de Hastinges.

Ann. D. 1283. An. 12. E. 1. L. A. f. 362. a. Penes Camerar. UNiversis Sanctæ Matris Ecclesiæ filiis, ad quos præsentes litteræ pervenerint, Thomas permissione Divina Men. Episcopus, salutem in Domino sempiternam.

Litteras Venerabilis Patris, Domini Martini, Divinâ providentiâ, summi Pontificis, apud Landegoc, die Sanctorum Martirum Johannis & Pauli, anno Domini 1284. recepimus sub hac forma.

Martinus Episcopus servus servorum Dei Venerabili Fratri Episcopo Men. salutem & Apostolicam benedictionem.

Quantum cum Deo possimus hiis libenter annuimus, per quæ dissidentes ad pacis solatium reducantur.

Ex parte siquidem nobilis viri Resi Mereduci, & nobilis mulieris Audæ de Hastinges, tuæ Dyocesis, fuit propositum coram nobis, quod ex inimicitiis & Guerris, dudum inter ejusdem R. ex

 parte

Ann. D. 1283. An. 12. E. 1. L. B. f. 310. b. Turri Camerar.

Edwardus, Dei gratiâ, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ & Dux Aquitaniæ, universis, præsentes litteras inspecturis, salutem in Domino.

Noveritis quod nos habitatoribus Villæ nostræ de Valentia, Agenensis Dioceśis, infra decos seu terminos dictæ Bastidæ, concedimus libertates & consuetudines infrascriptas, viz.

Quod per vos vel successores nostros non fiat in dicta villa questa, tallia, nec albergata; nec ibi accipiemus mutuum, nisi gratis facere voluerint habitantes.

Item, quod habitantes dicti Castri, & in posterum habitaturi, possint vendere, dare, alienare omnia bona sua, mobilia & inmobilia, cuicumque voluerint: excepto quod res inmobiles non possint alienare Ecclesiæ, nec Religiosis personis, nec Militibus; nisi salvo jure Dominorum de quibus feoda tenebuntur.

Item, Quod habitantes dictæ Villæ possint filias suas libere, ubicumque voluerint, maritare, & filios suos ad sacros ordines promovere.

Item, Quod nos, nec Ballivi nostri, non capiemus aliquem habitantem dictæ Villæ, nec vim ei faciemus, nec saisiemus bona sua (dum tamen voluerit firmiter stare juri) nisi pro murtro, vel morte hominis, vel plaga mortifera, vel alio crimine, pro quo corpus suum & bona sua nobis debeant esse incursa.

Item, Quod, ad quæstionem vel clamorem alterius, non mandabit, nec citabit Senescallus noster, nec Ballivi sui (nisi pro facto nostro proprio vel querela) aliquem habitantem dictæ villæ extra honorem dicta Villæ, pro rebus factis in dictæ Villa, & pertinentiis & honore dictæ villæ, vel super possessiones dictæ villæ & honore ejusdem.

Item, Si aliquis, habitans in dicta villa, moriatur sine testamento, & non sint Hæredes qui debeant succedere, Baillivus noster & Consules dictæ villæ bona defuncti, tamen scripta, commendabunt duobus probis hominibus dictæ villæ, ad custodiendum fideliter per unum Annum & unum diem; &, si infra illum terminum, appareant hæredes qui debeant succedere, omnia bona dicti defuncti sibi integraliter debent reddi; aliter bona mobilia nobis tradantur, & etiam immobilia, quæ à nobis in feodo tenebuntur, ad faciendum penitùs nostram voluntatem; & alia bona inmobilia, quæ ab aliis Dominis tenebuntur, eisdem Dominis tradentur ad faciendum eorum voluntatem; tamen solutis debitis defuncti secundum usus & consuetudines Agenenses, si debita clara sint, non expectato capite anni.

Item, testamenta, facta pro habitatoribus dictæ villæ in præsentia bonorum testium, valeant, quamvis non sint facta secundum sollempnitatem legis; dum tamen liberi sua legitima portione non fraudentur, vocato ad hoc Capellano loci, vel aliâ Ecclesiasticâ personâ, si commodè possit vocari.

Item, Quod nullus, habitans in dicta villa, de quocumque crimine sit appellatus seu accusatus, nisi velit, non teneatur ad duellum faciendum, nec ad defendendum per prælium, nec cogatur ad faciendum duellum; &, si refutaverit, propter hoc non teneatur pro convicto; set appellans, si velit, probet crimen, quod obicit, per testes, vel alias provocationes secundum formam juris.

Item, Quod habitantes in dicta villa possint emere & recipere, ad censum, vel ad donum, de quacumque persona volente vendere, vel infeudare, vel res suas inmobiles dare; exceptis militaribus & francalibus feudis, quæ non possint emere nec recipere, nisi pro nostra & successorum nostrorum voluntate.

*II. 261. * Item, De quocumque solo, de quatuor brassatis de lato & amplitudine & de 12. de longitudine, habebimus 6. d. ob.

Item, Et de quocumque solo, de 6. brassatis de lato & amplitu-

per solidum & per libram; &, si hoc facere noluerint, quod noster Ballivus eum pignoret ad instantiam prædictorum Consulum; & Clerici, & aliæ personæ privilegiatæ ad hoc cogebuntur de omnibus suis possessionibus, quas non habebunt pro hæreditate; de quibus rebus hæreditariis non tenentur aliquid dare, nisi de eorum processerit voluntate.

Item, Res comestibiles, deforis aportatæ ad vendendas, quæ de infra mediam leucam erunt aportatæ ad vendendas, non vendantur donec primo ad Palatium dicti Castri fuerint aportatæ: Et, si aliquis contra faciebat, emptor & venditor quilibet in duobus solidis & dimidio puniatur; nisi sit extraneus, qui consuetudinem ignoret.

Item, Quicumque alium percusserit, vel cirabit cum pugno, vel palma, vel pede, irato animo, si sanguis non intervenerit, & clamor factus fuerit, in 5. solidis pro Justitia puniatur, & emendam faciat injuriam passo secundum rationem; &, si sanguis intervenerit, in 20. solidis percussiens, si clamor factus fuerit, puniatur: Et, si cum gladio, vel fuste, vel petrâ, vel tegulâ, si sanguis non intervenerit, si clamor factus fuerit, in 20. Solidis percussiens pro Justitia puniatur: Et, si sanguis intervenerit, & clamor factus fuerit, in 60. Solidis pro Justitia puniatur, & emendam faciat injuriam passo.

Item, Si aliquis alium interfecerit, & de morte culpabilis reperiatur, ita quod homicida reputetur, per judicium nostræ Curiæ puniatur, & bona ipsius nobis fuerint incursa; solutis tamen primò debitis suis.

Item, Si aliquis alicui oprobria dixerit, vel verba contumeliosa irato animo, & inde fiat clamor Ballivo nostro, in duobus Solidis & dimidio pro justitiâ puniatur, & emendam faciat injuriam passo; &, si aliquis coram Ballivo nostro, vel nostra Curia, dicat verba contumeliosa irato animo, in 5. Solidis pro justitiâ puniatur, & emendam faciat injuriam passo.

Item, Quicumque bannum nostrum vel Ballivi nostri fregerit, vel pignus * per ipsum factum & pro causa judicata sibi abstulit, in 30 Solidis pro justitia puniatur. *II. 262.

Item quicunque furatus fuerit leudam, in 10 Solidis puniatur.

Item adulter & adultera, si in adulterio reperiuntur, & Clamor factus fuerit, ut videbitur per homines fidedignos, vel in Judicio confessum fuerit, in 100. Solidis quilibet pro justitia puniatur, vel nudi currant villam, & sit obtio eorundem.

Item qui gladium emolutum contra alium irato animo traxerit, in 10. Solidis pro justitia puniatur, & emendam faciat injuriam passo.

Item qui furatus fuerit, de die vel de nocte, aliquam rem, valentem 2. Solidis vel infra, currat villam cum latrocinio ad collum suspenso; & in 5. Solidis pro justitia puniatur, & restituat latrocinium cui furatum fuerit; excepto latrocinio fructuum de quo fiet ut inferius continetur: Et qui furatus fuerit rem, valentem ultra quinque Solidos, prima vice signetur & in quadraginta Solidis pro Justitia puniatur; &, si sit signatus per judicium Curiæ nostræ, modo debito puniatur.

Item siquis intraverit de die ortos, vineas, prata alterius, & inde capiat fructum, fœnum, paleam, lignum, valens 12 d. vel infra, sine voluntate illius cujus fuerit, postquam quolibet anno præconisatus fuerit, in 2. Solidis & dimidio, soluturis consulibus, ad opus dictæ villæ, pro Justitia puniatur; & totum, quod inde Consules habebunt, debent ponere in commune proficuum dictæ villæ, utpote in reparatione carreriarum, pontium, fontium, & consimilium; & si ultra 12. d. valet res quas inde ceperit, in 10. Solidis nobis pro justitia puniatur; & si de nocte quis intraverit, & fructum, fœnum, paleam vel lignum ceperit, in 30. Solidis nobis pro justitia puniatur, & emendam faciat dampnum passo. Et si bos,

vacca,

... unum denar. de onere hominis ob.

Item, nundinæ sint in dicta Villa termino assignato, & quilibet mercator extraneus, qui habeat trossellos multos & trocellum in dictis nundinis, dabit nobis pro intragio & exitu, & taniagio, & pro leuda 4. d. de honere hominis * 1. d. & de rebus emptis ad utensilia in Domo nichil dabit emptor pro leuda. *II.263

Item, quicumque voluerit, poterit facere furnum in dicta Villa, & in burris dictæ Villæ, & de quolibet furno ad coquendum panem ad vendendum, vel panem vicini sui, dabit, cujus erit, nobis quolibet anno semel 10. sol. oliberum.

Item justitia, facta per Notarium dictæ Villæ, illam vim obtineat ut publica instrumenta optinent.

Item, si quis pro latrocinio suspendatur, decem libræ nobis persolvantur pro justitia, si bona sua tantum valeant, solutis debitis suis; & residuum sit hæredum ejusdem.

Item, volumus quod Bajulus & Consules dictæ Villæ possint facere statuta insimul, & non quilibet per se; dum tamen illa statuta sint & redundent ad commune comodum & utilitatem nostram, & habitantium dictæ Villæ ipsius; statutis ultra annum, à tempore quo facta fuerunt numerandum, minime valituris; nisi post dictum annum, per eos iterum confirmentur; & prædicta statuta possint facere quandocunque & quotiescunque eis videbitur expedire.

Item, nolumus quod alicui habitanti dictæ Villæ, pro debitis pignorentur panni lecti sui, in quo ipse vel ejus familia jacuerint; nec vestes cotidianæ sui corporis, nec arma, nec ferramenta, nec alia aptamenta cum quibus panem suum lucrantur.

In cujus, &c.

Dat. Cestr. vicesimo octavo die Decembris, anno, &c. duodecimo.

Quod Johannes Cardinalis ad alia in negotio Ciciliæ procedat, non obstante quod Rex Franciæ literas promissorias non concedat.

Ann. D. 1284. An. 12. E. 1.

MArtinus Episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio J. tituli Sanctæ Ceciliæ Presbitero Cardinali, salutem & Apostolicam benedictionem.

In quibusdam articulis, contentis in literis Apostolicis, per quas tibi, sub certa forma, concessimus potestatem Regnum Aragoniæ conferendi alicui de filiis carissimi in Christo filii nostri Regis Franciæ illustris, quem ad hoc ipse duxerit eligendum, secundum tenorem litterarum ipsarum promissio dicti Regis exigitur, & super eadem promissione suarum patentium concessio litterarum;

Quia verò, sicut intelleximus, dictus Rex in hujusmodi litterarum concessione certis ex causis difficultatem ingerit, volumus & præsentium auctoritate mandamus ut, si Rex idem in hoc persistat, & malit omnes & singulos prædictos articulos & contenta in eis (sicut cedula, per Nuncios ejusdem Regis nobis oblata, & in majoribus litteris, quas ipsi Regi destinamus, inserta continet) solempniter tibi, nomine nostro, & Ecclesiæ Romanæ, promittere; tu, ejusmodi suá promissione receptá, non obstante quod idem Rex præfatas suas literas non concedat, ad alia, quæ per præmissas nos-

Tom. I. P. II.

... tolicis generaliter & indistincte sunt posita, dubitatio aliqua forsitan oriatur, tenore præsentium declaramus dictum filium de præmissis, ut prædicitur in eisdem litteris Apostolicis, ea solum promittere, jurare, ac renovare debere, quæ contingunt eundem.

Dat. apud Urbem Veterem quarto Idus Januarii, Pontificatûs nostri anno tertio.

Bulla declaratoria, quid per consuetudines approbatas, bonaque usagia in Regno Aragoniæ sit intelligendum.

MArtinus Episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio Johanni, tituli Sanctæ Ceciliæ Presbitero Cardinali, salutem & Apostolicam benedictionem. Ann. D. 1284. An. 12. E. 1. L. A. Penes Camerar.

In Litteris Apostolicis, per quas attribuitur tibi potestas Regnum Aragoniæ conferendi alicui, de filiis carissimi in Christo filii nostri Regis Franciæ illustris, quem ad hoc ipse duxerit eligendum, inter cætera continetur, quod omnes ipsius Regni antiquæ consuetudines approbatæ, bonaque usagia, quæ sacris Canonibus non repugnant, illibata serventur: Quæ vero, contra sanctiones Canonicas statuta, seu alias introducta fuerint, omnino viribus careant, & quatenus de facto processerant, revocentur;

Quia verò, ex his, apud eundem Regem aliquis dubitationis scrupulus dicitur exoriri, tenore præsentium declaramus quod, per verba præmissa, illa tantummodo statuta, & alias introducta intelligimus, & intelligi volumus, in hoc casu carere viribus, & quatenus de facto processerant revocanda, quæ sic sunt contra Canonicas Sanctiones, quod, absque mortali peccato, & æternæ salutis interitu, nequeunt observari.

Dat. apud Urbem Veterem quarto Id. Januarii, Pontificatûs nostri anno tertio.

De intercedendo, ad dissensionem inter Reges Franciæ & Siciliæ ex una, & Petrum Aragoniæ ex altera parte pacificandam.

REX Abbati Sancti Dionysii in Francia, salutem. Ann. D. 1284. An. 12. E. 1. Brevia Regis An. 12. E. 1. m. 571.

Super dissensione inter Dominum vestrum Regem Franciæ, & Dominum Regem Siciliæ, ex una parte & Petrum Aragon. & fautores suos ex altera, ac Regni Siciliæ per eundem P. occupatione facta, dolemus, novit altissimus, vehementer; &, si ad causam dissensionum inter ipsos pacificandam & sedandam opem, operam & consilium impendere possemus, utique gauderemus.

Et hoc ob amorem quem erga Reges gerimus, & gerere debemus memoratos, & etiam pro statu Terræ sanctæ & Regum prædictorum, ac insuper Christianitatis commodo universæ; & super eo quod proprio motu vestro usque, præter * dicti Domini vestri Regis conscientiam, nos ad hoc excitare voluistis, vestræ benevolentiæ quantum possumus gratiamur, discretionem vestram in hoc specialiter commendantes. *II.565.

Ff 2 Et

Dat. Pampilon. die Lunæ post Festum beati Vincentii Martir. anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo tertio.

De eodem servitio.

Ann. D. 1284. An. 12. E. 1. L. B. f. 168. a. Penes Camerar. NOverint universi, præsentes literas inspecturi, quod nos, Gasto, Dei gratia, Vicecomes Bearn. Dominus Montis Catani & Castri Veteris, confitemur quod recepimus ab Ugolino de Viquio, familiari Domini nostri Regis Angliæ illustris, dante & solvente de pecunia Domini nostri prædicti, duo milia, ducentas, & septuaginta libras Turon. pro soldo quadraginta & unius Militum, de quibus erant septem Baneriti; & pro soldo quinquaginta Labror. & novem Scutariorum, pro sexaginta duobus diebus, computandis à die Sabbati post Festum beati Martini Yemalis, usque ad diem Jovis in octabis Epiphaniæ Domini, dando octo solid. Turonen. pro Milite, & sex solid. Turon. pro Scutario, quaque die juxta ordinationem Domini Anth. Bek habitam super istis.

Quos centum Milites & Scutarios, ad mandatum Domini nostri Regis Angliæ prædicti, & amplius viginti equos armatos, nobiscum in Castellam duximus ad servitium Domini Regis Castell. & tenuimus in ipsius servitio per dies prædictos, de quibus centum & vinginti equis armatis monstram fecimus apud Stellam, coram Nunciis Domini Regis Castell. & Gubernatore Navarr. & Scoto fratre dicti Ugolini, ac multis aliis bonis viris,

Recognoscentes quod de prædicto soldo ultimam solutionem quindecim dierum recepimus, die Lunæ post prædictas octabas Epiphaniæ Domini; de quibus duobus Milibus ducentis & septuagint. libris Turon. nos gerimus pro contentis.

In cujus rei testimonium sigillum nostrum duximus præsentibus apponendum.

Dat. apud Pampylon. die Lunæ prædicta, anno Domini millesimo ducentesimo octuagesimo tertio.

*II. 266. * *Magnates Scotiæ se obligant ad recipiendam Margaretam Filiam Erici Regis Norwegiæ, & Margaretæ Alexandri Regis Filiæ, in Dominam suam, & Regni Scotiæ hæredem.*

Ann. D. 1284. An. 12. E. 1. Ex Autogr. OMnibus Christi fidelibus, ad quos præsens scriptum pervenerit, Alexander de Cumyns Comes de Buch. Constabularius & Justiciarius Scot. Patricius Comes de Dunbar. Malisius Comes de Stratherin, Malcolmus Comes de Leuenax, Rob. de Brus. Comes de Carrik, Donenaldus Comes de Mar. Gilbertus Comes de Anegus, Walterus Comes de Menethr. Willielmus Comes de Ros. Willielmus Comes Sothirland, Magnus Comes de ——— aclin, Duncanus Comes de ——— ——— & Johannes Comes Athol. tunc ——— lleti, Robertus de Brus Pr. Jacobus Senescall. Scot. Johannes de Balliolo, Johannes Cumyns, Willielmus de Soulys tunc Justic. Laodon. Ingeramus de Gynis, Willielmus de Moraviâ filius, Walterus de Moraviâ Milites; Alexander de ——— liolo, Reginaldus le Chen Pr. Willielmo de Sancto Clero, Ricardus Syward, Willielmus de Brethyn, Nicholaus de Haya, Henricus de Graham, Ingeramus de Balliolo, Alanus filius Comitis, Reginaldus le Chen filius, J——— de Lindesey, Patricius de ——— raham ——— ——— tus de Matifwel, Simon Fraser, Alexander de Orgadia, Anegus filius Douenaldi, & Alang. filius Rotherici Barones Regni Scotiæ salutem in Domino.

hæredum nostrorum, dictos Ballivos & debitores Rebelles artius ——— potestatem nostram unà cum ——— executoribus vel aliquo eorundem distringi faciemus donec de omnibus & singulis debitis dicti Domini Regis eisdem executoribus plenarie sa i fecerint & de Rebellione emendam præstiterint competentem: subicientes nos & hæredes nostros & quemlibet nostrûm se & hæredem suum ——— per se jurisdictioni & cohercioni venerabilium Patrum Episcoporum Sancti Andreæ, Glasguen Dunkelden. Abirden. Moravien. Breth. Galwathien. Dunblan. Catan Ergadien. & ——— * qui pro tempore fuerint, ut prædicti Episcopi omnes, vel eorum aliqui, vel aliquis possint & possit nos & hæredes nostros & quemlibet nostrûm & hæredum nostrorum per censuram Ecclesiasticam cogere & cohercere ad observandum firmiter, tenendum & adimplendum omnia & singula supradicta. *II. 267.

In cujus rei testimonium plures de nobis apponi fecerunt sigilla sua huic scripto.

Dat. apud ——— on. quinto Februarii, anno Gratiæ millesimo ducentesimo octuagesimo tertio, & anno Regni Domini nostri Regis tricesimo quinto.

Bulla Regi, de annuo censu Papæ solvendo.

MArtinus Episcopus, servus servorum Dei, carissimo in Christo filio Regi Anglorum illustri, salutem & Apostolicam benedictionem. Ann. D. 1284. An. 12. E. 1. Ex Autogr.

Honorem tuum, fili carissime, decere credimus ac tuis & Regni tui profectibus expedire, ut quod juste debes sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Matri tuæ, sic promptus exolvas quod gratiam acquiras ex debito, & commendari mereatur Celtitudo Regia ex affectu.

Cùm igitur census annuus mille Marcharum sterlingorum à te, sicut nosti, Romanæ Ecclesiæ debeatur, Serenitatem Regiam requirimus & rogamus attente, per Apostolica tibi scripta mandantes, quatinus censum ipsum, pro duobus annis transactis, terminatis in Festo beati Michaelis proximo præterito, dilecto filio Magistro Giffredo, Cameræ nostræ Clerico, in Anglia commoranti, has tibi litteras præsentanti, nostro & Ecclesiæ prædictæ nomine facias integre & liberaliter assignari; ita quòd nos, id gratum habentes, Magnificentiam tuam possimus exinde merito commendare.

Dat. apud Urbem Veterem Idus Februarii, Pontificatûs nostri anno tertio.

Sub plumbeo sigillo pendente a filo canabeo.

De annuo censu Papæ solvendo.

MArtinus Episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio Magistro Giffredo, Cameræ nostræ Clerico, in Angl. commoranti, salutem & Apostolicam benedictionem. Ann. D. 1284. An. 12. E. 1. Ex Autogr.

Cùm super solutione annui census mille Marcarum sterlingorum, in quo carissimus in Christo filius noster Rex Anglorum illustris, pro duobus annis transactis, terminatis in Festo beati Michaelis proximo præterito, nobis & Ecclesiæ Romanæ tenetur, tibi nostro, & ipsius Ecclesiæ nomine, faciendâ, eundem Regem per nostras litteras requiramus:

Nos, de tuæ discretionis industriâ plenariè confidentes, faciendi eidem Regi, nostro, & Ecclesiæ præfatæ nomine, refutationem plena-

[illegible] semper Ecclesiæ jure salvo, sicut hæc omnia lata per nos, de ipsorum fratrum consilio, super hujusmodi privatione, expositione ac occupatione, sententia seriose declarat:

Et quia, ubi non est gubernator, populus corruit, ne ipsorum Aragoniæ Regni & terrarum populus, factus absque gubernatore, diutius vergeret in ruinam, dictam provisionem, sedi reservatam eidem, deliberavimus exequendam:

Et ideo ad clarissimum genus tuum, illibatam ejusdem generis fidem, ad Domini devotionem, ad ipsum & eandem Ecclesiam indefessam, fervidum zelum ad exaltationem fidei orthodoxæ, cujus idem genus contra hostes ipsius fidei semper extitit singularis athleta, & ingentem illius potentiam, in obsequiis earumdem fidei & Ecclesiæ, feliciter temporibus retroactis expertam, considerationis solicitæ oculos convertentes, ad executionem provisionis ipsius aliquem de ipso genere, sub Dei fiducia, quem semper ejusdem generis clara progenies, & Regnum Franciæ inclitum, firmissime credidit, devotissime honoravit & coluit, de fratrum eorumdem consilio, deliberavimus eligendum.

In electione verò hujusmodi, aliquem, de carissimi in Christo filii nostri, Philippi Regis Franciæ illustris, Patris tui, filiis præferendum multiplex ratio persuasit:

Ideoque dilectum filium nostrum Johannem, tituli Sanctæ Ceciliæ Presbyterum Cardinalem, ad hoc ministrum idoneum, de fratrum eorumdem consilio assumentes, ad occupandum idem Aragon. Regnum & Comitatum Barchinoniæ (quæ est de terris expositis) quæ olim fuerant dicti Petri, de illo, ex ejusdem Regis Franciæ filiis, quem ad hoc ipse Rex elegerit, alio tum ab eo, qui sibi est in dicto Regno Franciæ successurus, sub certis lege, conventionibus, & pactis, expressis in litteris nostris, super hoc Cardinali directis eidem, ab ipso Rege Franciæ, ac eodem filio, ad id electo, per eum solempniter promittendis, ut eorum quemque contingerent, & inviolabiliter observandis, per dictum Cardinalem auctoritate Apostolica, quam in hac parte plene sibi commisimus, de ipsorum fratrum consilio, volumus provideri, & ipsum ad id faciendum singulariter deputari;

Statuentes & decernentes quod, postquam ipsi Rex Franciæ, & filius suus, ad hoc electus ab illo, & à præfato Cardinali, ut prædicitur, deputatus, eandem legem, conventiones & pacta expresse acceptarent, & promitterent contenta in eis se inviolabiliter servaturos, dictusque Cardinalis ipsum, ejusdem Regem Franciæ filium, ad id deputaret, idem filius in præfato Regno Arragon. nomen & titulum Regium, in Comitatu quoque prædicto dignitatem omnem, quam dictus Petrus quondam Rex Aragon. in illo optinuit, sortiretur, & tam per se, quàm per alios eadem Regnum & Comitatum libere occuparet, & faceret suo nomine occupari; eaque tam ipse, quàm sui perpetuò successores in illis, certo ad illa ordine contento in eisdem litteris, admittendi absque contradictione aliqua, possiderent, & in ipsis, tanquam veri Reges, Comites, & Domini, administrarent legitimè & plene in eis jus Regis, Comitis & Domini; habituri in Terraconen. Civitate, ipsius territorio, districtibus & pertinentibus; sæpefatæ Romanæ ac Terraconen. Ecclesiarum per omnia jure salvo.

Dictus autem Cardinalis hujusmodi negotium, juxta formam sibi à nobis traditam, exequens diligenter auctoritate Apostolica, eidem
* II. 169. in hac parte, * commissa de te, quem præfatus Rex Franciæ Pater tuus nominavit ad id ac elegit, sub lege, conventionibus, atque stro & Ecclesiæ Romanæ nomine, ex altera, acta sunt, præscriptarum auctoritate litterarum, juxta mandatum vestrum, tenore præsentium ad vestræ deduco notitiam Sanctitatis.

Sunt autem acta hujusmodi quæ sequuntur.

Anno Domini 1284. Mensis Februarii die vicesima, Indictione 12. Pontificatûs vestri anno tertio, memoratus Rex, coram Prælatis & Baronibus Regni Franciæ, propter hoc Parisius evocatis, (lectis prius suprascriptis litteris, ac petitionibus ipsius Regis, nobis per Bajocen. & Sibytonen. in Aurialen. Ecclesia Archidiaconos, ejusdem Regis Nuncios, oblatis, & responsionibus ad easdem; prout hæc, in litteris vestris Patentibus, inclusis tamen in quodam pargameno Bullato, ad eundem Regem, necnon & quibusdam aliis ad me directis; & tam eidem Regi, quam michi per venerabilem virum & discretum Magistrum Egidium de Castelleto, Notarium nostrum traditis, & expositis in vulgari, pleniùs continentur) ab eisdem Prælatis & Baronibus requisivit, & petiit fidele Consilium sibi dari, utrum sibi expediret ac deceret idem negotium Regni Aragoniæ & Comitatûs Barchinoniæ assumere, & etiam acceptare, sub lege, conventionibus, pactisve, in vestris contentis litteris, super hoc confectis, juxta moderationes, declarationes, & concessiones, de novo per memoratum Notarium allatas & oblatas.

Qui quidem Prælati & Barones vicesimam primam Februarii, ad tractandum & conferendum super hoc & deliberandum & vicesimam tertiam diem ejusdem Mensis, ad respondendum & dandum super hoc sua consilia, statuerunt.

Ipsa vero vicesima prima die, summo mane, ipsi Prælati & Barones, convenientes ad Palatium Regis, lectis iterum præfatis litteris, & expositis in vulgari, in partes altrinsecus secesserunt; qui, cum in principio suæ deliberationis, sicut antea, semper in varias traherentur sententias, tandem illo, ut pie credendum * est, cujus * II. 170.
agebatur negotium, inspirante, cujus etiam, cum voluerit, operatio non novit molimina tarditatis, repentè, & quasi sub eâdem horâ, in Identitate consilii ac Sententiæ resederunt, licet ipsis segregaret locorum distantia, &, in quo concordaret una partium, altera penitus ignoraret; videlicet, quod, consideratis omnibus, Regi Franciæ expediebat & Regno, ipsumque Regem decebat, prædictum negotium assumere, & etiam acceptare.

Quod, cum Barones Prælatis, per Nobilem Virum Simonem Dominum de Nigella Militem, nunciâssent, ego & dictus Notarius, non expectatâ die crastinâ, ad danda consilia assignatâ, significabamus Regi, ut ad Palatium suum accederet, responsionem & consilium à Prælatis & Baronibus auditurus.

Quibus idem Rex acquiescens, statim, duobus filiis suis, Philippo & Carolo, secum adductis, venit ad Palatium; &, adunatis invicem Prælatis & Baronibus, præsente ibidem toto ipsius Regis consilio generali, aliorumque multitudine numerosa, Bituricensis Archiepiscopus, de voluntate & mandato Prælatorum, proposuit pro ipsis, & respondit ipsi Regi, quod, considerato honore Dei, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, ac ipsius Regis & Regni Franciæ, necnon & utilitate fidei Catholicæ, expediens erat Regi, ipsumque decebat, juxta moderationes, declarationes, & concessiones, allatas & oblatas per memoratum Notarium, hujusmodi negotium acceptare; & in hoc omnes & singuli consentiebant, & hoc etiam consulebant.

Mox verò, prædictus Dominus de Nigellâ, pro Baronibus, de mandato eorum & expresso consensu, proposuit quod in eandem

Apostolica, michi in hac parte plenè commissa, de vobis Domine C. quem Pater vester, Philippus, Dei gratiâ, Rex Franciæ illustris, ad id nominavit, & elegit; sub lege, conventionibus, pactisve, ab eodem genitore vestro, ac vobis michi Sanctissimi Patris ac Domini, Domini Martini, Divinâ Providentiâ, summi Pontificis, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ nomine, sub forma præscripta solempniter promissis, prout quemque vestrum contingunt, ad occupandum Regnum Aragonum & Comitatum Barchinoniæ provideo; & vos ad id faciendum singulariter deputo, in Terraconen. Civitate, ipsius territorio, districtibus, & pertinentiis, memoratæ Romanæ ac Terraconen. Ecclesiarum per omnia Jure salvo; cujus-
* II. 271. modi provisionem & deputationem taliter * à me factas, idem Carolus, memorato Rege Franciæ genitore suo approbante, & in hiis expresse consentiente, acceptavit, & recepit: Philippo fratre suo primogenito præsente, & in hiis eidem Carolo congaudente; homagium autem & Juramentum, prout in nostris litteris continetur, ab eodem Carolo exigam & recipiam, cum ad ætatem, ad hoc aptam, pervenerit; quam implere creditur idem Carolus, infra Mensem à tempore confectionis præsentium, numerandum.

In cujus rei testimonium Sigillum meum duxi præsentibus appendendum.

Dat. anno prædicto Kal. Martii Pontificatûs vestri anno tertio.

Litera Alfonsi Regis Castellæ ad Martinum Papam, de Reconciliatione cum Sancio filio.

Ann. D. 1284. An. 12. E. 1. L. B f. 180. b. Penes Camerar.

SAnctissimo in Christo Patri ac Domino, Domino M. Divina Providentia, Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ summo Pontifici, Alfonsus, eâdem gratiâ, Rex Castellæ, Toleti, Legionis, Galliciæ, Sibiliæ, Cordubiæ, Murciæ, Geyhennii, atque Algarbii, Pedum Oscula beatorum, cum Reverentia filiali.

Licet, inter cæteras virtutes, in omnibus dignoscatur hominibus plus decere clementia præ cæteris, tamen plus elucet in Regibus; unde, ipsa suadente, ex officio dignitatis, misericordiam in subditis exercere tenemur, & lapsis pietatis præsidio subvenire, & quanto magis his, quos nobis sanguinis indempnitate natura conciliat, sic in subditis, vigor fidei & devotionis augetur, sic pax & tranquillitas Regnis acquiritur, & justitia gubernatur, ex hoc Deo placent Reges, & Præconium humanæ laudis acquirunt.

Quapropter Sanctissimam Paternitatem vestram latere nolumus quod, licet Sancius, carissimus filius noster, juvenili ætate, plusquam voluntate inductus, & etiam temporis suggerente malitia, necnon ad falsas quorumdam æmulorum nostrorum suggestiones, visus fuerit à paternæ devotionis semitis deviasse, tamen illustratus lumine veritatis, nostræ misericordiæ gratiam cum devotione lacrimabiliter imploravit, & cordis contritione, oris confessione, ac operis satisfdatione ad veram rediit pœnitentiam de commissis.

Nos autem, qui misereri volumus potius quam ulcisci, cum gratissimum sit genus veniæ, ad multa ejus humilitatis & devotionis indicia clementer tibi indulximus, & supplices recepimus in gratiæ sinum; sicut paternæ pietatis officium est errantes filios per devia ad semitam veritatis reducere, nil humanius est quam saluti restituere subditos, nec dum filios, qui debent humanis & divinis legibus & Parentibus educari, cum pater & filius eadem sit persona; omnes etiam offensas & culpas, quas ipse contra nos propterea visus fuerit hactenus incurrisse, tibi de clementia nobis innata, ex certa conscientia nostra, remittimus, & ipsum, benigne recipientes ad gratiam consuetam, de cætero ipsum volumus beneficio restitutionis in integrum congaudere.

MAgnifico Principi, fratri suo in Christo karissimo, Domino Edwardo, Regi Angliæ illustri, Ericus, eâdem gratiâ, Rex Norwegiæ, salutem, & sinceræ dilectionis affectum, cum continuis gloriæ & honoris incrementis. Ann. D. 1284. An. 12. E. 1. L. A f. 443. b. Penes Camerar.

Noverit Excellentia vestra quod nos dilectos ac fideles nostros, scilicet, Dominum Bernardum Baronem, & Dominum Vineum, Milites nostros, fecimus, constituimus & ordinavimus nostros, veros ac legitimos Procuratores, ac Nuncios speciales, ad exhibendam vobis literam confœderationis, factam inter magnificos Principes Dominum Henricum, claræ memoriæ, Patrem vestrum ex una parte, & Patrem vestrum in Christo karissimum Regem Magnum ex altera:

Et ad petendum à vestra Celsitudine dictam confœderationem renovari ac etiam confirmari, & ut omnia contenta in dicta confœderatione inviolabiliter conserventur:

Necnon & ad promittendum ex parte nostra, quod omnia promissa & conventa in eadem confœderatione servabimus, & servari faciemus, ac etiam confirmabimus per modum & formam, secundum quem modum seu formam prædictam confœderationem duxeritis confirmandam.

Concedimus & dictis Nunciis nostris ac procuratoribus nostris plenam potestatem & speciale mandatum exponendi, coram vobis, seu illo, vel illis, quos ad hoc duxeritis deputandos, dampna, gravamina & injurias, quæ vel quas, Mercatoribus Regni nostri à Ballivis & aliis, in Dominio vestro, & maximè in Lennio contra justitiam cotidie inferantur:

Et petendi & supplicandi ut Excellentia vestra hujusmodi injurias & gravamina cessare faciat, & dampna resarciari:

Ac omnia alia faciendi, quæ nobis & hominibus nostris viderint expedire, & nos facere possimus si personaliter interessemus; ratum & gratum habituri quicquid prædicti Nuncii nostri fecerint in præmissis & circa quodlibet præmissorum.

In cujus rei testimonium præsentes fecimus sigilli nostri munimine consignari.

Dat. Bergis anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo quarto, sexto Kal. Maii, anno verò Regni nostri quinto.

Bulla ad Regem, de omnibus commissis, in guerris inter ipsum & Simonem de Montfort, & Lewelinum Principem Walliæ, absolvendum.

MArtinus Episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus Wygornien. & Bangoren. Episcopis, salutem & Apostolicam benedictionem. Ann. D. 1284. An. 12.

Ex parte carissimi in Christo filii nostri Edwardi Regis Angliæ illustris fuit propositum coram nobis, quod olim inter claræ memoriæ Henricum Regem Angliæ illustrem, Patrem suum, & ipsum Edwardum ac eorum in hac parte sequaces ex parte una, & quondam Symonem de Monteforti, & alios adhærentes eidem ex altera; & postmodum inter eundem Regem Edwardum, & quondam Leulinum, qui pro Principe Walliæ se gerebat, ac David fratrem ipsius Leulini & eorum complices, guerrarum discrimine fluctuante diutius, ex variis concursibus multa homicidia religiosorum, & secularium, Clericorum & Laycorum; etiam sacrilegia insuper, * furta, rapinæ & incendia Ecclesiarum, Monasteriorum, & aliorum locorum Ecclesiasticorum; injectiones quoque manuum in religiosos & Clericos seculares, in sacris & in minoribus ordinibus constitutos, fuerint in illis partibus tam per eos, quàm per alios de man- * II. 273.

E. 1. L. A. f. 38. b. Penes Camerar.

R. 1. Lib. A. f. 6. Penes Camerar.

Exultat in Domino Romana Mater Ecclesia, novum illi canticum concinit, sibique in gratiarum uberes actiones erumpit, quod, superni Regis circumfulcitus auxilio, tanquam reverentiæ filius, Rex Catholicus & Princeps devotissimus, recognoscens tenensque recenti memoria ingentium miseriarum angustias, & gravium calamitatum incendia, quibus Terra sancta, proh dolor! indesinenter affligitur, quæve propiis inspexisti oculis, manibus contractâsti, pridem in illis partibus, divinis insistendo servitiis, constitutus, te per dilectos filios Magistrum W. Canonicum Wellen. & nobilem virum Heleyam, Regiæ Magnitudinis Nuncios, quos affectione paterna facieque serena recipimus, voluntarium obtulisti vivificæ crucis signaculum, ad tui redemptoris injurias ulciscendas, assumere in Terræ sanctæ subsidium memoratæ.

Hæc sunt, fili carissime, quæ de te libenter audimus, quæ de tuis actibus avidis percipimus auribus: Hi sunt rumores gratissimi votis nostris: Hæc sunt acceptissima nova nobis, quæ tanto potius nostri cordis interiora demulcent, quanto personam Regiam sinceriori caritate prosequimur, tuæque salutis augmentum desiderio cupimus ampliori.

O quàm salubris est Rex inclitæ dispositio mentis tuæ! quam bonum celebreque propositum! quam laudanda intentio!

Quid enim commendabilius? quid fructuosius? quid utilius, obsequio Jesu Christi? qui pro minimis summa retribuit, pro modicis elargitur amplissima, pro terrenis æterna compensat.

Nos itaque, hujusmodi oblationem Regiam tibi divinitus inspiratam, multipliciter in Domino commendantes, & * gratam habentes quamplurimùm & acceptam, ac intendentes te in prosecutione illius oportunis, prout videbitur, subsidiis adjuvare, Celsitudinem Regiam rogandam attente duximus & hortandam, in remissionem tibi peccaminum suadentes, quatinus humili devotione recogitans quod Dei filius pro te tuæque redemptionis commodo, post multiplices contumelias & terrores, post dira flagella, sævaque vulnera, post ignominiosa sputa innumeraque opbrobria, crucis patibulum pertulit, quod in hac parte salubriter concepisse dinosceris efficaciter exequaris ad laudem divini nominis, tuæ salutis profectum, & honoris Regii memorabile incrementum. *II. 274.

Nec mireris si dicti Nuncii moram apud nos ultra tuum, & suum forte propositum contraxerunt; nam, propter absentiam aliquorum ex fratribus nostris, quos tunc pro certis negotiis miseramus, & propter sollempnitates festivitatum proximo præteritarum, circa quas nos vacare decuit, & etiam propter emergentium negotiorum varietates, quæ inevitabiliter nos urgebant, prædictos Nuncios comode nequivimus citius expedire; & sic eos mansuetudine Regiâ merito habere poteris excusatos.

Dat. apud Urbem Veterem septimo Kal. Junii, Pontificatûs nostri anno quarto.

dere, cui per te, ac per tuos assistere poteris in commissis, cum ab eo extiteris requisitus, qui inquiret an Decima fuerit debitè ac ritè soluta; & quod per inquisitionem hujusmodi inveniri poterit & haberi, assignabitur tibi eo modo ut Decima supradicta: de mulctis vero & pecuniâ per collectores male receptâ quod petitur, non potest decenter admitti, cum enim collectores, &c. ad id non habuerint potestatem, constat eas extortas * fuisse illicitè: scil. qui eas extorserunt puniendi sunt, & pecunia, juxta ordinationem ipsius sedis, illis, à quibus extorta fuerit, est reddenda. *II 275.

Tertia Petitio. Item, quod Nuncio illi, sic mittendo, possis aliquem de tuis adjungere, ita quod illi duo auctoritate Apostolica possint inquirere & exequi supradicta. Tertia Petitio.

Responsio. Ista Petitio non conceditur, quia nulli invenitur esse concessa, imo licet aliquando petita fuerit, tamen fuit, ex causis rationabilibus, denegata tempore Concilii Lugdunensis. Responsio.

Quarta Petitio. Item petis Decimas, secundum verum valorem, in prædictis Regnis & terris, ad quinquennium, pro Terræ sanctæ subsidio, tibi dari. Quarta Petitio.

Responsio. Tibi, signum Crucis infra Festum Natalis Domini, proximo futurum, in Terræ sanctæ subsidium, sollempniter assumenti, & pupplice deferenti, concedimus Decimam in Anglia, Wallia, & Ybernia per tres annos, competenti tempore, prout videbitur, colligendam, & assignandam per biennium ante dictum terminum ad passagium præfigendum. Responsio.

Quinta Petitio. Item petis omnia & singula, ad Terræ sanctæ subsidium in Lugdunen. Concilio assignata, tibi similiter assignari. Quinta Petitio.

Responsio. Fiet, juxta ordinationem sedis Apostolicæ, quod in ista Petitione continetur, in terris illis, in quibus Decima concedetur. Responsio.

Sexta Petitio. Item ea quæ de redemptionibus votorum proveniunt, legata indistinctè, relicta, & legata specialiter in Terræ sanctæ subsidium, & bona intestatorum, ad tam plum negotium prosequendum, petis tibi, de benignitae Apostolica, assignari. Sexta Petitio.

Responsio. Tibi, signum Crucis, infra Festum Natalis Domini, proximo futurum, in Terræ sanctæ subsidium, sollempniter assumenti, & pupplice deferenti, concedimus in terris illis, in quibus & Decimam, redemptiones votorum Terræ sanctæ, & legata in subsidium Terræ sanctæ indistinctè relicta; bona vero intestatorum concedi non possunt, quia bona illa de jure ad alium debent deferri, & nunquam invenitur hoc fuisse concessum. Responsio.

Septima Petitio. Item petis primos fructus beneficiorum, vacantium in prædictis Regnis & terris, ad decennium tibi dari; beneficiorum cum Curâ Rectoribus, ad sustentationem eorum, portione congrua per locorum ordinarios primitus assignatâ. Septima Petitio.

Responsio. Hæc Petitio non conceditur, nec ulli adhuc Principi, etiam in Terræ sanctæ subsidium, est concessa. Responsio.

Octava Petitio. Quod, prædictis Petitionibus exauditis, tu signum vivificæ Crucis assumes, ita quod citra quinquennium, ad arripiendum iter versus Terram Sanctam nequaquam arteris; nec iter hujusmodi ultra quinquennium, nimium fortassis donec senueris, differatur. Octava Petitio.

Responsio. Placet quod infra quinquennium, ad iter arripiendum nequaquam arteris, nec ultra prædictum quinquennium cogaris adeo id differre, quod ad negotium prosequendum inhabilis haberis. Responsio.

Scire quoque te volumus, quod, si in præmissis assumptione, dela-

restitutio de ablatis, & de talibus, innocentibus vel nocentibus, specialiter inquiratur.

Laicis verò de bonis suis ablatis omnis restitutio denegetur, nisi pauperibus, debilibus & miserabilibus personis; quibus idem Dominus Rex prospicere voluerit intuitu pietatis.

De incendiis autem, siqua facta sunt, & in quibus locis, & si ex præcepto Domini Regis processerunt, indago fiat specialis; &, si Ecclesiæ, vel Capellæ, seu Domus religiosæ, prætextu guerræ, combustæ fuerint, de bonis Regiis reparentur: & idem de domibus Prælatorum & eorum, qui ex parte Domini Regis fuerint, est censendum; de incendiis autem Ecclesiarum, siqua ex præcepto dicti Domini Regis, seu ipsius ratihibitione facta fuerint, si hujus incendiarii solvendo non fuerint, vel aliàs nequeant inveniri, sumptibus ipsius Domini Regis reparentur de suâ munificentia gratiosâ.

De homicidiis vero voluntariis, in Ecclesiis, Cimiteriis, seu locis sacris perpetratis, quæ certum est ea de voluntate ipsius Domini Regis nullatenus processisse; nec incendiarios Ecclesiarum seu locorum, post denunciationem factam, per alium, quàm per summum Pontificem, seu alium ipsius auctoritate posse absolvi, quod placeat dicto Domino Regi summo Pontifici scribere, supplicando quod aliquibus Prælatis vices suas committat, qui eos à sententia excommunicationis, quam sic incurrerunt, absolvere valeant de excessibus memoratis; Dominus etiam Archiepiscopus & alii Prælati interim rogentur à denunciatione illorum, qui sic sententiam excommunicationis incurrerunt, totaliter supersedeant, quousque remedium circa excommunicatos tale absolvendos fuerint consecuti.

Ad hæc, de Cimiterio de Aberconewaye diligenter inquiratur, si illud per Episcopum aliquem fuerit consecratum; quod si fuerit ad alios usus, quàm sacratos, nullatenus poterit deputari, absque sedis Apostolicæ licentia speciali.

Expediens videtur quod incendiarii, sic excommunicati, ante denunciationem, contra eos faciendam, erga Prælatos suos laborent pro absolutionis beneficio, sub celeritate præcipua, eisdem impendendo.

In cujus rei testimonium, sigilla venerabilium Patrum Dominorum Bathonensis & Wellensis Menevensisque ac Norwicensis Episcoporum, & religiosorum virorum, Prioris Provincialis fratrum Prædicatorum, & Ministri ordinis Minorum, præsentibus sunt appensa.

Dat. apud Baladeuclyn decimo septimo Kal. Julii, anno Domini millesimo ducentesimo octuagesimo quarto.

De Discordia inter Ducem Brabantiæ & Comitem Gelriæ pacificanda.

Ann. D. 1284. An. 12. E. 1. Claus. 12. E. 1. m. 6. d.

REX egregio viro & amico suo karissimo, Domino J. Duci Brabantiæ, salutem & successibus prosperis habundare.

In desideriis nostris potissime gerimus, & instantia multæ sollicitudinis excitamur, ut cunctis Christi fidelibus, & proximis nostris, & præsertim hiis, quibus sumus affinitate vel amoris contracti fœdere aliquatenus colligati, dissensionis materiam pro nostris viribus præcidamus, cum ipse Dux noster & auctor omnium, pacem præ cæteris diligens, illam in terris duxerit velut donum gratissimum relinquendam.

Audito igitur quod inter vos ex parte una & nobilem virum Comitem Gelr. ex altera gravis noviter est discordia ex causis aliquibus suscitata, pensantes perspicue & mentalibus oculis intuentes quod multa discrimina, nedum corporum set etiam animarum in perso-

contigerunt.

Quia igitur veritatem quærit regia celsitudo, nec decet gradum nostrum vobis palpando suggerere falsitatem.

In primis dominationi vestræ scribimus, quod in hiis factis, quæ contra legem altissimi perpetrantur, intentio boni, licet reatum attenuet, dampnationis tamen periculum non excludit, sicut nec est immunis à scelere, qui furatur ut elemosinam largiatur; nec recte incedit qui ad finem intentus callem eligit tortuosum.

Secundo, adicim. quod licet contra vel præter voluntatem nostram expressam, & ratihibitionem multæ fuerint injuriæ Ecclesiis & Ecclesiasticis personis ac innocentibus aliis irrogatæ, non tamen potest se Magestas Regia excusare in hiis, quæ sub dissimulationis vestræ pallio provenerunt.

Quum si à principio Guerræ, severitatis Regiæ terroribus fuissent malefactores hujusmodi pœnalibus judiciis refrænati, non accidissent ex parte maxima Ecclesiarum gravamina, quæ postea sunt secuta.

Obligatur igitur in talibus vestra Dominatio, ex favore; favere nempe dicitur qui, cum possit, & cui ex officio incumbit manifeste, imminenti facinori desinit obviare.

Tertio, quia per partes Walliæ visitationis freti officio transeuntes, personas Ecclesiasticas & Monasticas audivimus conquerentes de Ecclesiis & Sacris ædibus spoliatis & pariter concrematis: Laicos etiam de rebus suis ab Ecclesiis & cimiteriis in quibus reconditæ fuerant, sacrilegè asportatis; ipsorum querelis cupientes satisfacere de assensu conquerentium ordinamus ut de assensu Regio personæ eligantur testimonio fidedignæ, quæ per loca omnia Walliæ circueant desolata, & vocatis qui fuerunt evocandi inquirant cum omni diligentiâ fidedignos per juratos de hujusmodi malefactis, & personis illorum qui talia perpetraverunt; & si compertum fuerit quod bona Ecclesiasticis officiis deputata, utpote, libri, calices, campanæ, vasa, vestimenta vel ornamenta quælibet de Ecclesiis sublata fuerint vel alias undecumque, ad restitutionem eorumdem integram, ac interesse super injuriis, raptores hujusmodi si personæ notæ fuerint, & solvendi habeant potestatem, per censuram Ecclesiasticam; &, si illa non sufficiat, per Serenitatem Regiam compellantur; quod si personarum notitia non valeat indagari, vel notæ non sufficiant satisfacere de prædictis, credimus * Magestatem Regiam pro ratione prætacta ad satisfactionem hujusmodi obligari; Ita tamen quod raptores, ad solutionem impotentes, sicut excommunicati gravi poena canonica percellantur. * II. 278.

Clericos nota qui contra jura Regiæ Magestatis arma hostiliter detulerunt, vel alios ad hujusmodi injurias excitaverunt, cujuscumque gradus fuerint aut honoris, cum hoc fuerit in forma Canonica declaratum per suos ordinarios conpelli præcipimus, ut tam sufficienter satisfaciant Regiæ Majestati, ne nos ad hæc manus cogamur extendere duriores.

Si vero Clericis hujusmodi nichil habentibus, nisi de bonis Ecclesiasticis quicquam ablat. fuerit de eisdem, restituendum illud credimus Ecclesiæ, non materiali fabricæ set congregationibus pauperum fidelium, quibus præsunt per superiorem vel bonorum virorum industriam ad hoc specialiter electorum; & restitutionem faciant spoliatores si sufficiunt, & noti fuerint, & hiis deficientibus per clementiam Regiam esse credimus providendum.

Cæteris autem personis Ecclesiasticis & Religiosis, quæ nullatenus opere vel operâ, consilio vel favore Magestati & paci Regiæ derogârunt, de dampnis & interesse, fiet satisfactio plenaria in formâ superius annotatâ.

Laicarum vero tres fuerunt in hiis partibus differre personarum.
Quædam enim fuerunt, licèt paucæ, penitus innocentes.
Et istis debet in formâ prædicta fieri plenarie restitutio spoliatis.

Aliæ

secundum quod decet vestram Majestatem; & quod sit honor vobis.

Quia tamen Imperatori summo, qui essentialiter est Dominus, omnes suæ serviunt creaturæ, decere credimus Majestatem vestram, quæ à Summo Rege Regni terreni optinet bajulatum, de bonis ejus, vestræ dispensationi creditis, honoris sui resarcire injurias, per dispensatorem vel verius dissipatorem pristinum inpetratas; hæc, illustrissime Principum, vobis scribimus sine præjudicio sententiæ melioris, Sigilli nostri munimine roborata.

•II. 279. • De loco autem Aberconewey seu dedicatione Episcopali, seu Sepultura Christianorum corporum, Religioso effecto, & continuiibus juxta Canonicas Sanciones idem sentimus quod vobis per prudentes alios est consultum; valeat & vigeat Regia celsitudo, ad Divini nominis gloriam quamdiu Cœli Sydera rotabuntur.

Dat. Bangoriæ in Crastino Nativitatis Sancti Johannis Baptistæ anno Domini 1284, Ordinationis nostræ sexto.

Ad inquirendum de damnis, in Wallia Ecclesiis illatis.

Ann. D. 1284. *An.* 12. *E.* 1. *L. A. f.* 359. *b. Penes Camerar.*

FRater J. permissione Divinâ Cantuariensis Ecclesiæ Minister humilis, totius Angliæ Primas, dilectis in Christo filiis Priori Fratrum Prædicatorum Rothlan. Gardiano Fratrum Minorum de Lammeys, ac Magistro Radulpho de Brocton. Clerico salutem, gratiam, & benedictionem.

Quia juxta clamorem qui venit ad nos, dum nuper in Assaven. & Bangoren. Dioces. visitationis fungeremur officio, super dampnis & injuriis illatis Ecclesiis non valemus pro cognoscenda super hoc veritate personaliter ad loca singula declinare, de vestræ fidelitatis puritate fidei plenitudinem optinentes, vobis in hac parte, præsentium tenore, vices nostras committimus, cum cohertionis Canonicæ potestate, ut per loca singula sic gravata de hujus dampnis & injuriis sollicite perscrutantes, Domino Regi & nobis quam citius fieri poterit, omnem veritatem quam cito hoc inveneritis fideliter intimetis.

In cujus rei testimonium præsentes litteras Sigilli nostri fecimus appensione muniri, post Festum Omnium Sanctorum proximo sequens minime valituras.

Dat. Bang. 7. Kal. Julii Ordinationis nostræ anno sexto.

Litera Constantiæ de Bearn, per quam submittit se satisfactur. Regi de omnibus inobedientiis, & transgressionibus, & factis in partibus Vasconiæ.

Ann. D. 1284. *An.* 12. *E.* 1. *L. B. f.* 272. *a. Penes Camerar.*

NOverint universi quod nos Constantia de Bearn, Vicecomitissa Marciani, promittimus Excellentissimo Principi, Domino nostro Edwardo, Dei gratiâ, Regi Angliæ, Domino Hiberniæ, & Duci Aquitaniæ, & in manu ejusdem firmamus, quod hoc nos & bona nostra obligantes, sub omni renunciatione & cautelâ, ubicumque fuerint, quod de inobedientiis, & transgressionibus per nos & gentes nostras contra dictum Dominum nostrum

vobis.

Item, Super facto pecuniæ habendæ super provisione exercitus vestri, sciatis quod nos usque ad Festum Omnium Sanctorum, Domino concedente, providebimus vobis, si provisionem, quam nos faciemus, pro vobis tenere volueritis, & cito mittemus eam vobis in scriptis.

Valeat Dominatio vestra diu per tempora longiora; Deus det nobis semper bona nova de vobis.

De annuo Censu Papæ nomine Feodi solvendo.

Ann. D. 1284. *An.* 12. *E.* 1. *Liberate* 12. *E.* 1. *m.* 3.

REX Thesaurariis & Camerariis suis salutem.

Liberate de Thesauro nostro, in termino Sancti Michaelis proximo futuro, Magistro Giffredo de Sancto Verano, Clerico Domini Papæ duo milia Marcarum, quæ à retro sunt eidem pro duobus Annis transactis, videlicet, annis Regni nostri decimo, & undecimo, de annuo censu mille Marcarum, quem eidem Domino Papæ debemus, & recipiatis à præfato Magistro Giffredo litteras suas Patentes, solutionem dictæ pecuniæ testificantes, & Bullam dicti Domini Papæ, quam vobis super hoc exhibebit, & eandem Bullam, unà cum literis patentibus prædictis, & etiam Bullam, quam dictus Dominus Papa nobis pro pecuniâ prædictâ transmisit, & quam vobis misimus, penes vos sub salva custodia reservetis.

Teste Rege apud Carnarvan 7. die Julii.

Litera ab Alexandro Scotiæ Rege excusatoria, pro Alexandro de Balliolo.

Ann. D. 1284. *An.* 11. *E.* 1. *Infra Tur.*

EXcellentissimo Principi, Fratri suo karissimo in Christo, Domino Edwardo, Dei gratiâ, Regi Angliæ illustri, Domino Hiberniæ & Duci Aquitanniæ, Alexander, eâdem gratiâ, Rex Scotorum, salutem & felices ad vota Successus cum incremento gloriæ & honoris.

Cum Alexander de Balliolo de Caniis Miles, circa reformationem terrarum & bonorum Johannis de Atholya, filii quondam David Comitis de Atholia Militis, infra regnum nostrum, quæ per quosdam inimicos suos malitiose ac nequiter devastantur & alienantur, ut intelleximus, sit multipliciter occupatus, propter quod Excellentiæ vestræ, ad præsens, se præsentare non poterit ut desiderat:

Serenitatem vestram pro eodem affectuosè requirimus & rogamus, quatenus cum servitium suum, quod vobis debet in exercitu vestro, vobis ad præsens mittat, ut dicitur, ipsius absentiam in hac parte habere dignemini excusatam, precum nostrarum interventu.

Teste meipso apud Kynros 12. die Julii anno Regni nostri 34.

Penes Camerar. [dominum patrum fratris Nerwe Bergensis Episcopi, & Erici Abba-]tis Sancti Michaelis juxta Civitatem Bergensem de ordine Sancti Benedicti, transcripta, & per nobiles viros Dominos Bernardum de Berkerey, & Vinenum Milites & Procuratores Domini Erici, Dei gratia Regis Norwegiæ, filii & hæredis dicti Domini Magni, exhibitâ in hæc verba. In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritûs Sancti, Amen.

Die Mercurii proximo post Festum Assumptionis beatæ Mariæ, *&c. prout in Tomo* I. *p.* 857 * *usque hæc verba.*

* Vide Tom. I. pag. 857. asterisco in margine notatam.

Inter serenissimum Principem, Dominum Edwardum, filium & hæredem prædicti Domini Henrici, Regem Angliæ illustrem ex parte unâ, & præfatos Bernardum & Vinenum plenam potestatem habentes pro prædicto Domino Erico Rege Norwegiæ, ex alterâ, convenit &, inter ipsos Reges taliter est condictum quod compositionem prædictam & Confœderationem, dudum factam hinc inde, pro se, & hæredibus, ac Successoribus suis, quantum in eis est, gratam habebunt æternaliter & acceptam, & eandem facient inviolabiliter observari.

In testimonium cujus rei huic scripto, in modum Cirographi confecto, iidem Reges Angliæ & Norwegiæ, alter alterius parti sigilla sua mutuo appenderunt.

Tractatus inter Florentium Comitem Hollandiæ, & Reginaldum Comitem Gelren. de Treugis inter ipsos, per ordinationem Nunciorum Regis Angliæ.

Ann. D. 1284. An. 12. E. 1. L. B. f. 49. b. Penes Camerar. *II. 282.

CUM, inter Nobiles Viros, Dominum Florentium Comitem Hollandiæ ex una parte, & Dominum Reginaldum Comitem Gelren. & Ducem Lymburgen. ex altera, diversæ contentiones subortæ fuissent, secundum quod in quibusdam Articulis, ex utraque parte exhibitis, plenius continetur, in præsentia venerabilis Patris Domini A. Dei gratiâ, Dunolmensis Episcopi, & Nobilis Viri Johannis de Vescy, & Johannis de Lovetot Militibus, * & Magistri Thom. de Sodinton. Clerici, illustris Regis Angliæ Nunciorum, super pacis reformatione inter eosdem specialiter transmissorum, contentiones prædictæ conquieverunt in forma subscripta, videlicet;

Quod de omnibus querelis & contentionibus quibuscunque, & ex quacunque causâ inter eosdem subortis, exceptis prius, extorsionibus, & incarcerationibus, temporibus treugarum inter eos initarum hinc inde, tam per ipsos Comites, quam homines suos factis, ordinationi Domini Regis memorati, vel alterius, quem ad hoc specialiter deputare voluerit, per literas suas patentes, se totaliter submiserunt, si idem Dominus Rex hoc attemptare voluerit; quod eisdem partibus constare faciet citra Festum Natalis Domini.

Et, si dictum onus in se modo prædicto decreverit acceptandum, & die Assumptionis beatæ Virginis Mariæ in unum annum ordinationem suam publicabit, & omnes contentiones prædictas per eandem ordinationem terminabit; ad quam ordinationem fideliter, & sine fraude observandam, per interpositionem fidei, & corporali præstito sacramento, tactis sacrosanctis Ewangeliis, & sub pœna decem milium librarum sterlingorum se pars utraque obligavit.

Et, si Domino Regi videatur quod securitates prædictæ minus sufficientes fuerint, alias simul cum istis, pro suæ libito voluntatis, ordinabit; quas, cum ordinaverit, dictæ partes juraverunt se eas inviolabiliter observare.

De exceptis etiam extorsionibus, temporibus treugarum, ut præ-

[& ipse in sua Curia eisdem de prædictis feodis justitiam faciet,] prout de jure fuerit faciendum.

Et de hominibus Comitis Holland. qui eidem Comiti feoda sua reddiderunt, & Duci Brabantiæ tempore Guerræ adhæserunt, idem Comes Gelriæ, ad instantiam dicti Comitis Holland. rancorem & suam malam voluntatem remisit; ita quod feodis suis restituantur in eo statu, quo fuerunt tempore quando dicto Duci adhæserunt.

Et vice versa Com. Holland. faciet hominibus Comitis Gelriæ, in terra sua commorantibus.

Et, ad majorem securitatem omnium præmissorum, huic præsenti scripto, ad modum Cyrographi confecto, penes dictos Nuncios remanenti, dicti Comites sigilla sua apposuerunt.

Dat. in Civitate Trojecens. vigilia Sancti Laurent. anno Domini 1284.

---

* *Literа Florentii Comitis Hollandiæ de obligatione facta de diversis pro matrimonio, contrahendo inter Dominum Alfonsum filium Regis, & Margaretam filiam Comitis prædicti.* *II. 283.

Ann. D. 1284. An. 12. E. 1. L. B. fol. 48. b. Penes Camerar.

NOS Florentius, Comes Hollandiæ, recognoscimus quod nos, cum viris venerabilibus & discretis, videlicet, Domino Antonio Dunelmensi Episcopo, Domino Johanne de Vescy, & Domino Johanne de Lunetot Militibus, & Magistro Thoma de Suthinton. Clerico, Nunciis atque Consiliariis serenissimi Principis Domini Edwardi Regis Anglorum illustrissimi, apud Haerlum in Hollandia tractatum habentes super matrimonio inter Dominum Alfonsum, dicti Domini Regis primogenitum, & Margaretam filiam nostram legitime contrahendo,

Optulimus seu promisimus centies mille libras nigrorum Turonensium, legalis monetæ, eidem Domino Alphonso, cum prædicta filia nostra, nos daturos; & pro solutione prædictæ pecuniæ concessimus eidem Domino Alphonso quartam partem omnium terrarum nostrarum; illam, videlicet, quam prædictus Dominus Rex, vel certi Nuncii sui præeligere voluerint, & plenariam seisinam inde eidem Domino Alphonso, vel suis certis Attornatis, liberabimus; salvis tamen nobis, ad totam vitam nostram, omnibus exitibus, de prædicta quarta parte terrarum provenientibus, percipiendis annuatim per manus Ballivorum dicti Domini Alphonsi, deductis tamen inde prius sumptibus Ballivorum prædictorum;

Ita tamen quod quamcunque quartam partem prædictarum terrarum, pro summa pecuniæ prædicta, præfatus Dominus Rex, vel sui nomine suo præelegerint, habeant eamdem, & pacifice possideant sine impedimento, seu calumpnia mei, vel hæredum meorum, nomine pignoragii seu cautionis:

Sub hac tamen forma, ut cum nos, vel hæredes nostri, prædictam pecuniæ summam dicto Domino Alphonso, vel suis hæredibus, infra unum diem naturalem integraliter persolverimus, dicta quarta pars terrarum ad Comitatum Hollandiæ, seu ejus Principem, qui pro tempore fuerit, sine contradictione dicti Domini Alphonsi, vel ipsius hæredum integre revertatur.

Et simul cum quarta parte terrarum nostrarum prædicta, nomine pignoris obligata, concessimus quod, si dictus Rex & Consilium suum alias securitates potiores habere voluerint, juxta ordinationem suam & Consilii sui, eidem per protestationem præsentium faciemus.

Et Dominus Rex memoratus, matrimonio inter dictum Dominum

Ann. D. 1284. An. 12. E. 1. Infra Turrim.

A Son tresexcellent Seigneur Edovard, par li grasse de Dieu, Roi d'Engleterre, Seigneur de Yllande, Duc d'Aquitayne, Guis Cuens de Flandres, & March. de Namur. ses foiaules, lui tout apparellut a toute se volente faire.

Chiers Sires, je vous merchi kan kes ju puis, de vo bon faublanc ke vous fesistres; & de vo courtoist response, ke vous desistes, sans nostre requeste, au Seigneur de Frenes, quant il vous à parla de le besongne, ke je ai contre mon Neveu de Hannan; & de chau ke vous, a nostre requeste & a me prirere loiastes venir ami le devantdit Seign. de Frenes.

Et, jaltuche c'est ke on espoire & avoir respit entre mi, a men Neveu de vantdit (del quel je ne sui mie encore certains) ke al dome vestre jusques a cel Noel procain s'il vous plaisait chiers Sires, je volroie bien ke vous me laiss reties le devant Signeur de Frenes, jusques a donc ke on peust veoir coment li chose se prendroit.

Et, se che ne vous plaist, Remandesment vestre volente, car de lui renvoier & dautre chose faire pour vous, sui je tous pres de faire volunte; & nostre S——vus vais.

De Florentio Comite Hollandiæ novam Monetam fabricante, & de Argento, ad hanc cudendam in Anglia petito.

Ann. D. 1284. An. 12. E. 1. Infra Turr.

MAgnifico Principi, & sublimi Domino Edwardo Anglorum Regi glorioso, Florent. Comes Hollandiæ, suæ possibilitatis obsequium semper promptum.

Sciat, Domine mi, vestra Sublimitas reverenda, quod nos in anno præsenti, quia moneta nostra, prout nobis innotuit, & prudentioribus terræ nostræ constabat, in valore & pondere claudicavit, novam monetam decrevimus fabricare.

Set quia cudentibus ipsam materia cudendi defecit, videlicet, argentum quod ad hoc opus complendum ipsi opifices requirebant, cum quadam familiari nostra Domina Katerina, scilicet, dicta de Walle, sorore quondam Petri Boennis, dilecti creditoris & hospitis nostri, convenerimus in hunc modum; quod ipsa nobis per suos certos Nuncios & nostros, & sub nostro periculo, in argento providere deberet, ubicumque illud venale perciperet, & ad nostram monetam transmittere, in novos denarios ab ipsis monetatoribus redigendo.

Itaque cum dicta matrona, hujus rei causa, suos Nuncios, unà cum nostris ad vestræ Dominationis confinia destinâsset; & in quadam Villa Betfort, & in locis circumvicinis dictum Argentum legaliter comparâssent, & iter versus portum maris cum quadrigis & curribus attemptâssent, exilierunt latrones ex abditis, qui eos exploraverant fraudulenter, & quendam Mercatorem, unà cum auriga currus, ut intellexerimus, atrociter peremerunt; putantes sic dictum argentum totaliter asportare, suisque usibus applicare.

Set Vicecomes, sive Ballivus vester, percipiens excidium prædictorum, & mortis miserabilem ululatum, cum armatis illuc velociter properavit, ut in periculo positos ab hostium erueret potestate;

Quo intellecto ipsi malefici aufugerunt, & ipse Vicecomes dictum argentum, usque ad valorem nongentarum * & sexaginta librarum sterlingorum, fecit vestro nomine arestari. *II. 285.

post liberationem ipsius pecuniæ, de mandato nostro factam dicto Episcopo, præfatus Rex in fata decesserit; & casu ipsa pecunia infra districtum vestrum pervenerit, antequam ulterius deferetur, & vos, præfati Regis obitu intellecto, ut nostræ indempnitati prospiceretur cautius in hac parte, eandem pecuniam sub potestate vestra feceritis arestari, & adhuc detineri facitis arestatam; de quo benivolentias vestras multa gratiarum prosequimur actione:

Ecce pro hujusmodi negocio, dilectum & fidelem Clericum nostrum Magistrum Johannem de Cadamo, latorem præsentium, ad vos duximus transmittendum; attente rogantes quatinus prædicto Clerico nostro præfatam summam pecuniæ faciatis, absque difficultate aliqua, liberari, restituendam Mercatoribus antedictis; Tantum super hoc facientes, quod ad vestras & vestrorum opportunitates reddamur perpetuo promptiores.

In cujus, &c.

Data, &c.

Obligatio Domini Gaston. super facto Bigorræ.

Ann. D. 1284. An. 12. E. 1. L. B. f. 192. b. Penes Camerar.

UNiversis, præsentes literas inspecturis, Gasto, Dei gratiâ, Vicecomes Bearn. Dominus Montis-Chatani & Castri Veteris salutem, & fidem præsentibus adhibere.

Noveritis quod, cum significatum fuisset Domino nostro E. Dei gratiâ, Regi Angliæ, Domino Hiberniæ, ac Duci Aquitaniæ, quod, defuncto Domino E. quondam Comite Bigorræ, Constantia primogenita nostra, & nos cum ipsa, & pro ipsa, seu pro nobis, post & contra inhibitionem nobilis viri Domini Johannis de Greili Militis, Senescalli sui in Vasconia, nobis & dictæ Constantiæ, ut dicebatur, factam, receperamus fidelitates, homagia & juramenta à nobilibus & aliis dicti Comitatûs * Bigorræ, & etiam quod saisinæ, quam dictus Senescallus suus, ejusdem Domini nostri nomine, poluerat in dicto Comitatu Bigorræ, nos & dicta Constantia non hobediveramus, immo contra ipsam saisinam feceramus & veneramus; & propter hoc dictus Dominus Senescallus, nos reputans inhobedientes, multas expensas fecisset, tam ponendi & habendi ad manum suam Comitatum prædictum (quem dictus quondam Comes tenebat, & dicta Constantia tenet, seu teneri debet in feudum, ab eodem Domino nostro) & super his idem Dominus noster diceretur contra nos & dictam Constantiam indignationem aliquam concepisse; præfata Constantia, de consilio & voluntate nostra, ad præfatum Dominum nostrum accessit, ad faciendum & complendum, super præmissis nobis & dictæ Constantiæ impositis, ejusdem Domini nostri omnimodam voluntatem. *II. 286.

Et quia intelleximus quod dictus Dominus noster super omnibus antedictis & aliis, quæ ex parte dictæ Constantiæ & nostra in dicto facto Bigorræ intervenerunt, nos & præfatam Constantiam ad voluntatem suam faciendam & complendam recepit, nos, licet super prædictis non credamus contra dictum nostrum Dominum deliquisse, nec ipsum in aliquo offendisse, & in hiis, quæ per nos & dictam Constantiam in dicta terra de Bigorra facta fuerunt, sufficientes excusationes nos habere credamus, & ea nostro ac dictæ filiæ nostræ jure facta fuisse, præfati Domini nostri voluntati & honori in omnibus deferre volentes promittimus præfato Domino Senescallo,

mus apponendum.

Nos vero A. Dei gratiâ, Archiepiscopus Auxit. qui præmissis interfuimus, & nos G. Armanhiac. & Fezenc. Comes, Amanenus de Fossato & Affinus de Navalis Milites, qui præmissa ad instantiam dicti Domini Gaston. ut supradictum est, concessimus & firmavimus, sigilla nostra præsentibus duximus apponenda in testimonium veritatis.

Dat. Paris. quarto Idûs Septembris, videlicet, die Dominica post Festum Nativitatis beatæ Mariæ Virginis, anno Domini Millesimo ducentesimo octogesimo quarto.

---

*II. 287. * *Bulla Martini Papæ Quarti per quam rogavit Edwardum Regem, quod foveret Libertates Ecclesiæ de Wyntel, quam Avus suus dedit Hospital. Sancti Spiritus de Saxia de Urbe.*

Ann. D. 1284. An. 12. E. 1. Ex Autogr.

MArtinus Episcopus, servus servorum Dei, Carissimo in Christo filio illustri Regi Angliæ, salutem & Apostolicam benedictionem.

Ut ei te gratum exhibeas, & devotum, qui personam tuam extulit in sublime, decet honorem Regium, Ecclesias & personas Ecclesiasticas caritatis amplexari brachiis, & dignis præsidiis confovere.

Cum itaque, sicut accepimus, claræ memoriæ Rex Angliæ Avus tuus, pro salute sua, & antecessorum suorum, Ecclesiam de Wintel, quam Magister & Fratres Hospitalis nostri Sancti Spiritûs in Saxia de Urbe, in Londonien. Dioc. obtinent, voluerit in perpetuam Elemosinam eidem Hospitali concedi;

Serenitatem tuam rogamus & hortamur attentè, quatinus Ecclesiam ipsam, & personas in eâ degentes, ac bona earum habeas, pro divina, & Apostolicæ sedis reverentiâ, in suis justitiis & libertatibus propensiùs commendatas; ita quod per hoc à Deo premium, & laudes ab hominibus consequaris: Nosque devotionem tuam exinde meritò commendemus.

Dat. apud Castrumplebis decimo Kal. Octobris, Pontificatûs nostri anno quarto.

Sub filo canabi.

De pecunia, soluta pro dampnis, Walliæ Ecclesiis illatis.

Ann. D. 1284. An. 12. E. 1. L. A. f. 361. b. Penes Camerar.

UNiversis, quorum interest, Anianus, permissione divinâ, Bangorensis Episcopus, salutem æternam in Domino.

Noveritis nos recepisse ducentas libras, & quinquaginta libras, per manus Prioris de Rothlan, Roberti Gardiani de Lamas, & Domini Radulphi de Brocton. inquisitorum dampnorum, ex parte illustris Edwardi Regis Angliæ & suorum, Ecclesiis Walliæ & personis Ecclesiasticis illatorum, & hoc pro dampnis nobis illatis in ultimâ guerrâ.

In cujus rei testimonium, sigillum nostrum præsentibus duximus apponendum.

riæ, quos dictus Clericus nobis retulit viva voce. E. 1.

De missione vero amicabili literarum ipsarum vobis gratiarum referimus uberrimas actiones; Paternitatem vestram affectuose rogantes, quod tam de vestro, quàm de præfatæ Curiæ statu, unà cum rumoribus ipsarum partium, nos velitis, quotiens vobis affuerit Nunciorum oportunitas, reddere certiores.

Licet autem, ut scripsistis, petitiones nostræ ad plenum non fuerint exauditæ, id tamen æquanimiter sustinemus, sperantes quod processu temporis plenius expedientur, vestro consueto auxilio mediante; ob quod obtinendum, cum requisiti fueritis, sollicite, si placet, & amicabiliter vigiletis.

Placidus sane occurrit & gratus auditui nostro articulus, quem misistis, videlicet, quod credebatis quod decima Regni nostri & terrarum nostrarum nec alienata fuerit, nec distracta, nec aliquibus obligata, licet de societate in societatem prædictæ decimæ depositum commutetur; & nos vobiscum credimus illud idem, vobis attente regratiantes de favore, quo alios Nuncios nostros fuistis nostri gratiâ prosecuti, quamvis benevolentia vestra, super hoc, modicitatis possibilitatem allegetur.

Cæterùm super status nostri continentia, præfatus Clericus vos certificare poterit viva voce.

Valete.

Dat. apud Montem Altum quinto die Octobris, anno Regni nostri duodecimo.

Litera Percivallo de Lovania Capellano Papæ.

EDwardus, Dei gratiâ, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, & Dux Aquitaniæ, venerabili viro amico, & Clerico suo dilecto Domino Percivallo de Lovania, Domini Papæ Capellano, Canonico Eboracensi, salutem & sinceræ dilectionis affectum. Ann. D. 1283. An. 12. E. 1.

Literas vestras gratanter recepimus, quas nobis per dilectum Clericum nostrum Magistrum Stephanum de Sancto Georgio transmisistis, quarum tenorem, & rumores regionum ipsarum, quos idem Clericus noster ex parte vestra nobis viva voce retulit, intelleximus diligenter; de missione literarum ipsarum, & certificatione prædictorum rumorum, gratiarum vobis referentes uberrimas actiones, & rogantes quatinus tam de statu vestro, quàm de rumoribus ipsarum partium nos velitis crebris literarum missionibus reddere certiores. Brev. Regis An. 12. E. 1.

De eo vero quod nobis per eundem Clericum intimâstis, videlicet, quod vos in Clericum nostrum apud Assisium ab olim recepimus; respondemus quod receptionem illam ratificamus, & de novo vos in Clericum nostrum admittimus: Ita quod ubicumque fueritis, Clericus noster sitis, & de beneficio favoris nostri, sicut noster Clericus, gaudeatis.

Causam tamen, quod vobis super hoc literas nostras patentes non concessimus, & etiam continentiam status nostri, præfatus Clericus noster vobis exponere poterit oraculo vivæ vocis. De falcone autem, quem ad opus nostrum facitis custodiri, vobis regratiamur ex corde, & affectaremus libenter quod vos essetis, & nullus alius falconarius in portando, ut tam de ipso, quàm de vestris falconibus, mutuis possemus solatiis recreari.

Dat. apud Montem Altum in Wallia quinto die Octobris, anno Regni nostri duodecimo.

Litera

E. 1. *Liberate 12. E. 1. m. 1.* ... sexaginta Marcas, per manus suas liberandas venerabili Patri Domino Matthæo Sanctæ Mariæ in Porticu Diacono Cardinali, de termino Natalis Domini, anno Regni nostri duodecimo, de annuo feodo suo sexaginta Marcarum, quod ei concessimus percipiendum ad Scaccarium nostrum; nisi pecunia illa tibi prius fuerit liberata per aliud breve nostrum.

Et recipiatis à præfatis Mercatoribus literas suas patentes, receptionem dictæ pecuniæ testificantes.

Teste Rege apud Carnarvan. 22. die Octobris.

De Feodo Jacobo Sanctæ Mariæ in Cosmedyn Cardinali liberando.

Ann. D. 1284. *An. 12. E. 1. Ibidem.* REX eisdem salutem.

Liberate de Thesauro nostro eidem Baruncino & sociis prædictis quinquaginta Marcas, per manus suas liberandas venerabili Patri Domino Jacobo Sanctæ Mariæ in Cosmedyn Diacono Cardinali, de terminis Paschæ & sancti Michaelis, anni Regni nostri duodecimi, de annuo feodo suo quinquaginta Marcarum, quod ei concessimus percipiendum ad Scaccarium nostrum.

Nisi, &c.

Et recipiatis, &c. ut supra.

Teste ut supra.

---

*II. 290. * De annuo Feodo pro Magistro Angelo Papæ Notario.*

Ann. D. 1284. *An. 12. E. 1. Ibidem.* REX eisdem salutem.

Liberate de Thesauro nostro eidem Baruncino & Sociis suis prædictis, viginti Marcas; per manus suas liberandas dilecto Clerico nostro Magistro Angelo Domini Papæ Notario, de terminis Paschæ & sancti Michaelis anni Regni nostri duodecimi, de annuo feodo suo viginti Marcarum quod de nobis percipit ad Scaccarium nostrum.

Nisi, &c.

Et recipiatis, &c.

Teste ut supra.

De Successore ad Comitatum Sabaudiæ per Regem Angliæ & Alianoram Matrem nominando.

Ann. D. 1284. *An. 12. E. 1. L. B. f. 42. a. Pen: Camerar.* UNiversis Christi fidelibus, præsentes literas inspecturis vel audituris, Philippus Comes Sabaudiæ salutem in Domino sempiternam.

Egregius & summi Patris æternus Dei filius, in uterum virginis factus homo, inter alia instructionis suæ saluberrima documenta, pacis usum discipulos docuit, quam in seipso illibatè servavit, & ...

... dos, de plano & absque judiciali strepitu, ubi idem Dominus noster Rex elegerit, terminanda; ita quod tam Hæres noster Comes Sabaudyæ, quàm alii, ex successione nostra portionem * aliquam percepturi, ratum & firmum teneant & observent quicquid per ipsum Dominum nostrum Regem, seu mandato ipsius, super quæstione hujusmodi sententiatum, ordinatum, dictum fuerit vel præceptum; quam sententiam, dictum, ordinationem vel præceptum idem Dominus Rex per se, vel per alios, seu alium, executioni demandet, vel faciat demandari modis omnibus quibus viderit expedire. * II. 291.

Et, si forsan, hujusmodi ordinatione non completâ, aliquid humani contingeret de Domino nostro Rege, vel Domina nostra Regina prædictis, quod absit, volumus, concedimus, & ordinamus quod persona alterutrius superstes in ordinatione omnium & singulorum præmissorum plenam habeat potestatem: Et insuper, si Domina nostra prædicta superstes, esset forsan impedita, ita quod non posset dictæ ordinationi commode personaliter interesse (super quo credi volumus suo simplici dicto vel scripturæ, quam fieri fecerit super eo) Dominus noster Rex prædictus in ordinatione omnium, & singulorum præmissorum plenam habeat potestatem.

Protestamur etiam specialiter quod, per compositionem nostræ supremæ voluntatis, jam factam vel etiam faciendam, sub quacunque forma verborum conceptam, seu etiam concipiendam, nolumus ordinationem prædictorum Domini nostri Regis, & Reginæ, vel alterius eorum, super præmissis, vel ipsorum aliquo, infirmari, minui, aut etiam in aliquo mutilari; salvo nobis quod possimus, in testamento nostro, de rebus nostris dare, relinquere, vel assignare Ecclesiis & piis locis, servientibus, & gentibus nostris pauperibus & egenis, ac etiam amicis nostris, debita etiam persolvere & clamores emendare prout viderimus expedire:

Quæ, si aliis non fecerimus, hæc omnia & singula fieri & ordinari per eosdem Dominum nostrum Regem, & Dominam nostram Reginam, vel eorum alterum volumus & fideliter adimpleri; ita quod si nos circa servitia reddenda, ac debita persolvenda, legata relinquenda, seu clamores pauperum & miserorum emendandos aliud non duxerimus inposterum ordinandum, nostram extremam voluntatem totaliter committimus in ipsorum Domini Regis Angliæ & Reginæ Matris suæ, vel alterius eorum dispositionem in omnibus & singulis antedictis: Et ipsos vel ipsorum alterum in quantum possumus oneramus, volentes ut ea omnia, & singula, per se, vel eorum alterum, seu per alios, aut alium, quem ipsi ambo, vel eorum alter ad hoc deputaverit, exequi valeant, prout viderint expedire; Ratum habentes & gratum pro nobis, & Hæredibus nostris, & Successoribus nostris quibuscunque, quicquid per ipsos Dominum nostrum Regem, & Reginam, vel eorum alterum, in forma prænominata factum fuerit, ordinatum, seu præceptum in præmissis, vel in aliquo præmissorum.

Mandamus insuper omnibus Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Prioribus, & aliis Religiosis; Comitibus, Baronibus, Castellanis, Militibus, Præpositis & Ballivis Comitatûs Sabaudiæ, & aliis subditis nostris; ipsis, in virtute Sacramenti fidelitatis nobis præstiti, firmiter injungentes, quatinus ordinationem, præceptum, seu mandatum prædictorum Domini nostri Regis & Reginæ, vel alterius

eorum,

302. a. Penes Camerar. Domui tempore Guerræ præteritæ illatis, sua largiflua bonitate, septuaginta octo Libr. Sterlingorum nobis de elemosina sua contulit per manus inquisitorum, scilicet, Prioris Radolam & Gardiani de Lamaes, & Domini R. de Brochton.

Prædictum autem Dominum Regem super prædictis septuaginta octo Libris pro omnibus dampnis nobis & Domui nostræ illatis quietum clamamus imperpetuum per præsentes.

Et, quia Sigillum proprii Abbatis tunc temporis non habuimus, Sigilla Venerabilium de Est. Marischell. & de Lyn Egwestel Abbatum, in testimonium, præsentibus procuravimus apponi.

Dat. in Abbathia Cestriæ in crastino Animarum, anno Regni Regis Edwardi 12.

De Pecunia Abbati de Strata Florida soluta, pro damnis, tempore Guerræ præteritæ illatis.

Ann. D. 1284. An. 12. E. 1. L. A. f. 359. a. Penes Camerar.

OMnibus, ad quos præsentes literæ pervenerint, Frater A. dictus Abbas de Strata Florida, & ejusdem loci Conventus, salutem in Domino.

Quum Magnificus Princeps noster, Dominus Edwardus, Dei gratia, illustris Rex Angliæ, pro dampnis & oppressionibus, nostræ Domui, tempore Guerræ præteritæ illatis, sua largiflua bonitate, septuaginta & octo Libras Sterlingorum nobis de elemosina sua contulit, per manus inquisitorum, scilicet,

Prioris Rodel, & Gardiani de Lan Maes, & Domini R. de Brochton.

Prædictum autem Dominum Regem, super prædictis septuaginta & octo Libris, pro omnibus dampnis nobis illatis, quietum clamamus in perpetuum per præsentes.

In cujus rei testimonium huic scripto patenti Sigillum nostrum apposuimus.

Datum anno Domini 1284.

Pro damnis Conventui Prædicatorum Rodolan. illatis.

Ann. D. 1284. An. 12. E. 1. L. A. f. 352. a. Penes Camerar.

OMnibus Christi fidelibus, præsentes litteras inspecturis, Prior fratrum Prædicatorum Rodolan. salutem in Domino.

Quum Princeps Magnificus & Dominus noster, Dominus E. Dei gratiâ, Rex Angliæ illustris, pro omnibus dampnis conventui nostro per ultimam guerram illatis, sua largiflua bonitate per manus inquisitorum 17 Libras Sterlingorum & 10. Solid. nobis de Elemosina sua contulit; prædictum Dominum Regem super præfatis 17. Libr. & 10. Solid. pro omnibus dampnis nobis illatis quietum clamamus inperpetuum per præsentes.

In cujus rei testimonium Sigillum nostrum apposuimus.

Dat. apud Cestriam Dominica proxima post Festum Omnium Sanctorum, anno Regni Regis Edwardi 12.

dicto Regno nostro, nomine ipsius Almarici, conqueri voluerit infra idem Regnum, secundum Legem & Consuetudinem ejusdem, plenam & celerem justitiam exhibere.

Dat. apud Bristoll. 28. die Decembris.

Pro Burgensibus de Rothelan. quod quieti sint a præstatione Thelonia per totum Regnum.

REX, Justiciario suo Walliæ, & omnibus aliis Ballivis, & fidelibus suis ejusdem terræ, ad quos, &c. salutem. Ann. D. 1285.

Sciatis quod, ad meliorationem statûs Regni nostri, per Cartam nostram pro nobis & hæredibus nostris concessimus Burgensibus nostris de Rothelan. quod ipsi & hæredes sui, impertuum, sint quieti à præstatione Theolonіæ per totum Regnum & potestatem nostram: An. 13. E. 1. Rot. Wall. 13. E. 1. m. 3.

Et ideo vobis mandamus, quod ipsos Burgenses nostros contra hujusmodi concessionem nostram in terrâ nostrâ Hiberniæ inde non inquietetis, nec in aliquo gravetis, vel quantum in vobis est ab aliis inquietari seu gravari permittatis, set eos in partibus illis quietantiâ prædictâ uti & gaudere permittatis juxta concessionem nostram prædictam.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Bristoll. 2. die Januarii.

Consimiles litteras habent Burgenses de Aberconewey.
In cujus, &c.
Teste ut supra.

Consimiles litteras habent Burgenses de Kaernervan.
In cujus, &c.
Teste ut supra.

Et diriguntur eidem Justiciario & Ballivis prædictis.

---

* *De conductu pro Rege Angliæ, in partes transmarinas profecturo.* *II. 294.

PHilippus, Dei gratiâ, Franciæ Rex, amicis & fidelibus suis, & universis, ad quos litteræ præsentes pervenerint, salutem. Ann. D. 1285. An. 13. E. 1.

Notum facimus quod nos egregium Principem, carissimum consanguineum & fidelem nostrum, Edwardum, Dei gratiâ, illustrem Regem Angliæ, Dominum Hiberniæ, & Ducem Aquitaniæ, ad requisitionem nostram, intendentes venire ad has partes Regni nostri, ut insimul nos videamus, in nostro conductu suscipimus veniendo, ibi morando, ac inde redeundo.

Unde vobis omnibus & singulis mandamus, quatinus ipsum, cum Comitiva sua, per Regnum salvò & secure conducatis, & conduci faciatis, ad salvamentum & liberationem ipsius & suæ Comitivæ efficaciter intendentes, si opus fuerit, cum ex parte ipsius super hoc fueritis requisiti.

Præsentibus usque ad Festum proximum beati Michaelis Archangeli duraturis.

Actum Aquis, die Martis post Annunciationem Dominicam, anno Domini millesimo ducentesimo octuagesimo quinto.

Litera

Ann. D. 1285. An. 13. E. 1. Ex Autogr.

HOnorius electus Episcopus, servus servorum Dei, Carissimo in Christo filio Regi Angliæ illustri, salutem & Apostolicam benedictionem.

Accedentes ad Apostolicam sedem dilecti filii, Magister Walterus Canonicus Wellensis, & nobilis vir Helyas de Hanvillâ, Regiæ Magnitudinis Nuncii, in præsentiâ, fælicis recordationis, Martini Papæ quarti, prædecessoris nostri, & nuper etiam coram nobis ex parte Regiâ retulerunt, quod ipsius sedis benignitas, decimam in Regno Scotiæ pro subsidio Terræ sanctæ collectam, pridem tibi, pro ipsius prosecutione subsidii, ea in hoc adjecta conditione concessit, si ad id carissimi in Christo filii nostri

Regis Scotiæ illustris consensus accedere nosceretur: In quo quidem casu, Magnatibus dicti Regni transfretare volentibus tenereris, juxta provisionem sedis ejusdem, de prædictâ decimâ subvenire.

Quare præfati Nuncii pro parte tuâ humiliter supplicârunt, ut cum ejusdem Terræ conditionem longo experimento didiceris, & respicere noveris strenuitate validos, & discretione probatos, prout ipsius Terræ necessitas exigit, provisionem hujusmodi benignè tibi sedes eadem committere dignaretur.

Super quo Serenitati Regiæ taliter respondemus; quod, cum pro pace, ac tranquilitate negotii, & ut facilior, & celerior ejus sequeretur effectus, provisionem hujusmodi, non sine multæ deliberationis instantiâ, prædictæ sedis arbitrio extiterit reservata, honestatem sedis ipsius aliquatenus non deceret, si nullâ causâ necessariâ suggerente, quod in hoc prudenter providisse dinoscitur immutaret; verum tamen intendimus, suo loco & tempore, requirere consilium tuum, &, prout expedire & decere viderimus, illud prosequi favorabiliter in hac parte.

Adjecit etiam Nunciorum assertio prædictorum, quod, cum in prædictæ Terræ subsidium cupias proficisci, tibi dudum, tam decimam Ecclesiasticorum proventuum in Regno Angliæ ac Hyberniæ, & Walliæ partibus, per tres annos, quàm etiam decimam in Regno Scotiæ memorato collectam, sub certâ formâ gratiosè concessit munificentia dictæ sedis.

Verum cum prædicta decima, in Regnis, & partibus collecta præfatis, adeò, sicut pro vero comperisse te asseris, sit exilis, quod ex ipsâ speratæ subventionis comodum obtinere non possis, suppliciter postulâsti, ut ne contingat pro necessariæ provisionis defectu, circa dicti prosecutionem subsidii hebetari, desiderium mentis tuæ, hujusmodi triennium, ad quinquennium saltem dicta sedes extendere dignaretur.

Ad quod Magnitudini Regiæ taliter respondere decrevimus; quod cum sedes ipsa se tibi super hoc, si diligenter attenditur, non modicùm gratiosam munificamque reddiderit, cum hujusmodi concessio gratiæ tibi factæ anni noni curriculum comprehendat, Mansuetudo Regia impræsentiarum sæpedicto triennio sit contenta: Nam si te signum crucis assumente sollempniter, ac etiam sollicitè prosequente, viderimus processu temporis augmentum gratiæ expedire, libenter in hoc petitioni Regiæ, prout ipsi terræ necessarium, & alias expediens, ac decens fore putabimus, annuere intendimus, si fuerimus requisiti.

Petierunt quoque Nuncii supradicti, ut universa, & singula, quæ

fectum, quo, sub continuatione ... Romanam Ecclesiam, Matrem tuam: & volentes propterea personam Regiam favore prosequi gratioso, tibi, quod intra Natale Domini, vel in ipsius Natalis die, signum assumere valeas memoratum, de gratiâ concedimus speciali.

Super eo vero, quod Magnitudo Regia postulavit, ut, viz. infra quinquennium, ab ejusdem Sancti Michaelis Festo primo venturo liberè transfretare valeas, si de tuâ processerit voluntate, nec ad id interim cogi possis; Nos, tuæ potentiæ magnitudinem attendentes ac advertentes, quod, sicut verisimiliter creditur, magnam & honorabilem armatorum tecum duceres Comitivam, quam quidem necessariam pro ipsius Terræ tantum custodiâ non videmus ad præsens, pro eo quod treuga, inter Christianos illarum partium, & Soldanum hactenus inchoata, dicitur adhuc non modici temporis spatio duratura, & utinam! ad recuperationem ejusdem Terræ, potentia ipsa, etiam plurium aliorum subsidiis suffulta, sufficeret. Maxime cum interrogati prædicti Nuncii de numero bellatorum, quos tecum ad partes ipsas ducere, ac de mora, quam contrahere proponis ibidem, responderunt prædictorum certitudinem non habere; responsionem nostram super hoc duximus suspendendam:

Sed nichilominus si processu temporis nobis, de hujusmodi numero, ac morâ, & dictæ terræ utilitate constaret, prout suaderet temporis qualitas, & alias videremus expediens, prosequeremur in hac parte favorabiliter vota tua, cum libenter illis, in quibus possumus, annuamus.

Nec mireris quod Bulla, non exprimens nomen nostrum, est appensa præsentibus, quæ ante Consecrationis & Benedictionis nostræ sollempnia conceduntur; quia hii, qui fuerunt hactenus in Romanos electi Pontifices, in bullandis litteris, ante Consecrationis & Benedictionis suæ munus, consueverunt modum hujusmodi observare.

Dat. Perusii duodecimo Kal. Maii, suscepti à nobis Apostolatûs Officii anno primo.

Plumbum sine nomine Pontificis.

Sub filo canabi.

De licentia visitandi Carolum Regis Siciliæ primogenitum, sub custodia detentum.

FRater Latinus, permissione divinâ, Ostien. & Velletren. Episcopus, religiosis viris, fratri Hugoni de Sancto Edmundo Priori fratrum de Chelmereford, & fratri Gualtero de Seggefelt, ordinis nostri Prædicatorum, salutem in Domino sempiternam. — Ann. D. 1285. An. 13. E. 1. L. B. f. 151. b. Prout Camerar. * II. 197.

Ex parte vestrâ fuit sanctissimo Patri, Domino nostro Honorio, electo summo Pontifici, humiliter supplicatum ut, cum illustris Rex Angliæ vos transmittat ad visitandum & consolandum magnificum * virum, Dominum Karolum, primogenitum, claræ memo-

[illegible] vocati

Quæsumus igitur, fili carissime, ut grandem laborum sarcinam, quam executio ipsius officii secum trahit, piæ compassionis affectu recogitans, devotas & sedulas altissimi filio preces fundas, quatinus de suæ habundantia pietatis, quæ merita supplicum excedit & vota, sic actus nostros & opera dirigat, sic debilitatem nostram suæ potentiæ virtute communiat, ut Sacrosanctam Ecclesiam, sponsam suam, cujus nobis curam & sollicitudinem committi voluit, possimus ad laudem & gloriam sui sanctissimi nominis salubriter regere, ac utiliter gubernare.

Et, quia personam Regiam gerimus infra caritatis viscera prædilectam, volumus ut ad nos, in tuis oportunitatibus, cum fiduciâ & securitate recurras.

Nos enim in illis intendimus tibi, quantum cum Deo poteririmus, favoris Apostolici plenitudinem exhibere.

Cæterum super negotiis, pro quibus dilectos filios Magistrum Guillielmum Canonicum Wellen. & nobilem virum Helyam, tuos familiares & Nuncios, latores præsentium, vivente adhuc eodem Prædecessore, ad Apostolicam sedem destinâsti, exhibentes nos favorabiles & benignos, formam, secundum quam, super principali negotio Regio, debebant, prædicti prædecessoris tempore, Apostolicæ confici litteræ, meliorare curavimus, ut plenius satisfieret votis tuis, & hujusmodi litteras ad celeris expeditionis effectum duximus perducendas; prout iidem Nuncii Serenitati Regiæ referre poterunt oraculo vivæ vocis.

Nec mireris si bulla, non exprimens nomen nostrum, est appensa præsentibus quæ, ante consecrationis & benedictionis nostræ solempnia, transmittuntur; quia hii, qui fuerunt hactenus in Roman. electi Pontifices, consueverunt, sicut præmittitur, in bullandis litteris, ante suæ consecrationis & benedictionis munus, modum hujusmodi observare.

Dat. Perusii septimo Kal. Maii, suscepti à nobis Apostolatûs officii anno primo.

Sigillum avulsum.

•II.298. * *Litera qua Papa devotionem Regis erga Deum hominesque mirifice laudat, necnon responsoria Regi super negotio Aragoniæ.*

Ann. D. 1285. *An.* 13. *E.* 1. *L. A. f.* 133. *a. Penes Camerar.*

HOnorius Episcopus, servus servorum Dei, carissimo in Christo filio Regi Angliæ illustri, salutem & Apostolicam benedictionem.

Exegit regalis ad Deum, immensis laudibus attollenda, devotio ut ei, pro te, fili carissime, frequenter labiorum vitulum exolvamus, qui sic animum Regium gratia divina prævenit, quod ad ejus prosequenda servitia dirigis vota tua, &, ut promoveantur utilius ac promptius, executionis votivæ consequantur effectum, ad Christianitatis statum pacificum, non vitatis laboribus, sed & contemptis oneribus, anxius & operosus intendis, sicut ex hiis quæ per dilectum filium, nobilem virum, Oddonem de Grandissono, Celsitudinis tuæ familiarem & Nuncium, circa negotium Aragoniæ, sub litterarum, fidem ipsi nobili adhiberi petentium, testimonio, exponere curavisti, aliisque laudabilibus, & Deo acceptis, Serenitatis tuæ processibus, satis aperte connicitur, vel potius convincitur evidenter.

Persta in his, Princeps inclite, persta quæsumus, &, quæ

[illegible]

monili, zona, & cipho argenteo, anulo, & fretta de bonis, quæ salvæ fuerint, ut prædictum est, de cætero debent appreciari in auxilium restitutionis vinorum & aliorum bonorum, sic in navi, extra navem per hujusmodi tempestatem ejectorum.

In cujus, &c. imperpetuum duratur.

Teste Rege apud Westm. 25. die Maii.

Et sunt inde septem paria litterarum; videlicet, in quolibet portu una littera.

---

* *De Divortio facto inter Gilbertum de Clare Comitem Gloucestriæ & Hertfordiæ, & Aliciam de Marchia.* •II.299.

Ann. D. 1285. *An.* 13. *E.* 1. *Claus.* 13. *E.* 1. *m.* 9. *dors.*

HÆC est Conventio facta, inter nobilem virum Gilbertum de Clare Comitem Glovermiæ & Hertf. ex parte unâ, & Dominam Aliciam de Marchiâ ex alterâ, videlicet,

Quod, cum in causâ Divortii, dudum mota & agitata inter dictam Aliciam de Marchiâ Atricem & Judicium procurantem, ac divortium fieri petentem ex parte unâ, & dictum Dominum Gilbertum defendentem ex alterâ, sit pro dicta Alicia lata sententia diffinitiva, & prædictus Gilbertus per eandem sententiam à vinculo contractûs matrimonialis, inter ipsum Gilbertum & dictam Aliciam de facto habiti, sit absolutus penitus & liberatus, sive ei nubendi, authoritate Ecclesiæ, sit libera concessa facultas.

Ipsius tamen Dominæ nobilitatem generis dictus Dominus Gilbertus considerans, ac nolens quod, occasione defectûs sustentationis honestæ, sibi materia contristandi tribuatur; ex suâ merâ liberalitate eidem Dominæ Aliciæ, quoad vixerit, dedit Manerium de Taxstede eodem modo quo nunc tenet, una cum magno Parco: Maneria de Welles & Warham eodem modo quo nunc tenet, unà cum octo libratis, undecim solidatis, & octo denaratis in redditu super plusag. operibus & perquisitis de visu Franciplegii (excepto Wreko maris) Manerium de Wyston sicut modo tenet, Bureford & Speinham Londe sicut modo tenet; dummodo dicta Alicia dictam sententiam & ipsius effectum ratam habuerit, aut in honoris dicti Domini Gilberti, seu commodi dispendium vel gravamen, verbo aut facto, clam vel palam, per se aut alium, quicquam perseveranter non attemptaverit.

Ita eisdem maneriis & terris utendo & fruendo dicta Alicia ad suam sustentationem, ut præmissum est, quod aliquod alienationis, impignerationis, enormis devastationis, aut destructionis genus non attingat vel referatur.

Si vero dicta Alicia contra præmissa, seu aliquod præmissorum venerit, venire procuraverit, vel contravenire volentes non impedierit cum effectu, aut in fata decesserit, liceat dicto Domino Gilberto & hæredibus suis, ipsius Dominæ Aliciæ, aut cujusque reclamatione non obstante, dictam concessionem revocare, ac dictas terras, possessiones & maneria liberè ingredi, & pacificè possidere.

Præmissa vero maneria, possessiones, terras & tenementa, & alia supranominata prædictus Gilbertus & hæredes sui, prædictæ Aliciæ warrantizabunt, quoad vixerit, sub modo, forma & conditionibus supradictis.


In cujus rei testimonium tam dictus Gilbertus, quam dicta Alicia huic præsenti scripto, in modum cirographi confecto, alternatim diviso, sigilla sua mutuo apposuerunt.

Hiis

di electionis de ipso Electo celebratæ negotium in longi temporis producere videbantur excursum, non sine dispendio ipsius Ecclesiæ Dublinensis, prædictus Electus, cupiens indempnitati ipsius Ecclesiæ præcavere, memorato prædecessore viam, prout Domino placuit, universæ carnis ingresso, & nobis eidem in Apostolatûs apice

Dat. Romæ apud Sanctum Petrum tertio Kal. Junii, Pontificatûs nostri anno primo.

Sub filo canabi.



... usque tempora, habita aut tractata.

Ex Autographis, infra Secretiores ARCHIVORUM REGIORUM Thesaurarias per multa Sæcula reconditis, fideliter exscripta.

IN LUCEM MISSA DE MANDATO NUPERÆ REGINÆ.

Accurante

THOMA RYMER,

Ejusdem Serenissimæ Reginæ Historiographo.

EDITIO TERTIA,

Ad originales Chartas in Turri Londinensi denuo summa fide collata & emendata, studio

GEORGII HOLMES.

TOMI PRIMI PARS III. ET IV.



HAGÆ COMITIS,
Apud JOANNEM NEAULME.
MDCCXXXIX.

tam,

Et etiam si dicti Burgenses, aut eorum aliqui, infra terram & potestatem dicti patris nostri, testati decesserint vel intestati, idem pater noster vel hæredes sui bona eorum confiscari non facerent; quin eorum hæredes ipsa integre habeant, quatenus ipsa catalla dictorum defunctorum fuisse constiterit; dum tamen de dictis hæredibus notitia aut fides sufficienter haberetur:

Nos concessionem prædictam acceptantes, &, ad instantiam kariffimæ Matris nostræ Alianoræ Reginæ Angliæ, & dilectæ nobis Reginæ Navarræ consortis Edmundi fratris nostri, uberiorem gratiam eisdem Burgensibus facere volentes,

Concedimus, pro nobis & hæredibus nostris, quod iidem Burgenses, per totum Regnum nostrum, quieti sint de muragio præstando de rebus seu mercandisis suis & quod ipsi cum mercandisis suis in terram & potestatem nostram secure venire, & ibi morari possint; dum tamen rectas & debitas consuetudines inde faciant, hactenus usitatas in Regno nostro.

Et, si forte inter Dominum Regem Franciæ, aut alios, & nos, seu hæredes nostros, aliquo tempore guerra, quod absit, suscitetur:

Volumus quod dicti Burgenses, per nos vel hæredes nostros, præmuniantur, ut infra quadraginta dies Regnum nostrum, cum bonis suis, egrediantur.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Westmon. 1. die Junii.

De Adomaro de Valentia, Comite Pembrochiæ, Custode Angliæ Constituto.

Ann. D. 1285. *An.* 13. *E.* 1. *In secunda Bundela, n.* 15. *Penes Camerar.*

EDwardus, Dei gratiâ, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ & Dux Aquitanniæ, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Prioribus, Comitibus, Baronibus, Militibus, liberè tenentibus, Communitatibus, Vicecomitibus & omnibus aliis Ministris, Ballivis & Fidelibus suis, ad quos præsentes literæ pervenerint, salutem.

Sciatis quod, cum nos, pro quibusdam negotiis, nos & statum Regni nostri tangentibus, simus ad partes transmarinas, favente Domino, in proximo profecturi;

Nos, de circumspectione, industriâ & fidelitate dilecti consanguinei & fidelis nostri, Adomari de Valentia, Comitis Pembrochiæ, specialiter confidentes, ipsum Comitem Custodem nostrum dicti Regni ac locum nostrum in eodem Regno tenentem, pro pace & tranquilitate populi dicti Regni nostri melius conservandis, constituimus per præsentes, quamdiu in dictis partibus transmarinis moram fecerimus, vel aliud inde duxerimus ordinandum:

Et ideo vobis mandamus quod eidem Comiti, tanquam Custodi nostro dicti Regni, & locum nostrum tenenti in eodem, in hiis, quæ ad dictam custodiam pertinent, intendentes sitis & respondentes.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Westmon. 4. die Junii.

Pro Constantia Comitissa Marciani Consanguinea Regis de injuriis, ei per Senescallum Vasconiæ illatis, amicabiliter emendandis.

Ann. D. 1285. *An.* 13. *E.* 1. *Rot. Vasc.* 13. *E.* 1. *m.* 14.

REX Senescallo suo Vasconiæ salutem.

Significavit nobis dilecta Consanguinea nostra, Constantia Vicecomitissa Marciani, quod in Comitatu suo & Baronia Marciani Bastidam de novo, in ipsius præjudicium, construere incepistis, jurisdictionem suam, & justitiam, ac libertates ipsius usurpando, ac inferendo sibi & suis gentibus multa gravamina & alias indebitas novitates, in exhæredationem ipsius, dispendium & gravamen;

Quia vero dictæ Constantiæ injuriari nolumus, immo sua negotia favore benivolo prosequi volumus & tractari, vobis mandamus, quatinus ab hujusmodi novitatibus & excessibus desistentes, prædicta sibi amicabiliter emendetis, & emendari faciatis, taliter quod de vobis, aut aliis nostris gentibus, de cætero, non habeat materiam conquerendi; vel saltem, super hiis, eidem celere judicium, in Curia nostra Sancti Severi, secundum foros & consuetudines ipsius Curiæ, faciatis: Et ipsam suis debitis libertatibus, & consuetudinibus usitatis, & hactenus observatis, uti & gaudere pacifice permittatis.

Dat. apud Westmon. 4. die Junii.

Pro Gastone Vicecomite Bearn, & Constantia filia ejus.

Ann. D. 1285. *An.* 13. *E.* 1. *Ibidem.*

REX Senescallo suo Vasconiæ salutem.

Cum vobis alias mandaverimus, quod bona & averia, capta de gentibus dilecti & fidelis nostri Gastonis Vicecomitis Bearn, & dilectæ nobis Constantiæ, ejusdem Gastonis filiæ, una cum dampnis, prædictis gentibus illatis per Ballivos & gentes nostras, occasione negotii Bigorr. faceretis emendari, & nichil sit inde factum ut intelleximus:

Vobis iterato mandamus quatinus, inquisita per vos, vel per alios, deputandos à vobis, de præmissis plenius veritate, quæ capta inveneritis, cum dampnis illatis, prædictis gentibus emendari & restitui faciatis; prout alias vobis, per Magistrum Gumbaldum de Mercato, & Reimund. Marquef. recolimus nos mandâsse.

Taliter super hoc vos habentes, quod clamor ad nos, super hiis, non veniat iteratus.

In cujus, &c.

Dat. ut supra.

[illegible] biris in solvendo, eidem, vel mandato suo, & cuicumque personæ, ac quibuscumque personis, Ecclesiasticis, secularibus, Monasteriis, Ecclesiis, Collegiis, seu Universitatibus, cui ac quibus ipsa Domina donare, legare, aut relinquere volet vel voluerit, inter vivos, vel causa mortis, in Testamento vel Codicill. aut quocumque titulo, seu ex quacumque causa, in solidum vel divisim, seu per partes, aut portiones qualescumque, & quotcumque, prout ipsa duxerit ordinandum & præcipiendum, pro suæ arbitrio voluntatis;

Ut autem prædictæ Dominæ & aliis supradictis, quibus ipsa donare, legare, aut relinquere voluerit, quoquo modo, ut supradictum est, plenius & firmius, tantum sit de plena & integra solutione dictarum pecuniarum & pecuniæ quantitatem facienda;

Nos, ex certa scientia, pro dicta totali pecunia, & pro prædictis omnibus & singulis pecuniæ quantitatibus, obligamus & ypotecamus expressim, nomine pignoris & ypotecæ tradimus, & quasi tradimus eidem Dominæ, omnes res nostras, & omnia bona nostra, castra, burgos, villas, possessiones, terras, jurisdictiones, jura, feoda, fidelitates, homagia Baronum & hominum nostrorum, nobilium & innobilium, ac specialiter & generaliter universa & singula bona nostra, ubicumque sint vel consistant, quorumcumque nomine aut vocabulo censeantur; excepta terra Delphinatûs & Com. Vien. & Albon.

Constituentes exnunc, animo transferendi possessionem & quasi possessionem omnium & singulorum bonorum prædictorum, titulo pignoris & ypotecæ, expresse in Dominam prædictam, nos possidere & quasi possidere, nos velle possidere & quasi possidere, omnia & singula bona supradicta, nomine dictæ Dominæ; quoad usque eidem Dominæ vel mandato suo, ut superius dictum est, de fructibus & exitibus dictorum bonorum, pignori & ypotecæ, ut supradictum est, obligatorum, vel alio quocumque modo satisfactum fuerit plenarie, & sine aliqua diminutione de prædictis omnibus & singulis pecuniis, & pecuniarum quantitatibus, ac etiam de omnibus expensis, damnis, costamentis, & omni interesse, quas, quæ, & quod ipsam Dominam, vel mandatum suum, seu alias personas, ab eadem Domina causam habentes vel habituras, ut dictum est supra, qualitercumque contigerit facere vel sus-
*II 304. tinere, prætextu & occasione doli, fraudis, culpæ, moræ, * negligentiæ nostræ; vel nostrorum hæredum, vel Successorum, adhibitæ vel adhibendæ, contractæ vel contrahendæ, in solutione, & circa solutionem omnium & singularum pecuniarum prædictarum, & pecuniæ quantitatum; super quibus omnibus & singulis credi volumus simplici verbo dictæ Dominæ, nulla probatione super hiis exactâ vel exigendâ ab eadem: volumus etiam, & exnunc auctoritatem ac plenariam potestatem damus & concedimus eidem Dominæ, ut ipsa, per se, vel per alias personas, cujuscumque celsitudinis, dignitatis, statûs, vel conditionis existant, ingrediatur & apprehendat, ingredi & apprehendere possit, quandocumque & quotienscumque sibi placuerit (nullius personæ, Domini, Ballivi, Judicis aut alterius personæ expectata licentia, vel petita) possessionem & quasi possessionem omnium & singulorum bonorum nostrorum supradictorum, nomine pignoris, & ypotecæ supradictæ; & eam possessionem, & quasi possessionem retinere & plene habere cum effectu, per quascumque personas, prout sibi placuerit, quousque sibi, vel ejus mandato, vel personis, ab ea causam & jus habentibus vel habituris, plene & integraliter satisfactum fuerit de omnibus & singulis supradictis.

Item, Volumus, & exnunc præcipimus, dantes expressim in mandatis specialibus, sub debito fidelitatum & homagiorum, & [illegible] tum (nos hæredes, bonorum possessores, & Successores nostros, omnes quoscumque obligantes) perpetuo inviolabiliter servaturos, & completuros, ac contra prædicta, vel aliqua de prædictis, aliquatenus non facturos, vel contravenire volentibus consensuros.

Renunciantes in hoc facto, & in omnibus prædictis, de jure nostro certificati per pactum & per Sacramentum à nobis præstitum, exceptioni non numeratæ, non receptæ, non habitæ pecuniæ, doli & in factum conditioni sine causa, legi danti marito in bonis uxoris tacitas ipotecas vel alia jura, & specialiter legi C. de rei uxor. ac quæ incipit Rem, in præsenti: & legibus de donatione inter virum & uxorem; L. Quintus Mucius. Et C. e. t. L. etiam privilegiis omnibus crucesignatis indultis & indulgendis, omni juri, omni consuetudini, scriptis, & non scriptis, omnibus statutis factis & faciendis, petit. & oblat. libell. lit. continen. & omni judiciario ordine inductus temporis quadrimestris, & aliis quibuscumque petitionibus copiæ præsentis Instrumenti in to-
tum vel in * partem, vel ipsius capituli cujuscumque & generali- *II.305.
ter, omni juri canonico & civili, per quod supradicta vel aliqua de prædictis, in aliquo sui capitulo, vel in parte capituli, possent aliquatenus annullari, infirmari, diminui, vel infringi.

Act. in Castro Castellionis in terra Fuagen.

Et ad hoc interfuerunt testes, videlicet, Frater Willielmus de Prato de ordine Fratrum Prædicatorum, Dominus Willielmus de Sancto Vincentio Miles, Hubertus de Thon. & Willielmus Veranvilin Clerici, Canonici Goburn. Magister Reimundus de Horthesio, & Petrus Tally Clerici.

Et ego Durandus Rubini, auctoritate imperiali publicus Notarius, qui requisitus hanc Cartam fideliter scripsi, & signo meo consueto signavi, & subscripsi, & feliciter tradidi.

In quorum omnium robur & testimonium nos Gasto, & nos Frater Willielmus de Prato de ordine Fratrum Prædicatorum, Willielmus de Sancto Vincentio Miles, Magister Reymundus de Horthesio, Petrus Tailly, Willielmus de Press. Miles, Humbertus de Thon. Willielmus de Veranvilin Canonici Goborn. Radulphus de Sancto Rozio domicellus, & Hugo de Voerone Clericus, qui prædictis omnibus præsentes extitimus, ad requisitionem ipsius Domini Gastonis, huic præsenti Cartæ Sigilla nostra duximus apponenda.

Dat. anno Domini, die, & loco, quibus supra.

Et nos Edwardus, Rex prædictus, ad instantiam prædicti Domini Gastonis, conventiones, promissiones & obligationes prædictas, quantum in nobis est, confirmamus.

Salvo tamen in omnibus jure nostro & quolibet alieno, quibus per confirmationem hujusmodi nolumus aliquod præjudicium generari.

In quorum omnium testimonium huic scripto Sigillum nostrum fecimus apponi.

Dat. apud Westmonast. quinto die Junii.

Con-

[illegible], e [illegible] ke totes les lettres, e le privilege, qe luy devauntdit religius e l'eglise unt de noz Auncesurs de Pontieu, demoergent en lur force e en lur vertue, saunz amenuser de riens, ausint come il estoient avaunt par mi cel pais feisaunt; sauves les choses desuthdites a nus, e a nos heirs.

E pur tutes cestes choses fere en la manere, que eles sunt devisees, nus avons done as devauntdit religius e a lur Eglise 140 l. de Par. pur achater heritage en Pontieu en terres gaynables, em bos ou en choses censables, sans fet entiet, e les devons amortir; e ovek ceo que il pouent achater de lur deners 6 liueres de terre, les queles nus sumes tenus ensement de amortir par mi cel pais:

E queus heritages acchatez, tute la Justise haute e basse demorrat a nus e a noz heirs.

E, pur ceo ke ceste seit ferme chose e estable, avuns fet mettre nos seaus a cestes presentes lettres.

Dones a Westm. le an de grace 1285. le quint Jor de Jun.

De justitia Vicecomiti de Bearn in Baronia sua de Ganardon facienda.

Ann. D. 1285.
An. 13. E. 1.
Rot. Vasc. 13. E. 1. m. 11.

REX Senescallo suo Vasconiæ salutem.

Ex parte dilecti & fidelis nostri Gastonis, Vicecomitis de Bearn, nobis extitit conquerendo monstratum, quod vos in Baronia sua de Ganardon, quandam Bastidam de novo construi fecistis, jurisdictionem, & justitiam occupari, libertates, consuetudines, ab antiquis temporibus usitates, indebitè usurpando, ac faciendo in terris suis nonnullas alias indebitas novitates, in ejusdem Gastonis præjudicium & jacturam:

Super quo vobis mandamus quatinus, si quas novitates indebitas vel injustas, tam in Bastidâ, quàm in aliis libertatibus & usagiis suis debitis, fecistis eidem vel gentibus suis, revocare cum justicia studeatis; vel, secundum foros & consuetudines terrarum illarum, faciatis sibi justitiæ complementum.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Westmon. 6. die Junii.

De Matrimonio inter filium Regis & filiam Comitis Hollandiæ contrahendo.

Ann. D. 1285.
An. 13. E. 1.
L. A. f. 130. b.
Penes Camerar.

EDwardus, &c. Omnibus, ad quos præsentes litteræ pervenerint, salutem.

Ad tractandum de Matrimonio, inter Filium nobilis viri Domini Florentii, Comitis Hollandiæ, primogenitum & Filiam nostram, prolocuto aliàs, contrahendo; & ad singula, quæ ad tractatum hujusmodi pertinent, vice nostra complenda, dilectis & fidelibus nostris, Johanni de Vescy, & Johanni de Lovetot Militibus, ac Magistro Thomæ de Sodinton Clerico, vel duobus eorum, quos ad hoc vacare contigerit, plenam, tenore præsentium, tribuimus potestatem; ratum habituri & gratum quicquid ipsi, vel duo eorum, super matrimonio fecerint antedicto.

voluerit in omnibus terris prædicti Comitis Hollandiæ, vel Zelandiæ:

Ita, videlicet, quod, si idem Johannes, filius Comitis, Patrè vivente, in fata decedat, filiâ Regis, uxore suâ, superstite, tunc filia Regis dotem habeat sibi assignatam de sex mille libr. terræ.

Et, si, post matrimonium contractum inter filiam Regis & filium Comitis, Comes moriatur, vivente filio suo & filiâ Regis uxore sua, & tunc idem filius Comitis obierit, dimissa uxore sua prædicta, tunc eadem uxor sua dotetur de octo mille libr. terræ Turonens. nigrorum, & hoc in locis competentibus in terris Hollandiæ & Zelandiæ.

Et Dominus Comes dotem istam, modo prædicto, filiæ Regis assignabit, quando Regi placuerit, & ad hoc faciendum aliquem de suis miserit.

Et, si, post matrimonium completum inter filiam Regis & filium Comitis, filius Comitis præmoriatur, sine hærede de corporibus suis procreato, filia Regis habeat dotem suam sibi assignatam, & restituatur Domino Regi, hæredibus, vel executoribus suis medietas totius pecuniæ quinquaginta mille Librarum, pro dicto matrimonio solutarum.

Et, si filius Comitis & filia Domini Regis obierint, hærede demisso qui hæreditatem Domini Comitis habeat, nichil de pecunia prædicta quinquaginta mille libr. pro matrimonio soluta, restituatur.

Et, si unus illorum, vel ambo in fata decedat vel decedant, dimisso hærede, de corporibus ipsorum procreato, & ille hæres, antequam hæreditatem ipsius Comitis attigerit vel optinuerit, moriatur; ex tunc medietas pecuniæ, pro matrimonio soluta, Domino Regi restituatur.

Et, si filia Regis sine hærede, de corpore suo procreato, post matrimonium, inter ipsam & filium Comitis contractum, obierit; tunc medietas pecuniæ, pro matrimonio datæ, Domino Regi, hæredibus, vel executoribus suis restituatur.

Et si Johannes filius Comitis, qui nunc superstes est, ante matrimonium, inter eundem & Elizabet filiam Regis contractum, obierit, quod absit, & Comes alium filium habuerit, competentem * ad matrimonium contrahendum cum eadem Elizabet vel * II. 309.
altera Regis filia; Dominus Rex maritagium ejusdem filii habeat, & ita successive, de filio in filium usque inter unam de filiabus Domini Regis, & unum de filiis Domini Comitis matrimonium legitime contrahatur; & hoc conditionibus præscriptis, si Domino Regi placuerit.

Et, si contingat quod Elizabêt filia Regis, ante matrimonium inter ipsam & filium Comitis contractum, moriatur; Dominus Rex maritagium prædicti filii Comitis ad aliam de filiabus suis, conditionibus præscriptis, optinebit; si sibi viderit expedire.

Et, si contingat quod omnes hæredes masculi dicti Comitis in fata decedant, hæredibus fœmellis dimissis, Dominus Rex maritagium earumdem habeat, si sibi placuerit; & hoc per novam formam, inter prædictum Regem & Comitem, cum hoc evenerit, faciendam.

Cæterum, cum matrimonium inter filiam Regis & filium Domini Comitis legittime fuerit celebratum, Dominus Comes, ad sustentationem eorumdem, decem mille libr. terræ Turon. nigrorum assignabit, loco competenti:

Domino Rege pro matrimonio soluta, dicto Domino Regi restituatur, si idem Comes in solutione defecerit, modo quo prædictum est.

Et, ad omnia prædicta fideliter & sine fraude observanda, hinc inde præstitum est sacramentum corporale; ita, videlicet quod Magister Thoma de Sodinton. in animam Domini Regis sacramentum præstitit prædictum: & Dominus Comes, in propria persona, in præsentia ipsius Magistri Thomæ, specialiter ad hoc transmissi, tactis sacrosanctis, sacramentum consimiliter præstitit corporale.

In testimonium omnium præmissorum huic scripto præsenti, ad modum Cyrographi confecto, penes utramque partem remanenti, tam idem Dominus Rex, quàm etiam Dominus Comes sigilla sua alternatim apposuerunt.

* II.309.

* *De Alfonso Rege Castellæ.*

Ann. D. 1285. An. 13. E. 1. Liberate 13. E. 1. m. 4.

REX Baronibus suis de Scaccario, salutem.

Allocate Joanni de Burne, nuper Custodi Portûs nostri Doveriæ, in compoto suo ad Scaccarium prædictum, quinque solidos, pro custuma passagii dilecti nobis in Christo fratris Walteri de Wenlock, tunc electi Westm. & triginta hominum, de propriâ familiâ ipsius Electi, secum transfretantium ad Curiam Romanam; pro negotiis suis & Ecclesiæ suæ prædictæ, anno Regni nostri duodecimo, &c. ———

Et viginti & quatuor solidos, pro custuma passagii venerabilis Patris S. Gadicensis Episcopi, ad partes remotas pro negotiis Domini A. quondam Regis Castellæ, sorori nostri transfretantis, cum quadraginta & septem hominibus de familia sua, & sexdecim equis; videlicet pro passagio prædicti Episcopi & hominum suorum octo solidos, & pro passagio prædictorum equorum sexdecim solidos anno prædicto. ———

Et duos solidos pro custuma passagii duorum fratrum Minorum de Pictaviâ, in veniendo ad nos à partibus transmarinis prædictis, cum quatuor hominibus suis anno prædicto, nisi, &c.

Et recipiatis ab eo brevia nostra de precepto per quæ præmissa fecit.

Teste Rege apud Westm. decimo sexto die Junii.

De Homagio pro Comitatu de Bigor.

Ann. D. 1285. An. 13. E. 1. Pat. 13. E 1. m. 14.

REX omnibus, &c. salutem.

Sciatis quod dilectus fidelis noster, Philippus filius nobilis viri Comitis Flandriæ, in nostrâ constitutus præsentiâ, asserens se contraxisse matrimonium cum nobili Domina Matill. Comitissa de Theche, nomine suo & ejusdem Dominæ uxoris suæ, optulit nobis homagium & juramentum fidelitatis pro Comitatu de Bygor. quem dicit ad se ratione prædictæ uxoris suæ jure hæreditario pertinere,

Unde, cum nos, certis de causis, prædicta homagium & fidelitatem ab eodem Philippo distulerimus recepisse,

Nolumus quod, ad prosecutionem juris sui, in dicto Comitatu, ratione dicti homagii non recepti, vel etiam fidelitatis, eidem Philippo præjudicium aliquod generetur, quantum ad nos pertinet, salvo in aliis jure nostro & quolibet alieno.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Westm. decimo octavo die Junii.

rum prædictarum recipientes ab ipso.

Et prædictam solutionem, cum per vos, Senescallum & Constabularium facta fuerit, in compoto vestro præcipimus allocari:

Et hoc, prout honorem nostrum & vestrum diligitis, nullatenus omittatis.

In cujus, &c.

Dat. ut supra.

Summonitio quibusdam hominibus Flandriæ quod, tanquam prisones, se reddant in Villa Mustroil, juxta formam pacis ibidem factæ cum Comite ejusdem.

Ann. D. 1285. An. 13. E. 1. Pat. 13. E. 1. m. 12.

REX omnibus, &c. salutem.

Cum dudum, post contentiones habitas inter, celebris memoriæ, Dominum H. dudum Regem Angliæ patrem nostrum, & Margaretam Comitissam Flandriæ, super quibusdam arrestationibus factis super homines Regni Angliæ, ac super quibusdam aliis arrestationibus factis hominibus Flandriæ per homines Regni prædicti, contentiones prædictæ, in reditu nostro à Terra sancta, apud Mustroill. super mare, amicabiliter inter nos & nobilem virum Guidonem Comitem Flandriæ filium & hæredem prædictæ Margaretæ, sedatæ fuerint in hunc modum, videlicet,

Quod idem Comes de omnibus bonis, per homines Flandriæ super homines Regni prædicti, ultra summam bonorum Flandrensium, in eodem Regno arrestatorum, hominibus ejusdem Regni, infra certum tempus sibi assignandum, satisfaceret, juxta formam pacis prædictæ inde factæ;

In quâ quidem formâ dilecti nobis Baldewinus de Avenis, Willielmus de Flandria, Hugo Castellanus de Gaudano, Johannes de Gistel. Oliverus de Assone, & Michael de Angy, super restitutione inde faciendâ se constituerunt principales debitores, tali conditione, videlicet,

Quod, si residua bona prædicta prædictis hominibus nostris, infra tempus illud, per ipsum Comitem restituta non fuissent; tunc à tempore, quo ipsi Baldewinus, Willielmus, Hugo, Johannes, Oliverus & Michael per nos moniti vel summoniti essent, personas suas apud prædictam Villam Mustroill, tanquam prisones, redderent;

Ac prædictus Comes plures dies super hoc sibi præfixos non observaverit;

Nos, clamorem prædictorum hominum nostrorum ulterius sustinere non valentes, assignavimus dilectum Clericum nostrum, Johannem de Gernemue, ad monitionem seu summonitionem præfatis Baldewino, Willielmo, Hugoni, Johanni, Olivero & Michaeli faciendam; ita videlicet, quod in crastino Festi Sancti Remigii, proximo futuri, personas suas prædictas, tanquam prisones, in prædicta Villa Mustroill reddant, juxta formam pacis prædictæ.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Westm. vicesimo quarto die Junii.

De

E. 1. Ex Autogr. ... quam de Regia Celsitudine gerimus, efficit quod te, pro nostris & Ecclesiæ Romanæ devotis, frequenter precibus excitatus; sperantes firmiter quod eo promptius precibus ipsis obtemperes, quo erga eandem Ecclesiam devotionis zelo fervere conspiceris amplioris.

Sanè considerantes attentius, & meditatione sollicita revolventes grata & accepta servitia, quæ nobis & eidem Ecclesiæ dilecti filii Thomatius Spillati & Lapus Hugonis de Florentia, nostræ Cameræ Mercatores, retroactis temporibus impenderunt, & impendere non desistunt, ipsos & eorum socios benivolentia prosequimur speciali;

Excellentiam itaque Regiam rogandam attente duximus & hortandam, quatinus, pro nostra & Apostolicæ sedis reverentia, Mercatores eosdem, ac socios suos, in Anglicanis partibus commorantes, ipsorumque negotia habeas commendata; ita quod iidem Mercatores fructum ex nostris precibus consequantur optatum, nosque tuæ devotionis promptitudinem dignis exinde in Domino laudibus attollamus.

Dat. Tiburct quinto Id. Julii, Pontificatûs nostri anno primo.

Sigillo avulso.

Litera Mariæ Hungaricæ, de auro recepto, ex dono Regis.

Ann. D. 1285. An. 13. E. 1. L. B. f. 141. b. Penes Camerar. UNiversis, præsentes litteras inspecturis, Maria filia Regis Hungariæ, Principissa Salernitana, & Honoris Montis Sancti Angel. Domina, salutem in eo qui est omnium vera salus.

Noveritis quod nos præsentialiter recepimus & habuimus, per manus religiosorum virorum fratrum Hugonis de Sancto Edmundo, Prioris fratrum prædicatorum Chelmersfordiæ, & Walteri de Seggefeld, ejusdem ordinis, ab excellentissimo Principe Domino Hondoardo, Dei gratia, illustri Regi Angliæ, carissimo consanguineo nostro, octingentas uncias auri, ponderis generalis, pro valore duorum milium librarum Turanensium, ex dono facto carissimo Domino & consorti nostro Principi per inclitum Regem Angliæ supradictum.

In cujus rei testimonium, & ad prædictorum fratrum cautelam, præsentes litteras exinde fieri fecimus, nostri pendentis sigilli munimine roboratas.

Dat. in Castro novo, prope Neapolim, anno Domini millesimo ducentesimo octuagesimo quinto, vicesimo septimo die mensis Julii, tertiæ decimæ Indictionis.

---

*II.312. * *Bulla Honorii Papæ Quarti de prorogatione termini assumenda crucis usque ad Festum Pentecostes.*

Ann. D. 1285. An. 13. E. 1. Ex Autogr. HOnorius Episcopus, servus servorum Dei, carissimo in Christo filio Regi Angliæ illustri, salutem & Apostolicam benedictionem.

Licet nuper Excellentiæ Regiæ per nostras sub certâ formâ literas, inter cætera duxerimus concedendum, ut infra Festum Na-

... merito fiduciam gerimus specialem; idcirco hæc omnia attendentes, ordinationem rerum & bonorum nostrorum, præcipuè quantum ad ea quæ ad salutem animæ meæ pertinent, providentiæ vestræ committimus, & committimus faciendam, ordinandam & complendam.

Et, super hoc, dia est vobis, & cuilibet vestrûm, per litteras nostras apertas, quas penes vos esse credimus, plenam dedimus potestatem & mandatum speciale.

Quam potestatem & quod mandatum in his præsentibus confirmavimus; Serenitatem ac Dominationis vestræ bonitatem rogantes & requirentes, humiliter supplicando, quatinus dictam ordinationem rerum & bonorum nostrorum, divinæ pietatis intuitu, & pro remedio animæ nostræ, facere dignemini, ordinare, attendere, & complere, vos, vel alter vestrûm, per vos, vel per certos nuncios vestros, prout nos decet, & animæ nostræ saluti noveritis expedire; videlicet, clamores nostros pacificare: debita nostra solvere: legata & elemosinas facere Ecclesiis religiosis, & non religiosis, tam pro anniversariis perpetuo faciendis, quàm aliis hospitalibus, pontibus, & aliis piis locis.

* Præterea, cum nos quoddam hospitale construi cœperimus apud Montem Melianum pro remedio animæ nostræ & antecessorum nostrorum, supplicamus Dominationi vestræ ut illud, sine moræ dispendio, præcipiatis & faciatis prout nos decet perfici & dotari. * II.313.

Item, Familiaribus & servatoribus nostris, de hospitio & familiâ nostrâ existentibus, remuneretis, & remunerari faciatis, prout saluti nostræ noveritis expedire; ordinantes taliter quod non contingat ipsos de suo servitio defraudari.

Nos enim, pro his omnibus faciendis, complendis & attendendis, omnia bona nostra, mobilia & immobilia, vobis & cuilibet vestrûm tradimus exnunc & obligamus, possessionem eorum in vos & in quemlibet vestrûm transferentes.

Inhibentes nichilominus quod nullus, Clericus aut Laicus, nepos aut neptis, in rebus & bonis nostris, specialiter de mobilibus, aliquid præsumat, vel aliquo modo in eis manum apponat, nisi de licentiâ vestrâ, vel alterius vestrûm, donec omnia supradicta, prout ea facienda & ordinanda duxeritis, plenè & integrè sint completa, observata, & effectui mancipata.

De his etiam omnibus personas vestras honoramus, firmiter tenentes quod melius & honorabilius per vos vel per alterum vestrum, quàm per aliquos alios, hæc omnia, ad salutem animæ nostræ, compleri poterunt & attendi.

Et, ne hujusmodi honus vobis grave videatur, cum Domino Episcopo Augusten. socio & commensali nostro, & aliis familiaribus nostris, eum concomitantibus (de quibus, in omnibus & per omnia, de negotiis nostris, tanquam de nobis propriè confidimus; quem & quos, pro prædictis, ad vos, & ad quemlibet vestrûm, transmittimus) securè deliberare poteritis, quibus credatis indubitanter, tamquam nobis, super omnibus quæ de negotiis nostris vobis dixerunt vivâ voce.

Valete in Domino Jesu Christo.

Ut autem prædictis omnibus fides plenior habeatur, has præsentes litteras sigillo nostro fecimus sigillari.

Dat. & actum apud Rupecl. in Festo Sancti Laurentii, anno Domini millesimo, ducentesimo, octogesimo, quinto.

Li-

contra tenorem Chartarum Prædecessorum vestrorum & Aposto-
II.314. licas inhibitiones, quamplurimum perturbamur; * in tantum quod, ubi solebamus percipere triduanam procurationem nostri Capituli generalis, vix processu temporis, sicut experimento cotidiano discimus, per unum diem dictum generale Capitulum poterit sustentari, ad vos tanquam ad Patronum habemus recurrere; excellentiam vestram humiliter exorantes, ut factum Prædecessorum vestrorum, sicut vestra interest, prosequentes, quod contra Chartas & Prohibitiones Regias factum est faciatis per potestatem Regiam adnullari, & donationem præfatæ Ecclesiæ, à vestris progenitoribus nobis factæ, dignemini per Chartas Regias confirmare.

Insuper, cum per statutum vestrum, ne Religiosi propria feoda, seu aliena ingrediantur, adeo sit deteriorata nostra conditio, quod terras, quæ sunt de dote & feodo Ecclesiæ supradictæ, alieni, cum ipsas vendi contingit, quam pluries, nobis invitis, occupant; nos vero, contra justitiam, intrare proprium feodum prohibemur: strenuitatem vestram humiliter deprecamur quatinus mandare dignemini Ballivis vestris de Scardeburg, quod, non obstante præfato statuto, permittant nos intrare terras, quæ sunt de feodo Ecclesiæ supradictæ.

De Comite vero de Warenna, qui per octo annos & amplius spoliavit nos decem marchis, qui nobis debentur annuatim in nundinis Stanford, pluries strenuitati vestræ scripsimus, & vos ei super hoc vestras direxistis literas, & nos nostras; ipse verò semper Monachis nostris assignat terminos, sed nil solvit; unde, si placet, remedium congruum per potestatem Regiam super hoc apponatis.

Nos vero, licet universitas ordinis in orationibus suis cotidie vestri memoriam faciat, tamen pro persona vestra, uxore vestra, ac liberis vestris, & pro tranquilitate Regni vestri, in nostro generali Capitulo orationes injunximus speciales (videlicet, tres Missas, unam de Spiritu Sancto: Aliam de beata Virgine: Et aliam de Sancta Cruce) celebrandas à singulis Sacerdotibus ordinis universi.

Vigeat vestra dominatio per tempora longiora.

Dat. apud Cistercium, die Festi Exaltationis Sanctæ Crucis, tempore Capituli generalis.

Litera testificans quod Florentius Comes Hollandiæ protestabatur & juravit, de tenendo conventiones, initas inter Edwardum Regem Angliæ & ipsum Comitem super matrimonio, contrahendo inter Dominam Elizabetham natam Regis, & Johannem ipsius Comitis primogenitum.

Ann. D. 1285. An. 13. E. 1. L.A.f. 130. b. penes Camerar.

NOS, Florentius, Comes Hollandiæ, præsentium tenore, simpliciter ac publicè protestamur, quod nos, in præsentia Magistri Thomæ de Sodinthon, nuncii solempnis serenissimi Regis Angliæ, Domini Edwardi, & Nobilium terræ nostræ, videlicet, Domini Alberti Domini de Vorne, Domini Gerardi de Wetheringhen, & Magistri Gerardi de Leyden, & aliorum plurimorum,

Corporale præstitimus Sacramentum, super rathabitione omnium articulorum & conventionum, initarum inter dictum Dominum Regem & nos, super matrimonio, inter Elizabetham Filiam dicti Domini Regis, & Johannem Filium nostrum legitimè contrahendo, prout hæc in litteris utrimque confectis, & alternatim concessis plenarie continentur.

Et hoc idem corporale Sacramentum à dicto Magistro Thoma,

Sibillæ, Cordubæ, Murciæ, Geneniæ, atque Algarbiæ Regi illustri, Edwardus, eadem gratia, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ & Dux Aquitanniæ, salutem, & sinceræ dilectionis continuum incrementum. E. 1. Rot. de Treuga, &c. 14. E. 1 m. 1.

Celsitudinem vestram novimus non latere qualiter, ad decus & decorem totius Christianitatis, intromittimus partes nostras, quod pacis & concordiæ pulcritudo formetur inter egregios Principes, Dominum Philippum Regem Franciæ, & Dominum Karolum Germanum suum ex parte unâ, & Alfonsum Regem Aragoniæ illustrem ex alterâ.

Et super hoc interpellavimus Sanctum Patrem summum Pontificem, cujus Nuncii, eâ de causâ specialiter ad nos missi, citra diem dominicam, ante Festum beati Vincentii, ad nostram venire præsentiam debuerunt.

Unde, cum nunciari fecerimus Regibus supradictis quod, ad dominicam secundam quadragesimæ, nunc instantis, aliquos viros gnaros, de Consiliariis suis, plene super præmissis instructos, Burdegal. nobis mittant,

Nos, vestrum commodum & honorem pariter ac quietem animo æstuanti zelantes, vestræ magnificentiæ supplicamus, quatenus ad nos, die dominica supradicta, aliquos viros discretos, pacis & concordiæ zelatores, plenè & perfectè instructos, inter quos venerabilis pater Episcopus Kalaforensis sit unus, ad tractandum de pace, & eam, per Dei gratiam, reformandam inter vos & Regem Franciæ destineris; &, quid super istis duxeritis faciendum, nobis, si placet, *significetis*.

De Licentia Johanni Giffardi Domino de Glifford & Margaretæ de Novavilla matrimonium inter se contrahendi concedenda.

HOnorius Episcopus, servus servorum Dei Venerabili Fratri, Episcopo Herefordensi salutem, & Apostolicam benedictionem. Ann. D. 1286. An. 14. E. 1. Ex Orig. In Turre.

Dilectus filius, Nobilis Vir, Johannes Giffardi, Dominus de Clifford; & dilecta in Christo filia nobilis mulier, Margareta de Novavilla, tuæ Diocesis, suâ nobis petitione monstrârunt, quod, cum inter eos de contrahendo invicem matrimonio ageretur, quidam, eorum æmuli, dictæ mulieris parentibus minus veraciter suggesserunt, quod iidem nobiles quarto sunt consanguinitatis gradu conjuncti.

Et, licet nullus appareat qui gradus hujusmodi consanguinitatis distinguere noverit, aut de ipsa dicere sufficienti certitudine veritatem, ipsi tamen, propter hoc, hujusmodi matrimonium contrahere, contradicentibus præfatis parentibus, distulerunt.

Quare nobis dicti Nobiles humiliter supplicârunt, ut, cum ex hujusmodi matrimonio, in partibus illis, pacis & quietis commoda proventura sperentur, providere super hoc de benignitate apostolicâ dignaremur:

Nos itaque, de circumspectione tua plenam in Domino fiduciam obtinentes, & considerantes quod tibi potest promptius & plenius innotescere veritas super istis, Fraternitati tuæ, præsentium tenore, committimus & mandamus quatenus, inquirens super consanguinitate præfata diligentiùs veritatem, si tibi de * ipsa constare II.316. non possit, nobilibus memoratis inter se matrimonium liberè contrahendi licentiam, auctoritate nostra, concedas.

Si verò de ipsius impedimento constiterit, & rationabilem & sufficientem causam subesse compereris, propter quam hujusmodi matrimonium jure contrahendum, secundum Deum, extimes expedire

vos, extimantes quod, propter moram Nuntiorum tuorum, apud apostolicam sedem contractam, & longitudinem itineris, quod imminet eis ad reditum, erat hujusmodi terminus nimis brevis, terminum ipsum benignius prorogantes, Festum beati Johannis Baptistæ, proximo futurum, dicto Festo Pentecostes duximus subrogandum.

Per præmissa verò nolumus prædictis nostris litteris quoad alia derogari; sed eas nichilominus decernimus quoad illa in suo robore permanere.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ declarationis, concessionis, prorogationis, & subrogationis infringere, &c.

Dat. Romæ apud Sanctam Sabinam Kal. Aprilis Pontificat. nostri anno secundo.

Sub filis sericis flavi rubeique coloris.

De Antiquitate & Chartis Monasterii de Valle Sanctæ Mariæ in Snaudonia.

Ann. D. 1286. *An.* 14. *E.* 1. *Ex Bundela Brevium & Literarum, A.* 14. *E.* 1. *in Turri.* • II.317.

UNiversis Christi fidelibus, has literas visuris, vel audituris, Amanus, permissione divina, Bangorensis Ecclesiæ Minister humilis, salutem æternam in Domino.

Noveritis nos vidisse Cartas varias diversorum Principum Priori & Conventui de Valle beatæ Mariæ de Snaudonia;

• Videlicet, Chartam Lewelini magni, super totam terram Kyndewewic. de Rennaut;

Et Chartam Lewelini filii Griffini, super omnes terras filiorum Ithael de Penard;

Et Chartam Lewelini filii Griffini, super totam terram hominum de Trehan apud Kenynbeind & Lecheitaur;

Et Chartam Domini Oweni, super totam Villam quæ vocatur Tref Ybeyrd, apud Kynind Meney;

Et Chartam Domini Lewelini filii Griffini, super totam terram illam & locum de Beckellers;

Et Chartam Domini David, super totam terram, quam habuerit Jerbed Vab Yerfeynt & Freraul apud Epennaut:

Et super dictis terris vidimus Literas Papales confirmatorias, Bullatas, non cancellatas, non abolitas, nec in aliqua parte vitiatas:

Ad hæc sciant universi, quod dicta domus Beatæ Mariæ, senior domus religiosa est de tota Wallia (exceptâ Insulâ Sanctorum Bardigeya) & melioris hospitalitatis & communioris indigentibus, & transeuntibus Anglicis & Walensibus, de Anglia & Westwallia transeuntibus ad Norwalliam, & de Ybernia & Norwallia euntibus ad Angliam:

Sed, in damnum non modicum & defectum communem omnium, dicta domus, incendio casuali penitus destructa, licet hospitalitatis tempore maximam pateretur ruinam, per tamen Regem pium, Catholicum, liberalem, Dei gratiâ, Dominum Edwardum ad plenum fuisset restaurata.

Et, quia pium est oppressis & afflictis subvenire;

Nos, de Dei misericordiâ, & de intercessione ejusdem genetri-

---

* *Litera Prælatorum & Baronum Provinciæ & Forc. supplicatoria pro liberatione Caroli Principis Salernitan.* • II.318.

Ann. D. 1286. *An.* 14. *E.* 1. *Rot. de Treuga* 14. *E.* 1. *m.* 2.

EXcellentis Magnificentiæ viro, Domino Edwardo, Dei gratia, Regi Anglorum, R. miseratione divinâ Sanctæ Aquensis Ecclesiæ Archiepiscopus, ac cæteri tam Aquensis quàm Arelatensis Ebrudinensis Provinciar. Prælati, necnon, Philippus de Lauenn. Miles, Comitatuum Provinc. & Forc. Senescallus, & B. Comes Auellini, ac universi & singuli tam Barones, Castellani, & Milites, quàm Civitatum & insignium locorum Provinc. ac Forc. Comitatuum prædictorum Universitates, & Sindici, ad hoc specialiter in unum apud Sistar. congregati, salutem, cum quacumque possunt reverentia & honore.

Ad vos, excellentissime Domine, tanquam ad singulare spei nostræ refugium, hoiulantes una voce clamare compellimur; supplicantes quatinus pro deliberatione Domini nostri Karoli Principis Salern. consanguinei vestri karissimi, dudum carcerali custodiæ mancipati, diligentem, si placet, sollicitudinem, ac sollicitam cum effectu diligentiam, sicut vestram decet Regiam Majestatem, adhibere velitis.

Nec enim speramus, Domine, ipsum temporibus istis, nisi per vestræ interventionis præsidium, absolvi posse à vinculis, & pristinæ restitui libertati; firmam spem fiduciamque tenentes quod, si diligenter Magnificentia vestra institerit in hac parte, nullum vobis difficultatis repagulum, nullumque dilationis obstaculum opponetur.

Cujus rei causâ venerabiles in Christo Patres Ebruden. Archiepiscopum, ac Episcopum Vapicen. & Abbatem Masilien. necnon nobiles viros, Dominos Isuardum Antraven. Dominum de Agunto Gauterium de Forc. Dominum de Rocha Milites, exhibitores præsentium, unà cum quibusdam religiosis ac secularibus viris, eis assistentibus, vice nostrâ & omnium, liberationem sitientium Domini Principis memorati, ad præsentiam Celsitudinis vestræ communi concordi duximus destinandos;

Supplicantes quatinus ipsos, & nos in ipsis, benigne recipere, ac supplicantium preces sic efficaciter exaudire dignemini, quod, pro tanto clementiæ opere, fiat vobis Rex Regum propitius retributor, & universus orbis evidenter cognoscat in vobis quid interventus consanguinei pro consanguineo, quidque preces proficiant pro amico, ut gratum, quod exinde Romanæ impendetis Ecclesiæ, servitium taceamus.

Tanto igitur sinceriori affectu ac promptiori devotione ad vos, Domine, recurrimus, lacrimabiliter successivis singultibus exorantes, quanto ampliorem & pleniorem vobis in terris divinæ miserationis habundantia contulit potestatem; quam conservet Dominus & amplificet in æternum, Amen.

Nos vero, Prælati prædicti, ac Barones, sigillis reverendi Patris Aquen. Archiepiscopi, & nobilium virorum Domini Philippi de Lauen. Militis Senescalli Provinc. & Domini B. Comitis Auellini in sigillatione præsentium usi sumus.

Dat. Sistant. die secunda Madii decimo quarto Indic.

Pro-

De potestate, Regi Angliæ per Regem Aragoniæ concessa, dandi & acceptandi Treugas inter dictum Regem & Regem Franciæ.

Ann. D. 1286. An. 14. E. 1. L. B. f. 60. b. Penes Camerar.

EGregio Principi, Domino Edwardo, Dei gratiâ, Regi Angliæ, Domino Hiberniæ, & duci Aquitaniæ, Alfonsus, eâdem gratiâ, Rex Aragoniæ, Majoric. & Valentiæ, ac Comes Barchinonæ salutem & sinceræ dilectionis affectum.

Cum à vestrâ nobili Excellentiâ, per vestros solempnes Nuncios, jampridem fuerimus requisiti, ut vobis faciamus tribui & concedi plenariam potestatem, pro nobis & Regnis nostris, Gentibus, Valitoribus, & Vassallis, dandi & concedendi treugas inclito Regi Franciæ, pro se, suisque Regnis, suisque Gentibus, Valitoribus & Vassallis;

Et similiter recipiendi à dicto Rege Franciæ, de se, suisque Regnis, Terris & Gentibus, pro nobis nostrisque Regnis, Gentibus atque Terris, in formâ, quæ vobis sufficiens videretur, pro terris atque personis, quas negocium videtur contingere:

Ecce! vestris desideriis annuentes, vobis Procuratores nostros & Nuncios, Petrum Martini de Archasona Militem, & Johannem Sappata, transmittimus;

Quibus, tenore præsentium, concedimus & mandamus, ut, vice nostrâ, vobis plenariam, seu generalem, & liberam tribuant potestatem,

De nobis, & Aragoniæ, Majoricarum, Valentiæque Regnis, Com. Barchinon. ac cæteris aliis, quas tenemus ad præsens;

Gentibus quoque & Valitoribus nostris eorumdem Regnorum, Comitatûs atque Terrarum;

Et specialiter de illis nostris Valitoribus & Vassallis, qui in Bisuldon. & Ceritan. Terras tenent aut Castra,

Dandi treugas, seu etiam concedendi Egregio Regi Franciæ, suisque Regnis, & Terris, quas detinet in præsenti,

Gentibus suis, Valitoribus & Vassallis eorumdem Regnorum atque Terrarum;

Suis etiam Valitoribus & Vassallis qui in Rossilione, Ceritaniâ, vel Catiloniâ Terras tenent aut Castra:

Nobili etiam viro, Domino Jacobo, Patruo nostro, Terris etiam suis & Castris, quæ possidet in præsenti, suisque Gentibus, Valitoribus & Vassallis,

In formâ, quam expedire decreveritis, usque ad terminum quem tanto negotio videritis convenire.

Nos enim ratum habebimus & acceptum quicquid per eosdem Procuratores nostros, in concedenda vobis plenaria, seu generali, & libera potestate treugas hujusmodi concedendi, seu etiam acceptandi, per vos et accepta hujusmodi potestate, dando treugas, seu etiam acceptando, fuerit procuratum, actum vel gestum, seu etiam ordinatum.

In cujus rei testimonium præsentem litteram sigilli nostri fecimus impressione vallari.

Dat. Ostæ tertio Idûs Madii, anno Domini millesimo ducentesimo octuagesimo sexto.

---

*II.320. * *Bulla, ne liberi Regis Angliæ matrimonium contrahant cum liberis Regis Aragoniæ.*

Ann. D. 1286. An. 14. E. 1.

HOnorius Episcopus, servus servorum Dei, carissimo in Christo filio Edwardo, Regi Angliæ Illustri, salutem & Apostolicam benedictionem.

me y lui est aviz a plusours de son conseil, debatre cel homage, par raison que la Pees avantdite, ne lui est enterinee, & ascunes surpprises sont faites par les terres qil tient, a grant damage de lui;

Nequideit, Sire, il ne veut rien debatre a ore de cel homage, ausi que vous, com bon Seigneur, lui facez la Pees enterinier, & les surpprises ostier & amendier,

Jeo devint vostre homa des terres, que jeo tenuz de vous de cea la, solonc la forme de la Pees, que fu fait entre noz Ancestres.

---

* *Carta Philippi Regis Franciæ, in qua continetur, quod si aliqui de terra Regis Angliæ, in Vasconia & partibus illis appellent, de ipso, vel Senescallo suo, seu aliis Ministris suis, ad Curiam Regis Franciæ, aliqua de causa: quod idem Rex Angliæ, quamdiu vixerit, vel aliqui de suis, in pœnam vel forisfacturam non incidant, propter appellationes prædictas.* *II.321.

Ann. D. 1286. An. 14. E. 1. L. B. f. 4. b. Penes Camerar.

PH. par la grace de Dieu, Roy de France, A touz ceaus, qui verront ces lettres, saluz.

Nous fesons a savoir que nous a nostre cher cousin & feal, Edward, par cele mesme la grace, Roy d'Engleterre, Seigneur de Irelande, & Dux d'Aquitaine, otroions por nous, e por noz heirs, e por noz successors, qe, se il avient qe home apele, de lui, ou de ses Seneschaus, ou de leur leustenanz, qi ore sunt, ou apres seront, en totes les terres que il a, ou aura en Gascoigne, Agenois, Caorsin, Pierregorz, Lemozin & en Xanctounge, a nous ou a nostre Court, par quele achesons que ce soit, de mauveis & faus jugement, ou de defaute de droit, ou en quele autre maniere, fete ou a fere, se de ceus Apeaus par aucun cas choient ou soient conveincu en nostre Court tant come icelui nostre Cousin viura, lui, ne ses Seneschaus, ne leur leustenanz, en peine, ne en forfeture, ne en amende, vers nous ne chietent.

E, se acune chose par acheson de ce puet accrestre en avenir a nous, ou a noz heirs, ou a noz successors, nous les quitons, relessons, e donons a lui, tant come en nous est, por nous, e noz heirs, e noz successors, a durer tote sa vie.

E se il avient que home apele de lui, ou de ses Seneschaus, ou de leur leutenanz, en quel cas que ce soit, e les appelanz cheent; nous volons que son droit li soit sauf en forfeture, en paines, e encorement, e en totes autres choses que de ce lui deuront avenir.

E encore, otroions nous a nostre cher cousin que des Apeaus, que vendront en nostre Court, de lui, ou de ses Seneschaus, ou de lour leustenanz, en quel cas que ce soit, que nous les apelanz renvoierons, e lour dorrons espace de trois mois, del' houre, que il serront requis de celui qui aura apele, de lour jugement amender, e de fere droit, se defaute isoit.

E si n'el font dedenz le tens devant-dit, si puissent les appelanz adonques retorner à nostre Court, e receiuer droit en nostre Court; E ces choses avoms nous otroies saune autri droiture.

En tesmoignance de la quele chose, nous avons fet seeler ces lettres de nostre seel.

Done a Paris. l'an de grace mil. deuscenz quatrevinz & sis. ou mois de Juigner.

Bul-

Petitio. Terræ memoratæ succursum.

Responsio. Responsio, quòd postquam tu Crucem assumpseris, & per eandem sedem præfixus fuerit passagii terminus, intendimus Crucem per omnes christianitatis partes facere prædicari, prout viderimus expedire.

Tertia Petitio. Tertia Petitio, quòd subveniantur dicto negotio in personâ tuâ, de totâ decimâ & aliis subventionibus pro negotio ipso collectis, in quibuscumque Regnis seu Terris, quorum Reges, sive Principes, vel Domini transfretare noluerint.

Responsio. Responsio; varia & gravia impedimenta, quæ per memoratum Nuncium tibi deliberavimus exprimenda, nostris & tuis vobis obsistunt, ut ad hanc Petitionem non possit ad præsens certius responderi, sicut Excellentia Regia, impedimentis ipsis tibi expositis, manifestè cognoscet. Intendimus tamen, impedimentis illis, Domino favente, sublatis, tibi de ipsa totali decimâ, cæterisque subventionibus supradictis taliter subvenire, quod meritò poteris esse contentus, & satis, sicut credimus, erimus tecum in tuâ subventione concordes.

Quarta Petitio. Quarta Petitio, quod in Angliæ & Scotiæ Regnis, Yberniâ & Gualliâ, tibi decima per septennium ultra tempus, quo per, felicis recordationis, Martinum Papam prædecessorem nostrum concessa extitit, concedatur.

Responsio. Responsio; intendimus in prædictis Regnis & Terris per sex annos decimam tibi concedere, tempore computato per quod decima tibi fuit in illis ab ipso prædecessore concessa: Ipsius enim prædecessoris concessionem per hoc non intendimus immutare, sed ei adicere, ipsamque volumus in suo robore permanere: De prædictis autem intendimus, ut præmittitur, subvenire tibi, Crucem in concessio tibi ad hoc tempore solempniter assumenti, deferenti publicè, & ut expedit negotium hujusmodi prosequenti.

Ultima Petitio. Ultimo fuit ex tuâ parte petitum, concedi tibi liberam potestatem infra quinquennium transfretandi, quandocunque tibi placuerit; ita quòd post quinquennium possis ad hoc præcisè compelli, licet, sicut petitio continebat, prædictis tibi concessis, nec coactionem, nec dictum intendas quinquennium expectare.

Responsio. Responsio; Terræ necessitas tantam dilationem passagii expectare non sufficit, propter quod expedit, quòd ad tempus brevius omnino te artes; ita quod saltem usque ad triennium, numerandum à Festo Pentecostes primo venturo, possis si volueris, non tamen compellaris interim transfretare, sed ex tunc ad transfretandum compelli possis invitus.

Intendimus quoque decimam in Angliæ & Scotiæ Regnis, ac in Gualliâ & Yberniâ collectam, per biennium ante passagium sive terminum ipsius passagii præfigendum, tibi facere assignari.

Cæterum noverit Excellentia Regia, quod si te in præmissis Crucis assumptione, delatione, vel memorati negotii prosecutione, juxta dictæ sedis arbitrium, deficere forte contigerit; intendimus quòd dispositio prædictorum omnium ad Romanam Ecclesiam devolvatur, & libera perinde remaneat apud ipsam, ac si factæ per nos responsiones hujusmodi non fuissent.

Super hiis autem omnibus, infra Festum Purificationis Beatæ Virginis primo venturum, nobis à te volumus certitudinaliter responderi, & tuum super * illis finale propositum, non per litteras de credentia, sed explicitè intimari. *II.313.

niorem.

Sed ante adventum Nuncii, ad nos à te, infra Festum Purificationis beatæ Virginis proximo secuturum, prout in prædictis agitur litteris, transmittendi; circa idem negotium, operam adhibere proponimus ut, per Nuncium ipsum, tibi possit, auctore Domino, prædictorum omnium Fratrum communicato consilio, certius responderi.

Moram vero præfati Nobilis, quem adhibita circa commissa sibi negotia diligens solicitudo commendat, habeat Regalis benignitas excusatam; quia & negotiorum ipsorum qualitas, & occupatio sedula, quâ jugiter angimur, ejus reditum retardârunt.

Dat. Romæ apud Sanctam Sabinam 15. Kal. Julii, Pontificatûs nostri anno secundo.

De militibus & aliis in subsidium Regis Norwegiæ euntibus.

Ann. D. 1286. *An. 14. E. 1. Bundela Litterarum, &c. in Turri. An. 14. E. 1.* *II.314.

EDwardus, Dei gratiâ, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, & Dux Aquitaniæ, dilecto Consanguineo & fideli suo Edmundo, Comiti Cornubiæ, Regni Angliæ Custodi salutem.

Aliàs nostris temporibus inauditi, in Regem quondam Daciæ, egregii Principis, affinis & amici nostri karissimi, E. Regis Norwegiæ avum, per germanos ipsius Regis Daciæ, sceleris perpetrati flagitium, nobis per ipsius Regis Norwegiæ literas & nuncium intimatum, cordi nostro horrorem incussit;

* Nam juxta illud,

Felix, quem faciunt aliena pericula cautum. Et illud,
Nam tua res agitur, paries dum proximus ardet.

Detestabilitas hujusmodi facinoris est omnibus Principibus & Nobilibus in exemplum, & omnes debent assurgere ad vindictam.

Et ideo vobis mandamus, quod omnibus illis de regno nostro Militibus, & aliis, qui cum nobili viro, Olivero de Monte Spine, Comite Saresburgh, ipsius Regis Norwegiæ Nuncio, in ejusdem Regis subsidium ire voluerint, præbeatis, vice nostra, licentiam & liberum commeatum.

Teste meipso apud Paris. 22. die Junii, anno regni nostri quartodecimo.

Dorso. Expeditum est. Licentiam habuerunt juxta istud mandatum, ad eorum periculum.

De Pecunia Nuncio Regis Norwegiæ liberanda.

Ann. D. 1286. *An. 14. E. 1. L. A f. 178. b. penes Camerar.*

EDwardus, Dei gratiâ, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ & Dux Aquitaniæ, dilectis sibi, Ricardo Guidiconis, & Sociis suis Mercatoribus de Luk, salutem.

Cum nobilis Vir Oliverus de Spinit. Comes de Sarburg. Nun-

studebimus laborare, quanto nos ei, ex causis præmissis, obligatiores nos esse conspicimus, & fortius obligatos.

Benivolentiam insuper vestram grandem, quam geritis ad eundem, interiori oculo intuentes, & affectuosè, quæ nobis pro ipso infundistis, precamina ponderantes, vestrum affectum ducere conabimur ad effectum; vestræ claræ dilectioni, quæ grata sunt, cunctis temporibus facere gestientes.

Valete diu & bene.

Dat Paris. penultimo die Junii.

---

*II.325. * *Litera continens quod Amedeus Comes Sabaudiæ recepit a Rege quatuor Centum Marcarum, in quibus idem Rex tenebatur Philippo Patruo ejusdem Amedei.*

Ann. D. 1286. An. 14. E. 1. L. B. f. 17. b. penes Camerar.

NOS Amadeus, Comes Sabaudiæ, notum facimus universis, præsentes literas inspecturis, quod nos recepimus à Serenissimo Principe, Domino Edwardo, Dei gratia, illustri Rege Angliæ, karissimo Domino nostro, quatuor centum Marcas Sterlingorum bonorum, in quibus ipse Dominus Rex tenebatur, bonæ memoriæ, Domino Philippo, Comiti Sabaudiæ, Prædecessori & Patruo nostro karissimo, pro feodo suo de duobus annis proximo præcedentibus, & finitis in Festo beati Michaelis, quod fuit anno Domini 1285.

Quam pecuniam habuimus Mense Octobris, eodem Anno, per manum Petri de Monte Meliano, Clerici nostri, & de ipsa nos tenemus integre pro pacatis; volentes inde quietare, vice & nomine dicti Domini Philippi Patrui nostri, dictum Dominum Regem, Hæredes ac Successores suos quoscumque.

In cujus rei testimonium præsentibus literis Sigillum nostrum fecimus apponi.

Dat. Paris. die Veneris post Octab. Nativitatis beati Johannis Baptistæ, anno Domini 1286.

Bulla per quam Papa supplicavit Regi, quod restitueret Thomæ de Sancto Leodeg. electo Middensis Ecclesiæ, ea quæ per ipsum, vacationis tempore, detinebantur.

Ann. D. 1286. An. 14. E. 1. Ex Autogr.

HOnorius Episcopus, servus servorum Dei, carissimo in Christo filio Edwardo Regi Angliæ illustri, salutem & Apostolicam benedictionem.

Licet continuata supervenientium negotiorum instantia nos, qui, disponente Domino, universali regimini, quamquam immeriti, præsidemus, insultibus imperat successivis; sollicitudo tamen omnium ecclesiarum nostris incumbens humeris, tanto artius nos cotidiana meditatione perurget, quanto ad id sumus specialius, immo principalius obligati.

Sane dudum Midensis ecclesia, per obitum bonæ memoriæ Hugonis Episcopi Midensis, Pastoris solatio destituta, dilecti filii Archidiaconus & Clerus Midensis, ad quos electio Midensis Episcopi de antiquâ & approbatâ, & hactenus pacificè observatâ, consuetudine dicitur pertinere, die ad eligendum præfixâ, convenientes in unum dilectum filium Magistrum Johannem de Dubelton. Rectorem ecclesiæ de Kenles, ad ipsius Ecclesiæ regimen concorditer elegerunt.

præficere, per quam posset in spiritualibus ac temporalibus salubriter gubernari, ad memoratum Electum, quem Nobis & fratribus nostris de litterarum scientiâ, morum gravitate, munditie vitæ, & aliis probitatis meritis fidedignorum testimonia multipliciter commendarunt, convertimus aciem nostræ mentis; ideoque, volentes dictæ Midensis ecclesiæ paternâ diligentiâ providere, prædictum Electum, de ipsorum fratrum nostrorum consilio, & apostolicæ plenitude potestatis, eidem Midensi ecclesiæ præfecimus in Episcopum & Pastorem; firmâ spe fiduciaque tenentes quod dicta Midensis ecclesia, per suæ industriam providentiæ, auctore Deo, à noxiis præservabitur & adversis, optatis quoque prosperitatis commodis spiritualiter & temporaliter proficiet ac honoris.

Quocirca regalem excellentiam rogamus & hortamur attentè, quatinus eidem Electo, pro nostrâ & apostolicæ sedis reverentiâ, regalia ejusdem Midensis ecclesiæ, quæ per te vacationis ejus tempore teneri dicuntur, sine qualibet difficultate restituens, alias ipsum & ecclesiam sibi commissam habeas propensius commendatos; ita quod idem Electus, tuo fultus auxilio, in commissâ sibi curâ pastoralis officii possit, Deo propitio, prosperari; ac tibi exinde à Deo perempnis vitæ premium, & à nobis condigna proveniat actio gratiarum.

Dat. Tybur. 4. Id. Julii, Pontificatûs nostri anno secundo.

Sub filo canabeo.

De Potestate, a Philippo Rege Franciæ data Regi Angliæ concedendi Treugas Alfonso Regi Aragoniæ.

PHilippus, Dei gratiâ, Franciæ Rex Universis, præsentes litteras inspecturis, salutem. Ann. D. 1286.

Notum facimus quod, cum carissimus consanguineus, & fidelis noster, Edwardus, Dei gratiâ, illustris Rex Angliæ, nos requireret & rogaret instanter, quod nos daremus potestatem eidem concedendi treugas, de nobis & Regnis nostris, de gentibus, Vassallis & Valitoribus nostris eorumdem Regnorum, Alfonso, filio quondam Petri de Aragonia, Aragoniæ Valentiæque Regis, Comitatui Barchmon. ac terris aliis, quas possidet in præsenti, gentibus, Vassallis & Valitoribus suis eorumdem Regnorum, Comitatûs & terrarum: An. 14. E. 1. Rot. de Treuga, &c. 14. E. 1. m. 3.

Nos, volentes annuere votis suis, damus eisdem Regi, si summo Pontifici placuerit, concedendi dictas treugas plenariam & liberam potestatem, usque ad Festum Sancti Michaelis Septemb. anni Domini 1287. duraturas:

Eidem etiam Regi Angliæ, quantum in nobis est, plenariam tribuimus potestatem, terras & Castra, quæ tenent Vassalli & Valitores memorati Alfonsi, in terris de Russellon. & Ceriton. terras etiam & Castra, quæ tenent Comes Fuxensis, Reymundus Rogerii, & alii Vassalli & Valitores nostri in terra Catelon. atque Russellon. & Ceriton. ponendi in prædictâ treugâ, prout videbitur expedire.

Ratum habituri & gratum quicquid per ipsum Regem Angliæ super hiis fuerit ordinatum; hoc tamen acto, quod per nos & nostros juvare possimus Jacobum Regem Majoricarum illustrem, si ab ipso Alfonso, vel ejus gente, aut suis Valitoribus, aut Vassallis in terris, quas nunc detinet, primitus invadatur.

In cujus rei testimonium præsentibus litteris nostrum fecimus apponi Sigillum.

Actum

Principe, Domino Edwardo, Dei gratiâ, Rege Angliæ illustri, per manus Ricardi Gydechun de Lucâ, & sociorum suorum Mercatorum, numerantium, duo milia Marcarum novarum, & legalium Sterlingorum, in pecunia numerata, tresdecim solidis & quatuor denariis pro qualibet Marcâ computatis.

Quam quidem pecuniæ summam bonâ fide solvere promittimus eidem Domino Regi Angliæ, vel suo certo Attornato, has litteras deferenti, apud Civitatem London. hoc modo,

Medietatem scilicet mille Marc. in Festo Sancti Michaelis Archangeli tertio Kal. Octobris anno Domini millesimo ducentesimo octuagesimo septimo.

Et aliam medietatem, scilicet, residuas mille Marcas, in eodem Festo Sancti Michaelis, anno revoluto, videlicet, anno Domini millesimo ducentesimo octuagesimo octavo.

Ad quam solutionem, loco & terminis supradictis, faciendam, obligamus Dominum nostrum Regem Norwagiæ supradictum, Regnum suum, homines & Mercatores Regni sui, ac omnia eorum mercimonia & bona, in quocumque loco inventa;

Subicientes ea omnia voluntati ejusdem Domini Regis Angliæ & hæredum suorum, si in solutione dictæ pecuniæ defecerimus, donec de dictâ summâ pecuniæ sibi, vel suo certo Attornato, ut prædictum est, fuerit plenariè satisfactum.

Obligantes insuper prædictum Dominum nostrum Regem Norwagiæ ac hæredes suos, & nostros, cohercioni Domini Papæ, & quorumcumque Prælatorum, quos idem Dominus Rex Angliæ, vel hæredes sui, ad hoc duxerint nominandos, ac omni censuræ
* II.328. Ecclesiasticæ * sub poena excommunicationis & interdicti, si in solutione pecuniæ supradictæ, terminis supradictis, nos contingat deficere.

Et insuper nos, Comes, nomine prædicti Domini nostri Regis Norwagiæ, & nostro, & hæredum nostrorum, corporale præstitimus sacramentum de restituendo prædictam pecuniam, & de observando terminos prædictos, & obligationes prædictas.

Et insuper liberavimus litteras dicti Domini nostri Regis patentes, per quas dedit nobis potestatem recipiendi mutuum prædictum, & obligandi ipsum, & Regnum suum in formâ prædictâ, & etiam litteras patentes ejusdem per quas ratificat & gratificat receptionem mutui prædicti, & obligationes prædictas in formâ supradictâ.

In quorum omnium testimonium præsentibus sigillum nostrum duximus apponendum.

Dat. London. decimo tertio Kal. Augusti, in Festo sanctæ Margaretæ Virginis, anno Domini millesimo ducentesimo octuagesimo sexto.

Ann. D. 1286. An. 14. E. 1. L. B. f. 58. b. penes Camerar.

Super potestate data Regi Angliæ, ordinandi treugam inter Regem Aragoniæ & Regem Franciæ.

NOverint universi, præsentes litteras inspecturi, quod nos Petrus Martini de Archisonâ Miles, & Johannes Separa, Nuncii & Procuratores Domini Alfonsi, Dei gratiâ, Regis Aragoniæ, Majoricarum, & Valentiæ, ac Comitis Barchinonyæ, habentes

se suisque Regnis & terris, quas tenet in præsenti, Gentibus suis, Valitoribus & Vassallis eorumdem Regnorum, atque Terrarum, suis etiam Valitoribus & Vassallis qui in Rossilione, Ceritania, vel Cathalonia Terras tenent aut Castra, nobili etiam viro Domino Jacobo Patruo suo, Terris etiam suis & Castris, quæ possidet in præsenti, suisque Gentibus, Valitoribus & Vassallis in forma quam expedire videritis, & usque ad terminum, juxta vestrum arbitrium, tanto convenientem negotio.

Accipiendi etiam Treugas à dicto Rege Franciæ, de se, suisque Regnis, & Terris quas tenent in præsenti, Gentibus suis, Valitoribus, & Vassallis eorumdem Regnorum atque Terrarum, suis etiam Valitoribus & Vassallis qui in Rossilione, Ceritania, Cathalonia Terras tenent aut Castra, & etiam à nobili viro Domino Jacobo Patruo suo, Terris etiam suis, & Castris, quæ possidet in præsenti, suisque Gentibus, Valitoribus & Vassallis, pro Domino nostro Alfonso Rege Aragoniæ illustri, suisque Regnis, Comitatu Barchinonæ, ac Terris aliis, quas tenet ad præsens, Gentibus quoque & Valitoribus suis eorumdemque Regnorum, Comitatûs atque Terrarum, & specialiter de illis suis Valitoribus & Vassallis, qui in Rossilione & Ceritania terras tenent aut Castra, prout in littera super hoc confecta plenius continetur;

Nos, hujusmodi autoritate mandati, vobis, Domine Rex illustris, plenariam, seu generalem, & liberam, vice præfati Domini nostri Regis Aragoniæ, tribuimus potestatem dandi treugam, seu etiam acceptandi vicissim pariter & utrimque, inter memoratas personas, superius nominatas, Regna, Terras, & Castra, Gentes, Valitores pariter & Vassallos, in forma qua expedire videritis, & usque ad terminum quem tanto decreveritis negotio convenire.

Nos etenim ratum habebimus & acceptum, vice nostrâ, & Domini nostri memorati Regis Aragoniæ, quicquid per vos, circa præmissa, actum fuerit, gestum, seu etiam ordinatum.

In cujus rei testimonium præsentem litteram sigillorum nostrorum impressione fecimus insigniri.

Actum & Datum Paris. duodecimo Kal. Augusti, anno Domini millesimo ducentesimo octuagesimo sexto.

Litera Regis Franciæ de conductu pro Rege Angliæ.

PHilippus, Dei gratiâ, Franciæ Rex, amicis & fidelibus suis universis, ad quos præsentes litteræ pervenerint, salutem & dilectionem. Ann. D. 1286. An. 14. E. 1. L. B. f. 47 b. penes Camerar.

Notum facimus quod nos egregium Principem, carissimum consanguineum & fidelem nostrum, Edwardum, Dei gratiâ, illustrem Regem Angliæ, Dominum Hiberniæ & Ducem Aquitanniæ, qui ad has partes Regni nostri, ut insimul nos videremus, ad requisitionem nostram venit, & ad diversa Regni nostri loca se transferre proponit, in nostro conductu suscipimus eundo, morando, ac inde quascumque partes voluerit redeundo:

Unde vobis omnibus & singulis mandamus, quatinus ipsum, cum Comitivâ suâ, per Regnum nostrum & potestatem nostram salvo & secure conducatis, & conduci faciatis; ad salvamentum & liberationem ipsius & suæ comitivæ efficaciter intendentes, si opus fue-

nunciare; quibus in istis & aliis expediendis, plenam adhibere fiduciam nullatinus dubitetis.

Valete.

Dat. Paris. vicesimo quinto die Julii, anno Domini millesimo ducentesimo octuagesimo sexto.

Forma Treugæ quæ, mediante Rege Angliæ, inita fuit inter Reges Franciæ & Aragoniæ, ex parte Regis Franciæ.

Ann. D. 1286. An. 14. E. 1. Rot. de Treuga, &c. 14. E. 1. m. 3.

UNiversis Christi fidelibus, ad quos præsentes litteræ pervenerint, Edwardus, Dei gratia, Rex Angliæ, &c. salutem in Domino sempiternam.

Cum carissimus Dominus & consanguineus noster Philippus, Dei gratia, Rex Franciæ illustris, ad requisitionem & preces nostras,

Nobis concesserit plenariam potestatem, si summo Pontifici placuerit, concedendi treugas usque ad Festum Sancti Michaelis Septembris, anno Domini millesimo ducentesimo octuagesimo septimo, de se & Regnis suis, Gentibus, Vassallis & Valitoribus suis eorumdem Regnorum, magnifico Principi Domino Alfonso Regi Aragoniæ illustri, Aragoniæ Valentiæque Regnis, atque Comitatus Barchinonæ, Terrisque aliis quas possidet in præsenti, Gentibus, Vassallis, & Valitoribus suis eorumdem Regnorum, Comitatûs pariter & terrarum;

Nos, ex hujusmodi potestate nobis concessa, Petro Martini de Artisono Militi, Johanni de Zeppata, Procuratoribus prædicti Alfonsi incliti Regis Aragoniæ, habentibus recipiendi easdem treugas plenariam potestatem & speciale mandatum, pro ipso Alfonso Rege præfato Aragoniæ, Regnis, Comitatu & Terris prædictis, ac suis Vassallis, Valitoribus ipsorum Regnorum, Comitatûs, & Terrarum, dictas treugas, si summo Pontifici placuerit, concessimus usque ad terminum supradictum;

Infra quam treugam, de voluntate expressa prædicti Domini Regis Franciæ, & prædictorum Procuratorum dicti Regis Alfonsi includi volumus nobilem virum Dominum Jacobum, patruum supradicti mirifici Regis Aragoniæ, Gentes, Vassallos, Valitores suos, & Terras quas possident in præsenti; si tamen hoc suæ, scilicet memorati Jacobi, placuerit voluntati; super quo usque ad octabas Assumptionis beatæ Virginis suam nobis, vel Nunciis nostris, propter hoc specialiter destinandis, declarare tenebitur voluntatem.

Si autem dictus Jacobus treugam non acceptaverit memoratam, & guerram fecerit præfato Domino Alfonso Regi, Aragoniæ Valentiæque Regnis, ac Com. Barchinon. & aliis Terris quas possidet in præsenti, Vassallis, Valitoribus suis eorumdem Regnorum, Comitatûs pariter & Terrarum, prædictus Rex Franciæ Vassalli & Valitores sui non juvent dictum Dominum Jacobum in aliquo, in invasione hujusmodi facienda.

Et vice versa, si dictus Dominus Rex Aragoniæ, Gentes, Vassalli, aut Valitores sui dictum Dominum Jacobum, * Patruum
* II. 331. suum, pacificè se habentem, aut Terras, vel Castra quæ nunc tenet vel possidet, primo invaderent; & dictus Jacobus, Gentes, Vassalli, aut Valitores sui eundem Dominum Regem Alfonsum, Gentes, Vassallos, aut Valitores ipsius, Terras vel Castra, quæ possident in Catelonia, vel alibi, invadere voluerint ex post facto; liceat Domino Regi Franciæ, ejus Gentibus, Vassallis, & Valito-

Assumptionis gloriosæ Virginis referantur.

In quorum omnium testimonium & plenam fidem, præsentem paginam sigilli nostri fecimus patrocinio communiri.

Dat. & actum Paris. octavo Kal. Augusti, videlicet, die beati Jacobi Apostoli, anno Gratiæ millesimo ducentesimo octuagesimo sexto.

Forma prædictæ Treugæ, ex parte Regis Aragoniæ.

UNiversis Christi fidelibus, ad quos litteræ præsentes pervenerint, Edwardus, Dei gratiâ, Rex Angliæ Dominus Hiberniæ, & Dux Aquitaniæ, salutem in Domino sempiternam. Ann. D. 1286. An. 14. E. 1. Rot. de Treuga, &c. 14. E. 1. m. 3.

Cum nobilis vir, Alfonsus filius quondam Petri de Aragoniâ, ad requisitionem nostram, per Procuratores suos & Nuncios, videlicet, Petrum Martini de Artisona Militem, & Johannem de Zappata, nobis super hoc, & propter hoc specialiter destinatos, per litteras ejusdem Alfonsi patentes, habentes super hoc speciale mandatum,

Nobis plenariam concesserit potestatem de se, & Aragonia, Valentiæque Regnis, Comitatu Barchinonæ, & Terris aliis, quas detinet in præsenti, Gentibus & Valitoribus suis eorumdem Regnorum, Comitatûs atque Terrarum, & specialiter de illis suis Valitoribus & Vassallis qui in Russelon. & Ceriton. Terris tenent aut Castra, dandi Treugas seu etiam concedendi serenissimo Principi, Domino Philippo, Regi Francorum illustri, suisque Regnis & Terris, quas ad præsens detinet, Vassallis & Valitoribus suis in Russelone, Ceritoniâ & Cateloniâ Terras tenentibus sive Castra, necnon Gentibus, Vassallis, & Valitoribus suis eorumdem * Regnorum atque Terrarum, ac etiam Jacobo illustri Regi Majoricarum & suis Vassallis, Valitoribus & Gentibus, ac Terris & Castris quæ possident in præsenti, usque ad terminum quem expedire seu convenire tanto videremus negotio. * II. 332.

Nos ex hujusmodi potestate nobis concessâ, præfato nobilissimo Regi Franciæ, Regnisque suis & Terris, quas ad præsens detinet, dictisque Gentibus, Vassallis & Valitoribus suis eorumdem Regnorum atque Terrarum, pro prænominato nobili viro, Alfonso, seu Procuratoribus ipsius, superiùs nominatis, vice ipsius Alfonsi, seu pro ipso Alfonso, Regnis quoque Aragoniæ & Valentiæ prætaxatis, Comitatu & Terris prædictis, ac suis Valitoribus & Vassallis ipsorum Regnorum, Comitatûs atque Terrarum, Treugas damus atque conferimus, usque ad Festum beati Michaelis Archangeli, in Septembri, anni Domini 1286, duraturas, *&c. prout in formâ superius annotatâ, usque hæc verba, viz.*

Præfatus autem Rex Francorum Treugam hujusmodi, si summo Pontifici placuerit, acceptavit.

In quorum omnium testimonium & plenam fidem, præsentem paginam sigilli nostri fecimus patrocinio communiri.

Actum & Dat. Paris. videlicet, die beati Jacobi Apostoli, anno Domini millesimo ducentesimo octuagesimo sexto.

Litera

L. B. f. 57 a. tenes Camerar. Cum nos, ad requisitionem vestram, vobis potestatem dederimus concedendi, si summo Pontifici placuerit, treugas de nobis, & Regnis nostris, ac Terris aliis quæ detinemus ad præsens, Gentibusque, Vassallis, & Valitoribus nostris eorumdem Regnorum & Terrarum, Alfonso filio quondam Petri de Aragoniâ, Aragoniæ Valentiæque Regnis, & * Comitatui Barchinonæ, ac Terris aliis quas possidet in præsenti, & Vassallis, Valitoribus atque Gentibus suis eorumdem Regnorum, Comitatûs & Terrarum, & etiam Vassallis & Valitoribus ejusdem Alfonsi, quoad Terras & Castra quæ in Rossilione & Ceritania tenent, post obsidionem, siqua eis, vel eorum alicui posita est, finitam, usque ad Festum beati Michaelis mensis Septembris, anni Domini millesimi ducentesimi octuagesimi septimi duraturas.

* II. 333.

Volentes plenius annuere votis vestris, concedimus quod treugæ hujusmodi ab octabis instantis Festivitatis Assumptionis beatæ Mariæ Virginis teneant, quousque infra ipsum Festum beati Michaelis voluntas summi Pontificis super hoc nobis & vobis fuerit intimata; qui si forte dissentiat, volumus quod eædem treugæ per duos menses continuos, post intimatum nobis & vobis dissensum, in robore suo perdurent.

In cujus rei testimonium præsentibus litteris nostrum fecimus apponi sigillum.

Actum Paris. die Veneris post Festum beatæ Mariæ Magdalenæ, anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo sexto, mense Julii.

De Trenga inter Reges Franciæ & Arragoniæ observanda, quousque voluntas summi Pontificis super hoc sit nota.

Ann. D. 1286. An. 14. E. 1. Rot. de Treuga, &c. 14. E. 1. m. 2.

SErenissimo Principi, Domino & consanguineo suo karissimo, Domino Philippo, Dei gratiâ, Franciæ Regi illustri, Edwardus, eâdem gratiâ, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, & Dux Aquitaniæ salutem in eo, per quem Reges regnant & Principes dominantur.

Cum vos, ad requisitionem nostram, nobis dederitis potestatem concedendi, si summo Pontifici placuerit, treugas de vobis, & Terris aliis, quas detinetis ad præsens, Gentibus Vassallis, & Valitoribus vestris eorumdem Regnorum & Terrarum, Alfonso, Filio quondam Domini Petri de Aragoniâ, Aragoniæ Valentiæque Regnis, & Comitatui Barch. ac Terris aliis, quas possidet in præsenti, & Gentibus, Vassallis, & Valitoribus suis eorumdem Regnorum, Comitatûs, & Terrarum, & etiam Vassallis & Valitoribus ejusdem Alfonsi, quoad Terras & Castra, quæ in Russilione & Ceritaniâ tenent, post obsidionem, siqua eis, vel alicui eorum posita est, finitam, usque ad Festum beati Michaelis, anno Domini millesimo ducentesimo octuagesimo septimo.

Volentesque plenius annuere votis nostris, concesseritis quod treugæ hujusmodi, ab octabis instantis Festivitatis Assumptionis beatæ Mariæ Virginis, teneant quousque, infra terminum supradictum Sancti Michaelis, voluntas summi Pontificis super hoc vobis & nobis fuerit intimata; volueritisque, quod si forte idem sum-

in memoriam beati Petri, Apostolorum Principis, instruimur honorare; &, ex utriusque legis præceptis, tenemur proximos, sicut nos ipsos, diligere propter Deum; & pacem, quam salvator noster, cum pro nobis esset ad passionem iturus, Apostolis dedisse & reliquisse, &, resurgens à mortuis, prædicasse legitur, omnibus procurare; cum omnis ejus actio, nostra instructio sit censenda; quæ facere credimus, si ovem errantem, quam pastor omnium ad gregem pastoris humeris asserit reportandam, juvemus ad unitatem Ecclesiæ revocari, erroris tramite derelicto, & animos discordantium concordare. Treuga, &c. 14. E. 1. m. 1.

Sane cum diu est gessissemus, & adhuc geramus in votis, quod inter Franciæ & Aragoniæ Regna mota discordia, ministrante occasionem humani generis inimico, propter utilitatem totius fidei christianæ, & ut vitarentur mala, quæ cismarinis & ultramarinis, ex ipsius continuatione, provenire poterant, sopirentur;

Nos, venientes ad karissimum Dominum & consanguineum nostrum, Philippum, Dei gratia, Regem Franciæ illustrem, qui nunc est, exposuimus eidem voluntatem nostram & desiderium in hac parte, rogantes eum, ex corde, quod ipse, propter rationes prædictas, & specialiter propter deliberationem dilectorum consanguineorum suorum & nostrorum, Karoli Principis Salern. & filiorum quondam Domini Ferrandi, illustris Regis Castellæ primogeniti, & dilectæ consanguineæ nostræ, Dominæ Blancæ, uxoris suæ, ad Pacem, si posset talis, quæ vobis, Pater & Domine, qui estis omnium nostrûm caput, deberet fore placita, reperiri, dignaretur Regalem animum inclinare.

Et, quia pax hujusmodi, absque vestræ Sanctitatis assensu, & absque longo tractatu fieri non valeret, eundem Regem instanter rogavimus, quod placeret ei ut, super hoc, hinc inde treugæ caperentur, usque ad Festum Sancti Michaelis, anni Domini millesimi ducentesimi octuagesimi septimi duraturæ; ut interim, cum assensu vestro, tractaretur pax ista, &, si placeret altissimo, compleretur.

Et, ut propositum nostrum possemus leviùs ducere ad effectum, antequam de Anglia movissemus, ad Dominum Alfonsum, Petri quondam Regis Aragon. filium, speciales super hoc Nuncios miseramus;

Quibus Nunciis nostris, & aliis ipsius Alfonsi, occurrentibus nobis Paris. cum plenaria potestate treugas ineundi, & etiam concedendi; idem Rex & consanguineus noster dedit nobis liberam potestatem concedendi dictas treugas, si vestræ placuerit Sanctitati, per tempus, dictum superiùs, duraturas; quia, præter Sanctam voluntatem vestram, ipse vel nos nichil inde proponimus operari.

Verum, quamquam in hoc nobis sit recta intentio, justum desiderium, & voluntas, tamen insufficientiam & discretionis defectum, ad tractandum tantum negotium & complendum, sentientes in nobis,

Sanctæ paternitati vestræ, quantum possumus, supplicamus, quatenus concessioni hujusmodi treugarum, pro Deo & bono pacis, benignum impertientes assensum, aliquos, diligentes caritatem & pacem, & dictorum Consanguineorum nostrorum liberationem optantes, affectantesque statum prosperum terræ Sanctæ, ad nos, versus partes Vasconiæ, (quo propter hoc, dimissis aliis negotiis nostris, dirigimus gressus nostros) super vestro sano consilio &

Principis Salern. & communium liberorum quondam Domini Ferrandi, illustris Regis Castellæ primogeniti, & Dominæ Blanchæ Consanguineæ nostræ dilectæ) quod eadem discordia sopiretur,

A karissimo Domino & Consanguineo, nostro Philippo, Dei gratiâ, Franciæ Rege illustri, si summo Pontifici placuerit, & à Domino Alfonso quondam Domini Petri de Aragonia filio, precibus optinuimus liberam potestatem ipsis partibus adinvicem treugas concedendi; ut, ipsis durantibus, inter partes de pace & concordia, si possit talis reperiri quæ summo Pontifici placita fore deberet, amicabiliter tractaretur.

Verum, quamquam nobis sit recta intentio, justum desiderium & voluntas, tamen insufficientiam nostram & discretionis defectum, ad tractandum tantum negotium & complendum, sentientes in nobis, eidem summo Pontifici, per litteras nostras & Nuncios, duximus supplicandum, quod aliquos prudentes viros, diligentes caritatem & pacem, & dictorum Consanguineorum nostrorum liberationem optantes, affectantesque quoque statum prosperum terræ Sanctæ,

Ad nos, versus partes Vasconiæ (quo propter hoc, dimissis omnibus nostris aliis negotiis, dirigimus gressus nostros) super ipsius sano Consilio, & suæ Sanctæ voluntatis intentione plenius informatos, tractaturos Nobiscum pacem & concordiam inter partes, &, ad utilitatem totius fidei Christianæ, & honorem Romanæ Ecclesiæ, Matris nostræ, dante Domino, completuros, dignetur, absque dilationis incommodo, destinare:

Quocirca vos rogamus quatinus velitis efficaciter interponere partes vestras, quod preces nostræ hujusmodi ad exauditionis optatæ gratiam admittantur.

Dat. Paris. 27 die Julii, anno gratiæ 1286.

Litera Regis Angliæ aliis Episcopis Cardinalibus de eisdem treugis.

CONsimiles litteræ diriguntur Cardinalibus subscriptis, videlicet, Dominis Johanni Tusculano, Jeronimo Penestrino, Bentenengæ Albanen. & Bernardo Portuen. Episcopis.

Litera Regis Presbyteris Cardinalibus de eisdem treugis.

CONsimiles litteræ diriguntur Presbyteris Cardinalibus subscriptis, videlicet Dominis Tom. Tituli Sanctorum Petri & Marcellini, Anchero Tituli Sanctæ Praxedis, Giffridro Tituli * Sanctæ
* II. 336. Susannæ, Hugoni Tituli Sancti Laurentii in Lucina, & Gervasio Tituli Sancti Martini, Presbyteris.

Item litera Regis Diaconis Cardinalibus, pro eisdem treugis.

CONsimiles litteræ diriguntur Diaconis Cardinalibus, videlicet, Dominis Mathæo Sanctæ Mariæ in Porticu, Benedicto Sancti Nicholai in Carcere Tulliano, Jacobo Sanctæ Mariæ in via lata, Jordano Sancti Eustachii, & Gottefrido Sancti Georgii ad Velum aureum, Diaconis.

PHilippus, Dei gratiâ, Francorum Rex, notum facimus universis, tàm præsentibus, quàm futuris, quod egregius Princeps, carissimus Consanguineus & fidelis noster Edwardus, Dei gratiâ, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ & Dux Aquitaniæ nobis exposuit, Ann. D. 1286. *An. 14. E. 1. Ex transumpto Authentico.*

Quod, licet, claræ memoriæ, Ludovicus, Avus noster, in pace, inhitâ inter ipsum & Henricum condam Regem Angliæ, recordationis inclytæ, concessisset & dedisset dicto Regi Angliæ omnem droyturam, quam habebat in tribus Diœcesibus & Civitatibus, videlicet, Lemovicen. Caturcen. & Petragoricen. in feodis & domaniis;

Exceptis Rebus quæ, per literas dicti avi nostri, & prædecessorum suorum, non poterant poni extra manum suam, & homagio fratrum suorum, si qua tenebant ibidem ab ipso Avo nostro per homagium;

Necnon promisisset se daturum Regi Angliæ, post decessum Alfonsi condam illustris Comitis Pittaviensis, terram quam idem Comes, tempore dictæ Pacis, tenebat in Xanton. ultra flumen Carantonæ, in feodis & Domaniis, prout in litera dictæ primæ pacis plenius continetur:

Multa tamen erant in dictis tribus Civitatibus & Diocef. & in Xanton. ultra flumen prædictum, quæ dicto Regi Angliæ, Consanguineo nostro, & Patri suo, vel non fuerant deliberata, vel deliberata postmodum per gentes Avi & Patris nostri prædictorum, fuerant * repressa, & adhuc quamplurima de præmissis nostro nomine tenebantur. * II. 337.

Nosque requisiverit quod, juxta formam dictæ Pacis, & secundum tenorem secundæ Pacis, Ambian. postmodum factæ, omnia, quæ in tribus Civitatibus & Diocef. habebamus & tenebamus, in homagiis, feodis & domaniis, hobedientiis, juridictionibus & omnibus aliis, deliberaremus eidem, ita quod, præter res privilegiatas, & præter illa, quæ Fratres dicti avi nostri ab ipso avo, in dictis tribus Civitatibus & Diocef. tenebant per homagium, tempore dictæ pacis, nichil retineremus in terris prædictis:

Necnon quod, de dictis privilegiatis, sibi deliberaremus illos privilegiatos, qui eidem Regi Angliæ, vel Patri suo hobediverant post dictam pacem, aut reformationem pacis, inter prædictum Dominum Patrem nostrum & ipsum Regem Angliæ, Ambian. factam, secundum tenorem literarum super Reformationem hujusmodi confectarum.

Item, quod hobedientiam temporalitatis dictæ terræ Xanton. ultra flumen Caranton. in personis & rebus Ecclesiasticis & secularibus, necnon & alia feoda, & retrofeoda, Terræ Xantonensis prædictæ, sibi deliberaremus ad plenum & de alienatis, per dictum Comitem Pictaviæ, de dicta terra Xanton. post primam pacem prædictam, sibi competens scambium faceremus.

Nos igitur, volentes prædictam pacem in omnibus integraliter observare, volumus & concedimus quod (exceptis privilegiatis in pace Ambian. per dictum Regem Angliæ dicto Patri nostro quiptatis, & homagio fratrum dicti Avi nostri) omnia alia, in feodis & Domaniis, Allodiis, Juridictionibus, hobedientiis & aliis quibuscunque consistentia, quæ sunt in tribus Civitatibus & Dioc. & specialiter obedientia de Brunalomo, deliberentur dicto Regi Angliæ, quantum in nobis est, & ad nos pertinet;

Hoc salvo quod, si, de dictis privilegiatis, aliquid se retornaverint ad Regem Angliæ, usque ad pacem Ambian. factam, vel hobedierant dicto Regi Angliæ vel Patri suo, ipsos & tenentes ab ipsis deliberaremus eidem;

Retento tamen nobis omni eo quod, post primam pacem, nos vel

... & competentibus, cum omni justitia, alta & bassa, nos assignaturos, dicto Regi Angliæ, pro se & suis Hæredibus, tria milia librarum Turonen. Rendalium, quas garentisare tenebimur eidem; & ipse, pro se, & suis successoribus, nobis & nostris successoribus, pro dictis tribus millibus librarum Rendalium, sibi per nos, ut dictum est, assignandis, remisit in perpetuum requisitionem prædictam, & totam terram de Caturcinio prædictam; jus etiam quod habebat vel habuerat in eandem.

Loca autem, cum eorum pertinentiis, in quibus assignabuntur dicta tria milia librarum, unà cum omnibus aliis supradictis, quæ dicto Regi Angliæ deliberari volumus, tenebunt dictus Rex Angliæ & sui Successores à nobis & successoribus nostris, Regibus Franciæ, sub eodem homagio ligeo, sub quo tenet à nobis terram suam Vasconiæ, & alias terras quas habuerit & habet per paces prædictas.

Quod ut firmum & stabile perseveret, præsentibus literis nostrum facimus apponi Sigillum.

Actum Parisius, anno Domini 1286. Mense Augusti.

De tribus millibus Libratis Terræ, pro forma Pacis prædictæ Regi Angliæ assidendis.

Ann. D. 1286. *An. 14. E. 1. Ex Autogr.*

PHilippus, Dei gratiâ, Franciæ Rex Universis, præsentes litteras inspecturis, salutem.

Notum facimus quod, cum dilectus consanguineus, & fidelis noster, egregius Princeps, Edwardus, Dei gratiâ, Rex Angliæ, nobis tradi fecerit litteras suas, inter cætera continentes, quod, pro tribus millibus libratis terræ ad Turonen. quas eidem tenemur assidere pro se & successoribus suis, remittat & committat nobis, hæredibus & successoribus nostris omne jus, quod petebat & petere poterat in tota terra Caturcinii, quam tenuerat, claræ memoriæ, carissimus patruus noster Alfonus Comes Pictaviæ de Tholos.; prout hæc in litteris, super pace seu compositione inter nos & dictum Regem inita confectis, pleniùs continentur.

Nolumus quod, per hujusmodi remissionem & quittationem, dicto regi versus successoribus præjudicium ullum fiat, donec dicta tria milia librata terræ eidem, sicut prædictum est, fuerunt assessæ; sed, dictis tribus milibus libratis terræ eidem, ut dictum est, assessis, præsentes litteræ extunc nullius sint valoris.

Actum Paris. anno Domini 1286. Mense Augusti.

De Clero Eboracensi inducendo, quod Regi solverent id quod ei gratis promiserant.

Ann. D. 1286. *An. 14. E. 1. Infra Tur.*

EDwardus, Dei gratia, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ & Dux Aquitaniæ, venerabili in Christo Patri, J. Dei gratiâ Eborum Archiepiscopo, Angliæ Primati, salutem.

Adhuc credimus memoriter vos tenere, quod nos, nuper in ultima expeditione nostra Walliæ, totius Regni nostri negotia pro-

... tuis, ad preces vestras, concesserant vobis treugam inter se; scilicet dictus Dominus Rex Franciæ, si summo Pontifici placuerit *... 14. E. 1. m. 2.* (in qua treuga idem Dominus Rex Franciæ voluit nos, & Vassallos, & Valitores nostros, si nobis placuerit comprehendi) & quod rogabatis nos ut, super his, significaremus vobis, per nostras patentes litteras, nostræ beneplacitum voluntatis.

Super quibus vobis taliter duximus respond. quod dictus Dominus Rex Franciæ, per suos solempnes Nuncios, nos rogavit ut velle deberemus nos in dicta treuga comprehendi, & concedere ipsam treugam.

Et, cum nos simus in guerra cum dicto Alfonso, ratione Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, & dicti Domini Regis Franciæ, ejus precibus annuentes, concessimus dictam treugam, & vobis similiter concedimus per præsentes.

Et volumus nos, & Valitores, ac Vassallos nostros in ipsa treuga comprehendi, secundum formam per vos cum dicto Domino Rege Franciæ habitam & acceptam, & prout idem Dominus Rex Franciæ vobiscum duxerit ordinandum.

Dat. in Castris in Podio de Faro die Mercurii proximo ante Festum beati Barth. Apostoli, anno Domini 1286.

Litera Erici Regi Norwegiæ, de Ratificatione.

Ann. D. 1286. *An. 14. E. 1. L. A. f. 178. b. penes Camerar.*

UNiversis Christi fidelibus, præsentes litteras inspecturis, Ericus, Dei gratia, Rex Norwagiæ, salutem in Domino sempiternam.

Noverit universitas vestra quod, quia intelleximus quod dilectus Consanguineus noster Dominus Olivenis de Monte Spine, Comes de Saresburg. nomine nostro à Magnifico Principe Domino Edwardo, Dei gratiâ, illustri Rege Angliæ duo millia Marcarum Sterlingorum, (13. Solid. & quatuor Denariis pro qualibet Marcâ computatis) mutuo recepit, ac nos & Regnum nostrum pro ejusdem debiti solutione obligavit.

Ipsum debitum, nostro nomine per dictum Comitem sic contractum, & omnes conventiones & obligationes, pro solutione dictarum duarum milium Marcarum factas, prout in litteris inde confectis plenius continetur, tenore præsentium ratificamus.

In cujus rei testimonium has litteras fecimus fieri patentes.

Dat. apud Civitatem Bergesem. in Festo Sancti Michaelis, anno Domini 1286. anno verò Regni nostri septimo.

---

* *Bulla Honorii Papæ super Treuga inter Philippum Regem Franciæ, & Alphonsum Regem Aragoniæ.* • II. 340.

Ann. D. 1286. *An. 14. E. 1. L. A. f. 88. a. Penes Camerar.*

HOnorius Episcopus, servus servorum Dei, carissimo in Christo Filio E. Regi Angliæ illustri, salutem & Apostolicam benedictionem.

Collegimus nuper ex litteris Regiis, quas nobis dilecti filii Radulphus, dictus l'Alemant, Clericus, & Hanno de Joeles miles, tuæ Magnitudinis Nuncii, attulerunt, te, ut cætera in ipsis expressa

Ann. D. 1287. An. 15. E. 1. Ex Autogr. HOnorius Episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus, B. Ravennat. & P. Montisregalis Archiepiscopis, salutem & Apostolicam benedictionem.

Licet vos ad præsentiam carissimi in Christo filii nostri E. Regis Angliæ illustris (commissâ vobis super certo negotio sollicitudine speciali) duxerimus destinandos;

Volumus tamen, & præsentium vobis auctoritate committimus, & mandamus, quatinus in tractatu concordiæ, mundo utilis, & specialiter quieto ejus statui opportunæ, inter quosdam principes reformandæ, (quem idem Rex, sic ut dicitur, proponit assumere, vel jam forsan assumpsit) consilio & auxilio assistatis eidem, cum ad hoc vos duxerit requirendos.

Dat. Romæ apud Sanctam Sabinam Kal. Martii, Pontificatûs nostri anno secundo.

Sub filo canabeo.

---

* II. 341. * ***Bulla, de Nunciis Papæ, ad Angliæ Regem in Tractatibus concordiæ assistendum, destinatis.***

Ann. D. 1287. An. 15. E. 1. Ex Autogr. HOnorius Episcopus, servus servorum Dei, carissimo in Christo filio nostro E. Regi Angliæ illustri, salutem & Apostolicam benedictionem.

Licet venerabiles fratres nostros B. Ravennat. & P. Montisregalis Archiepiscopos (commissâ eis super certo negotio sollicitudine speciali) ad tuam præsentiam duxerimus destinandos,

Scire tamen Regalem Excellentiam volumus quod, ad petitionem Nunciorum, quos nuper ad sedem Apostolicam destinâsti, dictis Archiepiscopis per alias, sub certâ formâ, litteras nostris committimus & mandamus, ut in tractatu concordiæ, mundo utilis, & specialiter quieto ejus statui opportunæ, inter quosdam Principes reformandæ (quem, sicut intelleximus, proponis assumere, vel jam fortitan assumpsisti) præfati Archiepiscopi Celsitudini Regiæ consilio & auxilio assistere studeant, cum eos ad hoc duxeris requirendos.

Dat. Romæ apud Sanctam Sabinam Kal. Martii, Pontificatûs nostri anno secundo.

Sub filo canabeo.

Bulla responsalis Honorii Papæ super Petitionibus, ex parte Regis, negotium Terræ sanctæ tangentibus.

Ann. D. 1287. An. 15. E. 1. Ex Autogr. HOnorius Episcopus, servus servorum Dei, carissimo in Christo filio E. Regi Angliæ illustri, salutem & Apostolicam benedictionem.

Ab eo, qui omnem hominem, venientem in hunc mundum, illuminat, suæ claritatis lumen devota credulitas suis sensibus supponit accensum;

Ut necessitates innumeras Terræ sanctæ, quasi ab omnibus derelictæ, oculo compassionis inspiciens, & miserabilem statum ejus clementer attendens, ad ipsius relevanda gravamina intenso ducaris affectu.

Ab ipso, qui pias hominum actiones aspirando prævenit, & adjuvando prosequitur, tibi devote creditur inspiratum, quod ad sub-

dem sedem præfixus fuerit passagii terminus, intendimus Crucem per omnes Christianitatis partes facere prædicari, prout viderimus expedire.

Tertia Petitio, quòd subveniatur dicto negotio in personâ tuâ, de totâ decimâ, & aliis subventionibus, pro negotio ipso collectis, in quibuscunque Regnis seu Terris, quorum Reges, sive Principes, vel Domini transfretare noluerint: *Tertia Petitio.*

Responsio; varia & gravia impedimenta, quæ tibi per memoratos Nuncios tibi deliberavimus exprimenda, nostris & tuis votis obsistunt, ut ad hanc petitionem non possit ad præsens certius responderi, sicut Excellentia Regia, impedimentis ipsis sibi expositis, manifeste cognoscet: Intendimus tamen, impedimentis ipsis, Domino favente, sublatis, tibi de ipsâ totali decimâ, cæterisque subventionibus supradictis, taliter subvenire, quòd meritò poteris & debebis esse contentus. *Responsio.*

Quarta Petitio, quòd in Angliæ & Scotiæ Regnis, Yberniâ ac Gualliâ, tibi decima per septennium ultra tempus, quo per, felicis recordationis, Martinum Papam, prædecessorem nostrum, concessa extitit, concedatur: *Quarta Petitio.*

Responsio, in prædictis Regnis & Terris, decimam tibi concedimus per sex annos (tempore computato per quod fuit à memorato prædecessore M. concessa) ita quod prædecessoris ejusdem concessio per hoc non immutetur, sed in suo robore maneat, & triennium adiciatur eidem: De prædictis autem intendimus, ut præmittitur, subvenire tibi, Crucem, in concesso tibi ad hoc tempore, viz. in Festo Pentecostes, primo venturo, solempniter assumenti, & ex tunc deferenti publicè, negotiumque hujusmodi, ut expedit, prosequenti. *Responsio.*

Post præmissas Petitiones subjicitur, pro parte tuâ, *Articulus infrascriptus*; item, prædictis sibi concessis (prout negotii arduitas exigit, & prædicta sedes viderit faciendum) idem Rex offert se paratum, in Festo Pentecostes, primò venturo, in terræ sæpefatæ subsidium, solempniter signum vivificæ crucis assumere, ac deinde publicè deferre: ita quod infra triennium, ex tunc numerandum, non cogatur; sed, si velit, sibi liceat transfretare; post dictum vero triennium, ad transfretandum compelli etiam possit invitus: *Quinta Petitio.*

Responsio, quod dicitur in præmisso articulo, de assumptione ac delatione crucis, & de libertate transfretandi infra triennium, & coactione, adhibenda in hoc post triennium, acceptamus: Ad id, quod in præmisso Articulo continetur, scilicet, *præmissis concessis*, per responsiones, factas ad Petitiones singulas est responsum. *Responsio.*

Ultimo fuit, ex tuâ parte, *petitum*, quòd decima collecta tibi statim, post assumptionem crucis, liberetur; cùm, ad dispositionem & ordinationem tanti negotii, longe, ante passagii terminum, multa oporteat præparare, in quibus graves exiguntur expensæ; quoad colligendam quoque petitum fuit, ut in liberando eam tibi, oportunitatem temporis attendamus, ita quod in necessariis negotio possis in tempore utiliter & efficaciter uti eâ: *Ultima Petitio.*

Responsio; postquam in dicto Festo Pentecostes, ut præmittitur, signum vivificæ Crucis assumpseris, illud exinde publice delaturus: mandabimus tibi decimam, collectam in Angliæ ac Scotiæ Regnis, & in Gualliâ & Yberniâ, subscripto modo, infra numerandum ex tunc triennium assignari; viz. ut quolibet anno ejusdem triennii, tibi tertia pars dictæ decimæ assignetur: sufficienti tamen cautione à te præstitâ, de restitutione receptorum, si te deficere in transfretando contigerit: Simili modo, actore Domino, & de colligendâ tibi providebimus, prout negotii prosecutio exigit, & facti opportunitas ministrabit. *Responsio.*

Ceterum scire volumus Excellentiam Regiam quod, si te in præmissis crucis assumptione, delatione, vel memorati negotii pro-

Herberto de Sancto Quintino,
Willielmo de Kerdeston,
Ricardo de Breuse.
Willielmo de Alta ripa,
Rogero de Somery,
Waltero de Fauconberge,
Johanni de Bella Aqua,
Warino de Insula,
Nicholao de Menill,
Roberto filio Rogeri,
Briano filio Alani,
Normanno de Arcy,
* II.344. *Thomæ de Moleton Seniori,*
Thomæ de Moleton Juniori,
Philippo de Kyme,
Rogero la Warre,
Regin. de Argentyn,
Ricardo de Harecurt,
Willielmo de Ferrariis,
Simoni le Constable,
Roberto Luterel,
Gerardo de Insula,
Johanni de Tudeham,
Johanni de Engham,
Alex. de Balliolo de Chilham,
Willielmo de Gyney,
Rogero filio Osberti,
Edmundo de Espigornel,
Johanni de Acton,
Rogero de Lascel,
Nicholao le Baron. Stafford,
Andreæ de Estleye,
Johanni le Bretun de Essex,
Willielmo Blouet,
Petro Coudray,
Ricardo Malebyse,
Roberto filio Walteri de Daventre,
Regin. Pauely,
Thomæ de Chaunci,
Galfrido de Maundevill,
Johanni de Wakull,
Willielmo le Botiller de Werington
Johanni de Bosco,
Hugoni filio Henrici,
Laurentio de Preston,
Ricardo de Frivill,
Roberto Peche,
Simoni de Lindon,
Alano de Plukenet,
Roberto de Everingham,

Johanni Tregoz,
Petro de Malo Lacu,
Willielmo de Ros de Beluero,
Johanni filio Philippi,
Johanni de Eyvile,
Willielmo Bardolfe,
Willielmo de Huntingfeld,
Radulpho Basset de Welledon.
Guidoni de Brian Westwall.
Bogoni de Knovill.
Henrico de Percy,
Radulpho de Gorges,
Anselmo de Gurnay,
* *Adæ le Despenser,*
Hugoni Poinz,
Marmaduco de Tweng.
Radulpho filio Willielmi,
Johanni Lovel,
Gilberto de Gaunt,
Nicholao de Segrave,
Johanni filio Reginaldi,
Mathæo de Loveyn,
Waltero de Hunttercumbe,
Johanni de la Mare,
Henr. Huse,
Henrico de Grey,
Roberto de Tateshale,
Ricardo de Grey,
Johanni de Steyngrave,
Willielmo filio Martini,
Nicholao de Audeley,
Radulpho filio Rogeri de Thony,
Johanni de Hodeleston,
Roberto de Lathum,
Roberto de Chaundos,
Roberto Baroni de Stafford,
Roberto de Grey,
Thomæ de Berkeleye,
Johanni Extraneo,
Thomæ de Corwenner.
Roberto de Haverington,
Waltero de Mulecastr.
Galfrido de Moubray,
Willielmo de Rye,
Waltero de Pedewerdyn,
Ricardo de Sancto Walerico,
Adæ Gurdun,
Ricardo de Gyse,
Postmodum mandatum fuit Radulpho Bernardi, quod ad præfatum Comitem veniet ad partes Walliæ cum equis & armis.

peditibus, potentibus ad arma, &c. de terra sua.

Eodem modo mandatum est Ballivis Ricardi filii Alani de Clone, de 400 hominibus peditibus, potentibus ad arma, &c.

Eodem modo mandatum est Ballivis ejusdem Ricardi filii Alani de Blaunc-Mouster, de 200 hominibus peditibus, potentibus ad arma, &c.

Eodem modo mandatum est Ballivis de Castro Episcopi de 200 hominibus peditibus, potentibus ad arma &c.

* Eodem modo mandatum est Hawisiæ de la Pole, de 100 hominibus peditibus, de terra de Strattonesdale, &c. * II.345.

Eodem modo mandatum est Roberto de Bures, Ballivo Dominæ Alianoræ Reginæ Angliæ Consortis Regis, de propria persona sua, & 100 hominibus, potentibus ad arma, de Balliva sua de Mallor Seisink, &c.

Eodem modo mandatum est Ballivo, Alianoræ Reginæ Angliæ Consortis Regis, de Maclifeld, de quingentis hominibus; quorum 100 sint carpentarii, & residui pedites potentes ad arma.

Mandatum est Ballivis Edmundi, fratris Regis, de Monemue, quod omnes homines pedites, ad arma potentes, in Terra de Monemue, & de tribus Castris, sine dilatione venire facient, apud Monemue; ita quod sint ibi hac instanti die Lunæ, proximo post festum Sancti Jacobi Apostoli, hora prima, &c. & parati vadia sua ibidem recipere, & ad proficiscendum exinde cum Edmundo Com. Cornubiæ, locum Regis in Anglia tenente, in expeditionem Regis, &c.

Teste præfato Comite apud Hereford 23 die Julii.

Eodem modo mandatum est Ballivis Theob. de Verdun, de Ewyas Lacy, quod venire facient ad prædictos diem & locum omnes pedites, &c. de Balliva sua.

Eodem modo mandatum est Ballivis G. de Gyenvill de Ewyas Lacy quod venire facient ad prædictos diem & locum omnes pedites, &c.

Eodem modo mandatum est Willielmo de Hathewy, Ballivo de Sancto Brianello, quod similiter venire faciet ad prædictos diem & locum omnes pedites, &c. de Balliva sua.

Teste ut supra.

Item, mandatum est eidem Willielmo quod, licet Rex mandaverit ei quod venire faciet ad prædictos diem & locum omnes pedites, &c. de Balliva sua, nichilominus provideat de 400 Coupiatoribus de melioribus, &c. & eos usque Monemue venire faciet;

Ita quod sint ibidem hac instanti die Dominica, proximâ post Festum Sancti Jacobi Apostoli, cum hachiis & aliis utensilibus, &c. parati vadia sua recipere, & ad proficiscendum exinde cum

quod totum posse, quod perquirere poterit, &c. apud Kermerdyn, armis competentibus bene munitum, ad proficiscendum, &c. ut supra.

---

* II.346. * *De intendendo Gilb. Comiti Glouc. Capitaneo Expeditionis contra Resum filium Mereduci.*

Ann. D. 1287. An. 15. E. 1. Rot. Wall. 15. E. 1. m. 9.

CUM Rex deputaverit Gilbertum de Clare, Comitem Gloucestriæ & Hertfordiæ, Capitaneum expeditionis Regis in partibus de Breghnogh, ulterius ad partes Walliæ profecturum, ad malitiam & rebellionem Resi filii Mereduci & Complicum suorum, Regi adversantium, reprimendam;

Mandatum est Edmundo de Mortuo Mari in fide, &c. quòd cum equis & armis, & toto posse suo, & hominum suorum, tam equitum, quàm peditum, de terris suis de Dovorren. Castro Episcopi Tomsed, & de Marchia sua adjacente,

Præfato Comiti, tanquam Capitaneo expeditionis prædictæ, in omnibus, quæ ad expeditionem pertinent, sit intendens, respondens, consulens & auxilians,

Prout idem Comes sibi scire faciet ex parte Regis; pro quo Rex fidelitatem, probitatem & diligentiam suam meritò debeat commendare.

Teste Edmundo Comite Cornubiæ Consanguineo Regis apud Hereford 23. die Julii.

Eodem modo mandatum est Humfrido de Bohun, Comiti Hereford, quod cum equis & armis, & toto posse suo, & hominum suorum, tam equitum, quàm peditum, præfato Comiti tanquam Capitaneo, &c. sit intendens ut supra.

Eodem modo mandatum est Johanni filio Reginaldi.

Eodem modo mandatum est Johanni de Tregoz.

Eodem modo mandatum est Matilli de Mortuo Mari, quod totum posse suum, tam equitum, quàm peditum, præfato Comiti intendere faciat, &c.

Teste ut supra.

Item mandatum est Johanni Giffard, quod præfato Comiti sit intendens, &c. ut supra.

Eodem modo mandatum est Radulfo de Thony.

Conditiones sub quibus, mediante Rege Angliæ, Carolus Princeps Salern. de Carcere Alfonsi Regis Arragoniæ liberetur.

Ann. D. 1287. An. 15. E. 1. L. B. f. 135. a. penes Camerar.

CUM inter magnificum Principem Dominum Philippum, Dei gratiâ, Regem Francorum illustrem, ex parte una, & Dominum Alfonsum, eâdem gratiâ, illustrem Regem Aragon. ex alterâ, Domino Edwardo, ejusdem dono gratiæ, inclito Rege Angliæ mediante, fuissent jampridem Treugæ initæ super discordiâ, inter præfatos Principes suscitatâ, quibus Treugis durantibus ad tractatum pacis commodius veniretur:

Cumque, tractatu imminente super reformatione pacis hujusmodi, viris sapientibus & discretis absque contradictione aliqua vide- applicata dicto Domino Regi Alfonso vel Hæredibus suis pro pœna, & tertius Filius datus pro primogenito sit incursus eidem Domino Regi Alfonso, vel Hæred. suis; salvis eidem vita & membris:

Si vero prædicta completa fuerint, infra prædictos decem Menses, restituatur Filius datus pro primogenito; & quantitas & securitas, data ratione dictæ quantitatis, sit absoluta.

Item, Debet ponere dictus Princeps, ante sui liberationem, in posse dicti Domini Regis Alfonsi & Hæredum suorum, obsides, primogenitos Baronum & Magnatum, Militum, Civium, Burg. Provinciæ, usque ad numerum sexaginta; illos scilicet, quos dictus Rex Aragon. vel sui Hæredes eligerent, de quibus magis placuerit sibi. 3. Condit.

Qui quidem omnes, vel saltem de illorum obsidum Provinciæ numero medietas tradatur, unà cum Filiis Principis, dicto Domino Alphonso Regi Aragon. vel Hæredibus suis, ante deliberationem Principis, & alia medietas infra tres Menses post liberationem suam,

De quâ traditione medietatis obsidum, facienda infra prædictos tres Menses, detur firma securitas dicto Domino Alphonso Regi Aragon. vel suis Hæredibus, talis de qua ipse sit contentus:

Et, si aliqui fuerint ex ipsis Baronibus, & Magnatibus, qui Filios non habeant, personæ ipsorum ponantur pro Hostagiis in posse dicti Domini Regis Alfonsi, vel Hæredum ipsius; vel, pro personis suis, possint dare totidem de proximioribus suis, qui sufficientes ad hoc fuerint, ad cognitionem dicti Domini Regis Aragonum, vel Hæredum suorum;

Et quod idem Princeps faciet fieri Homagium, cum Juramento, eidem Domino Regi Alfonso, vel ejus Procuratori, per Castellanos Castrorum ipsius Principis in Provincia;

Quod, nisi pacem fecerit prædicto Domino Regi Alphonso, & Domino Jacobo Regi Siciliæ, Fratri suo, & Hæredibus eorumdem, pro se, & Ecclesia Romana, & Domino Rege Franciæ, & Domino Karolo Fratre suo, de qua idem Dominus Rex Alfonsus sit contentus, vel Hæredes sui,

Vel nisi ad Carcerem ipsius vel Hæredum suorum redierit infra tres annos,

Quod attendant cum Castris, & obediant eidem Domino Regi Alphonso, vel Hæredibus ejus, ut Domino:

Et terra Provinciæ sit totaliter dicti Domini Regis Alphonsi & Hæredum suorum imperpetuum, jure Hæreditar;

Et ipsi Castellani non tradant ipsa Castra dicto Principi, vel alicui alii, nisi dicto Domino Alphonso Regi Aragon. seu hæredibus suis, vel cui, aut quibus ipse Dominus Rex, seu sui Hæredes mandaverint, ubi dictus Princeps non compleret prædicta, nec dictus Princeps possit eis dicta Castra auferre.

Et, si contingeret aliquis ex illis Castellanis mori, dictus Princeps non possit, loco ipsorum defunctorum, aliquem vel aliquos Castellanos substituere in ipsis Castris, nisi de consanguineis proximioribus obsidum prædictorum:

Et ipsi substituti facient Homagium & Juramentum ipsi Domino Regi Aragon. & Hæredibus suis, juxta formam, sub quâ Castellani defuncti ipsi Domino Regi dictum Juramentum & Homagium præstiterunt:

Et ipsa Castra commendentur & tradantur, ante liberationem Principis, consanguineis proximioribus ipsorum obsidum;

Et nichilominus, pro prædictis omnibus & singulis, Sindici Civitatum & Villarum, nomine sui & Universitatum suorum; Barones autem & Milites per se facient Juramentum, & obligent se, cum publicis instrumentis, eidem Domino Regi Alfonso, & ejus Hæredibus, * vel ejus Procuratori, ante liberationem Principis, * II.348.
quod

[illegible] quod Ecclesia Romana firmet & assecuret ydoneè, quod nisi Princeps faciat pacem cum dicto Domino Rege Alfonso, & Domino Jacobo Rege Siciliæ, Fratre suo, & Hæredibus suis, pro se, & Ecclesia Romana, Domino Rege Franciæ, & Domino Karolo Fratre suo, de quâ sit contentus idem Dominus Rex Alfonsus, & sui Hæredes, vel nisi redeat ad Carcerem dicti Domini Regis Alphonsi infra tres Annos, post liberationem suam,

Quod ecclesia non faciat guerram eidem Domino Regi Alphonso, nec Domino Regi Jacobo Fratri suo, nec Hæredibus eorund. nec terris, quas hodie tenent & possident, nec juvabit ipsum Principem, nec nocebit dicto Domino Regi Alphonso, nec Domino Regi Jacobo Fratri suo, nec eorum Hæredibus, nec permittat quod Dominus Rex Franciæ, vel Princeps, vel dictus Dominus Karolus, aut aliqui alii faciant guerram dicto Domino Regi Alphonso, nec Domino Regi Siciliæ Fratri suo, nec Hæredibus eorum, nec terris quas hodie tenent & possident, ex aliqua causa;

Et, si istam securitatem non procuraverit, & fieri non fecerit, infra unum Annum post liberationem suam, ut præmittitur, amittat, pro pœna, quinquaginta milia Marcarum Argenti, quæ applicentur dicto Domino Regi Alphonso & Hæredibus suis; quam quidem pecuniam assecuret per Dominum Regem Angliæ, ante sui liberationem, in posse dicti Domini Regis Alfonsi, & Hæredum suorum, sub securitate, de qua idem Dominus Rex Alphonsus sit pacatus, vel sui Hæredes.

Salvo quod, si infra prædictos tres Annos pacem fecerit dicto Domino Regi Alfonso, & Domino Regi Jacobo Fratri suo, & Hæredibus suis, de qua idem Dominus Alphonsus sit pacatus, & sui Hæredes, vel ad carcerem ejusdem Domini Regis Alphonsi & Hæredum suorum redierit, dicta securitas, data ratione dictæ pecuniæ, sit absoluta, & ipse Princeps sit absolutus ab incursione dictæ pœnæ.

7.Condit. Item, si Princeps prædictus, infra dictos tres Annos, pacem non fecerit dicto Domino Regi Alphonso, & Domino Regi Jacobo, Fratri suo, & Hæredibus suis, pro se, & Ecclesia Roma-
* II.349. na, * & Domino Rege Franciæ, & Domino Karolo Fratre suo, de qua dictus Dominus Rex Alfonsus sit pacatus, seu sui Hæredes, vel nisi redierit ad Carcerem ipsius Domini Regis Alphonsi, vel ejus Hæredum,

Ostagia omnia, per ipsum Principem data, & terra Provinciæ sint incursa in posse dicti Domini Regis Alphonsi, & Hæredum suorum, ad faciend. de eis suas liberas voluntates;

Salvis ipsis obsidibus vita & membris; & salvo quod, si contingeret ipsum Principem mori infra dictos tres Annos, & occasione ipsius mortis supervenientis non posset facere pacem, ut prædicitur, ostagia, per ipsum data, seu terra Provinciæ, non sint incursa in posse dicti Domini Regis Alphonsi, seu Hæredum ipsius;

Set dicti obsides remaneant, & sint sub captione sua, & sub ejus Dominio, tamdiu donec ipsum negotium per pacem, de qua idem Dominus Rex Alphonsus, vel sui Hæredes pacati essent, fuerit consummatum, salvis ipsis obsidibus vita & membris:

Et quantumcumque differretur pacis perfectio, fiet restitutio de ostagiis post pacis perfectionem.

8.Condit. Item, Dominus Rex Alphonsus promittat & assecuret, per

NOverint Universi quod nos Edwardus, Dei gratiâ, Rex Anglie, Dominus Hiberniæ & Dux Aquitaniæ, gratis & spontaneâ voluntate, & ex certâ scientiâ, convenimus & promittimus bonâ fide vobis, illustri Principi, Domino Alphonso, per eandem Regi Aragon. Majoric. & Valent. ac Comiti Barchinon,

Ann. D. 1287. An. 15. E. 1. L. B. f. 137. Penes Camerar.

Nos facturos, & curaturos, & daturos operam, sine fraude & machinatione aliquâ, cum quanta diligentia, studio, & sollicitudine poterimus, & cum toto posse & viribus nostris, quod incontinenti, post creationem futuri Romani Pontificis, quamcitò ad audientiam nostram pervenerit, procurabimus licentiam & concessionem à Romanâ Ecclesiâ continuè, absque aliquo intervallo, quousque ipsa licentia obtenta fuerit, quòd consummetur Matri-
monium, quod tractatum est inter vos * & Alianoram karissimam * II.350.
primogenitam nostram, ita quod ipsam habeatis in uxorem.

Convenimus etiam & promittimus, bonâ fide, vobis, dicto Alfonso, Regi Aragon. prædicto, quod infra tres menses, postquam dictam licentiam & concessionem habuerimus, & eam sciverimus, mittemus dictam filiam nostram citra mare, paratam ad eundum in Aragoniam incontinenti, pro dicto matrimonio consummando.

Et juramus per Deum, & ejus sancta quatuor Euvangelia, manibus nostris corporaliter tacta, omnia prædicta, ut superiùs sunt expressa, attendere & complere in fide & legalitate nostrâ.

Nos etiam Anthonius Episcopus Dunelmen. Robertus Episcopus Bitonien. & Vellen. Willielmus Episcopus Norvicen. & nos Willielmus de Valentia Comes de Pembrok. Henricus de Lacy Comes Lincoln. Johannes de Vecino, Otho de Grandisono, Consiliarii dicti Domini Regis Angliæ, de voluntate & conscientiâ ejusdem Domini Regis Angliæ,

Juramus per Deum, & ejus sancta Evangelia, nos facturos, & curaturos, pro posse nostro, quod dictus Dominus Rex Angliæ compleat & attendat omnia prædicta, quæ per eum superiùs sunt promissa.

Versâ vice, nos Alphonsus, Dei gratiâ, Rex prædictus,

Juramus per Deum, & ejus sancta quatuor Euvangelia, manibus nostris corporaliter tacta, quod procurabimus toto posse nostro quod dictum matrimonium consummetur;

Et nos, Jaspertus, Dei gratiâ, Episcopus Valentinus, Luppus Ferrench de Luna, Guilabertus de Crudiliis, Petrus Martini de Archasona, Petrus Marchesii Not. & Johannes Cappara, Consiliarii Domini Alfonsi, Regis Aragon. prælibati, de voluntate & mandato ejusdem Domini Regis,

Juramus per Deum, & ejus sancta Euvangelia, nos facturos, & curaturos, pro posse nostro, cum dicto Domino Rege nostro, quod prædicta veniant ad effectum; & quod non consentiamus quod fiat aliquod impedimentum, quin dictum matrimonium consummetur.

In cujus rei testimonium nos E. Rex Angliæ prædictus, & nos Alphonsus Rex Aragon. prædictus, & nos Episcopi supradicti sigilla nostra huic instrumento duximus apponenda.

Dat. & Act. apud Civitatem Oleron. vicesimo octavo die Julii, anno Domini millesimo ducentesimo octuagesimo septimo.

suisque Regnis, suisque Gentibus, Valitoribus & Vassallis,

Et similiter recipiendi à dicto Rege Francorum, de se, suisque Regnis, Terris & Gentibus, pro nobis, nostrisque Regnis, Gentibus atque Terris, in forma quæ vobis sufficiens videretur, pro Terris atque Personis, quas negotium videtur contingere.

Et vos, freti hujusmodi potestate, de nobis, nostrisque Regnis, Comitatu Barchinonæ, ac Terris aliis, quas tempore eodem tenuimus, Gentibus quoque & Valitoribus nostris eorumdem Regnorum, Comitatûs atque Terrarum; & specialiter de illis nostris Valitoribus & Vassallis qui in Rossilione & Ceritaniâ Terras tenent & Castra,

Treugas dederitis seu concedi feceritis Inclito Regi Francorum, pro se, suisque Regnis & Terris, quas tunc tenebat, Gentibus suis, Valitoribus & Vassallis eorumdem Regnorum atque Terrarum, suis etiam Valitoribus & Vassallis qui in Rossilione, & Cataloniâ, & Ceritaniâ Terras tenent aut Castra;

Nobili etiam viro Domino Jacobo Patruo nostro, Terris etiam suis & Castris, quæ tunc possedit, suisque Gentibus, Valitoribus & Vassallis, in formâ certâ, certisque conditionibus, & certo termino, quæ in scripturâ, super hoc confectâ, pleniùs continentur;

Eadem etiam potestate suffulti acceptaveritis, seu acceperitis Treugas à dicto Rege Franciæ, de se, suisque Regnis & Terris, quas tunc temporis tenuit, suisque Gentibus, Valitoribus & Vassallis eorumdem Regnorum atque Terrarum, suis etiam Valitoribus & Vassallis, qui in Rossilione, Ceritaniâ, & Catiloniâ Terras tenent & Castra;

Et etiam à nobili viro, Domino Jacobo, Patruo nostro, Terris etiam suis & Castris, quæ tunc possedit, suisque Gentibus, Valitoribus & Vassallis,

Pro nobis, nostrisque Regnis, Comitatu Barchinoniæ, ac Terris aliis quas tunc tenuimus, Gentibus quoque & Valitoribus nostris eorumdem Regnorum, Comitatûs atque Terrarum; & specialiter de illis nostris Valitoribus & Vassallis, qui in Rossilione & Ceritaniâ Terras tenent aut Castra,

Quæ Treugæ, usque ad terminum beati Michaelis proximum venturum duraturæ, terminentur, prout in litterâ, super hoc confectâ, plenius continetur:

Nos eandem Treugam, tam per nos concessam, pro nobis, inclito Regi Franciæ, quàm acceptam per nos, ab eodem Rege Franciæ,

Nobis seu ad opus nostrum renovandi seu prorogandi, sub formâ eâdem & eisdem conditionibus, sub quâ, seu quibus prior Treuga per vos data fuerat, vel accepta; seu etiam sub aliis novis conditionibus, si videritis expedire,

Specialem, seu generalem, & liberam Excellentiæ vestræ, tenore præsentium, committimus potestatem.

In cujus rei testimonium præsentem paginam sigilli nostri Patrocinio fecimus communiri.

Dat. apud Oleron. quinto Calend. Augusti, anno Domini millesimo ducentesimo octuagesimo septimo.

rogamus, usque ad unius anni terminum, à Festo Sancti Michaelis proximo adventuro, continuè numerandum.

In cujus rei testimonium præsentem paginam sigilli nostri fecimus patrocinio communiri.

Actum & Dat. apud Oleron. in Biarn. die Jovis proxima post Festum Sancti Jacobi Apostoli, anno Domini millesimo ducentesimo octuagesimo septimo.

De Treuga prædicta sine exceptione cujusquam concedenda.

Serenissimo & magnifico Principi, Domino Edwardo, Dei gratiâ, illustri Regi Angliæ, Domino Hiberniæ, & Duci Aquitaniæ, Alfonsus, per eandem, Rex Aragon. Majoric. & Valent. ac Com. Barchinon. salutem, & constantiam intimæ dilectionis, cum continuæ beatitudinis incremento. Ann. D. 1287. An. 15. E. 1. L. B. f. 60. b. penes Camerar.

Cum nobili viri Comes Urgelli & Raimundus Fulconis, & quidam alii de terra nostra, in præsentia nostra, nobis dixerint quod, si contingeret illustrem Regem Franciæ, seu gentes suas venire contra Com. Fux. ipsi non starent, propter Treugam per vos recipiendam & dandam, inter prædictum Regem Franciæ & nos, quin juvarent Comitem supradictum;

Unde significamus Celsitudini vestræ nostræ esse intentionis, quod ipsam Treugam dare pro nobis possitis dicto Regi Franc. plenam pro nobis & Gentibus nostris, sine exceptione cujusquam, sub forma quam vobis concessimus super donatione ipsius Treugæ, cum instrumento nostro, sigillo nostro sigillato; quam formam faciemus per nos & nostras gentes inviolabiliter observari.

In cujus rei testimonium fecimus præsentes sigilli nostri munimine roborari.

Dat. Jacc. quarto mensis Augusti, anno Domino milesimo ducentesimo octuagesimo septimo.

---

* *De turbis inter Archiepiscopum Eboracen. & Decanum ac Capitulum.* * II. 353.

Edwardus, Dei gratiâ, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, & Dux Aquitaniæ dilecto consanguineo & fideli suo, Edmundo Comiti Cornubiæ, tenenti locum suum in eodem Regno, salutem. Ann. D. 1287. An. 15. E. 1. Ex Bundel. Brevium & Litterarum in Turri.

Quia accepimus quòd dissentio est suborta inter venerabilem Patrem J. Eborum Archiepiscopum, ex parte unâ, & Decanum & Capitulum ejusdem loci ex altera;

Et nollemus quod per dissentionem hujusmodi pax aliqualiter turbaretur;

Attendentes quod prædicti Decanus & Capitulum, ex conjecturis aliquibus, verisimiliter sibi timent ne, per vim laicam, utpote per Majorem & Cives Eborum, aut alios, ad procurationem partis adversæ, oppressiones & gravamina aliqua patiantur;

Vobis mandamus, quatinus Majori, & Civibus supradictis firmiter inhiberi faciatis, ne de contentionibus, inter prædictos Archiepiscopum & Decanum & Capitulum suscitatis, in aliquo se intromittant, seu partem alterutram super contentionibus hujusmodi foveant; per quod pax nostra aliquatenus infringatur, seu tranquillitas Ecclesiæ supradictæ in personis aut rebus aliqualiter conturbetur.

Dat.

Litera Cardinalium, sede vacante, pro liberatione Principis Salernitani.

Ann. D. 1287. An. 15. E. 1. L. B. f. 198. b. penes Camerar. * II. 354.

MIseratione divinâ Episcopi, Presbiteri, & Diaconi sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, carissimo Ecclesiæ filio Domino Edwardo, Dei gratiâ, Regi Angliæ illustri, salutem in eo qui Regibus dat salutem.

* Regiæ Celsitudinis litteris pridem nobis per vestros Nuncios destinatis, inter alia referentibus, intellecto quod liberatio carissimi Ecclesiæ filii Caroli primogeniti, claræ memoriæ, C. Regis Siciliæ sub certis conditionibus, quarum nobis nota certitudo non aderat, sperabatur in proximo proventura; nos, proinde concepta lætitia, sollicitudinis vestræ laborem & rumorem liberationis hujusmodi gratos habuimus admodum & acceptos.

Et, quia liberationem vehementer appetebamus eandam, Excellentiam Regiam excitare curavimus, ut sic vestros continuare labores, & studia curaretis, ut ipsius liberationis effectus in brevi, auctore Domino, sequi posset.

Revera, sicut alias per nostras litteras didicistis, habetur per hoc in vobis de quo Mater exultet Ecclesia, mundus gaudeat, & exempla commendanda suscipiant Principes Christiani; dum vos, tanquam filius benedictionis & gratiæ, Matris vestræ zelantes honorem, pacem seculo & quietem orbis terræ Magnatibus procuratis.

Quia igitur liberationem primogeniti supradicti tanto magis appetimus, quanto personam ejus uberiori prosequimur caritate, Serenitatem Regiam, sicut iterum, sic attentius duximus excitandam, ut labores vestros & studia prælibata sic continuare velitis, obstacula & impedimenta quælibet (siqua forsan, prout contingere solet in arduis, orirentur) prudenter & sollicite submoventes, ut exinde honor Deo & Ecclesiæ, ac eidem primogenito, ejusque posteris utilitas producatur, & Regiæ circumspectionis industria possit non immeritò commendari.

Dat. Romæ apud Sanctam Sabinam secundo Non. Novembris, anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo septimo. Apostolica sede vacante.

De Malitia & Rebellione Walensium reprimendis.

Ann. D. 1287. An. 15. E. 1. Rot. Wall. 15. E. 1. m. 8. d.

REX dilecto & fideli suo, Edmundo de Mortuo Mari, salutem.

Quia ex relatu fidedignorum, intelleximus quod Resus filius Mereduci, felo & rebellis noster, & quidam malivoli fautores sui quadam inconsultâ levitate moti, maxime propter viarum discrimina, & alia quæ viantibus, in instanti yemali tempore, plusquam alio, in partibus Westwalliæ sunt nociva, contra nos & fideles nostros jam insurrexerunt, & pacem nostram ibidem turbare nituntur, terras nostras & fidelium nostrorum, in eisdem partibus, nocte dieque circueundo, & Castrum nostrum de Emelyn jam nequiter occupando, & homines nostros & fidelium nostrorum interficiendo, ac plura alia enormia contra pacem nostram ibidem perpetrando.

Nos malitiæ prædicti Resi & fautorum suorum prædictorum obviare, & paci, & tranquillitati partium prædictarum providere vo-

Litera Regis Franciæ de non prosequendo Gentes Regis Angliæ.

PHilippus, Dei gratiâ, Francorum Rex, Senescallo Petragorcen salutem. Ann. D. 1288. An. 16. E. 1. L. B. f. 58. a. penes Camerar.

Cum vobis aliàs mandaverimus quod ea, quæ, ratione inobedientiæ, per Gentes karissimi & consanguinei fidelis nostri illustris Regis Angliæ, apud Leyburnam, seu ratione Portûs Leyburnæ, factæ, saysiveratis seu saysiri feceratis, deliberaretis, manum nostram exinde amoventes:

Et quod à processibus, contra ipsum & suos habitis, occasione hujusmodi, desisteretis: nec contra eos ulterius procederetis (dum tamen idem Rex Angliæ & Gentes suæ vellent obedire judicato nostro prædicto super Portu Leyburnæ) donec à nobis reciperetis aliud in mandatis,

Vosque præmissa facere recusaveritis, pro eo, ut dicitur, quia dictus Rex Angliæ, vel locum suum tenentes noluerunt dare litteram, vel aliam similem cautionem facere, de observando judicato prædicto,

Vobis, præcipiendo, districtè mandamus quatinus omnia in primo dicto mandato contenta, absolutè & simpliciter compleatis; non exacta aliqua cautione, nec obstante aliqua alia occasione, per quam posset hujusmodi deliberatio impediri; cum, si contra judicatum nostrum prædictum factum fuerit, ipsum possimus facere executioni mandari;

Nos enim dicto Regi Angliæ hujusmodi gratiam facimus, quousque locuti fuerimus cum eodem, vel donec à nobis aliud receperitis in mandatis.

Actum Paris. die Jovis ante Festum Cathedræ Sancti Petri, anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo octavo.

Bulla, per quam Papa nunciat Regi electionem de ipso factam.

NIcolaus Episcopus, servus servorum Dei, carissimo in Christo filio Regi Angliæ illustri, salutem & Apostolicam benedictionem. Ann. D. 1288. An. 16. E. 1. Ex Autogr.

Judicia Dei, abyssus multa, nulli scrutabilia, nulli comprehensibilia, nulli nota; quis enim novit cœli ordinem, ut supernarum dispositionum videat prædestinationes occultas? aut quis ponere potest rationem ejus in terrâ, ut ante humana corda talium secretorum causas aperiat, vel supernorum judiciorum misteria considerando discutiat, manifestetque loquendo? Hæc utique, in hac via positus, facere nullus potest! ante, hominem namque carne circumdatum, labor est ista cognoscere, donec in Domini Sanctuarium (in quo sunt omnia consilia super filios hominum) ergastulo corporis absolutus, introeat; ibique non solùm præsentia, set etiam novissima intelligat & cognoscat.

Horum quidem consideratio miranda, nimirum stupenda pariter & tremenda, nos, nec immerito, admiratione sollicitat, mentemque nostram in gestione stuporis hebetat concutitque timore.

Miramur etenim, non absque timoris magnitudine ac terroris, quâ divini dispositione judicii, nobis non indignè terribilis, contra electum & firmatum nostrum, salutis contemplatione, propositum, totiens & demum tantam immutationem receperit status noster.

 Elo-



& prolixarum infirmitatum angustiæ, quæ quamplures de ipsorum fratrum Collegio vexavere diutius, & proch dolor! nonnullos etiam subtraxerunt aliquamdiu, conatibus nostris obstiterint; demum tamen, in prima Dominica præsentis quadragesimæ, nobis & reliquis fratribus, tempore ipso præsentibus convenientibus in Palatio supradicto, electâ concorditer viâ scrutinii, & uno tantum facto publicatoque scrutinio, illo, qui concordiam in sublimibus suis facit, ut supponit devota credulitas, assistente, tanta finaliter in votis eorundem fratrum est inventa concordia, quod de ipsorum omnium unanimi voluntate, ad conscendendam Petri Cathedram, secuta est de humilitate nostra concors electio & communis, fratribus ipsis instantibus importune ut electioni consentiremus eidem.

In quo admirationis magnitudine redditi, nec immerito, sumus attoniti, stupor nostrum animum hebetavit, & timor pariter tremorque concussit.

Numquid enim non admiratione dignum quod sic sumus præter, immo contra prædictum nostrum tam salubre ordinatumque propositum, à desiderio quietis optatæ, fraudati? Nam licet pastorale taliter indictum officium præmissam Mariæ Partem à se nequaquam abiciat, quin potius contemplationi devotæ vacare, ac instructioni divinæ ferventer insistere assiduitate intenta deposcat; verendum tamen ne sollicitudo, connexa eidem, totius orbis, curas innumeras & immensas indicens, devotionem Mariæ præpediat, & secretum quietæ mentis deserere persæpe compellat, nec ad eam redeundi facile sit facultas.

Nonne insuper stupore non vacuum, quod, inter tot & tantas eorundem fratrum personas, vitæ ac famæ claritate pollentes, virtutibus redimitas, habundantes ad hæc utilium sufficientiâ meritorum, in præsidendo apostolico culmini nostra indignitas, extimatione nostrâ merito postponenda, occulta Dei & pavenda nobis dignatione præfertur?

Nonne, dum injuncti oneris molem attendimus, & nostram insufficientiam comparamus, digne invalescit timor & tremor, ne sic premat quod opprimat, sic opprimat quod portantis debilitas molis ejus immensitati succumbat? Nonne timendum iterum & tremendum, si summi judicis severitas attendatur, & attente pensetur, quod si rationem de talentis creditis exacturus veniat, nec ea inveniat in sibi gratum numerum excrevisse, servum, à bono torpentem opere, quam severissime judicabit?

• II.357. * Hæc & alia plura, quæ prolixitatis vitandæ gratiâ subticet sermo succinctus, debilitatem nostram subducendam ab onere, nostræ insufficientiæ imperfectum à subeundo totius mundi spirituali regimine, difficultatis inextimabilis, compescendum adeo efficaciter suggerebant, quod eorundem fratrum importunitati, diversarum excusationum obicem opponendo, qua potuimus reluctatione restitimus, aperte negantes electioni præmissæ præstare consensum, & tam ipsi, quam juri, nobis ex ea quæsito, renunciantes expresse: verum fratres iidem, nostræ resistentiæ instantiùs obviantes, electione nichilominus repetitâ concordi, ut ei consentiremus & insistere ferventiùs, & in virtute obedientiæ injunxerunt.

Nos verò, licet ex nostrorum defectuum conscientia diffidentes, confidentes tamen de illius omnipotentia, qui non solum eosdem sufficit supplere defectus, sed potens est facere gratiam habundare, quanquam ad hoc nobis nequaquam merita suppetant, utinam demerita non obsistant! per fratres eosdem, nostris excusationibus non admissis, ne sub obedientia nutriti diutius eam contempnere pertinaciter, & mundi, graviter guerrarum multiplicatione divulsi, terræque sanctæ, quasi omni auxilio destitutæ, pericula diffe-

PHilippus, Dei gratiâ, Francorum Rex, egregio Principi, karissimo consanguineo Edwardo, eâdam gratiâ, illustri Regi Angliæ, Domino Hiberniæ & Duci Aquitaniæ, fideli suo, salutem & dilectionem. Ann. D. 1288. An. 16. E. 1. L. B. f. 57. a. penes Camerar.

Cum vos pluries requiserimus ut injurias, invasiones, deprædationes, spoliationes, & dampna, quæ tempore treugæ, per vos, nomine, vice & mandato, ut dicitis, Alfonsi de Arragon. datæ & concessæ nobis, & egregio Principi, karissimo avunculo nostro, Jac. Dei gratiâ, Regi Majoric. illustri, per eundem Alfonsum, aut ejus Valitores, illata fuerunt Regi Majoric. prædicto, faceretis integre emendari, cum nos in hoc fidem vestram, non ipsius Alfonsi, fuerimus omnino secuti, sperantes firmiter quod dictam treugam teneri integraliter faceretis,

Et, pendente treuga prædicta, dictus Alfonsus, & sui Valitores, Minoricas & alias terras ipsius Regis Majoricarum hostiliter invaserint, ceperint, & detineant, ac plurima dampna sibi & subditis suis * intulerint, nec non & quosdam ex eis interfecerint & • II.358. injurias ipsis plurimas intulerint, quas eidem minime irrogassent, nisi idem Rex de Treuga confidisset prædicta; de quibus injuriis atque dampnis certi estis, aut esse poteritis, si vos vultis, de facili & in brevi.

Iterato requirimus vos quatinus prædictum Regem, Avunculum nostrum, qui per dictam Treugam, quam de vobis, non de Alfonso prædicto, confidentes inivimus, est deceptus, & dampnificatus in multis, restitui & dedampnificari faciatis in prædictis, & etiam prædicta omnia emendari; ita quod nos & dictus avunculus noster de hoc esse contenti merito debeamus:

Scituri quod de cætero non intendimus vos amplius requirere super istis; nec per viam Litigii procedere super eis, quemadmodum vestræ Gentes quas apud Perpinian. nuper, pro hujusmodi negotio destinastis, velle procedere videbantur.

Actum apud Bell. Lectum, die Sabbati ante Ramos Palmarum, anno Domini 1288.

Bulla Regi Angliæ directa, monitoria ut inducat Alfonsum Regem Aragoniæ, quod intendat liberationi Caroli primogeniti Regis Siciliæ, quem Carceri detinuit mancipatum.

NIcolaus Episcopus, servus servorum Dei, Carissimo in Christo filio, Regi Angliæ illustri salutem & apostolicam benedictionem. Ann. D. 1288. An. 16. E. 1. Ex Autogr.

Ad liberationem Carissimi in Christo filii nostri Caroli, Primogeniti, claræ memoriæ, C. Regis Siciliæ, paternæ sollicitudinis studio intendentes, nobilem virum Alfonsum, natum quondam Petri, olim Regis Aragonum, qui primogenitum ipsum detinet carceri mancipatum, per nostras monemus litteras speciales, ut eundem Primogenitum, sublato difficultatis obstaculo, plenè restituat libertati.

Venerabilibus quoque fratribus nostris R. Ravennat. & P. Montis regalis Archiepiscopis, ac dilecto filio fratri Raynono de Viterbio, ordinis Prædicatorum, sedis apostolicæ Nunciis per alias litteras nostras injunginius ut, eundem Nobilem personaliter adeuntes, ei prædictas, quas sibi, sicut præmittitur, dirigimus litteras, repræsentent; ipsum, quod hujusmodi apostolicis monitis & beneplacitis humiliter & efficaciter acquiescat, sollicite inducendo.

Ro-

existerent ut, absque conditione, vel retentione aliqua, Siciliæ Insulam, cum Insulis omnibus quæ sibi adjacere noscuntur, terramque totam, infra Reg. Archiepiscopatûs limites consistentem, Tunitiique tributum, Regi Siciliæ debitum, eidem Jacobo & Hæredibus suis in perpetuum Primogenitus ipse duceret concedenda:

Et quod insuper procuraret & faceret ut concessionem seu donationem hujusmodi sedes Apostolica confirmaret, ac Processus contra eundem Petrum, super privatione Regni Aragon. & alios quotlibet contra præfatos Alfonsum, Jacobum & Constantiam, eorumque Vassallos, per sedem ipsam habitos; nec non & concessionem, de prædicto Aragon. Regno factam, totaliter revocaret;

Quodque præfatus Alfonsus adjecerat, per Salsen. Præpositum supradictum, quod, nec per obsides neque per securitates alias, poterat dictus Primogenitus quomodolibet liberari, donec prædicta perducta existerent ad effectum:

Ac etiam eundem Jacobum & ipsius Primogeniti natam, ætate majorem, ac Primogenitum ejus, & Isalandam, Alfonsi & Jacobi prædictorum sororem, contingeret matrimonialiter copulari.

Et, ut prædicta possent melius perfici, efficaciusque compleri, Treuguæ, quæ Romanam Ecclesiam & ejus valitores, ut Patriæ verbis utamur, includerent, inirentur à medietate Mensis Maii, tunc venturi proximo, inchoandæ, ac ex tunc per biennium duraturæ; ita tamen quod idem Jacobus præfato Alfonso in guerra qualibet posset auxilium impertiri.

Quare præfatus Prædecessor, præmissa diligenter attendens, eaque ferens, non indigne, moleste, cum illa in derogationem grandem honoris Ecclesiæ, ac ejus, & ipsius Primogeniti, Hæredumque suorum grave præjudicium, obprobium plurimum, & læsionem multiplicem redundarent, tractatum hujusmodi, de Fratrum suorum consilio, reprobavit expresse: Et, si forte de facto processerat, cassavit & penitus vacuavit, ipsum omnemque illi similem præsumi ulterius districtius inhibendo; &, si quis ex tunc foret quoquomodo præsumptus, eum decrevit irritum & inanem, ac nullius existere firmitatis.

Præfato vero Prædecessore naturæ debitum persolvente, à nobis & Fratribus nostris, quorum nos tunc numerus includebat, per litteras speciales & nuncios celsitudo Regia postulavit ut, pro liberatione Primogeniti supradicti complenda, quæ, prout ipsarum innuebat series litterarum, sub certis conditionibus, quarum nobis & Fratribus ipsis certitudo non aderat, proventura in proximo sperabatur, ad prorogationem Treuguarum per Carissimum in Christo Filium nostrum, Philippum Regem Francorum illustrem, cum Alfonso faciendam prædicto, à Festo beati Michaelis, tunc proximo secuturo, usque ad annum, opem daremus & operam efficacem:

Unde nos & iidem fratres nostri, gerentes potissime cordi negotium, & liberationem hujusmodi, votis serventibus cupientes, te ad ipsius sollicitam & perseverantem prosecutionem negotii, sub certâ formâ, sollicitius & affectuosius exhortantes, prædicto Regi Franciæ super hoc, quanquam hujusmodi nobis existerent conditiones incertæ, nostras sub certa forma litteras, de qua vidimus expedire negotio, per eosdem Nuncios tuos, quos celeriter expediri curavimus, duximus dirigendas; aliis nichilominus tibi, super hoc subsequent. exhortatoriis litteris destinatis:

Cumque postmodum, supernæ dispositionis arbitrio, ad Apos-

existeret, prædictis tamen pactis seu conventionibus nullatenus præberemus assensum.

Ea vero, quæ de pactis & conditionibus ipsis præsentibus inseri fecimus, hæc sunt:

Ponentur in posse Alfonsi, nati quondam Petri, olim Regis Aragonum, pro obsidibus, tres filii carissimi in Christo filii nostri, Caroli primogeniti, claræ memoriæ, C. Regis Siciliæ, & carissimæ in Christo filiæ nostræ, Mariæ consortis ejus, duos scilicet majores post primogenitum, ante liberationem suam infra decem menses; & pro securitate ipsius primogeniti ponatur etiam, in posse dicti Alfonsi, simul cum aliis natis post primogenitum, & alius filius prædictorum Caroli & Consortis, qui est in Provincia, ante sui liberationem.

Item, ponentur in posse præfati Alfonsi & hæredum suorum, ante ipsius Caroli primogeniti liberationem, quinquaginta milia Marcarum argenti, scilicet, triginta milia Marcarum in pecunia, auro & argento, & viginti milia Marcarum in securitate; quam securitatem viginti milium Marcarum debet facere illustris Rex Angliæ Alfonso prædicto, & suis hæredibus; de qua iidem Alfonsus & hæredes sui sint pacati sub tali conditione quod, nisi, infra dictos decem menses, positus fuerit primogenitus Caroli & Consortis prædictorum, in pleno posse memorati Alfonsi & hæredum suorum, ex tunc dicta quantitas sit applicata eidem Alfonso, vel hæredibus pro pœna, & tertius filius, datus pro primogenito, sit incursus eidem Alfonso vel hæredibus suis; salvis eidem vita & membris: Si vero prædicta completa fuerint, infra dictos decem menses, restituatur filius datus pro primogenito, & quantitas & securitas, data ratione dictæ quantitatis sit absoluta.

Item, debet ponere præfatus Carolus primogenitus, ante sui liberationem, in posse ipsius Alfonsi, & hæredum suorum, obsides primogenitos Baronum & Magnatum, Militum, Civium & Burgensium Provinciæ, usque ad numerum quadraginta; illos, scilicet, quos idem Alfonsus, vel ejus hæredes elegerint, de quibus magis sibi placuerit: vel saltem, de illorum obsidum Provinciæ numero, medietas tradatur, unà cum filiis dicti Caroli, Alfonso præfato, vel hæredibus suis ante deliberationem ejusdem Caroli; & alia medietas infra tres menses post liberationem suam; de qua traditione medietatis obsidum facienda, infra tres prædictos menses, detur dicto Alfonso vel hæredibus suis firma securitas, talis de qua ipse sit contentus; & si aliqui fuerint ex ipsis Baronibus & Magnatibus, qui filios non haberent, personæ ipsorum ponantur in hostagiis, in posse dicti Alfonsi vel hæredum suorum; vel, pro personis, possint dare totidem de proximioribus suis, qui sufficientes ad hoc fuerint ad cognitionem ipsius Alfonsi vel hæredem suorum;

Et quod dictus Carolus faciat fieri homagium, cum juramento, dicto * Alfonso, vel ejus Procuratori, per Castellanos Castrorum * II. 361.
ejusdem Caroli in Provincia, quod nisi pacem fecerit dicto Alfonso, & Jacobo fratri ejus, & hæredibus ipsorum, pro se & Romana Ecclesia, & illustribus Franciæ & Carolo Aragoniæ Regibus, de qua idem Alfonsus sit contentus, vel hæredes sui, vel nisi ad carcerem ipsius vel hæredum suorum redierit infra tres annos, quod attendant cum Castris & obediant eidem Alfonso & hæredibus suis, ut Domino: & Terra Provinciæ sit totaliter ipsius Alfonsi & hæredum suorum, in perpetuum, jure hæreditario; & ipsi Castellani non tradant dicta Castra prædicto Carolo primogenito, nec alicui alii, nisi dicto Alfonso, vel hæredibus suis, vel

tuti,

De qua dabuntur treugæ dictorum trium annorum à die liberationis suæ usque ad tres annos completos, & ultra per sex menses, si dictus Carolus primogenitus, in fine dictorum trium annorum, non redierit ad Carcerem Alfonsi prædicti, vel hæredum ipsius; quod nisi faceret & compleret, & fieri faceret & compleri, vel nisi ad Carcerem dicti Alfonsi, vel hæredum suorum redierit infra prorogationem prædictarum treugarum unius anni, hostagia omnia, per ipsum Carolum primogenitum data, & terra Provinciæ, & quantitas quinquaginta milium Marcarum argenti, pro securitate Ecclesiæ Romanæ faciendâ, assignata, sint incursa in posse Alfonsi prædicti, vel hæredum ipsius, ad faciendum de eis suas liberas voluntates (salvis obsidibus vita & membris) & quod dictus Alfonsus debet, pro se, & Jacobo fratre suo, & nichilominus dari faciat ab eodem Jacobo treugas omnibus prædictis, à quibus treugas recipient, & eo modo quo sibi dabuntur.

Item, dictus Carolus primogenitus, infra unum annum post deliberationem suam, procurabit & faciet fieri quod Ecclesia Romana firmet & assecuret ydoneè quod, nisi dictus Carolus primogenitus faciat pacem eidem Alfonso & Jacobo fratri suo, de qua sint contenti iidem Alfonsus & ejus hæredes, vel nisi redierit ad Carcerem ipsius Alfonsi, infra tres annos post liberationem suam, & quod Ecclesia non faciat guerram Alfonso prædicto, vel Jacobo fratri suo, vel hæredibus eorumdem, nec terris quas hodie tenent & possident, nec juvabit prænominatum Carolum primogenitum, nec nocebit eidem Alfonso, nec Jacobo fratri suo, nec hæredibus eorumdem, nec terris quas hodie possident ex aliqua causa; & si
* II.362. istam securitatem non procuraverit, nec fieri * fecerit, infra unum annum, post deliberationem suam, ut præmittitur, amittat quinquaginta milia Marcarum argenti, quæ applicentur eidem Alfonso & hæredibus suis: quam quidem pecuniam assecuret per Regem Anglorum illustrem, ante sui liberationem, in posse ipsius Alfonsi & hæredum suorum, sub securitate de qua iidem Alfonsus & hæredes ejus sunt contenti; salvo quod, si infra dictos tres annos pacem fecerit eidem Alfonso & Jacobo, & hæredibus suis, de qua idem Alfonsus & ejus hæredes pacati existant, vel ad Carcerem sæpedicti Alfonsi, vel hæredum suorum redierit, dicta securitas, ratione præfatæ pœnæ, sit absoluta, & ipse Carolus primogenitus absolutus à pœnæ incursione prædictæ.

Item, si prætactus Carolus primogenitus, infra tres dictos annos, pacem non fecerit præfatis Alfonso & Jacobo fratri suo & hæredibus suis, pro se & Ecclesia Romana, & præfatis Franciæ & Aragoniæ Regibus, de qua dicti Alfonsus & ejus hæredes pacati existant, vel nisi redierit ad Carcerem ejusdem Alfonsi vel hæredum ipsius, hostagia omnia, per ipsum Carolum primogenitum data, & terra Provinciæ sint incursa in posse dictorum Alfonsi, vel hæredum ipsius, ad faciendum de eis suas liberas voluntates; salvis ipsis obsidibus vita & membris; & salvo quod, si contingeret ipsum Carolum primogenitum mori, infra dictos tres annos, &, occasione ipsius mortis supervenientis, non posset pacem facere, ut prædicitur, hostagia per ipsum data, & terra Provinciæ non sint incursa in posse dictorum Alfonsi, & hæredum ipsius; sed dicti obsides remaneant & sint sub obligatione sua & ejus Dominio tamdiu, donec ipsum negotium per pacem, de quâ præfati Alfonsus & hæredes sui pacati existant, fuerit consummatum; salvis eisdem obsidibus vita & membris; &, quantumcumque differatur pacis perfectio, fiet restitutio de hostagiis post pacis perfectionem.

Item, præfatus Alfonsus assecuret, per jam dictum Regem Anglorum, quod compleat sæpefato Carolo primogenito, & ejus hæredibus, omnia quæ sibi promittit; prædicto tamen Carolo primogenito complente etiam dicto Alfonso, & suis hæredibus, quæ sibi in sua liberatione promittit.

Item, sepefatus Carolus primogenitus promittet, cum juramen-

Ponantur in posse Domini Alfonsi Regis Aragoniæ, & hæredum ipsius, pro * obsidibus, tres filii primogeniti Principis Salernitani & Dominæ Principissæ Uxoris suæ; duo scilicet majores post primogenitum ante liberationem, *&c. prout in anno superiore, de datâ 25 Julii.* merar. * II.363.

In quorum testimonium præsens scriptum sigilli nostri munimine fecimus roborari.

Actum apud Cæsaraugustam tertio Nonas Aprilis, anno Domini millesimo ducentesimo octuagesimo octavo.

Litera ab Universitate Bononiensi Regi petitoria.

GLoriosissimo Domino, Edwardo, illustrissimo Angliæ Regi, Odo de Casali Ordinarius in Ecclesia Majori Mediolanensi, & Lego Ceothonicus Comes, Rectores Universitatis Scolarium, tam in Civili, quàm Canonico Jure, in Bononiæ Civitate studentium, ipsaque Universitas tota, Collegium & Scolares, cum perpetua recommendatione seipsos.

Ann. D: 1288. *An. 16. E. 1. Ex Bund. Brevium & Litterarum, in Turri.*

Habet certum Professio Christiana, quæ Sanctæ Sanctionis imperio profitetur, quod est Bononiæ Civitas alumpna Scolarium, & Mater rudibus volentibus erudiri, per Theodosium Cæsarem specialis studii muneribus adoptata.

Nam humanæ leges hic militant, & compescentes arbitrii libertatem, concedunt honestum, contrarium satius prohibentes.

Huc ergo Scolares & Clerici, contemptis terrarum marisque periculis, undecumque profecti, ut gaudeant, post laborum vigilias, divitiis disciplinæ, tanquam infantes sinu Civitatis ipsius materno recipiuntur affectu, & bajulati à Bononiensibus Civibus, tamquam fratres, ab ipsa infantia usque ad studii Gad. in virilis tandem scientæ robur evadunt.

Meritò itaque Cives reputamus fratres nostros, Patres & Dominos, in eorum passionibus compatientes illis, & in doloribus condolentes, in quibus dilectionis qualitas.

Sane nobilem virum, Dominum Bonifacium de Langlano, Bononiæ Canonicum, nepotem, doctæ recordationis, Domini Octaviani, Sanctæ Mariæ in via lata Diaconi Cardinalis, in detentione pensionis annuæ triginta Marcharum sterlingorum, eidem debitæ in Ecclesia de Syntlingdon Lincolniensis Diocesis, per discretum virum, Dominum Radulphum de Hyngan, familiarem vestrum potentem, & karum, sicut ipsius nobilis narratione percepimus justitiam molestari.

In cujus molestatione, suorum meritorum exigentiâ, loquentes sub Christi testimonio, plurimum conturbamur; cum illum, præ cæteris Bononiæ Civibus, ad Universitatis nostræ, omniumque nostrûm singulariter, honores & commoda, super impendimus expeditum, sitque ejus liberalitas tam industria, & industria liberalis, quod ejus operâ suos natos ad placitura quæque alliciunt & conformant.

Quamobrem, amantissime Princeps, præfatus familiaris vester hæc, sub vestri licet ignorantis fortitudine brachii, perficere creditur à pluribus, Majestati vestræ, de qua plene confidimus, quantum valemus devotissime supplicamus, quatinus justitiam, quam indesinenter coluisse dicimini, de more solito diligentes, velitis eundem Dominum Radulphum inducere, si quæ in eo turpis quævis obstinatio fuerit, velut honori vestro congruat, efficaciter cogere ad satisfactionem memoratæ pensionis pacifice dicto nobili exhibendam, tam pro præterito, quàm futuro; ita quod eidem, de illo, nullum coram Deo vel hominibus remaneat jus querelæ; præsertim cum ista non solum in sui læsionem honoris, quinimo

&

... literas præsentanti, nostro & Ecclesiæ prædictæ nomine facias integrè & liberaliter assignari; ita quod nos, id gratum habentes, Magnificentiam tuam possimus exinde meritò commendare.

Dat. Rom. apud Sanctum Petrum quarto Kal. Maii, Pontificatûs nostri anno primo.

Sub filo canabeo.

De Petitione ad Regem a Domino Matthæo Diacono Cardinale, pro Neapoleone Consobrino suo.

Ann. D. 1288. An. 16. E. 1. Ex Bundela Brevium & Literarum in Turri.

EDwardus, Dei gratiâ, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, & Dux Aquitaniæ, dilecto consanguineo & fideli suo Edmundo Comiti Cornubiæ, tenenti locum suum in eodem Regno, salutem.

Petitionem, quam venerabilis Pater & amicus noster karissimus, Dominus Matthæus, Dei gratiâ, Sanctæ Mariæ in Porticu Diaconus Cardinalis, pro Neapoleone consobrino suo Canonico Lincoln. nobis transmisit, vobis mittimus præsentibus interclusam.

Et, quia merita Cardinalis prædicti, qui nobis extitit semper gratus, apud nos in hiis, quæ possumus, gratiam & favorem exposcunt, vobis mandamus quod, habita super hoc deliberatione cum venerabili Patre J. Elyensi Episcopo Thesaurario nostro (cui transcriptum Petitionis destinamus ejusdem) dicto Neapoleoni, de Petitione prædicta, curetis celerioris juris remedio, quo poteritis, subvenire; ita quod ipse instantiam Cardinalis prædicti sibi sentiat, ut appetimus, profuisse: Et hoc nullatenus omittatis.

Dat. sub privato sigillo nostro, apud Burgum Reginæ, primo die Maii, anno Regni nostri sextodecimo.

Dorso. Concordati sunt.

Bulla Regi gratulatoria de sospitate ejus, ac etiam commendatoria pro Terra sancta, & pro liberatione Caroli Principis Salernitani.

Ann. D. 1288. An. 16. E. 1. Ex Autogr. • II. 365.

NIcolaus Episcopus, servus servorum Dei, carissimo in Christo filio Regi Anglorum illustri, salutem & Apostolicam benedictionem.

Regiæ Celsitudinis litteras, quas nuper * nobis dilectus filius nobilis vir, Gilbertus de Brigdesala, Nuncius tuus, lator præsentium, attulit, libenter & affectuosè recepimus: & tam quæ continebantur in illis, quam quæ coram nobis, ex parte Regia, dictus Nuncius proponere voluit, intelleximus diligenter; gaudentes quamplurimum & exultantes in Domino, qui Regibus dat salutem, quod, sicut nostris sensibus ejusdem Nuncii gratissima patefecit assertio, persona Regia, quam in visceribus gerimus caritatis, supernæ gratiæ opitulatione favente, beneficio fruitur sospitatis.

Exclusit quippe Nuncii prælibati relatio turbationis non mo-

... proposuit, in nostro conductu suscipimus eundo, morando, ac inde, ad quascunque partes voluerit, redeundo;

Unde vobis omnibus & singulis mandamus quatinus ipsum, cum Comitiva sua, per Regnum nostrum & potestatem nostram salvo & secure conducatis, & conduci faciatis, ad salvamentum & liberationem ipsius & suæ Comitivæ efficaciter intendentes, si opus fuerit, & ex parte ipsius super hoc fueritis requisiti:

Præsentibus usque ad Sanctum Pascha Domini, proximo futurum, quod erit anno ejusdem millesimo ducentesimo octogesimo nono, suo robore duraturis.

Actum Aurel. in Vigilia Pentecost. anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo octavo.

Bulla Regi rogatoria, quod, ejus ministerio, Carolus Princeps Salernitanus, plenariæ libertati restituatur.

Ann. D. 1288. An. 16. E. 1. L. B. f. 131. b. Pont. Camerar. • II. 366.

NIcolaus Episcopus, servus servorum Dei, carissimo in Christo filio Regi Angliæ illustri, salutem & Apostolicam benedictionem.

A Regali memoria non credimus excidisse, quod, felicis recordationis, Honorio Papæ, prædecessori nostro, varia pacta & conditiones, dudum tractata, ut dicebatur, & inita super liberatione * dilecti filii, nobilis viri, Caroli primogeniti, claræ memoriæ, Caroli Regis Siciliæ, præsentata fuerunt;

Quibus idem Prædecessor recensitis plenius & inspectis, & comperto denique quod illa in derogationem grandem Honoris Ecclesiæ Romanæ, ac ejus, & ipsius primogeniti, hæredumque suorum grave præjudicium, multum opprobrium & læsionem multiplicem redundabant, pacta & conditiones prædicta, de fratrum suorum consilio, reprobavit expressè.

Cumque postmodum, per ejusdem Prædecessoris obitum, Apostolica sede vacante, quædam ex præmissis pactis & conditionibus, ac nonnulla alia Collegio Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium præsentata & oblata fuissent, prædictum Collegium, deliberatione super ipsis inter se habita diligenti, ea, utpote memoratæ Ecclesiæ, ac primogeniti, & hæredum ejus prædictorum, honori contraria, nullatenus admittere voluerunt. Nosque demum, ad apicem summi Apostolatûs, divina dispositione assumpti, eadem pacta & conditiones, quæ dicto Collegio præsentata fuerunt, super liberatione præfati primogeniti, nostris auribus intimata, non duximus ex justis causis, quas tibi scripsisse recolimus, admittenda.

Verumptamen, quia ipsius Caroli detentio nobis admodum est molesta, ejusque afflictio graviter nos perturbat, nec mirum, cum ipsum, utpote ipsius Ecclesiæ peculiarem filium, inter privatæ dilectionis contineamus amplexus, ejusque libertatem, quantum cum Deo possumus, ferventer quæramus, & liberationem ferventiùs affectamus;

Celsitudinem Regiam attente rogamus & hortamur in Domino Jehu Christo, quatinus, cum pro tractanda liberatione dicti primogeniti varios sumptus sustinueris, ut intelleximus, & labores, a prosecutione hujusmodi negotii non desistas, set per honestos modos & licitos, & etiam Honori Ecclesiæ congruos, ut effectum consequatur optatum, interponas sollicitè ac efficaciter partes tuas; ita

Domino Rege Notario, qui prædictis omnibus interfui, & de mandato omnium prædictorum hanc Cartam scripsi, & in formam publicam redegi, & huic signum meum assuetum apposui, & per litteras eam divisi.

Ann. D. 1288. An. 16. E. 1. L. B. f. 121. b. penes Camerar. * II. 367.

IN nomine Domini, Amen.

In præsentia mei Notarii & testium subscriptorum magnificus Princeps, Dominus Edwardus, Dei gratiâ, illustris Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, & Dux Aquitanniæ protestatus fuit pupliçè & expresse, quòd per denominationem Regiam, Egregio viro * Domino Jacobo, nato Domini Petri quondam Regis Aragon. de Regno Siciliæ, in tractatibus, super liberatione magnifici viri, Domini Karoli Principis Salernitani, apud Oleronem & Jaccam habitis, tractatuum hujusmodi instrumentis ascriptam,

Suæ intentionis non extitit, nec existit ipsum Dominum Jacobum dicti Regni Siciliæ appellare sic Regem, quòd pro Rege ipsius Regni Siciliæ habeatur,

Nec quod, per denominationem eandem, Ecclesiæ Romanæ juri, vel dicti Principis, aut cujuscumque alterius aliqualiter derogetur:

Nec etiam ut eisdem Regi, Ecclesiæ, Principi, aut eorum consiliariis denominationes hujusmodi ad vitium impingi valeant quomodolibet, sive culpam; præsertim cum ipsæ denominationes ex animo non processerint, ut est dictum.

Protestatus est insuper idem Dominus Rex Angliæ quod, si forsan memoratus Princeps, in quibuscumque instrumentis aut litteris, contingentibus liberationis suæ jam dictæ tractatus, dictum Dominum Jacobum Regem Siciliæ nominaverit, vel fecerit, seu faciat in posterum nominari, id fecit, & faciet absque sua voluntate, consilio & assensu.

Actum apud Jaccam in Aragon. anno a Nativitate Domini millesimo ducentesimo octogesimo octavo. Indictione prima. Pontificatûs Domini Nicholai Papæ Quarti anno primo. Decima quinta die, intrante mense Septembri, in domibus, in quibus hospitabatur Dominus Rex Angliæ memoratus.

Præsentibus venerabilibus Patribus Dominis,

Bonifacio Ravenaten,
Petro Montis Regalis,
Johanne Eboracen. Archiepiscopis, &
Roberto Bathonien. & Wellen. Episcopo:
Ac nobilibus viris Dominis Henr. Com. Lincolniæ,
Otone de Grandisono, &
Johanne de Sancto Johanne.
Et discretis viris, *Magistris Johanne de Lasci Cancellario Ecclesiæ Cicestren.*
Johanne Lovel,
Et nonnullis aliis Testibus ad hæc vocatis specialiter & rogatis.

Et ego Johannes Erturi de Cadamo, Apostolicæ sedis Notarius pupplicus, his omnibus interfui, propriâ manu scripsi, & de mandato præfati Domini Regis Angliæ, in hac parte specialiter michi facto, præmissa, ad pleniorem evidentiam eorumdem, rogatus, mei signi annotatione, in hanc pupplicam formam redegi.

De Promissis Principis Salerni minime impletis, de Conditionibus liberationis suæ non observatis, ac proinde de Rege Aragoniæ ad eundem, in Carcerem rediturum, recipiendum parato.

Ann. D. 1288. An. 16. E. 1. L. B. f. 155. b. penes Camerar.

SErenissimo & excellentissimo Principi, Domino Karolo, Dei gratiâ Regi Jerusal. & Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ, Andegaviæ, Provinciæ, & Forch. Com. Hugo, Miseratione divina, Cæsaraug. Episcopus salutem, cum omni reverentia, & paratam ad ejus obsequia voluntatem.

Noverint vestra Celsitudo Regia me, tam apud illustrem Regem Aragon. quàm apud Barones, Milites ac Cives Aragon. ac Cataloniæ, diligenter & efficaciter laborasse, & ab ipsis obtinuisse, quod, in hac generali Curiâ Montis Soni, eligerentur Nuncii Magni Viri, qui ex parte Regis & Regni totius ad Dominum Jacobum mitterentur, ut ab ipso penitus obtinerent quod tractatum pacis, quem Ego ex parte vestræ Excellentiæ in scriptis attuleram, approbaret:

Set, ecce! supervenerunt Nuncii vestri, latores præsentium, cum legatione, ipsis ex parte vestrâ impositâ, quod Rex prædictus pararet se ad recipiendum vos, in Captionem ipsius redire volentem, & ad restituendum vobis Obsides, & pecuniam, pro vestrâ libertate, ipsi Reg. Aragon. obligata.

Et, ex hoc, R. & omnes Barones, Milites, atque Cives prædicti, in tantam desperationem pacis & Concordiæ devenerunt, quod à destinandis ad Dominum Jacobum in Scicil. Nunciis supradictis penitus destituerunt; reputantes in omnibus, quæ promisistis eidem Regi Aragon. cum nichil eorum adimpleveritis, se delusos; & me, qui vestram liberationem efficaciter procuravi, & qui fidelitatem vestram ac bonum propositum, quod habebatis ad pacem, multotiens prædicavi, mendacem reputant, & inde habent plurimum me suspectum.

Parat autem prædictis R. Obsides & pecuniam, quæ vobis ad Carcerem suum redeuntibus, restituat, ut promisit.

Plura dominationi vestræ ad præsens non scribo; set me vestræ gratiæ recommendo.

Dat. in Monte Sono 14. Kalend. Novembr.

Litera ab Alfonso Rege Arragoniæ ad Carolum Regem Jerusalem, alias dictum Principem Salerni, de Reditu in carcerem.

Ann. D. 1288. An. 16. E. 1. L. B. f. 155. b. penes Camerar.

ILlustri & Magnifico Principi, Consanguineo suo Carissimo, Domino Karolo, Dei gratiâ, Regi Jerusal. Andegav. Provinciæ & Forch. Comiti, Alfonsus, per eandem gratiam, Rex Aragon. Majoric. ac Valent. ac Comes Barchon. salutem & sinceræ dilectionis effectum.

Meminimus vestras, non est diu, litteras recepisse, ut venerabili Cæsar-Augustinen. Episcopo, ac Religioso Abbati Sinaque ex parte vestræ amicitiæ crederemus, qui nobis quendam Tractatum pacis & concordiæ in scriptis, vestro sigillatum sigillo secreto, ex parte vestræ Celsitudinis præsentârunt; cum instantia nos rogantes ut

Dat in Monte Seno 12. Kalend. Novembr. anno Dom. 1288.

Assecuramentum pro Rege Angliæ per Alfonsum Regem Arragoniæ, quod ad Vistam salve & secure veniat.

Ann. D 1288. An. 16. E. 1. L. B. f. 134. b. Penes Camerar.

NOverint Universi, præsentem paginam inspecturi, quod nos, Alfonsus, Dei gratiâ, Rex Aragon. Majoric. & Valent. ac Comes Barch. damus & concedimus vobis magnifico ac excellentissimo Principi, Domino Edwardo, Dei gratiâ, Regi Anglorum illustri, Domino Ybherniæ ac Duci Aquit. guidaticum & assecuramentum pro vobis, & omnibus Baronibus, Militibus, & alus Hominibus terræ vestræ;

Ita quod vos, cum Prælatis, Baronibus, Militibus, & aliis Hominibus, & omnibus rebus vestris, & omnibus aliis, quæ duxcetis vobiscum, possitis nobiscum vistam habere salve & secure, in veniendo ad vistam prædictam, stando ac redeundo de ipsa;

Promittentes nichilominus vestræ Celsitudini bona fide, quod, si aliquis vel aliqui vellent vos, seu vestros, vel res vestras, seu ea quæ vobiscum adducetis, in veniendo ad vistam prædictam, stando ac redeundo, offendere, vel gravare, nos, cum toto posse nostro, vobis inde erimus defensores, ac fideles & solliciti adjutores.

Dat. in Campo Francho. 12 Kalend. Novembr. anno Domini 1288.

In cujus rei testimonium præsentem cartam Sigillo nostro majore jussimus roborari.

---

*II.370. * *Guidaticum & Assecuramentum pro Rege Angliæ cum obsidibus quos Regi Arragon. intendit liberare apud Campum Francum.*

Ann. D. 1288. An. 16. E 1. L. B. f. 134. b. Penes Camerar.

NOverint Universi quod nos, Alfonsus, Dei gratia, Rex Aragon. Majoric. & Valent. ac Comes Barch. cum testimonio præsentis paginæ, Sigillo nostro majori pendenti munitæ, damus & concedimus vobis illustrissimo Principi, Domino Edwardo, &c. Regi Angliæ, Domini Hiberniæ ac Duci Aquitanniæ, guidaticum ac securum conductum;

Ita quod vos cum Filiis Nobilis Viri, Domini Karoli, Principis Salernitani, ac aliis, quos, pro obsidibus, nobis intenditis pro prædicto Principe liberare:

Et insuper Archiepiscopis, Episcopis, & Prælatis aliis, Comitibus, Baronibus, Militibus, Clericis, & præcipue Lodovico & Roberto Filiis prædicti Principis Salernitani, & aliis quibuscumque, cujuscumque conditionis, seu Nationis existant, qui vobiscum venerint, cum omnibus rebus vestris, pecunia, & palefridis quibuscumque vestris, & suis, possitis salve & secure intrare Regnum nostrum Aragon. per totam terram nostram, & ibi stare, & esse, & inde recedere, & ad partes vestras redire, quandocunque vobis placuerit, sine impedimento nostro, & cujuslibet alterius personæ:

Promittentes vobis bona fide quod vos & eos omnes, qui vobiscum venerint, ut prædicitur, cum omnibus rebus, pecunia, & faleris quibuscunque vestris, & suis, salvabimus & custodiemus, vobiscum nunc venientibus apud Campum Franchum super deliberatione Principis supradicti.

Idcirco, ex dicti Domini Regis Aragon. licentia & mandato, prædictum assecuramentum laudamus ac etiam approbamus, & unusquisque nostrûm * propriis juramentis promittimus observare, & pro viribus facere observari. *II.371.

In cujus rei testimonium sigilla nostra præsenti Instrumento duximus apponenda.

Datum in Campo Francho 6. Kalend. Novembris, anno Domini 1288.

Conventiones & Pacta habita apud Campum Francum inter Reges Angliæ & Aragoniæ & Principem Salernitanum super liberatione prædicti Principis.

Ann. D. 1288. An. 16. E. 1. L. A. f. 92. Penes Camerar.

IN Nomine Domini Amen.

In præsentia mei, Notarii & Testium subscriptorum, magnificus Princeps Dominus Alfonsus, Dei gratia, illustris Rex Aragoniæ, Majoricarum, & Valentiæ, ac Comes Barchinon. fecit legi & recitari plenè ac distinctè, de verbo ad verbum, coram illustri & egregio viro Domino Karolo, Principe Salernitano, tractatum, dudum habitum apud Oleronem, inter Serenissimum Principem Dominum Edwardum, Dei gratia, Regem Angliæ illustrem, & dictum Regem Aragon. super liberatione ipsius Principis Salernitani, & omnia & singula in Tractatu prædicto contenta:

Qui quidem Princeps, audito & plenè intellecto eodem Tractatu, de ipso ac de singulis contentis in eo certioratus & informatus, concessit, laudavit, approbavit & ratificavit expresse omnes Articulos, Conventiones, pacta & Capitula omnia & singula, in Tractatu apud Oleronem habito contenta & conventa, prout in ipso Tractatu plenius continetur, & illa juravit, ad Sancta Dei Evangelia, attendere & complere; detracto tamen articulo Treugæ annualis qui continetur in illo Tractatu: & exceptis, mutatis, detractis, additis, & declaratis quibusdam capitulis & conditionibus inferius annotatis.

Sane quia ea, quæ in Tractatu prædicto continentur, quæ ante liberationem ipsius Principis, & in ipsa liberatione debebant fieri, occurrentibus quibusdam impedimentis, nequaquam fieri poterunt, exceptâ traditione duorum filiorum dicti Domini Principis, ac traditione viginti trium milium Marcarum Argenti, in posse dicti Regis Aragon. faciendâ, demum inter Reges prædictos ordinatum extitit & conventum quod,

Pro traditione Raymundi Berengarii filii dicti Principis, qui erat in Provinciâ; Ac pro Syndicatibus, homagiis ac Sacramentis, dicto Regi Aragon. seu ejus procuratori præstandis: Et pro sexaginta Obsidibus de Provincia, in posse tradendis Regis Aragon. supradicti, prout in prædicto Tractatu plenius continetur; necnon & pro residuis septem millibus Marcarum Argenti, infra tres Menses, a die liberationis dicti Principis, in posse tradendis Regis Aragon. memorati,

Prædictus Rex Angliæ, pro securitate omnium prædictorum, traderet triginta & sex Nobiles & Barones, quorum nomina in alio scripto sub Sigillo dicti Regis Angliæ continentur & quadraginta Burgenses bonos & bene sufficientes; seu alias personas æquivalentes illis viginti de quadraginta; quibus positis seu traditis restituantur illæ

mino supradicto, eidem Principi, vel hæredibus suis) nequaquam restituantur quanquam infra prædictos decem Menses filium suum primogenitum traderet in posse Regis Aragon. prælibati; set remaneant apud ipsum Regem Aragoniæ obligata, tam pro treuga prædicta trium Annorum, quam pro securitate Romanæ Ecclesiæ, de qua in prædicto Tractatu agitur, obtinendis:

Et, in hoc casu, ubi scilicet dictus Princeps filium suum primogenitum in posse dicti Regis Aragon. traderet, dictus Rex Angliæ ab obligatione prædictorum quinquaginta millium Marcarum Argenti sit penitus absolutus; ita quod idem Rex Angliæ non nisi tantum in viginti millibus Marcarum Argenti eidem Regi Aragoniæ remaneat obligatus:

Pro quibus quidem viginti millibus Marcarum, in hoc casu, eidem Aragon. Regi solvendis, præstabit dictus Rex Angliæ, vel præstari faciet in Animam suam, ad Sancta Dei Evangelia, juramentum, & obligabit se, & hæredes suos, ac bona sua, cum testimonio publici Instrumenti, consiliarii etiam sui jurabunt facere fideliter posse suum quod idem Rex Angliæ servet & compleat supradicta,

Similem etiam obligationem, faciet idem Rex Angliæ pro septuaginta millibus Marcarum Argenti eidem Regi Aragoniæ persolvendis, si videlicet dictus Princeps non traderet infra decem Menses filium suum primogenitum, & in pœnam incideret, in Tractatu, apud Oleronem habito, annotatam; prædictis tamen viginti millibus Marcharum in præfatis septuaginta millibus comprehensis:

Pro quibus pœnis, si in suis casibus committentur, solvendis, habeat dictus Rex Angliæ unum Annum à tempore pœnæ commissæ, videlicet, pro solutione medietatis ipsius summæ viginti millium Marcarum sex Menses, & pro reliqua medietate alios sex Menses sequentes:

Et pro quinquaginta millibus Marcarum residuis habeat dictus Rex Angliæ duos Annos, à tempore pœnæ numerandos: videlicet, unum Annum pro solutione medietatis ipsius summæ quinquaginta milium, & alium annum sequentem pro solutione residuæ Medietatis summæ prædictorum quinquaginta milium Marcarum:

Et, è contra, dictus Rex Aragoniæ faciet similem obligationem eidem Regi Angliæ, de reddendis & restituendis Principi, vel hæredibus suis, prædicta triginta millia Marcarum Argenti, in casu quo ipsa reddere & restituere teneretur:

Videlicet, completis illis tribus conditionibus supradictis de filio primogenito, in posse præfati Aragon. Regis tradendo: De treuga trium annorum; & de securitate Romanæ Ecclesiæ impetratis; quam quidem securitatem Romanæ Ecclesiæ dictus Princeps infra annum à die suæ liberationis obtinere tenetur:

Et, hiis tribus conditionibus adimpletis, prædicta triginta milia Marcarum Argenti restituantur dicto Principi, vel suis hæredibus; & securitas, pro septuaginta milibus Marcarum Argenti, facta per eundem Regem Angliæ, eo ipso sit penitus absoluta.

Item, promittet & jurabit dictus Rex Aragoniæ, seu faciet in animam suam jurari, dicto Regi Angliæ, cum testimonio publici Instrumenti, deponere prædicta triginta milia Marcarum Argenti, & non tangere in eis per se, vel per alium, nec ipsa expendere in parte, nec in totum, nec permittere quod aliquis alius ea expendat, quousque dictus Princeps in pœnam inciderit, per quam pecunia hujusmodi commissa fuerit Regi Aragoniæ sæpefato.

* II.373. Item, fuit conventum inter præfatos * Reges & Principem, quod idem Princeps det statim treugam trium Annorum de se, & suis, & gente sua, & tota dicione in terra sua, bona fide, prædicto Regi Aragoniæ, & suis, & omnibus quæ tenet & possidet, a die liberationis ipsius purè & absolutè, sine omni conditione: mori infra decem menses, antequam tradatur in posse dicti Regis Aragoniæ, remanent Lodovicus primogenitus post ipsum pro illo, & Robertus & Reymundus Berengarii remaneant in statu in quo sunt modo Lodovicus & Robertus; pecunia autem remaneat non incursa ratione dicti Domini Caroli primogeniti non traditi; set remaneat obligata pro treuga & securitate Romanæ Ecclesiæ obtinendis.

Item, fuit ordinatum quod, Principe redeunte infra decem menses quandocumque, primogenito suo tradito vel non tradito, ad Carcerem dicti Regis Aragoniæ, vel hæredum suorum, obsides, pecunia, & omnia sint absoluta, & liberè restituantur; & hoc juret, vel jurari faciat, idem Rex Aragoniæ in animam suam, Consiliarii sui, & Barones per se, & Communitates Oscen. Ilerden. Barchinon. & Gerunden. Civitatum, ac Jaccæ, Servariæ, Montis Albi, & Villæ Franciæ per Syndicos jurent, & publicum inde faciant instrumentum.

Item, fuit conventum inter Reges & Principem memoratos, quod pro Syndicatu Massiliæ non sint obligati obsides dicti Regis Angliæ; set dictus Princeps juret fideliter facere posse suum, infra tres menses à die liberationis suæ, obtinere & habere Syndicatum prædictum; aut, si hoc non possit habere, tradet infra eosdem tres menses, viginti obsides de melioribus Massiliæ, vel redibit ad captionem Regis Aragoniæ supradicti.

Item, fuit conventum inter præfatos Reges & Principem, quod dicto Principe redeunte ad captionem dicti Regis Aragoniæ, vel hæredum suorum, quandocumque post decem menses infra tres annos prædictos, facta prædicta treuga, & tradito dicto Regi Aragoniæ vel suis hæredibus primogenito suo, infra decem menses à die liberationis suæ, quod omnia restituantur, & sint absoluta, tam obsides, quàm pecunia, præsensque instrumentum, & obligationes, ac instrumenta, seu scripta alia quæcunque, præsens negotium contingentia, pro fractis, nullis, cassis, & irritis penitus habeantur.

* Item, fuit conventum inter præfatos Reges & Principem, * II.374.
quod dictus Rex Aragoniæ juret, seu jurari faciat in animam suam, & etiam Consiliarii, ac Nobiles sui per se, ac Communitates Oscen. Ilerden. Barchinon. & Gerunden. Civitatum, ac Jaccæ, Cervariæ, Montis Albi, & Villæ Franciæ per Syndicos, jurent & publicum inde facient instrumentum, quod, Principe supradicto redeunte ad captionem dicti Regis Aragoniæ, restituantur ei obsides & pecunia; & similis obligatio fiet per prædictos de reddendo Reymundo Berengarii, Principe tradente Regi Aragoniæ primogenitum suum.

Item, fuit conventum inter eosdem Reges & Principem, quod illa residua septem milia Marcarum argenti solvantur eidem Regi Aragoniæ, vel quibus ipse mandaverit, apud Sanctam Cristinam, vel in loco qui vocatur Iusa, & hoc sit in optione dicti Regis Angliæ, secundum quod ipse duxit ordinandum; & hoc idem fiet de obsidibus Provinciæ tradendis, & de obsidibus restituendis dicto Regi Angliæ, & Principi prælibato; & si obsides Provinciæ venirent per mare, sive per terram aliunde, juret dictus Rex Aragoniæ, ipsis receptis, libere restituere obsides dicti Regis Angliæ altero prædictorum locorum, qui similiter erit in optione dicti Regis Angliæ, & ad ordinationem ipsius: Et hoc idem jurent consiliarii sui, scilicet, fideliter procurare quod hoc fiat, & similiter custodes obsidum, qui nunc statuentur, & qui mutabuntur quotienscumque; & Communitates Civitatum, & aliorum locorum, in quibus ipsi obsides custodientur per Syndicos; & etiam Castellani locorum, in quibus Castella fuerint, illud idem jurari teneantur.

Item,

juraverunt.

Et nichilominus idem Princeps tenetur juramenta & pacta, prout superius exprimuntur, infra triduum, postquam fuerit cum dicto Rege Angliæ, innovare.

Mandantes prædicti Reges & Princeps de omnibus & singulis supradictis per me, infrascriptum Notarium, tria publica consimilia fieri instrumenta, quibus prædicti Reges sigilla sua & idem Princeps sigillum anuli sui fecerunt apponi.

* II. 375. Actum apud Campum Francum in * Aragonia, anno à Nativitate Domini millesimo ducentesimo octuagesimo octavo, Indictione secunda, Pontificatûs Domini Nicholai Papæ quarti anno primo, quarto die exeunte mense Octobris, in Palatio, in quo hospitabatur illustris Rex Arragoniæ prælibatus.

Præsentibus venerabile Patre Domino,

R. Bathonien. & Wellen. Episcopo:
Et discretis viris, Hugone de Mataplan Massilien.
Pontio Celsonen. ac
Gaufrido Apten. Ecclesiarum Præpositis:
Magistris W. de Luda Dunelmen. &
Reym. Rypartzitie in Ecclesia Jierden. Archidiaconis:
Johan. de Lasci Cancel. Ecclesiæ Cycestr.
Johanne Sabat, &
Petro de Log. Milite dicti Regis Aragoniæ:
Domino Marcheo de Adria, &
Magistro Adam de Dussiaco Clerico dicti Domini Principis Salernitani,

Et nonnullis aliis Testibus ad hæc vocatis specialiter & rogatis.

Et ego Johannes Erturi de Cadamo Apostolicæ sedis auctoritate Notarius publicus, hiis omnibus interfui, & eadem, de mandato supradictorum Regum & Principis, in hac parte specialiter michi facto, propria manu scripsi, &, ad pleniorem evidentiam præmissorum rogatus, mei signi annotatione, in hanc publicam formam redegi.

Obligatio Regis Angliæ de viginti & quinquaginta milibus Marcarum solvendis, & obsidibus quamplurimis Regi Aragoniæ tradendis.

Ann. D. 1288. An. 16. E. 1. L. B. f. 119. b. penes Camerar.

IN nomine Domini Amen.

In præsentia mei Notarii & testium subscriptorum magnificus Princeps, Dominus Edwardus, Dei gratiâ, illustris Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, & Dux Aquitanniæ, obligavit se, & hæredes suos, & Regnum suum, & terras suas, & omnia bona sua, magnifico Principi, Domino Alfonso, eâdem gratiâ, illustri Regi Aragoniæ, Majoricarum & Valentiæ, ac Comiti Barchinon. & suis hæredibus, & bona fide, ac per solempnem stipulationem promisit quod ipse, Rex Angliæ, libere & in pace solvet eidem Regi Aragon. vel suis hæredibus, viginti millia Marcarum argenti in unam partem, & quinquaginta millia Marcarum argenti in partem aliam, eidem Regi Aragon. vel suis hæredibus, per ipsum Regem Angliæ obligatam, pro certis, scilicet, conventionibus & promissionibus [sic] cerem Regis Aragonum prælibati, infra prædictum tempus, sicut in prædictarum conventionum capitulis continetur, idem Rex Angliæ, infra mensem futurum, post dictos tres menses, præfato Regi Aragonum, vel hæredibus suis, solveret decem milia Marcarum argenti; &, ad majorem cautelam, præstari fecit in animam suam, pro hiis observandis, per prædictum Militem Dominum Petrum, ad sancta Dei Evangelia, juramentum.

Item, dictus Rex Angliæ tradidit & liberavit eidem Regi Aragonum, pro securitate certarum conventionum & promissionum, eidem Regi Aragon. per eundem Principem complendarum, prout in earumdem conventionum capitulis plenius continetur, obsides infra scriptos, quorum nomina hæc sunt,

Domini Gasto Vic. Bearn,
Bernardus de Bos,
Gulielmus Arnaldi de Moretin.
Reymundus Arnoldi de Domin.
Bernardus primogenitus Domini de Jazas,
Bernardus de Sancto Vico,
Arnaldus Gulielmi de Savinak, frater Domini de Savinak,
Bernardus de Visanos,
Amatus de Gayrossa,
Stephanus frater Vic. de Orte,
Raymundus Roberti Vic. Tarcasien.
Gasto frater Comes de Armeniaco,
Ameneus Delbret, &
Fortanerius Dominus de Lescu:
Dominus Arnaldus de Gauaston,
Petrus de Greyliaco,
Arnaldus de Geronde,
Raymundus de Borlon. Capitaneus de Trena,
Alexander de Penerea Dominus Bregeriaci,
Arnaldus de Mirande,
Otto de Doseto,
Bertrandus de Pondensakr.
Pontius de Castellione, &
Rogerius Mote,
Gulielmus de Segum. Dominus de Rions,
Dominus Johannes de S. Johanne,
Johannes de Vescy,
Otto de Grandisono,
Gulielmus le Latimer,
Hugo de Audele,
Otto de Tusci,
Johannes de Jenvill.
Ferrerius de Vernolio, &
Petrus de Plessiaco,
Gulielmus de Medulion,
Sabrianus de Folcunqrio,
Stephanus filius Gualteri,
Alanus de Southe,
Rogerus de la Southe,
Johannes de Rivers,
Gilb. de Pecche,
Rogerus de Mereworth,
Boso de Bardeylle,
Johannes de Ferreres,
Robertus de Creppinge,
Gulielmus de Hobregge,
Gaufridus de Welles,
Johannes Columbi,
Arnaldus Reymundi de Solarils,
Arnaldus Moneder,
Petrus Amanoni Segnur de Puteo,
Gulielmus de Vigia,
Gulielmus de Pinibus,
Reymundus de Mirallo,
Segreren. Gasch.
Sancius de Mirallo,
Ducatus de Pinibus,
Petrus de Lapidibus,
Menadus de Talaron.
Gulielmus Arnaldi de Savinak,
Johannes de Villa,
Amatus de Savanak,
Pascasius de Villa,
Arnaldus Reymundi Dardi,
Armatus de Morare,
Augerius filius Augerii, de Guareto,
Martinus de Sancto Johanne,
Reymundus Arnaldi de Mayson nova,
Arnaldus Gulielmi de Balenbise,
Bernardus de Auces,
Symon de le Crote,
** Segum. de Mauburguet,* * II. 377.
Johannes de Lubard,
Raymundus Arn. de Puteo, &
Reymundus filius Guirardi de Rimbers.

Hoc

min,
Arnaldus filius Domini de Jazas,
Bern. de Begz pui,
Lebatus de Tilio, &
Gaylardus de Barcai:
Item, *pro Gastone de Armeniaco*,
Petro de Greiliaco,
Amato de Savinak, &
Petro Amavini, suprascriptis,
Petrus de Tarrascon, &
Gautelmus de Arelate:
Et est etiam sciendum quod pro,
Domino Johanne de Sulleye, &
Aymaro de Archiak suprascriptis,
Subrogati sunt *Hugo de Audele*, &
Willielmus de Scoppom.

Ad majorem autem hujus rei cautelam prælibatus Rex Angliæ mandavit per me, infrascriptum Notarium, de prædictis præsens pupplicum fieri instrumentum, cui sigillum suum fecit apponi.

Actum apud Campum Francum in Aragon. anno à Nativitate Domini millesimo ducentesimo octuagesimo octavo, Indictione secunda, Pontificatûs Domini Nicholai Papæ Quarti anno primo, quarta die exeunte mense Octobri, in Palatio in quo hospitabatur illustris Rex Aragon. prælibatus,

Præsentibus venerabili Patre,

Domino R. Bathonien. & Wellen. Episcopo,
Et discretis viris Hug. de Mataplan. Massilien.
Pontio Celsonen. ac
Gaufr. Apten. Ecclesiarum Præpositis,
Magistris Willielmo de Luda Dunelmen. &
Rm. Ripaccie. in Ecclesia Ilerden. Archid.
Johanne de Laschi Cancellario Ecclesiæ Cycestr.
Johanne Sabat Consiliario, &
Petro de Logn. Milite dicti Regis Aragon.
Domino Matthæo de Adrian. Milite, &
•II.378. * *Magistro Adam de Dussiaco.*
Et nonnullis aliis Testibus ad hæc vocatis specialiter & rogatis.

Et ego Johannes Erturi de Cadamo, Apostolicæ sedis auctoritate Notarius pupplicus, his omnibus interfui, propria manu scripsi, & ad majorem evidentiam præmissorum rogatus mei signi annotatione in hanc pupplicam formam redegi.

Ego vero prædictus Notarius in decima quarta linea in istis vocabulis *vel si hoc optimere non posset traderes infra eosdem tres menses*, & in vicesima nona linea in istis vocabulis *aliis tamen conventionibus & promissionibus*, & in tricesima linea in istis vocabulis *oporteret dictum Regem*, & in tricesima una linea in istis vocabulis, *Hugo de Audele & Willielmus de Scoppam*, ante consignationem & signi mei appositionem feci rasuras, & in rasuris eisdem propria manu vocabula dicta scripsi.

Recognitio Alfonsi Regis Aragoniæ quod recepit obsides a Rege Angliæ pro securitate Conventionum super Liberatione Principis Salernitani.

Ann. D. 1288.

An. 16. E. 1. L. B. f. 146. a. Penes Camerar.

IN nomine Domini, Amen.

In præsentia mei, Notarii, & testium subscriptorum, magnificus Princeps, Dominus Alfonsus, Dei gratiâ, illustris Rex Aragonum, Majoricarum & Valent. ac Comes Barchinon. confessus est & recognovit se præsentialiter recepisse ab egregio Principe,

Reymundus Roberti Vic. Tartasien.
Gasto frater Comitis de Armaniac.
Armenens de Lebret, &
Fortanerius Dominus de Lescu,
Dominus Arnald. de Gavaston.
Petrus de Greiliaco,
Arnald. de Geronde,
Reymund. de Boclon. Capit. de Treria.
Alexander de la Peverea,
Dominus Bregeriaci,
Arnald. de Mirmande,
Otto de Doseto,
Bertrandus de Podensak,
Pontius de Castellon. &
Egerius Mote,
Guillielmus Seguinus,
Dominus de Rions,
Domini Johannes de Sancto Johanne,
Johannes de Vescy,
Otto de Grandissono,
Willielmus le Latimer,
Hugo de Audelee,
Otto de Tuscy,
Johannes de Genvill.
Forrerius de Vernolio, &
* *Petrus de Plessiato*,
Guillielmus de Medulion. &
Sabrianus de Folcanquerio,
Arnaldus Moneder,
Petrus Amnini,
Seguinus de Puteo,
Guillielmus de Vigia,
Guillielmus de Pinibus,
Randulphus de Mirallo,
Segreronus Gasch.
Sancius de Mirallo,
Unatus de Pinibus,
Petrus de Ladils,
Menadus de Taleron.
Guillielmus Arnaldi de Savinak,
Johannes de Vaila,
Amatus de Savinak,
Paschasius de Villa,
Arnaldus Reymundi Dardy,
Amatus de Morare,
Augerius filius Augerii de Guaretto.
Martinus de Sancto Johanne,
Reymundus Arnaldi de Maysonnova,
Arnaldus Guillielmi de Baledbysse,
Bernardus de Auces,
Simon de Lecrote,
Seguinus de Mauburguet,
Johannes de Lubard,
Reymundus Arnaldi de Puteo; &
Reymundus fil. Guirardi de Rimbers. •II.379.

Hoc tamen detracto & extracto —— quod, licet dictus Princeps non adimpleret super Syndicatu, & Obsidibus Massiliæ, vel suo reditu ad Carcerem Regis Aragon. supradicti, quæ adimplere promisit, non tamen propter hoc retineantur Obsides Regis Angliæ supradicti, aliis tamen Conventionibus & promissionibus, propter quas dicti Obsides sunt positi, adimpletis; set, adimpletis ipsis aliis conditionibus, libere & absolute dicti Obsides liberentur & restituantur Regi Angliæ supradicto, sicut in prædictarum Conventionum Capitulis continetur.

Et est sciendum quod, pro
Galielmo Arnaldi de Moretm.
Reymundo Arnaldi de Domyn,
Amato de Gariossa,
Bernardo Primogenito Domino de Jazas,
Bernardo de Bisanos,
Stephano fratre Vicecom. de Orte, &
Bernardo de Sancto Vico suprascriptis, Subrogati sunt,
Arnald. de Daudoyut,
Arnald. Daster Fil. Vicecomitis Daster,
Arnald. Randolpho de Muneyn,
Arnald. fil. Domini de Jazas,
Bernardus de Begz Puy,
Lebatus de Tylio fil. Domini de Tylio, &
Gaylardus de Barcau,
Item. *Pro Gastone de Armeniaco*,
Petro de Creylliaco,
Amato de Savinak, &
Petro Amanini, suprascriptis,
Subrogati sunt,
Walterus de Bello Campo,
Jakeminus de la Planche,
Egerus Roberti, &
Johannes de Geyton.
Item. *Pro*
Otton. de Tuscy,
Forrerio de Bernolio,
Johanne de Genuil. &
Petro de Plessiato, suprascriptis,
Subrogati sunt,

Jo-

... Domini, Amen.

1288. An. 16. E. 1. L. B. f. 117. b. Penes Camerar.

In præsentia mei, Notarii & testium subscriptorum, ordinatum fuit & conventum inter magnificos Principes, Dominos Edwardum, Dei gratiâ, Angliæ, Alfonsum Aragonum, Majoricarum & Valent. Reges illustres, ac egregium virum Dominum Karolum, Principem Salernitan. quod, licet in tractatu interposit. super liberatione ipsius Principis habito, nec non & in quibusdam aliis pupplicis instrumentis, scriptis manu mei infra scripti Notarii, contineatur expresse quod dictus Princeps habeat decem menses, à die suæ liberationis, infra quos teneatur ipse Princeps tradere, in posse dicti Regis Aragonum, vel Hæredum suorum, Dominum Karolum Primogenitum suum, & optinere treugam à sacrosancta Ecclesia Romana, & à magnifico Principe Domino Philippo, Dei gratiâ, Reg. Franciæ illustri, & Domino Karolo Fratre suo & valitoribus suis, sub commissionibus certarum pœnarum, prout in eisdem tractatu & instrumentis plenius continetur.

Non tamen præfati Rex Angliæ & Princeps incidant in pœnas ipsas, vel aliquam earumdem, si infra prædictos decem menses idem Princeps non compleat supradicta; set habeat prælibatus Princeps, ultra decem menses prædictos, & alios duos menses; ita quod habeat annum integrum, à die suæ liberationis numerandum, infra quem, sub commissionibus prætactarum pœnarum, teneatur præfatas conventiones attendere & complere; non obstante quod in tractatu, apud Oleronem habito, super liberatione dicti Principis, inter Reges eosdem contineatur, quod idem Princeps, infra decem menses, à die suæ liberationis, dictum suum primogenitum in posse dicti Regis Aragonum, vel Hæredum suorum tradere teneatur.

Nec, post prædictorum duorum mensium additionem, retardabit dictus Princeps procurare treugam prædictam; set juravit, ad sancta Dei Ewangelia, fideliter facere posse suum dictam treugam, quam citius poterit, optinere.

Non tamen incidant præfati Rex Angliæ & Princeps in pœnam aliquam, tam in prædictis tractatu & instrumentis, quàm in tractatu apud Oleronem habita, comprehensam, si treugam prædictam, infra prædictos decem menses, dictus Princeps nequiverit optinere, dummodo ipsam treugam optineat infra annum prædictum.

Præsens autem ordinatio & conventio facta fuit eodem die, postquam aliæ ordinationes & conventiones habitæ & firmatæ fuerint, quæ in præfatis tractatibus & instrumentis plenius exprimuntur.

Ad majorem verò cautelam omnium præmissorum, prædicti Reges & Princeps mandaverunt, de prædictis, per me infra scriptum Notarium, præsens pupplicum fieri instrumentum; cui dicti Reges Sigilla sua, & idem Princeps Sigillum annuli sui fecerunt apponi.

Actum apud Campum Francum in Aragon. anno à Nativitate
*II.381. Domini 1288. Indictione secunda, Pontificatûs * Domini Nicholai Papæ 4. anno primo, quarta die exeunte mense Octobri, in Palatio, in quo hospitabatur illustris Rex Aragon. prælibatus,

Præsentibus Venerabili Patre Domino,

R. Bathonien & Wellen Episcopo,
Et discretis Viris, *Hug. de Mataplan. Massalien.*

... ventionum ipsarum, super liberatione dicti Principis habitis & tractatis, plenius continetur:

Renuncians idem Rex Aragonum, ex certa scientia, exceptioni non numeratæ, non habitæ, non receptæ, & non positæ pecuniæ, doli, & in factum, & omnibus aliis exceptionibus, omnique Juris auxilio, tam Canonici, quàm Civili, per quæ posset se contra prædicta defendere vel juvare.

Et promittens ac obligans, per solempnem stipulationem, eidem Principi præsenti, & recipienti pro se & Hæredibus suis, se, & Hæredes, seu successores suos, & omnia Regna sua, ac omnia bona sua, restituere eidem Principi, vel suis Hæredibus prædicta viginti tria milia Marcarum Argenti, in Casibus in quibus ea restituere tenebitur, sicut in quodam alio instrumento, scripto manu mei infrascripti Notarii, plenius continetur.

Recepit autem præfatus Rex Aragonum prædicta viginti tria millium Marcarum Argenti partim, scilicet, in Sterlingis bonis, ad rationem tresdecim Solidorum & quatuor Denar. pro Marca; & partim in Turonen. bonis, Argenti, ad rationem quinquaginta quatuor Turonen. Grossorum pro Marca; ac partim in Florenis Aureis bonis, scilicet, sex Florenos pro Marca, minus duobus Solidis Turonen. minutorum.

Ad majorem autem hujusmodi rei Cautelam, prælibatus Rex Aragon. mandavit per me, infrascriptum Notarium, de prædictis præsens publicum fieri Instrumentum, cui sigillum suum fecit apponi.

* Datum apud Campum Francum in Aragon. anno à Nativitate Domini 1288. Indictione secunda, Pontificatûs Domini Nicholai Papæ quarti anno primo, quarto die exeunte Mense Octobri, in Palatio in quo hospitabatur illustris Rex Aragon. prælibatus. *II.382.

Præsentibus,

Venerabili Patre Domino R. Bathon & Wellen. Episcopo,
Et Discretis Viris
Hugon. de Mataplan. Massilien.
Pontio Celsonen. ac
Gaufrido Apten. Ecclesiarum Præpositis,
Magistris Willelmo de Lada Dunelmen. &
Reymundo Ripaturrie in Ecclesia Ilerden. Archid.
Johanne de Lascy, Cancellar, Ecclesiæ Cycestren.

Et nonnullis aliis testibus ad hoc vocatis specialiter & rogatis.

Et Ego Johannes Erturi de Cadamo Apostolicæ Sedis auctoritate Notarius Publicus, hiis omnibus interfui, propria manu scripsi, &, ad majorem evidentiam præmissorum rogatus, mei signi annotatione in hanc puplicam formam redegi.

Ol-

Item, Prædictus Rex Aragoniæ obligavit se simili modo, ut supra exprimitur & bona fide, ac per solempnem stipulationem promisit eidem Regi Angliæ, quod, dicto Principe redeunte, quantumque infra prædictos decem Menses, ad Carcerem dicti Regis Aragoniæ, prædicto primogenito suo tradito, vel non tradito, omnia restituantur, tam pecunia, quàm obsides: & omnes securitates & obligationes, super eisdem confectæ, nullæ sint & irritæ ipso facto; & quod, dicto principe tradente dictum suum primogenitum, infra prædictos decem Menses, restituatur ipsi Principi Reymundus Berengarii filius suus.

Item, præfatus Rex Aragoniæ se simili modo, quo supra, obligavit eidem Regi Angliæ, & suis hæredibus, quod ipse, receptis obsidibus de Provincia, sive per terram veniant, sive per Mare,
* II. 383. restituet statim libere, & absque omni * dilatione, contradictione & exceptione, omnes & singulos obsides, positos per Regem Angliæ supradictum, sicut de prædictis omnibus, in Capitulis Conventionum, factarum super liberatione ipsius Principis, plenius continetur; non obstante quòd dictus Princeps non adimpleret Capitulum, super facto Obsidum, & Syndicatûs Massiliæ, in prædictis Conventionibus comprehensum; sicut hoc etiam excipitur in quodam alio publico instrumento, ipsorum Regum sigillorum munimine roborato; pro prædictis autem omnibus & singulis fideliter & inviolabiliter adimplendis, dictus Rex Aragoniæ in animam suam, per nobilem Gilbertum de Crudilis, præstari fecit, ad Sancta Dei Evangelia, juramentum;

Et, ad majorem cautelam, infra scripti Nobiles & Milites dicti Regis Aragoniæ præsentes, quilibet in propria persona, & infrascripti Syndici Communitatis Jaccæ, in animas suas, & in animas hominum Communitatis ipsius, ad hoc faciendum speciale mandatum habentes, tactis sacrosanctis Evangeliis, similiter juraverunt, quod, videlicet, erga ipsum Regem Aragoniæ fideliter faciet posse suum, quod ipse Rex Aragoniæ omnia & singula fideliter compleat, quæ superius exprimuntur.

Promisit etiam dictus Rex Aragoniæ, sub prædicti vinculo juramenti, & se eidem Regi Angliæ similiter, ut supra legitur, obligavit, quod faciet & procurabit quod, infra tres menses, à data præsentis scripti numerandos, infrascripti Barones & Milites sui absentes, videlicet,

Domini Pontius Comes Empuriarum,
Ermengandus Comes Urgellen.
Reymundus Fulconis Vicecomes Cardone,
Guilelmus de Angularia,
Gerardus de Capraria,
Geraldus de Cervilione,
Eximinus de Urea,
Artaldus de Luna,
Lupus Fertench de Luna,
Atho de Focibus, &
Sanctius ae Ancilione,

Quilibet eorum, in animas suas, propria persona, & Communitates Oscen. Ilerden. Barchinon. & Gerunden. Civitatum, ac Cervariæ, Montis albi, & Villæ Franceæ, per Syndicos, in animas hominum dictarum Communitatum, & etiam ipsorum Syndicorum, præstabunt, ad Sancta Dei Evangelia, juramentum, quod similiter, erga dictum Regem Aragoniæ, fideliter facient posse suum & operam dabunt, quod ipse Rex Aragoniæ omnia supradicta fideliter adimplebit;

Et quod hoc, infra idem tempus trium mensium, dari faciet dicto Regi Angliæ publicum instrumentum circa liberationem obsidum, per prædictum Regem Angliæ traditorum, & per dictum Principem tradendorum, in casibus in quibus liberari debebunt, prout continetur in conventionibus supradictis.

Promisit & tenetur idem Rex Aragoniæ quod custodes, qui exnunc statuuntur, & quos mutari, seu subrogari, quotienscunque

Lupi de Gurea,

Nomina autem Syndicorum Communitatis Jaccæ sunt hæc,

Johannes Archol, &
Petrus Aldegarii de Jacca.

Ad majorem vero cautelam omnium prædictorum, præfatus Rex Aragoniæ promisit michi, Notario infrascripto, præmissa omnia & singula, comprehensa superius, attendere & complere: mandans nichilominus de ipsis per me præsens publicum fieri instrumentum, cui sigillum suum fecit apponi.

Et sciendum quod pro, *Petro Vera Majore Domûs, &*
Petro Eximini de Maneua suprascriptis,
Subrogati sunt *Petrus le Grant, &*
Eximinus Lupi de Gurea,
Et, pro *Berengario de Cardona* suprascripto,
Subrogatus est *Ogerius de Nuce.*

Actum apud Campum Francum in Aragonia, anno à Nativitate Domini milesimo ducentesimo octogesimo octavo, Indictione secundâ, Pontificatûs Domini Nicholai Papæ Quarti anno primo, quarto die exeunte mense Octobri, in Palatio, in quo hospitabatur illustris Rex Aragoniæ prælibatus.

Præsentibus venerabili Patre,

Domino, R. Bathon. & Wellen. Episcopo,
Et discretis viris, *Hugone de Mataplan. Massilien.*
Pontio Celsonem. ac
Gaufrid. Apten. Ecclesiarum Præpositis:
Magistris Willielmo de Luda Dunelmen, &
Reymundo Ripatrice in Ecclesia Ilerden. Archidiaconis,
Johanne de Lascy Cancellario Ecclesiæ Cycestr. ac
Nobilibus Viris Johanne Sabat Consiliario, &
Petro de Logran. Milite dicti Regis Aragoniæ,
Domino Mathæo de Adria,
Magistro Adam de Duffiato, Clerico Domini Principis Salern.

Et nonnullis aliis Testibus ad hoc vocatis specialiter & rogatis.

Et Ego Johannes Erturi de Cadamo, Apostolicæ sedis auctoritate Notarius publicus, his omnibus interfui, propria manu scripsi, &, ad majorem evidentiam præmissorum rogatus, mei signi annotatione in hanc publicam formam redegi.

Ego vero prædictus Notarius in duodecima linea, in principio, in parte istius vocabuli *obligavit*, & in tricesima quinta linea in principio, in hiis vocabulis *Arthol & Petrus de Aldegarii de Jacca*, ante consignationem & signi mei appositionem, feci rasuras, & in rasuris eisdem vocabula dicta propria manu scripsi.

---

* *Procuratorium Alfonsi Regis Aragoniæ ad recipiendum Juramenta Obsidum, qui per Regem Angliæ in posse suo ponuntur.* * II. 385.

Ann. D. 1288. An. 16. E. 1.

L. B. f. 100. penes Camerar.

NOverint Universi quod nos, Alfonsus, Dei gratia, Rex Aragoniæ, Majoricarum & Valentiæ, ac Comes Barchinon.

Constituimus & ordinamus vos, dilectum Judicem Curiæ nostræ Egidium Aluari, Procuratorem nostrum certum & specialem, ad

Quod ipse Rex Aragonum, vel sui hæredes attendent fideliter, & complebunt Regi Angliæ & Principi supradictis omnes Conventiones, in tractatibus, tam apud Oleron. quàm in alio tractatu, & instrumentis pupplicis, scriptis manu Magistri Johannis de Cadamo, pupplici Apostolica auctoritate Notarii, super liberatione dicti Principis habitis, comprehensas; &, pro supradictis omnibus adimplendis, dictus Rex Aragonum, per nobilem Gilbertum de Crudill. in animam suam præstari fecit, ad sancta Dei Evangelia juramentum.

In quorum omnium testimonium supradicti Reges & Principes mandaverunt per me, suprascriptum Notarium, præsens de præmissis pupplicum fieri instrumentum; cui prædicti Reges sigilla sua, & idem Princeps sigillum anuli sui fecerunt apponi.

Actum apud Campum Francum in Aragon. anno, mense, die & indictione prædictis;

Præsentibus hiis Testibus,

Venerabile Patre, Domino Roberto Episcopo Bathon.
*II.386. * *Domino Henrico Com. Lincoln.*
Domino Johanne de Vesci,
Domino Ottone de Grandisono, &
Magistro Stephano de Sancto Georgio,

Et ego Nicholaus de Valleforan, pupplicus Apostolica auctoritate Notarius, prædicta omnia, quibus interfui, rogatus scripsi, meoque solito signo signavi.

Procuratorium Alfonsi Regis Arragoniæ, ad recipiendum Promissiones & Juramenta Civitatum Burdegal. Baion, &c. super liberatione Caroli Principis Salernitani.

Ann. D. 1288. An. 16. E. 1. L. B. f. 179. b. penes Camerar.

Noverint Universi quod nos, Alphonsus, Dei gratiâ, Rex Aragon. Major. & Valentiæ, ac Comes Barchinon. facimus, constituimus & ordinamus veros & legitimos Procuratores nostros vos, Guillielmum Colart Magistrum rationalem Curiæ nostræ, & Guillielmum Sale, & utrumque in solidum, ita quod non efficiatur melior conditio occupantis.

Ad petendum & recipiendum, nomine nostro, & hæredum nostrorum, ab Universitatibus, seu Communitatibus Hominum infrascriptarum Civitatum & Villarum, videlicet, Burd. Baion. Aquen. Vasaten. Lectoren. Condomii, Marmandæ, & Regulæ, promissiones & juramenta, quæ Universitates seu Communitates Civitatum & Villarum prædictarum facere & præstare tenentur, per eorum Syndicos speciales, nobis & hæredibus nostris,

Quod, videlicet, Universitates seu Communitates hominum prædictarum Civitatum & Villarum fideliter faciant posse suum, quod magnificus Princeps, Dominus Edwardus, Dei gratiâ, illustris Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, & Dux Aquitanniæ, vel sui hæredes, libere & in pace solvent, vel solvi facient, nobis, vel hæredibus nostris, viginti milia Marcharum argenti in unam partem, & quinquaginta milia Marcarum argenti in partem aliam, ac decem milia Marcharum argenti in partem tertiam,

Pro complemento, scilicet, & securitate certarum conditionum prædicto Regi Aragon. & hæredibus nostris per egregium virum,

Confessus est & recognovit sibi positos esse, & se præsentialiter recepisse, pro obsidibus, nobiles viros, Dominos Lodowycum & Robertum natos egregii viri Domini Karoli Principis Salernitani, & Dominæ Principissæ uxoris ejusdem, *II.387.

Qui poni & tradi debebant, in obsides, in posse dicti Regis Aragon. per Principem prælibatum, pro certis scilicet Conventionibus, per ipsum Principem dicto Regi Aragon. vel suis hæredibus adimplendis;

Prout in tractatu, apud Oleron. inter eundem Regem Aragon. & magnificum Principem, Dominum Edwardum, Dei gratiâ, Regem Anglorum illustrem, Dominum Hiberniæ & Ducem Aquitaniæ; quàm in alio tractatu & instrumentis, super liberatione dicti Principis habitis, scriptis manu Magistri J. de Cadamo, pupplici auctoritate Apostolica Notarii, plenius continetur:

Promittens idem Rex Aragonum, bona fide, liberare dictos Ludovicum & Robertum, in casibus in quibus liberari debebunt, prout in dictis tractatibus & instrumentis similiter continetur.

In quorum omnium testimonium præfatus Rex Aragonum mandavit per me, subscriptum Notarium, præsens de præmissis pupplicum fieri instrumentum, cui prædictus Dominus Rex Aragonum sigillum suum fecit apponi.

Datum apud Campum Francum in Aragonia, anno, mense, die & indictione prædictis.

Præsentibus hiis Testibus, videlicet,

Domino Hugone Præposito Massilien. *Domino Johanne de Jamvilla,*
Domino Odone de Grandisono, *Domino Mathæo de Adria, &*
Magistro Adam de Dussiaco.

Et ego Nicholaus de Valleforan, pupplicus auctoritate Apostolica Notarius, prædicta omnia, quibus interfui rogatus, scripsi, meoque solito signo signavi.

De licentia pro obsidibus eundi quo voluerint per tres menses.

Noverint universi, præsentes literas inspecturi, quod nos, Alfonsus, Dei gratiâ, Rex Aragoniæ, Majoricarum & Valentiæ, ac Comes Barchinon. damus & concedimus licentiam nobilibus viris, Dominis Johanni de Vescy, & Arnaldo Domino Gerundæ, qui politi sunt in posse nostro, pro obsidibus per illustrem Regem Angliæ, eundi quo voluerint extra posse nostrum, & extra Regna nostra per tres menses, computandos à die instantis Festi omnium Sanctorum;

Ann. D. 1288. An. 16. E. 1. Adhuc fol. 100. L. B. Penes Camerar.

Ita tamen quod prædicti Johannes & Arnaldus extunc revertantur in posse nostro, si non fuerint nobis completæ Conventiones pro quibus politi fuerint in posse nostro, sicut prædictum est.

In cujus rei testimonium has literas nostras fieri fecimus patentes, nostro sigillo munitas.

Datum apud Campum Franchum vicesima nona die Octobris, anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo octavo.

pis præmissis.

Et, si forte aliquis, vel aliqui obsidum prædictorum, infra prædictos tres menses, sic recederent, vel recederet, sine licentia dicti Regis Aragoniæ, vel hæredum suorum, remanentes sint, tam pro seipsis, quàm pro hujusmodi recedenti, vel recedentibus, obligati.

Et quod, post lapsum prædictorum trium mensium, si dictæ Conventiones non fuerint adimpletæ, vel satisfactum pro eis; & similiter, postquam aliquis, vel aliqui prædictorum Obsidum, infra prædictos tres menses, ut prædicitur, recederent vel recederet, dictus Rex Aragoniæ possit eosdem remanentes obsides artius, prout sibi placuerit, facere custodiri.

Præfatus autem Rex Angliæ jurari fecit, in animam suam, per Dominum Petrum de Chevant Militem suum, quod, si aliqui, vel aliquis, obsidum prædictorum, infra prædictos tres menses, non completis præfatis Conventionibus, sine licentia dicti Regis Aragoniæ, vel hæredum suorum recedent vel recederet, eosdem sic recedentes, seu recedentem vel remittet in posse dicti Regis Aragoniæ, vel dabit alios sufficientes, vel alium sufficientem, loco ipsorum recedentium, vel recedentis ipsius.

In cujus rei testimonium præfati Reges Angliæ & Aragoniæ præsentibus sigilla sua fecerunt apponi.

Datum apud Canfrank die Veneris, vicesima nona die Octobris, anno Domini millesimo ducentesimo octuagesimo octavo.

---

*Obligatio Caroli Principis Salernitani, de decem milibus *Marcarum ab Edvardo Rege Angliæ mutuo acceptis.*

Ann. D. 1288. *An. 16. E. 1. L. B. f. 105. Penes Camerar.*

NOverint universi, præsentes literas inspecturi, quod nos, Karolus Princeps Salernitanus, fatemur nos mutuo recepisse & habuisse à magnifico Principe Domino Edwardo, Dei gratiâ, illustri Rege Angliæ, Domino Hiberniæ, & Duce Acquitaniæ, consanguineo nostro karissimo, decem millia Marcarum argenti, & illas in nostras urgentissimas necessitates fuisse conversa.

Quæ quidem decem millia Marcarum argenti, bona fide, promittimus restituere dicto Domino Regi, vel suis hæredibus, aut eorum mandato, in nundinis Sancti Ayoli Pruvinen. proximo futuris, sine ulteriori dilatione, cum dampnis, expensis & interesse, quæ ipsum Dominum Regem, vel suos hæredes, propter hoc facere contigerit vel subire.

Pro quibus omnibus & singulis fideliter adimplendis, obligamus eidem Domino Regi & ejus hæredibus nos, & hæredes nostros, & omnes terras nostras, ac omnia bona nostra, mobilia & immobilia, præsentia & futura, speciali titulo ypothecæ;

Renunciantes expresse exceptionibus non receptæ, non habitæ, & non numeratæ pecuniæ, doli, & in factum, ac omnibus aliis exceptionibus, omnique juris auxilio, tam Canonici, quàm Civilis, per quæ possemus nos contra prædicta defendere vel juvare.

In quorum omnium testimonium, quia sigillum proprium nondum fieri fecimus, impressionem trium facierum, consueti anuli nostri, præsentibus duximus apponendam, & manu nostra propria scripsimus sequens verbum (*CREDATIS.*)

Datum apud Oleron. tertio die Novembris, anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo octavo.

publicæ auctoritate Apostolica Notarii, super liberatione dicti Principis habitis & confectis, pleniùs continetur.

Volensque idem Princeps præfatum Regem Angliæ, ac ejus hæredes, super indempnitate prædictarum obligationis & pœnæ, securum facere, & ipsos de prædictis indempnes reddere & servare,

In suâ libertate existens, non vi nec metu coactus, sed suâ bonâ, liberâ & spontaneâ voluntate, sicut prædicitur,

Promisit, bonâ fide, & per solempnem stipulationem, Regi Angliæ supradicto recipienti & stipulanti pro se & hæredibus suis,

Quod, si prædicta pœna prædictarum decem milium Marcarum argenti, in prædictis suis casibus, vel prædictorum aliquo, convincatur, idem Princeps pœnam prædictam in parte, & sine contradictione qualibet, solvet, vel solvi faciet, in Castro Burdegalen. Regi Angliæ supradicto, vel ejus hæredibus, aut eorum mandato, per ipsum Regem Angliæ, vel ejus hæredes, dicto Regi Aragoniæ, vel ejus hæredibus persolvendam;

Ita, videlicet, quod idem Princeps in tantum solutionis terminum, in prædicto tractatu, & instrumentis contentum, præveniet, quod idem terminus præfato Regi Aragonum, vel suis hæredibus, per ipsum Regem Angliæ valeat observari;

Sicque ipsum Regem, & ejus hæredes ab obligatione & pœnâ prædictis liberabit, & servabit indempnes, cum dampnis, expensis & interesse, quæ ipsum Regem Angliæ, vel ejus hæredes, propter hoc, facere contigerit, seu subire.

Pro quibus omnibus & singulis fideliter adimplendis & observandis, prædictus Princeps obligavit eidem Regi Angliæ, stipulanti & recipienti pro se & hæredibus suis, se & hæredes suos, & omnes terras suas, & omnia bona sua, mobilia & immobilia, præsentia & futura,

Submittens se & hæredes suos ex certâ scientiâ, pro omnibus, & singulis supradictis complendis & observandis, foro, jurisdictioni & cohercioni Domini Papæ, qui pro tempore fuerit;

Ita quod ipse Dominus Papa, ad solam requisitionem seu supplicationem dicti Regis Angliæ, vel hæredum ipsius, nulla monitione præmissâ, & absque aliquo judiciali strepitu, possit eundem Principem, vel hæredes ipsius compellere ad complementum & observationem omnium, & singulorum præmissorum, prout superius exprimuntur.

* Promisit etiam dictus Princeps Regi Angliæ supradicto, stipulanti & recipienti, pro se & Hæredibus suis, se facturum & * II.390.
curaturum quod Sacrosancta Romana Ecclesia ratam & firmam habebit, in omnibus & singulis suis clausulis & verbis, obligationem præsentem,

Et quod eadem Romana Ecclesia obligationem præfatam, ad cautelam dicti Regis Angliæ & Hæredum ipsius, confirmabit per litteras Apostolicas, eidem Regi Angliæ, vel suis Hæredibus, aut eorum mandato, ipsorum nomine, assignandas.

Promisit insuper idem Princeps Regi Angliæ prælibato, stipulanti & recipienti, pro se & Hæredibus suis, quod contra præmissa, vel aliquod præmissorum, nullam juris seu facti proponet vel recipiet exceptionem;

Immo, sine omni excusatione, mandato, monitione, inhibitione, aut precibus cujuscumque personæ, quantæcumque dignitatis aut statûs existat, in contrarium non admissis, omnia prædicta & quodlibet prædictorum servabit firmiter & complebit, & in nullo contraveniet ratione aliquâ, sive jure.

Renuntians nichilominus idem Princeps omni foro & jurisdictioni, omni consuetudini & statuto, omni privilegio cruce signatis indulto & indulgendo, litteris Apostolicis impetratis & impetrandis.

Et

Magistro Adam de Dussaco Clerico & Tesaurario Domini Principis.

Et sciendum quod, in præsentia mei Notarii, & testium prædictorum, prædictus Dominus Rex Angliæ remisit, & quittavit dicto Principi juramentum prædictum, omnibus aliis in suo robore duraturis.

Et ego Nicholaus de Valle Sorana, pupplicus Apostolica auctoritate Notarius, prædicta, quibus interfui, rogatus scripsi, meoque solito signo signavi.

---

*II.391. * *Recognitio Caroli Principis Salernit. de Obsidibus per Regem Angliæ nomine suo Regi Aragoniæ traditis.*

Ann. D. 1288. An. 16. E. 1. L. B. f. 116. b. Penes Camerar.

IN Nomine Domini Amen.

In præsentia mei, Notarii & testium subscriptorum, egregius & illustris vir Dominus Karolus Princeps Salernitanus,

Recognoscens se fore, per mediationem, procurationem & operam Serenissimi Principis, Domini Edwardi, Dei gratiâ, Regis Angliæ illustris, à carcere magnifici Principis, Domini Alfonsi, eâdem gratiâ Regis Aragonum illustris, sub certis pactis, ostiagiamento & conditionibus liberatum, & in statu libertatis existere,

Non vi, nec metu coactus; sed suâ bonâ, liberâ & spontaneâ voluntate,

Confessus est, & etiam recognovit, quod idem Rex Angliæ, pro complemento & securitate quarumdam conventionum & promissionum, quæ inferius declarantur, eidem Regi Aragon. vel ejus Hæredibus per ipsum Principem complendarum, tradidit in posse dicti Regis Aragon. in obsides, septuaginta viros, tam Barones, quàm Nobiles, & Burgenses,

Volensque idem Princeps, super liberatione dictorum septuaginta obsidum faciendâ, securum facere Regem Angliæ memoratum,

Promisit bona fide, & per stipulationem solempnem, Regi Angliæ prælibato, quod fideliter adimplebit atque servabit conventiones & promissiones omnes, & singulas, pro quibus præfati septuaginta obsides traditi sunt in posse sæpe dicti Regis Aragonum per Regem Angliæ supradictum; quæ tales sunt,

In primis videlicet quod ipse Princeps, infra tres menses, à die liberationis suæ computandos, mittet & tradet in posse dicti Regis Aragonum, vel Hæredum ipsius, Raymundum Berengarii Filium suum.

Item, quod idem Princeps infra eosdem tres menses faciet fieri homagia, cum juramentis, eidem Regi Aragon. vel ejus procuratori, pro ipso Rege, & Hær. ejus, per Castellanos castrorum ipsius Principis in Provincia.

Item, quod præfatus Princeps faciet quod Sindici civitatum & villarum, nomine suo, & communitatum earumdem Civitatum & Villarum: & Barones etiam ac Milites de Provincia per seipsos, infra prædictos tres menses, præstabunt, ad Sancta Dei Ewangelia, juramenta, & obligabunt se cum pupplicis instrumentis juxta formam in tractatibus, super liberatione dicti Principis habitis, comprehensam.

Item, quod dictus Princeps mittet & tradet, in obsides, pri-

...cum ad ipsum venerint, ante completionem præsentis negotii, simili modo jurabunt, quod fideliter erga dictum Principem facient posse suum, & operam dabunt quod ipse Princeps servet & compleat omnia & singula supradicta;

Et quod per omnem alium modum nichilominus facient posse suum, quod omnia alia, & singula superscripta compleantur omnino.

In quorum omnium testimonium præfatus Princeps mandavit per me, infrascriptum Notarium, præsens exinde pupplicum fieri instrumentum;

Cui idem Princeps sigillum anuli sui mandavit & fecit apponi, & scripsit manu propria sequens verbum *CREDATIS.*

Et, quia nondum dictus Princeps magnum sigillum habebat, sigilla Reverendorum Patrum, Dominorum Bonifacii Ravennacen. & Pet. Montis Regalis Archiepiscoporum, ad majorem securitatem rogavit & procuravit apponi;

Qui quidem prædicti Domini Archiepiscopi, ad preces ejusdem Principis, præsens pupplicum instrumentum sigillorum suorum munimine roboraverunt.

Et sciendum est quod superius in 17 linea ubi legitur (instrumentis pupplicis scriptis) Rasum fuit per me, infrascriptum Notarium & correctum.

Actum apud Oleronem in Bearn, anno à Nativitate Domini 1288. Indictione secunda, Pontificatûs Domini Nicholai Papæ 4. anno primo, tertia die intrante mense Novembri, in Camera Domini Regis Angliæ sæpefati,

Præsentibus venerabilibus Patribus,

Dominis Petro Archiepiscopo Montis Regalis,
Reymundo Vapicen, &
Roberto Bathonien. & Wellen. Episcopis; ac
Nobilibus Viris Dominis *Gastone Vicecomite Bearn*,
Johanne de Vescy,
Ricauno de Lamenon,
Berengario Gantelmir,
Matheo de Adria Militibus;
Magistris Willielmo de Luda, Archid. Dunelm.
Johanne de Lascy Cancellario Ecclesiæ Cycestr.
Johanne Lovel,
Adam de Dussaco,

Et nonnullis Testibus ad hoc vocatis specialiter & rogatis.

Et ego Johannes Erturi de Cadamo, Apostolicæ Sedis auctoritate Notarius Pupplicus, hiis omnibus interfui, propria manu scripsi, &, ad pleniorem evidentiam præmissorum rogatus, mei signi annotatione in hanc pupplicam formam redegi.

dem Principem obtinendum, si, videlicet, præfatæ Conventiones & promissiones adimpletæ non essent, in hujusmodi certis casibus & terminis;

Prout in tractatu apud Oleronem, ac in alio tractatu, & instrumentis publicis, scriptis manu Magistri Johannis de Cadamo, publici Apostolica Auctoritate Notarii, super liberatione dicti Principis habitis, & jurejurando firmatis, plenius continetur:

Volensque idem Princeps præfatum Regem Angliæ, ac ejus Hæredes super indempnitate omnium prædictarum obligationum & pœnarum securum facere, & ipsos prædictos indempnes reddere & servare,

In sua libertate existens, non vi nec metu coactus, sed suâ bonâ, liberâ & spontaneâ voluntate; sicut prædicitur,

Promisit bona fide & per stipulationem solempnem Regi Angliæ supradicto, stipulanti & recipienti pro se & Hæredibus suis, quod, si prædictæ pœnæ, vel aliqua earumdem, in suis Casibus, committantur, seu etiam committatur,

Idem Princeps pœnas, vel pœnam in pace, & sine contradictione qualibet, solvet vel solvi faciet, in Castro Burdegalensi, Regi Angliæ supradicto, vel suis Hæredibus, aut eorum mandato, per ipsum Regem Angliæ, vel ejus Hæredes, dicto Regi Aragon. vel ejus Hæredibus persolvendas, seu etiam persolvendam;

Ita, videlicet, quod Princeps ipse in tantum solutionum terminos, in prædictis Instrumentis & tractatibus comprehensos, præveniet, quod ipsi termini dicto Regi Aragon. vel suis Hæredibus valeant observari.

Sic quod ipsum Regem Angliæ, & ejus Hæredes, à pœnis & obligationibus supradictis, omnibus & singulis, liberabit ipsosque conservabit indempnes, cum dampnis, expensis, & interesse, quæ ipsum Regem Angliæ, vel ejus Hæredes, propter hoc facere contigerit seu subire.

Pro quibus omnibus & singulis fideliter adimplendis & observandis, prædictus Princeps obligavit eidem Regi Angliæ, stipulanti & recipienti pro se & Hæredibus suis, se & Hæredes suos, & omnes terras suas, ac omnia bona sua, mobilia & immobilia, præsentia & futura, submittens se, & Hæredes suos, ex certa scientia, pro omnibus supradictis & singulis fideliter adimplendis, foro, & Jurisdictioni, ac cohercioni Domini Papæ, qui pro tempore fuerit;

Ita, quod ipse Dominus Papa, ad solam requisitionem, seu supplicationem dicti Regis Angliæ, vel Hæredum ipsius, nulla monitione præmissâ, & absque aliquo judiciali strepitu, possit eundem Principem, vel Hæredes ipsius compellere ad complementum & observationem omnium & singulorum præmissorum prout superius exprimuntur.

Promisit etiam, bonâ fide, & per sollempnem stipulationem, præfatus Princeps Regi Angliæ sæpefato, stipulanti & recipienti pro se & Hæredibus suis, se facturum & curaturum quod infrascripti constituent se, de omnibus, & singulis supradictis, pro principe memorato, ac ejus hæredibus, fidejussores, & principales debitores, & solutores Regi Angliæ memorato, & suis hæredibus, in formâ subscriptâ, videlicet,

* II.394. * *Dominus Johannes, Comes Britanniæ*, in sex milibus Marcarum argenti.

Dominus Moricius de Crodonio, in duobus milibus Marcarum argenti.

Dominus Guido, Vicecomes Tuarcy, in duobus milibus Marcarum argenti.

Dominus Guillielmus, dictus le Archeuesqe, in tribus milibus Marcarum argenti.

Dominus Guido de Esjnuliaco, in mille Marcarum argenti.

Marcarum argenti.

Dominus Robertus, Comes Attrabatensis, in sex milibus Marcarum argenti.

Dominus Otho de Tussiaco, in quingentis Marcis argenti.

Et si forte dictus Princeps prædictos fidejussores, vel aliquos prædictorum, habere nequiverit, vel ipsi, aut eorum aliquis, vel aliqui, noluerint fidejussionem eandem subire;

Promisit dictus Princeps Regi Angliæ supradicto, se facturum & curaturum quod alios æquivalentes, seu sufficientes, dabit seu subrogabit loco eorum, ad omnia & singula supradicta, & de prædictis dari faciet, per prædictos, eidem Regi Angliæ, vel ejus hæredibus, seu eorum mandato, infra sex menses, à data præsentis scripti numerandos, sufficientem & ydoneam cautionem.

Item, promisit dictus Princeps Regi Angliæ supradicto, stipulanti & recipienti pro se & hæredibus suis, se facturum, & curaturum quod Sacrosancta Romana Ecclesia ratum & firmum habebit, in omnibus & singulis suis clausulis & verbis, obligationem præsentem;

Et quod eadem Romana Ecclesia obligationem præfatam, ad cautelam dicti Regis Angliæ, & hæredum ipsius, confirmabit per litteras Apostolicas, eidem Regi Angliæ, vel suis hæredibus, aut eorum mandato, ipsorum nomine assignandas:

Necnon & quod idem Princeps promisit se facturum & curaturum, quod prædictus Rex Franciæ fidejussiones & constitutiones hujusmodi acceptabit, per suas litteras, vel Ballivorum, seu Curiæ, sub quorum Jurisdictione prædicti fidejussores & constitutores existere dnoscuntur.

Promisit insuper idem Princeps Regi Angliæ prælibato, stipulanti & recipienti pro se & hæredibus suis, quod contra præmissa, vel aliquod præmissorum nullam juris seu facti proponet vel recipiet exceptionem;

Immo sine omni excusatione, mandato, monitione, inhibitione, aut precibus cujuscumque personæ, quantæcumque dignitatis aut status existat in contrarium non admissis, omnia prædicta, &
* quodlibet prædictorum servabit firmiter & complebit, & in * II.395.
nullo contraveniet ratione aliquâ, sive jure;

Renuncians nichilominus idem Princeps omni foro & jurisdictioni, omni consuetudini & statuto, omni privilegio crucesignatis indulto & indulgendo, litteris Apostolicis impetratis & impetrandis,

Et generaliter omnibus aliis exceptionibus, omnique juris auxilio, tam Canonici, quàm Civilis, per quæ possit se contra prædicta, vel prædictorum aliquod, defendere quomodolibet vel juvare,

Et præsertim juri dicenti generalem renunciationem non valere, jurique non posse per eam publice derogari.

Ad majorem autem Cautelam Regis Angliæ supradicti, & hæredum ipsius, dictus Princeps, pro præmissis omnibus & singulis firmiter adimplendis, corporale præstitit eidem Regi Angliæ, stipulanti & recipienti pro se & hæredibus suis, ad Sancta Dei Evangelia, juramentum.

In quorum omnium testimonium præfatus Princeps mandavit per me, infrascriptum Notarium, præsens exinde pupplicum fieri instrumentum;

Cui dictus Princeps sigillum anuli sui mandavit & fecit apponi, & scripsit, manu propriâ, sequens verbum, *CREDATIS*.

Et, quia nondum dictus Princeps magnum Sigillum fieri fecerat, nec habebat, Sigilla reverendorum Patrum, Bonefacii Ravennat. & Petri Montis Regalis Archiepiscoporum, Nunciorum Apostolicæ sedis, ad majorem securitatem, rogavit & procuravit apponi.

Qui

In cujus præsentia & testium prædictorum, prædictus Dominus Rex Angliæ remisit & quitavit dicto Principi Juramentum prædictum; omnibus aliis in suo robore duraturis.

Duoque instrumenta, ejusdem tenoris, super præmissis confeci, quorum unum dedi prædicto Domino Regi Angliæ, reliquum verò prædicto Domino Principi.

---

*II.396. ### * *Procuratorium Civitatis Burdegalensis super Liberatione Caroli Principis Salernitani.*

Ann. D. 1288. *An. 17. E. 1. L. B. f. 172. a. penes Camerar.*

IN Nomine Domini Amen.

In præsentia mei, Notarii & testium subscriptorum, Major, Jurati ac Communitas hominum Civitatis Burdegalensis, in loco more solito congregati, fecerunt, constituerunt, & ordinaverunt unanimiter & concorditer tales eorum Concives, suos Procuratores speciales, & quemlibet eorum in solidum,

Ad promittendum, nomine & pro parte ipsorum, & cujuslibet eorumdem, de ipsâ Civitate, & adjurandum in animas omnium prædictorum & cujuslibet eorumdem, Procuratoribus magnifici Principis Domini Alfonsi, Dei gratiâ, illustris Regis Aragoniæ, Majoricarum, & Valentiæ, ac Comitis Barchinonæ, recipientibus & stipulantibus pro Domino Rege prædicto, & suis hæredibus, de quorum procuratione per litteras ipsius Regis constitit evidenter,

Quòd ipsi, omnes & singuli, fideliter facient posse suum, & operam dabunt quantum poterunt efficacem, quòd magnificus Princeps, Dominus Edwardus, Dei gratiâ, illustris Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, & Dux Aquitaniæ, vel sui hæredes, liberè & in pace solvent, vel solvi facient eidem Regi Aragoniæ, vel ejus hæredibus,

Viginti milia Marcarum argenti in unam partem,

Et quinquaginta milia Marcarum argenti, in aliam partem,

Ac decem milia Marcarum argenti, in partem tertiam,

Eidem Regi Aragoniæ vel suis hæredibus, pro complemento, scilicet, & securitate certarum Conventionum eidem Regi Aragoniæ & suis hæredibus, per egregium virum Dominum Karolum Salernitanum Principem complendarum, per eundem Regem Angliæ pœnarum nomine obligati:

In casibus, videlicet, in quibus hujusmodi summarum pecuniæ solutio fieri debebit; prout tam in tractatu apud Oleronem, quàm in alio tractatu & instrumentis publicis, scriptis manu Magistri Johannis de Cadamo, publici Apostolicâ auctoritate Notarii, super liberatione dicti Principis habitis, plenius continetur.

Et quod idem Rex Angliæ, vel sui hæredes complebunt fideliter, & attendent generaliter omnia & singula, quæ continentur debere fieri per ipsos & suos, in prædictis instrumentis & tractatibus comprehensa.

Promittentes omnes & singuli de Civitate prædictâ, sub ypothecâ omnium bonorum suorum, se ratum habituros & firmum quicquid prædicti Procuratores super præmissis duxerint faciendum,

Qui quidem Procuratores suprascripti promissionem prædictam, de omnibus & singulis supradictis, nomine omnium & singulorum prædictorum, Majoris, Juratorum & Communitatis, & cujuslibet eorundem, prædictis Procuratoribus stipulantibus, & recipientibus pro Rege Aragoniæ supradicto, & suis hæredibus, fecerunt sollempni stipulatione præmissa:

Datum apud Xanton. sub sigillo nostro proprio, die Jovis post Festum Sancti Martini Hiemalis, anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo octavo mense Novembris.

Procuratorium pro Villa Marmandæ super liberatione Principis Salernitani.

IN nomine Domini Amen. Ann. D. 1288. *An. 17. E. 1. L. B. f. 174. b. penes Camerar.*

Noverint universi, præsentes pariter & futuri, quod in præsentiâ mei, Petri Notarii & testium subscriptorum, ad hoc specialiter vocatorum & rogatorum, Vitalis d'Artiga tenens locum Bajuli Villæ Marmandæ, Consules & Universitas ejusdem loci, in loco more solito congregati, fecerunt, constituerunt & ordinaverunt unanimiter & concorditer Procuratores suos, Sindicos, seu actores, dilectos Conburgenses suos, Petrum de Sancto Nicholao, Arnfysson. Raymundum de Bernardummage, & Garsiam de Nauvilla, & quemlibet eorum in solidum,

Ad promittendum nomine & pro parte ipsorum & cujuslibet eorumdem, de dictâ villâ, & ad jurand. in animas omnium prædictorum, & cujuslibet eorumdem Gulielmo Culrati Magistro rational. & Gulielmo Sale, Procuratoribus Magnifici Principis Domini Alfonsi, Dei gratiâ, illustris Regis Aragoniæ, Majoricarum & Valentiæ, ac Comitis Barchinonæ, recipientibus & stipulantibus pro Domino Rege prædicto, & suis Hæredibus (de quorum procuratione per litteras ipsius Domini Regis constitit evidenter) quod ipsi omnes & singuli fideliter facient posse suum, & operam dabunt, quantum poterunt, efficacem quod magnificus Princeps, Dominus Edwardus, Dei gratiâ, illustris Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, & Dux Aquitaniæ, vel sui hæredes, libere & in pace solvent, &c. *prout in Procuratorio Burdegal. usque hac verba, viz.*

In quorum omnium testimonium præfati, tenentes locum, Consules, & Universitas, & quilibet eorumdem, mandaverunt de præmissis omnibus & singulis per me, infrascriptum Notarium, præsens fieri publicum instrumentum; cui prædicta universitas sigillum suum fecit apponi; quo integro vel non integro, appenso vel non appenso, voluerunt prædicti, tenentes locum, Consules & Universitas, & quilibet eorumdem, prædicta omnia & singula in suo robore permanere.

Actum in Claustro Fratrum Minorum Marmandæ, die Veneris ante Festum beatæ Katerinæ Virginis & Martiris, anni Domini millesimo ducentesimo octogesimo octavo.

Præsentibus Testibus, Magistris

Bertrando dicto Pagesa,
Petro Fabri,
Petro Baroli, publicis Notariis dictæ Villæ.
Petro Borte,
Raymundo de Burgali,
Petro de Pailhers Clericis,
Johanne dicto Pasa,
Petro de Conques.

Item, me *Petro de Basunbe*, publica auctoritate Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Notario, qui præmissis omnibus & singulis interfui, eaque scripsi, & in publicam formam redegi, signoque meo consueto signavi rogatus & requisitus.

Consimile procuratorium Consulum & Universitatis Civitatis Lectorensis.

Ann. D. 1288. An. 17. E. 1. L. B. f. 177. b. penes Camerar.

IN nomine Domini, Amen.

Noverint universi, præsentes pariter & futuri, quod in præsentiâ mei Petri Notarii, & testium subscriptorum, ad hoc specialiter vocatorum & rogatorum, Bajuli, Consules, ac Comunitas hominum Civitatis Lectorensis in loco more solito congregati, fecerunt, constituerunt & ordinaverunt, unanimiter & concorditer Procuratores suos, Sindicos, seu Actores, dilectos Conburgenses suos, Bertrandum de Calvero, Arn. de Romanis, Petrum dictum Paliste, & Magistrum P. de Carr. Notarium Lectorensem, & quemlibet eorum in solidum, ad promittendum nomine, & pro parte ipsorum, & cujuslibet eorumdem, de ipsâ Civitate, *&c. eodem modo quo prius, usque hæc verba, viz.*

In quorum omnium testimonium, præfati Bajuli, Consules & Comunitas, & quilibet eorumdem, mandaverunt de præmissis omnibus & singulis, per me, infrascriptum Notarium, præsens fieri publicum instrumentum, cui prædicta Comunitas sigillum suum fecit apponi, quo integro vel non integro, appenso vel non appenso, voluerunt prædicti Bajuli, Consules & Comunitas, & quilibet, eorumdem prædicta omnia & singula in suo robore permanere.

Actum in Ecclesiâ Sancti Spiritûs Lectoren. die Martis ante Festum beatæ Katerinæ Virginis, anno Domini 1288.

Præsentibus Testibus

Domino Arn. Bern. de Prescibato Mil.
Arn. Guill. Matqz.
Magistro Rogero de Gaia Clerico,
Bertrando de tribus aquis,
Domic. Vitale de Gabozia,
Magistro B. de Leiza Notar. Lectoren.
Item, me *Petro, &c. ut in priore.*

• II. 399. ** Procuratorium Cæsar-August. Civitatis, de Juramento Procuratoribus Regis Angliæ super liberatione Caroli Principis Salernitani præstando.*

Ann. D. 1288. An. 17. E. 1. L. B. f. 153. b. Penes Camerar.

NOverint Universi quod, convocato & congregato Concilio Civitat. Cæsar-August. in Cimiterio Beatæ Mariæ Majoris, ubi moris est Concilium congregari, in præsentiâ mei Notarii, & Testium infrascriptorum, ven. Johannes de Figeriis, Michael Derra, Evechus de Alfocea, Petrus Egidii Cantarero, & Nicholaus de Epila, Jurati, totumque Concilium ejusdem Civitatis, unanimiter & concorditer fecerunt, constituerunt & ordinaverunt Procuratores suos, seu Sindicos speciales, ven. Petrum de Calacambio, & Gerald. de Piario, Convicinos prædictæ Civitatis, & quemlibet ipsorum in solid.

Ad promittendum nomine, & pro parte ipsorum, & cujuslibet de ipsa Civitate, & ad jurandum in animas eorumdem, & cujuslibet ipsorum, discretis viris Magistris Johanni de Cadamo, Canonico Eborum, & Roberto de Luccarch. Procuratoribus serenissimi Domini, Edwardi, Dei gratiâ, Regis Angliæ illustris, & egregii viri Domini Karoli Principis Salernitani, recipientibus & stipulantibus ut supraiscriptum est.

In quorum testimonium prædicti Jurati, & Concilium Civitatis præfatæ, & quilibet eorumdem, mandaverunt, de præmissis omnibus & singulis, per me, infrascriptum Notarium, fieri publicum instrumentum; cui sigillum jam dictæ Civitatis fecerunt apponi;

Testes sunt, ad hoc specialiter Rogati & Convocati,

Dominicus Sancii de Vergua Vicarius Ecclesiæ beati Jacobi Civitatis Cæsar-Aug. &
Bartholomeus de Rada Capellanus ejusdem Civitatis.

Actum est apud prædictam Civitatem Cæsar-Aug. die Jovis, in Festo Beatæ Katherinæ Virginis, videlicet, sexto die exeunte mense Novembris, Æra millesima trecentesima vicesima sexta.

Signum mei Guillielmi Palatini * Notarii publici Cæsar-August. Juratorum ejusdem qui hiis omnibus interfui, & de mandato prædictorum Juratorum & Concilii præsens instrumentum manu propria scripsi, & sigillo prædictæ Civitatis idem sigillavi. • II. 400.

Certificatorium de prædicto Juramento per Procuratores præfatos præstito.

Ann. D. 1288. An. 17. E. 1. L. B. f. 154. a. penes Camerar.

ANno & die præfatis, apud Aliaferiam prædictæ Civitatis Cæsar-August. in præsentiâ mei Notarii, & Testium infrascriptorum,

Venerunt Petrus de Calacambio & Geraldus de Pirario, Procuratores seu Sindici à Juratis & Concilio Civitatis Cæsar-Aug. constituti, prout in Procuratorio supraiscripto constat evidenter,

Promissionem de omnibus & singulis, in eodem Procuratorio contentis, nomine omnium & singulorum prædictorum Juratorum & Concilii supradicti, & cujuslibet eorumdem, discretis viris Magistris Johanni de Cadamo Canonico Eborum, & Roberto de Luchearch. Procuratoribus pro Rege Angliæ & Salernitano Principe, ut continetur in Procuratorio memorato, recipientibus pro ipsis Rege & Principe, & eorum hæredibus, fecerunt, solempni stipulatione præmissâ,

Et juramentum in animas eorumdem Juratorum & Concilii, & cujuslibet eorumdem, & in animas etiam suas proprias, de omnibus & singulis, in prædicto Procuratorio scriptis, fideliter pro posse, ut in memorato Procuratorio scriptum est, adimplendis, tactis sacrosanctis Evangeliis, & Cruce Domini nostri Jehu Christi, coram ipsis positis, præstiterunt.

In quorum omnium testimonium præfati Procuratores seu Sindici Cæsar-Aug. Civitatis, & quilibet eorumdem mandaverunt mihi Notario infrascripto, ut Procuratoribus Regis Angliæ & Principis Salernitani de prædictis omnibus & singulis præsens conficerem Instrumentum;

Cui prædicta Universitas suum sigillum, ut est dictum, fecerunt apponi;

Præsentibus Testibus, ad hoc specialiter convocatis & rogatis,

Venerabilibus,

Johanne Capata, Judice. Illustris Regis Aragoniæ;

Ar-

Dompnus Alamandus Luppi de Jaffa Scutifer.

Actum est apud prædictam Civitatem Oscen. 5. Kal. Decembris, anno Domini 1288.

Signum mei Petri Ferrarii, &c. ut in aliis.

Procuratorium Civitatis Aquensis adhuc super negotio Principis Salernitani.

Ann. D. 1288. *An. 17. E. 1. L. B. f. 176. b. penes Camerar.*

IN Nomine Domini Amen.

Noverint Universi, præsentes pariter & futuri, quod in præsentia mei, Petri Notarii, & testium subscriptorum, ad hoc specialiter vocatorum & rogatorum,

Major, Jurati ac Communitas hominum Civitatis Aquensis, in loco more solito congregati, fecerunt, constituerunt & ordinaverunt unanimiter & concorditer Procuratores suos, Syndicos, seu actores, dilectos, Conburgenses suos, Guillielmum R. de Francisco, Johannem de Labasce, Bernaldum de Poilhon, & Johannem de Cabaneg. & quemlibet eorum in solidum,

Ad promittendum nomine & pro parte ipsorum & cujuslibet eorumdem de ipsa Civitate, *prout in procuratorio Burdegalensi, usque hæc verba, viz.*

In quorum omnium testimonium præfati Major, Jurati, & Communitas, & quilibet eorumdem, mandaverunt, de præmissis omnibus & singulis, per me, infrascriptum Notarium, præsens fieri publicum instrumentum; cui prædicta communitas sigillum suum fecit apponi, quo integro vel non integro, appenso vel non appenso, voluerunt prædicti Major, Jurati & Communitas, & quilibet eorumdem, prædicta omnia & singula in suo robore permanere.

Actum in Claustro Aquensis Ecclesiæ die Dominica ante Festum beati Andreæ Apostoli, anno Domini 1288.

Præsentibus testibus, *Magistro Bertrando de Sosco Offic. Aquensi, Garsia Arn. de Linxa, R. Dectetus.*

Item me Petro, *&c.*

De Eximino de Urrea, recusante Juramentum præstare super negotio Liberationis Caroli Principis Salernitani.

Ann. D. 1288. *An. 17. E. 1. L. B. f. 156. a. penes Camerar.*

NOverint Universi quod Nobilis Vir Eximinus de Urreâ, in præsentiâ mei, Notarii, & testium subscriptorum, verba quæ sententiam continebant hujusmodi, recitavit, videlicet,

Quod, cum discreti Viri Magistri Johannes de Cadamo Canonicus Eborum, & Robertus de Lufarch. Clerici, & Procuratores Serenissimi Principis Domini Edwardi, Dei gratiâ, illustris Regis Angliæ, & Egregii Viri Domini Karoli Principis Salernitani, ad locum, qui dicitur Almurya, anno Domini 1288. 3. Kalendas Decembris personaliter accessissent, parati ab eo recipere juramentum, quod faceret fideliter posse suum, ac, quantum posset, daret operam efficacem, quod Magnificus Princeps, Dominus Alfonsus, Dei gratiâ, illustris Rex Aragoniæ, Majoricarum, & Valentiæ, ac Comitis Barchinonæ, restituet dicto Domino Karolo, Princi-

Præsentibus discretis Viris Magistris,

Ejadeo Alvarii Consiliario,
Gaufrido Rubeo Medico supradicti Regis Aragoniæ,
Petro Eximini de Moneba, &
Hugon. de Hommerosfold.

Testibus ad hæc vocatis specialiter & rogatis.

Et ego Petrus Sancii, Notarius puplicus, &c. ut in aliis.

Procuratorium Civitatis Baion.

IN Nomine Domini, Amen. Ann. D. 1288. *An. 17. E. 1. L. B. f. 175. b. Penes Camerar.*

Noverint Universi, præsentes pariter & futuri, quod, in præsentiâ mei, Petri Notarii, & testium subscriptorum, ad hoc specialiter vocatorum, & rogatorum, Submajor, Jurati, ac Communitas hominum Civitatis Baion. in loco more solito congregati, fecerunt, constituerunt & ordinaverunt unanimiter & concorditer Procuratores suos, Sindicos, seu actores, dilectos Conburgenses suos, Augerium de Ganarreto, Petrum de Villa de ponte, Arnatum de Salvanhaco & Wim. Cler. de Martre, & quemlibet eorum in solidum,

Ad promittendum nomine, & pro parte ipsorum & cujuslibet eorumdem de ipsâ Civitate, & ad jurandum in animas omnium prædictorum, & cujuslibet eorum Guillielmo Culrati Magistro rationali, & Guillielmo Sole Procur. Magnifici Principis, Domini Alfonsi, Dei gratiâ, illustris Regis Aragoniæ, Majoricæ & Valentiæ, ac Comitis Barchinonæ, recipientibus & stipulantibus pro Domino Rege prædicto & suis Hæredibus, de quorum procuratione per litteras ipsius Domini Regis constitit evidenter, quod ipsi omnes & singuli fideliter facient posse suum, & operam dabunt, quantum poterunt, efficacem quod Magnificus Princeps, Dominus Edwardus, Dei gratiâ, illustris Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ & Dux Aquitaniæ, vel sui Hæredes libere & in pace solvent, *prout in procuratorio Burdegal, usque hæc verba, viz.*

In quorum omnium testimonium præfati Submajor, Jurati, & Comunitas, & quilibet eorumdem mandaverunt, de præmissis omnibus & singulis, per me infrascriptum Notarium, præsens fieri publicum instrumentum; cui prædicta Comunitas Sigillum suum fecit apponi, quo integro vel non integro, appenso vel non appenso, voluerunt prædicti Submajor, Jurati, & Comunitas, & quilibet eorumdem, prædicta omnia & singula in suo robore permanere.

Actum in Claustro Ecclesiæ Baion. die beati Andreæ Apostoli, anno Domini 1288. præsentibus testibus Magistris, Petro de Sancto Johanne Presbytero, Guillielmo R. Destirono, Geraldo de Stirono Clericis.

Item, me Petro de Bafunhe, &c. ut in aliis.

Cæte

debebunt:

Et quod idem Rex Aragoniæ vel sui hæredes seu successores complebunt fideliter, & attendent generaliter omnia & singula, quæ continentur deberi fieri per ipsos & suos, in prædictis Instrumentis & Tractatibus comprehensa;

Præfati Nobiles responderunt quod tunc Juramentum non præstarent, propter pericula quæ videbant in facto: & tandem, quibusdam interpositis Excusationibus, super præstatione Juramenti prædicti, illud omnino facere recusârunt;

Et, cum super hoc peteretur ab eis responsum in Scriptis, dixerunt nobis Egidio Alvari quod responsionem, quam ipsi faciebant, daremus in scriptis, sub Sigillo nostro, procuratoribus supradictis, qui ibidem personaliter interfuerunt parati Juramentum recipere memoratum.

In quorum omnium Testimonium has Literas nostras patentes procuratoribus antedictis exinde fieri fecimus, & nostro sigillo muniri.

Datum in Castro de Erle, die beati Nicholai, præsentibus *Fortuno Eximini de Yerby, & Garzia de Cros Militibus:*
Anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo octavo.

Certificatorium super Juramento, per Justitiam, Juratos & Concilium Civitatis Osca præstito super Liberatione Caroli Principis Salernitani.

Ann. D. 1288. *An. 17. E. 1. L. B. f. 149. b. Penes Camerar.* * II 404.

ANno Domini 1288. die Jovis, 5. Idûs Decembris, in præsentia mei, Notarii, & Testium infrascriptorum, Venerabiles Reymundus Bernardi de Curbe prior prædictorum Juratorum, & Salvator Ariol, Procuratores, seu Sindici à Calmedinâ, Justitiâ Juratis, & Concilio Civitatis Oscæ constituti, prout in procuratorio supra scripto constat evidenter,

Promissionem de omnibus & singulis, in eodem Procuratorio contentis, nomine omnium & singulorum prædictorum, Calmedinæ, Justitiæ, Juratorum, * & Concilii supradicti, & cujuslibet eorum,

Discretis viris, Magistris, Johanni de Cadomo Canonico Eborum, & Roberto de Lucearchs, Procuratoribus pro Rege Angliæ & Salernitano Principe, ut continetur in Procuratorio memorato, Recipientibus pro ipsis Rege & Principe & eorundem hæredibus,

Fecerunt, solempni stipulatione præmissa,

Et Juramentum in animas eorumdem Calmedinæ, Justitiæ, Juratorum, & Concilii, & cujuslibet eorumdem, & in animas etiam suas proprias,

De omnibus & singulis, in prædicto Procuratorio scriptis, fideliter pro posse, ut in memorato Procuratorio scriptum est, adimplendis,

Tactis Sacrosanctis Evangeliis & Cruce Domini nostri Jehu Christi, coram ipsis positis, præstiterunt.

In quorum omnium testimonium præfati Procuratores, seu Sindici Oscenensis Civitatis, & quilibet eorumdem mandaverunt michi, Notario infrascripto, ut prædictis Procuratoribus Regis Angliæ & Principis Salernitani, de prædictis omnibus & singulis, præsens conficerem Instrumentum; cui prædicta Universitas suum sigillum fecerunt apponi.

Præsentibus Testibus ad hoc specialiter convocatis & rogatis,

Consimilis ... per ...

PAteat Universis, ad quos pervenerit hæc Scriptura, quod, cum discreti viri, Magistri Johannes de Cadamo Canonicus Eboracen. & Robertus de Lusarch. Clerici, & Procuratores Serenissimi Principis, Domini E. Dei gratia, illustris Regis Angliæ, & Egregii viri, Domini Karoli, Principis Salernitani, apud Locum qui dicitur Arnelles, ad nos Santium de Antilione personaliter accessissent, parati à nobis recipere Juramentum, quod faceremus fideliter posse nostrum, &c. Ann. D. 1288. *An. 17. E. 1. L. B. f. 103. Penes Camerar.*

Volentes ipsius Domini nostri Regis parere mandatis, ea pro posse promittimus nos facturos, videlicet, penes ipsum Dominum nostrum Regem diligenter insistere rogando, consulendo, suadendo, movendo, hortando quod præmissa compleat, ut tenetur, viis & modis, quibus poterimus, efficaciter inducendo, absque movendo, scilicet, sibi, guerram ob hujusmodi rationem; & memoratis procuratoribus prædictorum Regis Angliæ & Principis Salernitani, de omnibus & singulis suprascriptis, * in formâ prædictâ fideliter adimplendis, tactis Sacrosanctis Evangeliis, corporale præstitimus Juramentum. * II 405.

In cujus rei testimonium præsens scriptum exinde fieri fecimus, & nostro Sigillo muniri.

Datum apud Arneles die Sabbati proximè post Festum Sancti Nicholai, anno Domini millesimo, ducentesimo, octogesimo, octavo.

Testibus Nobili viro,

Bertrando de Stada Milite,
Magistro Egidio Alvari illustris Regis Aragoniæ Consiliario, ac pluribus aliis.

Qui præsentes fuerunt præstationi Juramenti prædicti.

De consimili Juramento per Geraldum de Capraria præstito.

NOverint Universi, ad quos pervenerit hæc Scriptura, quod, cum discreti viri Magistri Johannes de Cadamo Canonicus Eboracensis, & Robertus de Lusarch. Clerici, & procuratores Serenissimi Principis Domini Edwardi, Dei gratia, illustris Regis Angliæ, & Egregii viri Domini Karoli Principis Salernitani apud locum, qui dicitur Menarges, ad nos Geraldum de Capraria personaliter accessissent, petentes ac parati à nobis recipere Juramentum quod faceremus fideliter posse nostrum, ac etiam, quantum possemus, daremus operam efficacem quod Magnificus Princeps Dominus Alfonsus, Dei gratiâ, illustris Rex Aragoniæ, Majoricarum & Valentiæ, ac Comes Barchinonæ restituet, *&c. prout supra usque hæc verba.* Ann. D. 1288. *An. 17. E. 1. L. B. f. 102. b. Penes Camerar.*

Datum apud Menarges die Dominica proximè *post Festum beatæ Luciæ virginis*, anno Domini 1288.

Testibus Nobilibus Viris,

Dominis Arnaldo de Villa Mauri,
Reymundo de Ager. &

Ber-

Signum mei Dominici de Murello, Notarii pupplici Ilerden. qui prædictis omnibus interfui, & de mandato prædictorum omnium præsens instrumentum manu propria scripsi.

De Comite Urgelli corporale præstante Juramentum de prædictis adimplendis.

Ann. D. 1288. *An. 17. E. 1. L. B. f. 122. a. Penes Camerar.*

IN Nomine Domini Amen.

Universis pateat per præsens instrumentum quod, cum discreti viri Magistri Johannes de Cadamo Canonicus Eboracensis, Robertus de Lusarch. Clerici, Procuratores Serenissimi Principis Domini Edwardi, Dei gratiâ, illustris Regis Angliæ, & Egregii viri Domini Karoli Principis Salernitani, apud locum, qui dicitur Albesia, ad nobilem virum Dominum Ermengandum Comitem Urgell. personaliter accessissent, petentes & parati recipere juramentum ab eo, quod faceret fideliter posse suum, *&c. prout alias.*

Mandans per me infrascriptum Notarium de prædictis præsens fieri instrumentum, cui Sigillum suum fecit apponi.

Actum apud Albesiam anno Domini 1288. quarto decimo Kalendas Januarii; præsentibus Testibus *Nobili viro Alvaro, Dei gratia, Vicecomite Aggen. & Nobili Viro H. de Flurimo, & R. de Guarilia Majore Domus Comitis Urgellensis prædicti*, & Bartholomæo de Villâ Francâ.

Et ego Raymundus de Mudello, &c. prout in aliis.

Procuratorium Civitatis Cervariæ.

Ann. D. 1288. *An. 17. E. 1. L. B. f. 115. a. Penes Camerar.*

IN nomine Domini, Amen.

In præsentia mei, Notarii, & testium infrascriptorum, Guillielmus Cathorcini, tenens locum Raymundi Guillielmi Bajuli, & Curatoris Cervariæ pro Domino Rogero, & Eymericus de Lobera, Bernardus de Rochemadour, Guillielmus Fochaldi, & Guillelmus Calp Patiarii Cervariæ prædictæ; & Petrus de Loba. Simon de Arcubus, Jacobus de Porcella, Berengarius de Verges, Berengarius Taydel, Bernardus Martini, Petrus de Porcella, & Bernardus Dominici, Consiliarii dictorum Patiariorum; & Pontius de Fyliol, Berengarius Toycerer, Vincentius de Villa crassa, & R. de Busco, Proceres dictæ Villæ Cervar. & totum Concilium ejusdem Villæ Cervariæ, in Ecclesiâ Majori Sanctæ Mariæ Cervariæ, more solito congregati, fecerunt, constituerunt & ordinaverunt unanimitèr & concorditèr Willium. de Rochemador, & Petrum de Minorisia, proceres dictæ Villæ Cervariæ, suos Procuratores, & Sindicos specialitèr, & quemlibet eorum in solidum,

Ad promittendum nomine & pro parte ipsorum & cujuslibet eorundem de dictâ Villâ Cervariæ, & ad jurandum in animas omnium prædictorum, & cujuslibet eorumdem, discretis viris, Magistro Johanni de Cadamo Canonico Eboracensi, & Roberto de

In quorum omnium testimonium præfati Hugo de Sors. tenens locum Bajuli Domini Regis, jurati & consiliarii, & probi homines supradicti, & procuratores Regis & Principis memorati mandaverunt, de præmissis omnibus & singulis per me, infra scriptum Notarium, præsens fieri instrumentum; cui prædicti probi homines Montis Albi, Consiliarii & Jurati, sigillum Universitatis villæ Montis Albi fecerunt apponi.

Factum est hoc tertio Kaland. Januarii, anno Domini 1288, præsentibus *P. de Cardona de domo Domini Regis, Magistro Thom. Romo, Judice, Guillielmo de Bordello, & Arnaldo de Acrimonte.*

Ego Petrus Marcial. Notarius pupplicus Montis Albi, *&c. sicut aliàs.*

De Juramento per Guillielmum de Anglaria præstito, super quibusdam articulis ex parte Regis Aragoniæ adimplendis.

PAteat Universis, ad quos litteræ præsentes pervenerint, quod, cum discretus vir Magister Johannes de Cadamo, Canonicus Eboracensis Clericus, & procurator serenissimi principis Domini Edwardi Dei gratiâ illustris Regis Angliæ, & egregii viri Domini Karoli Principis Salernitani, apud locum, qui dicitur sanctus Matheus, ad nos Guillielmum de Anglaria personaliter accessisset, — Ann. D. 1289. *An. 14. E. 1. L. B. f. 103. Penes Camerar.*

Petens, ac paratus à nobis recipere juramentum quod faceremus fideliter posse nostrum, ac etiam, quantum possemus, daremus operam efficacem quod magnificus princeps, Dominus Alfonsus, Dei gratiâ, illustris Rex Aragoniæ, Majoricarum & Valentiæ, ac Comes Barchinoniæ, restituet dicto Domino Karolo Principi Salernitano viginti tria millia Marcarum Argenti, posita per dictum Regem Angliæ, nomine dicti Principis, in posse dicti Regis Aragoniæ, & septem millia marcarum argenti, quæ poni debent, per eundem Regem Angliæ, nomine dicti Principis, infra certum tempus, in posse ejusdem Regis Aragoniæ, si posita fuerint, in casibus, videlicet, in quibus hujusmodi summarum pecuniæ restitutio fieri debebit, prout in tractatibus, super liberatione dicti Principis habitis, & instrumentis inde confectis plenius continetur.

Et quod idem Rex Aragoniæ, vel sui hæredes, seu successores restituent, & liberabunt liberè & in pace obsides omnes & singulos, positos per prædictum Regem Angliæ in posse dicti Regis Aragoniæ, pro complemento seu securitate certarum Conventionum, per eundem Principem eidem Regi Aragoniæ vel suis hæredibus complendarum.

Necnon & filios dicti Principis traditos vel tradendos, & obsides Provinciæ traditos & tradendos in posse dicti Regis Aragoniæ vel hæredum suorum, restituent similiter, & liberabunt liberè & in pace in * casibus, videlicet, in quibus restitui & liberari debebunt. *II.408.

Et quod idem Rex Aragoniæ vel sui hæredes seu successores complebunt fideliter & attendent generaliter omnia & singula quæ continentur debere fieri per ipsos & suos, in prædictis Instrumentis

menti prædicti.

Pro Arnaldo de Marmanda, qui posuit se obsidem pro Principe Salernitano.

Ann. D. 1289. An. 17. E. 1. Rot. Vasc. 17. E. 1. p. 2. m. 7.

REX omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quod, attendentes grata servitia, nobis impensa, per dilectum & fidelem nostrum, Arnaldum de Marmanda militem, Dominum de Talha Canat, & specialiter quod idem Arnaldus se pro nobis obsidem posuit in Aragonia, ratione liberationis, &c.

Eidem Arnaldo concedimus, de dono nostro & gratia speciali, quicquid juris habemus, seu habere possumus & debemus in tota terra, quæ fuit quondam Vitalis de Manso, & ejus pertinentiis, sitis in parochia sancti Martini d'Artrus, Dioc. Vasaten. & quibusdam aliis;

Quam Arnaldus de Marmanda Miles, bonæ memoriæ, pater Arnaldi prædicti, emisse quondam dicitur à Vitali prædicto, sine scientia & licentia nostri & subditorum nostrorum, quamvis medietas feudagii dictæ terræ ad nos spectaret, & sic jure nostro poteramus retinere medietatem terræ prædictæ, secundum consuetudinem Vasatensem:

Ita quod idem Arnaldus, & hæredes, ac successores sui, dictam terram & pertinentias à nobis, hæredibus, ac successoribus nostris habeant & teneant in feudum inmediatum, sub eodem homagio & servitio, quibus tenent à nobis castrum de Talha Canat antedictum.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Bonam Gardam in Vasconia 12 die Januarii.

---

* II.409. ** Procuratorium Villæ Franchæ ad præstandum juramentum supra memoratum.*

Ann. D. 1289. An. 17. E. 1. L. B. f. 152. b. Penes Camerar.

IN Dei nomine Amen.

In præsentiâ mei, Guillielmi de Lotgerio, scriptoris Jurati scribaniæ, Villæ Franchæ, sub Matheo Ferrandelli Notarii ejusdem, & testium infrascriptorum, Ferrarius de Villâ Franchâ Regens Curiæ dictæ Villæ hoc Anno, Guillielmus Hugonis Bajulus, & Geraldus Petri, tenens locum Berugarii de Jorba Vicarii ejusdem Villæ, Genonasius de Calliata, Ferrarius Alamani, Bernardus de Penna fideli Jurisperiti, Bergarius Pelliparii, Petrus de Savanello, Guillielmus de Trilia, Romanus Scofeti, Petrus de Romanino, Radulfus Martini, & totum Consilium dictæ Villæ, in Placea ejusdem Villæ more solito congregati,

Fecerunt, constituerunt, & ordinaverunt Jacobum de Colle, & Petrum Mironis, habitatores dictæ Villæ, Procuratores suos & sindicos speciales, & quemlibet eorum in solidum, ad promittendum, nomine & pro parte ipsorum, & cujuslibet eorum de ipsa Villa, & ad jurandum, in animas omnium prædictorum, & cujuslibet eorundem, discreto viro, Johanni de Cadamo, Canonico Eborum, procuratori serenissimi Principis, Edwardi, Dei gratiâ, Regis Angliæ illustris, & Egregii viri, Karoli principis Salernitani, recipienti & stipulanti pro Rege & Principe memoratis & eorum Hæredibus (de cujus procuratione, per litteras Patentes, sigillo ipsorum Regis & Principis communitas, constitit evidenter) quod lis supradictis fideliter adimplendis, tactis Sacrosanctis Evangeliis Dei, positis coram ipsis, præstiterunt.

In quorum omnium testimonium præfati, Curia, Bajulus, & dictus tenens locum Vicarii ac Concilii supradicti; & Procurator Regis Angliæ & Principis memoratus, mandaverunt, de præmissis omnibus & singulis, per me, * Scriptorem prædictum, præsens fieri Instrumentum; cui prædicti Curia, Bajulus, & tenens locum dicti Vicarii & Concilii Sigillum Universitatis dictæ Villæ fecerunt apponi. * II.410.

Actum est hoc undecimo Kal. Februarii, Anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo octavo.

Præsentibus

Bartho. de Villâ Franchâ, de Domo dicti Domini Regis Aragoniæ.	*Geraldo de Tulia.*
Gaucerando de Canello.	*Arnaldo de Locgerio.*
Dalmatio de Villa Franchâ.	*Arnaldo de Melione.*
Jacobo Anglesii.	*Geraldo de Montebruno.*
	Nicholao de Solio, &
	Petro de Villa Luporum.

Sigillum Mathei Ferrandelli, Notarii publici Villæ Franchæ pro Romano de Monte Olivo, qui hoc scribi fecit, & clausit cum litteris supradictis.

De prædicto Juramento per Geraldum de Cervilione faciendo.

Ann. D. 1289. An. 17. E. 1. Adhuc folio 109. L. B. Penes Camerar.

NOverint universi, ad quos pervenerit hæc scriptura, quod cum discretus Vir, Magister Johannes de Cadamo Canonicus Eboracensis Clericus, & Procurator Serenissimi Principis, Domini Edwardi Dei gratiâ illustris Regis Angliæ, & Egregii Viri, Domini Karoli, Principis Salernitani, apud locum, qui dicitur Zecourt, ad nos Geraldum de Cervilione personaliter accessit, petens & paratus à nobis recipere Juramentum, *&c. Prout in literis de Data* 10 Jan. *usque hæc verba, viz.*

Datum apud Zecourt Die Dominica proxima post Festum Beati Vicentii Martiris, Anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo octavo.

Testibus Nobilibus Viris,

Arnaldo de Vynon,
Bernardo de Villa Franca Militibus, &
Bartholomeo de Villa Franca, qui præsentes fuerunt præstationi Juramenti prædicti.

Procuratorium Civitatis Barchinoniæ super sæpefato juramento recipiendo.

Ann. D. 1289. An. 17. E. 1. L. B. f. 152. a. Penes Camerar.

IN Nomine Domini nostri Jehu Christi. Noverint Universi quod die Veneris scilicet quinto Kal. Februarii Anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo octavo. In præsentia mei Stephani

Signum mei Stephani de Podio, Notarii Puplici Barchinon. & Consiliariorum ejusdem Civitatis, qui prædictis interfui, & de mandato prædictorum Petri de Cigiario, Consiliariorum, & Universitatis, hæc scripsi & clausi, & etiam huic instrumento Sigillum prædictæ universitatis apposui, loco, die & anno, quo supra.

Consimile Procuratorium Gerundæ Civitatis de antedicto Juramento suscipiendo.

Ann. D. 1289. *An. 17. E. 1. L. B. f. 150. b. Penes Camerar.*

IN Nomine Domini nostri Jehu Christi.

Noverint universi quod die Dominica, ante Festum beatæ Mariæ Candelarum, quâ computabatur, tertio Kalendas Februarii, anno Domini 1288, In præsentia mei Notarii Publici Gerundæ infrascripti, in præsentia etiam testium subscriptorum,

Venerabiles & Discreti Viri,

Reymundus Calveci Judex Ordinarius Domini Regis in Gerunden, &	*Reymundus Car bon elli*
Bernardus de Balneolis Bajulus ejusdem loci,	*Petrus de Epali, & Consiliarii & Jurati Civitatis Gerundæ,*
Reymundus Geraldi,	*Petrus de Cortilliano,*
Petrus Geraldi,	*Reymundus Renalli,*
Bonenatus de Burdillis,	*Jacobus de Burdillis,*
Arnaldus de Fenam Jurisperitus,	*Bernardus Vital.*
Petrus Barnecil,	*Arnaldus Roffardi,*
	Reymundus Adalberti,
	Reymundus de Canciao junior, &
	Jacobus Cermano.

Et cæteri probi homines & tota Universitas prædictæ Civitatis Gerundæ congregati & congregata per Preconem, ut moris est, in Draperia sive placea ejusdem Civitatis ubi universitas seu Consilium generale consueta seu consuetum est congregari, fecerunt, constituerunt & ordinaverunt unanimiter & concorditer venerabiles, Bernardum Struftionem, & Arnaldum Funnerum, eorum Concives, suos Procuratores & Sindicos speciales & quemlibet eorum in solidum, *&c. prout in procuratorio antedicto, usque hæc verba, viz.*

In quorum omnium testimonium præfati Reymundus Calveci, Bernardus de Balniol. Consiliarii, probi homines, & Universitas prædictæ Civitatis Gerundæ, & quilibet eorum, mandaverunt de præmissis omnibus & singulis, per me Notarium infrascriptum, præsens fieri publicum Instrumentum; cui Instrumento prædicta Universitas Sigillum suum fecit apponi.

Acta sunt hæc in Draperia, sive Placea Civitatis Gerundæ, die & anno in prima linea suprascriptis, præsentibus & pro Testibus assumptis,

Venerabilibus Viris,

Præcellentiæ tuæ Magnitudinis personis, nobilitate pollentibus, consuevit existere favorabilis & benigna; maximè quæ, pro suorum conservatione ac recuperatione jurium, præsidia tui favoris fiducialiter interpellant. *E. 1. Ex Autogr.*

Sanè dilecti filii, Nobilis viri, Arnaldi filii & hæredis quondam Petri Bertrandi, Domini Castri de Blankeford, Burdegalen. Dioc. habet assertio, quod Senescallus tuus in Wasconia prædictum Castrum, in quo præfatus Nobilis Petro prædicto succedit, indebite occupavit, illudque hujusmodi occupationis prætextu, diceris detinere.

Super quo memoratus Nobilis, tamquam devotus filius, de favore sedis apostolicæ dignè confidens, apud nos devotis precibus institit, ut tibi, super hoc, pro eo scribere curaremus.

Nos itaque devotionis affectum, quam eundem Nobilem, ejusque progenitores ad nos specialiter & Romanam Ecclesiam habuisse didicimus, benignius attendentes; quodque memoratus nobilis, sicut asserit, tibi, à quo progenitores sui Castrum ipsum tenuerunt in feudum, paratus est pro ipso Castro præstare justitias debitas & servitia consueta;

Serenitatem Regiam rogamus attentè quatinus ipsum Nobilem, qui de Regiâ bonitate confidit, quique preces nostras ad te fiducialiter impetravit, habens pro nostra & apostolicæ sedis reverentiâ, quantum cum Deo poteris, favorabiliter commendatum, Castrum ipsum, cum juribus & pertinentiis suis, Nobili restituas memorato;

Ita quod idem ex interventione nostrarum precum speratum, quem quærit, fructum ex illis se percepisse lætetur, & Regalis providentia culminis condignis exinde in domino laudibus valeat merito commendari.

Dat. Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, Kalend. Februarii, Pontificatûs nostri anno primo.

Sub filo canabeo.

---

* *De Rege terminos circa auxilium Terræ Sanctæ ferendum acceptante.* • II 413.

Ann. D. 1289. *An. 17. E. 1. Pat. 18. E. 1. m. 40. in cedula.*

SUmmo Pontifici, cum recommendatione humili, pedum oscula beatorum.

Litterarum Sanctitatis vestræ, super negotio terræ sanctæ, per fratrem Willielmum de Hothum nobis exhibitarum, tenore nobis diligenter exposito & pleniùs intellecto, deliberato super his habito consilio, assentimus in articulos inferiùs annotatos, videlicet,

Quod terminus passagii generalis vestra auctoritate statuatur à festo Nativitatis Sancti Johannis Baptistæ proximo futuro in tres annos, quod erit anno Domini 1293, Ita quod tunc, morâ qualibet omnino postpositâ, fiat passagium generale, & quod per omnes partes Christianitatis crux communiter prædicetur in terræ subsidium memoratæ, sicut magis expediet negotio dictæ terræ.

Item, quod decima sex annorum, collecta in subsidium terræ San-

Ann. D. 1289. An. 16. E. 1. Ibidem.

EIdem, Rex salutem.

Præsentium tenore vobis, sanctissime pater, vestrisque successoribus, Romanis Pontificibus, & Ecclesiæ Romanæ promittimus, quod, si nos, sponte vel culpâ nostrâ, deficere in transfretando in subsidium terræ Sanctæ contigerit, seu per nos steterit quo minùs in præfixo generalis passagii termino transfretemus, omnia, quæ de decimâ, nobis concessâ in Angliæ & Scotiæ Regnis, ac terris Walliæ & Hiberniæ, nos recepisse contigerit, restituemus ad vestrum dictorumve Successorum & Ecclesiæ Romanæ mandatum, etiam si pars ipsorum receptorum, vel omnia ipsa recepta, in præparatione transfretationis fuissent expensa.

Si verò non transfretaverimus in ipso termino, aliquo impedimento legitimo impediti, expensæ, quæ factæ fuerint in præpara-
* II. 414. tione prædictâ, pro * medietate nobis, & pro medietate reliqua imputentur dictæ decimæ, seu de ipsa decimâ deducantur.

Et, si quid, facta imputatione, seu deductione hujusmodi, apud nos de decimâ ipsâ remanserit, illud similiter restituemus ad vestrum, dictorumque Successorum & Ecclesiæ Romanæ mandatum.

Si quid etiam de expensis, quæ fient in præparatione prædictâ, vel de datis, seu assignatis, ejus occasione, nobis taliter impeditis, recuperari contingat, vel de rebus præparatis, occasione passagii illius, medietatem restituemus, & reliqua medietas erit nostra.

Pro hiis itaque omnibus firmiter observandis, & plenariè adimplendis, nos, Successores nostros, ac exitus nostros Regni Angliæ, aliarumque terrarum nostrarum & bona nostra mobilia, bonis dictis Successoribus vestris, & Ecclesiæ Romanæ obligamus specialiter & expresse; præsentes litteras nostras, regio pendente Sigillo munitas, vobis, supradictis vestris Successoribus, & Ecclesiæ Romanæ in veritatis testimonium concedendo.

Dat. ut supra.

Bulla Nicholai Papæ directa Regi Angliæ pro habendo Philippo, Filio Comitis Flandriæ, favorabiliter in jure suo commendato, in processu super Comitatu Bigorræ.

Ann. D. 1289. An. 17. E. 1. Ex Autogr.

NIcolaus Episcopus servus servorum Dei, Carissimo in Christo Filio Regi Angliæ illustri, salutem & Apostolicam benedictionem.

Considerantes attentiùs magnæ devotionis affectum, quem dilectus filius, Nobilis vir, Philippus Natus dilecti Filii Nobilis viri Comitis Flandriæ, ab olim erga Romanam gessit, & gerit Ecclesiam, dignum duximus, & rationi congruum arbitramur, ut eum, utpote benemeritum, sinceris affectibus diligentes, ipsum in suis negotiis favorabiliter prosequamur.

Cùm itaque, sicut accepimus, præfatus Philippus super Comitatu Bigorræ, ad eum, prout asseritur, pertinente, in Curiâ Regiâ causam habere noscatur, & ad eam personaliter prosequendam se conferre non valeat, Ecclesiæ prædictæ obsequiis in Siciliæ Regno insistens;

Serenitatem Regiam rogandam attente duximus, & hortandam quatinus pro nostrâ & Apostolicæ Sedis reverentiâ, præfatum Philippum Regiæ benignitatis affectu prosequens, ipsum in jure suo favorabiliter commendatum habeas, & de absentiâ benigniùs excu-

...Sarragoniæ per Carolum Principem Salernitanum traditis.

NOverint Universi, quod cum Magnificus Princeps, Dominus Edwardus, Dei gratia, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ & Dux Aquitaniæ, promisisset nobis Alphonso, eâdem gratiâ, Regi Aragoniæ, Majoricarum & Valentiæ, ac Comiti Barchinoniæ, & se, & hæredes suos, & omnia bona sua nobis & hæredibus nostris obligasset,

Ann. D. 1289. An. 17. E. 1. L. B. f. 99. b. Penes Camerar.

Quod, nisi egregius vir, Dominus Karolus, Princeps Salernitanus, optineret & haberet pro nobis Syndicatum Massiliæ, infra tres menses à die suæ liberationis numerandos,

Vel, si hoc obtinere non posset, traderet, infra eosdem tres menses, in posse nostrum viginti obsides de melioribus Massiliæ,

Aut rediret ad Carcerem nostrum infra prædictum tempus, sicut in Capitulis conventionum super liberationem dicti Principis, scriptis manu Magistri Johannis de Cadamo publici, Apostolicâ Auctoritate, Notarii, plenius continentur,

Idem Rex Angliæ solveret, infra tres Menses, futuros post dictos tres menses, nobis vel hæredibus nostris, decem milia Marcarum argenti,

Pro quibus observandis dictus Rex Angliæ per nobilem virum, Petrum de Charment, præstari fecerat, in Animam suam, ad Sancta Dei Evangelia, juramentum.

Nosque prædictos viginti Obsides Massiliæ, secundum formam nobis promissam, in suo termino receperimus,

Præfatum Regem Angliæ à pœnâ prædictarum decem millium Marcarum, & petitione prædictæ, ac Juramenti præstiti, ac etiam ipsius Regis hæredes absolvimus, & declaramus, ac denunciamus penitùs absolutos;

Cassantes & irritantes hujusmodi obligationis Articulum, qui, inter cujusdam alterius Obligationis Articulos, per memoratum Regem Angliæ nobis factæ, pro dicto Principe expressus est inferiùs.

In quorum omnium testimonium Sigillum nostrum apponi fecimus huic scripto.

Datum apud Petram nigram, nono die Martii, anno Domini millesimo, ducentesimo, octuagesimo, octavo.

De omnibus Articulis, per Regem Angliæ, super deliberatione Principis Salernitani Alfonso Regi promissis, fideliter adimpletis.

Ann. D. 1289. An. 17. E. 1. L. B. f. 100. a. Penes Camerar.

NOverint Universi, quod nos, Alfonsus, Dei gratia, Rex Aragoniæ, Majoricarum & Valentiæ, ac Comes Barchinoniæ, confitemur & recognoscimus per præsentes, omnes & singulos Articulos, expressos inferiùs,

Pro quibus Magnificus Princeps Dominus Edwardus, eâdem gratiâ, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ & Dux Aquitaniæ, tradiderat triginta sex Nobiles & Barones, & quadraginta tam Burgenses, quam alias personas, æquivalentes illis, in posse nostrum, in obsides,

Pro certis promissionibus & Conventionibus, per egregium virum Dominum Karolum Principem Salernitanum, nobis vel hæredibus nostris fideliter adimplendis, videlicet,

Pro traditione Raymundi Berengarii filii dicti Principis, qui erat in Provinciâ;

Ac

L. B. f. 100. a. penes Camerar.

[illegible] pro positione septem millium Marcharum argenti, quæ nobis infra certum terminum solvendæ restabant, obligasset, sicut in tractatu Conventionum factarum super liberatione Egregii viri Domini Karoli Principis Salernitani, pleniùs continetur;

Ac Nobilis mulier Guillielma, filia ipsius Gastonis, obligationem eandem per suas Literas confirmâsset,

Nosque dicta septem millia Marcarum, pro quibus dictus Gasto terram suam prædictam, ut dictum est, obligaverat, in suo termino receperimus, & integre habuerimus.

Eundem Gastonem ab obligatione hujusmodi absolvimus per præsentes; Literas obligationis prædictæ, & confirmationis dictæ filiæ suæ, super hoc subsecutæ, declarantes & denunciantes omnino vacuatas.

In cujus rei testimonium sigillum nostrum apponi fecimus huic scripto.

Datum apud Petram Nigram nono die Martii, anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo octavo.

De potestate, a Rege Norwegiæ concessa, tractandi super quibusdam negotiis Margaretam Reginam Scotiæ tangentibus.

Ann. D. 1289. An. 17. E. 1. L. B. f. 149. penes Camerar.

EXcellentissimo & Magnifico Principi, affini & amico suo karissimo, Domino Edwardo, Dei gratiâ, Regi Angliæ, Domino Hiberniæ & Duci Aquitanniæ, Ericus, eâdem gratiâ, Rex Norwagiæ salutem, & sinceræ dilectionis constantiam, cum Honoris & Gloriæ perpetuis incrementis.

Noverit vestra Majestas Regia quod nos dilectos ac fideles nostros, Tirricium de Campis Ludi Baronem, Petrum Algothi quondam Regni Sueciæ Cancellarium, Thorwaldum de Shetland, & Guthorinum de Osleya, Milites, latores præsentium facimus, constituimus & ordinamus nostros veros & legitimos Procuratores, & Nuncios speciales:

Ad tractandum & conferendum cum Serenitate vestrâ, super quibusdam negotiis, nos & filiam nostram karissimam Margaretam, Consanguineam vestram, Dominam ac Reginam Scotiæ, ac ipsum Regnum suum Scotiæ tangentibus:

* II.417. * Dantes & concedentes eisdem Nunciis & Procuratoribus nostris, authoritatem plenariam & mandatum speciale ad stabilienda prædicta negotia, & ad omnia alia facienda, sine quibus prædicta negotia expedire non possint; prout nobis, & filiæ nostræ supra dictæ melius cedere viderint ad commodum & honorem.

Ita tamen quod, si omnes hiis expediendis interesse nequiverint, tres vel duo ex ipsis nichilominus in negotiis procedant supradictis;

Ratum habituri & gratum, quicquid per dictos Nuncios & Procuratores nostros, seu ipsorum tres vel duos, factum fuerit & ordinatum in præmissis, seu quolibet præmissorum.

In cujus rei testimonium præsens procuratorium sigilli nostri appensione duximus roborandum.

Dat. apud Civitatem Burgens. Kal. Aprilis anno Regni nostri decimo.

L. B. f. 281. b. penes Camerar.

[illegible] centum libras Morlanorum annuatim, quam diù vixerimus, per manus Constabularii Burd. qui pro tempore fuerit, in festo omnium Sanctorum percipiendum,

Nos concedimus eidem quod si forte, quod absit, contigerit quod nos non essemus in ipsius fidelitate & homagio, sicut sumus, extunc idem Rex ad solutionem dictarum centum librarum Morlanorum annuatim minime teneatur.

Et hoc omnibus significamus per præsentes literas, sigillo nostro signatas.

Dat. Condom. 7 die mensis Aprilis, Anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo nono.

De Provisione Papali contra Johannem de Cadamo Clericum Regis. * II.418.

Ann. D. 1289. An. 17. E. 1. Ex Autogr.

NIcholaus Episcopus, servus servorum Dei, Carissimo in Christo Filio Regi Angliæ illustri salutem & Apostolicam benedictionem.

Exposuit nobis dilectus Filius Berardus, Thesaurarius Ecclesiæ Turonensis, Canonicus Eboracensis Ecclesiæ, Capellanus noster, quòd, felicis recordationis, Martinus Papa quartus, prædecessor noster, intendens eum, tunc Camerarium suum, prerogativâ favoris & gratiæ prosequi specialis, sibi Canonicatum & Præbendam ejusdem Eboracensis Ecclesiæ, tunc vacantes per mortem quondam Bonifacii de Coconato, dudum ipsius Ecclesiæ Canonici (qui debitum naturæ persolverat in partibus Lombardiæ) cum plenitudine juris Canonici, ac omnibus juribus & pertinentiis suis Apostolicâ sibi auctoritate contulit, & providit de illis, ipsumque præsencialiter investivit per suum anulum de eisdem.

Decernens extunc irritum & inane, si secus de Canonicatu & præbendâ prædictis, contra hujusmodi collationem, provisionem & investituram suas, Apostolicâ seu quâcunque aliâ auctoritate, quemcunque contingeret attemptari.

Voluit quoque dictus prædecessor eundem Canonicum, omnibus, quâcunque auctoritate receptis, & recipiendis in eâdem Ecclesiâ, in prædictorum Canonicatûs & Præbendæ assecutione præferri de gratia speciali; sed quoad assecutionem aliorum Canonicatuum & Præbendarum nullum per hoc præjudicium generari, certis sibi ab eodem prædecessore super hoc Executoribus deputatis.

Verum Magister Johannes de Cadomo, Canonicus Ecclesiæ sancti Martini magni Londonien. suis finibus non contentus, prætextu quarundam litterarum, piæ memoriæ, Johannis Papæ, Prædecessoris nostri, per quas certis Executoribus mandabatur, ut duobus Clericis ydoneis, familiaribus Carissimæ in Christo Filiæ nostræ Reginæ Anglorum illustris, Consortis tuæ, uni, viz. in prædictâ Eboracensi, & alteri in Sarisbiriensi Ecclesiis, quos Regina ipsa duceret nominandos, de præbendis, si vacarent inibi, vel quam cito vacare contingeret, providerent se per eosdem executores, in prædictorum Canonicatûs & Præbendæ possessionem, licet sibi nullum jus competeret, in eisdem procuravit induci.

Sicque Canonicatum & Præbendam eosdem detinet taliter occupatos, in suæ salutis dispendium, ejusdem Canonici grande præju-

cessoris litteras eis formam, sollicitum inceperunt habere processum:

Sed præfatus Johannes, quorundam Officialium tuorum, quorum unus Thomas de Londoniis nominatur, qui se portare clavam Regiam asserebat, alter Guillielmus Daniel nomine Coronarium Regium se dicebat, fultus potentiâ & favore, gravibus contra Decanum, Capitulum & Officialem prædictos, comminationibus editis, & terroribus violentis incussis, quos absque tuâ conniventiâ id credimus attemptâsse, non solum fructus & proventus, qui nondum à Decano, Capitulo, & Officiali memoratis collecti fuerant, sed collectos etiam per eosdem per violentiam per se ac alios occupavit, ac detinet taliter occupatos, in offensam Dei, Apostolicæ sedis injuriam & grave præjudicium Canonici memorati.

Quia igitur hujusmodi negotium potissimè cordi gerimus, ad optatum ejus & celerem exitum intendentes, Celsitudinem Regiam rogandam attentè duximus, & hortandam, quatinus diligenter attendens, quod te non decet aliquatenus sustinere, ut per familiares, seu Officiales tuos, vel alios in tuo Regno talia præsumantur, cum cedant in Apostolicæ sedis injuriam & contemptum, à tuitione, ac defensione memorati Johannis, præsertim cum, occasione hujusmodi, vinculo sit Excommunicationis astrictus, eumque per nostras mandaverimus litteras excommunicatum publicè nuntiari, omnino desistens,

De Regia benignitate permittas, ut præfati Decanus & Officialis, fructus, & proventus præfatos, à dicto Johanne, & aliis quibuscunque recuperent, sic acceptos, & percipiendos in antea colligere valeant, & deponere in tuto loco fideliter conservandos, donec de eis per Sedem Apostolicam aliter fuerit ordinatum.

Nostræ autem intentionis existit, ut ille fructus prædictos habeat, ad quem prædictos Canonicatum & Præbendam de jure spectare finaliter fuerit declaratum.

Sic te in hiis efficaciter habiturus, ut devotionem Regiam, quam in hâc parte promptam cupimus invenire, dignis in Domino laudibus attollamus.

Dat. Rom. apud sanctam Mariam Majorem 10 Kal. Maii, Pontificatûs nostri anno secundo.

Sub filo canabeo.

Pro Amaneno de Lebreto, cujus servitia Rex præmiis amplis compensavit.

Ann. D. 1289. *An.* 17. *E.* 1. *Rot. Vasc.* 17. *E.* 1. *p.* 2. *m.* 14.

REX omnibus, ad quos, &c. salutem.

Sciatis quod, propter grata & laudabilia servitia, nobis per Amanenum de Lebreto, dilectum & fidelem valettum nostrum, filium quondam Amaneni Domini de Lebreto Militis, præstita & præstanda,

Dedimus & concessimus, & per præsentem cartam nostram concedimus & donamus, pro nobis, hæredibus & successoribus nostris, eidem Amaneno & hæredibus suis quicquid juris, proprietatis & possessionis habemus, seu habere possumus, & debemus in justiciatu & jurisdictione, altis & bassis, totius Parochiæ de Pissons, Diœcesis Vasatensis:

Et etiam quicquid juris, proprietatis & possessionis habemus, seu habere possumus & debemus in Villagio, seu territorio, vel affario de Bordes solas, quæ sunt in Parochia de Luxeir, Diœcesis antedictæ;

Scilicet in hominibus, quæstis, servitiis, terris, landis, nemori-

Amanenum de Lebreto, Dominum Castri de Sora, jure proprietatis, pertinere ratione Castri sui prædicti.

Unde Senescallo Vasconiæ, Præpositis, seu Bajulis Herbæ, Faveriæ, & de Seuinhato, ac aliis quibuscumque Ministris nostris, qui nunc sunt, vel pro tempore fuerint, districtius inhibemus, ne dictum Amanenum, hæredes, vel successores suos, occasione alicujus possessionis, quam de præmissis dicti Præpositi, seu Bajuli Herbæ, Faveriæ, & de Sauinhato, vel quicunque alii Officiarii nostri, nostro nomine habuerint in præmissis justiciatibus, & Landa, impediant quoquo modo, quo minus idem Amanenus & successores sui habeant & teneant pacificè & quietè justiciatum & Landam prædictas.

In cujus &c.

Teste ut supra.

De Procuratore constituto ad computandum cum Rege Franciæ.

Ann. D. 1289. *An.* 17. *E.* 1. *Rot. Vasc.* 17. *E.* 1. *p.* 2. *m.* 14.

EXcellentissimo Domino suo, Domino Philippo, Dei gratiâ, Franciæ Regi, & discretis viris, per eundem Dominum Regem assignatis ad compota Regni Franciæ apud Templum Paris audienda, E. eâdem gratiâ, Salutem & promptum optatum ad eorum beneplacita & mandata.

Sciatis quod fecimus & constituimus dilectum Clericum nostrum, Johannem de Reda, exhibitorem præsentium, Attornatum, negotiorum gestorem seu Procuratorem nostrum, ad computandum vobiscum, assignatis prædictis, de solutionibus, per nos, vel alios, nomine nostro factis, seu receptis, per quoscunque habitis, nomine vestro, de costuma nostra Burdeg. vel aliis redditibus nostris Ducatûs Acquitaniæ, in partem solutionis septuaginta Milium librarum Turon. nobis dudum mutuatarum, in viagio, & pro viagio nostro ad terram sanctam, per, fælicis recordationis, Dominum Lodowicum, avum vestri Domini Regis prædicti:

Et etiam ad ordinandum de satisfaciendo vobis super residuo, si quod restet solvendum de Summa prædicta.

Necnon ad recuperandum litteras nostras, quæ penes vos extant, super mutuo supradicto, & recipiendum à vobis litteras quietæ clamantiæ.

Et alia omnia & singula facienda in præmissis, & pertinentibus ad præmissa, quæ nos faceremus, vel facere possemus si præsentes essemus, & quæ verus & legitimus Attornatus, negotiorum gestor vel procurator, facere potest & debet.

Ratum & gratum habentes, & perpetuò habituri quicquid per ipsum Johannem actum, gestum, seu procuratum fuerit in præmissis, & pertinentibus ad præmissa.

Et hæc vobis & aliis, quorum interest, aut interesse potest, significamus per has litteras patentes, Sigillo nostro signatas, in testimonium præmissorum.

Dat. Condom. 25 Die Aprilis.

---

* *Pro Arnaldo, Monetario Cive Burdegalensi, qui posuit se obsidem pro liberatione Principis Salernitani.*

* II. 411. Ann. D. 1289. *An.* 17. *E.* 1. *Rot. Vasc.* 17 *E.* 1. *p.* 2. *m.* 11.

REX universis, &c. Salutem.

Dilectum nostrum Arnaldum Monetarium civem Burdeg. qui se obsidem ad requisitionem nostram posuit in potestate Regis Ara-

[illegible], & prosequi gratiose.

Vitam prosperam & longævam annuat vobis Deus, ad Regimen Ecclesiæ suæ Sanctæ & Pacem totius populi Christiani.

Dat. apud Lauerdake octavo die Maii, Anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo nono.

Ejusmodi Litera Domino Latino Ostiensi & Villarrensi Episcopo Cardinali.

Ann. D. 1288. *An.* 17. *E.* 1. *Ibidem.* VEnerabili in Christo patri, amico suo Karissimo, Domino Latin. Dei gratiâ, Ostien. & Villatren. Episcopo, Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinali, Edwardus, eadem gratia, &c. Salutem, cum incremento continuo gloriæ & honoris.

Dilectis consiliariis & fidelibus nostris, Nobili viro, Antonio de Grandissono, & religioso viro & discreto Fratri Guillielmo de Hothum, de ordine prædicatorum, quos, pro quibusdam negotiis nostris, ad Dominum Summum Pontificem & ejus curiam destinamus, quædam commisimus vobis vivæ vocis oraculo referenda.

Paternitatem vestram rogantes, quatenus præfatis Nunciis nostris, vel eorum alteri, super omnibus, quæ vobis ex parte nostra,
* II. 422. ore tenus duxerint * exponenda, fidem velitis indubiam adhibere.

Dat. apud Lauerdake octavo die Maii, anno Regni nostri 17.

Consimilis littera dirigitur singulis Cardinalibus de Curia Romana, videlicet,

Domino Bernardo Dei gratiâ Episcopo Penestrino sacrosanctæ Romenæ Ecclesiæ Cardinali.

Domino Bentenenge Dei gratia Albanen. Episcopo, &c.
Domino Johanni Dei gratia Episcopo Tusculano, &c.
Domino Bernardo Dei gratia Episcopo Portuen. &c.
Domino Gerardo Dei gratia Epis. Sabyn. &c.
} Episcopis Cardinalibus.

Item Domino Petro Dei gratia Tituli Sancti Marci Presbiter. Cardinali.
Domino Hugoni Dei gratia Titulæ Sanctæ Sabinæ.
Domino Mathæo Dei gratia Tituli Sancti Laurentii in Damaso.
} Presbiteris Cardinalibus.

Memorandum quod non scribitur hic Cardinali qui est Legatus in Francia.

Item Domino Mathæo Dei gratia Sanctæ Mariæ in Porticu,
Domino Jacobo Dei gratia Sanctæ Mariæ in via lata,
Domino Petro Dei gratia sancti Eustachii,
Domino Benedicto Dei gratia sancti Nicholai in Carcere Tulliano,
Domino Scapolio Dei gratia sancti Adriani.
} Diaconis Cardinalibus.

nos preces instantes interposuisse, quod Celsonensem Præpositum, 74. b. *Penes Camerar.*

Cum potestate prorogandi terminum treugæ, obtinendæ ab Ecclesia & Rege Franciæ per Illustrem Dominum Karolum Principem Salernitanum, ac traditionem faciendam de filio Primogenito suo, ad Romanam Curiam mittere deberemus.

Quare vestræ significamus Celsitudini, quod dictum Præpositum Celsonensem, juxta voluntatem vestram mitteremus libenter, si commodè fieri posset quod dictus Præpositus securè ad dictam Curiam accedere posset.

Set id nequit fieri, nisi à sede Apostolica, & Rege Franciæ, & valitoribus suis haberet literas de conductu.

Procuratorium etiam illud eidem Præposito, cum potestate ipsius prorogationis, non videmus quod possemus nunc facere bono modo, sicut jam vobis dici misimus per eundem.

Quoniam gentibus nostris videtur ipsam prorogationem fieri in detrimentum nostri & eorum, cum plurimi Barones, Cives, Burgenses & alii, Conventiones habitas inter nos & Principem supradictum, super ipsius Principis deliberatione, juraverint servare & facere observari: ad quæ non videntur, post prorogationem seu innovationem, si qua fieret, teneri, nisi illi eidem denuò consentirent.

Præterea, placet nobis, juxta requisitionem vestram, quod, tanquam communis amicus nostri & Principis prædicti, de voluntate nostrâ, inter nos & Principem prædictum, de prorogatione prædictâ, possitis tractare, ordinare, & procedere super eâ nomine & auctoritate nostri; nichil de conditionibus aut obligationibus aliqualiter inmutando, nisi tantum de tempore prorogando.

Quicquid enim vos in præmissis ordinaveritis observabimus, & illud faciemus inviolabiliter observari.

Hiis enim & aliis, quibus bono modo poterimus, vestram sequi volumus voluntatem; vos autem, in quantum poteritis, ea quæ, absque nostri præjudicio, super prædictis fuerint ordinanda.

Dat. in Terrer. Id. Madii, anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo nono.

Pro Abbate & Conventu Ecclesiæ de Fonte Willielmi.

REX omnibus, ad quos præsentes litteræ pervenerint, salutem. Ann. D. 1289.

Inspeximus quandam litteram, quam Dominus Johannes, quondam Rex Angliæ, avus noster, fecit dilectis nobis in Christo, *An.* 17. *E.* 1.
Abbati & Conventui Ecclesiæ de Fonte Willielmi, *in hæc verba*; *Rot. Vascon.* 17.

Johannes, Dei gratiâ, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, Dux *E.* 1. *p.*
Normanniæ & Aquitanniæ, & Comes Andegaviæ, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Comitibus, Baronibus, Justiciariis, Senescallis, & omnibus Ballivis, & fidelibus suis salutem. 2. *m.* 8.

Sciatis nos suscepisse in manum, custodiam & protectionem nostram Abbatem Ecclesiæ de Fonte Willielmi & Priorem & Monachos ejusdem Ecclesiæ, & omnes terras, homines, res, redditus & omnes possessiones suas.

Et ideo volumus & firmiter præcipimus, quod eos & omnia sua manuteneatis, custodiatis & protegatis, sicut nostra dominia, non in-

Salerni.

Ann. D. 1289. *An.* 17. *E.* 1. *L. B. f.* 277. *a.* *Penes Camerar.*

EDwardus, Dei gratiâ, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, & Dux Aquitaniæ, omnibus, ad quos præsentes litteræ pervenerint, salutem.

Sciatis quod pro grato & laudabili servitio, quod dilectus consanguineus & fidelis noster Gasto Vicecom. Bearn. multipliciter nobis fecit, & maxime, pro liberatione carissimi consanguinei nostri, Caroli Jerusalem & Siciliæ Regis illustris, nuper in Aragoniâ, ad instantiam nostram, obsidem se ponendo.

Concessimus ei Castrum nostrum de Lados, & quicquid ad nos ibidem pertinet ratione incurramenti, ad nos provenientis ex commisso Arnaldi Bernardi de Lados Militis defuncti;

Ac etiam totam terram illam, cum pertinentiis, quam emimus à Reymundo Guillielmi de Lados, & quicquid aliud ibidem exemptione adquisivimus & habemus, salvâ nobis altâ justitiâ in locis eisdem,

Habendam & tenendam eidem Gastoni dum vixerit; ita quod, post ejus obitum, idem Castrum, cum pertinentiis ac totâ terrâ prædictâ, (quam à præfato Reymundo emimus, & quicquid aliud ibidem ex emptione habemus, & eidem per præsentes litteras concessimus) ad nos & hæredes nostros plene & libere & absque impedimento aliquo revertantur.

In cujus rei testimonium has litteras nostras fieri fecimus patentes.

Dat. apud Condat. juxta Leyburn. secundo die Junii, anno Regni nostri decimo septimo.

Pro Bernardo Dantas, qui posuit se obsidem pro Principe Salerni.

Ann. D. 1289. *An.* 17. *E.* 1. *Rot. Vasc.* 17. *E.* 1. *p.* 1. *m.* 3.

REX, omnibus ad quos, &c. salutem.

Attendentes laudabile & gratum servitium, quod dilectus noster Bern. Dantas, Civis Aquen. nobis fecit pro karissimo consanguineo nostro, Karolo illustri Rege Siciliæ, in Aragon. ad nostram instantiam, obsidem se ponendo, & etiam in futurum faciet, ut speramus,

Sibi, & Reymundo de Arn. de Francisco, & hæredibus ac successoribus eorumdem, pro nobis, hæredibus, & successoribus nostris, damus & concedimus, quantum in nobis est, placeas quæ
* II.425.
sunt in Villa nostra Aquen. ante fontem * calidum (vocatum vulgariter le Nehe) confrontantes cum muro ejusdem, quantum versus Carreriam publicam protenduntur, cum omnibus pertinentiis suis, ad construendum domos,

Ac etiam in rivo, drivant à fonte prædicto, ubicumque magis eis placuerit & visum fuit expedire, licentiam faciendi molendinum vel molendina, aut etiam molendina cum molendinario (excluso, in fonte, Majori calido, qui dicitur Nehe) & aliis, quæ ad dicta Molendina seu Molendinum fuerint necessaria vel etiam oportuna:

Reddendo inde, pro prædictis omnibus, nobis, hæredibus & successoribus nostris, anno quolibet, quinquaginta solidos Burdeg. Monetæ in Castro nostro Aquen. in Festo Natalis Domini, & unam lanceam cum ferro, deauratam, pro sporla in mutatione Dominii cujuslibet hinc & inde;

tus, si illud ibidem tenebimus continue vel quasi, communicentur & per medium dividantur.

Et quod Senescallus Agenn. vel Judex suus, in citando subditos dictæ communis jurisdictionis, vel alias, fraudem non adhibeant, per quam dictus Episcopus possit jure suo super præmissis in aliquo defraudari;

Ita tamen quod hoc non posset extendi ad illos casus, in quibus cognitio & jurisdictio alicujus negotii erit, per appellationem vel alium modum, ad Senescallum Agenn. devoluta;

Vel in quibus litigantes in ipsum Senescallum, sicut in Senescallum; vel in Judicem nostrum, sicut in Judicem consentient;

Quia talia, sicut nostra propria quoad cognitionem, processum, & judicium, communicari non debebunt:

Salvis etiam nobis omnibus aliis explectis & juribus, quæ nos & Senescallus noster Agenn. & Judex, sicut major, seu superior Dominus Agenn. explectavimus, & Prædecessores nostri explectaverunt Agenn. temporibus retroactis.

Item proprium & perpetuum carcerem non faciemus apud Agenn. sine voluntate Episcopi;

Tamen nostros proprios prisonarios * quoscumque apud Agenn. * II.426.
prout nobis vel gentibus nostris videbitur expedire, tenebimus; proprium & perpetuum carcerem non faciendo, ultra carcerem communem, & carcerem domûs communis Agenn. qui est antiquus:

Ita quod per hoc in hiis, quæ pertinent ad subditos communis jurisdictionis Agenn. & ad nos & ipsum Episcopum, Dominos immediatos Agenn. nulla fraus fiat, nec aliquod præjudicium generetur.

Bajulus enim noster de Agenn. quoad communem jurisdictionem, jurabit Bajulo Episcopi: Et è converso; quod sibi adinvicem fideliter respondeant de præmissis: Et ille, qui tenebit apud Agenn. pro nobis Sigillum nostrum prædictum ad contractus, vel quasi ordinatum (si dictum Sigillum, ut dictum est, ibidem tenuimus continue vel quasi) similiter jurabit quod fideliter respondeat Episcopo, vel mandato suo, de medietate obventionis Sigilli prædicti;

Verùm, cum præfatus Episcopus constanter assereret quod à Bajulis communibus Agenn. ad aliquem, inhibi locum nostrum in hoc tenentem, & ad ipsum Episcopum appellari debebat, & quod ab antiquo ita fuerat observatum, prout per quasdam antiquas litteras verisimiliter ostendebat;

Recognoscens nichilominus & asserens, quod à dicto locum nostrum tenente, & Prædecessorum nostrorum, & ab ipso Episcopo, ad nos vel Senescallum nostrum Agenn. iterum poterat appellari, licet hoc contra jus & naturam dicti pariagii videretur, sibi concedimus quod permittemus fieri appellationes modo prædicto;

Et nichilominus, si appelletur ab eisdem Bajulis ad dictum Senescallum immediate, ipse Senescallus remittet causam appellationis, cognoscendam & terminandam, ad aliquem, ad hoc per nos deputandum, & per ipsum Episcopum, vel ejus locum tenentem, sicut ad Dominos communes Agenn. quamdiu hoc sine periculo per nos poterit tolerari;

Ita tamen, quod si contingat aliquem istorum graduum appellationum aliquo tempore annullari, vel infirmari, seu removeri, quod dictus gradus appellationum, à dictis Bajulis communibus Agenn. ad dictum locum nostrum tenentem, & ipsum Episcopum, vel ejus

In quorum testimonium Sigillum nostrum præsentibus est appensum.

Dat. apud Gundamum 24. die Julii.

De pardonatione pro Johanne Duce Britanniæ & Comite Richmundiæ.

Ann. D. 1289. An. 17. E. 1. Rot. Vascon. 17. E. 1. p. 1. m. 3.

REX omnibus ad quos, &c. salutem.

Sciatis quod pardonavimus dilecto & fideli nostro, Johanni de Britannia, Duci Britanniæ, & Comiti Richemundiæ, transgressionem, quam fecit non faciendo nobis servitium suum in tribus guerris, ultimo habitis in Wallia:

Ac etiam totam pecuniam, quæ ab eodem Duce, & Comite, & suis exigitur ad opus nostrum pro scutagio, nobis debito pro tribus guerris antedictis; & ipsum omnino absolvimus de eisdem:

Nolentes quod idem Dux & Comes, vel hæredes sui, occasione transgressionis & Scutagii prædictarum, vel alterius eorumdem, per nos, vel hæredes nostros, Thesaurarium, Justiciarios, Vicecomites, seu alios quoscumque Ministros nostros inde occasionentur in aliquo, vel graventur.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Ambian. 28. die Julii.

Ann. D. 1289. An. 17. E. 1. Rot. Pat. 17. E. 1. m. 13.

MEmorandum quod, die Veneris, proximo ante Festum Assumptionis beatæ Mariæ, videlicet, duodecimo die Augusti, Anno, &c. decimo septimo, Rex applicuit apud Dovorr. de partibus Vasconiæ & Franciæ,

Et Venerabilis Pater R. Bathoniensis & Wellensis Episcopus Cancellarius suus applicuit die Mercurii proxima præcedente de partibus supradictis, cum magno Sigillo ipsius Regis.

Bulla de translatione Abbatiæ de Aberconwey, & de Validitate Bullarum, a Pontifice nondum benedicto & consecrato confectarum, ac Electi nomen nullatenus exprimentium.

Ann. D. 1289. An. 17. E. 1. Ex Autogr.

NIcolaus Episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis Abbati & Conventui Monasterii de Aberconewete in Wallia, Cestertiensis ordinis, Bangorensis Diocesis, salutem & Apostolicam benedictionem.

Ex parte carissimi in Christo filii nostri Edwardi Regis Angliæ illustris, fuit propositum coram nobis, quod, felicis recordationis, Honorius Papa, Prædecessor noster, ante consecrationem & benedictionem suam, intellecto, quod Monasterium vestrum ob certas causas rationabiles in loco, ubi tunc erat, non poterat commode remanere,

Præfatus Prædecessor, nondum benedictus & consecratus, ad devotam ipsius Regis supplicationis instantiam, transferendi præfatum Monasterium de præmisso loco ad locum, in quo nunc situm esse dinoscitur, per litteras suas, bullatas bullâ suâ, quæ nominibus, fuissemus obligati, prout in Literis, utrimque confectis, Sigillis nostris signatis, plenius continetur:

Et nos, ex causis aliquibus, requisiverimus dictum Regem ut, de suâ gratiâ & liberalitate merâ, dictum terminum omnium Sanctorum usque ad aliquem ulteriorem terminum, quem inter ipsum & memoratum Regem Consanguineum nostrum concordari contigerit, sibi placeat prorogare;

Nos eidem Regi Aragoniæ teneri volumus ad terminum, quem nunc concedere voluerit, omnibus modis & conditionibus illis, quibus ad priorem terminum tenebamur eidem; & ad hoc nos per præsentes Literas obligamus.

Volentes nichilominus quod omnes Literæ obligatoriæ, quas alias fecimus dicto Regi Aragoniæ, super liberationem Consanguinei nostri antedicti, in suo robore permaneant; dicto termino tantummodo prorogato:

In cujus rei testimonium Sigillum nostrum præsentibus est appensum.

Datum apud Rayleigh ultimo die Augusti, anno Domini millesimo, ducentesimo, octogesimo, nono, & anno Regni nostri decimo septimo.

Bulla de lugubri statu Terræ Sanctæ.

NIcolaus Episcopus, servus servorum Dei, Carissimo in Christo filio Regi Angliæ illustri, salutem & apostolicam benedictionem. Ann. D. 1289. An. 17. E. 1. Ex Autogr.

Dura nimis & amara valde nuper de Ultramarinis partibus nova percepimus, dilectorum filiorum Hugonis de Marescon. & Johannis ordinis prædicatorum, Petri de Hezquam hospitalis Sancti Johannis, & Hertandi, Domûs Militiæ Templi Jerosolimitani fratrum, latorum præsentium, relatione flebili exprimente.

Sensimus quidem in intimis diri doloris ictum, tam gravibus, tam tristibus, rumoribus intellectis, lugubri, & ab olim periculoso, dictarum partium statui paterno compatientes affectu,

Cum in earum Incolas, (prout dictorum fratrum mœsta patefecit assertio) pridem, sicut jam intellexisse te credimus, sæva manus irruerit impiorum; quæ, nephandis assueta scelenbus, & redemptorum sanguinem sitiens, ætati vel sexui non pepercit, in grandem nostri redemptoris injuriam, magnum Christianitatis obprobrium & contemptum, ac animarum & corporum Incolarum ipsorum gravissimum detrimentum.

Cum itaque dicti fratres ad præsentiam tuam se propterea conferant, confidenter Excellentiam Regiam rogandam attente duximus & hortandam quatinus, intuitu Dei (cujus in hac parte negotium agitur) & pro apostolicæ sedis ac nostra reverentia, dictos fratres benigne recipiens, & honeste pertractans, clementer audias, & intelligas diligenter ea, quæ de statu dictarum * partium, & pro ipso, in præsentia Regia duxerint proponenda; * II 429.

Tuque de celeri adhibendo in hac parte remedio, tamquam Princeps catholicus, sollicite cogitare procures: Cogitatum hujusmodi festina exhibitione operis, prout expedit, prosequendo; ne, quod absit, hujusmodi prorogato subsidio, terram illam absorbeat execranda voracitas inimici;

Sic te habiturus efficaciter in hac parte, ut exinde præmium consequaris à Domino, quod pro piis actibus recompensat; & præter laudis humanæ præconium, tibi proinde proventurum, nos Ro-

merar.

Argonus, ad requisitionem Ecclesiæ, paratus & promtus existit viriliter & potenter accedere in Terræ Sanctæ subsidium, tempore passagii generalis.

Cum autem præfatus Nuncius (cui, de multæ probitatis & fidelitatis meritis ac fide dignis, laudabile testimonium perhibetur) ad præsentiam regiam, propter hoc, ex parte præfati Argoni Regis, accedat;

Celsitudinem regiam rogamus & hortamur attente, quatinus Nuncium ipsum, benignè recipiens & honestè pertractans, diligenter audias quæ tibi ex parte ipsius Argoni duxerit referenda.

Dat. Reatæ 2. Kalend Octobris, Pontificatûs nostri anno secundo.

Litera ab Episcopo Cæsaraugustano, Caroli Regi Siciliæ, quod Rex Arragoniæ Tractatum Pacis cum dicto Rege acceptaverat.

Ann. D. 1289. An. 17. E. 1. L. B. f. 121. b. penes Camerar. * II.430.

SEreniſſimo & Excellentiſſimo Principi, Domino Karolo, Dei gratiâ, illustri Regi Jerusalem & Siciliæ: Ducatûs Apuliæ, Principatus Capuæ, ac Principi Achayæ: Andegaviæ, & Provinciæ & Forchalqueriæ Comiti; Hugo, miseratione Divina, Cæsaraugustanus Episcopus, salutem, cum omni reverentiâ, & paratam semper ad ejus obsequia voluntatem.

Noverit Regia Celsitudo illustrem Regem Aragonum, quantum in eo est, * dummodo placeat Fratri suo, tractatum pacis & concordiæ, quem ex parte vestræ magnitudinis, ego ac venerabilis Abbas Sinaque sibi optulimus, acceptâsse;

Et, sicut ex verbis suis colligo, amicitiam vestram, & Apostolicæ sedis gratiam habere multùm affectat;

Et ideo ordinavit, in Festo Sancti Michaelis, generalem Curiam celebrare;

In quâ, de communi Catalanorum & Aragonum consilio & assensu, solempnes, ac prudentes, & Deum timentes nuncii, tam ex parte sui, quàm ex parte totius Regni ad Dominum Jacobum destinentur;

Qui eum efficaciter omnio inducant ad acceptandum tractatum pacis prædictum, & ad disponendum & habilitandum seipsum ad gratiam & amicitiam Romanæ Ecclesiæ promerendam.

Super dilatione verò, quàm vestro nomine à Rege Aragonum supradicto, petivimus, habito consilio suo, respondit,

Quod sine periculo suo dilationem prædictam non poterat, ut petebatur, concedere; sed quod faceret id quod dilationi prædictæ æquipollere videtur;

Unde promittit & facit nobis pactum, quod, si ea, vel aliquid eorum, quæ usque ad Kalendas Novembris, juxta conventiones, inter vos habitas, promisistis facere & complere, non feceritis nec compleveritis, & ex hoc in pœnam seu pœnas, in præfatis conventionibus comprehensam seu comprehensas, incideritis, pœnas hujusmodi à vobis, vel Fidejussoribus, seu promissoribus, super hiis datis a vobis, non petat nec exigat ullo modo; dummodo conditiones illas infra ad Kalendas Maii adimpleveritis, sicut priùs:

Et super hiis præfatus Rex Aragonum mittit Celsitudini vestræ litteram suam, suo Sigillo munitam.

Alia ad præsens vobis non scribo; sed me vestræ gratiæ recommendo.

Dat. Barchinoniæ Nonis Septembris.

* Promissio Alfonsi Regis Arragonum quod pœnam non exiget, quamvis Rex Jerusalem non adimpleret Conditiones super liberatione ejus.

IN Nomine Domini nostri Jehu Christi Amen, anno Nativitatis ejusdem millesimo, ducentesimo, octuagesimo, nono: Ann. D. 1289.

Noverint Universi quod nos Alfonsus, Dei gratia, Rex Aragoniæ, Majoricarum, & Valentiæ, ac Comes Barchinoniæ, promittimus ac pactum facimus vobis, in Domino, Karolo, Dei gratiâ, Jerusalem Regi illustri, quod si conditiones omnes, vel aliquam illarum, quæ sunt in tractatu, pro vestra liberatione, inter vos & nos habito, comprehensæ, usque ad Kalendas Novembris non impleveritis, prout adimplere & attendere promisistis, & ob hoc in pœnas, seu pœnam, juxta formam tractatam, incideritis. An. 17. E. 1. L. B. f. 121. a. Penes Camerar.

Quod pœnam, seu pœnas, nobis commissam, seu commissas, non petamus, nec exigamus ullo modo, nec ullo tempore à vobis, seu successoribus vestris, nec à Fidejussoribus, seu Promissoribus, pro illis complendis datis à vobis; dummodo infra Kalendas Maii conditiones illas adimpleveritis, aut in captionem nostram redieritis, prout in tractatu prædicto pleniùs continetur.

Datum Barchinon 7. Idus Septembris, anno Domini millesimo, ducentesimo, octuagesimo nono.

Litera Custodum Regni Scotiæ, per quam dederunt potestatem Episcopis Sancti Andreæ & Glascuen. Roberto de Brus, Domino Vallis Anandi, & Johanni Comyn, ad tractandum coram Rege Angliæ, cum Nunciis Regis Norwagiæ, super Negotiis, quæ coram Rege exponere voluerint.

EXcellentiſſimo Principi, Domino Edwardo, Dei gratia, Regi Angliæ illustri, Domino Hiberniæ, & Duci Aquitaniæ, Custodes Regni Scotiæ, per Communitatem ejusdem Regni electi, salutem, & continuum semper gloriæ & honoris incrementum. Ann. D. 1289. An. 17. E. 1.

Notum vobis facimus, per præsentes, quod cum, ad preces & instantiam vestram, ad præsentiam vestram Venerabiles in Christo Patres W. & R. permissione Divina, Sancti Andreæ & Glasguen. Episcopos, Nobiles viros Robertum de Brus Patrem, Dominum Vallis Anandi, & Johannem Cumyn, destinemus pro quibusdam rebus seu Negotiis, vobis per quosdam solempnes Nuncios Domini Regis Norwagiæ illustris suggestis, sicut per litteras vestras, nuper nobis missas, didicimus. L. B. f. 127. Penes Camerar.

Damus & concedimus prædictis destinatis potestatem & mandatum tractandi cum dictis Nunciis Norwagiæ, coram vobis, super rebus seu negotiis, vobis expositis per eosdem.

Et ea, quæ erunt in vestrâ præsentiâ ab utraque parte concorditer ordinata, affirmandi; salvis tamen, in omnibus & singulis, & per omnia libertate & honore Regni Scotiæ:

Ratum & gratum habituri quicquid per prædictos, in vestrâ præsentiâ, tractatum fuerit & affirmatum; dummodo ex hoc Regno Scotiæ & ejus Incolis nullum imposterum præjudicium generetur,

In cujus rei testimonium has litteras Patentes Sigillo, Regimini Regni Scotiæ deputato, fecimus sigillari.

Datum apud Monasterium de Melros, tertio die Octobris, anno gratiæ 1289.

Bello

... nequivimus.

Nobis nichilominus quibusdam petitionibus ad efficacem executionem præfati negotii ex Parte Regiâ præsentatis, nostris ad eas, de fratrum nostrorum consilio, prout expedire putavimus, responsionibus subsecutis.

Petitiones autem ipsas, & responsiones ad eas præsentibus fecimus annotari.

Prima Petitio. Prima igitur Petitio continebat, quod cum ejusdem terræ utilitati expediat, & necessitati congruat, certum terminum passagio universali præstitui, ut exinde illa, quæ ad hoc necessaria sunt, & per jam dictæ sedis providentiam ordinanda, procedant efficaciùs, promptiusque votivum sortiantur effectum, & hii, quorum in hoc Deus corda tetigerit, ad id solertius animentur; nos, præmissis & aliis tam ardui negotii, totiusque statûs populi christiani circumstantiis attentè pensatis, terminum ejusdem passagii præfigamus qualitati & quantitati negotii congruentem.

Responsio. Responsio. Necessitas dictæ terræ, præsertim post dolorosam captionem, & destructionem Tripolitanæ Civitatis non patitur diu generale passagium prorogari: & ideo de fratrum prædictorum consilio terminum dicti generalis passagii duximus statuendum, Festum, viz. Nativitatis beati Johannis Baptistæ quod erit anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo secundo; ita quod tunc, morâ quâlibet omnino postpositâ, fiat passagium generale.

Secunda Petitio. Secunda Petitio, quod post termini præfixionem, quam cito commode videremus expediens, mandaremus crucem per omnes terras christianas in terræ memoratæ subsidium prædicari.

Responsio. Responsio. Postquam responsiones nostras, & omnia alia inferta præsentibus per tuas patentes literas infrascripti tenoris duxeris acceptandas, intendimus crucem per omnes christianitatis partes facere prædicari prout viderimus expedire.

** II. 433. Tertia Petitio.* * Tertia Petitio. Quod licet ordinatum fuerit quod decima in Angliæ & Scotiæ Regnis, ac in terris Walliæ & Hiberniæ jam collecta in terræ prædictæ subsidium, in triennio assignaretur tibi divisa per tres partes, annis singulis singulariter persolvendas; placeret nobis, pro eo quod negotium multis oneribus & sumptibus est onustum, mandare ut primo anno, post passagii præfixionem, eadem tibi decima assignetur.

Responsio. Responsio. Mandabimus tibi decimam collectam in subsidium Terræ sanctæ in Angliæ & Scotiæ Regnis, & in terris Walliæ & Yberniæ, assignari in duobus terminis, viz. medietatem ipsius in Festo beati Johannis Baptistæ Nativitatis primo venturo, & aliam medietatem in alio Festo Nativitatis ejusdem Sancti deinde secuturo: ita tamen quod de restitutione illarum, quæ de decimâ receperis supradicta, si te deficere in transfretando contigerit, faciendâ cautionem præstes, infra Festum Resurrectionis Dominicæ primo venturum, in formâ subscriptâ, quæ talis est.

Sanctissimo in Christo Patri, &c. Edward. &c. præsentium tenore vobis, sanctissime Pater, vestrisque successoribus Romanis Pontificibus, & Ecclesiæ Romanæ promitto, quod si me sponte, vel culpâ meâ deficere in transfretando in subsidium Terræ sanctæ contigerit, seu per me steterit quo minus in præfixo generalis passagii termino transfretem, omnia, quæ de decimâ, mihi concessâ in Angliæ & Scotiæ Regnis, ac terris Walliæ, & Yberniæ, me faciente, sublatis, tibi de ipsâ decimâ, cæterisque subventionibus taliter subvenire, quod meritò poteris esse contentus.

Sexta Petitio. Sexta Petitio. Quod decimæ, tibi concessæ per sex annos, in Regnis Angliæ & Scotiæ, ac Terris Walliæ & Yberniæ, juxta Responsionem præfati Prædecessoris Honorii, incipiant colligi tempore passagii assignato, & singulis annis, prout colligentur, tibi integrè assignentur ad prosequenda & præparanda necessaria tanto negotio, de ipsis * & aliis tuis facultatibus & concessionibus negotio factis eidem. * II. 434.

Responsio. Responsio. Prout per dictos Nuncios tuos nobis fuit expositum, tu, arduis occupatus, imparatus existis ad transfretandum in memoratæ terræ succursum intra triennium, in dicti Prædecessoris Honorii literis comprehensum, prout exigit negotii tanti arduitas, & haberet arbitrium dictæ sedis licet ad id exnunc posses compelli, periculis & necessitatibus sæpedictæ terræ pensatis; quia tamen grave foret ipsi Ecclesiæ, ad hoc te imparatum & invitum prorsus urgere, tibi renuncianti omni concessioni colligendæ decimæ, per sex annos futuros, pro memoratæ terræ succursu, à prædictis Prædecessoribus tibi factæ, ac penitus recedenti à tractatibus super hoc habitis cum eisdem; nos de novo, de eorundem fratrum consilio, sex annorum decimam, in dictis Regnis Angliæ & Scotiæ, & Terris Walliæ & Hyberniæ, concedimus, quam tibi mandabimus assignari, postquam in dicto passagii tempore duxeris transfretandum, sic magnificè, sic potenter, prout tuæ Magnitudini congruet, & arduitas negotii supradicti requiret: Interim etiam decimam ipsam, sex futurorum annorum annis singulis mandabimus colligi, tibi, prout collecta fuerit, postquam transfretaveris assignandam, fiet autem collectio & exactio ipsius decimæ per personas Ecclesiasticas juxta extimationem, modum & formam, quos sedes eadem ordinabit.

Septima Petitio. Septima Petitio. Quod tibi ante passagium, præfixo tamen passagii termino, assignentur omnes obventiones pro subsidio Terræ sanctæ collectæ, & etiam colligendæ in Terris illis, quorum Domini non transfretabunt, in dictæ terræ succursum.

Responsio. Responsio. Obventiones in dictis Angliæ & Scotiæ Regnis, ac in Terris Walliæ, Yberniæque collectas, in duobus terminis mandabimus assignari, prout respondetur superiùs de sex annorum decimâ jam collectâ.

Ultima Petitio. Ultimò extitit ex tuâ parte petitum, quod cum negotium istud multum dependeat à Christianorum concordiâ Principum, & statu pacifico populi christiani, circa hoc studeremus sollicitè remedium adhibere, prout nobis divina Clementia ministrabit.

Responsio. Responsio. Petitionem istam libenter admittimus cum commendatione multiplici petitoris: hanc promptis affectibus in effectum deducere affectamus: ad hoc instantiùs disponimus studia nostra convertere, prout nobis altissimus ministrabit;

Cæterum reservatis sedi præfatæ interpretatione & declaratione cujuslibet dubii, quod super præmissis quomodolibet orietur: & quod tam tu, quam successores tui cogi possitis ad observanda omnia, quæ ut præmittitur, per litteras tuas promittes: scire volumus Excellentiam Regiam, quod tunc demum prædictam concessionem decimæ sex futurorum annorum & responsiones nostras efficaciam habere volumus, postquam infra prædictum Resurrectionis Dominicæ Festum, nobis tuas patentes litteras feceris assignari

nos in Catiloniam cum eodem, inter Collem de Paniczariis & Junokeriam, magis propè ipsam Junokeriam,

Ibique prædicto die ultimo Octobris, in præsentiâ nostrâ, & infrascriptorum Prælatorum, aliorumque virorum Ecclesiasticorum, tam religiosorum, quam secularium: Baronum, Militum, aliorumque Nobilium; Johannis de Capua & Taffuri, Apostolica auctoritate Notariorum, & aliorum plurium ibi astantium,

Idem Rex Jerusalem & Siciliæ præsentari fecit duo scripta, quæ oculata fide perspeximus, non cancellata, non abrasa, non abolita, nec in eorum parte aliquâ vitiata,

Quorum unum in modum Cyrographi factum erat; &, sicut ejus scriptura narrabat, confectum erat apud Oleronem in Bearn, in Festo beati Jacobi Apostoli, anno Domini 1287.

Præsentibus,

Spectabili Principe Domino Edwardo, Anglorum Rege magnifico: &
Reverendis Patribus, Dominis Bonefacio Ravennensi, &
Petro Montis Regalis Archiepiscopis,

Nunciis Apostolicæ sedis, ac pluribus aliis probis viris,

Magnifici viri, Dom. Alf. nati quondam Domini Petri, olim Reg. Aragon. sigilli noti pendentis appensione munitum:

Aliud confectum fuerat, apud Campum Francum in Aragoniâ, per manus Johannis Errari de Cadomo, publici Apostolicæ sedis auctoritate Notarii, anno à Nativitate Domini 1288, Indictione secundâ, quartâ die exeunte mense Octobri, Pontificatûs Domini Nicholai Papæ quarti anno primo.

Præsentibus,

Venerabili Patre Domino R. Bathoniensi & Wellensi Episcopo; &
Discretis viris Hugone de Mataplan. Massilien.
Pontio Celsonen. ac
Gaufrido Apten. Ecclesiarum Præpositis;

Ac pluribus aliis viris probis,

Sigillorum notorum prædictorum Dominorum Regum Angliæ & Alfonsi, ac anuli, sculpti ad tres facies hominis, ejusdem Domini Regis Siciliæ, tunc Principis, appensionibus roboratum;

In quibus scriptis, continentibus conventiones, initas inter præfatum Dominum Regem Jerusalem & Siciliæ (qui in conventionibus ipsis intitulatur Salernitanus Princeps) & eundem Dominum Alphonsum (qui in eisdem Rex Aragonum nominatur) inter cætera, vidimus & audivimus contineri,

Quod præfatus Rex Jerusalem & Siciliæ promisit pacem facere prædictis Domino Alfonso, & Jacobo fratri suo (qui Siciliæ Rex ibi describitur) pro se, & Ecclesiâ Romanâ, Domino Rege Franciæ, & Domino Karolo fratre suo, de quâ idem Dominus Alfonsus esset contentus, vel hæredes ipsius,

Et quod Ecclesia Romana firmaret & assecuraret ydoneè,

Quod, nisi dictus Rex Jerusalem & Siciliæ faceret pacem cum dictis Dominis Alfonso, & Jacobo fratre suo, & eorum hæredibus, pro se, & Ecclesiâ Romanâ, dictis Dominis Rege Franciæ, & Karolo Fratre suo, de qua esset contentus dictus Dominus Alfonsus & hæredes sui;

Vel nisi idem Rex Jerusalem & Siciliæ rediret ad Carcerem dicti Domini Alfonsi, infra tres annos post liberationem suam,

Prædicta Ecclesia non faceret guerram eisdem Domino Alfonso & Jacobo: nec hæredibus eorumdem: nec terris, quas tunc tene-
*II.436. bant & possidebant: nec * juvaret ipsum Regem Jerusalem & Si-

In cujus promissione si ipse Rex Jerusalem & Siciliæ forsitan defecisset, hostagia omnia per ipsum Regem Jerusalem & Siciliæ eidem Domino Alfonso data, terra Comitatûs Provinciæ & quantitas quinquaginta milium Marcharum argenti (pro quibus dictus Rex Angliæ intercessor extitit) pro securitate Romanæ Ecclesiæ faciendâ, in posse dicti Domini Alfonsi & hæredum ipsius essent incursa, ad faciendum de eis eorum liberas voluntates; membris & vita obsidibus ipsis salvis.

Prædictus tamen Rex Jerusalem & Siciliæ, infra unius anni spatium, à die prædicti Festi omnium Sanctorum in antea numerandi, ad ejusdem Domini Alfonsi, vel hæredum suorum Carcerem rediens, etiam nullo de præmissis impleto, in aliquam de prædictis pœnis non incidebat; & obsides & pecunia, ab ipso dati, tam liberi ejus, quam nobiles alii de Provinciâ, & omnia essent absoluta, & liberè deberent restitui Domino Jerusalem & Siciliæ Regi prædicto:

Quæ omnia idem Dominus Rex Jerusalem & Siciliæ, infra spatium dicti anni, rediens ad Captionem dicti Domini Alfonsi, inter Collem de Paniczariis & Junkoriam, vel apud Sanctam Christinam, recuperare debet; sic quod, si per eundem Regem Jerusalem & Siciliæ non staret, set per eundem Dominum Alfonsum quo minus ipse Rex ad Captionem ejusdem Domini Alfonsi rediret, si hoc constaret, dictus Rex in pœnam non caderet, & hæc debebant fieri tutè & sine utriusque partis periculo, sicut ipsarum Conventionum series, in prædictis duobus scriptis inserta, oculo cum diligentia diffuso per clausulas, apertius continet & exponit.

Quibus scriptis, sic visis, & certis eorum Capitulis, ad rem tangentibus, vulgariter lectis in pupplico, idem, Dominus Rex Jerusalem & Siciliæ, coram nobis & personis aliis supradictis, prædicto die ultimo Octobris, in Campis inter Collem de Paniczariis & Junokoriam, quandam protestationem in scriptis obtulit in hunc modum;

Anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo nono, die ultimo mensis Octobris, tertiæ Indictionis,

Coram vobis venerabilibus Patribus Prælatis: religiosis personis annotatis inferiùs: & Notariis auctoritate Apostolica; & aliis infrascriptis Testibus, præsentialiter hic existentibus,

Nos, Karolus secundus, Dei gratiâ, Rex Jerusalem & Siciliæ, protestamur & ostendimus evidenter, coram vobis, * quod, hoc *II.437.
prædicto die ultimo Octobris, personaliter venimus, inter Collem de Paniczariis & Junkariam, juxta formam Conventionum, initarum inter nos & Dominum Alfonsum Regem Aragonum,

Et parati sumus, & ad hoc nos offerimus in præsenti, intrare Carcerem ejusdem Regis Aragonum, juxta modum & formam, in ipsis Conventionibus comprehensos; cum promissa, per nos in conventionibus ipsis eidem Regi Aragonum, juxta velle nostrum, in statuto in Conventionibus eisdem termino, nequiverimus adimplere:

Petentes à vobis & requirentes expressè, quod de hujusmodi nostra protestatione, & oblatione, ac diei spatio, quo hodierna die Lunæ præsentes his fuimus, in prædictis protestatione & oblatione durantes, scriptum faciatis nobis conveniens ad cautelam.

Quam quidem protestationem & oblationem idem Dominus Rex Jerusalem & Siciliæ immediatè fecit etiam oraculo vivæ vocis.

Nos itaque, Dei gratiâ, Rostagnus Arelaten. Archiepiscopus, Bertrandus Nemausen. Petrus Agecen, Episcopi, & frater Guillielmus de Vilareto Prior Hospitalis Sancti Egidii Jerosolimitani, in Provinciâ,

Præ-

Magistro Guillielmo de Viridi Campo Canonico Eborum Nuncio illustr. R. Anglor.
Domino Bertrando Coronati Canonico Nomausen.
Magistro Johanne Fickeria Massilien.
Domino Hugone de Baucio,
Domino de Mayranicis,
Domino Bertrando de Baucio,
Domino Berre,
Domino Reymundo de Baucio,
Domino Podii Riccardi,
Domino Alsiasio de Sabano,
Domino Ausustii,
Domino Reynaldo Porcelletto,
Domino Sonatii,
Domino Johanne de Roulasio, seniore,
Domino Guillielmo Ferandi,
Domino Philippo de Lavona,
Domino Corre,
Domino Burgundio de Podio Oliverii.
Domino Bertrando de Mentiliis,
Domino Ynardo de Pontenos juniore,
Domino Reymundo Durgi,
Domino Gilberto de Barbaran.
Domino Petro de Fonelleto,
Domino Arn. de Saga,
* *Domino Arn. Bajuli juris perito,*
*II.438. *Gerardo do Batrusis Cive & Mercatore Lucan.*

Et pluribus aliis Clericis & Laicis ad hoc vocatis & rogatis Testibus.

In quorum omnium testimonium & evidentiam pleniorem, præfati

Frater B. Abbas Mon. de Cassan.
Frater A. Prior Mon. de Aspiran.
Frater A. Præceptor Dom. Mausidii,
Domini A. Archid. Arelaten.
A. Sacrista Aquen.
Magister G. Nuncius R. Angliæ,
Domini H. de Baucio,
R. de Baucio.
A. de Sabina,
R. Porcelletti,
J. de Bullasio,
P. de Lauon.
J. de Ponteus junior,
R. Durgi,
G. de Barbaran.
P. de Fenelleto,
A. de Saga,
R. de Burbon. Milites:
G. Amici,
G. de Sumana,
G. Aldermarii,
G. de Baccusis, &
Frater Robertus Prior de Ulmatis, qui prædictis omnibus interfuit, ac
G. Sacrista Regen.

Præsenti scripto, unà cum sigillis nostris, sua sigilla pendentia posuerunt.

Consimile Certificatorium succedente die, viz. primo Novembris scriptum & publicatum fuit.

Sancti Egidii Jerlitan. in Provincia, frater Berengarius Abbas Monasterii Sancti Michaelis de Cassen. ordinis Sancti Benedicti, & frater Bernardus Abbas Monasterii de Sinaqua Cister. ordinis, præsentis scripti tenore, certum & Veredicum testimonium perhibemus quod prædictus Dominus Rex Jerusalem & Siciliæ, firma notitia nobis notus, prædicta die prima Novembris, ad dictum locum, qui dicitur inter Collem de Paniczariis & Junckeriam ante horam tertiam venit enermis, *&c. prout ante usque hæc verba, viz.*

* Actum in prædicto loco, inter Collem de Paniczariis & Junkeriam, anno, mense, die & indictione supradictis. *II.439.

Præsentibus.

Fratre Arnaldo de Tanicela, Præcentore Domus Mausidei ordinis Militiæ Templi,
Fratre Ganterando de Tous Monacho Monaster. Sanctarum Crucium ordinis Cyster.
Domino Alberto Archidiacono Arelaten.
Magistro Guilelmo Sacristâ Regen.
Domino Amelio Sacrista Aquen.
Magistro Guillielmo de viridi Campo Canonico Eboracen. Nuncio illustris Regis Anglorum,
Domino Raymundo de Baucio,
Domino Podii Ricardi,
Domino Alsiasio de Sabrano,
Domino Ansusii,
Domino Raynaldo Porcellecto,
Domino Senacii,
Domino Johanne de Bullasio, Seniore,
Domino Guillielmo Farandi,
Domino Philippo de Lavena,
Domino Corre,
Domino Burgundio de Podio Olieverii,
Domino Bertrando de Montiliis,
Domino Junardo de Ponteue Juniore,
Domino Raymundo Turgi,
Domino Johanne Gilberto de Barbaran,
Domino Petro de Foneletto,
Domino Arnaldo de Saga,
Domino Arnaldo Bajuli juris perito,
Domino Raymundo de Burbono,
Fratre Bernardo de Ripis Altis ordinis Militiæ Templi,
Fratre Bartholomeo Monacho de Populer.
Domino Aumerico de Narbon Seniore,
Domino Berengario de Podio de Songuer.
Domino Jacobo de Moradin.
Domino Berengario de Galderiis,
Domino Berengario de Ulmis,
Domino Guillielmo de Sona,
Domino Guillielmo de Alaman.
Domino Raymundo de Vinaco,
Domino Arnando de Petra Percussa
Gerando Anni,
Domino Thori,
Gerando de Somana,
Domino Casæ novæ,
Gerando Aldemar.
Domino de Montiliis,
Gerardo de Batrusis Cive & Mercatore Lucan.

Et pluribus aliis Clericis & Laicis ad hæc vocatis & rogatis Testibus.

In quorum omnium testimonium & evidentiam pleniorem præfati

Frater A. Pracent. Domûs Mausidei,
Domini A. Archid. Arelaten.
A. Sacrist. Aquen.
Magister G. Nuncius Regis Anglor.
Domini Aymericus de Narbona Senior.

num, habitarum hactenus inter eos, pro eo quod R. ipse certa, quæ dicto Domino Alfonso promisit, nequiverat adimplere, & super his protestaretur solempniter in scriptis, & oraculo vivæ vocis:

Præfatus Dominus Rex inclitum Dominum Jacobum, eâdem gratia Majoricarum Regem illustrem, ore tenus requisivit & rogavit attente, ut præfato Domino Alfonso, suisve Nunciis, & genti venientibus, seu evenire volentibus ad recipiendum eundem Dominum Regem Karolum, & faciendum ea quæ idem Dominus Alfonsus eidem Domini Regi Karolo facere tenebatur, juxta formam Conventionum ipsarum, in veniendo, morando, & redeundo securitatem pro se & sua gente præberet;

Qui Dominus Rex Majoricarum incontinenti respondit, & omnibus astantibus patefecit, quod ipse non venerat illuc ad intentionem ostendendi dictum Dominum Alfonsum, vel Gentem suam, set ut defenderet, si necesse esset, ipsum Dominum Regem Karolum ab omnibus, volentibus eum offendere injuste;

Et paratum se optulit idem Dominus Rex Majoricarum, pro se, & gente sua, Valitoribus suis, præsentialiter dare, & dedit plenariam securitatem, & assecuravit eundum Dominum Alfonsum, Nuncios, & Gentem suam, venientes, & venire volentes ad locum prædictum, in veniendo, morando & redeundo, pro recipiendo eodem Domino Rege Karolo, redeunte ad Carcerem supradictum, & pro faciendo ea, quæ idem Dominus Alfonsus eidem Domino Regi Karolo facere tenebatur juxta prædictarum Conventionum tenorem & formam,

Et de securitate & assecuratione prædictis, idem Dominus Rex Majoricarum obtulit se paratum incontinenti dare litteras suas patentes eidem Domino Alfonso, Nunciis & Genti suæ, & cuicunque volenti litteras ipsas recipere pro eisdem.

Similes quoque petitiones de assecurando & securitate præstanda dictis Domino Alfonso, Nunciis, & Genti suæ, fecit idem Dominus Rex Karolus eidem Domino Regi Majoricarum in loco prædicto, sequenti die Martis, primo ejusdem Mensis Novembris in Festo, videlicet, Omnium Sanctorum ac sequenti die Mercurii, secundo ejusdem Mensis Novembris.

Et idem Dominus Rex Majoricarum similes responsiones singulis eisdem duobus diebus, primo, scilicet, & secundo Novembris, fecit eidem Domino Regi Karolo, de præstanda securitate dicto Domino Alfonso, Nunciis, & Genti suæ, & de dandis suis super hoc litteris obtulit similiter se paratum.

Actum, in eodem loco, inter Collem de Paniczariis & Junkariam,

Præsentibus,

Reverendo Patre Domino Rostano, eadem gratia, Archiepiscopo Arelaten.
Fratre Guillielmo Priore Hospital. Sancti Egidii in Provincia,
Domino Alberto Arch. Arelaten.
Magistro Guillielmo de viridi Campo, Eborum Canonico, Nuncio Domini Regis Angliæ illustris,
Domino Aymerico de Narbona,
Domino Reymundo de Baucia,
Domino Hugone de Baucio,
Gerardo de Batrusis Cive & Mercatore Lucan.

• II.441. • Et pluribus aliis Prælatis, personis Ecclesiasticis, tam Religiosis, quàm secularibus, Baronibus, Militibus, & aliis Clericis & Laicis, ad hoc vocatis & Rogatis *TESTIBUS.*

vobis ulterior prorogatio peteretur; quodque olim Frater Galterandus de Timor, de ordine Hospitalis, de speciali conscientiâ Domini Papæ, ad eundem Dominum Jacobum, Fratrem vestrum, accederet pro tractatu prosequendo prædicto.

Cùmque, recedentes de Curiâ Romanâ præfatâ, intraremus Regnum nostrum Siciliæ (à quo diutiùs fueramus absentes) & ad prosecutionem ejusdem pacis cum nostris fidelibus & devotis intendere sollicite crederemus; Ecce! dictus Germanus vester subitò, cum Extolio numeroso, partes Principatûs & Terræ Laboris, in fidelitate nostra manentes, hostiliter impetens, Civitatem nostram Guetæ, secundum plurimorum judicium, non sine temeritate præsumptionis obsedit.

Demùm, inibi morante non modicum, cum obsidionis exitus non responderet affectibus insultantis, mediante Domino Odone de Grandisono, pro parte illustris Principis Domini Edwardi Anglorum Regis Magnifici, dilecti consanguinei nostri, apud nos instante ut ad perfectionem conventionum, initarum inter vos & nos vigilarent studia & consilia nostra vacarent,

Inter nos & eum Tractatus Treugarum, circa finem Augusti, fuit initus & firmatus; quem, præter plurium amicorum nostrorum consilia, & non sine aliquorum scandalo, sic ex abrupto firmavimus, ut in præfixo in Conventionibus ipsius termino deficere non possemus, maxime cum de prætactâ prorogatione faciendâ per vos, nec probabilis spes nobis assisteret, nec aliqua saltem competens certitudo.

In ipsarum vero Treugarum, ut assolet fieri, discussione tractatûs, ad verbum Rogerii de Lauriâ Militis, Nobilem Virum Ugonem Bretennæ de Lucii Comitem, & Johannem Scottum Militem, nostræ Marescallæ Magistrum, misimus ad ejusdem vestri Fratris exercitum, qui prætanctum pacis Tractatum eidem Rogerio seriosiùs retulerent;

Sic tamen dicto Fratri vestro ejusdem Fratris Galterandi prosecutio fuit • gravis, & præfato Rogerio, dictorum Comitis & Johannis Scotti expositio tædiosa, quod idem Frater vester & præfatus Rogerius dixerunt breviter & aperte, tractatum pacis ipsius se unquam tempore completuros; • II.442.

Ita quod, sicut ad nos asseveratio fide digna perduxit, dum per aliquos hujusmodi proterva responsio reprehensionem acciperet, fuit eis per eundem Rogerium inculcata responsio, quod, si Catalonia, & Aragonia, & totus Mundus contra ipsos signum crucis assumerent propter hoc, non dimittent Siciliam, nisi exinde viribus extrahantur.

Advertentes itaque quod Tractatus pacis, exhibitus eidem Fratri vestro, displicebat omnino (qui in ipso tractatu principalior reputatur) sicque Tractatus ipse in dissolutione manebat; immediatè, post desperationem de complemento prædicti Tractatûs assumptam, nec in petitione ulterioris dilationis apud vos insisti sine frustratione videretur,

Per Sacristam Aguensem, & Raymundum de Karbono Militem, Nuncios nostros, litteras vobis transmittimus speciales, quibus commisimus, & expresse mandavimus, oraculo vivæ vocis, quod vobis aperte ac expresse, ex parte nostrâ, prædicerent quod vos, infra statutum terminum in Conventionibus, ipsis ad vestrum Carcerem festinatis gressibus redeuntem, inter Collem de Paniczariis & Junkeriam, prout earumdem Conventionum rectus Sensus & rationabilis intellectus admittunt, recipere pareretis.

Hujusmodi autem prædictionem seu denunciationem vobis ex habundanti fieri, sensibus nostris sola bona fides & puritas obtulerunt; nulla quippe nobis imminebat necessitas prædictionem seu denunciationem hujusmodi faciendi: Eò quòd dies, in Conventio-

*II.443. Erat praeterea in litteris ipsis defectus alius, in nostrum praejudicium * manifestum; quod, post terminum ipsum, nobis in poenas incidentibus praenotatas, illas à nobis non petere, nec exigere spondebatis; dicite nobis proindè, Princeps, cum, post ipsum terminum, liberi & obsides nostri vobis fuissent incursi, & pecunia pro poenâ commissa, quae nobis pro petendis ipsis petitio vel exactio competebat; cum vobis provisum esse de ipsis per retentionis remedium & cautelam? Nulla quippe super his dabatur petitio, cum sufficienter provideret retentio, juxta illud vulgare colloquium, quod petis intus habes.

Sequebatur ergo quod, quantum ad amissionem Comitatûs Provinciae, & aliarum quantitatum pecuniae, pro quibus intercesserat dictus Rex Angliae, quorum petitio & exactio vobis ex poenae commissione dabatur, praedicta nobis vestrae litterae prodesse poterant, quamquam in his etiam contra vos poena commissa fuisset, licet per ipsas vestras litteras, in his tamen duobus pacti de non petendo exceptio competisset.

Cum igitur tot nobis instarent pericula, tot enormia dampna & praejudicia ex lapsu praefati termini imminerent, nec adesset in praesenti remedium, nisi quod ad destinatum locum accederemus in termino, parati vestrum intrare Carcerem, sicut nostra promissio continebat; maxime quòd dictus Caesaraugustanus Episcopus, vos parare ad recipiendum nos, & restituendum pecuniam & obsides, nobis scripsit:

Die Lunae ultimo proximi praeteriti Mensis Octobris, & sequenti die Martis primo hujusmodi Mensis Novembris, in Festo Omnium Sanctorum, inter Collem de Paniczariis & Junkeriam venimus; ibique utroque die per magnum diei spatium stetimus, usque ad solis occasum, coram Praelatis, Religiosis, & pluribus aliis personis ydoneis, in scriptis & vivae vocis organo protestati quod, debitis loco & termino, in conventionibus praedictis praefixis, veneramus ad locum, parati vestrum reintrare carcerem & pecuniam obsidesque nostros recipere; nec stabat per nos quin, juxta formam Conventionum ipsarum, quod promisimus impleremus: Illud idem cras, die Mercurii futuro proximo, ad habundantiorem cautelam, facere, auctore Domino, intendentes;

Quia vero tractare ac procurare pacem, pro viribus, ferventibus desideriis affectamus, placeat vobis in aliquo loco, partibus istis propinquo, prout consilia vestra decreverint, itinerare;

Nos enim circa partes istas morabimur, ut habilioribus Nunciorum missionibus, mutuis & scripturis ipsam tractatibus congruis prosequi valeamus; ad quam sic nostra laborat intentio, sicque, juxta possibilitatem nobis à Domino traditam, gressus accommodos parare disponimus, quod, si per vos non steterit, illum habere, annuente divinâ gratiâ, poterit executionis effectum, de quo pro ordinabile voluntatis arbitrium reputare poteritis rationabiliter vos contentum.

Pacem enim, novit Altissimus, quaerimus, pacem imitamur, ut possimus, & vobiscum praecipue (à quo collationes honorum nos recepisse recolimus, tractationes fraternas & plurimùm curiales) ut, per amoenitatem pacis ejusdem, dentur sic Honor & Gratia Ecclesiae Sponsae suae, salus Principibus orbis terrae, per quod proveniat pax in terris, & cantari possit gloria in excelsis.

[illegible] eadem terra, Apostolica auctoritate Notariorum, & aliorum plurium ibi astancium, idem Rex Jerusolimitani & Siciliae praesentari fecit duo scripta, *&c. prout in Certificatoriis ultimi Octobris, & primi Nov. usque hac verba.*

Anno Domini millesimo, ducentesimo, octuagesimo, nono; die secundo Mensis Novembris, tertiae Indict. Coram vobis venerabilibus Patribus Praelatis, Religiosis personis, annotatis inferius, & Notariis, auctoritate apostolica, & aliis infrascriptis testibus praesentialiter hic existentibus, nos Karolus secundus, Dei gratia, Rex Jerosolimitani & Siciliae, protestamur, & ostendimus evidenter coram vobis, quod praedicto die, secundo Novembris, personaliter venimus inter Collem de Paniczariis & Junkeriam, *&c. prout in eisdem supra memoratis usque hac verba, viz.*

Actum in praedicto loco, inter Collem de Paniczariis & Junkeriam, anno mense, die, Indict. & tempore supradictis:

Praesentibus,

Fratre Ganterando de Tous Monacho Monasterii Sanctorum Crucium, ordinis Cystercien.
Domino Alberto Archid. Arelaten.
Magistro Guillielmo de viridi Campo, Canonico Eboracen. Nuncio illustris Regis Anglorum,
Domino Bertrando Coronati, Canonico Nemausen.
Magistro Johanne Fickeria, Canonico Massilien.
Domino Hugone de Baucio,
Domino de Mayranicis,
Domino Bertrando de Baucio,
Domino Berre,
Domino Raymundo de Baucio,
Domino Podii Riccardi,
Domino Alsiasio de Sabrano,
Domino Aususii,
Domino Raynaldo Portelletto,
Domino Sentii,
Domino Guillielmo Farandi,
Domino Philippo de Laven,
Domino Cerre,
Domino Burgundio de Podio Olberio,
Domino Bertrando de Montiliis,
Domino Inardo de Ponteves Juniore,
Domino Raymundo Durgi,
Domino Gilberto de Barbaran.
Domino Raymundo de Burlon,
Fratre Bernardo de Ripis altis, ordin. Militiae Templi,
Fratre Bartho Monacho de Populeto,
Domino Berengario de Podio Sorguer.
Domino Jacobo de Moredin,
Domino Berengario de Galderiis,
Domino Berengario de Ulmis,
Domino Guillielmo de Sona,
Domino Guillielmo de Alamian.
Domino Arnando de Petra percussa,
Gerando Amici,
Domino Tori,
Gerando de Symiana,
Domino Casonove,
Gerando Aldemarii,
Domino de Montiliis,
Petro Bernardi de Esnana,
Bernardo de Durbando,
Hugone de Macca plana,
Gerardo de Bastrusiis, Cive & Mercatore Lucano.

Et pluribus aliis Clericis & Laicis, ad hoc vocatis & rogatis Testibus.

* In quorum omnium testimonium & evidentiam pleniorem praefati *II.445.

A.

ræ persolverunt.

Nos igitur, de censu dictorum sex annorum, fore nobis & prædictæ Romanæ Ecclesiæ integrè satisfactum, tenore præsentium profitentes, has litteras bulla nostra munitas, tibi ad cautelam tuam, & gestæ rei memoriam, duximus concedendas.

Dat. Romæ apud Sanctam Mariam Majorem 2 Non. Novembris, Pontificatûs nostri anno secundo.

Sub filo canabeo.

De Custodibus Scotiæ intendendo & obediendo.

Ann. D. 1289. An. 17. E. 1. Pat. 17. E. 1. m. 3.

REX, Prælatis, Magnatibus, ac toti Communitati Regni Scotiæ, salutem & dilectionem sinceram.

Quia negotia, quæ contingunt karissimam consanguineam nostram, Margaretam Dominam & Reginam Regni ejusdem, ad honorem Dei & tranquillitatem totius Communitatis ejusdem Regni, ac commodum & profectum ipsius consanguineæ nostræ prædictæ, benè & felicitèr prosperari totis desideriis peroptamus,

Vos requirimus & rogamus attentè, quatenus custodibus, ad regimen dicti Regni, nomine prædictæ nostræ consanguineæ, deputatis, taliter intendentes sitis & obedientes, quod nos & Domina vestra antedicta possimus & debeamus fidelitatem vestram habere meritò commendatam.

Proponimus siquidem, statim post instans Parliamentum nostrum London. ad partes vestras Scotiæ, aliquos de nostro Concilio destinare, per quos, ac etiam per ipsius terræ custodes, de statu ejusdem Regni (quem appetimus tranquillum & pacificum semper esse) certificati erimus, Deo dante.

Dat. apud Clarendon. sexto die Novembris.

---

* II.446. * *De forma concordata apud Saresberiam super Margareta, Regina Scotiæ, in prædictum Regnum mittenda.*

Ann. D. 1289. An. 17. E. 1. Pat. 17. E. 1. m. 3.

CUM egregius Princeps, Erykus, Rex Norweyæ, & Domina Margareta nata Regis ejusdem, Domina Regina & hæres Regni Scotiæ, requisivissent per suos solempnes Nuncios (Dominum, videlicet, Terricum de Campis Ludi, Petrum Algothi, & Guthorinum de Afeleya) magnificum Principem, Dominum Edwardum, Dei gratiâ, illustrem Regem Angliæ, quod ipse opem apponeret & consilium, qualiter prædicta Regina, neptis sua, obediretur, ut Domina Regina, & hæres Regni Scotiæ supradicti; & quod ipsa inde ordinare possit pariter & gaudere, prout alii in suis faciunt Reges Regnis,

Præfatus Dominus, Angliæ Rex illustris, pro bono pacis dicti Regni Scotiæ, & reformatione statûs suæ neptis, jam dictæ, custodibus Regni Scotiæ literas suas misit, quod custodes ipsi mitterent personas nominatas & certas, qui potestatem haberent tractandi formam aliquam pro se & aliis, ad emendationem dicti Regni Scotiæ, & reformationem statûs Reginæ jam dictæ.

Iidem quoque custodes, ad requisitionem hujusmodi Domini Regis Angliæ prælibati, miserunt, juxta effectum requisitionis ejusdem, venerabiles in Christo Patres Sancti Andreæ & de Glascuen. Episcopos, & nobiles viros Dominos Robertum de Brus, Dom. Vallis de Anaunt. & Johannem Comyn, ad tractandum, prout superius est jam dictum; qui apud Saresbur. venientes ad Mensem Sancti Michaelis proximo nunc elapsum:

Quod, si forsan, de custodibus aut ministris aliquis vel aliqui dicti Regni Scotiæ, ipsis de Norweya, vel Reginæ prædictæ inutilis, vel inutiles, suspiciosus aut suspiciosi extiterit vel extiterint, totiens Ministri & custodes amovebuntur hujusmodi, quotiens opus erit, & meliores alii de Regno Scotiæ loco ponentur eorum, secundum considerationem & providentiam proborum hominum terrarum Scotiæ & Norweyæ, & illorum insuper quos ad hoc prælibatus Rex Angliæ duxerit destinandos. Si autem illi de Scotiâ & de Norwegiâ in hac parte concordare non possint, * mediantibus ope & consilio gentium Regis Angliæ supradicti, tunc res ex illâ parte se teneat cui gentes ipsius Regis Angliæ consilium concordaverint: Et hoc nedum sit attendendum in expressis superiùs; set & in omnibus disceptationibus, quæ inter eos, in dicto Regno Scotiæ, resultabunt, ejusdem Regni statum & reformationem contingentibus quoquomodo: Placet enim partibus, quod dicti Regni Scotiæ status hujusmodi Angliæ & Norweyæ Regibus reportetur. * II.447.

Item, concordârunt partes prædictæ, quod ad mediam quadragesimam, proximo jam futuram, erit gens Scotiæ apud Rokesburgh. & in circuitu loci ejusdem; gens verò, quam transmittet Rex Angliæ ad requisitionem illorum de Scotiâ & Norweya, in partibus de Warks & de Karhin. eodem die erit: Ad quem diem promiserunt illi de Scotiâ, bonâ fide, de affirmandis præmissis omnibus & complendis, tam de securitatibus, quàm cunctis aliis suprascriptis, quæ contingunt emendationem Regni Scotiæ memorati: Et hoc in illorum præsentia, quos præfatus Rex Angliæ ad dictos diem transmittet & loca, ut videre possint prædicta firmiter adimpleri.

Et in testimonium præscriptorum præfati Procuratores Regis Norweyæ, & missi de Scotiâ huic scripto, cirographato in tres pecias (quarum duæ in Gallico, penes Regem Angliæ, & illos de Scotiâ; & tertia in Latinum translata, penes Procuratores Norweyæ resident) sua apposuerunt sigilla.

Et, ad requisitionem Procuratorum Norweyæ, & nominatorum, Scotiæ prædictorum, præfati Domini Wygorn. & Dunelmen. Episcopi, ac de Pembrok. & de Garen. Comites suprascripti, sua similiter præsentibus apposuerunt sigilla, in testimonium præmissorum.

Dat. apud Salesbury Dominica, in Festo Sancti Leonardi, anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo nono.

Forma jam dicta in Gallico.

Ann. D. 1289. An. 17. E. 1. L. B. f. 152. a. Penes Camerar. Pat. 17. E. 1. m. 2.

CUme le noble Prince, Erik, Roy de Norweye, e Margarete sa fille, Dame Reyne, & Heritere de Escoce, eusent par solempnes messages (c'est à saver Sire Terri de Chaump de Jeu, Pers Algod, & Guthorn de Asseleye) requis le noble Prince, Sire Edward Roy d'Engleterre, ke il meist eyde & conseyl, coment lavauntdyte Reyne, sa Nece, fust obeye, come Dame, Reyne & Heritere de Escoce desusdit, & ke ele puist ordiner, e joir ausi come autres Roys sunt en lour Reaumes,

Levantdyt Roy de Engleterre, pur le bien & la pees del' Reaume de Escoce, e pur l'estat de sa Nece avauntdyte adrescer, envea ses lettres a Gardeyns de Escoce, ke eus enveassent certaynes persones nomes, ke eusent poer, pur eus & pur les autres, de treter en forme ke fust al' amendement de Reaume de Escoce, & al' adrescement del' estat la Royne avauntdyte.

Les ques Gardeyns, a la requeste du dyt Roy de Engleterre, envoyerent en la manere, quil furent requis, les honorables Peres, le Evesque de Seint Andre, e le Evesque de Glascu, & les nobles biers

... e ceo seyt a entendre aussi de tuz les debatz ke serrunt entre eus, endroit des choses ke tocherunt ladrescement del' Estat du Reaume de Escoce: le quel Estat du Reaume il plest a parties, ke seit reporte al' Roy de Engleterre, e au Roy de Norweye ausint.

E unkore se sunt accordet les partyes, ke al my Quareme, procheyn avenir, serunt la gent de Escoce a Rokeboruth, & en les parties environ, e la gent ke le Roy de Engleterre i enverra, a la requeste de ceus de Escoce & de Norweye, serrunt a meme le Jor & en les partyes de Werk & de Karham.

Al quel Jour ceus de Escoce unt promys en bone foy de affermer & acomplir les choses avauntdytes, ausi bien endroit des surtes come des autres choses, ke touchient le amendement du Reaume de Escoce, & la presence de ceus ke le Roy de Engleterre i enverra al' Jor & au leu auaunt nomeez, issi k'il pussent veer ke ceste choses seieunt en bone foy accomplies.

E, en tesmoinage des choses desus escrites, le avauntdit Procurturs du Roy de Norweye, & les enveyez de Escoce, unt mis lur seaus a cest escrit, Cyrographe en troys peces, d'ont les dous, en Fraunceys, demorent vers le Roy de Engleterre, & ceas de Escosce, la terce, translate en Latin, vers le Procurors de Norweye.

Et, a la requeste des avauntdyt Procurors de Norweye, e des Enveyees de Escoce, les Evesques de Wircestre & de Durheme, & les Countes de Penbrok & de Garenne, desus escrit, unt ausi mys lui seaus a cest escrit en tesmoigne des choses de sus escrites.

Done a Salebir. le Dymeyn, en la Feste Seint Leonard, le An de Grace 1289.

De Margareta probis hominibus Scotiæ liberanda, ea tamen lege quod non, nisi consensu Regis Edwardi, Regisque Norwagiæ, eandem Margaretam maritarent.

Ann. D. 1289. *An. 17. L. B. fol. 127. b. Penes Camerar. Pat. 17. E. 1. m. 3.*

REX omnibus ad quos, &c. salutem.

Sciatis nos concessisse venerabilibus patribus Willielmo, Dei gratiâ, Sancti Andreæ, & Roberto Glascuen. Episcopis, ac Nobilibus viris Roberto de Bruys Domino Vallis de Anant, & Johanni Comyn, qui ad nos, ex parte Custodum Regni Scotiæ, nuper venerunt in Nuncios: Et Terico de Campis Ludi, Petro Algoti, & Gunthormo de Asseleya, Nunciis & Procuratoribus Egregii Principis Domini Erici Regis Norwagiæ illustris,

Quod, si Domina Margareta, nata Regis ejusdem, nostraque neptis, Domina Regina & hæres Regni Scotiæ, in partibus Angliæ veniat ab omni contractu Maritagii & sponsalium libera & quieta, nos ipsam Domicellam, ita liberam & quietam ab omni contractu matrimonii & sponsalium, probis hominibus Regni Scotiæ, ad eorum requisitionem, liberabimus, quamcitò terra Scotiæ assecurata fuerit & in pace, ita quod ipsa Domina securè venire valeat in eandem, & inibi commode commorari.

Sub tali tamen modo, quod prædicti probi homines Regni Scotiæ, antequam præfatam recipiant Dominam, sufficientem præstent securitatem & bonam nobis & Regi Norwagiæ supradicto, quod ipsam Dominam nullatenus maritabunt, nisi de consensu nostro & Regis Norwagiæ supradicti, & hæredum succedentium nobis Regi Angliæ, si de nobis interim contingat hum anitus, vel

Nos igitur ... Deum, & Romanam Ecclesiam plena viget devotio, quietem & pacem meritò affectantes, ac sperantes quod ex hujusmodi matrimonio, si fiet, rancores, & odia de Regno ipso radicitùs evellentur, & prosperitatum illi quamplurium provenient incrementa:

Considerantes quoque, quod, si prædictum Regem, juxta sui voti præsagia, contingat in Terræ sanctæ subsidium proficisci, eisdem Regi & Regno, ac præfatæ Terræ negotio, ex tui potentiâ, tuisque probitatibus virtuosis, quibus a Domino præsignitus existis, utilis esse poteris, & admodum fructuosus: nec ulla ex eodem matrimonio proventura scandala formidentur;

Tuis supplicationibus inclinati, tecum, & cum dictâ Johannâ, ut, impedimento affinitatis hujusmodi non obstante matrimonium invicem legitimè contrahere, ac in contracto remanere licitè valeatis, si ad id eorundem Regis & Johannæ accedat assensus, auctoritate Apostolicâ de speciali gratiâ dispensamus,

Prolem, suscipiendam ex te, ac dictâ Johannâ, ex hujusmodi matrimonio, nunciantes ex tunc legitimam de Apostolicæ plenitudine potestatis.

Nulli ergo, &c.

Dat. Romæ apud Sanctam Mariam Majorem 16 Kalend. Decembris, Pontificatûs nostri anno secundo.

Sigillo avulso.

---

* *Dispensatio pro Matrimonio Edvardi Filii Regis cum Margareta Regis Norwegiæ Filia, Hærede Regni Scotiæ.* • II 450.

NIcolaus Episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio Nobili viro Edwardo, nato carissimi in Christo filii nostri Edvardi, Regis Angliæ illustris, salutem & Apostolicam benedictionem.

Ann. D. 1289. *An. 18. E. 1. Ex Autogr.*

Petitio tua, nobis exhibita, continebat, quod, propter contiguitatem Angliæ Scotiæque Regnorum, diversa scandala, rancores, & odia inter ipsa Regna, & eorum Reges hactenus sunt exhorta; ex quibus nonnulla rerum & corporum contigisse pericula dinoscuntur.

Sicque cum, claræ memoriæ, Rex Scotiæ sit viam universæ carnis ingressus, proprio Masculino genere non extante, & dilecta in Christo filia Margareta, nata carissimi in Christo filii nostri Erici, Norwegiæ Regis illustris, Neptis prædicti Regis Scotiæ, in præfato Scotiæ Regno, ipsi Scotiæ Regi succedat;

Verisimiliter dubitatur quod, si forsan Regnum ipsum ad manus alterius ex ipsius Margaretæ contrahendo conjugio proveniret, de facili possent hujusmodi scandala, rancores, & odia pullulare, ac provenire ex ipsis pericula graviora:

Unde, ad hujusmodi periculis obviandum, ac ad sedandum & obliviscendum scandala, rancores & odia supradicta, & ad procurandum, ac nutriendum veræ pacis & dilectionis commoda, inter prædicta Regna, & incolas eorundem, desideras cum prædictâ Margaretâ, matrimonialiter copulari:

Sed, quia tertio consanguinitatis gradu, quo tu & eadem Margareta, nata ex quondam Margaretâ Consobrinâ tuâ, præfati Norwegiæ Regis Uxore, vobis attinetis adinvicem prohibente, id non potest perduci legitime ad effectum, Apostolicæ sedis licentiam super hoc humiliter implorâsti:

H Nos

Camerar. sicut Patrem karissimum diligimus puro corde, præ * cæteris Prin-
* II.451. cipibus hujus mundi) illustrem Karolum Salernitanum Principem, nostro carceri mancipatum (si carcer per eum dici poterat vel debebat, quia inveniebat ibidem gratias multiplices & favores, & nos non hostem sentiebat, set socium potius & amicum) à manu nostra Regia, post multiplices tractatus, inter vos & nos habitos, vestrâ Regia sollicitudine procurante, contra voluntatem quasi omnium subditorum nostrorum, ut vestræ possemus satisfacere voluntati, duximus liberandum:

Necnon conventiones & pacta, in ipsius liberatione, inter vos, ipsum Principem, & nos habita & inhita, ac, post ipsius liberationem, per ipsum ex certâ scientiâ approbata, cum publico instrumento vallato:

Nos vero immediate, ipso taliter liberato, prout inter nos omnes ordinatum fuerat & conventum, nobilem virum Guilabertum de Crudiliis, & religiosum virum, fratrem Galterandum de Timor, cum aliquibus aliis nostris sapientibus & discretis, ad Sedem Apostolicam, pro habendâ pace & treugâ, & ab eâdem sede justitiâ consequendâ, ipso Principe mediante, certos nostros Nuncios duximus destinandos.

Ex quibus quidem dictus nobilis Guilabertus, in ipso itinere, captus extitit, sub fide & Guidatico dictæ sedis, in laqueis illustris Regis Franciæ, & adhuc, captus indebitè & contra Justitiam, detinetur.

Alii vero Nuncii ad præfatam sedem Apostolicam pervenerunt, redemptione priùs præstita per aliquos ex eisdem.

Et ibidem, similiter cum dicto Principe, & etiam sine eo, nostram justitiam Domino Papæ sanctissimo, & ejus fratribus exponentes, pacem, quam semper habere cum Ecclesia obtavimus & obtamus, cum instantiâ devotè & humilitèr postularunt:

Quæ quidem justitia eis, immo nobis potius in eisdem, per Ecclesiam totaliter extitit denegata.

Princeps autem, licet treugam & pacem tractare primâ facie videretur, suarum promissionum oblitus, facto faciens contrarium, procuravit in Regem Siciliæ se inungi, & alia, quæ non inductiva pacis, set impeditiva potiùs videbantur.

Sicque, præfato fratre Galterando in legatione prædictâ, prout Domino placuit, sublato de medio, iidem Nuncii ad nos, infecto negotio, & sine expeditione aliquâ, redierunt.

Tandem idem Princeps per venerabiles, H. Episcopum Cæsar augustanum, & fratrem B. Abbatem Sinaque, aliquos tractatus, qui pacem aliquam sapere videbantur, & per suas speciales litteras nobis misit; hoc specialiter, inter alia, continentes,

Quod, cum ipse Princeps (formam pacis, contentæ in tractibus memoratis) vellet, si nobis placeret, intendere toto posse (juxta conventiones & pacta, inter nos & ipsum habita & conventa) adimplendis conventionibus, vel regressui ipsius Principis ad nostrum carcerem esset certus terminus designatus; & de dicto termino modicum remaneret:

Nos rogavit, cum instantiâ, in præfatis literis, & per Nuncios supradictos, ut usque ad Kalend. Madii, proximò venientes, deberemus sibi terminum prorogari, ut liberiùs posset intendere tractatui dictæ pacis:

Nos autem, intellectis pacis tractatibus supradictis, licet difficiles viderentur, tamen cum nostris Baronibus & subditis, in generali Curia, quam proximè tunc facere deliberamus, quasi in medio Regni nostri, volebamus deliberare pleniùs super eis;

Et ante celeberationem ipsius Curiæ, Principi supradicto prorogationem ad petitum tempus concessimus, quam, sine præjudicio juris nostri, rectâ intentione concedere poteramus.

Set prædictus Princeps, fingens se velle redire ad carcerem nostrum, quamquam sciret locum prædictum, inter Junqueriam & collem de Paniczariis, & alia loca circumcirca, per duas leucas & plures, à Rege Franciæ & aliis inimicis nostris fuisse & detineri capta, & post dictas conventiones occupata; & hoc sit notorium toti terræ,

Venit, ut dicitur, ad dictum locum inter Junqueriam & Collem de Paniczariis, cum inimicis nostris, & multitudine armatorum (Qui locus effectus erat, & est non tutus nobis; immo suspectus rationibus supradictis; ubi etiam expresè nobis ad veniendum per eum (quod verum non est) existeret assignatus) &, mundo verbo credens satisfacere, protestatus fuit ibidem, ut dicitur, quod ipse illuc venerat hac de causâ, ut rediret ad captionem nostram, si essemus ibidem parati eum recipere, & sibi reddere Marchas & obsides supradictos; licet ipse sciret quod dictus locus non erat nobis tutus, ut superiùs declaratur; credens insuper per prædicta à pœnis & conventionibus, inter nos & ipsum habitis, fore ut dicitur, liberatus, simplicitatem & ignoscentiam, quam hominibus hostendebat, in astutiam convertendo.

Postque ad Prepinianum, ut asseritur est reversus, iterum suis Nunciis nobis missis, ut ad partes Gerundæ accedere deberemus; quia volebat in illis partibus nobiscum habere vistam, ac super tractatu pacis aliqua ordinare.

Set cum interim dicti nostri Nuncii ad eum, dato eis guidatico, pervenissent, & eidem Principi exposuissent ea omnia quæ eis mandavimus exponenda; & hoc specialiter inter alia quod, assingnato per ipsum Principem altero de prædictis locis, ad quem nos tutè venire possemus, ad ipsum locum accederemus, ad recipiendum eundem & ad reddendum sibi Marchas & obsides antedictos.

Ipse, hiis & aliis auditis, quæ nostri Nuncii ex parte nostrâ retulerunt eidem, non expectans nos, qui versus Gerundam, prout ipse requisierat per suos Nuncios & literas, continuatis dietis ad eum accedere nullatenus tardabamus,

Dixit eisdem nostris Nunciis, nobis idem per suas literas intimando, quod nos non poterat expectare, quoniam habebat in Franciam dirigere gressus suos:

Et sic habiit vias suas, dimissis, ut asseruit in litteris supradictis, & ut dixerit verbo nostris Nunciis prædictis, quibusdam de consilio suo, qui ex parte ipsius nobis aliquem tractatum pacis apertiùs declararent.

Attendat igitur vestra circumspecta discretio & Regia celsitudo, qualiter dictus Princeps vobis & nobis, sub velamento pacifico, est loquutus; & quomodo vos, immo nos, in vestris Brachiis dormientem, à præmissis deviando, circumvenire nititur toto posse.

Mirantur namque quam plurimùm universi qualiter dictus Princeps, qui inter Christianos Principes Christianissimus putabatur, honorum & gratiarum, per vos & nos sibi multipliciter impensarum, oblitus, contra pacta & conventiones prædictas processit, ut superiùs continetur.

Vestram igitur excellentiam rogamus, sicut possumus cariùs, & ortamur, vos nichilominus cum instantiâ requirentes, ac multipliciter postulantes quod ex parte vestrâ & nostrâ dictum Principem requiratis, & etiam inducatis ut nobis, quod promisit, compleat & attendat.

Nos enim, ob vestri gratiam & honorem, parati sumus eundem Principem recipere in altero de dictis duobus locis, ubi ipsum possumus tutè recipere, ac sibi restituere Marchas & obsides * supra- * II.453.
dictos die per vos vel ipsum nobis idonea assignata; alioquin pœnam & pœnas, per vos & ipsum nobis promissas, quæ in dando,

tra-

tionis, suspensionis & interdicti sententias, vel ad amotionem, seu privationem Prioratuum prædictorum & domorum ipsorum, per se, vel per alium, quacunque auctoritate, procederet nomine suo, & eis adhærere volentium in hac parte,

Iterato ad præfatam sedem contra eundem provocârunt Abbatem, & etiam appellârunt, ad prædictorum prosecutionem se ad eandem sedem personaliter conferentes;

Quibus in actum perductis, tam præfatus Abbas, quàm Diffinitores Capituli generalis, Priores ipsos suis Prioratibus & administrationibus, contra justitiam, privaverunt, in prædicto Prioratu de Lenton. fratre Ranando, Monacho supradicti Monasterii, de facto, cùm de jure nequiverint, subrogato;

Quem ad præsentationem Abbatis ejusdem in Priorem Prioratûs prædicti, cujus diceris esse Patronus, recipiens, in Prioratûs ipsius & bonorum ac jurium suorum fecisti possessionem induci.

Nos autem, ad pacificum statum & prosperum ejusdem Monasterii, & personarum, in ipso degentium, intendentes; & considerantes attentius quod tam præfatus frater Petrus, quàm cæteri prædicti Priores Prioratibus suis injustè fuerant spoliati; quodque inde dampna pertulerant, unde ipsis comoda debuerant provenisse; eis, amotione seu privatione hujusmodi nequaquam obstante, prædictos Prioratus de   Procuratoris ejusdem Abbatis assensu, & justitia restituimus exigente;

Celsitudinem Regiam rogantes attentius, & hortantes ut, Apostolicæ Sedis processibus devotis animis te coaptans, eidem fratri Petro, Priori possessionem plenariam Prioratus de Lenton prædicti, ac jurium & bonorum suorum, sublato difficultatis obstaculo, restitui faceres sive reddi, eum in possessione ipsâ regii favoris auxilio conservando.

Sic te in hoc benigne ac liberaliter habiturus, ut exinde tibi à Domino præmium, & à nobis dignæ commendationis cumulus provenirent.

*II.454. * Porrò nuper ad nos pervenisse cognoveris, quod præfatus Abbas, dictis Prioribus adhuc in Curiâ Romanâ morantibus, debitum naturæ persolvit; jam de alio electione, ut dicitur, celebratâ concorditer in Monasterio supradicto, ac Electus hujusmodi ad Curiam ipsam in proximo venturus asseritur, ad confirmationem electionis suæ humiliter postulandam,

Propter quod eundem Priorem, usque ad ipsius Electi adventum, oportet apud Sedem Apostolicam residere, ut, tam ipso, quàm cæteris Prioribus supradictis ibidem præsentibus, circa statum ejusdem Monasterii possit utiliùs & efficaciùs, actore Domino, provideri:

Cum itaque præfatus Prior, occasione hujusmodi præpeditus, ad partes Angliæ se personaliter conferre non valeat, dicti Prioratûs sui possessionem corporaliter recepturus,

Serenitatem Regiam rogandam attente duximus & hortandam, quatinus pro nostrâ & apostolicæ sedis Reverentiâ   Procuratori ejusdem Prioris, ipsius nomine, ac pro eo, corporalem possessionem Prioratûs prædicti, ac bonorum, & jurium suorum omnium, Consuetudine contraria non obstante, benigne facias assignari.

Sic devote nostris obtemperando precatibus, sic efficaciter quod petimus adimplendo, ut proinde Regiæ devotionis promptitudinem, quam in hac parte facilem cupimus inveniri, condignis laudibus attollamus.

vestris Nunciis in Crastino Purificationis beatæ Virginis supradicto mitteremus.

Celsitudini vestræ respondendo significamus, quod jam de eisdem vobis responsum misimus per venerabilem Magistrum Raymundum de Pinu, quem apud Curiam Montis Soni ad nos misistis; parati enim sumus mittere Nuncios nostros seu Procuratores, die & loco per vos nobis assignatis, & præstare Guidaticum, seu conductum tam gentibus vestris, quàm gentibus illustris Regis Franciæ, aut Domini Jacobi Patrui nostri prædicti, venientibus ad terram istam, ratione Inquisitionis prædictæ, ut in vestra littera continetur; dum tamen vestra Celsitudo procedat, vel procedi in ipso negotio faciat, * secundum quod vos primò ipsum nego- *II.455.
tium recepistis, seu incepistis.

Aliàs, si fortè vestra Excellentia vellet super eo aliquid innovare, sciatis quod non est intentionis nostræ, aut consilii nostri, quod nos debeamus in dicto negotio procedere, secundum quod jam respondimus vobis per litteras nostras, quas tradimus in prædicta Curia Montis Soni, dicto Magistro Roberto de Pinu; rogantes siquidem Excellentiam, vestram, quatinus de salute & prosperitate vestrâ vos dignemini per litteras vestras reddere certiores.

Datum Truchon. 2. Mensis Januar. anno Domini 1289.

Sacrista.

Litera Alfonsi Regis Arragoniæ, qua perfidiam Caroli Principis Salernitani crepat, eo quod Pactis & Conventionibus minus satisfecerit.

Serenissimo ac Magnifico Principi, tanquam Patri sibi karissimo, Domino Edwardo, Dei gratiâ, illustri Regi Angliæ, Domino Hiberniæ & Duci Aquitaniæ, amico suo karissimo, Alfonsus, per eandem, Rex Aragoniæ, Majoricarum, & Valentiæ, ac Comes Barchinonæ salutem in eo, per quem Reges regnant, & Principes dominantur.

Ann. D. 1289. *An. 17. E. 1. L. B. f. 99. Penes Camerar.*

Celsitudinem vestram non credimus ignorare qualitèr illustris Karolus, Princeps Salernitanus, captus, existens in Siciliâ, fuit per Siculos ad pœnam condempnatus.

Et, cum hoc ad aures, felicis recordationis, Domini Regis Petri, Patris nostri, per aliquos pervenisset, mandavit Domino Jacobo, Regi Siciliæ, fratri nostro & gentibus Rengni prædicti, quod dictum Principem morti non traderent; set ipsum mitterent ad eundem; credens Romanæ Ecclesiæ & ipsi Principi ex hoc demonstrare magnam reverentiam & honorem.

Postquam verò ipse Princeps in Cathaloniâ fuit adductus, Excellentiam vestram non credimus etiam ignorare qualiter, ob vestri gratiam, & honorem (quem sicut Patrem beatissimum dileximus, & diligimus puro corde, præ cæteris Principibus hujus mundi) prædictum Principem, nostro Carceri manciparum, (si carcer dici per eum poterat, vel debebat; quia inveniebat ibidem gratias multiplices & favores, & nos non inimicum sentiebat, set socium potius & amicum) à manu nostrâ Regiâ, post multiplices tractatus, inter nos & vos habitos, vestrâ Regiâ sollicitudine procurante, contra voluntatem Baronum, & Magnatum, & quasi omnium sub-

Ex quo nostri Nuncii, nomine nostro, parati erant firmare & facere jus in posse dictæ Romanæ Ecclesiæ, ut superius continetur; nam gravamen seu bellum non deberet inferri ei, qui jus & justitiam facere est paratus.

Sicque, denegatis prædictis, præfatoque fratre Galterando in legatione prædicta, prout Domino placuerit, sublato de medio, iidem Nuncii nostri ad nos, infecto negotio, & sine expeditione aliqua redierunt.

Tandem idem Princeps per venerabiles Hugonem, Episcopum Cæsar-augustanum, & fratrem Abbatem Sinaque, aliquos tractatus, sub pacis velamine, & per suas speciales literas nobis misit: hoc specialiter inter alia continentes, quod cum ipse Princeps (ad formam pacis, contentam in tractatibus memoratis) vellet, si nobis placeret, intendere toto posse (juxta conventiones & pacta, inter nos, & ipsum habita & conventa) adimplendis conventionibus, vel regressui ipsius Principis ad nostrum Carcerem esset certus terminus designatus, & dicto termino modicum remaneret;

Nos rogans cum instantia in præfatis literis, & per Nuncios supradictos, ut usque ad Kalendas Madii, proximò venientis, deberemus sibi terminum prorogare, ut liberius posset intendere tractatui dictæ pacis:

Nos autem, intellectis tractatibus supradictis, licet difficiles viderentur, tamen cum nostris Baronibus & subditis, in generali Curiâ, quam tunc proximè facere debebamus, quasi in medio Rengni nostri, volebamus deliberare pleniùs super eis,

Et ante celebrationem ipsius Curiæ, Principi supradicto prorogationem ad petitum tempus concessimus, quam, sine præjudicio juris nostri, rectâ intentione concedere poteramus.

Et demum, cum nos essemus in dictâ Curiâ generali, & tam super prædictis, quàm super aliis tractaremus, quæ Regnis nostris, & expeditioni dictæ pacis necessaria videbantur,

Princeps præfatus misit nobis (quasi in fine termini, in quo in posse nostro redire debebat) duos Nuncios speciales, literas credentiæ apportantes; qui nobis, ex parte ipsius Principis retulerunt, quod dictus Princeps ad nostrum rediret Carcerem, & quod pararemus nos ad recipiendum eundem, & ad restituendum eidem Marchas argenti, & personas quas pro obsidibus tenebamus.

Set, quia in dictis continetur expressè quod, si contingeret dictum Principem ad Carcerem nostrum redire, teneretur redire ad alterum de duobus locis, scilicet, ad Collem Sanctæ Cristinæ, vel inter Collem de Paniczariis & Junqueriam, ubi nos ipsum possemus tutè recipere; quæ loca distant inter se per decem dietas vulgares, & ultra:

Et dicti Nuncii nec Procuratoria aliqua in formâ publicâ: nec capitula sigillata credentiæ apportârunt: nec certum locum aliquem desingnaverunt de locis prædictis, in conventionibus desingnatis, ad quem ipse veniret, & nos, cum Marchis & Obsidibus, accedere deberemus ad recipiendum eundem:

Et esset impossibile nos & ipsum Principem, eadem die, in dictis duobus locis, ità distantibus, insimul conparere, ad recipiendum ipsum, & ad reddendum sibi Marchas & Obsides supradictos:

Et, quia sibi prorogationem prædictam concesseramus, ut prædicitur,

Fuimus super prædictis, quæ nobis dixerunt dicti Nuncii, quam plurimùm admirati: & multum dubitavimus de eisdem; & ex prædictis eorum verbis fidem nequimus adhibere;

Set respondimus Nunciis memoratis, quod per litteras & nostros Nuncios speciales responderemus Principi supradicto.

Et, quasi sine aliquo intervallo, duos nostros Nuncios, cum Set, dum Princeps, in [illegible] colore quæsito, ut sui regressum ad nostrum carcerem, Nunciis excogitatis, nobis difficilem vel impossibilem redderet, in tantum se artavit, quod à prædicto tempore, in quo sui Nuncii ad nos venerunt in Villa Montisoni, quæ distat à loco de Paniczariis de octo dietis, usque ad finem termini, in quo ipse ad nostrum Carcerem redire tenebatur, vix dies quindecim remanebant.

Et ità, tam propter brevitatem temporis, quàm etiam propter Curiam supradictam, in qua habebamus cum nostris gentibus dirigere facta nostra, cum nos haberemus parare cum magnâ communiâ militum & peditum, pro recipiendo tanto viro, non potuissemus aliquatenus nos parare; maximè quod ipse Princeps venerat cum inimicis nostris, eum associantibus, & magna multitudine militum & peditum armatorum;

Ipse autem Princeps ad Perpinanum, ut asseritur, rediens, alio colore quæsito, suos nuncios nobis misit, ut ad partes Gerundæ accedere deberemus, quia volebat in ipsis partibus nobiscum vistam instanter habere, ac super tractatu pacis aliqua ordinare;

Sed cum interim ad eum præfati nostri Nuncii pervenissent, & eidem exposuissent ea omnia quæ eis mandavimus exponenda;

Ipse, hiis auditis quæ nostri Nuncii ex parte nostrâ retulerunt eidem, non expectans nos, qui versus Gerundam, prout ipse requisierat per suas literas & Nuncios, continuatis dietis ad eum accedere nullatenus tardabamus,

Dixit eisdem Nunciis nostris, nobis idem per suas literas intimando, quòd nos non poterat expectare, quia habebat in Franciam dirigere gressus suos.

Et sic, variando in prædictis, habivit vias suas, dimissis, ut asseruit in literis supradictis, & ut dixit verbo nostris Nunciis memoratis, quibusdam de Consilio suo, qui ex parte ipsius nobis aliquem tractatum pacis apertiùs declararent.

Prætextu quarum literarum & verborum Nunciis nostris expositorum, nos, attendentes quod dictus Princeps ad vistam personaliter non veniebat, immo habierat vias suas, nolumus ire personaliter;

Set misimus venerabilem & religiosum virum, fratrem Raimundum de Ribellis, & dilectos nostros G. Durifortis, & Bernardum Guillielmi de Pinellis jurisperitum,

Qui ad partes Empurdani nostro nomine accesserunt, & cum venerabilibus, Priore Sancti Egidii, & Bartholomæo de Capuâ Juris Civilis Professore, ac fratre B. Abbate Sinaque (qui pro prædictis ex parte dicti Principis venerant) Vistam ibidem habuerunt;

Quibus prædicti Nuncii Principis, sub fictitiæ pacis simulatione, retulerunt quædam, quæ, nec pacis, nec concordiæ viam, set potiùs discordiæ, & non modicæ nostræ læsionis materiam continebant.

Attendat igitur vestra circumspecta discretio & Regia Celsitudo, qualiter dictus Princeps (qui inter christianos Principes christianissimus putabatur) honorum & gratiarum, per nos & nostros sibi multipliciter impensarum, oblitus, * contra pacta & conventio- * II.458.
nes prædictas processit, & nobis & vobis, sub velamento pacifico, est loquutus; & qualiter etiam vos, immo nos, in vestris brachiis dormientes, à præmissis deviando, circumvenire nititur toto posse.

Ex hiis igitur, quæ dicta sunt, evidenter apparere potest vestræ Regiæ Majestati, quomodo Princeps prædictus in pœnas incidit, in prædictis pactis seu conventionibus comprehensas; quia ad diem præfixam non complevit, quæ complere tenebatur secundum pactiones initas, ut superiùs est expressum:

Sci-

[illegible] purgare, & postea se paratum facere & recipere protestari.

Et, si ille, qui promisit die certa dare vel facere, interpellatus postea, velit dare vel facere, quandocunque interpellatus fuerit, incidit in pœnam, in conventionibus comprehensam.

Vestram igitur Excellentiam rogamus, sicut possumus, karius & ortamur, vos nichilominus cum instantia requirentes, ac multipliciter postulantes, quatinus, ex parte vestrâ & nostrâ, dictum Principem requiratis, & etiam inducatis ut nobis, quod promisit, compleat & attendat.

Nos enim, ob vestri gratiam & honorem, licet in pœnas incidit supradictas, parati sumus prædicta, quæ dictus Princeps facere & complere tenebatur, admittere: vel eundem Principem ad Carcerem nostrum recipere; ac sibi restituere Marchas & Obsides supradictos, die, per vos, vel per ipsum, nobis idoneâ, assignatâ, usque ad Kal. Madii supradictas;

Alioquin pœnam & pœnas, per vos & ipsum nobis promissas (quæ in dando, tradendo vel deliberando consistunt) petimus & habere volumus, prout in dictis convenientiis continetur.

Per hanc autem requisitionem (quam ob honorem & gratiam facimus vestri) scilicet, quod, ex parte vestrâ & nostrâ, ipsum Principem requiratis, & inducatis ut nobis, quod promisit, compleat & attendat, & quia parati sumus promissa per ipsum Principem admittere: vel eundem Principem ad Carcerem nostrum recipere, ac sibi restituere, Marchas & Obsides supradictos, die,
* II.459. per vos, vel * per ipsum, nobis idoneâ, assignatâ, usque ad Kal. Madii, ut superiùs dictum est, non intendimus pœnis, jam commissis per ipsum Principem, & nobis adquisitis, renunciare, nec in aliquo derogare; immo eas nobis retinemus expressè, ubi ipsum Principem contingat, ad requisitionem prædictam, ad effectum non ducere quod promisit.

Nam, si compleverit supradicta, parati sumus super prædictis pœnis, facere quicquid vos super eisdem duxeritis ordinandum.

Tractatus autem Conpositionis, quam venerabilis Prior Sancti Egidii, & Bartholomæus de Capua, Juris Civilis Professor, nostris supradictis Nunciis retulerunt, fuit talis,

Quod illustris Jacobus, Rex Siciliæ, frater noster, Regnum Siciliæ dimitteret totaliter; nichil ei dato, & nec retento.

Et quòd sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ, ac Regi Franciæ reverentiam facere deberemus.

Et quòd ab eâdem sacrosanctâ Romanâ Ecclesiâ Regnum nostrum Aragoniæ teneremus in feudum; eidem, pro eodem Rengno, censum seu tributum anno quolibet, exsolvendo.

Et quod Regnum Majoricarum Dompno Jacobo, Avunculo restituere deberemus.

Discernat igitur vestra Regia Celsitudo, si dictus Princeps pactis & conventionibus satisfecit; & pacem, quam ad voluntatem nostram facere promiserat, adimplevit.

Rogamus insuper karissimam amicitiam vestram, quatenus statum vestrum prosperum nobis cum certitudine plenariâ prædictorum, citius, quàm poteritis, nuncietis literatoriè rescribendo.

Dat. Terrachoniæ quarto mensis Januarii, anno Domini millesimo ducentesimo octuagesimo nono.

Sacrista.

lentiam vestram rogamus, quatinus placeat vobis nos, de salute & * II.460. statu vestro (quem semper adoptamus felicem) vestris litteris, quotienscumque oportunitas Nunciorum se obtulerit, visitare.

Significamus itaque Claritati vestræ illustrem Dominum Regem Fratrem nostrum & nos vigere, per Dei gratiam, sanitate.

Rogamus insuper Celsitudinem vestram quatinus, siqua, in partibus dicti Domini Regis fratris nostri, vobis sint placida, sive grata, velitis nobis rescribere super eis; quoniam voluntarii & parati sumus ad vestrum beneplacitum & mandatum.

Datum Oscæ quarto Idûs Januarii, anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo nono.

Bulla pro Rege, quod Decima sibi concessa juxta verum redituum valorem persolvatur.

NIcolaus Episcopus, servus servorum Dei, carissimo in Christo filio nostro Edwardo, Regi Angliæ illustri, salutem & Apostolicam benedictionem. Ann. D. 1290. *An.* 18. *E.* 1. *Ex Autogr.*

Nuper Celsitudini Regiæ decimam Ecclesiasticorum redditûum & proventuum in Angliæ & Scotiæ Regnis, ac Yberniâ & Walliâ, in Terræ sanctæ subsidium, sub certâ formâ, per certi temporis spatium, duximus concedendam; prout in litteris Apostolicis, super hoc confectis, pleniùs & seriosiùs continetur.

Cum autem in Regnis, ac Yberniâ & Walliâ supradictis, diversæ, ut dicitur, fiant extimationes redditûum & proventuum prædictorum, statuimus ut, juxta verum ipsorum valorem, tibi prædicta decima persolvatur.

Concedimus quoque tibi obventiones quaslibet, in prædictis Regnis, ac Yberniâ & Walliâ, deinceps ejusdem Terræ sanctæ proventuras, & quæ provenerint etiam inibi à tempore, quo, felicis recordationis, Honorius Papa, Prædecessor noster, eas tibi duxit, dum viveret, concedendas; dummodo conditiones, appositas in concessione prædictæ decimæ, tibi factâ, plenè studeas acceptare.

Dat. Romæ apud Sactam Mariam Majorem quarta Idûs Januarii, Pontificatûs nostri anno secundo.

Sub filo canabeo.

Litera ab Alfonso Rege Aragoniæ excusatoria de Nunciis suis apud Perpinianum non transmittendis; nec non nunciatoria de prosperis successibus suis.

SErenissimo & magnifico Principi, amico suo karissimo, Domino Edw. Dei gratiâ, illustri Regi Angliæ, Domino Hiberniæ, & Duci Aquitaniæ, Alfonsus, per eandem, Rex Aragonum, Majoricarum & Valentiæ, ac Comes Barchinoniæ, salutem, & sinceram dilectionem, & prosperos ad vota successus. Ann. D. 1290. *An.* 18. *E.* 1. *L. B. f.* 125. *a. penes Camerar.*

Serenitatis vestræ recepimus litteras, continentes quod, cùm vos requisivissetis nos, per dilectos & fideles vestros, Magistrum R. de Pinibus, Clericum & Consiliarium vestrum, & Garcionem de Mar-

tros mittamus apud Perpinianum, & ad diem prædictum, formâ aliquâ non mutatâ.

Quapropter Celsitudinem vestram exhortamur, quatinus in hac parte velit nos habere excusatos; & præcipue quia, juxta ordinationem dictæ Curiæ generalis, aliquid facere, seu concedere, absque ipso consilio, non valemus.

Præterea Altitudini vestræ, ad gaudium, intimamus nos, in confectione præsentium, sanitate perfrui, & in nostris negotiis feliciter prosperari:

Tum quia, per loca terræ nostræ, ad defensionem ejusdem, adjutorium, sive *Era* colligitur & præstatur; unde fit armata, cum quâ poterimus, nedum resistere, omnino inferre dampna plurima inimicis:

Tum etiam quia inde Frontariis nostris oportuno remedio est provisum:

Tum insuper quia Sancius, qui se dicit Regem Castellæ, nulla nobis vel terræ nostræ infert dampna; immo per nobilem virum Didacum de Faro, & alios in Castellæ Frontariâ existentes, inferuntur terræ Castellæ dampna plurima & diversa.

Status quidem vestri continentiam, unà cum beneplacitis vestris, nobis significare velit vestra Regia Excellentia; ad quæ complenda pro viribus nos promptos inveniet & paratos.

Dat. apud Alcoleam decimo quinto Kal. Februarii, anno Domini millesimo ducentesimo octuagesimo nono.

Sacrista.

Litera ab Alfonso Rege Aragoniæ, Antonio Bek Episcopo Dunelmensi excusatoria, quod Oratores suos non mittat apud Perpinianum super facto Treugæ cum Rege Franciæ.

Ann. D. 1290. *An.* 18. *E.* 1. *L. B. f.* 116. *b.* *Penes Camerar.*

ALfonsus, Dei gratiâ, Rex Aragonum, Majoric. & Valentiæ, ac Comes Barchinoniæ, venerabili & dilecto Antonio, permissione ejusdem, Dunelmensi Episcopo, salutem & dilectionem.

Dilectionis vestræ recepimus litteras, & intelleximus significata in eis, scilicet, quod apud Perpinianum mitteremus Nuncios nostros super facto treugæ, quæ inita fuit, inter Regem Franciæ & nos, per illustrem Regem Angliæ, juxta formam quam nobis dui misit per Magistrum R. de Pinibus Clericum, & Garcionem de Marchia Militem, nuncios suos; Quibus litteris visis & intellectis, volentes, pro posse, votivis affectibus prædicti Domini Regis Angliæ & vestris satisfacere, vocavimus Barones, Religiosos, Milites, Clericos, & alios, qui nobis pro Consiliariis assignati fuerunt in Curia, quam celebravimus generaliter in Montesono; &, habita plena deliberatione cum eisdem,

Invenimus nos debere persistere in eadem responsiva, quam super prædictis misimus Domino Regi Angliæ per ejus Nuncios memoratos; cum in prædictis, si hc fieret, ipsi Consiliarii videant dampnum nostrum; sed quod Nuncios nostros * mittamus apud Perpinianum, forma super præmissis in aliquo non mutata. *II462.

Quare dilectionem vestram exortamur, quatinus in hac parte velit nos habere excusatos; præcipue quia, juxta ordinationem dictæ Curiæ generalis, aliqua facere, seu concedere, absque ipso consilio, non valemus.

Dat. apud Alcoleam 15 Kal. Februarii, anno Domini 1289.

Sacrista.

Domino P. Sancti Eustachii, Diacono Cardinali,
Domino M. Sanctæ Mariæ in Portico, Diacono Cardinali,
Domino N. Sancti Adriani, Diacono Cardinali,
Domino B. Sancti Nicholai in carcere Tulliano, Diacono Cardinali.

De tractatu coram Commissariis Regis Angliæ, apud Perpinianum, super damnis illatis, durante treuga inter Reges Franciæ & Majoricarum ex una parte, & Aragoniæ Regem ex altera, emendandis.

IN Nomine Domini Amen.

Anno ejusdem millesimo ducentesimo octuagesimo nono: Indictionis tertiæ: Pontificatûs Domini Nichol. Papæ quarti anno secundo, mense Februarii, die tertio intrantis ipsius mensis, videlicet, die Veneris, in crastinum Purificationis beatæ Mariæ infra tertiam. Ann. D. 1290. *An.* 18. *E.* 1. *L. B. f.* 139. *a.* *Penes Camerar.*

In mei, Petri Roberti, auctoritate sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ publici Notarii, Vitalisque de Drono, eadem autoritate, Notarii publici, & testium subscriptorum præsentiâ,

Discreti viri, Magistri Johannes de Lacy Cancellarius Cicestrensis, Johannes Girardi Cancellarius Ecclesiæ Sancti Severini Burdegal. & Raymundus de Pinibus, Clerici Domini Regis Angliæ illustris, & Commissarii sui deputati,

Et ab eodem specialiter destinati ad informandum seu inquirendum super articulis propositis, ex parte Domini Jacobi Regis Majoricarum illustris, contra Dominum Alphonsum Regem Aragoniæ illustrem, & Valitores ejus;

Et, vice versâ, super articulis propositis, ex parte dicti Domini Regis Aragoniæ, contra prædictum Dominum Regem Majoricarum & Valitores suos,

Super dampnis & usurpatis, hinc inde, * treugâ pendente, dudum initâ, per dictum Dominum Regem Angliæ, inter excellentissimum Dominum Regem Franciæ & Valitores suos ex parte una, & dictum Dominum Regem Aragoniæ & Valitores suos ex altera; prout in littera Domini Angliæ prædicti, sigillo ipsius sigillata (tenor cujus inferiùs ponitur) continetur, *II463.

Venerunt apud Perpinianum in Capitulo fratrum prædicatorum ipsius loci,

Præsentibus inibi discretis viris, Dominis Magistris Reymundo de Monte Ferrario Milite, & Petro Radimundi Judice Majore Carcasson. qui se ibidem dicebant advenisse ex mandato Domini Regis Franciæ prædicti,

Et præsente Arn. Bajuli, Procuratore dicti Domini Regis Majoricarum; prout continebatur in quodam Procuratorio, sigillo dicti Domini Regis Majoricarum sigillato, cujus tenor inferiùs continetur,

Prædictam litteram commissionis ejusdem, factæ à dicto Domino Rege Angliæ exhiburerunt, & legi fecerunt, & copiam ipsius commissionis fecerunt dictis Magistris, Remundo & Petro Radimundi; dicentes quod parati erant procedere in dicto negotio juxta traditam eis formam.

Et dicti Magistri, Remundus & Petrus, exhibuerunt, & legi fecerunt quandam litteram, sigillatam sigillo Domini Regis Franciæ prædicti (cujus tenor inferius continetur) & copiam fecerunt de eadem Commissariis dicti Domini Regis Angliæ supradictis; & dixerunt quod ipsi erant parati procedere juxta tenorem concessionis, sibi factæ à Domino Rege Franciæ prædicto.

Et,

rinibus, Clericos nostros, vice nostra, tenore præsentium duximus assignandos, ad inquirendam super articulis omnibus, hinc inde propositis, veritatem: Et super hiis, de quibus eisdem liquere poterit, emendationem plenarie faciendam; atque aliàs facienda mandavimus vicibus iteratis.

Et, ad hæc, apud Perpinianum Commissarios nostros transmisimus speciales: Quod, si omnes hiis exequendis non potuerint interesse, tres tamen ex hiis, quos præsentes esse contigerunt, aut prædicti duo, Episcopus & Cancellarius, ea nichilominus exequantur.

In cujus rei testimonium has præsentes litteras sigilli nostri munimine fecimus roborari.

Dat. apud Claryndon. quarto die Novembris, anno Regni nostri decimo septimo.

*II.464. * *Tenor literæ dicti Domini Regis Franciæ talis est.*

PHilippus, Dei gratiâ, Franciæ Rex dilectis suis Magistris, Reymundo de Monte Ferrario Militi, & Magistro Petro Radimundi Judici Majori Carcason. salutem & dilectionem.

Cum, in vestra præsentia, per nos & illustrem Regem Angliæ, concordatum fuerit quod, ad addiscendum & informandum se de dampnis, illatis Gentibus nostris, & Regis Majoricarum illustris per Gentes Alphonsi de Aragoniâ, durante Treuga, inita per dictum Regem Angliæ inter nos & præfatum Regem Majoricarum ex una parte, & Alphonsum prædictum ex altera,

Rex ipse Angliæ mittet Gentes suas apud Perpinianum in crastino instantis Candelosæ,

Et nos similiter mittemus de Gentibus nostris quos voluimus,

Quæ gentes, nostræ & ipsius Regis Angliæ, insimul prædictæ Aprisiæ, seu Informationi intererunt: Et producendos testes insimul audient: Et per Juratos Notarios, seu Tabelliones, nostros, & ipsius Regis, insimul & in eisdem verbis eorum atestationes scribi facient.

Et, si expedire viderint, de gentibus Juratis dicti Alphonsi, si interesse voluerint, poterunt evocare; &, si nolint interesse, nichilominus Gentes, nostræ & dicti Regis Angliæ, modo prædicto procedent ad Aprisiam, seu Informationem prædictam.

Et laborabunt dictæ Gentes, nostræ & ipsius Regis Angliæ, fideliter pro posse suo, & per Juramentum suum, quod, absque reversione vel Remissione, totum hoc expedietur hac vice:

Vos ad præmissa deputamus & destinamus pro nobis, mandantes vobis, quatinus ad dictos diem & locum personaliter accedentes, quod, fideli & experto Notario vobis ad hoc assumpto pro nobis, & Juramento per vos præstito, unà cum Gentibus dicti Regis Angliæ, de hiis fideliter adimplendis, ea cum debita diligentia taliter & ita celeriter expedire curetis, quod in hiis sitis meritò commendandi.

Hoc autem omnibus, quorum interest, notum fieri volumus tenore præsentium litterarum.

Actum Silvaneti, die Mercurii post Festum beatæ Mariæ Magdalenæ, anno Domini 1289.

ab omni honere satisdationis, si contingat eos, vel alterum eorum conveniri,

Promittimus tibi, Notario infrascripto, stipulanti nomine omnium illorum, quorum intersit, vel interesse possit, Judicatum solvi, cum suis clausulis, sub obligatione omnium bonorum nostrorum.

In cujus rei testimonium, præsens procuratorium Sigilli nostri munimine duximus roborandum.

Actum est hoc Id. Decembris anno Domini 1289.

Signum Jacobi, Dei gratiâ, Regis Majoricarum prædicti, qui hæc omnia concedimus & laudamus in præsentia, R. & G. de Podio, Orsilea Burgesii, Reym. Valentini, & P. de Calidis, Scriptor. dicti Domini Regis Majoricarum testium.

Michael Rotlandi, Notarius publicus Perpiniani, hanc cartam scripsit, & hoc Signum fecit.

Actum die & loco prædictis,

Præsentibus,

Magistris Jacobo de Bernitz,
P. de Vallibus,
Rogero Silvestri Anglico,
Armando de Pelagrua Clericis:
Pontio Sagarda Milite;
Michaele Rotlandi Notario Perpin.
P. de Clotis, & pluribus aliis Clericis & Laicis, testibus vocatis & rogatis.

Quo crastino, videlicet, die Sabbati post dictum Festum Purificationis beatæ Mariæ, dicti Commissarii Domini Regis Angliæ prædicti, ad dictum locum, infra prædictam horam, venerunt, præsentibus Magistris Reymundo & Petro prædictis, & Arnaldo Bajuli Procuratore prædicto; & ibidem proposuerunt in modum qui sequitur;

Vobis, Domine Jacobe de Muredine, Miles, locum tenens Egregii Principis Domini Jacobi, Regis Majoricarum, & Arnalde Bajuli, Procurator ejusdem Domini Regis Aragoniæ, significamus nos, Cancellarius & alii Commissarii Domini Regis Angliæ prædicti, quod, die Jovis, in Festo Purificationis beatæ Mariæ, infra tertiam, anno Domini 1289. intravimus locum seu Villam de Perpiniano, parati procedere, in prædicto negotio, juxta traditam nobis formam, cum continuatione & prorogatione dierum, quatenus negotii qualitas hoc requiret.

Et in primis protestamur quod requisitiones, oblationes, responsiones, & alia, quæ dicto negotio proponemus, in scriptis proponere & dare intendimus; & illis insistere & uti, quæ per nos in scriptis proponentur: Et petimus quod vos detis Guidaticum & securum conductum Procuratoribus & gentibus dicti Domini Regis Aragoniæ; ut salvo & securè possint venire ad dictum locum de Perpiniano coram nobis, ad proponendum, & defendendum prædictum negotium.

Item, protestamur quod, per aliqua quæ nos dicemus vel scribemus, vel aliquem Processum, quem faciemus in præsenti negotio, nos non intendimus assentire litteris commissionis Domini Regis Franciæ, factæ discretis Viris, Magistris R. de Monte Ferrario Milite, & Petro Radimundi Judici Majori Carcasson. seu contentis in eisdem litteris, nisi quatenus inter dictum Dominum

Re-

non poterunt venire ad dictos diem & locum, propter pericula guerræ; & ideo petant guidaticum sibi dari à Domino Rege Majoricarum prædicto;

Et aliàs, ad vocationem dicti Domini Regis Angliæ, Procuratores dicti Domini Regis Aragoniæ & Gentes comparuerint in præsenti negotio, & processerint coram Commissariis suis, obtento guidatico à dicto Domino Rege Majoricarum, ad instantiam & requisitionem Commissariorum dicti Domini Regis Angliæ:

Dicimus quod, quantum ad præsens, nulla causæ cognitio est necessaria seu facienda, quantum ad vocationem prædictam, licet dicti Domini R. & P. dicant se velle cognoscere, unà nobiscum, an Gentes Regis Aragoniæ essent vocandæ;

Set dicimus, ante omnia, prædictum guidaticum concedendum; & parati sumus procedere in negotio præsenti, juxta mandatum Domini Regis Angliæ, & Gentes Domini Regis Franciæ, & Regis Aragoniæ, admittere ad secretam examinationem & receptionem testium, hinc inde producendorum, etiam aliorum legitimorum documentorum, juxta ordinationem dictorum Dominorum Regum Franciæ & Angliæ;

Unde instantissimè requirimus vos, prædictum Dominum Jacobum de Muredine, locum tenentem, & Arnaldum Bajuli Procuratorem, dicti Domini Regis Majoricarum, quod concedatis guidaticum prædictum, ne propter defectum dicti guidatici, non concessi seu tardati, prædictum negotium remaneat indiscussum.

Et assignamus vobis, Arnaldo Bajuli, Procuratori dicti Domini Regis Majoricarum, diem Mercurii, proximam ante Octabas Purificationis beatæ Mariæ, infra tertiam, apud Perpinianum, in Capitulo Fratrum prædicatorum dicti loci, coram nobis ad procedendum in dicto negotio, quod fuerit rationis.

Et confestim prædicti, Jacobus de Muredine miles, tenens locum, & A. Bajuli, Procurator dicti Domini Regis Majoricarum, dixerunt, & obtulerunt se statim paratos dare & concedere guidaticum, & securum conductum dictis Gentibus Domini Alfonsi de Aragonià, ad notitiam & voluntatem ipsorum Dominorum Missorum per Illustrissimos Dominos Reges Francorum & Angliæ, salvo semper & protestato priùs quod ipsi non intendunt recedere, neque in aliquo derogare ordinationi factæ inter prædictos Dominos Reges; prout in litterà commissionis dicti Domini Regis Franciæ, factæ prædicto Domino Regi Angliæ.

Et petunt à vobis, Domino Jacobo de Muredine Milite, locum tenente Domini Regis Majoricarum, quod vos ponatis in littera guidatici verba quæ sequuntur, *in veniendo apud Perpinianum, vel ad alia loca Jurisdictionis dicti Domini Regis Majoricarum, ad venerabiles & discretos Viros Nuncios illustris Regis Angliæ*, dicentes quod, si ista verba non ponantur in guidatico, credunt quod Procurator dicti Regis Aragoniæ non reputabit guidaticum sufficiens, & quod non remaneat ratione dicti Guidatici.

Unde imputetur vobis si, propter insufficientiam dicti guidatici, & obmissionem clausulæ consuetæ, præsens negotium remaneat indiscussum; maximè cum, aliis vicibus, consueta fuerit poni in guidatico clausula prædicta.

Et dictus Jacobus de Muredine locum tenens, & Arnaldus Bajuli, Procurator dicti Domini Regis Majoricarum, dixerunt dicta verba non esse ponenda in dicto guidatico;

Pro eo quod laxiori & ampliori forma dictum guidaticum est concessum, & ad majorem utilitatem & securitatem nunciorum dicti Domini Alfonsi;

Et prædicta verba, si apponerentur in dicto guidatico, possent

*II.467. esse præjudicialia Domino Regi Majoricarum & * derogatoria ordinationi, factæ inter illustres Dominos Reges Franciæ & Angliæ, à quà non intendunt recedere.

ni, infra dictam horam tertiam,

Præsentibus discretis viris, Dominis Reymundo de Monte Ferrarii, Milite, & P. Radimundi Judice Carcasson. prædictis, & Domino Jacobo de Corniliano Milite, Procuratore dicti Domini Alphonsi Regis Aragoniæ, & Arn. Bajuli Procuratore Domini Regis Majoricarum prædicti,

Et dixerunt quod Reverendus Pater Dominus, Willielmus, Dei gratià Sarum Episcopus, qui primus & Principalior est in Commissione præfati Domini Regis Angliæ eis facta, qui adversa corporis valitudine detentus, in via remanserat, erat adeo propinquus in veniendo apud Perpinianum, quod ibidem infra paucos dies poterat suam præsentiam exhibere, tanto negotio utilem & fructuosam, propter discretionem & auctoritatem ipsius.

Et, de voluntate ipsorum procuratorum, expectantes dictum Dominum Episcopum usque ad diem Sabbati sequentem, assignaverunt ipsis Procuratoribus dictam diem Sabbati in Capitulo Fratrum prædicatorum antedicto ad faciendum quod justitia suaderet.

Actum, presentibus,

Magistris P. de Wallibus,
Rogero Silvestri Anglico,
Armando de Pelagrua, *Clericis*,
Michaele Rotlandi Notario Perpiniani,
P. de Clotis, & pluribus aliis, Clericis & Laycis, vocatis testibus & rogatis.

Qua die Sabbati post Octabas Purificationis beatæ Mariæ, Reverendus Pater Dominus Willielmus Sarum Episcopus, & Magistri, Johannes de Lacy Cancellarius Cicestrensis, Johannes Girardi Canonicus Ecclesiæ Sancti Severini Burdegalensis, & R. de Pinibus, Commissarii dicti Domini Regis Angliæ venerunt, infra tertiam, ad dictum Capitulum Fratrum prædicatorum Perpiniani, præsentibus dictis Dominis B. de Monteferrario, Milite, & P. Radimundi Judice Carcasson. & Domino Jacobo de Corniliano Procuratore dicti Domini Alphonsi Regis Aragoniæ, & Arn. Bajuli Procuratore dicti Domini Regis Majoricarum,

Et dixerunt quod, cum dictus Dominus Episcopus esset fatigatus, propter longitudinem Itineris, & debilitatem proprii corporis, & nondum fuisset plenè instructus dictus Dominus Episcopus super processu negotii antedicti, assignaverunt diem Crastinam dictis Procuratoribus, in dicto Capitulo Fratrum prædicatorum, infra tertiam, ad faciendum quod Justitia suadebit.

* Actum Præsentibus, *II.468.

Magistris R. Toylano,
Ar. Pontii de Aragonia,
Rogero Silvestri,
P. de Vallibus,
Johanne de Cantia,
Dominis Stephano de Raunsberi,
Gaufrido de Hecham Presbetyris Anglicorum;
Armando de Pellagrua, *Clericis*,
P. de Clotis,
P. de Barc. & pluribus aliis Clericis & Laicis vocatis testibus & rogatis.

Quà die Crastinà, videlicet, 12. die Introitûs Mensis Februarii, Reverendus Pater Dominus Willielmus Episcopus Sarum, & Magistri Johannes de Lacy Cancellarius Cicestrensis, Johannes Gi-

[illegible], & [illegible] Domini Regis Franciæ accedente consensu, in forma quæ sequitur fuit ordinatum,

Quod, in receptione & examinatione testium producendorum, & aliorum legitimorum documentorum super articulis, propositis ex parte Domini Regis Majoricarum ex parte una, & super articulis propositis ex parte dicti Domini Regis Aragoniæ ex altera, super dampnis & usurpatis, quæ data & usurpata dicuntur ab utraque parte, treugâ pendente prædictâ;

Et super defensionibus utriusque partis super prædictis, debeant interesse duo probi viri, & unus Tabellio pro dicto Domino Rege Franciæ, & duo probi viri & unus Tabellio pro dicto Domino Rege Aragoniæ,

Ad videndum & audiendum factum receptionis & examinationis testium, & aliorum legitimorum documentorum, hinc inde producendorum in negotio antedicto.

Et quod deputati per dictos Reges interessent apud Perpinianum, in crastinum Purificationis beatæ Mariæ, ad procedendum super prædictis quantum esset rationis;

Et quod Commissarii Domini Regis Angliæ supradicti, & deputandi a parte Domini Regis Franciæ, & a parte dicti Domini Regis Aragoniæ, jurarent quod fideliter &, exactâ diligentiâ, pro viribus se habebunt super prædictis;

Et Dominus Rex Angliæ destinaverit nos Willielmum, Dei
* II.469. gratiâ, Sarum * Episcopum, & Magistros Johannem de Lacy Cancellarium Cicestrensem, Johannem Girardi Canonicum Sancti Severini Burdegalensis & R. de Pinibus Clericos, Commissarios suos in negotio prædicto, ut procedatur in ipso juxta ordinationem prædictam:

Et nos, ratione Commissionis, ab ipso nobis factæ in prædicto negotio, venerimus, & parati sumus gentes Domini Regis Franciæ, & gentes Domini Regis Aragoniæ recipere ad receptionem & examinationem testium, & aliorum legitimorum documentorum, hinc inde super præmissis producendorum, juxta formam ordinationis prædictæ.

Verùm cum in Commissione Domini Regis Franciæ illustris, per vos Dominos R. & P. exhibitâ, nichil contineatur de informatione seu inquisitione, facienda & recipiendâ super dampnis & usurpatis, quæ asseruntur à parte dicti Regis Aragoniæ sibi illata & facta, & super aliis defensionibus propositis ex parte dicti Regis Aragoniæ:

Nec virtute dictæ Commissionis, factæ super eisdem, sit vobis aliqua attributa potestas; cum, juxta ordinationem prædictam, debeat fieri informatio prædicta vicissim super dampnis & usurpatis hinc inde, & defensionibus utriusque partis, ut prædictum est;

Et negotium informationis prædictæ non posset procedere super dampnis, ut dicitur, datis ipsi Regi Aragoniæ, & super defensionibus ejusdem non posset procedere in præsentiarum:

Nos, sine injuriâ & prædictæ ordinationis offensâ, & sine partis Regis Aragoniæ injuriâ manifestâ, non possumus, nec debemus ad præsens procedere in negotio memorato, præsertim cum vos asserueritis aliud mandatum vos super hoc non habere.

Præterea, cum in dictâ litterâ Commissionis Domini Regis Franciæ, per vos exhibitâ, contineatur, quod gentes ipsius Regis Franciæ, & gentes Regis Angliæ jurent quod, absque reversione vel remissione, totum hoc expedietur hac vice: Et vos cum acerrimâ petatis instantiâ, quod nos præstemus in formâ hujusmodi

Dixerunt etiam dicti Commissarii, per Dominum Regem Franciæ missi, quod, si forte aliqua continerentur in Commissione, eis facta per dictum Regem Franciæ, ex qua videatur vel videri posset dictis Dominis, missis per dictum Dominum Regem Angliæ, aliquod præjudicium generari; ipsi, missi per Dominum Regem Angliæ, poterant cum suis protestationibus obviare illi * periculo, * II.470.
si quod erat; maximè cum pars Domini Regis Majoricarum in hoc consentiret:

Item, etiam dixerunt dicti Domini, missi per dictum Dominum Regem Francorum, quod ipsi, scientes quod voluntas est Domini Regis Franciæ, quod omnimodo sciatur veritas de præsenti negotio, attenta etiam oblatione, quam fieri fecit pars dicti Domini Regis Majoricarum, parati sunt, & paratos se offerunt sequi formam juramenti, quam dicti Domini, missi per dictum Dominum Regem Angliæ, dicunt fuisse inter dictos Dominos Reges Franciæ & Angliæ concordatam; ne, propter levem occasionem, veritas præsentis negotii ulterius excluderetur.

Dixerunt insuper dicti Domini, missi per dictum Dominum Regem Franciæ, quod satis liquebat & constabat per contenta in dicta Commissione, eis facta per dictum Dominum Regem Franciæ, quod idem Dominus Rex Franciæ volebat quod ipsi interessent defensionibus & probationibus, quæ faciendæ erant per partem dicti Alfonsi, & super eisdem erat ipsis per dictum Dominum Regem Franciæ potestas attributa.

Nam cum, secundum tenorem dictæ Commissionis, idem Dominus Rex Francorum velit quod, ad informationem faciendam super dampnis, sibi, dicto Domino Regi Majoricarum, & suis Valitoribus illatis, treuga pendente, per Dominum Alphonsum de Aragonia & Valitores suos, vocentur aliquæ personæ de Gentibus Juratis dicti Alphonsi:

Quilibet, sanæ mentis, debet intelligere quod multo fortius idem Dominus Rex Franciæ velit, quod illi, qui per eum missi sunt, debeant interesse in informatione dampnorum, quæ dictus Alphonsus assererit sibi, & suis Valitoribus esse illata à dictis Dominis Regibus Franciæ, & Majoricarum, & Valitoribus eorumdem, treuga pendente;

Maximè cum dictus A. Bajuli, Procurator dicti Domini Regis Majoricarum, expressim super consentiens, ipsorum Dominorum, missorum per Dominum Regem Franciæ, prorogaverit potestatem, & in dicto consensu adhuc perseveret.

Quare, non obstantibus supradictis, contentis in dicta cedula, die externa lecta per dictum Magistrum Reymundum de Pinibus, dixerunt & requisiverunt instanter dicti Domini, missi per dictum Dominum Regem Franciæ, debere procedi ad informationem prædictam: potissimè cum dictus Procurator dicti Domini Regis Majoricarum suas obtulit & adhuc offerat probationes, & eas habeat in promptu; protestantes quod per eos non stat, quo minus in præsenti negotio procedatur.

Præterea, requisiverunt dicti Domini, missi per dictum Dominum Regem Franciæ, præfatos Dominos, missos per dictum Dominum Regem Angliæ, quod ipsi, unà cum eis, requirant Gentes dicti Alphonsi (quæ parant se, prout intellexerunt, ad recedendum) quod debeant remanere, & procedere in informatione prædicta;

Et, quantum pertinet ad eosdem, de hiis petunt fieri publicè instrumentum.

Et ibidem venerabilis Pater Sarum Episcopus & alii Commis-

L. A. f. 149. a. Penes Camerar.

& de Glosgu Evesques,

Johan Comyn, &
James Seneschal de Escoce,
Gardeyns du Reaume de Escoce.

Mahen, Evesque de Dunkeldin,
Archebaud, Evesk de Moref,
Henry, Eveske de Abirdene,
Guillame, Evesque de Dunblain,
Marc, Evesque de Man,
Henry, Evesque de Gauway,
Guillame, Evesque de Brethin,
Alayn, Evesque de Catenes,
Robert, Evesque de Ros, &
Laurence, Evesque de Ergaythil.

Contes,
Maliz, de Stratherne,
Patrick, de Dunbar,
Johan Comyn, de Buchan,
Donenald, de Mar,
Gilbert de Humfrauvil, de Anegos,
Johan, de Asceles,
Gauter, de Meneteth,
Roberd de Brus, de Carrik,
Guillame, de Ros,
Mancolon, de Lonenaus,
Guillame, de Sotherland. &
Johan de Catenes,

Abbes,
De Kelquon,
* II. 472. *De Menros,*
De Dunfermlin,
De Aberbrothok,
De la Seinte Croys,
De Cambuskinel,
De Kupre,
De Briburgh,
De Neubotil,
De Passelay,
De Iddeworth,
De Londors,
De Balmorinauth,
De Glenluce,
De Kilwynun,
De Incheafran,
De Culros,
De Dundraynaver,
De Darwongvil,
De Kinlos,
De Deer,
De Tleolunkile, &
De Gungeland.

Priours,
De Seint Andreu,
De Coldingham, &
De Leasmahagu,

De Hurward,
De Wytherne,
De Rustinotkz.
De May,
De Cononby,
De Blantir;

Barons,
Roberd de Brus, Seygnur de Val de Anaunt,
Guillam de Moref,
Guillame de Soulys,
Alisaundre de Ergayl,
Alisaundre de Bayliol, de Kaners,
Geffray de Moubray,
Nichol. de Graham,
Nichol de Lugir,
Inkeram de Bailiol,
Richard Siward,
Herbert de Macswell,
David le Mariscal,
Ingeram de Gynes,
Thomas Randolf,
Guillame Comyn, Seygnur de Kirketolauth.
Simon Fraser,
Renaud le Chen le Pere,
Renaud le Chen le Fitz,
Andreu de Moref,
Johannes de Soules,
Nichol de la Haye,
Guillame de la Haye,
Roberd de Cambron,
* *Guillame de Seincler,*
Patrik de Grame,
Johannes de Estrivelin,
Johannes de Kalentir,
Johan de Malevile,
Johan le Seneschal,
Johan de Glenesk,
Alisaundre de Bonkyll,
Bertram de Cardenes,
Donenald le fit Can.
Magnus de Fetherich,
Roberd le Flemyng,
Guillam de Moref, de Drumsengard,
David de Betume,
Guillame de Duglas,
Alisaundre de Lyndeseye,
Alisaundre de Meneteth.
Alisaundre de Meners,
Guillame de Mubaut,
Thomas de Somervil,
Johan de Inchemartin,
Johan de Vaus,
Johan de Moref,
Mancolon de Ferendrauth. &
Johan de Carniauth.

Regi Norwegiæ, quod fiat Matrimonium inter Filium Regis Angliæ, & Filiam Regis Norwagiæ, heredem Scotiæ; & quod ipsa Domicella mittatur in Angliam ad Regem Angliæ.

A Tres noble Prince, Sire Eyrik, par la grace de Deu, Roy de Norway, Guillam e Robert, par meme cele grace, de Seint Andreu e de Glasgu Eveskes, Johan Comyn, & James Senescal de Escoce, Gardains de Reaume de Escoce, e tote la Commune de meyme cel Reaume, salut & totes honours. Ann. D. 1290. An. 18. E. 1. L. A. f. 150. a. penes Camerar.

Come nus seumes certayns ke vous seets desirous del' honur, & del' profist de nostre Dame, vostre fille, & de tut le Reaume de Escoce, par encheson de ly: e le Apostoylle ad grante, & fete dispencacion, solom ceo ke communement est parle en diverses partys de Mound, ke le Fitz & le Heyr le Roy de Engleterre pusse nostre Dame, vostre fille, en femme prendre, nin ostaunt procheynette de Saunk,

Nous, par Commun assent de tut le Reaums de Escoce, e pur le grant profist del' un & del' autre Reaume, ke le Mariage se face, si issint seit, avums uniement acorde, e communement assentu.

* Pur la queu chose nus priums & requerums vostre hautesse, ke il vous pleyse issuit ordiner, e ceste bosoyne adrescer endroit de vous ke meyme cele vostre fille Dame puysse en Engleterre venir a plus toust ke estre purra; * II. 473.

Issuit ke, a plus tart, seit en meyme la terre avaunt la tut Seynt procheyn avenir, si com, de sa venue, est acorde, devaunt l'avaunt dyt Roys de Engleterre, entre nous & vos messages, ke ilockes vyndrunt de par vus.

Et taunt en facet, Sire, si vous plest ke nous vous saums le plus tenu a tou jurs; ke, si il avenoyt ke vous ceste chose ne feisset, il nus convendroit, en ceste chose, prendre le meillour conseyl ke Deus nus dorra pur le estat du Reaume, & la bone gent de la terre.

En tesmonage de les avauntdite choses nus, Gardeyns du Reaume, & la commune avantdyt, en nom de nous le Seal commun, que nous usom en Escoce, en nom de nostre Dame avauntdyt, avum fet mettre a ceste lettre.

Donne a Brigham, le Vendredy procheyn apres la Feste Seynt Gregorie, le An de nostre Seygnur 1289.

Litera Johannis Ducis de Brabantia per quam obligat se ad reddendum Johanni de Brabantia, & Margaretæ Uxori suæ sex milia Librarum Terræ de Dote dictæ Margaretæ, quas Dominus Rex Angliæ dicto Duci concessit per triennium.

JOhan, par la grace de Deu, Duk de Louth. de Brabant, & de Lembrouch, a tous ceaus, ke ceste presente lettres verrunt & orrunt, salut & conoistre verite. Ann. D. 1290. An. 18. E. 1. L. A. f. 125. Penes Camerar.

Cum nus avoms fet estendre & asseiner sis mille livrees de terre, a Tornoys, a nostre terre de Brabant, a oes Dame Margarete fille a troy noble Roy d'Engleterre, compayne Johan nostre eisne fitz.

Et totes celes estentes & assenemens eoms liure a Roger de Tillamestone Chivaler, & a Williame de Charlton, Messages au Roy d'En-

[illegible] obligationibus, suo & nostro nomine, si necesse fuerit, affirmandi negotia, vos & nos, filium nostrum & filiam vestram, contingentia, secundum quod magis viderint expedire.

Ratum habentes & firmum quicquid per prædictum Patrem Dunelmensem Episcopum, vel Nuncios, aut Procuratores suos, vel eorum aliquos, ad hoc specialiter deputatos, factum, ordinatum & affirmatum fuerit, suo & nostro nomine, in præmissis.

In cujus, &c. sigillum nostrum fecimus præsentibus hiis appendi.

Dat. apud Wodestok. decimo die Aprilis.

Erico Norwegiæ Regi, de Papæ dispensatione obtenta; & de adventu Margaretæ filiæ ad Anglicanas partes maturando.

Ann. D. 1290. *An.* 18. *E.* 1. *Pat.* 18. *E.* 1. *m.* 3 *in cedula.*

MAgnifico Principi, & amico suo kariffimo Domino Erico Dei gratiâ, Regi Norwegiæ illustri, Edwardus, eadem gratiâ, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, & Dux Aquitaniæ, salutem, & prosperis semper successibus habundare.

Cum, ex liberali benignitate Sedis Apostolicæ, sufficiens & plena nobis dispensatio, de filio nostro Edwardo, & Margaretâ filiâ vestrâ Reginâ Scotiæ, matrimonialiter adinvicem copulandis, non obstante consanguinitatis gradu, quo sibi adinvicem attinere noscuntur, per sanctissimum Patrem nostrum Dominum Nicholaum, ejusdem Sedis ac universalis Ecclesiæ summum Pontificem, rite &, inspirante gratiâ salvatoris, sit concessa, & realiter jam optenta,

Ad quod utique Custodes, Magnates, Prælati, ac tota Communitas prædicti Regni Scotiæ, unanimi & expressâ voluntate sua, suum præbuerant jam consensum; id quod vobis, ut confidimus, propter utriusque Regni, Angliæ & Scotiæ, secundam prosperitatem, & mutuam utilitatem placidum & acceptum esse verisimilitèr attendamus;

Vestram Serenitatem Regiam requirimus & rogamus attentè, quatenus ad tam fœlicem dictæ dispensationis & copulæ conjugalis effectum prosequendum, & finaliter complendum, prædictæ Dominæ Margaretæ, filiæ vestræ, ad partes anglicanas adventum curetis adeo tempestive maturare, ut vobis indè obnixiùs astringamur.

Grave siquidem gereremus, si nostra hinc inde vota in hoc alíqualiter discreparent; aut saltem protelare facceretis, quod in hac parte regiam celsitudinem non deceret.

Valeat & vigeat feliciter regia Majestas vestra, & prosperis semper floreat incrementis.

Dat. apud Aumbresbury, 15 Kalend. Maii, anno Regni nostri 18.

Dat. apud Morlan. in Festo Ascensionis Domini: Anno ejusdem 1290.

Et memorandum quod ista littera liberata fuit Waltero de Langeton Clerico Garderobæ Regis die Veneris in crastino Sancti Laurentii, anno, &c. 18. in eadem Garderoba custodienda.

Bulla Nicholai Papæ quarti, per quam ordinavit, qualiter Decima concessa Regi colligi debeat, & a quibus, & per quas personas.

NIcolaus Episcopus, servus servorum Dei, Carissimo in Christo Filio Edwardo Regi Angliæ illustri, salutem, & Apostolicam benedictionem. Ann. D. 1290. *An.* 18. *E.* 1. *Ex Autogr.*

Nuper tibi, per alias nostras litteras, decimam Ecclesiasticorum Proventuum Regnorum Angliæ & Scotiæ, ac Terrarum Yberniæ, & Walliæ, sub certis formis & modis, duximus concedendam.

Tecum tamen præcipuè, non in tenebris, sed in luce ambulare volentes, nolumus te latere, quod nostræ intentionis existit, ut Collectores, seu superintendentes ejusdem decimæ colligendæ, deputandi à nobis, declarationes observent, quæ à Collectoribus, seu superintendentibus collectæ decimæ sex annorum, impositæ à felicis recordationis Gregorio Papa 10. Prædecessore nostro in Concilio Lugdunensi, hactenus sunt servatæ, seu ab apostolicâ sede, in * prædictis Regnis & terris, mandatæ servari, præsentibus annotatas; quæ tales sunt: * II 476.

De Redditibus & Proventibus leprosiarum domorum Dei & Hospitalium pauperum, qui in usus leprosorum, infirmorum, & pauperum convertuntur, decima non solvetur.

Moniales etiam, aliæque regulares personæ (quarum redditus & proventus Ecclesiastici adeo sunt tenues & exiles, quod de illis sustentari non possunt, sed pro habenda vitæ suæ sustentatione necesse habent publicè mendicare, & elemosinas publicè petere) dictam decimam non persolvant.

Seculares quoque Clerici (quorum ecclesiastici redditus & proventus annui summam sex Marcarum argenti non excedunt) eandem decimam non præstabunt.

Si verò una persona plura habeat beneficia, quorum nullum per se acceptum dictam summam sex Marcarum annuatim attingat, simul tamen collecta in annuis proventibus summam memoratam excedat, quotquot, vel quantumcumque modica fuerint, de omnibus & singulis decima persolvetur:

Sed non solvetur de Pitantiis Monachorum, similiter de ipsis quæ à Christi fidelibus relinquuntur ecclesiis, ut ex eis perpetui emantur redditus.

Item de exenniis, Prælatis, & aliis personis ecclesiasticis liberaliter factis, decima non solvetur.

Declaramus autem quod hii, qui vendunt proventus beneficiorum suorum, quæ personalem residentiam non requirunt, solvent de-

decima non solvetur.

Et, quia nonnulli obtinent à Monasteriis & Ecclesiis Prioratus, grangias, domos, redditus, pensiones & census, in solvenda de hiis decima credimus distinguendum, videlicet, an talia in beneficium habeantur? An ex contractu? An ex mera gratia? Et an pro mercede laboris vel obsequii?

Et quidem obtinentes talia in beneficium, & etiam ex mera gratia, sive hoc sit concessum per Sedem Apostolicam, sive per ipsorum Monasteriorum vel Ecclesiarum personas, de illorum proventibus solvent decimam.

Cum autem obtinentur talia ex contractu, puta ad pensionem vel firmam annuam, in qua non est facta gratia obtinenti, sed in
* II.477. hoc uterque contrahentium studuit conditionem suam facere * meliorem, perceptores pensionis vel firmæ de ipsa pensione vel firma decimam exhibebunt.

Si autem quis, ante vel post concessionem hujusmodi decimæ, ad vitam propriam emit Proventus Prioratûs, vel aliorum prædictorum, pro aliqua pecuniæ quantitate, ita quod in hoc ei scienter gratia non est facta: Considerabitur quantum extimatione communi valeant annui proventus Prioratûs, Grangiæ, domûs, terrarum, seu reddituum hujusmodi; &, secundum hoc ab illis, quorum est horum proprietas, qui inde pretium pro futuro tempore receperunt per tres annos decima exigetur.

Si autem in hiis gratia facta sit obtinentibus, quia scienter pro minori pretio, quam valeant, sunt talia vendita vel locata: Ipsi obtinentes, & non Monasterium vel Ecclesia, de illo, in quo gratia facta est ipsis; & de reliquo illi, quorum est proprietas, decimam exhibebunt.

Si autem personis aliquibus pro justa mercede, seu remuneratione laboris vel obsequii, præstiti vel præstandi, talia concessa sunt: Hii, quorum est illorum proprietas, in decimatione Proventuum suorum etiam horum proventus merito numerabunt, & de illis, sicut de aliis, quos pro certis suis utilitatibus expendunt, decimam exhibebunt.

Quod si hæc per illos, quia ea obtinent, ritè in alios sunt translata, quia res transit cum onere suo, etiam circa illos quæ prædiximus servabuntur.

Nec deducentur expensæ, quæ pro Monachis, qui in talibus Prioratibus, Grangiis, seu domibus, in beneficium, seu ex mera gratia concessis, ex parte teneri debent, fieri dinoscuntur: Expensæ autem illorum Monachorum vel personarum, qui teneri debent ex pacto, in Prioratibus, grangiis, seu domibus, ad justam firmam vel pensionem concessis, sive determinatæ fuerint, sive non, extimabuntur extimatione communi, & talem extimationem Monasterium vel Ecclesia, cujus illorum est proprietas, cum suis Proventibus decimabit.

Prælati de procurationibus, quas in victualibus percipiunt, decimam non persolvent; sed qui eas præstant hujusmodi victualia, in decimatione suorum proventuum & reddituum numerabunt & solvent decimam de eisdem.

De illis autem procurationibus, quas Prælati in pecunia numerata rite percipiunt ab antiquo, & quas percipient etiam si non visitarent, decimam præstare tenentur.

Prælatus autem, qui procurationem, quam sine visitatione potuit de jure percipere in pecunia numerata, remittit alicui Ecclesiæ, quia remittit quod sibi debetur, & de quo solvisset decimam si recepisset illud, tenetur ex tali procuratione decimam exhibere.

Si vero procurationem, quam tantum in victualibus licet percipi, fortasse remittat, persona ecclesiastica, cui remissio facta est hujusmodi, victualia cum aliis suis proventibus, cum solvet decimam, extimabit; cum etiam, si non esset remissa, hoc facere teneretur.

faciemus inquiri ab illis, qui super hoc scire valeant, veritatem; videlicet de consilio Diocesani Episcopi, vel aliquo depetando ab ipso, si sit ejus subditus; & non aliter (si Episcopus ipse, vel deputatus ab eo commodè possit haberi) & tunc demum, & non prius, ille, cujus proventus fuerint taliter extimati, pro eo quod minus solveret, etiam nominatim excommunicabitur, si ejus contumacia exegerit, & visum fuerit expedire.

Episcopi autem, & Abbates, cæteræque personæ Ecclesiasticæ honorabiles, non suspectæ, propriæ conscientiæ relinquentur; ita quod sufficiat quoad tales excommunicationis sententia, quæ in nullo modo solventes, vel scienter minus solventes, & adhibentes fraudem vel malitiam circa ipsius decimæ solutionem, generaliter proferetur.

Super hiis autem fiet compulsio, per censuram Ecclesiasticam; prout nobis & illis, quibus hoc duxerimus committendum, visum fuerit expedire.

Proferetur autem, si expediens visum fuerit, excommunicatio generaliter, vel specialiter in eos, qui contra solutionem decimæ, vel suorum extimationem proventuum, cum fuerit facienda, fraudem vel malitiam scienter duxerint adhibendam.

Nullus autem non solventium compelletur per secularis violentiam potestatis, nisi ipsius, non solventis, contumacia vel rebellio talis aut tanta fuerit, quod meritò contra ipsum, sicut fieret in aliis casibus seu negotiis, propter Ecclesiasticæ censuræ contemptum, invocari debeat auxilium brachii secularis.

Fiet autem solutio decimæ, non in ipsis rebus, quæ percipiuntur de proventibus, sed in pecunia numerata.

Solvetur autem decima illis personis, quas ad hoc contigerit deputari.

Rector Parochialis Ecclesiæ qui, urgente necessitate curæ Ecclesiæ suæ, puta quia ipse, residendo personaliter in eadem, per se non sufficit ipsi curæ, propter multitudinem Parochianorum, vel diffusionem Parochiæ suæ, sed necesse habet unum, vel duos, seu plures Capellanos conducere, & eis, præter victum, salarium constituere: salarium hujusmodi poterit in decimæ solutione deducere; sed ratione victûs Capellanorum ipsorum aliquid non deducet.

Quod, si in diversis Civitatibus seu Diocesibus diversa beneficia obtineat quis, de unoquoque beneficio in Civitate vel Diocesi, in quâ illud fuerit, decima persolvetur.

De Redditibus autem Ecclesiasticis, deputatis ad fabricam Ecclesiarum, decima solvetur.

De elemosinis verò, seu oblationibus, datis ad opus fabricæ, maximè de hiis oblationibus quæ in civitatibus, & aliquibus Castris, & locis prædictorum Regnorum & Terrarum, in certis Festivitatibus in candelis, & cereis, & aliis, consueverunt dari & offerri, ad opus fabricæ deputatis, decima non solvetur.

Similiter nec de illis oblationibus, quæ colliguntur interdum per Laicos (qui Collectores consortiales dicuntur) & interdum per Clericos, & quæ ad opus Consortii offeruntur, ut inde luminaria in Ecclesia, cruces & calices fiant & reparentur, & etiam ut ex illis pauperibus subveniatur, & sepeliantur corpora pauperum defunctorum.

Prælati autem & Clerici exules, cujuscumque conditionis aut dignitatis existant, de suis proventibus Ecclesiasticis decimam exhibebunt.

Illæ quoque expensæ, quæ fiunt pro fossatis: & aliàs etiam pro terris beneficandis, ut uberiores fructus producant, & illæ, quæ fiunt in conservandis, & reparandis ædificiis molendinorum, domorum, seu apothecarum, & similium (ex quibus fructus, & pensiones percipiuntur, &, nisi reparentur, fructus ex eis percipi non va-

1290. Sciatis quod, cum venerabilis Pater, A. Dunelmensis Epis-
An. 17. copus, & dilecti, & fideles nostri, Edmundus Cornubiæ & Jo-
E. 1. hannes de Warenna, Comites, promiserint & manuceperint ad
Pat. 18. impetrandum & habendum à nobis quamdam literam obligatoriam
E. 1. m. patentem, sub sigillo nostro, Nunciis Regni Scotiæ, ad collo-
30. quium nostrum, post Festum Paschæ proximo præteritum, sine aliqua difficultate, credendam & liberandam.

Expresse continentem, quod, nisi filia Domini Regis Norwagiæ, Domina & Hæres Regni Scotiæ, venerit in Regnum Angliæ vel Scotiæ, infra Festum omnium Sanctorum proximò futurum;

Vel nisi dictus Rex bonam & sufficientem fecerit securitatem per sacramentum suum, & literas suas patentes, & etiam sacramentum & literas patentes Prælatorum & Baronum subscriptorum,

Videlicet, venerabilium Patrum G. Nidrosiensis Archiepiscopi; & Berensis, Stanagrensis, & Ostlowensis Episcoporum; & Hakuni Ducis Ascloen. Terrici de Campo Ludi, Odwyni de Hagernes, & Bernardi de Berkelay; quorum si non posset habere sigilla omnium, haberet saltem sigilla quinque eorumdem,

De prædictâ filiâ suâ mittendâ, infra prædictum terminum, in Regnum Angliæ vel Scotiæ, nisi legitimum haberet impedimentum, prout in præsentia nostra apud Sarum nuper extitit ordinatum,

Extunc nos refundi & restitui faceremus Custodibus Regni Scotiæ tria milia Marcarum, apud Berewyk in Scotiâ, ad terminum, statuendum per nos & Nuncios Scotiæ, ad nos venientes; prout in literis dicti Episcopi Dunelmensis, & Comitum prædictorum patentibus plenius continetur;

Volumus, & tenore præsentium concedimus, quod, nisi prædicta omnia compleantur in forma prædicta, nos dicta tria milia Marcarum prædictis Nunciis Scotiæ, in Festo Sancti Martini, post prædictum Festum omnium Sanctorum proximo sequens, apud Berewyk (quem quidem terminum de assensu Nunciorum prædictorum duximus statuendum) solvere teneamur in formâ superiùs annotatâ.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Westm. decimo quinto die Maii.

•II.480. ** De potestate tractandi & ordinandi cum Custodibus Scotiæ.*

Ann. D. EDwardus, Dei gratiâ, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, &
1290. Dux Aquitaniæ, dilectis sibi in Christo Custodibus, Prælatis,
An. 18. Nobilibus, & Universitati Regni Scotiæ salutem, & sinceræ di-
E. 1. lectionis augmentum.
L. A. f. Cum nostris pridem litteris vobis scribere censuerimus quod,
127. b. quia Nuncii vestri, ad nos nuper London. ex parte vestrâ trans-
penes Camerar. missi, plenam & sufficientem secum non detulerant potestatem: Propter quod Articulis, nobis expositis, certum tunc responsum nequivimus facere per eosdem; nostros exinde Nuncios solempnes, plenam habentes potestatem in præmissis, ad vos in brevi, pro statu Dominæ vestræ, ac Regni Scotiæ & vestro, proposuimus destinare,

de eus, avaunt qu'il feussent espolez,

Si com plus pleinement est contenu en nostre Escrit de ceo fait & sealé. Penes Camerar.

E nous, Duk, eussoms graunté trois mil. livrees de terre, a Tour. a assigner en Dowaire a la devauntdite Dame Margarete,

Les queus 3. mil. livrees de Terre lui avoms assigne en certeins lieus, & par certeins estendors, sicom il piert par unes autres lettres sealees de nostre Seal, & des Estendors del assignement des devauntdites trois mil. livrees de terre,

E lui eussoms graunté outro mil. livrees de terre a Tour. a assigner, quaunt il seroient espolez, solom ceo quil est contenu en nostre escrit davauntdit.

Nous, regardaunz le estat & la noblee de Dame Margarete devauntdite, grauntoms & promettoms en bone foi, por nous, & por nos Heirs, qe nous, si tost com li Mariages, de nostre devauntdit fiz Johan, & de la devauntdite Dame Margarete, serra accompliz,

Assigneroms & feroms estendre a la devauntdit Dame Margarete, par leals Estendors, assignez par le Roy devauntdit & par nous, outre les trois mile livrees de terre devauntdites, qi lui sont ja assignez en certeins lieus, & par certeins Estendors, sicom devaunt est dit, * autres trois mil. livrees de terre, en lieus covenables en la Dusche de Brabant, & au plus pres que om porra des lieus de premer assignement, contees dedens ceste somme des derreines trois mil. livrees de terre, qi nous avioms devaunt graunte a assigner, qi uncore ne sont estendues, •II.481.

Ensi qele eit par tot orendroit 6. mil. livrees de terre au Tour. en Dowaire,

Des queles 6. mil. livrees de terre nous voloms & grauntoms, que les devauntdites Johan nostre fiz, e la devauntdite Dame Margarete, soient meintenaunt seisiz, & pregnent les esplez & les issues, por lor sustenaunce, si tost com il plerra au Roy d'Engleterre devauntdit, e que sur ceo nous aroms receu ses lettres overtes, & les tiegnent, & les eient totes lor vies & tote la nostre vie.

E qe la dite Dame Margarete les tiegne, quel avienture que aviegne de Johan nostre fiz, tote sa vie.

Derechief, nous avoms promis, en bone foi, qe nous, en accressement del Dowaire la devauntdite Dame Margarete, feroms assigner & estendre par leaus Estendors, esluz par le devauntdit Roi e par nous, deus mil. livrees de Terre, au Tour. en lieus covenables; si qele eit, apres nos jours, & les jours Johan nostre fiz devauntdit, 8. mil. livrees de terre au Tour. par tot en Dowaire (sauves a nous, tote nostre vie, les issues & les levees des dites deus mil. livrees de terre, derrains nommees, e les devauntdites 3. mil. livrees de terre, qele deit avoir apres nostre deces, & apres le deces Johan nostre fiz) nous grauntoms & promettons faire assigner & estendre par deus hommes, esluz de par le Roi d'Engleterre, & deus de par nous, en lieus covenables, sicom desus est dit, entre ci & le Noel procheinement avenir; cest asavoir l'an del' Incarnacion nostre Seignour 1290.

E totes choses devauntdites leaument tenir & acomplir, nous avoms promis, en bone foi, & jure sur Seintes Ewangeles, & a ceo nous obligoms nous & nos Heirs, par ces lettres overtes, sealees de nostre Seal, & des Seaus des nobles Hommes, nos cheirs feables, Godefroi de Brabant Seignor d'Arstot & de Virson nostre chier frere, Ernout Seignor de Walehain & Florens, Bertrand Seignor de Berlai nostre Cosin; les queus, ovesk nous, ont jurez sur

Quæ tamen ad ea, quæ sui honoris & exaltationis augmentum respiciunt, tibique placita esse debeant, & accepta, se exhibet sollicitum & attentum,

• II.482. * Petimus ut ipsum diutius Regia Magnitudo non teneat, quinimmo eum, cum sibi expedire putaverit, benignè permittat ad propria remeare.

Dat. apud Urbem veterem octavo Id. Julii, Pontificatûs nostri anno tertio.

Sub filo canabeo.

De Custodia Castrorum & Terrarum Resi filii Mereduci Roberto Tybetot commissa.

Ann. D. 1290. *An.* 17. *E.* 1. *Rot.Wall.* 18. *E.* 1.

REX, omnibus, ad quos, &c. salutem.

Sciatis quod commisimus dilecto & fideli nostro, Roberto Tybetot, Villas, Castra, & omnes Terras, & Tenementa quæ fuerunt Resi filii Mereduci rebellis nostri in Walliâ, & quæ sunt in manu nostrâ, per forisfactum ejusdem Resi, cum Escaetis & omnibus pertinentiis suis,

Custodienda à Festo Sancti Michaelis proximo futuro, usque ad Festum Paschæ proximo sequens: & ab eodem Festo Paschæ, usque ad finem quatuor annorum proximò sequentium completorum;

Ità quòd omnes exitus, inde provenientes, interim percipiat, in satisfactionem quorumdam debitorum, in quibus sibi tenebamur; ita videlicet quòd Castra illa & terras prædictas securè faciat custodiri.

Et, si forte ipsum Robertum, versus Terram sanctam iter arripere, vel in fata decedere contingat, infra terminum prædictum, per quod Castra, Terræ & Tenementa prædicta ad manum nostram deveniant,

Nos, pro ratâ futuri temporis, prædictum terminum contingentis, prædicto Roberto fideliter respondebimus.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Westm. decimo tertio die Julii.

De facto Scotie & Norwagie super Matrimonio contrahendo inter Natum Regis & Heredem Scotie.

Ann. D. 1290. *An.* 18. *E.* 1. *L. A. f.* 150. *penes Camerar.* *Pat.* 18. *E.* 1. *m.* 9.

UNiversis, ad quos præsentes literæ pervenerint, Antonius Dunolmensis, & Radulphus Karliolensis, Dei gratia, Episcopi: Johannes De Garenna, & Henricus Lincoln. Comites: Willielmus de Vescy Miles: & Henricus de Newerke Decanus Ecclesiæ Eborum, Procuratores speciales & Nuncii solempnes magnifici Principis Domini Edwardi, Dei gratia, Regis Angliæ illustris, salutem.

Cum, inter cætera, quæ contingunt Negotium & Tractatum, habitum inter excellentissimum Principem, Dominum nostrum supradictum, ex parte una, & venerabiles Patres Custodes, & cæteros Episcopos, Abbates & totum Clerum, Nobiles Viros, Comites, & Barones, totamque Communitatem Regni Scotiæ ex altera, super Matrimonio contrahendo inter Dominum Edwardum, filium & hæredem prædicti Domini nostri Regis, & Dominam Margaretam, Natam egregii Principis Domini Erici Regis Norwagiæ, & ejusdem Regni Scotiæ hereditariam & Reginam,

Angliæ, prout decet congrue statum suum, unde ipsa Regina & amici sui contenti rationabiliter esse poterunt & debebunt.

Promittentes nichilominus, vice & nomine prædicti Domini nostri Regis, & hæredum suorum, quod Regnum Scotiæ remaneat separatum, & divisum, & liberum in se, sine subjectione, à Regno Angliæ per suas rectas, divisas & Marchias, sicut à retro hactenus extitit observatum; salvo jure dicti Domini nostri, & alterius cujuslibet, quod sibi vel alii cuicumque super hiis, quæ consistunt in Marchiis, vel alibi, ante præsentis concessionis tempora, competiit, vel competere justo modo poterit in futurum.

Set quod Castra & fortalicia de novo in Marchiis non firmentur; non sumus in hoc consulti, quod dicto Domino nostro Regi & suis talem imponeremus servitutem, ubi Antecessores & homines sui usi sunt hactenus firmare Castra, fortalicia, & domos in terris suis, sicut fecerunt sui Progenitores: Quia alias majori subicerentur servituti, quàm illi de Regno Scotiæ, vel aliqui Antecessorum suorum.

Ad hæc expreßè concedimus, pro eodem Domino nostro & hæredibus suis, quod Capitula Ecclesiarum Cathedralium, Collegiatarum, & Conventualium, quæ proprias habent electiones, non compellantur exire Regnum ipsum Scotiæ, ad petendum licentiam eligendi vel præsentandi suos Electos, vel fidelitatem Regi Scotiæ facere seu Sacramentum.

Et quod nullus, Tenens in Capite de prædicto Rege Scotiæ, compellatur exire Regnum pro homagio, fidelitate, seu fine pro Relevio faciendo.

Illud idem viduis & miserabilibus personis, in petendis & habendis dotibus, & querenda justicia, concedentes; set in Regno ipso aliquis, ex parte dicti Domini nostri Regis, nomine Dominæ Margaretæ ipsius Regni Reginæ, & Domini Edwardi filii & Hæredis Domini nostri prædicti, deputetur ad jam dicta recipienda, & eorum nomine facienda.

Salvo homagio, quod in personali Regis præsentia fieri oportebit; set fidelitate factâ, habeat Seisinam terræ suæ sine dilatione per breve de Capella.

Nec quod aliquis de Regno Scotiæ pro contractu inito, vel delicto commisso in eodem Regno, nec in aliquo casu teneatur respondere extra idem Regnum contra leges & consuetudines ejusdem Regni, sicut hactenus extitit rationabiliter observatum,

Et quod Sigillum Regni, quod nunc currit, post mortem Regis teneatur, & currat quousque prædicta Regina venerit in Regnum suum, & fecerit Deo, & Ecclesiæ, ac Communitati ipsius Regni, in loco ad hoc specialiter deputato, quod fuerit faciendum, secundum leges & consuetudines Regni supradicti; & quod tunc fiat novum Sigillum de consuetis armis, & circumscriptione nominis Regis Scotiæ tantùm, penes Cancellarium ejusdem Regni, qui pro tempore fuerit, remansurum; Volentes quod habeant Cancellarium de Regno & in Regno Scotiæ residentem, ad officium Cancellariæ exequendum: Et idem concedimus de Camerariis, Clerico de Rotulis Capellæ, Domini Regis Justiciariis, & aliis ejusdem Regni Ministris; & quod nulla litera, jus commune vel gratiam continens specialem, de dictâ Cancellariâ transeat, nisi secundum solitum & debitum cursum capellæ Regis & Regni Scotiæ prædictorum.

Reliquiæ verò & Cartæ, Privilegia, & alia monumenta, quæ tangunt Regalem Dignitatem, & Regnum Scotiæ, in tuto loco ponantur, sub firmâ custodiâ, infra Regnum Scotiæ, & sub sigillis Majorum de Regno, & per visum eorum, donec prædicta Domina venerit in Regnum suum, & prolem * habuerit superstitem; & prædicta munimenta ac privilegia in suis viribus integraliter custodiantur. • II.484.

Et similitèr, quod nulla fiat subjectio, alienatio, vel obligatio rerum,

...articulatis per ... Pontificem confirmari, & infra idem tempus Communitati Regni Scotiæ liberari.

Quod, si infra annum prædictum id facere non poterit, illud quàm citius potuerit fieri imperrabit; ita quod illud perficiatur: &, si hoc non faciat suo tempore, quod hæredes sui ad id faciendum bonâ fide teneantur.

Protestamur etiam in hiis scriptis, quod omnia præmissa taliter intelligantur, quod Juri unius Regni vel alterius, ratione præsentis facti, nichil decrescat aliqualiter vel accrescat; Nec alicui Regum Regnorum prædictorum, quin liberè habeant statum suum.

In quorum omnium & singulorum præmissorum testimonium & evidentiam pleniorem, Sigilla nostra præsentibus duximus apponenda.

Dat. apud Brigham die Martis proximâ ante Festum beatæ Margaretæ Virginis, videlicet 15. Kalend. Augusti, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo.

•II.485. * *Litera Custodum Scotiæ, de Matrimonio contrahendo inter Edwardum filium Regis Angliæ, & Margaretam filiam Regis Norwagiæ Hæred. Scotiæ.*

Ann. D. 1290. *An.* 18. *E.* 1. *L. B. f.* 127. *a. penes Camerar.*

UNiversis Christi fidelibus, ad quos præsens scriptum pervenerit, Willielmus Sancti Andreæ, & Robertus de Glasguen. Dei gratiâ, Episcopi: Johannes Cumyn, & Jacobus Senescallus, Custodes Regni Scociæ; & ejusdem Regni Communitas, salutem in Domino.

Noverit universitas vestra quod, cùm quædam Obligationes & Instrumenta,

Inter Venerabiles Patres Dominum Antonium Dunolmensem, & R. Karlionensem, Dei gratia, Episcopos: Et Nobiles Viros Dominos Johannem de Warenna, & H. Lincolniæ Comites: W. de Vescy Militem; & Henricum de Newerk Decanum Ecclesiæ Eborum, speciales Procuratores & Nuncios solempnes Magnifici Principis Domini Edwardi, Dei gratiâ, Regis Angliæ illustris ex parte unâ, & nos ex altera,

Sint confecta, super sponsalibus & Matrimonio, contrahendis inter Dominum Edwardum Filium & Hæredem dicti Domini Regis Angliæ, & Dominam nostram Margaretam, filiam Domini Eyrici Regis Norwagiæ, super diversis Articulis & petitionibus prædictum negotium tangentibus,

Volumus, concedimus, & per præsentes litteras nos obligamus, quod,

Si prædicta Instrumenta & obligationes, ordinata & confecta apud Brigham, in colloquio ibidem habito, die Martis proximâ ante Festum beatæ Margaretæ Virginis, scilicet quinto decimo Calendas Augusti, anno gratiæ 1290. placeant dicto Domino Regi Angliæ, & ea ratificaverit infra Festum Nativitatis beatæ Mariæ Virginis proximo futuro per litteras Patentes Sigillo suo signatas, & nobis exhibitas,

Dicta Instrumenta & obligationes in suo robore perseverent:

Si verò displiceant eidem prædicta Instrumenta & obligationes, hinc inde restituantur, & extunc omnino viribus careant, & nullius penitùs sint momenti.

...tractatum ... agimus, ac in his non purâ fide, aut efficacibus studiis laboramus.

Tractatu tamen cum prædicto Domino Rege Francorum ad finem debitæ expeditionis adducto, tempus aderit quo, in hac parte, vestris & nostris affectibus placere possimus nos & Domini Cardinales, quantum erit in nobis, ad partes vestras prout

De quo & omnibus aliis accidentibus & circumstantiis tractatuum omnium vos, per Magistrum Stephanum de Sancto Georgio Clericum, quem pro hoc & aliis vobis destinavimus, curabimus reddere certiores.

Interim tamen, si placet, Nuncios vestros, sufficientes & aptos, parari mandatis nostræ requisitionis, quod in loco & termino, quos intimabimus Excellentiæ vestræ, pro prosecutione dicti tractatûs, nobiscum & cum dictis Dominis Cardinalibus valeant interesse, speramus; & credimus quòd vos, qui liberationis nostræ caput & Principium extitistis, omnia, quæ circa ipsam remaneant, caritatis ardore & sincerâ constantia, fine laudabili concludetis.

Dat. Parisius die 28. Julii tertiæ Indictionis.

Litera Custodum Scotiæ de plenipotentia, ad tractandum super Matrimonio cum Margareta supra memorata.

Ann. D. 1290. *An.* 18. *E.* 1. *L. A. f.* 149. *b. Penes Camerar.*

EXcellentissimo Principi, Domino, Edwardo, Dei gratiâ, Regi Angliæ illustri, Domino Hiberniæ, & Duci Aquitaniæ, Custodes Regni Scotiæ & ejusdem Communitas, salutem, & continuum semper gloriæ & honoris incrementum.

Notum vobis facimus, per præsentes, quod Venerabiles in Christo Patres, Dominos Robertum Glasguen. & Alanum Katenens. Dei gratia, Episcopos: Et Nobilem virum, Dominum Johannem Comyn,

Nostros veros & legitimos Procuratores ac Nuncios solempnes facimus, constituimus, & ordinamus, & ad vestram præsentiam, pro Negotiis, statum Dominæ Margaretæ, filiæ Domini Regis Norwagiæ, Dominæ nostræ & Regni Scotiæ, tangentibus, specialiter destinamus.

Dantes & concedentes eisdem potestatem plenam, & speciale mandatum vobiscum, nomine nostro, super præmissis negotiis tractandi, faciendi, ordinandi, & ea affirmandi ad utilitatem & honorem dictæ Dominæ nostræ & Regni Scotiæ prædicti.

Ratum & firmum habentes, & habituri quicquid vobiscum per prædictos Procuratores & Nuncios speciales tractatum, ordinatum, factum fuerit, & affirmatum; salvis in omnibus, & per omnia libertatibus, legibus & consuetudinibus Regni Scotiæ antedicti.

In cujus testimonium præsentes litteras communi Sigillo, Regimini Scotiæ deputato, fecimus consignari.

Dat. apud Kalchon. 2. Kalendas Augusti anno Domini 1290.

Li-

Procuratorium Edwardi Filii Regis pro eodem Matrimonio contrahendo.

Ann. D. 1290. *An.* 18. *E.* 1. *Pat.* 18. *E.* 1 *m.* 9.

UNiversis Sanctæ Matris Ecclesiæ filiis, ad quos præsentes literæ pervenerint, Edwardus, natus & hæres serenissimi Principis, Domini Edwardi, Dei gratiâ, Regis Angliæ, Domini Hiberniæ, & Ducis Acquitanniæ, salutem æternam in Domino.

Ad contrahendum, nomine nostro, Matrimonium cum nobili Domicellâ, Dominâ Margaretâ, filiâ Egregii Principis Domini Erici, Regis Norwagiæ, Regni Scotiæ Dominâ & Reginâ, & etiam omnia alia facienda, quæ ad prædictum contractum pertinent aut pertinere poterunt quoquo modo, illustri Principe Domino E. Dei gratia, Rege Angliæ, Patre nostro prædicto, ad hoc consensum & auctoritatem præstante,

Nobilem Virum, Dominum Johannem, Comitem Garennæ, Procuratorem nostrum ordinamus, facimus, & constituimus per præsentes.

Ratum & gratum habituri quicquid idem Johannes, nomine nostro, fecerit in præmissis.

In cujus rei testimonium, & præstitæ auctoritatis evidentiam, inclitus genitor noster prædictus præsentes litteras, suo & nostro nomine, sigilli sui munimine roboravit.

Dat. apud Norhampton vicesimo octavo die Augusti.

Consimilis littera facta est Domino Antonio Dunelm. Episcopo.

Dat. ut supra.

Item consimilis littera facta est Magistro Henrico de Newyrk Decano Eborum.

Dat. ut supra.

De Antonio Dunelmensi Episcopo Margaretæ & Edwardi Filii Regis, in Regno Scotiæ, locum-tenente assignato.

Ann. D. 1290. *An.* 18. *E.* 1. *Pat.* 18. *E.* 1 *m.* 9.

REX, venerabilibus Patribus, Willielmo Sanctæ Andreæ, & Roberto Glascuensi, eadem gratia, Episcopis: ac nobilibus viris Johanni Comyn, & Jacobo Senescallo, Custodibus Regni Scotiæ, cæterisque Episcopis, Abbatibus, Prioribus, totique Clero, Comitibus, Baronibus, ac toti Communitati Regni ejusdem salutem.

Cum ad leges & consuetudines Regni Scotiæ observandas ex sacramenti præstiti debito teneamur,

Nos, de probata fidelitate, & nota industria prædilecti nostri, venerabilis Patris, Domini Antonii, Dei gratia, Dunelmensis Episcopi, plenissimè confidentes, ad pacem, tranquilitatem & profectum totius Regni Scotiæ, ac etiam ad supportationem oneris, cæteris ipsius Regni Scotiæ incumbentis, eundem Episcopum ad vos mittimus,

Et tenore præsentium, assignamus ad tenendum, in eodem Reg-
* II.488. no, locum karissimæ nostræ Dominæ Margaretæ, filiæ * magnifici Principis, Domini Erici, Dei gratia, Regis Norwagiæ illustris, Dominæ & Reginæ vestræ, ac karissimi nati nostri Edwardi,

Et ad justificandum & rectificandum Regnum prædictum, unà cum cæteris ipsius Custodibus, de Consilio Prælatorum, & Mag-

liberacion euwe, a nostre requeste, nous graunta cele chose delaer dekes a la venue nostre Dame, ke serra a la tourz Seyntz procheyn avenir, ou devant, si Deu plest.

Pur la quel chose nous Procurors e messages avauntdit, ovek aucons des Gardeyns de Chateus de Escoce (cest asaver Sire Guillame de Seyncler, Patrik de Grahan, e Johan de Sonles) ke iluke vindrent, oue nus, en nom de avauntdyt Gardeins, Evesques, Abbes, Priors, Contes & Barons, e tote la Commune du Reaume de Escoce, grauntoms, volouns, è fermement prometoms ke, quel houre que la Dame veygne en Engleterre, ou en Escoce, quite & delivre de tot Mariage, estre celui que nous avons otrie,

Nous iceus Chasteus & Fortelesces rendroms, & ferroms rendre a la avauntdyte nostre Dame, e a noble ber Sire Edward fitz al avauntdyt Roy de Engleterre; e, de cel heure, en avaunt, les obeyroms ensemble, com a Seygnor e Dame, en ceste chose, e totes autres que al avantdyt Reaum apendent; de cel heure, qe il serront venutz en Escoce, & averont fet, par eus, ou par autres dedenz le Reaume, ferment, de quel age qil seyent, solom les leys, e les custumes de la terre de Escoce.

Ne a nul autre Mariage ne assentiroms, ne a autre Seygnor ne obeyerons, tant qe il viveront, si il ne seit par l'asent e la volente le Roy de Engleterre, e Sire Edward son fit.

E, si la Dame ne viegne en Engleterre, ou en Escoce, entre cy e la tut Seyntz procheyn avenir, nous voloms, e promettoms, pur nos, & pur tout les autres du Reaume de Escoce, ke tout les Gardeyns des Chasteus, è de Fortelesces de meymes le Reaume, seyent adonk obligerz par serment, e par escrit, de garder, e de sauver iceus Chasteus, e Fortelesces al oes, e en nom nostre Dame avantdyte, & Sire Edward, fitz & heir le avauntdyt Roy de Engleterre.

E, si nuls des Gardeyns de Chasteus e de Fortelesces seyt ou seyent renablement * supetencions a eus ou a nous, il serront * II.489.
remuetz, tant de foys come mester serra, par commun conseyl du Roy de Engleterre, e de bone gent de Escocè; e as autres du Reaume, nient suspeciuns, sur bone seurte baillerz.

Meyme la chose grantons, otrions, è promettons des Gardeyns, e autres Ministres du Retume.

En tesmoygne de cestes choses avauntdyte nous, Procurors, e Messages, e Gardeyns des Chasteus avant nomerz, pur nous, e pur tote la Commune du Reame de Escoce, avons mys nos Seaus a cest escrit.

Fet e done a Norhampton le Lundy procheyn apres la Feste Seint Bartholomeu; c'est asavoyr le quint Kalend. de Septembr. l'An de grace 1290.

Ratificatio Conventionum super Matrimonio inter Filium Regis, & Margaretam Scotiæ Heredem.

Ann. D. 1290. *An.* 18. *E.* 1. *Pat.* 18. *E.* 1 *m.* 8.

UNiversis, ad quorum notitiam præsentes litteræ pervenerint, Edwardus, Dei gratiâ, Rex Angliæ, &c. salutem in Domino.

Cum nos nuper ad partes Scotiæ destinassemus venerabiles Patres in Christo, Antonium Dunelmensem, & Radulfum Karliolensem, eidem gratiâ, Episcopos: & nobiles Viros Johannem Garenne, & Henricum Lilcolniensem Comites: Willielmum de Vescy Militem; Henricum de Neuwerk Decanum Ecclesiæ Eborum, nostros solempnes Nuncios & procuratores,

Qui, nostro nomine, aliqua annuissent & concessissent Custodibus

... Regis Angliæ ex unâ parte, & nobilem Mulierem Beatricem Ducissam Burgundiæ, ac dilectos & fideles nostros R. Ducem Burgundiæ, J. Brittan. & J. Authoderen. Comites ex alterâ.

De Domicellâ Beatrice, natâ quondam Hugonis filii Ducis Burgundiæ, cum Thoma dicti Edmundi primogenito, matrimonialiter collocanda, dictæ partes, super hujusmodi matrimonio * contrahendo, finaliter convenerunt, adjectis pactis & conventionibus quæ secuntur, videlicet; *II.490.

Quod idem Edmundus tenetur assignare & deliberare, pro dotalicio, dictæ Domicellæ habendo, & explendo ab ipso, post obitum præfati Thomæ, si ei supervivat, dicto Edmundo superstite, terram, ad valorem quingentarum librarum sterlingorum, annui redditûs, in Comitatu Leycestriæ;

Ita quod, si idem Comitatus tantum de annuo redditu non valeret, id, quod deficeret, de alia sua terra propinquiori, & ipsi Domicellæ commodiori, supplere tenetur.

Si verò idem Primogenitus supervivat suo genitori, habebit dicta Domicella, secundum consuetudinem Regni Angliæ, pro Dotalicio tertiam partem totius terræ primogeniti memorati.

Conventum fuit præterea, & in pactum expresse deductum, quod idem Edmundus de terrâ, quam nunc habet, vel imposterum habiturus est in Angliâ, nichil amodo alienabit, nec faciet aliud quin tota terra ipsa, post suum decessum, ad dictum Thomam natum suum, vel, si superstes non fuerit, ad prolem ejus ex dicto matrimonio procreandam deveniat:

Exceptâ terrâ illâ quam dictus Edmundus in Marchiâ Walliæ, ultra fluvium, quod vulgariter dicitur Saverne, habere dinoscitur; de quâ, pro aliis liberis suis, poterit, sicut voluerit, ordinare, non obstantibus conventionibus istis;

Et hoc salvo & sibi retento, quod in remunerationem suorum servitorum, in usus pios, vel alios licitos, conferre valeat, sive inter vivos, sive in ultimâ voluntate, tam insimul, quàm per partem, usque ad centum libratas redditûs sterlingorum, super terrâ Comitatûs Leycestriæ, & aliâ quam in Angliâ habet; dum tamen prædicta terra sua de Marchiâ Walliæ, ex collatione dictarum centum libratarum redditûs, nullatenus oneretur.

Rursus, asserens idem Edmundus, quod, non repugnante consuetudine Angliæ, facere hoc poterat, convenit, & in pactum deduxit quod, si contingat aliquem de liberis suis aliis, videlicet, quos aut etiam omnes, sine prole legittimâ vitæ terminum facere, ipse procurare tenetur quod tota hujusmodi morientis vel morientium successio ad suum primogenitum deveniet, vel ad ejus prolem, si tunc esset rebus humanis exemptus.

Asseruit præterea idem Edmundus terram de Anglia, in qua debet ei dictus primogenitus suus, secundum has conventiones, succedere (terra Marchiæ prædicta in hanc æstimationem minimè computata) esse valoris decem & octo milium librarum Turonen. nigrorum annuatim; &, ad supplendum hujusmodi valorem, si forte in ea minus esset, aliam totam terram, quam nunc obtinet, & in futurum obtinebit, & quæcumque bona sua, mobilia & immobilia, præsentia & futura, specialiter obligata reliquit.

Set, mediantibus conventionibus supradictis, retinuit, quod tam ipse, quàm socrus nostra karissima, B. Regina Navarræ, conjux sua, de tota terra, quam habent, & adquirent de cætero in Comitatibus Campaniæ & Bryæ, inter alios liberos suos, sicut expedire viderint, valeant ordinare.

E ... præsentes litteræ pervenerint, salutem. 1290.

Cum Dominus Rex Norwagiæ illustris quosdam Procuratores & Nuncios suos, pro quibusdam Negotiis, nos & ipsum contingentibus, in Angliam sit missurus, An. 18. E. 1. L. A. f. 150. a. Fines Camerar.

Dedimus potestatem Venerabili Patri Antonio Dunelmensi Episcopo, & illi, quem idem Episcopus per litteras suas Patentes ad hoc attornare voluerit, dictos Nuncios & Procuratores, tam per mare, quàm per terram, ad nos salvò & securè, infra Regnum nostrum, cum bonis & familiâ, quæ secum ducere contigerit, conducendi, & eos protegendi, & vice & nomine nostro defendendi,

Vobis omnibus & singulis inhibentes, nè præfatis conductoribus, procuratoribus, Nunciis, seu aliis, secum de partibus Norwagiæ ad nos accedentibus, inferatis, vel inferri permittatis injuriam, molestiam, dampnum, impedimentum aliquod vel gravamen.

In cujus rei testimonium has litteras nostras fieri fecimus Patentes, per unum Annum duraturas.

Teste meipso apud Geytynton, primo die Septembris anno Regni nostri decimo octavo.

De terris per Ducem Brabantiæ secundum pacta Matrimonialia assignandis.

EDward, &c. à noble home Johan, par meime cele grace, Duk de Loth. de Braban, e de Lemburgh, saluz e chers amistez. Ann. D. 1290. An. 17. E. 1. Pat. 18. E. 1. m. 7.

Nus vus enveoms, pur nus, & Johan vostre fiz e le nostre, & Margarete sa femme nostre fille e la vostre, noz chers e feals, Williame de Carleton Clerk, & mon Sire Roger de Tilmanston Chivaler, nos Attornez.

A estendre les cinque mille livreez de terre, qe sunt à assigner a dis Johan & Margarete, e a receivre le assignement, e la seisine de meismes celes terres, ovek les trois mile livrez de terre, qe lour sount assignes, avant ces heures, solom les couvenaunces fez entre vous e nus.

E vous promettoms certainement, qe quant il avenunt cel assignement, e cele seisine receu, e la certeinte de ceo a nus reporte, que nus vus garderons de damage, solom la purparlaunce, qe fust entre vus e Edmund notre chere frere.

E vous prioms cherement qe vous voillez travailer si peinblement entour cestes bosoignes, qe les choses se facent, sicom eles furent purparleez, issi qe nos Messages nus puissent reporter bones noveles de vostre diligence.

Estre ceo, Sire, voilez crere ceo, qe les avantdiz nos Attornez vus dirrunt de par nus, en droit de la bosoigne de Lemburgh.

Don a Torpel le 8. jour de Septembre l'an del Incarnation nostre Seigneur 1290.

A receivre, en nostre nom, la Seisine de 6000 Livrees de terre, les queus nostre chier Pierre avauntdit nous deit liverer, solon les covenaunces, faites par entre les avauntdirz nos Pierres.
E avoms ferm & estable quaunt, qe les ditz Willame & Roger feront, endroit de cestes bosoignes, en nostre nom.
En tesmoignaunce des queles choses avoms faites cestes lettres Patentes enseales du Seal le avauntdit Johan; e, en la nom la avauntdite Margarete (poor ceo que son seal n'est mie conu) avoms prie estre mis le Seal la Noble Dame Alianore, Reigne d'Engleterre, Compaigne nostre Seignor le Roi avauntdit.

Don. a Torpel. le 8. Jour de Septembre, l'an del'Incarnation nostre Seignor 1290.

Litera hominum Insulæ de Man, qui se ponunt in protectionem Regis.

Ann. D. 1290. *An.* 18. *E.* 1. *L. A. f.* 158. *a. Penes Camerar.*

UNiversis Sanctæ Matris Ecclesiæ Filiis, præsentes litteras visuris vel audituris, omnes Homines, Insulam de Man inhabitantes, salutem.
Cùm magnificus Princeps, Dominus Rex Angliæ illustris, Insulam prædictam in manus suas susceperit, ad protegendum & defendendum, quæ nuper extitit desolata, & multis miseriis occupata defectu protectionis & defensionis, & nos subjectioni & dominationi suæ volumus subjici, & præceptis suis obedire & sibi, tanquam Domino nostro, in omnibus respondere, de cætero, promittimus sub pœnâ duarum millium librarum argenti:
Si contingat nos, aliquo modo, contra Dominium suum intersurgere, seu delinquere, vel aliquem de suis foris facere ac gravare malitiose; quas plenariè solvere promittimus & protestamur absolute.
Et, super præmissis observandis, obligari volumus & concedimus omnes possessiones nostras, ubicumque inventæ fuerint, insimul cum corporibus nostris, quibuscunque pœnis, prout sibi placuerit, capiendas & cohercendas; omnibus juris remediis secularibus, & Gentium consuetudinibus postpositis & nobis minimè valituris.
In cujus rei testimonium Præsentibus sigillum nostrum commune apposuimus;

Dat. apud Abbatiam de Russyn, in Insulâ prædictâ, anno Domini 1290.

•II.493.

* *Rex queritur Papæ de Collationibus & executionibus, in Regno Angliæ hactenus inauditis.*

Ann. D. 1290. *An.* 18. *E.* 1. *Claus.* 18. *E.* 1. *m.* 10. *dors.*

SAnctissimo in Christo Patri, Domino Nicholao, Divinâ Providentiâ, summo Pontifici, suus devotus filius Edwardus, eadem gratiâ, Rex Angliæ, Dominus Hyberniæ, & Dux Aquitaniæ, salutem, & devota Pedum oscula beatorum.
Considerantes propensius, & ante mentis nostræ oculos reducentes illum piæ paternitatis vestræ affectum, quem ad honoris nostri & Regni augmentum, ex quodam speciali favore jugiter direxistis; nequivimus animo comprehendere, nec credimus utique quòd à tam Sancti Patris Conscientiâ processerint collationes & executiones nonnullæ, nuper in Regni nostri partibus, auctoritate Apostolicâ, ut asseritur, publicatæ.

An. 18. *E.* 1. *Claus.* 18. *E.* 1. *m.* 10. *dors.*

Edmundus illustris Regis Angliæ natus,
Willielmus de Valentia Comes Penbrockiæ,
Edmundus Comes Cornubiæ,
Gilbertus de Clare Comes Gloucestriæ & Hertfordiæ,
Johannes de Warenna Comes Surræ,
Henricus de Lacy Comes Lincolniæ,
Humfridus de Bohun Comes Herefordiæ & Essexiæ,
Johannes de Hastinges,
Richardus filius Johannis,
Johannes de Sancto Johanne,
Willielmus de Brewose,
Willielmus de Latimer,
Rogerus de Monte Alto, &
Walterus de Huntercumb. Barones:

Et totius Regni Angliæ Comites, Barones & proceres salutem & devota pedum oscula beatorum.

Pensata paternali affectione ac pio regimine quibus Sedes Apostolica priscis temporibus Ecclesiam rexit Anglicanam, & Regnicolas Angliæ fervida nutrivit devotione, animo comprehendere nequivimus, nec credere nolumus, quod à tam Sancti Patris conscientia processerint * collationes & executiones nonnullæ, nuper in Anglicanis partibus, authoritate Apostolica, ut asseritur, publicatæ. •II.494.
Fertur siquidem quod, impetrante venerabili Patre, Domino Matthæo, Sanctæ Mariæ in Porticu Diacono Cardinali, unam Præbendam in Eboracensi, & aliam in Lincoln. Ecclesiis, Hospitali Sancti Spiritûs in Saxia de Urbe, & Basilicæ Sancti Petri, sedes Apostolica prædicta, distinctè conferendo, approprians, super nanciscenda possessione Præbendarum ipsarum, executiones misit gravissimas, & apud nos hactenus inauditas.
Quæ profecto, si fortirentur effectum, divini cultûs diminutionem periculosè ingererent: primitivorum Donantium voluntates, propulsa pietate, mutarent: solitas elemosynas Regni pauperibus subtraherent; ac in Regni nostri, nostram & hæredum nostrorum exhæredationem manifestam cederent: necnon in perniciosum exemplum, in futurum transirent;
Dum hæ alienationes perpetuæ adjicerent similes; per quas, post temporis brevis cursum, Regni prædicti deformarentur Ecclesiæ, &, cessantibus stipendiis, redderentur Ministrorum obsequio destitutæ, ipsarum proventibus alienis utilitatibus assignatis,
Quod gratum altissimo, nostro judicio, non videtur, qui cultum sui nominis sic ampliari desiderat, quod, ob ditationem unius Altaris, aliud minime spolietur.
Sanctæ igitur vestræ Paternitati prona instantia supplicamus; quatinus præmissa, circumspectione paterna æquius discernentes, circa eas velitis zelo propitio congruum & salubre remedium adhibere, ad honorem Dei, sublimationem Regni Angliæ, Regiæque Coronæ, quibus observandis astringimur juramento; quod vestro Patrocinio pie petimus observari, in nostræ fomentum devotionis, ne elemosinæ, ab Antecessoribus nostris Anglicanis collatæ Ecclesiis, inde subtractæ ad alios transferantur.

Bulla

Regio, gratum Deo minime videbatur, qui sic
*II.495. ampliari desiderat nominis sui cultum, ut unius * Altaris ditatio, alterius spolia non usurpet.

Quare Magnitudinis Regiæ supplex flagitabat instantia, ut nos præmissa, circumspectionis paternæ studio æquiùs discernentes, circa ea, zelo ducti propitio, congruum & salubre adhibere remedium curaremus.

Nam, prout in calce, seu fine prædictarum litterarum habebatur expressum, tepescere non valeres, quin exhæredationem tuam, quæ Coronæ Regiæ statum tangit (prout tui vinculo sacramenti perstringeris) pro viribus evitares:

Porro, fili karissime, mirandum non immeritò nobis occurrit, quod super collatione Præbendarum ipsarum, quam Apostolicæ sedis præcellens auctoritas, zelo pietatis inducta, fecisse conspicitur, tam curiosas, & seriosas litteras direxisti; quasi collatio eadem per sedem ipsam fieri fortasse nequiret, seu facta fuerit in tui derogationem honoris, aut ipsius Regni præjudicium, vel jacturam:

Quod profectò, in collatione hujusmodi, pura intentio nostra non habuit, cum personam Regiam suique honoris & exaltationis felicia incrementa, tuique Regni statum votivum, & prosperum sincerè dilexerimus hactenus, & diligere non cessemus; eo quod in te, utpote Catholico Principe, Romana Mater Ecclesia invenisse dinoscitur, quod in devoto & fideli reperiri filio consuevit.

Et quidem non negamus, nec etiam diffitemur, quin, ob reverentiam Dei & Beati Petri, Apostolorum Principis, super quem Universalis Ecclesiæ structura consistit, Præbendarum ipsarum alteram eidem Basilicæ, ut ad laudem & gloriam summi Regis decentiùs & honorabiliùs conservetur: ac Præbendam reliquam Hospitali prædicto, ad sustentationem infirmorum & pauperum, quorum illuc, prout intellexisse te credimus, innumera confluit multitudo, pietatis affectu suadente, duxerimus concedendas, futuris possidendas temporibus ab eisdem.

Nam, cùm Prælato cuilibet Ecclesiæ suæ prædium, seu Præbendam, de consensu Capituli ejusdem Ecclesiæ religioso loco donare, seu conferre sit licitum; ac hujusmodi donatio, seu collatio teneat, & solidæ robur obtineat firmitatis; multo fortius, multoque rationabilius, & liberioris titulo potestatis, earumdem Præbendarum collatio perpetuis duratura temporibus, tam venerabilibus & religiosis, ac piis locis per nos fieri potuit; qui, licet immeriti, universis orbis Ecclesiis supernæ dispositionis arbitrio præsidemus.

Rogamus igitur Excellentiam Regiam, hortamur, & requirimus in Filio Dei Patris, quatinus, præmissis sollicitâ consideratione pensatis, & attentâ meditatione discussis, tam pia, tamque laudabilis, & Deo grata Præbendarum collatio prædictarum, pro divinâ, & ejusdem sedis, ac nostrâ reverentiâ, non molesta seu gravis, sed placita & accepta sit potius votis tuis.

Spes enim non dubia nostris suggerebat affectibus, quod tu, tanquam filius benedictionis & gratiæ, Rexque Catholicus & devotus, jus, siquod in Præbendis eisdem tibi forte competeret, nobis pro divinâ & Apostoli reverentia prælibati, de Munificentia Regia, promptus offerre animis debuisses.

Dat. apud Urbem Veterem 15 Kalendas Octobris, Pontificatûs nostri anno tertio.

Sub filo canabeo.

Apostolicæ Nuntio, & aliis in nostro Consilio constitutis:

Necnon coram vobis *Magistro Johanne de Cadamo*, *Apostolicâ auctoritate Notario publico*,

Protestamur & dicimus, quod intendimus, legitimis impedimentis sublatis, in Terræ sanctæ subsidium, in statuto generalis passagii termino, transfretare, prout decebit statum nostrum, & requiret negotium memoratum, juxta nostram possibilitatem sive vires:

Et, à præmissa protestatione non recedendo, dictam concessionem decimarum, & obventionum, à sede Apostolica nobis factam, admittimus humiliter & devote.

Facta fuit suprascripta protestatio per supradictum Magistrum W. anno à Nativitate Domini millesimo ducentesimo nonagesimo, Indictione quarta, Pontificatûs Domini Nicholai Papæ quarti anno tertio, quarta decima die mensis Octobris, apud Clypston Regis, in Camera Palatii præfati Domini Regis,

Præsentibus Nobilibus Viris,

Dominis,

Reginaldo de Grey,	*Bogeno de Knoville*,
Nicolao de Segrave,	Ac aliis testibus supradictis.

Et Ego *Johannes Erturi de Cadamo*, Apostolicæ sedis auctoritate Notarius publicus, hiis omnibus interfui, propria manu scripsi, &c, ad majorem evidentiam præmissorum rogatus, mei signi annotatione in hanc publicam formam redegi.

De arreragiis Francisco Accursii solutis.

REX, Thesaurario & Camerariis suis salutem. Ann. D.
Liberate, de Thesauro nostro, Lapo de Pistor. ducentas 1290.
Marcas, pro ducentis Marcis, quas, per preceptum nostrum, *An.* 18.
liberaverunt Francisco Accursii, Legum Professori, pro arreragiis *E.* 1.
annui feodi sui quadraginta Marcarum, quod ei concessimus, *Liberate.*
Scilicet, de annis Regni nostri tertiodecimo, quartodecimo, *An.* 18.
quintodecimo, sextodecimo, & decimo septimo, *E.* 1 *m.* 1.

Et quas eisdem Mercatoribus solvere promisimus in Festo Sancti Michaelis proximo preterito:

Recipientes ab eisdem Mercatoribus literas nostras patentes, quas inde habent.

T. R. apud Kingesclipston. vicesimo tertio die Octobris.

---

* *De Successione ad Coronam Angliæ, Gilberti Comitis Gloucestriæ Juramentum.* *II.497.
Ann. D.
1290.

A Tous ceus, ke cestes lettres orrount ou verrunt Gilbert de *An.* 18.
Clar, Cunte de Gloucestre e de Hertford, saluz. *E.* 1.
Come nostre Seygnur le Rey, par sa grace, me eyt volu doner *L. A. f.*
Dame Johane sa filie a femme; Jo, por totes doutes e suspecion de 169. *b.*
mal ouster, ay jure sur seynz, *Penes*
Camerar.

Dame Johan, filie le Rey avauntdyt, è as Heyrs de fun cors engendretz.

E, si meymes cele Dame Johane murge saunz eyr de fun cors engendré, demurge le Reaume, e la tere d'Irlaunde avauntdit a sa plus procheyne feur; è issi de filie en filie, è de eyr en eyr, si come avauntdit est des avauntditz, Dame Alinor, e Dame Johane.

E, a cestes choses leaument tenir e garder, Jo me sutmet a la Jurisdiction e la destresce de l'Apostoyle de Roume, e de la Eglise de Rome: e a la Jurisdiction e destres de Erceveskes de Cantarbiry, e de Everwik: e de tutz les Prelatz d'Engleterre, ke en tens serrunt; e a la destresce è Jurisdiction de checun de eus par sey.

E en testmoynaunce de cestes choses, jo ay mis a ceste lettre mon seel, e, a ma requeste,

Le honurable Pere Johan, par la grace de Deu, *Erceveske de Cantarbiry*,
Roberd Eveske de Baa e de Welles,
Johan Eveske de Wynecestre,
Auntoyne Eveske de Dureme,
Peris Eveske de Egecestre,
E Godefrey Eveske de Wyrecestre,

A cestes lettres unt mis lur seeus.

Done a Aumbresbyrie le Lundy procheyn devaunt la Feste Seynt Alphege, le an du Regne le Rey Edward avauntdit dis e utyme.

•II.498. * *Bulla Regi Angliæ pro benigne recipiendo Nuncios Regis Tartarorum.*

Ann. D. 1290. *An. 19. E. 1. Ex Autogr.*

Nicolaus Episcopus, servus servorum Dei, carissimo in Christo filio Edwardo, Regi Angliæ illustri, salutem & Apostolicam benedictionem.

Cùm dilecti filii, nobiles Viri, Andreas, dudum dictus Zaganus (qui nuper à Domino inspiratus, unà cum Nepote suo Dominico, pridem vocato Gorgi, apud sedem Apostolicam, per manus venerabilis fratris nostri L. Ostiensis Episcopi, gratiam lavacri baptismalis accepit) & Bascarellus de Gisulfo Civis Januensis, ac Moracius, magnifici viri Argonis, Regis Tartarorum illustris, Nuncii, latores præsentium, ad tuam præsentiam confidenter accedant:

Celsitudinem Regiam rogandam attente duximus & hortandam, quatinus, pro ejusdem sedis ac nostra reverentia, Nuncios ipsos, benigne recipiens & pertractans, diligenter audias quæ coram te duxerint proponenda: studium prout commode poteris impendendo sollicitum ad expeditionem celerem eorumdem; sic te in hoc efficaciter habiturus, ut devotionem Regiam exinde non immerito commendemus.

Nos enim ad præfatum Regem, cum Nunciis ipsis, in eorum ad nos reditu, destinare proponimus nostrum Nuncium specialem.

Dat. apud Urbem Veterem quarto Non. Decembris, Pontificatûs nostri anno tertio.

Sub filo canabeo.

lubre, juxta divinæ scripturæ sententiam, censeatur pro defunctis, ut à peccatorum solvantur nexibus, exorare,

Paternam caritatem vestram affectuosis precibus duximus excitandam, & instantiùs implorandam, quatenus, ipsius Consortis nostræ exequias, cum omni devotione solempniter celebrantes, animam ejus, cum decantatione missarum, & aliis Ecclesiast. Sacram. Deo vivo, qui aufert * spiritum Principum specialiter commendetis, adjuvantes eandem, ac etiam facientes à Prioribus, Monachis, Clericis & aliis, brevibus, subditis in sacramentorum suffragiis, elemosinis, cæterisque operibus caritatis salubriter adjuvari: ut, siquid maculæ, non purgatæ in ipsâ, forsan oblivionis defectu, vel alio modo, remansit, per utilia orationum vestrarum præsidia, juxta divinæ misericordiæ plenitudinem, abstergatur. •II.499.

Quæsumus igitur ut de missarum & aliorum suffragiorum hujusmodi numero, quæ pro præfatâ consorte nostrâ decreveritis facienda, per vestras litteras nos curetis reddere certiores, ut ex hoc metiri possimus, ad quales quantasque grates & gratias, ob præmissa, devotioni vestræ teneri meritò debeamus.

Dat. apud Assherug quarto die Januarii.

Bulla per quam respondet Regi Edvardo ad plures Petitiones decimas & negotium Terræ sanctæ concernentes.

Ann. D. 1291. *An. 19. E. 1. Ex Autogr.*

Nicolaus Episcopus, servus servorum Dei, carissimo in Christo filio Edvardo, Regi Angliæ illustri, salutem & Apostolicam benedictionem.

Ferventis desiderii magnitudo, quam de recuperanda celeriter, de manibus persequentium, Terra sancta concepimus, pulsat animum, mentemque sollicitat, ut tibi, qui, velut athleta Christi, & Christianitatis propugnator egregius, non sine divini numinis grandi dono, & sonoro laudis humanæ præconio, ipsius Terræ negotium assumpsisti, & gratiosi favoris impendamus auxilium, & petitionibus tuis, quantum cum Deo possumus, annuamus.

Venientes siquidem ad Apostolicam sedem dilecti filii, Nobiles Viri, Johannes de Sancto Johanne, ac Rogerius dictus Lestrange, Milites, Regalis Magnitudinis Nuncii, tuas nobis litteras de credentia præsentârunt:

Nos autem, licet tam grandia & ardua, tamque gravia, sub litteris de credentia, mitti vel peti, sine speciali causa mittentis & recipientis, ac negotiorum qualitate pensata, non deceat, ac id, & meritò, votis non accesserit nostris gratum; nichilominus Nuncios ipsos & litteras affectione paterna recepimus, & tam quæ coram nobis & fratribus nostris ex parte Regis iidem proponere Nuncii voluerunt, quam quæ prædictæ litteræ continebant benignè audivimus, & intelleximus diligenter.

Sane Nunciorum ipsorum habuit discreta relatio, quod tu, tamquam Rex inclitus, Princepsque Catholicus, in quo devotionis & fidei plenitudo corruscat, perductis hactenus ad audientiam Regiam infaustis mœstisque Terræ sanctæ rumoribus (quam, proh dolor! orthodoxæ fidei ostium, non sine multo Christianitatis excidio, feralis occupavit immanitas, ac in desolationem & ruinam ipsius sceleſtius furibunda desævit) tantò propensius ad ipsius Terræ subsidium stabili firmoque proposito animum Regium roborâsti, tuæque mentis ferventior affectus invaluit, & zelo uberioris extitit devotionis accensus, quantò majoris necessitatis articulus imminere, dictæque Terræ sanctæ necessaria potius fore dinoscitur accelerata subventio passagii generalis.

Reverà, fili carissime, in hujus, tam celebris, tam felicis & ac-

quæ pro attenuendis inimicorum viribus, ipsorumque comodis & potentiis minuendis, & pro comoditate, utilitate ac effectu futuri passagii sustinuit hactenus, & assiduè portat Ecclesia) & habuimus hactenus, habemus & nunc, pro ipsius terræ sanctæ subsidio, non modicum gentium numerum, & etiam galearum.

Pro habendis autem decimis & obventionibus supradictis, & ad omnia impedimenta tollenda, quibus sublatis decimæ ac obventiones ipsæ faciliùs habeantur, eadem Ecclesia vigilavit hactenus, & laborare non desinit, ac successivè oportuna studia & labores impendit; tibi & ejusdem terræ sanctæ negotio de eo, quod ad ipsius manus Ecclesiæ inde pervenerit, juxta suæ possibilitatis exigentiam, ut prædicitur, provisura.

Super eo verò, quod petis de solutione residui decimæ Angliæ, Scotiæ, Walliæ ac Yberniæ, in proximo festo beati Johannis Baptistæ præstanda, tibi taliter respondemus,

Quod, licet nec sciamus, nec adhuc scire possimus hujusmodi residui quantitatem, cum de istis nullam per eos, quibus commisit Ecclesia, vel alios, adhuc certitudinem habeamus, tamen parati sumus implere, &c, ecce! mandamus cum effectu quicquid, de hujusmodi residuo, inter te & Ecclesiam promissum extitit vel conventum, tibi, sub modis & conditionibus appositis, in præfato termino totaliter adimpleri.

Petitionem vero tuam, de decimâ Cisterciensis ordinis, præteriti temporis sex annorum, qualiter cum effectu possimus admittere, non videmus:

Cum de ipsa decima, quæ in centum milibus librarum Turonensium fuit gratiosè taxata, nil adhuc ab Ecclesia sit habitum vel receptum, & ipsum, licet non habitum, sed speratum, est pro Galeis, jam missis, & transmittendis, pro ipsius terræ subsidio, necessitate urgentissimâ deputatum.

Ut autem crucesignatos, qui personaliter in terræ sanctæ subsidium transfretare tenentur, ad id auctoritate apostolica compellamus:

Nos, sicut dudum tibi obtulimus, sic non paratos offerimus compellere quos temporis qualitas & ipsorum conditio suadebunt, ac ipsa Ecclesia expedire viderit compellendos: Sed, ante istius compulsionis edictum, decere putamus & congruum, ne tantæ multitudini illudatur, ne ex hoc aliquid Ecclesiæ impingatur, quod tanta habeatur certitudo passagii, quod crucesignati possint spe certâ sentire tempus & locum, in quo & ad quem debeant transfretare; nam aliàs & ipsi passagio, & crucesignatis omnibus videretur illudi.

Quod verò, ut legatum de fratribus nostris, pro ipsius Terræ negotio, deputemus, sic sentire te volumus, quod, cùm passagium tuum senserimus præparatum, & Legatum ipsum congruo modo petitum, aliquem de fratribus nostris, vel alium ad hoc deputabimus, prout Dei & ipsius Ecclesiæ honori, & terræ sanctæ negotio, deliberatione provida, videbimus expedire.

Te autem, ut postulas, & omnes Barones, & Nobiles, ac Milites, & alios, qui tecum in terræ sanctæ subsidium transfretabunt, in apostolicæ sedis protectionem & gratiam, quæ Cruce signatis ex causa hujusmodi fieri solet & congrui, favorabiliter admittemus;

Ad hæc scire te volumus, fili carissime, & attendere diligenter, nam & nos diligenter attendimus quod non * vidimus, non vide-
* II. 501. mus, non intelleximus nec audimus cuiquam Regum vel Principum nominis Christiani, etiam pro tali negotio, sic liberaliter, sic effuse, sic affluenter, & habunde subventum fuisse ab Ecclesia vel quæ in te est a Domino præparata, sed ut gratiam, tibi propositam, & ostensam à Christo Domino felicius prosequaris.

Dat. Romæ apud Sanctam Mariam Majorem secundo Idûs Februarii, Pontificatûs nostri anno quarto.

Sub filo canabeo.

De tractatu & conventionibus inter Reges Aragoniæ & Siciliæ coram Regis Angliæ Nunciis.

IN Nomine Domini Amen. Ann. D. 1291.
Convenientibus nuper, in Castro Tarasconensi, *An. 19. E. 1.*

Illustri viro, *Domino Karolo*, *Rege Siciliæ*: *L. B. f. 75. a.*
Et venerabili Patre, *Domino Hugone*, *Cæsaraugustani*, *Episcopo*: *penes Camerar.*
Et Nobilibus Viris, *Hugone de Podio Viridi*, &
Raimundo de Angularia,
Et Religiosis Viris, *Fratre Raimundo de Ripellis*, &,
Pontio Præposito Celsonensi,
Maymono de Castro Eulino, &
Eximino Pet. de Salanovâ, *Militibus*:
Guillielmo Durfortis, &
Raymundo de Sancto Clemente, *Barchinoniæ*, & *Ilerdæ Civibus*:
Jacobo de Biania Canonico Urgellensi:
Bernardo Guil. de Pinellis, &
Guillielmo de Jafero Jurisperitis:

Nunciis & Procuratoribus Domini Alfonsi Regis Aragoniæ, pro eodem Domino Alfonso, & Dompno Jacobo fratre suo, ad devotionem & reverentiam Romanæ Ecclesiæ reducendis, & pro reformanda pace, & concordia roboranda, inter ipsam Romanam Ecclesiam, Regem Franciæ, eundemque Regem Siciliæ, & Dominum Karolum ipsius * Regis Franciæ fratrem, ex parte una, & * II. 502.
eundem Dominum Alfonsum Regem Aragoniæ ex altera,

Præsentibus quoque Nobilibus Viris,

Domino Henrico de Lascy Comite Lincolniensi, &
Domino Johanne de Sancto Johanne:
Et discretis Viris, *Magistris*, *Johanne de Lascy Cancellario Cicestrensi*, &
Guillielmo de Grenefeud Canonico Eboracensi:

Nunciis illustris Principis Domini Edwardi, Regis Angliæ, ad hæc specialiter destinatis, talis, ut sequitur, inter eundem Regem Siciliæ, & præfatos Procuratores, & Nuncios prædicti Regis Aragoniæ, habitus est tractatus.

Inprimis, quòd, pro reverentia Domini nostri & sedis Apostolicæ, idem Rex Aragoniæ solempnes Procuratores & Nuncios, cum pleno & sufficienti mandato, mittat ad Curiam; qui mandata ipsius Domini Papæ & Ecclesiæ jurabunt, & postmodum, nomine Domini sui, proferent ista verba:

Pater sancte, scit Deus, quòd Dominus noster nunquam scienter

ritati prælati Regis Aragoniæ, super donationibus, concessionibus, expositionibus, per ipsam Ecclesiam, vel ejus auctoritatem factis Domino Karolo, fratri Regis Franciæ, seu quondam Regi Philippo, claræ memoriæ, Patri ejus, vel aliis quibuscumque, tam per renuntiationem ipsius Domini Karoli, & expressum assensum Regis Franciæ, quam per modos alios congruentes.

Quo assensu habito prædicta, ut præmissum est, præscripto modo procedant; post hæc idem Rex Aragoniæ, vel ante hæc, sicut Romanæ Ecclesiæ congruum esse videbitur, ab excommunicationum sententiis, quibus videretur obnoxius, absolvetur: interdictum, promulgatum in Regnis & Terris prædictis, relaxabitur: Clerici & Laici, juxta formam Ecclesiæ absolventur:

Idem Dominus Alfonsus, Rex Aragoniæ nominabitur: Pax cum Rege Franciæ, ac Domino Karolo, fratre ejus, & cum ipso Rege Siciliæ ex parte una, & ipso Rege Aragoniæ reformabitur, ac dampna, hinc inde data, adinvicem remittentur, & cum Rege Castellæ, si pacem ipsam acceptare voluerit; alioquin procurabitur ab ipso Rege Castellæ treuga conveniens usque ad tempus, quod conveniens esse videbitur, in quo idem Rex Aragoniæ possit, in sua persona, perficere quæ inferius subsequuntur.

* II.503. * Quibus dictis, &, quatenus spectat ad Ecclesiam, sub Papali Bulla reductis, & per Regem Franciæ & fratrem suum, quatenus ad ipsos spectat, ac Regem Siciliæ, ex parte una, & ipsum Regem Aragoniæ concordatis & factis; statim sine dilatione & cavillatione verborum, idem Rex Aragoniæ libere restituet ipsi Regi Siciliæ omnes filios & obsides suos:

Cassabit & annullabit omnes Conventiones & Obligationes, factas ipsi Regi Alfonso, vel alii pro eo, vel subditis suis, ab ipso Rege Siciliæ, vel aliis pro eodem, vel etiam cum Rege Angliæ:

Et ipsos Siciliæ & Angliæ Reges, ac alias personas, quas prædicta contingerent, plene quietabit, & à cujuslibet obligationis nexu vel vinculo liberabit: triginta millia Marcarum argenti idem Rex Aragoniæ integrè restituet in terminis, prout cum Rege Siciliæ, & prædicto Rege Angliæ, pro quantitate prædictæ summæ, quæ Regem ipsum Angliæ contingit, poterit convenire.

Castra & Fortalitiæ & aliæ terræ, tempore guerræ hinc inde capta, restituentur, destructis novitatibus factis in ipsis.

Personæ, propter guerram, hinc inde relegatæ, vel captæ, vel, propter adhærentiam alterutrius partium, punitæ revocabuntur; & bona & redditus, propter hoc ipsis ablata, libere restituentur eisdem.

Post hæc, prædictis factis, & competenti soliditate firmatis: & inter ipsum Regem Aragoniæ & Regem Castellæ pace facta, vel, ut præmittitur, treugua data: ac proviso eidem Regi Aragoniæ, per Romanam Ecclesiam, de securo conductu, in eundo, morando & redeundo;

Idem Rex Aragoniæ, infra Festum Nativitatis Domini, proximo venturum, personaliter ibit ad Curiam, & se Domino Papæ & Cardinalibus præsentabit, dicens, & proprio ore proferens verba prædicta, quæ sui Procuratores & Nuncii, ut præmittitur, suo nomine protulerunt; ipsa verba in suâ personâ formando;

Et Dominus Papa sibi, ut præmittitur in Nunciis verbis, prout sibi placebit, in ipsius Regis personâ, formatis effectualiter respondebit.

Ipse & Rex personaliter Ecclesiæ mandata jurabit; & se ipsius pœnitentiæ devotè submittet; ac se, pro devotione propriâ hostendendâ, pro honore Dei & Romanæ Ecclesiæ, pro salute animæ suæ & antecessorum suorum; pro emendatione culpæ, vel à se, vel à suo Patre comissæ, offeret se iterum in Terram sanctam, competenti termino, iturum decenti adjutorio, quod placuerit sibi Romano Pontifici ministrare.

stabit, nec a suis præstari permittet.

Dat. Brinoniæ 11. Kalendas Martii, anno Incarnationis Domini millesimo, ducentesimo, nonagesimo.

Et ego, Eximimus Petri de Salanova prædictus, quod sigillum meum mecum non habebam, sigilli prædicti Domini Episcopi Cæsaraugustani feci munimine præsentes litteras roborari.

De iisdem Tractatibus Regi Franciæ & Sedi Apostolicæ intimandis.

UNiversis, præsentes litteras inspecturis, miseratione Divinâ, Gerardus Episcopus Sabinensis, & Benedictus Sancti Nicolai in carcere Tulliano Diaconus Cardinalis, salutem in Domino. Ann. D. 1291. An. 19. E. 1. L. B. f. 74. b. penes Camerar.

Cùm, inter Magnificum Principem, Dominum Carolum, Siciliæ Regem illustrem: Et venerabilem in Christo Patrem, Hugonem Cæsaraugustanum Episcopum: Ac Nobiles Viros, Berengarium de Podio vindi, & Raymundum de Angularia, ac fratrem Raymundum de Ripellis, & Pontium Præpositum Celsonensem, Maymonum de Castro Aulino & Eximinum Petri de Salanova Milites: Guillielmum Dorfortis, & Raymundum de Sancto Clemente, Cives Barchinoniæ & Illerdæ: Jacobum & Biana Canonicum Urgellensem; Bernardum Guillielmum de Pinell. & Guillielmum de Jafaro, Jurisperitos,

Nuncios & Procuratores Nobilis viri, Alfonsi, filii quondam Petri, olim Regis Aragonum; præsentibus quoque,

Nobilibus Viris Domino,
H. de Lascy, Comite Lincolniensi, &
Domino Johanne de Sancto Johanne:
Ac discretis Viris Magistris,
Johanne de Lascy Cancellario Cicestrensi, &
Guillielmo de Grenefeud Canonico Eboracensi,

Nunciis excellentis Principis, Domini Edvardi Regis Angliæ, ad hæc specialiter destinatis, super pace & concordia reformandis, inter Ecclesiam Romanam, & illustrem Dominum Regem Franciæ, ac Fratrem ejus, & prædictum Regem Siciliæ, ex parte unâ, & eundem Alfonsum ex alterâ multipliciter sic tractatum; prout in scripturâ, Sigillis eorumdem, Regis Siciliæ, ac Nunciorum prædicti Alfonsi, sigillatâ, expressius continetur: Et tractatus ipse nobis per eosdem Regem Siciliæ, Procuratores & Nuncios fuisset exhibitus, ac noster in præmissis petitus assensus,

Nos tractatum ipsum recipimus, & eum præfato Domino Regi Franciæ intimandum, & Sedi Apostolicæ referendum, & pro pace mundi, auctore Domino, prosequendum, quantum cum reverentiâ Dei & Honore Romanæ Ecclesiæ, ac ipsius Regis Franciæ fieri poterit, duximus assumendum.

Dat. Brinoniæ die 20. Februarii, Pontificatûs Domini Nicolai Papæ 4. anno tertio.

Bulla,

Bulla de nova creatione Abbatis de Sancto Albano.

Ann. D. 1291. An. 19. E. 1. Ex Autogr.

NIcolaus Episcopus, servus servorum Dei, carissimo in Christo filio, Edwardo Regi Angliæ illustri, salutem & apostolicam benedictionem.

Prædecessorum tuorum, Regum Angliæ, recolenda memoria illud posteris, inter cætera eorum laudanda opera, memoriale reliquit, quod Ecclesias, Monasteria, & alia pia loca, regio favore foventes, ipsa multis libertatibus munierunt, multarumque libertatum largitione ditarunt, personis ecclesiasticis in suis oportunitatibus favorabiliter assistentes.

Hæc igitur, & similia eorum recolenda vestigia, tuam Regiam Excellentiam, non solùm sequi laudabiliter, set excedere laudabilius cupientes, te ad fovendum, in visceribus caritatis, ecclesiasticas personas, & loca hujusmodi, eorumque bona & jura, potentiâ Regiâ protegendâ, libenter attentis precibus & exortationibus invitamus.

Cùm igitur præsentatam nobis electionem de Religioso viro, fratre Johanne de Berkhamstede, Abbate Monasterii sancti Albani, ad Romanam Ecclesiam, nullo medio, pertinentis, ordinis sancti Benedicti, Lincolniensis Diocesis, tunc ipsius Monasterii Monacho, invenerimus canonicam, de persona ydonea celebratam, eamque duxerimus confirmandam, sibique tunc electo fecerimus munus benedictionis impendi;

Serenitatem Regiam rogamus & hortamur attentè, quatinus eundem Abbatem & Monasterium, sibi commissum, pro nostra & apostolicæ sedis reverentia, habeat Magnificentia Regia propensius commendatos; ita quod idem Abbas, tuo fultus auxilio, in commissa sibi cura ejusdem Monasterii possit, divina opitulante clementia, prosperari, & tibi exinde à Deo perennis vitæ præmium, & à nobis condigna proveniat actio gratiarum.

Dat. apud Urbem veterem, 3. Idûs Martii, Pontificatûs nostri anno quarto.

Sub filo canabeo.

Bulla Nicholai Papæ IV. super arreptione itineris versus Terram Sanctam, in qua continetur tertius Terminus: Continentur etiam quamplures literæ, Summo Pontifici per Regem Angliæ missæ, & responsiones ad easdem.

Ann. D. 1291. An. 19. E. 1. Ex Autogr.

NIcolaus Episcopus, servus servorum Dei, Carissimo in Christo Filio, Edwardo Regi illustri, salutem & Apostolicam benedictionem.

Post tractatus varios inter Sedem Apostolicam, & magnificentiam tuam, felicis recordationis, Martini, Honorii, Romanorum Pontificum, Prædecessorum nostrorum, & nostro temporibus habitos super subsidio Terræ Sanctæ, per te personaliter, tuamque potentiam impendendo; demum Celsitudini Regiæ per, bonæ memoriæ Grossetanum Episcopum litteras destinavimus, modum, per quem te ipsi terræ volumus, nosque tibi ad prosecutionem tanti negotii disposuimus subvenire, seriosius continentes, & exigentes explicitè, quòd modum eundem per tuas patentes litteras, Regio pendenti Sigillo munitas, infra Festum Purificationis beatæ Virginis transactum novissime, quod tibi ad hoc terminum præstituimus, acceptares, & quasdam cautiones, in ipsis litteris nostris expressas, per similes Regias litteras exhiberes.

*II. 506. * Tuque laudabile propositum ad terræ præfatæ subsidium, dicitur, cum circa illa te sollicitum fore perpendimus, quæ in laudem & gloriam summi Regis, tuæ salutis augmentum, & totius Christianitatis honorem, cedere dinoscuntur.

Sane, felicis recordationis, Martino, & postmodum, recolendæ memoriæ, Honorio, Romanis Pontificibus, Prædecessoribus nostris, ac nobis, tuo salubri, Deoque accepto proposito, quod ab olim circa terræ Sanctæ negotium concepisti, per litteras & Nuntios tuos exposito: Tam Prædecessoribus ipsis, quam nobis, volentibus illud oportunis fovere auxiliis, ac ejusdem terræ statui utiliter providere, inter Apostolicam Sedem, & te, diversi habiti sunt tractatus per diversos Celsitudinis tuæ Nuntios, eidem Sedi tuis petitionibus præsentatis; ad quas Sedes ipsa noscitur certa dedisse responsa, prout in ipsorum Prædecessorum, ac nostris, confectis exinde, litteris plenius continetur.

Nuper autem, per dilectos filios, Nobilem Virum Galfridum de Genevill, & Magistros Guilliemum de Grenofend, & Thomasium Clericos, magnitudinis tuæ Nuntios, & litteras, quas nobis pro parte Regia præsentarunt, apertè perpendimus, quod volebas in Responsionibus, tibi factis, aliqua immutari.

Porrò, Fili carissime, licet dilatio morosa negotii, diversitasque tractatuum, prædictæ terræ negotio permaximum afferre valeant detrimentum; nos tamen affectibus Regiis condescendere, prout possumus, affectantes, ad notitiam tuam, præsentium tenore, deducimus qualiter tibi in hac parte disponimus subvenire.

Noverit igitur Regia magnitudo, quòd nos terminum Generalis passagii, Festum Nativitatis Sancti Johannis Baptistæ, proximo futurum, in tres annos, quod erit anno Domini millesimo, ducentesimo, nonagesimo, tertio, de Fratrum nostrorum consilio, duximus statuendum;

Intendentes postquam omnia, inserta præsentibus, per tuas patentes litteras infrascripti tenoris, duxeris acceptanda, crucem per omnes Christianitatis partes facere prædicari, prout viderimus expedire;

Et mandabimus tibi decimam sex annorum, collectam in subsidium dictæ Terræ, in Angliæ & Scotiæ regnis, & in terris Walliæ & Hyberniæ, in duobus terminis assignari, viz.

Medietatem ipsius in Festo Nativitatis B. Johannis Baptistæ, anni Domini millesimi, ducentesimi, nonagesimi, primi:

* Et medietatem aliam in Festo Nativitatis ejusdem Sancti, *II. 507. deinde proximo secuturo:

Ita tamen quod, de restitutione illorum, quæ de decima receperis supradicta, si te deficere in transfretando contigerit, facienda, cautionem præstes, infra festum Purificationis beatæ Virginis proximò venturum, in forma subscripta, quæ talis est.

Sanctissimo in Christo Patri, &c. Edvardus, &c. Præsentium vobis tenore, Sanctissime Pater, vestrisque Successoribus, Romanis Pontificibus, & Ecclesiæ Romanæ promitto quòd, si me, spontè vel culpa mea, deficere in transfretando in subsidium terræ sanctæ contigerit, seu per me steterit, quo minùs in præfixo generalis passagii termino transfretem;

Omnia quæ de decima, michi concessa in Angliæ & Scotiæ Regnis, ac terris Walliæ & Hyberniæ, me recepisse contigerit, restituam ad vestrum, dictorumque Successorum & Ecclesiæ Romanæ mandatum, etiamsi pars ipsorum receptorum, vel omnia ipsa recepta, in præparatione transfretationis fuissent expensa:

Quodque, si non transfretavero in ipso termino, impedimento aliquo præpeditus, expensæ, quæ factæ fuerint in præparatione prædictâ, pro medietate imputabo michi, & pro medietate reliqua imputabo prædictæ decimæ; & ex nunc consentio, quòd de ipsa decima deducantur.

Et promitto quod, siquid, factâ imputatione, seu deductione hujus-

... Walliæ et Hyberniæ concedendis.

Quam decimam sex futurorum annorum, interim annis singulis mandabimus colligi; &, quod ante tuum passagium fuerit de ipsâ collectum, tibi, postquam cum tuo exercitu ad transfretandum mare intraveris, assignari: Quod verò, post passagium, de ipsâ decimâ colligetur, tibi, sicut colligitur, assignari mandabimus postquam in dicti passagii termino duxeris transfretandum, prout magnitudinem tuam decebit, & requiret negotium memoratum.

Fiet autem collectio & exactio ipsius decimæ per Ecclesiasticas personas dictorum Regnorum, & terrarum tuarum, vel per personas alias tibi gratas, juxta modum & formam, quos Sedes Apostolica duxerit ordinandos; nec intendimus, quod de Regnis & Terris eisdem colligenda decima extrahatur, ante tempus passagii supradicti.

Quia tamen in Regnis, ac Hiberniâ & Walliâ supradictis, diversæ, ut dicitur, fiunt extimationes reddituum & proventuum
*II.508. prædictorum; statuimus ut, * juxta verum ipsorum valorem, tibi prædicta decima persolvatur.

Sed ne, in collectione ipsius, si congruo modo non fieret, multorum scandala, & animarum possent pericula suboriri, nostræ intentionis existit, ut in collectione ipsâ per deputandas, ut præmittitur, ab Apostolicâ sede personas, taliter, actore Domino, procedatur, quod hujusmodi scandala, sive pericula valeant evitari, & indempnitati tuæ condigno favore, quantum ad perceptionem prælibatæ decimæ, provide consulatur.

Concedimus quoque tibi obventiones quaslibet in prædictis Regnis, Hiberniâ, & Walliâ, per dictos sex annos, eidem Terræ subsidio proventuras; & quæ provenerunt etiam inibi, à tempore quo prædictus Prædecessor Honorius eas tibi duxit, dum viveret, concedendas.

Cæterùm, reservatis sedi prædictæ interpretatione & declaratione cujuslibet dubii, quod super præmissis quomodolibet orietur, & quòd tam tu, quàm Prædecessores tui cogi possitis ad observandum omnia quæ per litteras tuas promittes, scire volumus Excellentiam Regiam quod, tunc demum prædictas concessiones decimæ sex futurorum annorum, ac obventionum, & alia inserta præsentibus efficaciam habere volumus, postquam, infra prædictum Purificationis Festum, prædictæ Romanæ Ecclesiæ tuas patentes litteras feceris assignari, super acceptatione omnium prædictorum, in formâ subscripta, quæ talis est;

Sanctissimo in Christo Patri, &c. Edvardus, &c.
Litteras Sanctitatis vestræ recepi infrascripti tenoris,
Nicolaus, &c.
Gaudemus, &c. usque in finem.

Quarum litterarum vestrarum tenore michi diligenter exposito & plenius intellecto, ex nunc expressè renuntians omnibus concessionibus, per prædictos Prædecessores vestros, Martinum & Honorium, & etiam per vos ipsos, hactenus michi factis, super decima dictorum Regnorum, & Terrarum, ac super obventionibus in eisdem Regnis & Terris, quæ provenerunt & provenient eidem Terræ subsidio,

Prædictam decimam sex futurorum annorum, & alia omnia in eisdem litteris comprehensa, sponte recipio, & accepto, ipsisque meum præsto assensum; & prædicta omnia & singula, quatinus me & successores meos contingunt, vel contingere possunt, me ac ipsos inviolabiliter servaturos promitto,

Volens ipsa robur plenæ firmitatis habere, ac præsentes litteras meas, Regio pendente sigillo munitas, vobis & Ecclesiæ Romanæ concedo, in testimonium veritatis.

Dat. &c. Quas si, ut prædicitur, præfatæ Romanæ Ecclesiæ non feceris assignari, volumus quod dispositio prædictorum omnia mandatum, etiamsi pars ipsorum receptorum, vel omnia ipsa recepta in præparatione transfretationis fuissent expensa.

Quodque, si non transfretaverimus in ipso termino impedimento aliquo præpediti, expensæ, quæ factæ fuerint in præparatione prædicta, pro medietate imputabimus nobis, & pro medietate reliqua imputabimus prædictæ decimæ; & ex nunc consentimus quòd de ipsa decimâ deducantur.

Et promittimus quod, siquid, factâ imputatione seu deductione hujusmodi, apud nos de decimâ ipsâ remanserit, illud similiter restituemus, ad vestrum dictorumque Successorum, & Ecclesiæ Romanæ mandatum.

Et quod siquid de expensis quæ fient in præparatione prædictâ, vel de datis seu assignatis ejus occasione nobis taliter impeditis recuperari contingat, vel de rebus præparatis occasione passagii, medietatem illius similiter restituemus, reliqua vero medietas erit nostra.

Pro hiis itaque omnibus firmiter observandis, & plenarie adimplendis, nos, Successores nostros, ac exitus & proventus nostros Regni Angliæ, aliarumque terrarum nostrarum, & omnia alia bona nostra mobilia, vobis, & dictis Successoribus vestris, ac Romanæ Ecclesiæ obligamus specialiter & expresè: Præsentes litteras nostras, Regio pendente sigillo munitas, vobis supra dictis vestris Successoribus, & Ecclesiæ Romanæ in veritatis testimonium concedendo.

Dat. apud Clipston nono Kalendas Novembris, anno Incarnationis Dominicæ millesimo ducentesimo nonagesimo.

Nulli ergo, &c.
Dat. apud Urbem Veterem 17 Kalendas Aprilis, Pontificatûs nostri anno quarto.

Sub filis fericis flavi rubeique coloris.

Bulla Nicholai Papæ Quarti responsiva, per quam approbat voluntatem Regis de itinere ad Terram Sanctam, & concedit sibi Decimam Angliæ, Scotiæ, Walliæ, & Hiberniæ.

NIcolaus Episcopus, servus servorum Dei, carissimo in Christo filio Edvardo, Regi Angliæ illustri, salutem & Apostolicam benedictionem. Ann. D. 1291. An. 19. E. 1. Ex Autogr.

Confidentiæ necnon & benivolentiæ dominorum ad subditos reputari solet indicium, cum ipsos ad ea, quæ sibi cara sunt, advocant, eorumque industriæ illa gerenda committunt.

Terræ autem sanctæ negotium, in quâ Redemptor noster Bethleem suæ Nativitati delegit, & Hierosolimam victoriosissimæ passioni, ei fore karissimum probant, & natalis soli dulcedo, quæ cunctos sic allicit, quod sui esse immemores non permittit, & gloriosissimè habitus inibi de nequissimo humani generis hoste triumphus;

Cum etiam hujus seculi Principes & Magnates ad loca, in quibus datur eis de inimicis habere victoriam, sic affici soleant, tantàque affectione moveri, quod ea frequenter, vel alicujus pii operis, vel alia singularitate decorant.

O! igitur, Princeps inclite, quanta tibi debet esse causa lætitiæ! quanta jubili & exultationis in Domino! quàm certa spes obtinendæ, ab ipsius benignitate, salutis æternæ succrescere! si diligenter attendas Regalem Excellentiam, ad tam præcordiale sibi negotium;

...quam cum tuo exercitu ad transfretandum mare intraveris: Quod vero, post tuum passagium, per maris introitum inchoatum, de decimâ colligetur eidem, sicut eam colligi contigerit, assignetur, prout hæc in prædictis nostris litteris, ad præfatos collectores directis, plenius explicantur.

Concedimus quoque tibi obventiones quaslibet in prædictis Regnis & Terris, per dictos sex annos eidem Terræ subsidio proventuras; & quæ provenerunt etiam inibi à tempore quo, felicis recordationis, Honorius Papa quartus, Prædecessor noster, eas tibi duxit, sub certâ formâ, dum viveret concedendas.

A præstatione autem decimæ supradictæ voluimus, ac volumus exemptos haberi Templarios & Hospitalarios: qui contra hostes fidei Christianæ se ac sua in ultramarinis exponere partibus non formidant; quique, propter dissensiones seculi, quas frequenter in eo suscitari contingit, in diversis mundi partibus dampna gravia pertulerunt;

Necnon & omnia loca, personas, & res, quæ per declarationes olim, per sedem Apostolicam editas, ac tibi per memoratum Grossetanum Episcopum destinatas (quasque ipsius decimæ, tibi concessæ, futuris collectoribus destinamus) excipi dinoscuntur.

Cæterum interpretationem & declarationem cujuslibet dubii, quod super præmissis quomodolibet orietur, Apostolicæ sedis arbitrio reservamus.

Sanè super eo, quod nuper tui Nuncii petierunt, videlicet, quod pecunia decimæ, collectæ post Concilium Lugdunense, de Terris, quarum Domini non transfretabunt, integrè assignetur aliis de Terris eisdem, paratis in dictum subsidium transfretare: quodque pecunia eadem per manus Capitanei exercitûs Christiani, vel saltem de consensu ipsius, & per ejus arbitrium dispensetur: & quod pecunia ipsa, pro apparatibus ad passagium faciendis, per annum, ante ipsum passagium, liberetur;

Scire volumus Excellentiam Regiam quòd nostræ intentionis existit, dare operam quòd ad manus Ecclesiæ Romanæ pecunia memorata perveniat, & sic tibi providere de illâ, quòd meritò contentus esse poteris & debebis.

Illud quoque Regalem Celsitudinem volumus non latere, quod Crucis verbum mandamus per omnes Provincias, de quibus ad promotionem negotii expedire vidimus, prædicari.

Nec per illa verba, quæ in prætactis litteris, tibi missis per præfatum Grossetan. Episcopum, continentur, videlicet, *Postquam in dicti passagii termino duxeris transfretandum, prout magnitudinem tuam decebit, & requiret negotium memoratum*, te ad aliquid, ultra regalium commoditatem virium, voluimus, aut volumus obligari; sed Magnificentiam tuam sollicitare curavimus, ut assumptum terræ memoratæ negotium, quantò utilius, quantò efficacius poteris, prosequi, pro concessâ tibi à Domino facultate, nitaris.

* II.511. * Exurgat igitur potentia Regia, & in illius obsequium, à quo processisse dinoscitur, festinanter explicet vires suas: ejus vendicandis obprobriis, super quem, pro generis humani salute, obprobria exprobrantium ceciderunt, operosa deserviat; ad hæreditatem illius, de impiorum manibus, ejus virtute præambulâ, eruendam, omni quo poterit conatu festinet.

Exurge, Princeps inclite, solers bellorum Dei belliger: accingere tuo gladio circa femur; sacrum Dei negotium, quod cepisti sollicitè, continuandâ, immo & augendâ continuè sollicitudine prosequaris.

...rata processit, nondum erat per sedem Apostolicam, ad id saltem, specialiter attributa potestas, Serenitatis Regiæ puritas, & pura devotio dubitans, ne tu, ac cæteri omnes eodem Crucis caractere taliter insigniti, debitum in hoc modum & ordinem censeamini non servasse, humiliter supplicavit, congruum super hoc remedium adhiberi.

Nos itaque, tuum, ac omnium aliorum (qui ad subveniendum eidem Terræ, gloriosissimum signum Crucis, ut prædicitur, receperunt) pium & laudabilem attendentes affectum, tuam & quorumlibet aliorum crucesignationem hujusmodi, de fratrum nostrorum consilio, ratam & gratam habentes, ac etiam approbantes;

Tam tibi, quàm eis (de omnipotentis Dei misericordiâ, & beatorum Petri & Pauli, Apostolorum ejus, auctoritate confisi; ac ea, quam ipse nobis licet indignis, ligandi, atque solvendi contulit, potestate) illam, eoque modo concedimus veniam peccatorum, illaque immunitates & privilegia indulgemus, quæ & quomodo cæteris per sedem Apostolicam vel in hoc ministros ipsius, Crucem assumentibus conceduntur, sperantes hæc omnia tanto uberius, tanto efficacius Regali Celsitudini proventura, quanto ea non solum pro tuis, sed pro aliorum, te in hoc laudabiliter imitantium, laboribus & meritis promereris.

* Nulli ergo, &c. * II.512.

Dat. apud Urbem Veterem decimo quinto Kalendas Aprilis, Pontificatûs nostri anno quarto.

Sub filis sericis flavi rubeique coloris.

Bulla, de termino ad generale passagium statuto, & de verbo Crucis per totum Regnum Scotiæ prædicando.

Nicolaus Episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus, universis Episcopis, per Regnum Scotiæ constitutis, salutem & Apostolicam benedictionem. Ann. D. 1291. An. 19. E. 1. Ex Autogr.

Terræ sanctæ miserabilem statum, non absque gravi amaritudine, intra mentis nostræ præcordia recensentes, atque ad liberationem ipsius nostra simul & desideria convertentes & studia, inter multa operosa subsidia, quæ ipsi Terræ, Deo auspice, fructuosa, sedulò procurare atque impendere studuimus & studemus,

Generale passagium, pro ejusdem Terræ subsidio, in Festo Nativitatis beati Johannis Baptistæ, quod erit anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo tertio, de fratrum nostrorum consilio, duximus statuendum; sicut in aliis nostris litteris, per quas, ad subventionem ejusdem Terræ, universos christicolas exhortamur, quasi vobis unà cum præsentibus mittimus, evidentius declaratur.

Ut autem, ad succurrendum promptiùs, in eodem passagio, Terræ præfatæ, per divini verbi virtutem, mentes fidelium salubriter excitentur, christicolis, per diversas Christianitatis partes, proponendum deliberavimus verbum crucis: Ad exequendum deliberationem hujusmodi vos eò confidentius eligentes, quo magis, ad compatiendum & subveniendum, pro viribus, Terræ prædictæ, pastoralis officii pietas vos invitat.

Ideoque prædicandæ ipsius vivificæ crucis ministerium, singulis vestrûm, in Civitatibus, & Diocesibus vestris, præsentium auctoritate,

videritis, convocandi, ad verbum crucis humiliter audiendum: ac omnibus, verè pœnitentibus & confessis, qui ad hujusmodi vestras prædicationes convenerint, & idem verbum audierint reverenter,
* II. 513. * centum dies, de injunctis sibi pœnitentiis, relaxandi vobis, auctoritate præsentium, concedimus facultatem.

Si quando autem ad Ecclesias, interdicto suppositas, vos devenire contigerit, liceat vobis ad ipsas populos convocare, ac verbum crucis proponere in eisdem; necnon, excommunicatis & interdictis exclusis, non pulsatis campanis, summissa voce, januis clausis, cum vestris familiis, divina officia celebrare.

Ad hæc, siqui eorum (quos ad transfretandum personaliter, vel, juxta qualitatem & facultatem suam, viros ydoneos destinandum, votum assumptæ jam crucis astringit, vel assumendæ deinceps obligabit ad idem) excommunicationis, pro violentâ injectione manuum in personas Ecclesiasticas, essent vinculo innodati (dummodo non fuerit excessus difficilis & enormis, & passis injuriam satisfaciant competenter) sive pro eo quòd sepulchrum Dominicum visitare, seu ad quaslibet alias terras accedere, vel aliquibus communicare (non tamen in crimine) contra prohibitionem Ecclesiæ præsumpserunt (dummodo equos, arma, ferrum seu lignamina, quibus Christianos impugnant, non portaverint Sarracenis) absolvendi eosdem in formâ Ecclesiæ: ac dispensandi cum Clericis, qui (cùm excommunicationis sententiam, latam à Canone vel ab homine, incurrissent) irregularitatis notam, immiscendo se divinis officiis, seu ministrando in susceptis ordinibus, contraxerunt, vobis & vestrum cuilibet concedimus potestatem: Ita, videlicet, quod beneficium absolutionis & dispensationis hujusmodi singuli vestrûm omnibus, qui de vestris manibus crucem susceperint, dummodo personæ sint cognitæ; ac nichilominus omnibus de Civitatibus & Diocesibus vestris, jam crucesignatis, vel crucesignandis imposterùm, impertiri prævià discretione possitis.

Porro, quia dignus est operarius mercede sua, singulis vestrûm, in hoc divino fideliter laborantibus opere, præter mercedem æternam, quam meritò sperare potestis, quotienscumque studueritis populis, ad hoc specialiter convocatis, proponere verbum crucis, centum dierum indulgentiam elargimur: ac vos indulgentiæ memoratæ, quæ transfretantibus in subsidium sæpedictum conceditur juxta laboris vestri mensuram, volumus participatione gaudere.

Denique, volumus quòd, tam præsentium, quàm aliarum litterarum nostrarum, quæ christicolis omnibus diriguntur, quilibet vestrûm apud se copiam, sub proprio sigillo, retineat; ut, earum tenorem inspiciendo frequenter, de his, quæ vobis committuntur agenda, reddamini pleniùs informati.

Postremo, quia diversis olim temporibus nonnullæ, super prædicatione crucis, in sæpefatum subsidium, commissiones à sede Apostolicâ emanârunt (ne forte occasione illarum turbatio ulla, sive confusio valeat suboriri) nolumus quod, auctoritate commissionum illarum, in locis, ad quæ præsens commissio nostra pervenerit, crux de cætero prædicetur; sed prædicationi hujusmodi eos duntaxat insistere volumus, qui ejusdem nostræ commissionis fuerint auctoritate fulti.

Dat. apud Urbem Veterem decimo quinto Kalendas Aprilis, Pontificatûs nostri anno quarto.

Sub filo canabeo.

quid retribuam Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi? &, non expectato monitoris vel sollicitatoris officio, subjunget ultroneus, calicem salutaris accipiam, & nomen Domini invocabo?

Cumque terra ipsa, per nephandissimos Sarracenos sit, proh dolor! pro parte maxima occupata; & ad occupandum residuum iidem impiissimi suos conatus dirigant, & impugnatione continuâ viribus & dolis insistant: quem non pudebit ingratitudinis argui, quin potius quasi de infidelitate notari, si creatori proprio, tam benefico Domino, ad recuperationem occupatorum de terrâ eidem, quam ipsi scriptura sacra testatur omnium cariorem, & ad protectionem dicti residui, non assistat? Cùm etiam, secundum juris humani censuram, subditos suis Dominis, & ad tuenda quæ possident, & ad recuperanda injustè subtracta, debitum fidelitatis astringat.

Quis non compassione pia movebitur ad relevandas, continuatas ab olim, immo quasi continue augmentatas, ejusdem terræ pressuras? an, quod communis notitia publicat, & manifestat evidentia facti, vos latet? num ignoratis Civitates, Castra, cæteraque illarum partium loca solennia, & novissime Tripolin (Civitatem nobilem situ, & circumstantiis diversis amænam, fœcundam opibus, habitantium ope refertam) eversa per impios, ad nichilumque redacta ipsorum incolis immaniter trucidatis?

Profectò, cùm, secundum Apostolum, omnes simus unum corpus in Christo, non immeritò, cum illis, de quibus scriptum est, *percussisti eos & non doluerunt*, insensibilitatis arguitur, quisquis tantam hujus nostri corporis mutilationem, prædictorum, videlicet, incolarum non sentit excidium, & tam graviter argui non veretur.

Accingimini ergo Christi fideles, & qui Christiana Religione censemini, vos Christianos esse operis prosecutione monstrate: Accipite devotione, quâ decet, vivificæ crucis signum; illud in considerationis vestræ scrutinium deducentes, quod viris, quantumcumque magnificis, quantacumque dignitate præditis & virtute, ad gloriam magnam ascribitur, si eis, quovis in bello, dominorum insignia gerere concedatur, sub quibus contingit frequenter, non sine salutis æternæ discrimine, mortis subire periculum, sub cujuslibet remunerationis incerto: Quanto igitur gloriosius, quanto securius Regis Regum, in ejus bello, victoriosum gestare vexillum; salutiferam, videlicet, Christi crucem? sub quâ, devotione congruâ, puro corde susceptâ, conceptum prosequentibus munditiâ continuatâ propositum, mori, est vitæ perennis initium; transitoriæ mortis finis, retributionis inextimabilis certitudo.

Festinate, itaque, festinate: ad salutis vestræ properate compendium: Corpora vestra, & corda pariter, ejusdem vivificæ crucis signo, in Terræ præfatæ subsidium insignite; nunc præcipue, dùm ipsius Terræ subventio (multis ab olim per sedem Apostolicam exquisita vigiliis, multis laboribus & oneribus procurata; sed diversis & adversis eventibus diutius impedita) divinâ, ut supponit devota credulitas, provisione dirigitur, & ad expiandas Terræ ipsius angustias, eamque, quatenus occupata tenetur, de impiorum manibus eruendam, efficaciter sub spe divini Numinis præparatur.

Siquidem carissimus in Christo filius noster, ***CHRISTIANISSIMUS PRINCEPS EDWARDUS***, Angliæ Rex illustris (vulnerum, in eâdem terrâ, sibi ascisini cujusdam insidiis inflictorum, quæ mortem proximam potiùs minabantur, quàm spem vitæ prætenderent, quasi post tergum abjecta memoria) vitam sibi à Domino, non solùm misericorditer, verùm etiam mirabiliter, reservatam debita gratitudine recognoscens, illam exponere ipsius obsequiis, Terræ præfatæ personaliter subveniendo, disposuit accepti beneficii non ingratus.

A multis namque retrò temporibus, ad id desiderio ardenti suspi-
rans,

de omnipotentis Dei misericordia, & beatorum Petri & Pauli, Apostolorum ejus, auctoritate confisi, & illâ, quam nobis, licet indignis, Deus ipse ligandi ac solvendi contulit, potestate,

Omnibus, qui personaliter propriis sumptibus in prædictæ terræ subsidium proficisci curaverint, plenam suorum peccaminum, de quibus veraciter fuerint corde contriti, & ore confessi, veniam indulgemus, &c, in retributione justorum, salutis æternæ pollicemur augmentum:

Eis autem, qui, licet in alienis expensis, in propriis tamen illuc personis accesserint, & illis similiter qui, juxta qualitatem & facultatem suam, viros ydoneos in expensis propriis destinabunt, quamvis personaliter ipsi non vadent, plenam suorum concedimus veniam peccatorum.

Hujusmodi quoque remissionis & indulgentiæ volumus & concedimus esse participes, juxta quantitatem subsidii & devotionis affectum, eos qui, licet non juxta qualitatem & facultatem suam, aliquem tamen, seu aliquos viros in subsidium dictæ terræ propriis sumptibus destinabunt, vel de suis temporalibus bonis contribuent ad aliquos destinandos: Necnon omnes qui ad subventionem ipsius Terræ de bonis eisdem aliqua ministrabunt, prout singulis divinâ fuerit inspiratione suggestum, aut aliis ad promotionem præsentis negotii consilium & auxilium impenderint oportunum.

Porro, si forte aliquos eorum, qui cruce susceptâ in jam dictum terræ Sanctæ subsidium proficiscendi laborem subierint, post arreptum iter hujusmodi, ex hac luce migrare contigerit, ipsos nichilominus plenè percipere volumus indulgentiam prælibatam.

Personas quoque, familias, & bona eorum, quos ad transfretandum personaliter, vel juxta facultatem & qualitatem suam viros ydoneos destinandum votum assumptæ jam crucis astringit, exnunc: Quos verò suscipiendæ crucis de cætero votum obligabit ad idem, à die, quâ taliter crucem assumpserint, sub beati Petri & nostrâ protectione suscipimus; statuentes ut sub Diocesanorum suorum defensione consistant.

Quod si aliqui eos indebitè molestare præsumpserint, per Dio-
*II.516. cesanos locorum, in quibus iidem molestatores * fuerint, per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita compescantur.

Præterea, ipsis, qui prædicto modo crucem vel jam assumpserunt, vel assument in posterum, indulgemus, ut per Sedis Apostolicæ litteras, vel legatorum ejus (nisi forte illæ, quæ ab eâdem sede obtentæ fuerint, plenam de indulto hujusmodi fecerint mentionem) extra suas Dioceses non valeant conveniri; dummodo parati existant coram suis Ordinariis de se querelantibus respondere: Quos per eosdem Ordinarios ecclesiasticâ censurâ defendi, cessante appellationis obstaculo, volumus ab hiis, qui eosdem, contra indultum hujusmodi, præsumpserint temere molestare.

Siqui vero ipsorum ad præstandas usuras, juramento teneantur astricti, Creditores eorum, per Diocesanos suos, censurâ simili compellantur, ut, juramentum hujusmodi penitus relaxantes, ab usurarum ulterius exactione desistant.

Si autem aliqui creditorum eos extunc ad solutionem coegerint usurarum, ipsos ad restitutionem ipsarum, per eosdem Diocesanos simili volumus districtione compelli.

Judæos quoque ad remittendas ipsis usuras per secularem compelli præcipimus potestatem; & donec eas remiserint, ab omnibus Christi fidelibus, quibus hoc per suos Diocesanos denunciatum extiterit, tam in mercimoniis, quàm in aliis, sub excommunicationis pœnâ, jubemus eis communionem omnimodam denegari.

ipsâ deposita fuerant, extra Regnum Angliæ assignari.

Nos vero prædictæ petitioni, nomine tuo nobis exhibitæ, prout eidem negotio expedire putavimus, favorabiliter annuentes, centum milia Marcharum Sterlingorum, de hiis quæ fuerant ex ipsâ decimâ, extra præfatum Angliæ Regnum depositâ, in eodem Festo anni nonagesimi primi, per dilectos Filios Labrum Vulpelli, Riccardum Guidicionis, Riccardinum Gottoli, & Thomasinum Guidicionis, ac Socios eorum de Societate Riccardorum de Lucâ, Mercatores Cameræ nostræ, Magnificentiæ tuæ, de ipsorum Fratrum consilio providimus assignanda, & assignari præcepimus per eosdem.

* Quia verò nos & iidem Fratres incerti sumus, nec adhuc per litteras aut Nuncios certificari potuimus, utrùm dicta medietas præfatam centum milium Marcharum quantitatem excedat, dilectis filiis Magistris Guillielmo de Monteforti, Capellano nostro Decano, & Radulpho de Baudak, Archidiacono Middelsexiæ, in Ecclesia Sancti Pauli Londoniensis & Gaufrido de Vesano, Cameræ nostræ Clerico, Canonico Cameracen. per alias sub certâ formâ litteras nostras injungimus, ut, si prædicta summa centum milium Marcharum ad quantitatem præfatæ medietatis ipsius decimæ forsitan non attingat, quantumcumque ipsam summam inveniri contingeet dictâ medietate minorem, totum ipsi, vel duo eorum, si tertium legitimè impediri contigerit, suppleant ex hiis quæ de ipsâ decimâ remanserunt in Anglia conservanda; eisque, seu duobus, tertio legitime impedito, exigendi à quibuslibet, apud quos invenientur prædicta in Angliâ conservata, quantum ad suppletionem hujusmodi fuerit opportunum: Contradictores quoque per censuram Ecclesiasticam, appellatione postpositâ, compellendi; ac insuper faciendi sufficientem quitationem de hiis, quæ receperint ab eisdem, plenam & liberam concedimus potestatem. *II.517.

Pro medietate autem alia ipsius decimæ, residuum, quod ex ipsâ invenietur esse perceptum, quantæcunque fuerit quantitatis serenitati Regiæ assignabitur, in dicto Festo beati Johannis, anni nonagesimi secundi, termino ad hoc, ut superius exprimetur, præstituto.

Dat. apud Urbem veterem 15. Kalendas Aprilis, Pontificatûs nostri anno quarto.

Sigillo avulso.

Decano Sancti Pauli Archidiacono Middlesexiæ, & Magistro Gaufrido de Vesano, ad supplendam medietatem decimæ secundum tenorem præfatæ Bullæ.

NIcolaus Episcopus, servus servorum Dei, dilectis Filiis Magistris Willielmo de Monteforti Capell. nostro Decano, & Radulpho de Baudak, Archidiacono Middelsexiæ, in Ecclesia Sancti Pauli Londoniensi, ac Gaufrido de Vesano, Cameræ nostræ Clerico, Canonico Cameracensi, salutem & Apostolicam benedictionem. Ann. D. 1291. *An. 19. E. 1. Ex Autogr.*

Inter cætera, de quibus carissimo in Christo Filio nostro, Edwardo Regi Angliæ illustri ad prosecutionem, &c. suscepit, &c. terræ præfatæ, eidem Regi duximus concedendam,

Cumque sibi, &c. quæ prædicto Regi diriguntur apparet; tu, dilecte fili Magister Willielme, & dilecti filii Fratres Robertus, &c.

monstratensibus, Sancti Benedicti, Sancti Augustini, Cartusiensis, Grandimontensis & aliorum ordinum, ac cæteris aliis personis Ecclesiasticis, Secularibus & Regularibus, exemptis & non exemptis, per Regnum Scotiæ constitutis, salutem & Apostolicam benedictionem.

Propter miseriam Terræ Sanctæ, procul dubio inopis, utpote ope defensionis necessariæ, contra inimicorum fidei multitudinem, destitutæ: Propter ipsius pauperis gemitum, opibus, per diutinas molestias eorundem inimicorum, exausta: Propter innumeras & immensas infestæ persecutionis angustias, deplorandas potiùs quàm narrandas, quas in eam, ipsiusque incolas persecutorum ejusdem fidei diutiùs continuavit iniquitas; Romana pia mater Ecclesia, de ipsius tribulationibus anxia, de liberatione sollicita, sic eidem in auxilium continuata sollicitudine à longis retrò temporibus exurrexit, quod in hoc suis, vel universalis Ecclesiæ laboribus non pepercit, sua vel illius onera non vitavit: Sed ob subventionem, & liberationem procurandam ipsius, inter cætera, immo præ cæteris, & Concilium Generale coegit, & Principes, Magnates, aliosque Catholicos monitionibus adiit, apud eos sedulis exhortationibus, & suasionibus institit, ipsosque non solum spiritualium, sed & temporalium largitionum liberalitatibus invitavit.

Licet autem circa hæc, multæ compassionis instinctu, voluntaria semper intenderit, hiis tamen diebus acutos accelerandæ suæ subventionis aculeos adjecit voluntati necessitas: cum terra eadem, quasi fatali addicta discrimini, disposita, irreparabilem videretur ad casum, & parata irreparabiliter in manus incidere immanium persecutorum ipsius;

Siquidem, post strages Christicolarum, terram eandem inhabitantium, varias, post diversa solennia, & alia ejus loca destructa, & quamplura nunc violenter, nunc proditoriè à dictis persecutoribus occupata, ipsius residuum (quod nominis Christiani cultoribus sola Divina potentia reservavit) & incolarum ejus paucitas nullam spem sufficientis resistentiæ, contra numerositatem persequentium, & infestam rabiem prætendebant.

Verum Ille, in cujus manibus Regum corda consistunt, ab olim carissimi in Christo Filii nostri Edwardi Angliæ Regis illustris benignè cor tetigit, & sic ad subveniendum personaliter illi terræ, ipsius accendit affectum, quod antequam Regiæ dignitatis, sibi successiones jure debitæ, culmen ascenderit, in persona propria, cum Comitiva decenti, terræ prædictæ, grandi tunc subjectæ periculo, non absque magnis sumptibus, & laboribus gravibus, in temporis oportunitate subvenit: Et ex tunc conceptum ad idem tam pium sui Redemptoris obsequium continuando propositum, laudanda magnanimitate contempnens quod in Terra eadem per insidiosas manus Ascisini cujusdam vulneribus fuerat variis & profundis illisus, quæ nulla spe vitæ relicta, solam mortis instantiam prætendebant,

De novo ejusdem terræ negotium, suo personali ministerio, & Regali potentia prosequendum, tanquam Princeps Catholicus, tanquam Princeps strenuus, animique constantis assumpsit, transfretaturus, Deo auspice, in Festo Nativitatis beati Johannis Baptistæ, quod erit anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo tertio; quodque tam sibi, quam aliis crucesignatis, & crucesignandis ad generale passagium, de Fratrum nostrorum consilio, terminum duximus præfigendum.

Attendite itaque fratres, & filii, præmissâ diligenti attentione, pensate; cogitate consultius, quantum memorati negotii qualitas vos inducere debeat ad subventionem in hiis eidem Regi spontaneam, immo & ultroneam exhibendam: Quantum decet, ut vos præcipuè, in sortem Domini evocati, onerum, quæ negotia sua
* II. 519. requirunt, seu ministris ejus * in illis imminent, vos non reddatis exortes: Quantum foret indecens, quàm absurdum, si Laicis pro

Litera de decima Yberniæ concessa Regi.

Nicolaus Episcopus, servus servorum Dei, venerabili Fratri Episcopo Midenti, & dilecto filio Decano Ecclesiæ Dublinensis, salutem & Apostolicam benedictionem. Ann. D. 1291. An. 19. E. 1. Ex Autogr.

Non absque lætitiæ multæ materiâ, non absque causâ grandis exultationis in Domino, intra mentis secreta revolvimus, & aliis publicamus, quòd ille Rex, in cujus manu Regum corda consistunt, carissimi in Christo filii nostri Edwardi Regis Angliæ illustris benignè cor tetigit, & sic ad subveniendum personaliter innumeris necessitatibus Terræ sanctæ, ipsius accendit affectum, quod & antequam Regiæ Dignitatis, sibi successionis jure debitæ, culmen ascenderet, in personâ propriâ, dictæ terræ gravi tunc subjectæ periculo, non absque magnis sumptibus & laboribus gravibus in temporis oportunitate subvenit, & ex tunc conceptum ad idem tam pium sui Redemptoris obsequium, continuando propositum, velud immemor gravium periculorum, quæ per insidiosas manus Ascisini cujusdam in ipsâ Terrâ subierat, & eidem laudandâ magnanimitate contempnens, de novo ejusdem Terræ negotium in personâ propriâ, & Regali potentiâ prosequendum, tanquam Princeps strenuus reassumpsit transfretaturus, Deo auspice, in festo Nativitatis Beati Johannis Baptistæ, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo tertio, quod tam sibi, quàm aliis crucesignatis, & crucesignandis ad generale passagium de fratrum nostrorum consilio terminum duximus præfigendum.

Licet autem eidem Regi ad prosecutionem tam ardui, tam onerosi negotii, omnium Ecclesiasticorum proventuum, & reddit111um decimam in Angliæ Scotiæque Regnis, & in Walliæ & Hyberniæ Terris, juxta ordinationem Concilii Lugdunensis, ad subventionem Terræ præfatæ collectam, & alia quædam duximus concedenda, & ipsam decimam sibi per alias nostras litteras statutis ad hoc terminis assignari mandemus; quia tamen non est dubium, idem negotium longe majoris subventionis auxilio indigere, decimam omnium Ecclesiasticorum redditium, proventuum, & obventionum eorumdem Regnorum & Terrarum, juxta veram extimationem eorum, præfato Regi de Consilio ipsorum fratrum concessimus per sex annos, à Festo * Nativitatis Beati Johannis Baptistæ venturo proxime numerandos. * II. 520.

A præstatione vero decimæ hujusmodi eximimus, & exemptos esse volumus Templarios & Hospitalarios, qui contra hostes fidei christianæ, se ac sua in ultramarinis exponere partibus non formidant, quique propter dissentiones seculi quas frequenter in eo suscitari contingit, in diversis mundi partibus dampna gravia pertulerunt: necnon & omnia loca, personas, & res, quæ per declarationes olim per sedem Apostolicam editas, quas vobis mittimus, excipi dinoscuntur.

Ut autem eadem nostra concessio promptiorem consequatur effectum, venerabiles fratres nostros Armachanensem, Dublinensem, Cassellensem, & Thuamensem Archiepiscopos eorumque Suffraganeos, ac dilectos filios Electos, Abbates, Priores, Decanos, Archidiaconos, Præpositos, Archipresbiteros, & alios Ecclesiarum Prælatos; necnon Capitula, Conventus, & Collegia Cistercien. Cluniacen. Præmonstraten. Sancti Benedicti, Sancti Augustini, Cartusien. Grandimon. & aliorum ordinum, ac cæteras alias personas Ecclesiasticas, Seculares, & Regulares, exemptas & non exemptas, per Armachanensem, Dublinensem, Cassellensem, & Thuamensem, Provincias constitutas, per alias nostras litteras monemus, rogamus, & hortamur per viscera misericordiæ Dei nostri, eis in remissionem peccaminum suadentes, & nichilominus per Apostolica scripta mandantes, ut eidem Regi decimam omnium suorum Ecclesiasticorum

verbum prædictum non inertam, aut nominatim & singulariter non expressam, effectus earum impediri vel quovis modo valeat, vel differri.

Cæterum volumus, quod tu, frater Episcope, in exemptos tuæ Civitatis sive Diocesis, præmissam non exerceas potestatem; sed tu, fili Decane, in exemptos Civitatis & Diocesis Midensis, eam per te, vel per alium liberè valeas exercere.

* II. 521. * Porrò volumus ut quicquid de ipsâ decimâ collectum fuerit, antequam idem Rex ad transfretandum mare ingressus fuerit, suis certis ad hoc Nunciis, postquam cum suo exercitu mare transfretandi causa intraverit assignatis, & quod de dictâ decimâ deinde colligetur, sicut collectum fuerit, studeatis suis ad hoc deputandis Nunciis assignare.

Ut autem vobis ex assumendis laboribus, & sollicitudinibus in præmissis, uberius præmium æternæ retributionis accrescat, vos à præstatione hujusmodi decimæ non duximus eximendos, sed teneri volumus ad eandem: Pro expensis etiam vestris, nichil de ipsâ decimâ exigetis: In aliis autem prædictam decimam contingentibus prosequendis, moderatas de dictâ decimâ facietis expensas.

Ad exequendum vero prædicta tam grandia & ardua, magnæque requirentia circumspectionis industriam, ut tutius, efficacius, atque consultius executio ipsa procedat; vos ambos in prædictis monitione, coactione, taxatione, dictorum terminorum præfixione, necnon & assignatione illorum, quæ sive antequam præfatus Rex mare ingressus fuerit, sive post colligi ex decimâ prædicta continget, si possibilitas suppetat, adesse præcipimus.

Si autem vel morte, vel alio impedimento, non captato, non ficto, vestrum alterum impediri contigerit, reliquus hujusmodi impedimento durante, præmissa nichilominus exequatur: hujusmodi vero impedimento cessante, ambo simul, sicut prædicitur, præmissis exequendis efficaciter intendatis.

Ad hæc ut animarum saluti uberius consulatur, absolvendi per vos, vel per alios, juxta formam Ecclesiæ, post satisfactionem debitam, omnes illos, qui propter defectum solutionis decimæ memoratæ, seu impedimentum aliquod solutioni hujusmodi quomodolibet præstitum, sententiam excommunicationis incurrerint, & dispensandi cum eis, super irregularitate sic ligati se divinis immiscendo contraxerint, plenam & liberam vobis & cuilibet vestrûm, concedimus tenore præsentium potestatem.

Dat. apud Urbem Veterem decimo quinto Kalendas Aprilis, Pontificatûs nostri anno quarto.

Sub filo canabeo.

Ann. D. 1291. *An.* 19. *E.* 1. *Ex Autogr.*

Bulla Nicholai Papæ Quarti de Decima Regi concessa, de bonis Ecclesiasticis in Regnis Angliæ & Scotiæ; & fit mentio in eadem de personis exemptis.

NIcolaus Episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus, Carleolensi, & Cathanensi Episcopis, salutem & Apostolicam benedictionem.

Bulla de nova concessione obventionum, pro Negotio Terræ sanctæ.

Ann. D. 1291. *An.* 18. *E.* 1. *Ex Autogr.*

NIcolaus Episcopus, servus servorum Dei, carissimo in Christo filio Edvardo, Regi Angliæ illustri, salutem & Apostolicam benedictionem.

Inter cætera, de quibus Magnificentiæ Regiæ, ad prosecutionem utiliorem negotii Terræ sanctæ, quod tanquam Princeps Catholicus assumpsisti, personaliter prosequendum, deliberavimus subvenire: decimam omnium Ecclesiasticorum proventuum, & redditutuum in Angliæ Scotiæque Regnis, & Walliæ ac Hyberniæ Terris, per sex annos, à Festo Nativitatis Beati Johannis Baptistæ venturo proximè numerandos, tibi de fratrum nostrorum consilio duximus concedendam; & insuper omnes obventiones in eisdem Regnis & Terris, per eosdem sex annos Terræ præfatæ subsidio proventuras; & quæ à tempore quo, felicis recordationis, Honorius Papa quartus, Prædecessor noster, eas tibi concessit dum viveret provenerunt, sicut in aliis nostris litteris, quæ Regali Celsitudini diriguntur, plenius continetur.

Quia verò idem negotium longè majoris subventionis auxilio noscitur indigere, ad exhibitæ nobis per tuos Nuncios Regiæ Petitionis instantiam, de fratrum Consilio prædictorum, concedimus tibi omnes obventiones, quas dicto subsidio in præfatis Regnis & Terris, à tempore novissimi Concilii Lugdunensis, usque ad tempus concessionis Prædecessoris ejusdem, compertum fuerit obvenisse. Si tamen de illis, vel quavis earum parte, inveniretur aliquid per sedem Apostolicam post idem Concilium fortitan ordinatum, ordinationem hujusmodi per concessionem præsentem non intendimus in aliquo immutare, nec ei volumus aliquatenus derogari

Ut autem prædictæ concessionis nostræ commodum efficaciter consequaris, venerabilibus fratribus nostris Wintoniensi & Lincolniensi Episcopis, per alias damus nostras litteras in mandatis, ut omnes prædictas obventiones, quæ à tempore memorati Concilii, usque ad tempus præfatæ concessionis dicti Prædecessoris Honorii, ut prædicitur, obvenerunt, de quibus post ipsum Concilium non est per dictam sedem aliud ordinatum, & quæ à tempore concessionis ejusdem prædicti Prædecessoris obvenisse noscuntur, necnon eas, quas per dictos sex annos contigerit provenire à quibuslibet, apud quos in Regnis & Terris eisdem eas reperiri continget, cujuscunque sint Dignitatis, præeminentiæ, conditionis aut status, per se, vel per alios auctoritate nostrâ exigant, & quod de ipsis usque ad Festum Nativitatis Beati Johannis Baptistæ, anni Domini millesimi ducentesimi nonagesimi secundi, fuerit in prædictis Regnis & Terris exactum, in eodem Festo tibi, vel tuis Nunciis ad hoc certis assignent: Quæcunque vero postea, usque ad finem dictorum sex annorum obvenient ex eisdem, similiter exigant, & ea tibi, vel similibus tuis Nunciis, prout obvenerint, assignare procurent.

Cæterum si aliqui vel inter vivos, vel in suis ultimis voluntatibus aliquas hujusmodi obventiones convertendas, certo modo in ejusdem Terræ subsidium deputarunt hactenus, vel in futurum forsitan deputabunt, nolumus quod per dictam nostram concessionem, piis illorum voluntatibus derogetur.

bet alia ipsius Sedis indulgentia generali vel speciali, cujuscunque tenoris existat, per quam effectus præsentium impediri valeat quomodolibet vel differri.

Cæterum si, &c. arbitrio reservamus.

Dat. apud Urbem veterem, &c.

Litera a Carolo Rege Siciliæ de tractatu inter Alfonsum Aragoniæ, & avunculum suum Regem Majoricarum, & de compromisso ad Papam & duos Cardinales.

Ann. D. 1291. An. 19. E. 1. L. B. f. 76. b. Penes Camerar.

EXcellentissimo Principi, Domino & Consanguineo suo karissimo, Domino Edwardo, Dei gratiâ, illustri Regi Angliæ, Domino Hiberniæ, & Duci Aquitaniæ, Karolus secundus, eâdem gratiâ, Rex Jerusalem, Siciliæ, Ducatûs Apuliæ & Principatûs Capuæ, Provinciæ, & Forchalqueriæ Comes, salutem cum honoris & gloriæ felicibus incrementis.

Tractatum, habitum post recessum Dominorum Cardinalium, & Nunciorum vestrorum, inter nos & Egregium Principem, Dominum Alfonsum, illustrem Regem Aragoniæ, super facto Regni Majoricarum, Celsitudini vestræ veridicè nunciamus, prout verborum series continet infrascripta, quæ talis est.

NOS, Alfonsus, Dei gratiâ, Rex Aragonum, Majoricarum & Valentiæ, ac Comes Barchinoniæ, requisiti à vobis, magnifico Principe, Domino Karolo Rege, carissimo consanguineo nostro, super quæstione ac discordia, quæ est inter nos ex unâ parte, & Dominum Jacobum, Avunculum nostrum, ex alterâ, super Regno Majoricarum, ut ipsum Regnum eidem Avunculo nostro restituere deberemus, & nos hoc non debere facere duceremus;

Tandem, ad reverentiam Apostolicæ Sedis, & vestram, & propter reformationem pacis obtulimus, & de præsenti offerimus, nos esse paratos quæstionem hujusmodi ponere in posse sanctissimi Patris, & Domini, Domini Nicolai, Divinâ Providentiâ, sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ summi Pontificis: Ac reverendorum Patrum, Domini Gerardi Salanensis Episcopi, & Benedicti Sancti Nicolai in Carcere Tulliano Diaconi, Cardinalium;

*II.524. * Ita quod quicquid præfatus Dominus Papa, cum prædictis Dominis Cardinalibus, vel ipsorum aliquo, visis & intellectis juribus nostri, Alfonsi Regis prædicti, ac præfati Domini Jacobi, super quæstione Regni Majoricarum prædictâ, dicent sententiando, laudando, amicabiliter componendo, seu alias ordinando, de jure vel de facto, juxta beneplacitum prædictorum, summi Pontificis & Cardinalium, ut continetur superiùs, acceptabimus, & observabimus inviolabiliter, & nunquam contraveniemus, ratione aliqua, sine causâ.

Et, si contra faceremus, ipso facto cadamus ab omni jure quod nobis in Regno competit supradicto; ac nichilominus à tractatu pacis, per nos nuper apud Castrum Tarrasconense habito, reddamur penitùs alieni.

Et quod prædicta fiant statim, cum nos erimus in Romanâ Curiâ personaliter constituti, citra Festum Nativitatis Domini, sine libelli obligatione, ac testium productione, & sine strepitu ac figurâ judicii, omni cavillatione ac dilatione remotis.

Et, si forte, quod Deus avertat, unum vel duos de prædictis, Dominis Papa & Cardinalibus, contingeret, antequam quæstio hujusmodi esset sopita, ab hac luce migrare, quod superstites, vel superstes, possint seu possit quæstionem prædictam dirimere, ut superius continetur.

tis, hinc inde, taliter ordinabitur in Curia memorata, quod utraque pars reputabit merito se contentam.

Insuper, quia de statu vestro prosperos semper cupimus audire rumores, rogamus & petimus, quotiens vobis facultas affuerit, nostra de ipso velitis desideria renovare; scituri quod nos, divinâ favente Clementiâ, plenâ potimur corporis sospitate, de vobis vestrisque liberis audire jugiter similia peroptantes.

Dat. apud Montem Pessulan. 12. die Aprilis. 4. Indictionis.

P. S.

Prædicta, si placet, secretissima teneantur, quia sic utrinque extitit ordinatum.

Datum ut supra.

---

* *De Summonitione, pro Servitio Militari.* *II.525.

REX, dilecto & fideli suo, Roberto de Stutevill, salutem. Ann. D. 1291. An. 19. E. 1. Claus. 19. E. 1. m. 7. dorf.

Mandamus vobis, in fide & homagio, quibus nobis tenemini, firmiter injungentes, quod cùm equis & armis & toto servitio, quod nobis debetis, sitis ad nos apud Norham, à die Paschæ, proximo futuro, in sex septimanas, ad faciendum nobis servitium vestrum prædictum, prout vobis tunc pleniùs scire faciemus; & hoc nullo modo omittatis.

Teste Rege apud Derlington, 16. die Aprilis.

Eodem modo mandatum est omnibus subscriptis, videlicet,

Edmundo fratri Regis,
Henrico de Lacy, Comiti Lincolniæ,
Johanni de Warenna, Comiti Surræ,
Gilberto de Umfrenvill,
Radulfo filio Willielmi,
Gilberto de Gaunt,
Waltero de Huntercombe,
Johanni Marmyon,
Johanni de Balliolo,
Rogero de Mubray,
Ranulpho de Nevill,
Johanni de Wygeton,
Herreberto de Sancto Quintino,
Waltero de Faucomberge,
Ricardo de Grey,
Johanni de Steyngrene,
Roberto de Lathum,
Willielmo de Rye,
Johanni filio Rogeri, de Lancastria,
Johanni Eborum Archiepiscopo,
Johanni de Bella Aqua,
Nicholao de Meynill,
Roberto filio Rogeri,
Thomæ de Multon Seniori,
Thomæ de Multon Juniori,
Nicholao de Kyme,

Willielmo de Vescy,
Hugoni de Lavall,
Roberto de Tybetot,
Johanni de Greystoke,
Ingramo de Gynes,
Thomæ de Cadurc.
Alexandro de Balliolo,
Roberto Luterel,
Ricardo de Malebisse,
Thomæ de Chauncy,
Willielmo le Butler de Werinton,
Hugoni filio Henrici,

Dominæ de Ros,
Dominæ de Kendale,
Margaretæ de Ros,
Isabellæ de Clifford,
Idoniæ de Leyburn,
Willielmo Heyrun,
Johanni Comyn, Comiti de Boghan,
Willielmo le Latimer,
Filio Radulphi de Crumwell,
Petro de Malo Lacu,
Willielmo de Ros de Elmelyn,
Marmaduco de Thwenge,
Roberto de Brus,
Edmundo de Eyncurt,

Ri-

An. 19. E. 1. Rot. Vascon. 19. E. 1. m. 9. dorſ.

... nomine nostro, Edmundo fratri nostro karissimo, terram de Pontivo, cum omnibus suis pertinentiis, habendam in ballium, usque ad legitimam ætatem Edwardi karissimi nati nostri.

Et ideo vobis mandamus quod eidem fratri nostro terram prædictam, cum pertinentiis, sine dilatione, nostro nomine, liberetis habendam in ballium in forma supradicta.

Mandavimus enim Senescallo terræ prædictæ, quod vos seisinam terræ illius præfato Fratri nostro, ut prædictum est, sine dilatione, nostro nomine, liberare permittat.

In cujus, &c.

Dat. apud Novum Castrum super Tynam 23. die Aprilis.

Bulla de Prabendis Eboracensis & Lincolniensis Ecclesiarum concessis Matthao Sancto Maria in Porticu Diacono Cardinali.

Ann. D. 1291. An. 19. E. 1. Ex Autogr.

NIcolaus Episcopus, servus servorum Dei, carissimo in Christo filio Edvardo, Regi Angliæ illustri, salutem & Apostolicam benedictionem.

Si Regalis Providentiæ magnitudo, quâ tuos actus & opera laudabiliter dirigis, sollicitâ consideratione discutiat, & solerter attendat, sibi claris profectò indiciis innotescet, quod honoris tui derogatur insigniis, Regiæque salutis profectibus obviatur, cum pietatis operibus, quæ per solitam Apostolicæ Sedis clementiam exercentur, contrarietatis obstaculum ingeris, aut obicem impeditionis opponis, eo quòd illa te potius veluti Filium prædilectum favorabiliter prosequi convenit, &c, ut efficaciter impleantur, oportunum auxilium impertiri.

Sanè quam sit nobis cordi negotium Præbendarum quas in Eboracensi & Lincolniensi Ecclesiis, dilecto Filio nostro Mathæo Sanctæ Mariæ in Porticu Diacono Cardinali, in favorem & commodum reverendæ Basilicæ beati Petri Principis Apostolorum de Urbe, ac Hospitalis Sancti Spiritûs in Saxia loci ejusdem, prædictæ Sedis Auctoritas, ex consuetæ pietatis officio, duxit hactenus concedendas, ut per alterius earum subsidium prædicta decentiùs & honorabiliùs Basilica conservetur, & ex proventibus reliquæ indigentiæ infirmorum & pauperum, quorum ad Hospitale præfatum, prout ad tuam nequaquam ambigimus pervenisse notitiam, innumera confluit multitudo, commodius & efficacius consulatur, pridem tibi per nostras affectuosas litteras duximus exprimendum, Celsitudinem Regiam rogantes, & hortantes attentius per easdem, ut tu, solerter considerans, quam pia Deoque sit grata, & accepta, Præbendarum collatio, seu concessio earundem;

Attendens etiam diligenter, quod pura & laudabilis extitit concedentis intentio, collationem, seu concessionem eandem molestè non ferres, nec graviter sustineres: Quinimo illam superni Regis intuitu gratam gereres, placitam & acceptam, cum spes nobis firma suggereret quòd si jus aliquod in Præbendis tibi forte competeret memoratis, illud ob divinam & ejusdem reverentiam Principis, promptis offerre animis, de munificentiâ Regiâ debuisses.

Cum itaque prælibatum negotium, cui pia tribuit sollicitudo principium, quodque attentio sincera prosequitur, cordi specialiter habeamus, plenisque cupiamus affectibus, ut effectum votivum & celerem sortiatur; Regalem Magnificentiam, sicut iterum, sic at-

donio, gerentis vices nostras in Ducatu prædicto, sigillo Curiæ nostræ Vasconiæ, & suo sigillatas, nos recepisse & diligenter inspexisse noveritis, in hæc verba.

E. 1. Rot. Vasc. 19. E. 1. m. 8.

Universis, præsentes litteras inspecturis, Mauritius, Dominus de Credonio, & de Sabl. tenens locum Domini illustris Regis Angliæ in Ducatu Aquitanniæ salutem in Domino.

Noveritis quòd cum nobilis Vir Arthandus, Dominus de Mirambello, tutor Aquilini Willielmi, Pupilli Domini Sparræ, tutorio nomine ipsius pupilli diceret & proponeret coram nobis, se turbari & impediri, per gentes prædicti Domini nostri Regis, in possessione costæ maris, & cujusdam balenæ & Arponis, cum quo dicta balena vulnerata extiterat, & aliarum rerum applicantium ad dictam costam, quæ costa olim Domino de Sparra concessa fuerat per, bonæ memoriæ, Johannem Regem Angliæ & Ducem Acquitanniæ,

Inspectis & diligenter examinatis privilegii verbis super dicta costa concessi, inspectâque informatione, quam discretus vir Magister Bernardus Fabri, Canonicus Ecclesiæ Sancti Severini Burdegal. & Clericus prædicti Domini nostri Regis, de mandato nostro fecerat super possessione præmissorum,

Habitaque diligenti deliberatione cum Concilio dicti Domini nostri Regis & Ducis, Tutori prædicto, nomine tutorio, possessionem dictæ balenæ, captæ in dicta costa Maris, & arponis, cum quo vulnerata fuerat, restituimus, & impedimentum & perturbationem, quod & quam gentes dicti Domini nostri Regis faciunt eidem, super costa & aliis rebus prædictis, totaliter removemus; salvo aliàs in aliis jure dicti Domini nostri Regis, & quolibet alieno.

In quorum testimonium præsentibus sigillum nostrum, & sigillum Curiæ Vasconiæ fecimus apponi.

Datum & actum Burdegal. quarto die exeunte mense Februarii, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo.

Hinc est quod nos omnia & singula, in prædictis litteris contenta, approbamus, laudamus, & etiam confirmamus; inhibentes vobis, & aliis quibuscumque, ut, super possessione dictæ costæ maris, & super aliis rebus, ad dictam costam maris exnunc applicantibus, nullam turbationem, impedimentum seu gravamen eidem Domino de Sparra, & suis hæredibus inferatis, seu inferri ab aliis permittatis.

* In quorum testimonium præsentes fieri fecimus patentes, & sigillo nostro sigillari. * II. 528.

Dat. apud Norham vicesimo quarto die Maii, anno, &c. decimo nono, & anno Domini 1291.

De tractando cum Magnatibus Scotia.

Ann. D. 1291. An. 19. E. 1. Pat. 19. E. 1. m. 14.

REX omnibus, Ballivis & Fidelibus suis, ad quos, &c. salutem.

Sciatis quod suscepimus, in salvum & securum conductum nostrum, venerabiles Patres, Willielmum Sancti Andreæ, & R. Glascuen. Episcopos: & Proceres & Magnates de Scotia; & illos, quos secum ducent, in veniendo ad nos usque Norham, ad tractan-

1291. An. 19. E. 1. Pat. 19. E. 1. m. 13. men, in mari, vel in terrâ, aliquibus gentibus de potestate Domini Regis Franciæ illustris, quæcumque fuerint, de Flandriâ, seu aliunde de potestate ejusdem Regis, occasione dissentionis inter gentes nostras & gentes Flandriæ nuper habitæ, fiant; quin infra Regnum & potestatem nostram, liberè & salvè, per mare & terram, venire & redire possint cum mercandisis, & cæteris bonis suis, usque ad Festum omnium Sanctorum proximò futurum:

Et jam intelleximus quòd vos quasdam Mercandisas & alia bona Rogeri de Bugre, ac Arnaldi de la Graunge, ac quorumdam aliorum Mercatorum Flandriæ, in portubus nostris de Waterford, Yoghel, & Cork, occasione dissensionis prædictæ, arrestâstis, & arrestata facitis detineri;

Vobis mandamus quòd Mercandisas & bona illa, si occasione dissensionis prædictæ arrestata fuerint, & non alia, prædictis, Rogero & Arnaldo, & cæteris Mercatoribus Flandriæ, quibus fuerint, sine dilatione deliberari faciatis:

Non impedientes ipsos, seu alios de potestate Regis Franciæ supradicti, quin, infra potestatem nostram, liberè & salvò venire, & redire possint, cum Mercandisis, & cæteris bonis suis, usque ad Festum prædictum, sicut prædictum est.

Teste Rege apud Norham quinto die Junii.

---

* *Submissio Competitorum Regni Scotiæ juris eorum Edwardo primo tamquam superiori Domino Regni Scotiæ.*

* II. 519.

A Touz, qi ceste lettre verront ou orront, Florence Counte de Holand, Robert de Brus Seignor du val d'Anaunt, Johan de Baillol, Seignor de Gaweye, Johan de Hastinges, Seignor de Bergeveny, Johan Comyn, Seignor de Badenough, Patrik de Dunbar, Counte de la Marche, Johan de Vescy por son Pere, Nichols de Soules, & Williame de Ros, saluz en Dieu.

Ann. D. 1291. An. 19. E. 1. Ex Autogr.

Come nous entendoms avoir droit en Realme d'Escoce, e cel droit moustrer, chalenger, & averrer devaunt celui, qi pluis de poer juridiccion, & reson eust de trier nostre droit,

E le noble Prince, Sire Edward, par la grace de Dieu, Roy d'Engleterre, nous eyt enfourmez, par bones & suffisauntes resons, qe a lui apent, & avoir doit la Soverayne Seignorie du Realme de Escoce, & la conussaunce de oir, trier, & terminer nostre droit,

Nous, de nostre propre volunte, saunz nule manere de force ou destresce, voloms, otrioms & grauntoms de receyure droit devaunt lui, com Soverayn Seignor de la terre.

E voloms ia le meins, & promettoms qe nous averoms, & tendroms ferm & estable son fete, qe lui en portera le Realme, a qi droit le durra devaunt lui.

En tesmoinge de cest chose nous avoms mys nos seale a cest escrit.

Fet & done a Norham, le Mardy prochein apres la assenssion, l'an de grace 1291.

Sub sigillis singulis Competitorum, pendentibus a filis sericis intextis, rubei viridisque coloris: viridi colore tinguntur omnia. Nota quod primum à sinistrâ desideratur sigillum.

de celi, qe serra Rey issi) qe la reversion seit fete dedenz les deus mois, apres le jour qe le dreit serra trie e aferme.

E qe les issues de meymes la terre, en le men tens resceves, seint sauvement mis en despos, e ben gardeez, par la * main de Chaumberleyn de Escoce, qe ore est, e de celi qe serra assigne a li, depar le Rey d'Engleterre, e desouz lour seals; sauve renable sustenaunce de la terre, e des Chasteus, e de Ministres du Realme. * II. 530.

En temoingnie de ces choses avauntdites, nous avoms mis noz seals en cest escrit;

Fet & done a Norham le Mekerdy apres la Assencion l'an de grace 1291.

Sub Competitorum sigillis pendentibus à caudis Pergam. colore viridi tinguntur omnia. Notandum vero quod primum desideratur sigillum à sinistra.

De terris per Ducem Brabantiæ ad filii sui & Margaretæ Uxoris usum assignatis.

EDward, &c. a tous ceaus, que cestes presentes lettres verront ou orront, saluz en Dieu. Ann. D. 1291.

Sachez, que, come li nobles homs, Sire Johan, Duc de Loth. de Brabant & de Lemburgh. eit fet estendre, e assener siz mille livereez de terre, a Turnoys, en sa terre Brabant, al oes Johan son aisne fiz, e Margaret nostre file, sa compaigne; An. 19. E. 1. Rot. Vascon. 19. E. 1. m. 6.

E totes celes estences e assenemens eit livere a Roger de Tylemaneston, e a William de Carleton, nos Messages, e Atornes le dit Johan e la dite Margarete, sa compaigne, a lor sustenaunce, qil les eint, e les teignent tote la vie, mesme cele Margaret nostre fille.

Nous a dit Dus de Loth. de Brabant, & de Lemburch, por lui aleger e descharger de ses dettes, de nostre bone volente, grantons, tant come en nous est, ke il eit les issues, e les profits, de devantdiz tenemens, de la Feste de Nativite nostre Seigneur, l'an del' Incarnation 1290, jusques a mesme la fest de treys auns procheyns suians pleinement complis, si nous avant celi terme ne aillons a la terre Seinte.

E, si il aveigne, ke nus devant le terme de treis ans acomplis, enpregnons le dit vaiage de la terre Seinte, le devantdis Dus, ausitot come nus averoms la mer de Engleterre passe, dedeinz le terme devantdit, deit tous les tenemens e les assenemens desusditz audit Johan, e a la dite Margarete sa compaigne, pur leur sustenance, sauns delaie, returner, e rendre.

E deit le dit Dus tant, come les ditz tenemenz demoerent en sa meyn, garder les, e sauver saunz destruction, e sauns wast, e les rendre au chef de terme, ou dedenz le terme, si nus avant passuns, si come desuz est dit, en autre, si bon estat come il les resceust, quitement, enterement, sauns nul contredit, al dit Johan e a Margarete, sa compaigne, ou a lor Attornes:

Savi a li les issues lez profits, si come desus est dit,

En tesmoniage de ces choses avons fet fere cestes noz lettres Patents.

Teste Rege apud Norham septimo die Junii.

Pro

Cum itaque negotium ipsum cordi specialiter habeamus, nec possimus, sicuti nec debemus, præmissa dissimulationi relinquere; cum in grave libertatis Ecclesiasticæ detrimentum, & ejusdem sedis contemptum non modicum, cedere dinoscantur,

Magnificentiam Regiam, iteratis, & attentis precibus, rogandam duximus & hortandam quatinus, ob divinam & ipsius sedis reverentiam, tuæque salutis & honoris augmentum prædicta celeriter corrigas & emendes;

Et nichilominus tuæ intentionis propositum, & quod etiam feceris in hac parte, nobis. per tuas litteras, non differas intimare; ne te, successu temporis, Terræ sanctæ negotium, quod salubriter & laudabiliter assumptisse dinosceris, prosequente, tibi forsan Ecclesiam repotes illusisse, si per eam, suadente justitiâ, procedi contigerit ad correctionem debitam prædictorum.

Sic te in his efficaciter habiturus, ut Regiæ devotionis promptitudinem, quam in hoc facilem cupimus inveniri, condignis laudibus attollamus.

Dat. apud Urbem Veterem sexto Idûs Junii, Pontificatus nostri anno quarto.

Sub filo canabeo.

Pro Gilberto de Umfraville super redditione Castrorum in Scotia.

Ann. D. 1291. *An.* 19. *E.* 1. *Ex Autogr.*

CONue chose sont a touz, qi cestes Lettres verront, e orront, Qe come Sire Edward, par la grace de Dieu, Roi d'Engleterre, Seigneur d'Irlaunde, e Duk de Guyene, ayt demande la Sovereyne Seignurie del Reaume d'Escoce, qe reconue e grantee lui est par Florence Conte de Holande, Robert de Brus Seigneur du Val d'Anand, Johan de Baillol, Johan de Hastinges, & Patrik de Dumbar Conte de la Marche, Johan Comyn, Johan de Vescy en non Guyllam de Vescy son Pere, Guillam de Ros, Nicholas de Soules,

Qui l'avantdite Reaume demandent come lor droit, e lor heritage,

E mesmes celui Roi eyt demande de Gilbert de Humfranville, Conte de Anegos les Chasteus de Dundee, e de Forfar, qil ad en garde, qe a lui apent come a chief Seigneur:

E respondu fu, par mesmes celui Gilbert, qe les avauntdirz Chasteus a lui en nul manere ne rendroit desi, come il ne les ad pas eu de par le Roi, mes par la Comine del Reaume d'Escoce.

Mes en la presence l'avantdit Roi, a Norham, le Joedy procein devant la Feste Seint Barnabe l'Apostle, l'an de Grace millyme ducent. nonantisme primer, par assent des Gardeyns del Reaume d'Escoce, au Roi, come a un de Demaundurs, e les autres avauntdirz Demaundurs, l'avantdit Gibert ad les Chasteus avant nomez, come le droit e le heritage un de eus, livre e baille, par

* II. 532. loi comandement, e loi requeste, solom le * serment q'il ad fet, à

Tom. I. P. III.

En Tesmoigne de ceste chose avauntdite nous avons fait mettre nostre Seal à cest escrit, fet & done à Norham le 12. jour du mois de Juyn l'an de Grace 1291.

De Expensis Cancellarii Scotiæ.

EDwardus, Dei gratia, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, Dux Aquitaniæ, & superior Dominus Scotiæ, dilecto & fideli suo, Alexandro de Balliolo, Camerario Scotiæ salutem. — Ann. D. 1291. *An.* 19. *E.* 1. *Ex Autogr.*

Quia die martis, in Crastino Festi Sanctæ Barnabæ Apostoli, proximo præterito, sigillum, regimini Regni Scotiæ deputatum, quod nobis eodem die redditum fuit apud Upsetelinton. commisimus venerabili Patri A. Episcopo Catenensi, Cancellario Scotiæ, & dilecto clerico nostro Waltero de Agmodesham custodiendum.

Vobis mandamus quod à prædicto die Martis, singulis quatuor septimanis, de recepta Camerariæ prædictæ, habere faciatis præfato Cancellario viginti Marcas, & præfato clerico nostro decem Marcas, in subventionem expensarum suarum in officio prædicto, quamdiu steterint in eodem, donec aliud fuerit ordinatum.

Et nos id, quod eis liberaveritis, vobis, in compoto vestro de receptâ prædictâ, volumus allocari.

Teste meipso apud Berewik super Twedam 28. die Junii, anno regni nostri decimo nono.

Sub sigillo Regimini Scotiæ deputato.

* *De Altari portatili pro Capellano Guillielmi de Valentia.* • II. 533.

NIcolaus Episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio, Nobili viro, Guillielmo de Valentia, Comiti Pembrochiæ, salutem & apostolicam benedictionem. — Ann. D. 1291. *An.* 19. *E.* 1. *Ex Autogr.*

Vota tua, in his præsertim quæ animæ salutem respiciunt, favorabiliter prosequi cupientes, devotionis tuæ precibus inclinati,

Ut Capellanus tuus habere possit altare portatile, cum debita reverentia & honore, & in illo tibi uxori, filiis, ac familiaribus tuis, in loco congruo & honesto, missarum sollempnia celebrare, sine juris præjudicio alieni, auctoritate tibi præsentium indulgemus.

Nulli ergo, &c.

Dat. apud Urbem Veterem Kalendas Julii, Pontificatûs nostri anno quarto.

Sub filis sericis flavi rubeique coloris.

M De

mandamus quod præfato Michaeli de Warda seu Maritagio hujusmodi provideri faciatis, juxta promissionem vestram prædictam.
In cujus, &c.

Teste Rege apud London. 3. die Decembris.

De corde Regis Henrici, liberato Abbatissæ Fontis Ebroldi, ad sepeliendum in Monasterio suo.

Ann. D. 1291. An. 20. E. 1. Pat. 20. E. 1. m. 28.

REX, omnibus ad quos, &c. salutem.
Quia pro certo intelleximus, quod, celebris memoriæ, Dominus Henricus, quondam Rex Angliæ, pater noster, ipso dudum existente apud Monasterium Fontis Ebroldi, cor suum, post ejus decessum, eidem Monasterio promisit;
Et dilecta nobis in Christo Abbatissa Monasterii prædicti, nuper in Angliam accedens, cor illud sibi, juxta promissionem prædictam, petiit liberari:
Dilectus nobis in Christo Walterus, Abbas Westmonasterii, cor prædictum integrum, in præsentiâ venerabilium patrum, A. Dunelmensis, & R. * Bathoniensis & Wellensis Episcoporum, & dilectorum & fidelium nostrorum Edmundi fratris nostri, & Willielmi de Valentia avunculi nostri, & aliorum fidelium nostrorum plurimorum,
*II.534.
Die Lunæ, proximo ante Festum beatæ Luciæ Virginis, anno Regni nostri vicesimo, in Ecclesiâ Westmonasterii, prædictæ Abbatissæ, de voluntate & præcepto nostro, liberavit, ad prædictum Monasterium Fontis Ebroldi deferendum, & sepeliendum in eodem.
In cujus, &c.

Teste Rege apud London. 3. die Decembris,

Pro Abbatissa & Monialibus Fontis Ebroldi.

Ann. D. 1291. An. 20. E. 1. Pat. 20. E. 1. m. 28.

REX, dilecto & fideli suo, Stephano de Penec. Custodi quinque portuum suorum salutem.
Quia dilectæ nobis in Christo Abbatissa & Conventus Fontis Ebroldi, per Cartas Prædecessorum nostrorum, Regum Angliæ, talem clamant habere libertatem, quod ipsæ, & earum homines quieti sint de passagio per totum Regnum nostrum:
Nos, propter intimam, quam erga prædictas Abbatissam & Conventum gerimus affectionem, volentes quod eædem Abbatissa & Conventus libertate prædictâ, quâ verborum generali gaudent expressione, specialiori de cætero prærogativâ gaudeant & facto;
Concessimus eisdem Abbatissæ & Conventui, pro nobis, & hæredibus nostris, quantum in nobis est, quod ipsæ, & earum homines in portu nostro Dovoræ, & omnibus aliis portubus nostris, & locis aliis, in Regno nostro, in quibus passagium, vel alia consuetudo exigi poterit ad opus nostrum, quietæ sint de passagio, & à præstatione cujuslibet alterius consuetudinis imperpetuum, quotiens ipsas per portus prædictos, vel alia loca prædicta, in veniendo, vel redeundo, transire contigerit; dum tamen homines, prædictarum Abbatissæ & Conventus homines se rationabiliter docere possint existere.
Et ideo vobis mandamus, quod prædictas Abbatissam, & Conventum, & earum homines, cum ipsos per prædictum portum

REX, omnibus ad quos, &c. salutem.
Cum, secundum consuetudinem terræ Hiberniæ, non liceat cuiquam, de terrâ illâ, cum à nostris & suis inimicis Hibernicis suis bonis fuerint spoliati, cum eis inde tractatum habere, emendas recipere, seu quovis alio modo cum eisdem pacificare;
Per quod venerabilis Pater M. Ossoriensis Episcopus, & sui Prædecessores, Episcopi dicti loci, per hujusmodi spoliationes hucusque pluries sunt depressi:
Nos, cum eodem Episcopo, nè, per hujusmodi consuetudinem, sibi, aut suæ Ecclesiæ deterius eveniat in hac parte, volentes agere gratiose,
Concessimus ei quod, cum contingat, per dictos Hibernicos, tales deprædationes fieri super eum, tractatus habere, & emendas, seu bona sua, sic deprædata, recipere, per pacem hinc inde ineundam, seu via aliâ, pacem valeat reformare super hujusmodi spoliationibus seu deprædationibus; prout sibi & suæ Ecclesiæ viderit opportunum.
In cujus, &c.

Ann. D. 1292. An. 20. E. 1. Pat. 20. E. 1. m. 18.

Teste Rege apud Westmon. 26. die Martii.

Pro Comite Flandriæ de conductu.

Ann. D. 1292. An. 20. E. 1. Pat. 20. E. 1. m. 17.

REX, omnibus Ballivis & fidelibus suis, ad quos, &c. salutem.
Sciatis quod suscepimus in salvum & securum conductum nostrum Nobilem virum, Dominum Gwydonum, Comitem Flandriæ, in veniendo ad nos in Angliam, ibidem morando, & inde ad partes proprias redeundo:
Et ideo vobis mandamus, quod eidem Comiti, aut suis, in personis, aut rebus, in veniendo, morando, & redeundo, sicut prædictum est, non inferatis, vel inferri permittatis injuriam, molestiam, dampnum, impedimentum, aut gravamen.
In cujus, &c. has litteras nostras fieri fecimus patentes usque ad festum Nativitatis Sancti Johannis, proximo futurum, duraturas.

Teste Rege apud Westmon. 6. die Aprilis.

Pro Universitate Cantabrigiæ.

Ann. D. 1292. An. 20. E. 1. Inter Brevia Regis in turri London.

EDwardus, Dei gratiâ, &c. dilectis & fidelibus suis, Eliæ de Beckingham, & Hugoni de Cressingham, salutem.
Ex parte Cancellarii, & Scholarium Universitatis Cantabrigiæ nobis est ostensum quod, cum per Cartas progenitorum nostrorum, Regum Angliæ, eisdem Cancellario & Scolaribus concessas, & nostram confirmationem, Domus Burgensium in eadem villâ, Scolaribus conducendæ, per duos Magistros dictæ Universitatis, & duos Burgenses ejusdem Villæ taxari debeant, & consueverint;
Ita quod pensio, ad quam hujusmodi domus taxari debuerit, hospitibus illis, à quibus domus illæ sic conductæ fuerint, secundum veram taxationem persolvatur;
Ac etiam, secundum Statuta & Consuetudines ejusdem Universitatis, à prima fundatione ejusdem, hactenus ibidem observata (sine quibus dicta Universitas nullatenus stare posset) Scolares, hujusmodi Domus conducere volentes, in defectu hospitum (quorum Do-

Nobis humiliter supplicavit, ut ad pacem, inter gentem nostram & suam, super dictis discordiis & perturbationibus reformandam, curaremus benigniùs inclinari:

Nos itaque, quæ sunt pacis affectu benivolo prosequentes, & votis ipsius Comitis annuentes, cum per certas personas, per nos & eundem Comitem ad tractandum de prædicto negotio deputatas, de ipso aliquamdiu tractaretur, recitato retroactorum processu, & auditis per eos & pleniùs intellectis quæ continebantur in illo: Necnon & habitis aliquibus altercationibus super multis, quæ processum contingebant eundem;

Post rimatos modos quamplures & vias, per quas convenienter descendi posset ad pacem, & supradictæ discordiæ & contentiones sedari, demùm tacta via quæ sequitur, & coram præfatis Domino Rege & Comite exposita, sub hac forma, videlicet,

Quod, in ipso principio, ante omnia, rancoribus, contentionibus, & injuriis universis prorsus sublatis, necnon & dampnis ac jacturis quibuscumque, datis seu illatis hinc inde, pardonatis totaliter & remissis; deinde stabilis pax & firma inter gentes nostras prædictas tam transmarinas, quàm cismarinas, & gentem Comitis memorati de Flandria statuatur, servanda inviolabiliter in futuro:

Hoc adjecto, quod, si aliquis, vel aliqui de gente prædicta ipsius Comitis, treuga durante, quæ per nos, a Festo Paschæ, anno Regni nostri decimo nono, usque ad Festum Omnium Sanctorum, proximo sequens, concessa fuit genti ejusdem Comitis, sine culpa sua, dampnum aliquod per præfatas gentes nostras incurrerint seu jacturam, vel dum sub protectione nostra consisterent, juxta voluntatem nostram & gratiam, exhibeatur illis emenda; fuit in eam, per Comitem prænotatum, nomine suo, & dictæ gentis suæ de Flandria, concordatum:

Nos igitur, viam pacis hujusmodi acceptantes, laudantes, approbantes, & ratam habentes, eam volumus firmiter observari; statuentes & præcipientes quòd, à die confectionis præsentium, inter prænominatas Gentes nostras & Gentem præfati Comitis de Flandriâ, pax firma, stabilis & secura sit, permaneat & servetur, quodque via pacis hujusmodi publicetur locis & temporibus oportunis, & pax etiam publicè proclametur.

Et insuper inhibemus ne quis fidelium nostrorum, super gravi forisfacturâ nostrâ contra eam in aliquo venire præsumat; nec aliquem, seu aliquos de Gente Comitis memorati de Flandriâ, * sine culpâ suâ, inquietet aliquatenus vel offendat. * II. 537.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Culford sexto die Maii.

Ann. D. 1292. An. 20. E. 1. Claus. 20. E. 1. m. 6. dors.

De Pace prædicta proclamanda, & bonis arrestatis, deliberandis.

REX, Ballivis suis de la W. salutem.

Cùm inter Gentem nostram de Angliâ, Vasconiâ, Baioniâ, & aliis Terris nostris, & Gentem Comitis Flandriæ, super discordiis & contentionibus, inter eos nuper exortis, necnon injuriis illatis, & dampnis datis hinc inde, sit in quandam viam pacis com-

mino nostro Rege, & nobis expositâ, sub hac forma, videlicet,

Quod in ipso principio, ante omnia, rancoribus, contentionibus, & injuriis universis, prorsus sublatis, necnon & damnis, ac injuriis quibuscumque, datis seu illatis hinc inde, pardonatis totaliter & remissis; deinde stabilis pax & firma inter Gentes prædicti Domini nostri Regis, tam transmarinas, quàm cismarinas, & gentem nostram de Flandriâ statuatur servanda inviolabiliter in futurum:

Hoc adjecto, quod (si aliquis, seu aliqui de gente nostrâ, treugâ durante, quæ per prædictum Dominum nostrum Regem, à Festo Paschæ, anno Regni ipsius decimo nono, usque ad Festum omnium Sanctorum, proximè sequens, concessa fuit, Genti nostræ, sine culpâ suâ, damnum aliquod, per præfatas Gentes dicti Domini nostri Regis, incurrerint, seu jacturam, vel, dum sub protectione dicti Domini nostri Regis * consisterent, juxta voluntatem ejusdem, & gratiam, exhibeatur illis emenda) fuit in eam per nos, nomine nostro, & dictæ Gentis nostræ de Flandria, concordatum. * II. 538.

Ipse igitur Dominus noster Rex prædictus viam pacis hujusmodi acceptans, approbans, & ratam habens, eam vult firmiter observari; & in eam, per ipsum, nomine suo, & dictæ gentis suæ, tam transmarinæ, quàm cismarinæ, est concordatum.

Nos igitur, viam pacis hujusmodi acceptantes, approbantes, & ratam habentes, eam volumus firmiter observari: statuentes & præcipientes quod, à die confectionis præsentium, inter prænominatas Gentes dicti Domini nostri Regis, & Gentem nostram de Flandria, pax firma, stabilis, & secura sic permaneat, & servetur, quodque via pacis hujusmodi publicetur locis & temporibus oportunis, & pax etiam publicè proclametur.

Et insuper inhibemus nè quis fidelium nostrorum, super gravi forisfacturâ nostrâ, contra eam in aliquo venire præsumat, nec aliquem, seu aliquos, de gentibus memorati Domini nostri Regis, tam transmarinis, quàm cismarinis, sine culpâ suâ, inquietet aliquatenus vel offendat.

In cujus rei testimonium præsentibus litteris sigillum nostrum duximus apponendum.

Dat. anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo secundo, octava die mensis Maii intrantis.

De perquisitis Conestabularii.

Ann. D. 1292. An. 20. E. 1. Rot. Vascon. 20. E. 1. m. 10.

REX Johanni de Havering. Senescallo suo Ducatûs Aquitaniæ, salutem.

Miramur quòd, sicut accepimus, vos ligna, posita circa campum duelli, nuper facti inter Hugonem Calculi & Guytardum de Porta, Cives Burdegalenses; necnon equos & arma eorumdem pugnantium, quæ ad nos pertinent, vobis appropriantes, jam de lignis ipsis, absque voluntate Constabularii nostri Burdegalensis, vel locum suum tenentis, disponere præsumpsistis; equos & arma adhuc penes vos retinendo.

Et quia talia debent statim, cum acciderint, dicto Constabulario liberari, vobis mandamus quod equos, arma, & ligna prædicta dicto Constabulario, vel ejus mandato, visis præsentibus litteris, liberetis, nichil simile de cætero præsumpturi.

Teste

Et, si Magnitudini vestræ placeat, de hominibus vestris, in auxilium ejusdem Terræ transmittere, & ubi fuerimus venerint, jocundus & lætus admodum erit nobis eorum adventus, eos etiam gratulanter ac honorifice admittemus.

Dat. apud Berwyk super Twedam in Scotiâ, in Vigiliâ beati Johannis Baptistæ, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo secundo.

Litera sub sigillo Magnatum Scotiæ & Angliæ testimonialis de protestatione Regis, quod Litera, quam prædictus Rex fecit Magnatibus Scotiæ, quod processus Placitorum, petentium jus in Regno Scotiæ, determinari debet, hac vice, infra Regnum Scotiæ, non erit alias præjudicialis ipsi Regi, qui possit alias, extra Regnum illud, in Anglia, vel alibi, quo sibi placuerit, in simili casu facere, quod sibi placuerit, vel debebit, sicut superior Dominus Scotiæ.

Ann. D. 1292. *An.* 20. *E.* 1. *Ex Autogr.*

A Tous ceaus, qui ceste presente lettre verront ou orront, Robert de Bus & de Welles, Antoyne de Dureme, Willam de Ely, Willam de Seint Andreu, Robert de Glasgeu, & Henric. de Warden, par la suffrance de Dieu, Evesques; Johan Counte de Boghan, Donenald Counte de Mar, Johan Comyn Seignor de Badenagh, & James Seneschal d'Escoce, saluz en Dieu.

Sache votre Universete que, come entre diverses Parties, demaundauntz le Reaume d'Escoce, par divers droits, & diverses resons, feut mewe question devaunt le Tresnoble Prince, mon Sire Edward, par la grace de Dieu, Roi d'Engleterre, & Soverain Seignor d'Escoce, & l'avauntdit Roi eust fait sa lettre en la maneire qe suit en cestes Paroles.

EDward, par la Grace de Dieu, Roy d'Engleterre, Seignor d'Irland, & Duk de Guyenne, a touz ceaus, qi ceste lettre verront ou orront, saluz.

Come les nobles & hautz hommes Florenz Counte de Holland, *&c. prout de dat. 12 Jun. Anno* 1291, *usque hac verba, viz.*

Nous, regardaunts qe la grace, & la corteysie, qe le devauntdit Roi d'Angleterre, soverain Seignor d'Escoce fist, especiaument en tel fait, a la communeaute d'Escoce, ne lui deit tourner auterfois a prejudice, ne a ses Heirs,

Fesoms asavoir a touz, qe ne le dit Roi, ne nous n'entendomes onques, ne onquore n'entendoms qu'autrefois, en semblable cas, ou en autre, ne puisse faire en son Reaume d'Engleterre ceo, q'il devera, & a lui apendrai, comme soverain Seignor du dit Reaume d'Escoce, & les heirs, Roys d'Engleterre, ausint apres lui.

En tesmoigne de ceste chose, avons fait mettre nos seaus a ceste presente lettre.

Fete & donee a Berewiks sur Twed, le Jeudy prochein apres la Feste Seint Piere & Seint Paul, l'an de grace 1292, & l'an del Regne du dit Roy vintyme.

Sigillum desideratur.

nule maniere, ne suffendroms nul meffeisour, ne nul autre, qe justicer ne se voille par la commune ley de la terre; e nomement Roulaund le fiuz Alien, e Donekan le fiuz Dugald, si il ne voillent estre obeisaunt al avauntdit nostre Seignour le Roy, e venir a sa pees.

E, si il seent trouez desobeisauntz, nous grauntoms, e promettoms, qe nous, od tot nostre poer, en aide a Sire Johan Comyn, e a Sire James Seneschal d'Escoce, deus de Gardeins du Reaume, leveroms, e aideroms, e les pursuiroms en totes les manieres, qe meismes ceaus Gardeins ordeneroumt, e purveroumt, jesques a taunt qil soint pris, ou eient le Reaume voide; mes que alowe nous seit ceo, qe nous feroms outre nostre deu servise.

E leaument promettoms que nos, en totes choses, qe touchent la pees, e la garde du Reaume d'Escoce, e des avauntditz Ylles, e terres forreines, as avauntdits Gardeins serroms entendauntz, responauntz, e obeisauntz.

E, si il aveigne qe nous encountre nul des articles, avaunt nomez, dentz le tens avauntdit, fesoms ou veignoms, e de ceo seioms ateynt; nous nous obligeoms, par ceste lettre, al avauntdyt nostre Seignur le Roy, a perte de vie, e de membre, de terre, e de tenement, e de tutz noz biens, a sa volunte; e qe encountre ceo nule ley, ne coustume, valoir nous puisse.

En tesmoigne de cestes choses, a ceste presente lettre avoms fet mettre nostre seal.

Don. a Berewyk sur Twede, le jour de la Feste de la Translacionn Seint Thomas le Martir, l'an du Regne nostre Seignur le Roy avauntdit vyntyme.

Sub Sigillo proprio.

---

* *Litera Alexandri de Insulis Scotiæ, Filii Anegus, Filii Donenaldi, ejusdem cum priore tenoris, quod pacem custodiet in partibus suis Insularum, usque ad Parliamentum Scotiæ, in quindena Sancti Michaelis.* II. 541.

A Touz ceaus, qi ceste lettre verront ou orront, Alisaundre des Isles fiuz Anegus fiuz Donenald, saluz en Dieu, sachez nous le jour, *&c. ut supra.* Ann. D. 1292. *An.* 20. *E.* 1. *Ex Autogr.*

Don. &c.

Sub Sigillo proprio.

Littera Donenaldi de Insulis, & Alexandri de Argathil, facta de bene & fideliter se habendo erga Dominum Regem Angliæ, &c.

A Touz ceaus, qe ceste lettre verront ou orront, Anegous le fiz Donenald des Isles, e Alexandre son eysne fiz, saluz en Dieu. Ann. D. 1292. *An.* 20. *E.* 1. *Ex Autogr.*

Sache vostre universite nous le jour, &c.

Don. &c.

Sub Sigillo uno, avulso altero.

Pro

Ann. D. 1292. An. 20. E. 1. Pat. 20. E. 1 m. 3.

REX omnibus & singulis, de Concilio suó in Hiberniâ existentibus, salutem.

De prudentiâ & circumspectione venerabilis Patris Thomæ Miden. Episcopi (quem carum habemus & commendatum) specialem gerentes fiduciam, quod præsentia ipsius, in Consiliis dandis, & in tractatu, habendo de negotiis nostris, in Hiberniâ expediendis, plurimùm nobis & vobis posset esse profutura; & quod fidelitèr commodum nostrum pro viribus suis procurabit, & honorem,

Volumus quod idem Episcopus, de cætero, Consiliis nostris intersit, unà vobiscum, quotiens de agendis nostris tractatus habetur.

Et ideo vobis mandamus quod prædictum Episcopum ad nostrum Consilium admittatis, & ipsum, tanquam unum de nostris Conciliariis, de cetero habeatis.

Teste Rege apud Berewyk super Twedam 22 die Octobris.

Instrumentum Publicum super processu Scotiæ, factum per Magistrum J. de Cadamo.

Magnus Rotulus Scotiæ, in quo totus processus Competitorum Regni Scotiæ continetur ab initio Petitionum usque ad sententiam Regis E. I. &c.

Ann. D. 1292. An. 20. E. 1. Magni Rot. Scotiæ penes Camerar. Membran. prima.

IN Nomine Domini, Amen.

Quia labentium temporum cursus frequentèr eorum, quæ geruntur, memoriam secum rapit; ne quæstiones, lites, seu jurgia inter Nobiles infrascriptos, quorum quilibet, jus succedendi in Regnum Scotiæ, nuper vacans post mortem Egregiæ Dominæ Margaretæ, Filiæ Excellentis Principis, Domini Erici, Regis Norwegiæ, quondam ipsius Regni Scotiæ Reginæ & Dominæ, sibi, sicut infra patet, competere asserebat, super jure hujusmodi Successionis exorta: Et tandem coram Excellentissimo Principe, Domino Edwardo, Dei gratia, Rege Angliæ illustri, & superiore Domino dicti Regni Scotiæ, judicialitèr terminata; in cujusvis contentionis seu ambiguitatis scrupulum futuris temporibus relabantur; set, quemadmodum processus & placita, super hiis habita, sunt clara modernis, sic posteris dilucida reddantur & certa, ordine quo fiebant & modo, ad perpetuam memoriam rei gestæ, conscribuntur inferius seriatim.

Ann. D. 1292. Conventio prima 10 Maii.

SAnè, vacante dudum prædicto Regno Scotiæ, per mortem, bonæ memoriæ, Alexandri quondam Regis ipsius Regni, & filiorum suorum, & subsequenter per obitum prædictæ Margaretæ, ejusdem Regni Scotiæ, ut prædicitur, Reginæ & Dominæ, cùm, per Cronicas, de quibus infra mentio specialis habetur, quæ in diversis utriusque Regni Angliæ & Scotiæ Monasteriis & locis aliis fuerunt inventæ, ac per informationes alias, & certa documenta, atque evidentissimas rationes, liquidò appareret superioritatem & directum Dominium dicti Regni Scotiæ ad prædictum Regem Angliæ pertinere:

minuere, seu etiam impedire; set, ut præmittitur, tamquam superior & directus Dominus prædicti Regni Scotiæ, omnibus exhibere justitiæ complementum.

Et, ut hæc deduci valeant commodiùs ad effectum, prædictus Dominus noster Rex, super prædictis, vestrum benivolum, ex habundanti, requirit assensum, & recognitionem superioritatis, & directi Domini dicti Regni; volens in hiis, quæ de jure facienda fuerint & complenda, consiliis vestris uti.

Hiis autem per præfatum Dominum Rogerum expositis & prolatis, & ab Episcopis, Prælatis, Comitibus, Baronibus, Magnatibus, Nobilibus, & Communitate præfati Regni Scotiæ, qui aderant, plenius intellectis, iidem Episcopi, Prælati, Comites, Barones, Magnates, & Nobiles, ad consulendum Episcopos & Prælatos: Comites & Barones absentes: & Nobiles ac Communitatem prædicti Regni Scotiæ; ac etiam ad deliberandum & respondendum super petitis, petierunt inducias sibi dari.

Super quo tandem (licet per præfatum Dominum Regem sufficienter, ut proponebatur, fuissent antea præmuniniti quid idem Dominus Rex duceret faciendum) fuit eis terminus, per eundem, proximus dies, videlicet dicti mensis dies undecimus, assignatus.

Actum anno, indictione, & die prædictis, in parochiali Ecclesiâ de Norham.

In præsentiâ

Memorati Domini Regis Angliæ: &
Venerabilium Patrum Johannis, Dei gratiâ, Archiepiscopi Eboracensis, Angliæ Primatis:
Antonii Dunelmensis,
Radulphi Carleolensis,
Willielmi Eliensis, Willielmi Sancti Andreæ, &
Roberti Glasguensis Episcoporum: &
Magistrorum, Henrici Eboracensis,
Johannis Lychefeldensis,
Thomæ Wellensis, &
Andreæ Exoniensis, Ecclesiarum Decanorum: ac
Egregiorum Virorum, Henrici de Lascy, Lincolniæ,
Rogeri Bygod, Norfolchiæ & Marescalli Angliæ, Comitum;

Ac aliorum Episcoporum, Prælatorum, Comitum, Baronum, Magnatum, Nobilium, ac Populariuм, utriusque Regni, multitudinis copiosæ.

ANno, indictione, & loco prædictis, subsequenter est actum, videlicet, Ann. D. 1292.

Quod, cum Episcopi, Prælati, Comites, Barones, & Nobiles Regni Scotiæ supradicti, die præcedenti, instantius supplicâssent (decimâ, scilicet, die prædicti mensis Maii) præfato Domino Regi Angliæ, de habendis induciis ad consulendum, deliberandum, ac etiam ad respondendum requisitioni, quam * idem Dominus Rex eis fecerat, super recognitione superioritatis & directi Domini Regni Scotiæ, quod asserit esse suum, prout superiùs plenius continetur, Secunda Conventio. 11 Maii. * II. 544.

Prædictus Dominus Rex, deliberatione præhabitâ diligenti, volens

ex Principis seu Regis destitutione turbatum, & non facile numeranda pericula, quæ eidem Regno, per dissensionum turbines, turbatis Magnatibus, qui ad ipsum Regnum ex successione hæreditariâ se jus habere contendunt, poterunt provenire considerans) ob affectionem & desiderium, quod habebat, & habet ad universos & singulos quorum tutio & defensio spectat ad eum; ac ad faciendum justitiam unicuique, qui ad Regnum prædictum se jus habere proponit: ac ad discordantes animos in pacificas concordiæ semitas reducendum; & in statu tranquilitatis & pacis ejusdem Regni populum conservandum.

Nuper nonnullos Episcopos, Prælatos, Comites, Barones, & Nobiles dicti Regni Scotiæ requisivit, & per suas literas mandavit eisdem, ut in quindena Paschæ, proximè præteriti, in confinio Regnorum Angliæ & Scotiæ, convenire curarent, ad loquendum & tractandum cum ipso, apud Norham Dunelmensi Diocesi; ad quem locum idem Dominus Rex, in ipso termino, se significabat venturum super aliquibus, quæ volebat eisdem dicere & monstrare.

Sanè, dicto Domino nostro Rege apud Norham, in dicto termino personaliter constituto, vos Episcopi, Prælati, Comites, Barones, Magnates, & Proceres, ac Nobiles dicti Regni Scotiæ (juxta requisitionem & assignationem, vobis directas) ad locum accedentes eundem, requisitionem recognitionis superioritatis, & directi Dominii (quod eidem Domino nostro Regi in dicto Regno Scotiæ competit, & suum est) vobis factam (& in cujus possessione, vel quasi, Antecessores & Progenitores sui, Angliæ Reges, Illustres, à longissimis temporibus retroactis, fuerunt; quod per nonnullas manifestas & evidentissimas rationes, ac certa alia documenta sufficienter apparet) intellexistis plenius & audistis:

Et quod idcirco ipsum, ut superiorem & directum Dominum dicti Regni Scotiæ, ex habundanti recongnoscere curaretis, & sibi, ut superiori & directo ipsius Regni Domino, pareretis; adiciens idem Dominus noster Rex quod, si aliqua haberetis, quæ ipsum à jure superioritatis seu directi Dominii antedicti, & ab executione seu exercitio dicti juris * possent excludere: Et rationes, & documenta sua, & pro se facientia, per validiora & efficaciora, alias infirmare; illa paratus foret, sicut justum esset, admittere & facere quod deberet.

* II. 545.

Cùm itaque, præmissis auditis, & pleniùs intellectis à vobis, tunc inducias peteretis, ad consulendum Episcopos, Prælatos, Comites, Barones, Nobiles, & Communitatem prædicti Regni Scotiæ: Ac etiam ad deliberandum, & respondendum super petitis; concessæque vobis à præfato Domino nostro Rege fuissent induciæ, videlicet, Trium Ebdomadarum præcisè & peremptoriè: & per vos demùm admissæ ad respondendum super petitis, & ad exhibendum & ostendendum, si qua munimenta, vel scripta, seu quævis haberetis alia documenta, quæ ipsum Dominum nostrum Regem à jure superioritatis seu directi Dominii Regni Scotiæ supradicti possent repellere, & Rationes & Jura ac Documenta sua, & pro se facientia enervare.

Et nichil omnino, contra præmissa, per Episcopos, Prælatos, Comites, Barones, Magnates, & Nobiles præfati Regni Scotiæ proposito, exhibito vel ostenso;

Propter quod vobis, Episcopis, Prælatis, Comitibus, Baronibus, Magnatibus, Nobilibus, & Communitati Regni Scotiæ sæpedicti, & singulis de Communitate eadem, hic existentibus; præfatus Dominus noster, *Edwardus Rex Angliæ illustris*, per nos, Robertum, permissione divinâ, Bathoniensem & Wellensem Episcopum insinuat atque denuntiat quòd, cùm ex parte vestrâ dicto die nichil fuerit propositum, exhibitum, vel ostensum, respondere, & recipere super hoc justitiæ complementum?

Ad quæ prædictus *Comes* finaliter & expresè coram Episcopis, Prælatis, Comitibus, Baronibus, Magnatibus, Communitate prædictis, & nullo contradicente vel reclamante, respondit; quod prædictum Dominum Regem Angliæ, in superiorem & directum Dominum dicti Regni Scotiæ publicè recognoscit: Et apertè concedit stare juri coram eo, super jure successionis, quod sibi ad præfatum Regnum Scotiæ competit quoquo modo; & etiam ad petendum, respondendum, & recipiendum ab eo, & coram eo, sicut à * superiore & directo Domino ipsius Regni Scotiæ, ut præmittitur, complementum justitiæ in hac parte. * II. 546.

Item, à vobis, *Johanne de Hastinges*, qui in Successione memorati Regni Scotiæ, inter alios, qui jus succedendi in idem Regnum asserunt se habere, jus vobis competere dicitis, ex parte prælibati Domini nostri Regis Angliæ, & de suo speciali mandato, quærimus & vos interrogamus in præsentia Episcoporum, Prælatorum, Comitum, Baronum, Magnatum ac Communitatis utriusque Regni, hic existentium; an super petitione vestrâ, ad succedendum in Regnum prædictum, coram antedicto Domino nostro Rege Angliæ, tamquam coram superiore & directo Domino prædicti Regni Scotiæ, juri stare velitis? Et ab eo, & coram eo petere, respondere, & recipere super hoc justitiæ complementum? *Johannes de Hastinges.*

Ad quæ prædictus *Johannes* finaliter & expresè coram Episcopis, Prælatis, Comitibus, Baronibus, Magnatibus, & Communitate prædictis, & nullo contradicente seu reclamante, respondit; quod prædictum Dominum Regem Angliæ, in superiorem & directum Dominum Regni Scotiæ publicè recognoscit: Et aperte concedit stare juri, coram eo, super jure Successionis, quod sibi ad memoratum Regnum Scotiæ competit quoquo modo; & etiam ad petendum, respondendum, & recipiendum, ab eo, & coram eo, sicut à superiore & directo Domino dicti Regni Scotiæ, ut præmittitur, complementum justitiæ in hac parte.

Postmodum autem, Nobiles Viri,

Patricius de Dombar Comes de Marchia: *Competitores reliqui.*
Willielmus de Ros:
Walterus de Huntercumbe:
Procurator seu Attornatus Willielmi de Vescy, pro ipso Willielmo:
Robertus de Pynkeny; &
Nicolaus de Soules,

Accedentes, se petierunt admitti, quilibet per se, scilicet separatim, in petitione juris, quod quoad succedendum in præfatum Regnum Scotiæ se dicebant habere; *M. 3.*

Et requisiti ac interrogati, quilibet per se, à prædicto Episcopo singillatim ex parte prædicti Domini Regis Angliæ, in præsentiâ Episcoporum, Prælatorum, Comitum, Baronum, Magnatum, ac Communitatis utriusque Regni ibidem præsentium; an, super petitione suâ, ad succedendum in Regnum Scotiæ supradictum, coram supra nominato Domino Rege Angliæ, tamquam coram superiore & directo Domino Regni Scotiæ, vellent stare juri? Et ab eo, & coram eo petere, respondere & recipere super hoc justitiæ complementum?

Iidem Nobiles, per se quilibet separatim, coram Episcopis, Prælatis, Comitibus, Baronibus, Magnatibus, & Communitate prædictis, & nullo contradicente seu reclamante, responderunt finaliter & expresè; quod præfatum Dominum Regem Angliæ, in supe-

Roberto Cestriæ in Ecclesia Lychefeldensi Archidiaconis, & | *... de Wymes, Waltero Curcy, & Willielmo de Monte Revelli,*

Ac aliorum Episcoporum, Prælatorum, Comitum, Baronum, Magnatum, & Nobilium, utriusque Regni, multitudine copiosâ.

Ann. D. 1292. 3. *Junii. Quarta Conventio.*

ANno, Indictione, & loco, proximò superiùs nominatis, in præsentiâ mei, Notarii, & Testium subscriptorum, Venerabilis Pater in Christo præfatus R. Bathoniensis & Wellensis Episcopus, Cancellarius Angliæ (in cujus ore præfatus Dominus Rex Angliæ, me prædicto Notario infrascripto præsente & audiente, & Venerabilibus Patribus, Johanne Archiepiscopo Eboracensi Angliæ Primate, Antonio Dunelmensi, & Willielmo Elyensi Episcopis, & nonnullis aliis præsentibus & audientibus, verba sua posuerat: quæ quidem, secundum quod idem Dominus Rex sibi mandaverat, atque injunxerat specialiter, vivâ voce Communitati prædicti Regni Scotiæ: Necnon & Nobilibus Viris hiis, qui ad Regnum ipsum ex successione hæreditariâ asserant jus sibi competere, die exposuerat præcedenti; scilicet secundâ die intrante Mense Junio, prout proximo superiùs plenius continetur) coram Episcopis, Prælatis, Magnatibus, Proceribus, & Nobilibus, tunc ibidem existentibus, ac utriusque Regni Angliæ & Scotiæ multitudine copiosâ, verba quæ sequuntur, ex parte prædicti Domini Regis Angliæ, & de suo speciali mandato (in cujus quidem ore idem Dominus Rex hujusmodi verba sua, me prædicto Notario, & prædictis Archiepiscopo & Episcopis, ac aliis præsentibus & audientibus, posuit) Gallico sermone, verbo tenus dixit & exposuit, hunc habentia sententialiter intellectum,

Cùm Serenissimus Princeps, Dominus noster Edwardus, Dei gratiâ, illustris Rex Angliæ, nonnullos Episcopos, Prælatos, Comites, Barones, & Nobiles Regni Scotiæ nuper requisiverit, & eisdem per litteras suas mandaverit, ut in Quindena Paschæ proximè præteriti, in confinio Regnorum Angliæ & Scotiæ, convenirent cum ipso apud Norham, Dunelmensi Dioceli; ad quem locum idem Dominus Rex in ipso termino se significabat venturum, locuturi & tractaturi super certis negotiis, contingentibus statum Regni Scotiæ antedicti, sicut hesternâ die diximus & recitavimus coram vobis; & postmodum prædicto Domino nostro apud dictum locum de Norham in statuto termino personaliter constituto.

Vos Episcopi, Prælati, Comites, Barones, Magnates, Proceres, & Nobiles dicti Regni Scotiæ (juxta requisitionem & assignationem hujusmodi demandatam) ad locum accedentes eundem, Petitionem Recognitionis superioritatis & directi Dominii (quod eidem Domino nostro Regi in dicto Regno Scotiæ competit) vobis factam (& in cujus possessione, vel quasi Antecessores & Progenitores sui, Angliæ Reges illustres, à longissimis temporibus retroactis, fuerunt; quod per nonnullas manifestas & evidentissimas Rationes, & alia documenta sufficienter apparet) intellexistis pleniùs & audistis:

Et quod idcircò ipsum, ut superiorem & directum Dominum dicti Regni Scotiæ, ex habundanti recongnoscere curaretis & sibi, ut superiori & directo ipsius Regni Domino, pareretis: Adiciens idem Dominus noster Rex, quod si aliqua haberetis, quæ ipsum à jure superioritatis seu directi Dominii antedicti, & ab executione

Qui in successione præfati Regni Scotiæ se asserunt jus habere, quæsivimus, & eos interrogavimus separatim, in præsentia Episcoporum, Prælatorum, Comitum, Baronum, Magnatum, & Procerum, ac Communitatis, utriusque Regni, hic existentium, an super petitione sua ad succedendum in Regnum Scotiæ supradictum, vellent coram memorato Domino nostro Rege Angliæ, tamquam coram superiore & directo Domino Regni Scotiæ, stare juri? Et ab eo, & coram eo petere, respondere & recipere super hoc justitiæ complementum?

Idem Robertus pro se, ac alii Nobiles antedicti similiter singillatim, nullo contradicente seu reclamante, responderunt finaliter & expresse; quod prædictum Dominum Edwardum Regem Angliæ in superiorem & directum Dominum Regni Scotiæ publicè recongnoscunt: & apertè concedunt stare juri coram eo, super jure successionis, quod eis ad præfatum Regnum Scotiæ competit quoquo modo; & etiam ad petendum, respondendum, & recipiendum ab eo, & coram eo, sicut à superiore & directo Domino Regni Scotiæ, ut præmittitur, complementum Justitiæ in hac parte. *M. 4.*

A vobis *Johanne de Balliolo* (qui non eratis tunc præsens, licet Thomas Randulf, Miles vester, absentiam vestram excusaverit, & præfixionem seu assignationem illius diei vos latere dixerit, asserendo vos inter alios, qui in successione prædicti Regni Scotiæ jus sibi vendicant, pinguius jus habere, petens vos ad hanc diem admitti in personâ propriâ, & audiri) ex parte sæpefati Domini nostri, Edwardi Regis Angliæ, & de suo speciali mandato quærimus, & vos interrogamus, in præsentiâ Episcoporum, Prælatorum, Comitum, Baronum, Magnatum, & Procerum, ac Communitatis, utriusque Regni, hic existentium, an super * petitione vestrâ, ad succedendum in Regnum Scotiæ supradictum, coram memorato Domino nostro Rege Angliæ, tamquam coram superiore & directo Domino Regni Scotiæ, juri stare velitis? Et ab eo, & coram eo petere, respondere, & recipere super hoc justitiæ complementum, sicut Domini R. de Brus Comes Hollandiæ, & alii Nobiles antedicti, qui jus succedendi in idem Regnum asserunt se habere, fecerunt? *Johannes de Balliolo.* * *II. 549.*

Ad quæ dictus Johannes de Balliolo, congruâ deliberatione præhabitâ, finalitèr & expresse, coram Episcopis, Prælatis, Comitibus, Baronibus, Magnatibus, Proceribus, & tota Communitate prædictis, & nullo contradicente seu reclamante, respondit, quòd Dominum Regem Angliæ in superiorem & directum Dominum Scotiæ publicè recognoscit: & apertè concedit stare juri, coram eo, super jure successionis, quod sibi ad præfatum Regnum Scotiæ competit quoquo modo; & etiam ad petendum, respondendum, & recipiendum ab eo, & coram eo, sicut à superiore & directo Domino Regni Scotiæ, ut præmittitur, justitiæ complementum in omnibus & per omnia, sicut priùs fecerant Domini R. de Brus Comes Hollandiæ, & alii Nobiles prænotati.

Actum, ut supra, tertia die intrante Mense Junio antedicto, præsentibus Episcopis, Prælatis, Comitibus, Baronibus, Magnatibus, Proceribus, & aliis, præcedenti die superiùs nominatis.

Ann. D. 1292. 3. *Junii Conventio quinta.*

ANno & Indictione prædictis, in præsentia mei, Notarii, & Testium subscriptorum, Venerabilis Pater in Christo Dominus R. Bathoniensis & Wellensis Episcopus, Cancellarius Angliæ (in cujus

sius Regni Scotiæ (juxta requisitionem & assignationem vobis inde directam) ad locum accedentes eundem, Petitionem recognitionis superioritatis & directi Dominii (quod eidem Domino nostro Regi in dicto Regno Scotiæ competit, & suum est) vobis factam' (& in cujus possessione, vel quasi Antecessores & Progenitores sui Angliæ Reges illustres, à longissimis temporibus retroactis, fuerunt; quod per nonnullas manifestas & evidentissimas rationes ac certa alia documenta sufficienter apparet) auditis & pleno intellectu latiùs concepistis.

*II. 550. * Et quod idcirco ipsum, ut superiorem & directum Dominum dicti Regni Scotiæ, ex habundanti, recongnoscere curaretis, & sibi, ut superiori & directo Domino ipsius Regni, effectualiter pareretis; adiciens dictus Dominus noster Rex, quòd si aliqua haberetis, quæ ipsum à jure superioritatis seu directi Dominii antedicti, & ab executione seu exercitio dicti juris possent excludere: & rationes & documenta sua, & pro se, facientia, per validiora & efficaciora alias infirmare, illa paratus foret, sicut justum esset, admittere & facere quod deberet.

Cum itaque, præmissis auditis & pleniùs intellectis, tunc inducias peteretis ad consulendum Episcopos, Prælatos, Comites, Barones, & Nobiles, Regni prædicti: ac etiam ad deliberandum & respondendum super petitis; concessæque vobis à præfato Domino nostro Rege fuissent induciæ, videlicet, trium ebdomadarum præcisè & peremptoriè, & per vos demum admissæ ad respondendum petitis: & ad exhibendum & ostendendum siqua munimenta, vel scripta, seu quævis haberetis alia documenta, quæ ipsum Dominum nostrum Regem à jure superioritatis, seu directi Dominii Regni Scotiæ supradicti possent excludere; & rationes, & jura, ac documenta sua, & pro se facientia jam proposita enervare;

Et nichil omnino contra præmissa per Episcopos, Prælatos, Comites, Barones, Magnates, & Nobiles præfati Regni Scotiæ propositio, exhibito, vel ostenso, quod rationes, jura, & documenta memorati Domini nostri Regis, quoad jus superioritatis & directi Dominii, executionis seu exercitii dicti juris, quod in prædicto Regno Scotiæ sibi competit, infirmet aliquatenus, vel enervet:

Propter quod vobis, Episcopis, Prælatis, Comitibus, Baronibus, Magnatibus, Proceribus, & Nobilibus, atque Communitati Regni Scotiæ sæpedicti, & unicuique de Communitate eadem, hic existenti, præfatus Dominus noster Rex per nos aliàs insinuavit, quod, cum ex parte vestrâ nichil fuerit propositum, exhibitum, vel ostensum, quod jus, executionem, seu exercitium juris superioritatis seu directi Dominii sui prædicti debeat aliquatenus impedire, aut etiam retardare:

Intentionis suæ est in negotio ipso procedere jure proprio, ratione superioritatis & directi Dominii sui in Regno prædicto, ad congnoscendum, discutiendum, & definiendum de jure singulorum, qui ad Regnum prædictum jus sibi vendicant quoquo modo.

Undè, cùm Nobiles Viri,

Florentius Comes Hollandiæ,
Robertus de Brus, Dominus Vallis Anandiæ,
Johannes de Hastynges,
Patricius de Dombar, Comes de Marchia,
Willhelmus de Ros,
Willielmus de Vesey, per certum Procuratorem seu attornatum suum,
Robertus de Pynkeny, &
Nicolaus de Soules, & nunc demum,
Johannes de Balliolo,

mentiâ) perfruantur; non intendens aliqua super aliquem indebite occupare: alicujus justitiam protelare, libertates diminuere, aut etiam impedire; set omnibus & singulis, de Regno Scotiæ memorato, sicut superior & directus ipsius Regni Dominus, exhibere justitiæ complementum.

Protestamur insuper ex parte ejusdem Domini nostri Regis, quòd licet jus superioritatis & directi Dominii præfati Regni Scotiæ, executio seu exercitium dicti juris sit suum, & spectet ad eum, non intendit, propter hoc, se à jure hæreditario, quod sibi ad idem Regnum competit, quoad proprietatem Regni ipsius excludere, quamvis utatur jure superioritatis & directi Dominii, in exhibendo justitiam cæteris, jus vendicantibus in Regno prædicto; set jus suum, tamquam unus inter alios jus ad idem Regnum vendicantes, prosequi viis, modis, & temporibus, quibus de jure debet, & videret expedire.

Hiis verò dictis, &c, ut præmittitur, per prædictum Dominum Bathoniensem & Wellensem Episcopum peroratis, præfatus Dominus Rex in præsentia Episcoporum, Prælatorum, Comitum, Baronum, Nobilium, & Popularium utriusque Regni multitudinis copiosæ, ibidem existentium, ore proprio quædam verba dixit & protulit, sermone Gallico, hunc habentia sententialitèr intellectum.

Nos, Edwardus, Dei gratia, Rex Angliæ (statum Regni Scotiæ considerantes multiplici commotione turbatum, &, ex Principis seu Regis destitutione, variâ perplexitate depressum, ipso Regno diversarum procellarum turbine fluctuante) ob affectionem & zelum quem habemus ad universos & singulos, quorum tuitio & defensio ad nos spectat, ac pro pace & quiete communi Regni Scotiæ, ad partes istas, nostris aliis negotiis prætermissis, nullis parcentes laboribus, nos duximus transferendos:

Cumque, ad requisitionem nostram, vos, Episcopi, Prælati, Comites, Barones, & Nobiles dicti Regni Scotiæ apud Norham, ad nos, prout dictum est, ad terminum veneritis assignatum, requisitionem recognitionis superioritatis, & directi Dominii, quod nobis in dicto Regno Scotiæ competit, & nostrum est, vobis factam: & in cujus possessione, vel quasi, claræ memoriæ, Antecessores & Progenitores nostri Reges Angliæ, à longissimis temporibus retroactis fuerunt (quod per manifestas & evidentissimas rationes, ac certa alia documenta sufficientèr apparet) auditis & intellexistis ad plenum:

Et quod idcircò nos, ut superiorem & directum Dominum dicti Regni Scotiæ, recongnoscere curaretis: & nobis, ut superiori & directo ipsius Regni Domino, pareretis; adicientes quod, si aliqua haberetis, quæ nos à jure superioritatis seu directi Dominii antedicti: & à jure, ac ab executione, seu exercitio dicti juris possent excludere: & rationes & documenta, pro nobis & jure nostro facientia, per validiora & efficaciora alias infirmare; illa parati foremus, sicut justum esset, admittere, & facere quod secundum Deum & justitiam deberemus.

Cùm itaque, hiis auditis, & pleniùs intellectis, peteretis inducias, ad consulendum Episcopos, Prælatos, Comites, Barones, & Nobiles, ac Communitatem prædicti Regni Scotiæ: ac etiam ad deliberandum & respondendum super petitis; &, prout per præfatum Episcopum jam est dictum, ad tres septimanas hujusmodi induciæ vobis concessæ fuissent præcisè, & per vos demum admissæ, ad respondendum propositis, & ad exibendum, videlicet, & ostendendum siqua Munimenta, vel scripta seu quævis haberetis alia documenta, quæ nos à jure superioritatis seu directi Dominii memorati Regni Scotiæ possunt repellere;

Et

publice recongnoscunt: & aperte concedunt stare juri coram nobis super jure successionis, quod eis ad Regnum Scotiæ competit quoquo modo; & etiam ad petendum, respondendum, & recipiendum à nobis, & coram nobis, sicut à superiore & directo Domino Regni Scotiæ, complementum justitiæ in hac parte.

Vobis universis & singulis, de utroque Regno hic existentibus, notificamus & dicimus, quod intentionis nostræ est, ut, discordiarum & dissensionum sublatis materiis, tranquilitatem & pacem in dicto Regno Scotiæ, & inter regnicolas conservare; nulla indebitè in ipso Regno super aliquem occupare: nullius differre justitiam, seu alias prorogare: nullius diminuere libertates, nec etiam impedire: nullum lædere minus justè: unicuique, sicut superior & directus Dominus, jus suum tribuere: leges & consuetudines dicti Regni bonas & approbatas facere inviolabiliter observari: ac operam adhibere sollicitam circa ea, quæ reformationem status ipsius Regni respiciunt, & quietem perpetuam partium eorundem:

Speramus enim sic, in hac parte, cum Dei auxilio, providere, quòd cedet ad divini nominis laudem, & statum prosperum Regionis ejusdem, ac etiam ad dictæ terræ & incolarum ipsius commodum redundabit.

Et quanquam prædicti Regni Scotiæ superior & directus Dominus esse noscamur, & jus superioritatis & directi Dominii ejusdem Regni, executio seu exercitium dicti juris sit nostrum; non intendimus, propter hoc, nos à jure hæreditario, quod nobis ad prædictum Regnum Scotiæ, quoad proprietatem ipsius, competit, excludere, quamvis utamur jure superioritatis & directi Dominii dicti Regni, in exhibendo justitiam cæteris vendicantibus jus in Regno eodem; set jus nostrum, tanquam unus inter alios jus ad Regnum vendicantes prædictum, velle prosequi, ac etiam declarare viis, modis, & temporibus, quibus de jure debeamus, & viderimus expedire.

Hiis autem, per præfatum Dominum Regem dictis, &, ut exprimitur, peroratis, supradictus Johannes de Balliolo, ad eundem Dominum Regem accedens, dixit eidem; quòd ipsum in superiorem & directum Dominum Regni Scotiæ publicè recongnoscit: & apertè concedit stare juri coram eo, super jure successionis, quod sibi ad Regnum Scotiæ competit qualitercumque; & etiam ad petendum, respondendum, & recipiendum ab eo, & coram eo, sicut à superiore & directo Domino ipsius Regni Scotiæ, quod juris & rationis fuerit in hac parte.

Johannes Comyn. Deinde *Johannes*, dictus *Comyn*, Dominus de Badenough, ad prædictum Dominum Regem accessit; & ab eo (quem in superiorem & directum Dominum Regni Scotiæ recongnovit) inter alios
*II.553. * se supplicavit admitti in petitione juris, quod in successione dicti Regni Scotiæ se asserebat habere; quo quidem per ipsum Dominum Regem ad petendum admisso, cum in superiorem & directum Dominum Regni Scotiæ publicè recongnoscebat: & concebat apertè, coram omnibus, & nullo contradicente seu reclaman-
M. 6. te, stare juri coram eo super jure successionis, quod ad dictum Regnum Scotiæ vendicat, ac etiam ad petendum, respondendum, & recipiendum ab eo & coram eo, sicut à superiore & directo Domino Regni Scotiæ, quod justitia suadebit.

Qui quidem petentes super recongnitione superioritatis & directi Dominii, dicto Domino Regi Angliæ de prædicto Regno Scotiæ debiti, fecerunt fieri litteras suas patentes confectas sermone Gallico, formam quæ sequitur continentes.

myn, pro se & aliis petentibus, qui nominationi faciendæ per eos consentient, eligant quadraginta viros discretos & fideles, quos ad hoc idoneos senserint: & Dominus Robertus de Brus, pro se & cæteris petentibus, similiter qui nominationi faciendæ per eum consentient, eligat alios quadraginta, quorum nomina ad tertiam diem sequentem, scilicet, quintam mensis Junii, à dictis partibus dicto Domino Regi tradentur in scriptis: Dominus verò Rex statuet & assignabit viginti quatuor viros plures, aut pauciores, prout sibi videbitur;

Qui omnes, assignati & nominati, congregati in unum, in loco & termino per prædictum Dominum Regem statuendis, de jure cujuslibet prædictorum Nobilium, jus in successione prædicti Regni Scotiæ vendicantium, cognoscant & discutiant, prout rationi & juri visum fuerit magis conveniens: Et, quod super hiis inventum fuerit, fideliter referant præfato Domino Regi, ad quem pertinet negotium diffinire: & ipse illud secundum Deum & justitiam finaliter terminabit; reservatâ semper eidem Domino Regi, plures addendi de suis, & diminuendi de eis, pro suo libito, liberâ potestate.

Si verò aliquem, vel aliquos, de dictis personis, sic nominatis, per infirmitatem, seu aliud impedimentum legitimum, detineri contingat; ordinatum est & consensum quòd alius, vel alii, loco illius, seu illorum, valeant, seu valeat subrogari.

* Et isti modus & forma, in prædictis suis articulis, præfato Domino Regi, petentibus omnibus & singulis, Episcopis, Prælatis, Comitibus, Baronibus, cæterisque Nobilibus, necnon & Custodibus dicti Regni Scotiæ, placuerunt, &, consensum eisdem expressum præbentes, ipsos acceptaverunt, laudaverunt, & concorditer approbarunt. *II.554.

Actum, anno quo supra, in parochiali Ecclesiâ de Norham, Dunelmensi Dioceli, tertia die intrante prædicto mense Junio,

Præsentibus,

Præfato Domino Rege: ac Venerabilibus Patribus Dominis, Johanne, Dei gratiâ, Archiepiscopo Eboracensi, Angliæ Primate, Roberto Bathoniensi & Wellensi, Antonio Dunelmensi, Willielmo Eliensi, Willielmo Sancti Andreæ, & Roberto Glasguensi, Episcopis: & Viris Egregiis, Dominis, Edmundo, Fratre dicti Domini Regis: Willielmo de Valentia, Comite Pembrokiæ, Henrico de Lascy, Comite Lincolniæ, Rogero Bygod, Comite Norfolchiæ, & Marescallo Angliæ, Donenaldo Comite de Mar, Gilberto Comite de Anegus, Roberto de Brus, Comite de Carryk: Theobaldo de Verdun, Thomâ de Berkele, Hugone le Despenser, Willielmo de Sancto Claro, Patricio de Graham, Willielmo de Moravia, Ricardo Syward, Galfrido de Montbray, Michaele de Wymes, Waltero de Bello Campo, Senescallo dicti Domini Regis, Willielmo de Monte Revelli; ac Venerabilibus Viris, Magistris Henrico Decano Eboracensi, Johanne de Lascy, Cancellario Cycestrensi, & Waltero de Langeton, Decano Ecclesiæ de Bruges.

Ac aliis Episcopis, Prælatis, Comitibus, Baronibus, Magnatibus,

Johannes de Derby Decanus Lychefeldensis,
Durandus Archidiaconus Stowye,
Robertus de Radewelle Archidiaconus Cestriæ,
Willielmus de Bereford,
Johannes de Lethegreyns,
Thomas de Fisseburne, &
Walterus de Robery.

Nomina electorum & nominatorum per Dominum Robertum de Brus, Dominum Vallis Anandiæ, sunt hæc;

Robertus Glasguen. &
Mathæus Dunkeldensis Episcopi:
Abbas de Melros,
Abbas de Gedeworthe:
Patricius Comes de Marchia,
Donenaldus Comes de Mar,
Walterus Comes de Meneteth,
Johannes Comes de Asceles,
Malcolmus Comes de Levenax,
Jacobus Senescallus Scotiæ,
Willielmus de Soules,
Johannes de Soules,
Nicolaus de Graham,
Johannes de Lyndeseya,
Johannes le Seneschal,
Alexander de Bonekyl,
Willielmus de la Haye,
David de Forechorald,
Johannes de Kalanter,
Willielmus de Fentone,
Magister Adam de Crokedeak,
Henricus Decanus Alberdonensis,
positus postea loco suo,
Walterus de Lyndeseya,
Reginaldus de Craveford,
Colinus Cambel,
Willielmus de Strivelyn,
Johannes de Strivelyn de Moravia,
Johannes de Inchemartin,
Magister Robertus de Merleye,
Magister Willielmus de Stryvelin,
Magister Thomas de Bonekyl,
Henricus de Lematherton,
Magister Willielmus de Anandia,
Magister Willielmus de Goseford,
Magister Ricardus de Boulden,
Frater Reginaldus de Ribulle Monachus de Melros,
Willielmus de Conysburg,
Willielmus de Prestone,
Gilbertus de Conysburg, &
Galfridus de Caldecote,

Nomina electorum & nominatorum per Dominum Johannem de Balliolo sunt hæc,

Willielmus Sancti Andreæ,
Henricus Aberdonensis,
Willielmus Dumblauensis,
Marcus Sodorensis,
Henricus Candidæ casæ, &
R. Rossensis Episcopi,
Abbas de Donfermelyn,
Abbas de Sancta Cruce,
Abbas de Cambeskynel,
Abbas de Kelthon,
Abbas de Tungelande,
Abbas de Scona,
Abbas de Cupro,
Prior Sancti Andreæ:
Walterus Archidiaconus Dumblanensis,
Johannes Comes de Boughan,
Gilbertus Comes de Aneguz,
Malisius Comes de Stratherne,
Willielmus Comes de Ros,
Alexander de Ergadia,
Andreas de Moravia,
Galfridus de Montbray,
Herbertus de Maxwelle,
Symon Fraser Pater,
Patricius de Graham,
Willielmus de Sancto Claro,
Reginaldus le Chen Pater,
Reginaldus le Chen Filius,
Nicolaus de Haya,
Robertus de Cambron de Bylligyrnauk,
Ricardus Fraser,
Johannes de Stryvelyn del Cars,
Andreas Fraser,
Michael de Wymes,
Michael Scotus,
Ricardus de Strattone,
Willielmus de Moravia de Tholibardin,
Willielmus de Melgedrom,
Radulphus de Lasceles, &
David de Graham.

Actum, anno quo supra, quinta die intrante mense Junio, in parochiali Ecclesia de Norham,

Actum, anno quo supra, sexta die intrante prædicto mense Junio, in Castro de Norham, in Camerâ prædicti Domini Regis.

Præsentibus venerabilibus Patribus Dominis,

Johanne, Dei gratiâ, Archiepiscopo Eboracensi, Angliæ Primate:
Roberto Bathoniensi & Wellensi,
Antonio Dunelmensi, &
Willielmo Elyensi Episcopis: &
Nobilibus Viris, Edmundo Fratre præfati Domini Regis,
Gilberto de Clare Comite Gloverniæ & Hertfordiæ,
Willielmo de Valentia Comite Pembrokyæ,
Henrico de Lascy Comite Lyncolniæ,
Rogero Bygod Comite Norfolchiæ & Marescallo Angliæ: &
Magistris Henrico de Newerk Eboracensis, &
Thoma Wellensis, Ecclesiarum Decanis,
Johanne de Lascy Cancellario Cycestrensi,
Willielmo de Grenefeud, Canonico Eboracensi;

Et nonnullis aliis Episcopis, Prælatis, & Nobilibus utriusque Regni existentibus tunc ibidem.

ANno & Indictione prædictis, ac loco ultimo superius nominato. Cùm venerabiles Patres in Christo, Willielmus Sancti Andreæ, & Robertus Glasguensis Episcopi: & Nobiles Viri Domini, Johannes Comyn, & Jacobus Senescallus Scotiæ, ejusdem Regni Custodes, per Communitatem Regni specialitèr deputati, in præsentiâ prædicti Domini Regis Angliæ constituti fuissent, & Custodiam dicti Regni, quam per Communitatem eandem habebant: Ann. D. 1292. *Conventio octava. 11. Jun.*

Nec non & tam illi, quàm petentes prædicti, jus ad ipsum Regnum, ut dictum est, vendicantes;

Ac etiam Castellani, seu Constabularii Regni ejusdem, qui castra quæ fuerant quondam Regis Scotiæ, & ad eum pertinebant, in Custodiis suis, sive per Communitatem prædictam, seu aliàs, habuerant, Castra ipsa, dicto Domino Regi Angliæ, ut superiori & directo Domino dicti Regni Scotiæ, reddidissent ac etiam liberâssent;

Receptâque, per ipsum Dominum Regem, ab eis ipsius Regni custodiâ, & Castrorum similitèr prædictorum;

Et subsequentèr præfatis, Willielmo & Roberto, Sancti Andreæ & Glasguensi Episcopis, & Johanni Comyn, ac Jacobo Senescallo Scotiæ prædicti Regni, custodiâ, per dictum Dominum Regem Angliæ, ut superiorem & directum Dominum ejusdem Regni Scotiæ, retraditâ & commissâ;

De præcepto & mandato ipsius Domini Regis Angliæ, electus fuit, in Cancellarium dicti Regni Scotiæ, per Episcopos, & Nobiles antedictos, ejusdem Regni Custodes, Alanus Episcopus * Cathanensis; quem idem Dominus Rex in Cancellarium dicti Regni constituit; & Walterum de Hamondesham Clericum suum in socium adjunxit eidem. *II.557.*

Actum, ut supra, undecima die intrante prædicto Mense Junio,

Præsentibus Venerabilibus Patribus,

Roberto Bathoniensi & Wellensi,
Antonio Dunelmensi,
Willielmo Elyensi, &

Re-

Deinde præfati Episcopi Sancti Andreæ & Glasguensis, Johannes Comyn & Jacobus Senescallus Scotiæ, Custodes Regni Scotiæ, Robertus de Brus, Johannes de Balliolo, Johannes de Hastynges, & alii Petitores, cæterique Magnates & Nobiles præfati Regni, ad prædictum Dominum Regem Angliæ, ultra flumen prædictum, apud Norham personaliter accedentes, coram eis per Regem fuit ordinatum eundem ut in loco, quo prius, ultra flumen prædictum, infra limites Regni Scotiæ, in crastino convenirent;

Et quod tam præfati Willielmus & Robertus Sancti Andreæ & Glasguen. Episcopi, Johannes Comyn, & Jacobus Senescallus Scotiæ, Custodes Regni Scotiæ: Robertus de Brus, Johannes de Balliolo, Johannes de Hastynges, ac alii jus ad ipsum Regnum Scotiæ vendicantes: nec non & quod universi Episcopi, Prælati, Comites, Barones, Magnates, & Nobiles, ac Communitates Civitatum, Castrorum, Burgorum, Villarum, ac omnes alii & singuli, qui ad fidelitatem præstandam qualitercumque tenentur, qui tunc forent præsentes, ipsi Domino Regi Angliæ, ut superiori & directo Domino Regni Scotiæ, Juramentum fidelitatis præstarent, secundum formam quæ ordinaretur & conveniens videretur; & tunc pax ex parte ipsius Domini Regis Angliæ, ut superioris & directi Domini Regni Scotiæ, proclamaretur publicè, & juxta proclamationem hujusmodi firmiter servaretur.

Actum ut supra, duodecimâ die intrante prædicto Mense Junio, in locis prædictis.

•II.558. * Præsentibus Venerabilibus Patribus,

Roberto Bathoniensi & Wellensi,
Antonio Dunelmensi, &
Willielmo Elyensi Episcopis:
Ac Viris Illustribus Dominis, Eadmundo fratre prædicti Domini Regis,
Willielmo de Valentia Comite Penbrokyæ,
Gilberto de Clare Comite Gloverniæ,
Henrico de Lascy Comite Lyncolniæ: &
Magistris Henrico Decano Eboracensi,
Johanne de Lascy Cancellario Cycestrensi,
Waltero de Langetone Decano Ecclesiæ de Bruges,

Et nonnullis aliis Episcopis, Prælatis, Comitibus, Baronibus, atque Nobilibus utriusque Regni existentibus tunc ibidem.

Ann. D. 1292. 13. *Jun. Conventio decima.*

ANno & Indictione prædictis. Præfato Domino Rege Angliæ illustri, ultra flumen de Tweda, in parte Scotiæ, in parochia Villæ de Upsetelyntone, ex opposito Castri de Norham, juxta prædictum flumen de Twedâ, personaliter constituto, in præsentia mei, Notarii, & Testium subscriptorum, ac Episcoporum, Comitum, Baronum, & Nobilium, ac Popularium, utriusque Regni, multitudinis copiosæ, prædictus Dominus Rex Nobilem Virum, Brianum, Filium Alani, Venerabilibus Patribus, Willielmo Sancti Andreæ, & Roberto Glasguensi Episcopis, Johanni Comyn, & Jacobo Senescallo Scotiæ, Custodibus dicti Regni Scotiæ, deputatis per eum ad custodiam ejusdem Regni Scotiæ, ipsis associavit custodibus & adjunxit:

Qui quidem Episcopi, præsentibus Ewangeliis: & dicti Nobiles, Custodes Regni prædicti, tactis Sanctis Ewangeliis, juraverunt, per se quilibet singillatim, quod in ipsius Regni custodiâ, per dictum Dominum Regem, ut superiorem & directum Dominum ejusdem Regni eis commissâ, fideliter se habebunt: Ac ejusdem Regni facta & negotia, secundum ipsius leges & con-

Tactis sanctis Dei Ewangeliis, per se quilibet singillatim, juramentum * fidelitatis præfato Domino Regi Angliæ, ut superiori •II.559.
& directo Domino Regni Scotiæ, præstiterunt.

His igitur peractis taliter & completis, pax ex parte memorati Domini Edwardi Regis Angliæ, ut superioris & directi Domini præfati Regni Scotiæ, fuit ibidem publicè proclamata; & per Regem eundem præceptum ut ubique in Regno prædicto, videlicet, in Comitatibus, & Ballivis, Civitatibus, & Castris, Burgis, & Villis, ac locis aliis, nomine suo, ut superioris & directi Domini Regni Scotiæ, publicè proclamaretur, & proclamata firmiter servaretur.

Et secunda dies mensis Augusti, proximè futuri, memoratis Episcopis, Prælatis, petentibus jus ad Regnum Scotiæ supradictum, Comitibus, Baronibus, ac universis, & singulis auditoribus superiùs nominatis, cæterisque Nobilibus, & aliis de Regno prædicto, apud Berewyk super Twedam, pro termino assignata, ad procedendum ulterius in ipso negotio; prout alias per præfatum Dominum Regem, prædictos, Episcopos, Prælatos, & Nobiles, fuerat ordinatum.

Actum, anno quo supra, in loco prædicto, tertia decima die intrante supradicto mense Junio;

Præsentibus venerabilibus Patribus Dominis,

Roberto Bathoniensi & Wellensi,
Antonio Dunelmensi, &
Radulpho Carleolensi, Dei gratiâ, Episcopis: &
Egregiis Viris Dominis, Eadmundo Fratre præfati Domini Regis,
Willielmo de Valentia Comite Penbrokyæ,
Gilberto de Clare Comite Gloverniæ,
Henrico de Lascy Comite Lyncolniæ:
Johanne de Sancto Johanne,
Waltero de Bello Campo Senescallo prædicti Domini Regis,
Nicolao de Segrave,
Petro de Chauvent,
Willielmo de Monte Revelli, præfati Domini Regis Camerariis,
Johanne Boutetorte,
Guydone Ferrer,
Johanne Go— Marescallo,
Willielmo de Bereford Justitiario dicti Domini Regis &
Elya de Hauville Militibus; ac
Venerabilibus Viris, Henrico de Newerk Decano Eboracensi,
Johanne de Lascy Cancellario Cycestrensi:

Et nonnullis aliis Episcopis, Prælatis, Comitibus, Baronibus, aliisque Nobilibus, atque Popularibus, tam Clericis, quàm Laicis, utriusque Regni, in multitudine copiosa.

Hæc sunt, quæ in antiquis Cronicis de quibus supra in principio fit mentio, in diversis Angliæ & Scotiæ Monasteriis, inter alia fuerunt inventa; per quæ evidenter apparet, quod Reges Angliæ, ab antiquo, habuerunt subjectionem, Homagium, & Fidelitatem, ac superius & directum Dominium Regni Scotiæ, sicut plenius infra patet. Ann. D. 901.

ANno Domini nongentesimo primo. Edwardus Monarcha Angliæ, congnomento Senior, Filius Elvredi, Scottorum, Humbrorum, Stregewallorum Reges, suæ ditioni subegit, & in de- *Magni Rot. Scotiæ penes Camerar. m. 9.*

937. Cumbrorum, & Constantinus Rex Scottorum, in loco, qui dicitur Dacor, venientes, se, cum suis Regnis, eidem Adelstano, Angliæ Regi, dedidere; in cujus pacti gratia filium Constantini, baptizari jussum, ipse Adelstanus de sacro Fonte suscepit. Hoc invenitur in Cronicis Willielmi de Malmesbyre, in multis libris, &c.

Ann. D. 940. Anno Domini nongentesimo quadragesimo. Adelstano defuncto successit Eadmundus Frater ejus, qui regnavit septem annis sine rebellione Scottorum, &c.

Ann. D. 947. Anno Domini nongentesimo quadrasimo septimo. Edredus, Frater Adelstani, dicto Eadmundo Fratri suo successit; qui, post Northumbros devictos, in Scotiam vexilla direxit. Scotti vero, nimio terrore percussi, sine bello, subdiderunt se Regi Edredo prædicto, & fidelitatem, Domino debitam, eidem juraverunt; quodam Yricio Rege super ipsos Scottos statuto. Hoc invenitur in Cronicis Mariani Scoti, Willielmi de Malmesbyre, & Henrici de Huntyndone, in multis libris, &c.

Ann. D. 955. Anno Domini nongentesimo quinquagesimo quinto. Mortuo Rege Edredo successit ei Edwynus, filius Eadmundi, fratris Edredi Regis; qui regnavit quatuor annis, cujus tempore Scotti non rebellaverunt.

Ann. D. 977. Anno Domini nongentesimo septuagesimo septimo. Edgarus, Rex Angliæ, qui immediate successit Edwyno Fratri suo, Regem Scottorum Kynadium, Cumbrorum Malcolmum, Mackum Regem plurimarum Insularum, aliosque quinque subregulos, ad Curiam coactos, uno & perpetuo sacramento obligavit; adeo ut, apud Civitatem Legionum, sibi, ut mandarat, occurrentes, in pompam triumphi, per fluvium Dehe illos deduceret. Uni enim navi impositos, prope proram sedens remigare cogebat, per hoc ostentans regalem Magnificentiam, qui subjectam haberet tot Regum potentiam: denique fertur dixisse, *Tunc demum posse Successores suos gloriari se Reges Anglorum esse, cum tantâ honorum prerogativâ fruerentur.*

Item, in quodam convivio, fama est, Regem Scottorum, Kynadium ludibundum dixisse, *mirum videri Edgaro, tam vili homuncioni, tot provincias subici:* Quod Edgarum non latuit; qui, quasi consultandi gratia, Kynadium accersit, longéque in silvam deducto, unum è duobus ensibus, quos secum attulit, tradidit: *Et nunc*, ait, *licebit vires tuas experiare, cum soli simus; jam enim faxo ut appareat quis alteri merito supponi debeat: Turpe enim est esse Regem in convivio dicatulum, nec esse in prælio promptum:* Confusus ille ad pedes Regis cecidit, simplicis joci veniam precatus, & confestim consecutus. Hæc inveniuntur in Cronicis Mariani Scoti, Rogeri de Hovedene, Willielmi de Malmesbyre, Henrici de Huntyndone, & Radulphi de Dizeto, in multis libris, &c.

Ann. D. 985. Anno Domini nongentesimo octogesimo quinto. Successit Regi Edgaro Sanctus Edwardus Martir, Filius dicti Edgari: Qui, anno Regni sui quarto, sub Noverca suâ Altrithâ, martirium passus est; cujus tempore Scotti non rebellaverunt.

Ann. D. 989. Anno Domini nongentesimo octogesimo nono. Successit Sancto Edwardo * Egelredus, Frater ejus; qui regnavit triginta annis:
* II 561. quo tempore nichil invenitur de rebellione Scottorum.

Ann. D. 1016. Anno Domini millesimo decimo sexto. Successit Egelredo Ead-

occubuit.

Anno Domini millesimo sexagesimo sexto, Willielmus, dictus Bastard, Angliam ingressus est: Et, sexto Regni sui anno, rebellante Malcolmo Rege Scottorum, per terram & mare duxit exercitum in Scotiam, & eidem Malcolmo in loco, qui dicitur Abernithy, occurrit; & Malcolmus ibidem suus homo devenit. Hoc invenitur in Cronicis Mariani Scoti, Rogeri de Hovedene, & Henrici de Huntyndone in multis libris. Et in Cronicis Sancti Albani invenitur, quod Rex Willielmus, accepto à Rege Malcolmo homagio & obsidibus, in Angliam remeavit. Ann. D. 1066.

Anno Domini millesimo octogesimo septimo. Successit eidem Willielmo, Bastard, Willielmus Ruffus, Filius ejus: Anno vero tertio Regni sui, rebellante Malcolmo, Rege Scottorum, & Northumbriam invadente, idem Willielmus, Rex Angliæ, cum Roberto Fratre suo, acies direxit in Scotiam: Cui Malcolmus in terrâ Loydis occurrit, & pax inter eos facta est eâ conditione, ut idem Malcolmus, Rex Scotiæ, eidem Willielmo, Regi Angliæ, obediret, sicut fecerat Patri suo. Hoc invenitur in Cronicis Mariani Scoti, & Rogeri de Hovedene, in multis libris. Et, in Cronicis Henrici de Huntyndone, invenitur, quod, Willielmo Juniore, dicto Ruffo, Rege Angliæ, acies dirigente in Scotiam, Malcolmus, Rex Scottorum, nimio terrore perstrictus, homo ipsius Regis Willielmi effectus est, & juramento fidelitatis ei subjectus. Ann. D. 1087.

Anno Domini millesimo nonagesimo tertio, interfecto Malcolmo Rege Scottorum, & Edwardo primogenito suo, in Northumbriâ, per Morellum Militem strenuissimum, Scotti elegerunt Dovenaldum, Fratrem Malcolmi, in Regem; quo audito, Duncanus, Filius Malcolmi, Regem Angliæ Willielmum (cujus tunc obses fuit) ut ei Regnum Patris concederet petiit, & impetravit: Illique fidelitatem juravit; & sic ad Scotiam properavit, & Dovenaldum Patruum suum de Regno expulit, & loco ejus regnavit. Ann. D. 1093.
Anno verò sequente, dicto Duncano dolosè perempto, idem * Dovenaldus iterum Regnum Scotiæ invasit: Quem dictus Rex Willielmus de Regno expulit, & Edgarum, Filium Malcolmi prædicti, Regem constituit. Hæc inveniuntur in Cronicis Mariani Scoti, Rogeri de Hovedene, Willielmi de Malmesbyre, & Henrici de Huntyndone, in multis libris, &c. * II.562.

Anno Domini millesimo centesimo. Dicto Willielmo Ruffo, Regi Angliæ, successit Henricus senior, frater ejus: cujus Regni anno septimo Edgarus, Rex Scotiæ, decessit. Cui successit Alexander, Frater ejusdem Edgari, concessu dicti Regis Henrici. Hæc inveniuntur in Cronicis Henrici de Huntyndone in multis libris. Ann. D. 1100.

Anno Domini millesimo centesimo tricesimo sexto. Regi Henrico seniori successit Stephanus Rex; cujus Regni anno primo, cum à David Rege Scotiæ peteret homagium & fidelitatem, id ei facere recusavit, quia ipse fuit primus omnium Laicorum, qui fecerat homagium & fidelitatem Matildi Imperatrici; Filius tamen ejusdem David, Henricus nomine, fecit homagium dicto Regi Stephano. Hoc invenitur in Cronicis Mariani Scoti, Rogeri de Hovedene, & Henrici de Huntindone, in multis libris. Ann. D. 1136.

Anno Domini millesimo centesimo quinquagesimo quarto. Regi Stephano prædicto successit Henricus secundus, filius Imperatricis: anno vero Regni sui undecimo obiit Malcolmus Rex Scottorum; Ann. D. 1154
cui

Ricardo Filio Domini Regis Comi- *Falesiam.*

Similiter Ricardus, Episcopus Sancti Andreæ, & Ricardus, Episcopus de Dunkeldyn, & Galfridus, Abbas de Dunfermelyn, & Herbertus, Prior de Coldingham, concesserunt, quod etiam Ecclesia Anglicana illud jus habeat in Ecclesiâ Scotiæ, quod de jure habere debet; & quod ipsi non erunt contra jus Ecclesiæ Anglicanæ: &, deficut ligiam fidelitatem Domino Regi & Henrico Filio suo fecerunt, eos inde assecuraverunt.

Hoc idem facient alii Episcopi & Clerus Scotiæ, per Conventionem, inter Dominum Regem, & Regem Scotiæ, & Fratrem suum, & Barones suos, factam:

Comites etiam & Barones, & alii homines de terrâ Regis Scotiæ, de quibus Dominus Rex habere voluerit, facient; & homa-
* II.563. gium contra omnem hominem * & fidelitatem, ut ligio Domino, sicut alii homines sui facere solent, ei, & Henrico Regi filio suo, & hæredibus suis, salva fide Domini Regis Patris sui.

Similiter hæredes Regis Scotiæ, & Baronum, & hominum suorum, homagium & ligantiam facient hæredibus Domini Regis, contra omnem hominem.

Præterea Rex Scotiæ & homines sui nullum amodò fugitivum, de terrâ Domini Regis, pro feloniâ receptabunt in Scotia, vel in aliâ terrâ suâ, nisi voluerit venire ad rectum in curiâ Domini Regis, & stare judicio curiæ: set Rex Scotiæ & homines sui, quàm citius poterunt, eum capient, & Domino Regi reddent, vel Justiciariis aut Ballivis suis in Angliâ.

Si autem, de terra Regis Scotiæ, aliquis fugitivus fuerit, pro feloniâ, in Anglia, nisi voluerit venire ad rectum in curia Regis Scotiæ, vel in curia Domini Regis, & stare judicio Curiæ, non receptabitur in terrâ Domini Regis, set liberabitur hominibus Regis Scotiæ, per Ballivos Domini Regis, ubi inventus fuerit.

Præterea homines Domini Regis habebunt terras suas, quas habebant, & habere debent, de Domino Rege, & de Rege Scotiæ, & de hominibus suis.

Homines Regis Scotiæ habebunt terras suas, quas habebant, & habere debent, de Domino Rege, & de hominibus suis.

Pro istâ vero conventione & fine firmiter observando, Domino Regi & Henrico filio suo, & hæredibus suis à Rege Scotiæ & hæredibus suis, liberavit Rex Scotiæ Domino Regi Castellum de Rokesburg, & Castellum de Berewyk, & Castellum de Gedeworthe, & Castellum Puellarum, & Castellum de Stryvelyn, in misericordia Domini Regis; &, ad custodienda Castella ista, assignabit Rex Scotiæ, de redditu suo, mensurabiliter ad voluntatem Domini Regis.

Præterea, pro prædicta conventione & fine exequendo, liberavit Rex Scotiæ Domino Regi,

David Fratrem suum, in obsidem, &	*Walterum Olyfard, &*
Comitem Duncanum, &	*Johannem de Valz, &*
Comitem Waldenum, &	*Willielmum de Lyndeseye, &*
Comitem Gilbertum, &	*Philippum de Valoignes, &*
Comitem de Aneguz, &	*Robertum Trembert, &*
Ricardum de Morevill Constabularium &	*Robertum de Burneville, &*
Nez filium Willielmi, &	*Hugonem Gyffard, & Hugonem Rydel, &*
Ricardum Comyn, &	*Walterum de Berkele, &*
Walterum Corbet, &	*Willielmum de la Haye, &*
	Willielmum de Mortimer.

Hiis itaque recitatis, in Ecclesiâ Sancti Petri Eboracensis, coram prædictis Regibus Angliæ & coram Rege, Scotiæ & David Fratre suo, & universo populo, Episcopi, Comites, Barones, & Milites, de terra Regis Scotiæ, juraverunt Domino Regi Angliæ, & Henrico Filio suo, & Hæredibus eorum, fidelitatem contra omnem hominem, sicut ligus Dominis suis:

Post hanc verò compositionem & finem, anno Domini mille- Ann. D.
simo centesimo, septuagesimo, sexto, & Regni dicti Regis Hen- 1176.
rici vicesimo secundo, ad Concilium, celebratum apud Northampton, venit dictus Willelmus, Rex Scottorum, per mandatum dicti Regis Henrici, adducens secum omnes Episcopos, Abbates, Priores totius Regni sui:

Anno verò sequenti proximo, idem Henricus Rex Angliæ tradidit Castrum de Rokesburg, in Custodia, Willelmo de Stoteville, & Custodiam Castri Puellarum Rogero de Stoteville, & Custodiam Castri de Berewyk Galfrido de Noefville.

Anno verò Regni ejusdem Henrici Regis vicesimo septimo, Ann. D.
Willelmus, Rex Scottorum, venit in Normanniam, per manda- 1189.
tum Regis Angliæ Henrici Domini sui; cujus Ammonitione & consilio, idem Rex Scottorum concessit Matheo Episcopo de Aberden & Johanni Episcopo Sancti Andreæ, quos ipse à Scotia fugaverat, licentiam repatrandi. Hæc inveniuntur in Cronicis Rogeri de Hovedene, in multis libris.

Anno Domini, millesimo, centesimo, octogesimo, nono, dicto Regi Angliæ Henrico successit Ricardus, Filius ejus: Quo anno, mense Decembri, venit Cantuariam Willielmus Rex Scottorum, ad dictum Regem Ricardum, & fecit ei homagium; & suo tempore non invenitur de Rebellione Scottorum. Hoc invenitur in Cronicis Rogeri de Hovedene, in multis libris.

Anno Domini millesimo centesimo nonagesimo nono, dicto Ann. D.
Regi Ricardo successit Johannes, Frater ejus; qui statim, post 1199.
Coronationem suam, misit Philippum Dunelmensem Episcopum, & Rogerum Bygod, & quosdam alios Nobiles ad Willielmum Regem Scottorum, cum litteris Regis Patentibus, de salvo conductu, & statuit ei diem veniendi apud Lincolniam, in crastino Sancti Eadmundi Regis.

Eodem verò anno, mense Novembri, scilicet 10 Kalendas Decembris, feriâ quartâ, idem Rex Johannes & Willelmus Rex Scottorum convenerunt, ad colloquium, extra Civitatem Lyncolniæ, super Montem Arduum; & ibi, in conspectu omnis populi, Willielmus Rex Scottorum devenit homo Regis Johannis prædicti, & juravit ei fidelitatem super Crucem Huberti Cantuariensis Archiepiscopi de vitâ, & membro, & terreno honore suo, contra omnes homines, & de pace servandâ sibi & Regno suo. Hoc invenitur in Cronicis Rogeri de Hovedene, in multis libris.

Anno Domini millesimo, ducentesimo, nono, mense Junii, a- Ann. D.
pud Berewyk, Castrum construxit Rex Angliæ Johannes contra 1209.
Willielmum Regem Scottorum; exercitum etiam aggregans copiosum, ut debellaret eum, quia Comiti Boloniæ Filiam suam, præter ipsius Regis Johannis assensum, desponderat. Hoc invenitur in Cronicis Monasterii de Brydelyntone, & in multis aliis. Et in Cronicis Monasterii de Kyngeswode, Wygorniensi Dioceasi inve-

Hæc sunt & quæ ad præmissa faciunt quæ in quibusdam literis Apostolicis inveniebantur contenta.

IN rescripto Honorii Papæ 3. sic inter cætera continetur; ad hæc Regi Scottorum, ipsum Regem Angliæ, Dominum suum, nequiter inpugnanti: Ac propter hoc excommunicationis vinculo innodato, &c.

Item, in rescripto Gregorii Papæ noni, directo Regi Scotiæ, inter cætera, continetur, quod jam dudum inter, claræ memoriæ, Henricum Avum, & Johannem Patrem Regis Angliæ ultimi, ex parte una, & Willelmum Regem Scottorum ex altera, Compositio amicabilis intercessit; per quam ipse Willielmus prædictis, Avo & Patri, & eidem Regi Angliæ, ac Alexander, Rex Scotiæ, Filius Willelmi, Regibus Angliæ, Johanni & Henrico, ligium homagium & fidelitatem fecerunt: Quæ tenentur Successores eorum, Comites & Barones Regni Scotiæ, ipsis & suis Successoribus exhibere: Ac Comites & Barones esse cum Regibus Angliæ contra Reges Scotiæ, si Compositionem eandem forsitan non servarent.

Item idem Gregorius consimiliter scribit Archiepiscopo Eboracensi, & Episcopo Carleolensi, quod moneant, & inducant Regem Scotiæ, supradictam Compositionem amicabilem observare.

Item, in alio rescripto, ejusdem Gregorii noni, directo Regi Scotiæ, inter cætera continetur, quod, cum idem Rex Scotiæ homo ligius sit ipsius Henrici Regis Angliæ, & eidem fidelitatis præstiterit Juramentum, quo se principaliter astrinxit, quod, in ipsius Regis & Regni Angliæ detrimentum, nichil penitùs debeat attemptare.

Item, Clemens Papa, scribens Henrico Regi Angliæ, pro Johanne Episcopo Sancti Andreæ, expulso ab Episcopatu suo per Regem Scotiæ, inter cætera, ita mandat, quod Willielmum Regem Scotiæ moneat & inducat, & si necesse fuerit districtione regali, qua ei præeminet, & concessa sibi Regiæ Celsitudini potestate compellat, ut dicto Episcopo omnem rancorem remittat, & Episcopatum suum eum habere in pace permittat.

---

* II.566. * *Hæc, quæ sequuntur, fuerunt inventa in quodam libro de Vita & miraculis beati Johannis de Beverlaco, quæ sunt per Romanam Curiam approbata, & quæ faciunt ad præmissa.*

REgnante inclito Rege, Adelstano, Viro Catholico, qui Monarchiam totius Angliæ tenuit, Scottorum Rex, cum suis, transito fluvio qui dividit Angliæ Regnum à Scotiâ, cepit depopulari villas, Homines exterminare, Agros deprædari, &, ut verum fatear, totam Regionem in exterminium conabatur deducere in Septentrionali parte Angliæ.

Quod, famâ volante, cum præfatus Rex comperisset, congregato exercitu statuit quamcitiùs, cum armatâ manu, ei occurrere; provisisque interim necessariis, propositum carpebat iter:

Cumque in Provinciam Lincolniæ devenisset, quidam ovantes, tam pauperes, quàm mediocres, obvii facti sunt: Ille verò, interrogans eos, quæ esset causa tanti gaudii? Vel unde venirent? responderunt, quod de Beverlaco venêre, ubi Sanctus Confessor

Rex verò, cum omni exercitu Angliæ, cum ad flumen pervenisset, didicit Scottos transisse, & præcepit suis supra Ripam fluminis sua tentoria figere, ibique aliquantulum pausare.

Subsequenti nocte, quiescentibus cunctis, cum suo Rege, talis visio eidem Regi apparuit; cæteris dormientibus & omnino ignorantibus: Videbatur enim ei quod quidam, Pontificali Habitu indutus, coram se assisteret, sibique diceret, *Aldestane Rex, fac tuos in crastino præparari, ut transeant flumen istud ad debellandum contra Scottos:* Cumque interrogaret Rex *Quisnam esset, qui talia ediceret?* Respondit qui astabat, *quod ipse esset Johannes, cujus precibus expetierat se protegi, cum Beverlaco in ejusdem Ecclesiâ, oraret:* Subinde statim intulit, *noli timere cum exercitu transire armato, nam debellabis eos; hoc enim tibi nunciare veni.* M. 13.

Mane itaque facto curavit Rex suis visionem patefacere, & de victoria certificare: Qui lætantes, animati sunt ad certamen, transfretavere flumen:

* Scottos verò invenerunt, cum suo Rege, paratos ad resistendum; commissoque gravi prælio multi ex Scottis ruerunt, verùm etiam ipsorum Rex aufugit, ad totius Regni confusionem & desolationem. * II.567.

Quo viso Rex Angliæ, lætus effectus, gratias egit Deo, venerandoque Confessori, videlicet, Johanni, suo intercessori: Totumque Regnum continuo suo subjugavit Imperio: circuiens & perlustrans cunctas illius terræ Provincias, Principes & Præpositos urbium: indicens eis tributa, quæ sibi, suisque successoribus, scilicet, Angliæ Regibus, ex debito persolverent.

Verùm etiam Insulas adjacentes atque vicinas, sibi servire compulit; & tamdiu in illis partibus demoratus est, quod jam tres anni finirentur.

Jamque, revertens per loca marina, juxta Dombar, vidit scopulos prominere: Astitit, taliaque, suspirans, eloquia protulit, dicens, *Si Deus, interveniente beato Johanne, michi aliquod signum evidens facere permitteret, quatinus tam succedentes, quàm præsentes congnoscere possent Scotos Anglorum Regno jure subjugari (utpote devictam ab Adelstano Rege, sibique, suisque successoribus, tributum omni tempore debere persolvere) non immerito illi devotè gratias agerem*, &c, extrahens gladium de vaginâ, percussit in silicem, quæ adeo penetrabilis, Dei virtute agente, fuit gladio, quasi eadem horâ lapis butirum esset, vel mollis glarea: qui lapis, ad ictum gladii, ita cavatur, ut mensura ulnæ longitudini possit coaptari; &, usque ad præsentem diem, evidens signum patet, quod Scotti, ab Anglis devicti ac subjugati; monimento tali evidenter cunctis adeuntibus demonstrante.

Infra scripta inveniuntur de homagio Domino Regi Angliæ debito de terra Galwediæ.

ANno Domini millesimo centesimo octogesimo quinto, mense Augusti, apud Carleolum, Rolandus Galvatensis Dominus illic, ut jussus fuerat, Domino Regi Henrico occurrens, in ditionem sponte venit; veritus, ut creditur, exercitûs multitudinem, quam ad debellandum eum Rex ipse contraxerat, nisi maturius cœptam contumaciam reliquisset: recepto itaque homagio ipsius Rolandi de Galwediâ, (simul & Comitis David, fratris Willielmi, tunc Regis Scotiæ) de omnibus quæ tenebat, dimisit Rex exercitum suum, & in Angliam festinavit.

Anno Regni Regis Henrici vicesimo secundo, Gilbertus Filius Ferges, Princeps Galwennorum, venit in Angliam, in conductu Re-

Anno, indictione, & loco prædictis, sexta die exeunte prædicto mense Junio,

Agnes de Bernham Priorissa de Berewyk,
Petrus de Mornigton,
Johannes de Badeby, &
Eadmundus de Bundigton,
Fecerunt fidelitatem dicto Domino Regi, ut supra;

Præsentibus Nobilibus Viris Dominis,

Johanne de Sancto Johanne,
Waltero de Bello Campo, &
Waltero de Langeton. dicti Domini Regis Thesaurario, & multis aliis.

Anno, indictione, & loco prædictis, quarta die exeunte prædicto mense Junio, Nobilis Vir,

Alexander de Bonekyl,

Fecit fidelitatem dicto Domino Regi, ut supra.

Præsentibus,

Nobili Viro Johanne de Sancto Johanne;
Gilberto de Robyre,
Et pluribus aliis existentibus tunc ibidem.

Anno & indictione prædictis, tertia die exeunte prædicto mense Junio, Burgenses & Cives de Berewyk (qui, ad prædictum Juramentum fidelitatis faciendum, in Parochiali Ecclesia ejusdem Villæ convenerant) præfato Domino Regi fidelitatem fecerunt, quorum aliqui subscribuntur, videlicet,

Philippus de Rydale, tunc major dictæ Villæ de Berewyk,
Ranulphus de Wyteby,
Adam Grosteteste,
Willielmus de Hereford,
Adam de Dombar,
Johannes de Aberden,
Ricardus Dod,
Thomas Tod,
Stephanus le Mercer,
Adam de Strivelyn,
Robertus de Wyseby,
Ingelramus de Colon,
Henricus Franceys,
Thomas le Venour,
Reginaldus le Venour,
Ricardus le Barkere,
Petrus de Coventre,
Robertus de Everwyk,
Thomas de Selekyrke,
Henricus Aurifaber,
Thomas Mouffy,
Johannes Clericus de Berewyk,
Johannes de Hove,
Johannes de Roubery,
Eustatius le Espycer,
Willielmus May,
Matheus le Conteler,
Gregorius de Coldingham,
Magister Rogerus Bartholomew,
Thomas de Beverle,
Willielmus Chanzon,
David de Kenylworthe Ballivus,
Alanus de Langetone,
Willielmus le Clerk,
Robertus Russel,
Nicolaus de Beverle,
Rogerus le Espycer,
Willielmus de Holthale,
Warinus de Pebles,
Adam de Bartone,
Nicolaus de Wyteby,
Laurentius le Clerk,
Henricus Tonsor,
Thomas le Barber,
Willielmus de Grendone,

Actum anno, indictione, die & loco prædictis.

Præsentibus Nobilibus Viris Dominis,

Johanne de Sancto Johanne,
Roberto Malet,
Elya de Hauville,
Gilberto de Robyre,

Et nonnullis aliis, qui aderant tunc ibidem.

Anno & Indictione prædictis, Nobilis Vir,

Willielmus de Douglas,

Fecit fidelitatem dicto Domino Regi, apud Thoreftone, in Capella Manerii Domini Walteri de Lyndeseye, in quo tunc dictus Dominus Rex hospitabatur, quinta die intrante mense Julio;

Præsentibus Venerabilibus Patribus Dominis,

Antonio Dunelmensi, &
Alano Cathanensi, Dei gratiâ Episcopis,
Et multis aliis existentibus tunc ibidem.

Anno & Indictione prædictis,

Adam, Abbas Sanctæ Crucis de Edenburg, &
Ricardus Fresel,

Fecerunt fidelitatem prædicto Domino Regi, in Capella Castri Puellarum, octava die intrante dicto mense Julio;

Præsentibus Nobilibus Viris Dominis,

Willelmo le Latymer,
Radulpho Basset, Constabulario dicti Castri,
Thoma le Husser,
Et multis aliis, qui aderant tunc ibidem.

Anno & indictione prædictis, duodecima die intrante prædicto mense Julio,

Willielmus Episcopus Dumblanensis,
Malisius Comes de Stratherne,
Galfridus de Montbray, &
Willielmus de Rothevan,

Fecerunt fidelitatem dicto Domino Regi, in Castro de Strivelyn, coram Consilio ipsius Domini Regis;

Præsentibus venerabilibus Patribus,

Antonio Dunelmensi,
Roberto Glasguensi, &
Alano Cathanensi, Dei gratiâ Episcopis, &

Ne

Nobili Viro Domino Willielmo de Leyburne,
Radulpho de Stanford Capellano dicti Domini Regis,
Waltero de Hamoundesham,
Willielmo de Dunfrez,
Et multis aliis existentibus tunc ibidem.

M. 15. Anno & indictione prædictis, decima die exeunte dicto mense Julio, apud Sanctum Andream in Scotia, in Capitulo ejusdem loci,

Johannes Prior ipsius Monasterii Sancti Andreæ, &
Nobiles Viri, Adam de Retref,
Willelmus de Maul,
Alexander de Abernithy,
Hugo de la Haye,
Henricus de Anstrocher,
Alexander de Auderne,
Johannes de la Haye, &
Robertus de Betune,

Fecerunt fidelitatem dicto Domino Regi, ut supra;

Præsentibus Venerabilibus Patribus,

Willielmo Sancti Andreæ, &
Alano Cathanensi, Episcopis,
Magistro Alano de Dunfrez,
Et pluribus aliis qui aderant tunc ibidem.

Anno & Indictione prædictis, nona die exeunte prædicto mense Julio, in Monasterio de Lundors,

Johannes Ab. ejusdem Monasterii, &
Nobiles Viri, Willielm. de Fenton, &
Symon de Fersele,

Fecerunt fidelitatem dicto Domino Regi, ut supra, super magnum Altare ipsius Monasterii,

Præsentibus,

Nobili Viro, Waltero de Bello Campo, &
Waltero de Hamoundesham Clerico,
Et pluribus aliis qui aderant tunc ibidem.

Anno & indictione prædictis, Burgenses, ac tota Communitas Villæ de Pert, in Scotia (cujus quidem Villæ aliquorum Burgensium & aliorum hominum nomina subscribuntur) juramentum fidelitatis præfato Domino Regi Angliæ, ut superiori & directo Domino Regni Scotiæ, præstiterunt, videlicet,

Johannes de Pert,
Johannes Aithot,
Johannes Filius Ricardi,
Robertus le Peschour Ballivus ejusdem Villæ,
Duncanus du Celer similiter tunc Ballivus,
Gilbertus Cokin,
Alexander de Mautcor,
Petrus Filius Wyremark,
* II. 571. *Robertus de Scardeburg*,
Radulphus Tendeman,
Cristinus Flemeng,
Walterus Deken,
Adam Trompour,
Duncanus Coly,
Johannes Douze,
Adam le Taillour,
Symon de Strathy,
Johannes Rakestra,
Ricardus de Neville,
Malcolmus de Janua,
Willielmus Dolteyzt,
* *Dovenaldus Bryd*,
Robertus Carpentarius,
Johannes de Lenna,

Et hominibus aliis existentibus tunc ibidem.

Eodem die,

Frater Andreas Abbas de Cupro, &
Nobilis Mulier Maria Regina de Man, &
Comitissa de Stratherne,
Johannes le Boutiler,
Johannes de Cambron,
Fecerunt fidelitatem dicto Domino Regi in Ecclesia Fratrum Prædicatorum de Pert,

Et Frater Thomas Abbas de Scona;

In Camera dicti Domini Regis;

Præsentibus Venerabilibus Patribus,

Antonio Dunelmensi,
Willielmo Sancti Andreæ, &
Alano Cathanensi Episcopis,
Dovenaldo de Mar, &
Malisio de Stratherne Comitibus,
Waltero de Bello Campo, &
Henrico Elemosinario dicti Domini Regis;
Et pluribus aliis qui aderant tunc ibidem.

Anno & indictione prædictis, septima die exeunte prædicto mense Julio,

Johannes de Ergadia, Filius Nobilis Viri Domini Alexandri de Ergadia,

Fecit fidelitatem prædicto Domino Regi, ut supra, in Camera ipsius Domini Regis, in domo dictorum Fratrum Prædicatorum de Pert,

Præsentibus prædictis,

Antonio & Alano Dunelmensi & Cathanensi Episcopis, &
Nobili Viro Johanne Comyn Domino de Badenough,
Et multis aliis existentibus tunc ibidem.

Anno & indictione prædictis, apud Castrum Puellarum, in Capella ejusdem Castri, tertia die exeunte prædicto mense Julio,

* *Johannes Abbas de Neubotel*, * II. 574.
Radulphus Magister Hospitalis de Soltre,
Willielmus Magister Domus de Balantrys,
Alicia Priorissa de Hadyngtone,

Fecerunt fidelitatem dicto Domino Regi ut supra:

Et Frater Alexander Prior Hospitalis Sancti Johannis Jerusolimitani in Scotia, &
Frater Brianus Præceptor Militiæ Templi in eodem Regno,

In Camera prædicti Domini Regis, in Castro prædicto;

Præsentibus,

Dicto Domino A. Episcopo Dunelmensi,

Hum-

Et nonnullis aliis existentibus tunc ibidem.

Anno & indictione prædictis, quarta die intrante prædicto mense Augusto, apud Berewyk super Twedam, in Ecclesia Fratrum Prædicatorum deserta,

Henricus Abbas de Aberbrothok, &
David de Torthorand,

Fecerunt fidelitatem prædicto Domino Regi Angliæ, ut alii supra.

Præsentibus Venerabilibus Patribus Dominis,

Antonio Dunelmensi,
Roberto Bathoniensi & Wellensi,
Radulpho Carleolensi,
Willelmo Sancti Andreæ,
Roberto Glasguensi, &
Alano Cathanensi, Dei gratiâ, Episcopis: &
Nobilibus Viris, Henrico de Lascy Comite Lincolniæ,
Rogero Comite Norfolchiæ & Marescallo Angliæ,
Briano Filio Alani,
Magistro Willelmo de Greneseud Canonico Eboracensi,
Et nonnullis aliis existentibus tunc ibidem.

Anno, indictione & loco prædictis, sexta die intrante prædicto mense Augusto,

Abbas de Kynlos, &
Johannes de Cantelou,
Die sequenti, in loco prædicto, fecerunt fidelitatem præfato Domino Edwardo Regi Angliæ illustri, ut alii supra, videlicet, ut superiori & directo Domino Regni Scotiæ,

* II.573. * Præsentibus,

Venerabili Patre Alano Episcopo Cathanensi, &
Nobili Viro Domino Johanne de Sancto Johanne,

Et nonnullis aliis existentibus tunc ibidem.

M. 16. *Quædam Ordinatio, super fidelitatibus aliorum de Regno Scotiæ recipiendis, in præsentia mei, Notarii, facta apud Stryvelyn, per præfatum Dominum Edwardum Regem Angliæ illustrem, & superiorem Dominum Regni Scotiæ, de voluntate & assensu expresso, quamplurium Episcoporum, Comitum & Baronum, dicti Regni, tunc ibidem præsentium, sequitur sub hac forma.*

CUstodes dicti Regni Scotiæ, scil. Willelmus Sancti Andreæ & Robertus Glasguensis Episcopi, Jacobus Senescallus Scotiæ, Johannes Comyn Dominus de Badenough, & Brianus Filius

minum Regem Angliæ, & superiorem Dominum Regni Scotiæ, sequitur sub hac forma.

IN Nomine Domini, Amen. In præsentiâ mei, Notarii, & Testium subscriptorum, serenissimus Princeps, Dominus Edwardus, Dei gratia, Rex Angliæ illustris, & superior Dominus Regni Scotiæ, quandam protestationem * verbotenus fecit, sermone Gallico, hunc habentem litteralitèr intellectum. * II.574.

Licet nos, Edwardus Rex Angliæ, nuper literas nostras concesserimus, de gratiâ speciali,

Nobilibus Viris,

Florentio Comiti Hollandiæ,
Roberto de Brus Domino Vallis Anandiæ,
Johanni de Balliolo Domino Gabwydiæ,
Johanni de Hastyngs Domino de Bergeveny,
Johanni Comyn Domino de Badenough,
Patricio de Dombar Comiti de Marchia,
Johanni de Vescy Procuratori seu Attornato Willielmi de Vescy Patris sui,
Willielmo de Ros, &
Nicolao de Soules,

Petentibus seu vendicantibus, ex successione hæreditaria, ut jus suum, Regnum Scotiæ, coram nobis:

Quæ quidem partes prædictæ, unà cum assensu Venerabilium Patrum, Willielmi Sancti Andreæ, & Roberti Glasguensis Episcoporum, Johannis Comyn, & Jacobi Senescalli Scotiæ, Custodum Regni Scotiæ:

Nec non Comitum, Baronum, Procerum, & Magnatum, ac aliorum de Communitate ejusdem Regni, tunc præsentium,

Nobis superius & directum Dominium ipsius Regni Scotiæ recongnoverunt: Consentientes etiam stare Juri coram nobis, &, super petitionibus suis hujusmodi, à nobis recipere justitiæ Complementum,

Quod fieret eis justitia in petitionibus suis prædictis, infra prædictum Regnum Scotiæ, & non alibi, donec Rex in eodem Regno Scotiæ habeatur:

Protestamur tamen & dicimus, quod intentionis nostræ non extitit, nec adhuc existit, quod, per gratiam hujusmodi, quam prædictis petentibus & aliis de Communitate memorati Regni Scotiæ fecimus, ut supra dicitur, nobis vel hæredibus nostris inposterum aliquod prajudicium generetur, quin in casu consimili, & aliis quæ emergent, aliàs valeamus, infra Regnum nostrum Angliæ, liberè exercere & facere quod debebimus & incumbet, & ad nos, tamquam ad superiorem Dominum sæpefati Regni Scotiæ, aliqualiter pertinebit, & Hæredes nostri post nos similiter in futurum.

Facta fuit supra scripta Protestatio per supra nominatum Dominum Regem Angliæ, anno à Nativitate Domini millesimo, ducentesimo, nonagesimo, primo, Indictione quinta, tertia die intrante Mense Julio, in Capella Castri de Berewyk super Tuedam.

Præsentibus Venerabilibus Patribus,

Roberto Bathoniensi & Wellensi, Antonio Dunelmensi,

[illegible], separatæ:

Nec non quadraginta Personæ, per Nobilem Virum Robertum de Brus, Dominum Vallis Anandiæ, nominatæ seu electæ, de Regno Scotiæ, pro se & aliis, in formâ superiùs annotatâ:

Aliæque insuper quadraginta personæ, per Johannem de Balliolo, similiter nominatæ, de eodem Regno Scotiæ, in formâ præscriptâ;

Ad audiendum petitiones & jura quorumcunque, dicentium jus in successione Regni Scotiæ se habere, ac ad congnoscendum & discutiendum de eisdem; & referendum dicto Domino Regi quod invenerint, juxta quod superius est expressum;

Ex precepto & mandato ejusdem Domini Regis expresso, in Ecclesia Fratrum Prædicatorum deserta, juxta Castrum Petitiones & Jura vendicantium Regnum Scotiæ antedictum audire ceperunt, & ea admiserunt in scriptis, secundum quod inferius plenius continetur.

Petitio Comitis Hollandiæ talis est.

FLorentius, Comes Hollandiæ, petit à Domino Rege Angliæ, superiore Domino Scotiæ, Hæreditatem suam Regni Scotiæ sibi liberari, tanquam Hæredi propinquiori; eo quod Margareta, Filia Regis Norwegiæ, Consanguinea ipsius Comitis, cujus Hæres ipse est, fuit seisita, in Dominico suo, ut de feodo, de prædicto Regno Scotiæ, tempore pacis tempore Domini Edwardi, Regis Angliæ, superioris Domini Scotiæ, & inde nuper obiit seisita.

Et de ipsa Margareta, quia obiit sine Hærede de se, resortiebatur feodum & dominicum, & debuit resortire cuidam Adæ, ut Consanguineæ & Hæredi Sorori Willielmi, quondam Regis Scotiæ, Tritavi prædictæ Margaretæ:

Et de ipsa Ada descendit feodum & dominicum, & debuit descendere cuidam Florentio, ut filio & Hæredi:

Et de ipso Florentio descendit feodum & dominicum, & descendere debuit cuidam Willielmo, ut Filio & Hæredi:

Et de ipso Willielmo descendit feodum & dominicum, & descendere debuit isti Florentio, ut Filio & Hæredi, qui nunc petit.

Et quod ipse est Hæres ipsius Margaretæ propinquior, paratus est ostendere, prout debet, salvo sibi beneficio addendi, mutandi, & minuendi, prout melius sibi viderit expedire.

Petitio Patricii de Dombar Comitis de Marchia talis est.

PAtricius, Comes de Marchia, supplicat quod, super Regno Scotiæ sibi fiat justitia, quod debet de jure sibi obvenire, propter defectum Successionis, descendentis à Rege Scotiæ, Alexandro ultimo, per revertionem & resortum ad Ildam, Filiam Willelmi quondam Regis Scotiæ:

De quâ descendit jus succedendi in dictum Regnum ad Patricium, Comitem de Marchia, tamquam ad Filium & Hæredem:

A quo descendit idem jus ad Patricium, secundum similiter Comitem de Marchia, tamquam ad Filium & Hæredem:

Et ab eo descendit jus ad Patricium, tertium similiter Comitem de Marchia, tamquam ad Filium & Hæredem, qui nunc petit, ut Hæres propinquior, per successionem, Regnum Scotiæ memoratum.

ad Adam & Margeriam (filias dicti Regis Willelmi Patris dicti Alexandri, Fratris prædictarum Ysabellæ, Adæ, & Margeriæ, & Patris Alexandri, qui ultimo obiit) sicut ad propinquiores de sanguine prædictæ Margaretæ.

Quæ quidem Ysabella desponsata fuit Roberto de Ros,

Et de ipsis Roberto & Ysabella exivit quidam Willelmus,

Et de Willelmo quidam Robertus; de quo Willelmus, qui nunc petit, sicut propinquior Hæres, per defectum sanguinis prædictæ Margaretæ, per reversionem prædictam ad Ysabellam Antecessorem suum, tanquam ad primogenitam, cui, ratione primogenituræ, debet dictum Regnum integre remanere; & quod Regnum non debeat dividi paratus est verificare.

Petitio Roberti de Pynkeny talis est.

DAvid Rex Scotiæ genuit Henricum,
Henricus Willelmum,
Willielmus Alexandrum primum,
Alexander primus Alexandrum secundum, M. 18,
Et ille Alexandrum tertium, qui obiit sine prole
Et David similiter qui obiit sine prole:
Et Margaretam Reginam Norwegiæ; ex quâ genita est quædam alia Margareta, quæ jam obiit sine prole,
Ex prædicto Henrico, patre Regis Willelmi, similiter genita fuit quædam Margeria; ex quâ Alicia:
Et ex ea Henricus de Pynkeny:
A quo Robertus de Penkeny, qui nunc petit Regnum Scotiæ, per reversionem & resortum ad dictam Margeriam, Proavam suam, propter defectum prolis, exeuntis de prædictâ Margaretâ, Filiâ Regis Norwegiæ.

** Petitio Nicolai de Soules talis est.* * II. 577.

SIcut Domino placuit, Alexandro, qui ultimò obiit Rex seisitus de Regno Scotiæ, & omnibus illis, qui de illo per rectam lineam exierunt, viam universæ carnis ingressis, jus ejusdem Regni resortiebatur, & debuit resortiri Margeriæ, quondam Uxori Alani le Huissier, sicut sorori & hæredi ejusdem Regis Alexandri:

Ut de ipsa Margeria descendit jus, & descendere debuit Ermegerdi, filiæ & hæredi prædicti Regis Alexandri:

Et de ipsa Ermegerde descendit jus, & descendere debuit Nicolao de Soules, qui nunc petit sicut filius & hæres.

Petitio Patricii Galythly talis est.

COram vobis, Dominis auditoribus, à Domino Rege Angliæ, superiore Domino Regni Scotiæ, deputatis, ac Communitate totâ, dicit & proponit Patricius Galythly, quod cùm, bonæ memoriæ, Rex Willelmus genuerit Alexandrum Regem, patrem Regis Alexandri ultimò defuncti, & Henricum Galythly: & idem Patricius sit ex eodem Henrico in legitimo Matrimonio procreatus; ac per hoc ex regali progenie sit propinquior Domino Alexandro Regi, ut filio patrui sui, Alexandro ultimo, videlicet, nunc defuncto: de cujus successione nunc agitur ad præsens;

Quod ipsum Patricium, Domino Alexandro Regi defuncto propinquiorem gradu, & jure potiorem, ad successionem Regni, de

* De Johanne descendit jus, & debuit descendere cuidam Willielmo, ut filio & hæredi:

De Willielmo, quia obiit sine hærede de corpore suo, descendit jus, & debuit descendere isti Johanni, qui modo petit, ut fratri & hæredi.

Et quod sit tale jus suum paratus est verificare, prout Dominus Rex, & Consilium suum, ac curia sua consideraverint, secundum leges & consuetudines Regni Scotiæ, & per Cronicas, & alio modo.

Et supplicat quod salvum sit sibi jus corrigendi, addendi, minuendi, & omne aliud, quod sibi bonum videbitur, dicere secundum leges & consuetudines Regni Scotiæ; & non vult quod illud cedat in præjudicium Johanni de Balliolo ullo modo.

Petitio Johannis de Hastynges talis est.

CUm Regnum Scotiæ nuper vacaverit per mortem Regis Alexandri, qui ultimo obiit sine hærede, qui modo remaneat de se, qui possit hæreditatem in Scotia clamare;

Per quod terra Scotiæ, & omnes aliæ terræ, quæ fuerunt dicti Regis Alexandri, hæreditarie spectant ad exitum trium filiarum Comitis David, fratris Regis Willelmi, avi prædicti Regis Alexandri, ut ad consanguineos & unum hæredem propinquiores de suo sanguine;

Supplicat Domino suo, Domino Regi Angliæ, Johannes de Hastynges, quod admittatur ad jus suum dictæ hæreditatis, secundum quod per legem & rationem esse debet; salva sibi potestate addendi, mutandi, & corrigendi petitionem suam, quâcumque horâ indigebit.

Petitio Johannis de Balliolo talis est.

COram Domino Rege Angliæ, Capitali Domino Scotiæ, & coram Electis, petit Johannes de Balliolo jus suum de Regno Scotiæ, de seisina antecessoris sui, David nomine, qui fuit Rex & regnavit:

Unde de eodem David descendit jus, & descendere debuit cuidam Henrico, ut filio & hæredi:

De Henrico descendit jus Malcolmo, ut filio & hæredi, & regnavit, & obiit sine hærede de corpore suo:

Unde de Malcolmo descendit jus, & debuit descendere Willielmo, ut fratri & hæredi:

De Willielmo, qui regnavit, descendit jus, & debuit descendere Alexandro, ut filio & hæredi:

Alexander regnavit & descendit jus & debuit descendere Alexandro, ut filio & hæredi; qui ultimo obiit Rex:

De Alexandro descendit jus, & debuit descendere Alexandro, ut filio & hæredi:

Alexander obiit sine hærede de corpore suo, & descendit jus, & debuit descendere David, ut fratri & hæredi:

Et, quia Regnum est impartibile, descendit jus de integro prædictæ Crystianæ, ut sorori Antenatæ prædicti Thomæ, & hæredi:

Eadem Crystiana obiit sine hærede de corpore suo:

Unde de ipsâ Crystianâ descendit jus, & debuit descendere Derveguldi, ut sorori & hæredi:

De Derveguldе descendit jus, & debuit descendere Hugoni, ut filio & hæredi:

Hugo obiit sine hærede de corpore suo:

Et descendit jus, & debuit descendere Alano, ut fratri & hæredi:

Alananus obiit sine hærede de corpore suo:

De quo descendit jus, & descendere debuit Alexandro, ut fratri & hæredi:

Alexander obiit sine hærede de corpore suo:

Unde de ipso descendit jus, & descendere debuit Johanni de Balliolo, ut fratri & hæredi, qui modo petit jus suum, ut ille qui exiit de sorore primogenitâ de Regno impartibili.

Et supplicat Domino Regi, & suo Consilio, & aliis Electis, quod velint jus suum decidere secundum leges & consuetudines Scotiæ, & sibi justitiam exhibere; salvo sibi jure addendi, & diminuendi, secundum leges & consuetudines Scotiæ.

Petitio Roberti de Brus Domini Vallis Anandiæ talis est.

COram vobis, Domino Edwardo, Dei gratiâ, Rege Angliæ, & superiore Domino Regni Scotiæ, monstrat Robertus de Brus, Dominus Vallis Anandiæ, quod ipse est rectior & propinquior hæres Regni Scotiæ, cum pertinentiis:

Quia Rex Willielmus, Rex Scotiæ, antecessor suus, frater Comitis David de Huntyndone, fuit seisitus de ipso Regno, in Dominico suo, ut de feodo & jure, cum pertinentiis tempore pacis, tempore Regis Henrici Regis Angliæ, qui vocabatur filius Imperatricis, & temporibus Regum Ricardi & Johannis, filiorum suorum:

Et idem Willielmus regnavit Rex in Scotiâ, tempore suo, & pacifice obiit Rex seisitus.

De eodem Willielmo descendit Regnum Scotiæ Alexandro filio suo, ut filio & hæredi, qui regnavit & obiit Rex seisitus.

De eodem Alexandro descendit Regnum Alexandro filio suo, ut filio & hæredi, qui regnavit & obiit Rex seisitus.

Ille idem Alexander habuit duos filios, Alexandrum primogenitum, & David secundo genitum, & unam filiam, quæ vocabatur Margareta, Reginam Norwegiæ; qui obierunt vivente Patre, & nullum statum expectaverunt regnandum Regnum Scotiæ.

Illa eadem Margareta habuit unam filiam de Rege Norwegiæ, vocatam Margaretam; cui prædictus Rex Alexander, Rex Scotiæ, avus suus, in vitâ suâ, post mortem dictorum liberorum suorum, fecit probos homines terræ suæ jurare, & affirmare per scriptum, ad tenendum eam pro Dominâ Regni Scotiæ, si decederet sine Hærede de corpore suo:

Hærede de corpore suo obiret.

Unde supplicat Dominationi vestræ quod, secundum formam Petitionis suæ sibi velitis plenam justitiam exhibere, sicut ad vestram pertinet dignitatem; salvo sibi jure in omnibus addendi, mutandi, diminuendi secundum quod attendit suo profectui convenire.

Quibus auditis, cum Rationibus earumdem, & dicto Domino Regi, in præsentiâ omnium, jus ad dictum Regnum Scotiæ vendicantium, per Auditores prædictos relatis, idem Dominus, Rex de consensu petentium, dedit & præfixit eis diem & terminum in proximo Parleamento suo, scilicet, in Crastino Sanctæ Trinitatis, videlicet, tunc secunda die Mensis Junii, loco quo prius, ad procedendum in prædictis petitionibus, & toto negotio, prout justum fuerit & consonum rationi.

Ann. D. 1292. Conventio duodecima. 2. Jun.

AD quem terminum, scilicet, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo secundo, & Regni prædicti Domini Regis Edwardi vicesimo, venerunt omnes petentes ad prosequendum petitiones suas suprascriptas.

Petitio Regis Norwegiæ.

Et, præter eos, venerunt Nuncii & Procuratores Erici Regis Norwegiæ, videlicet, Magister Hugucio, Plebanus plebis de Castellione, Aretinæ Diocesis, Domini Papæ Capellanus, Magister Petrus Algoti, Magister Bernardus Lodovici, Willielmus de Tornghn. Miles, Arvo Canonicus Berghensis, per ipsius Regis Norwegiæ patentes literas specialiter constituti, & petiverunt, nomine Domini sui, dictum Regnum Scotiæ, cum omnibus juribus & pertinentiis suis, Domino suo Regi Norwegiæ adjudicari: & ipsum in Regem dicti Regni, per dictum Dominum Regem Angliæ, superiorem Dominum dicti Regni Scotiæ, constitui & ordinari: ac in corporalem possessionem ejusdem Regni Scotiæ mitti & manuteneri: & quod dictus Rex Angliæ nemini adjudicet dictum Regnum Scotiæ, in præjudicium ipsius Regis Norwegiæ & gravamen; pro eo quod ipsum Regnum Scotiæ, per mortem Dominæ Margaretæ, claræ memoriæ, quondam Dominæ & Reginæ ipsius Regni Scotiæ, filiæ dicti Regis Norwegiæ, ad ipsum jure hæreditario est legitime devolutum.

Auditâ quoque petitione prædictâ, dictus Dominus Rex præcepit auditoribus supradictis, ut locum priorem adirent, & tam ad petitionem prædicti Erici Regis Norwegiæ, quàm ad petitiones, rationes & responsiones omnium aliorum petentium audiendas procederent, sicut primitùs & referrent; injungens petentibus ut se, loco prædicto, coram ipsis auditoribus repræsentent, petitiones suas prædictas prosecuturi, prout sibi viderit expedire.

* II.581. * Recitatis autem & lectis petitionibus omnium & singulorum petentium, ad requisitionem ipsorum, & rationibus ac responsionibus, & allegationibus eorumdem, cum summâ diligentiâ & sollempni auditis, examinatis, & pleniùs intellectis; quia difficultates variæ repertæ fuerant in eisdem, ipsi Auditores omnia & singula reportabant ad Regem, & ea, quæ acta erant coram eis, sibi plene & fideliter referebant.

Qui cum Consilio suo, Episcopis, Prælatis, Comitibus, Baronibus, Proceribus & Magnatibus utriusque Regni, & auditoribus etiam antedictis, petitiones, rationes, responsiones, & allegationes omnium prædictorum petentium examinavit per ordinem.

Quo facto idem Dominus Rex, considerans & attendens quod ex isto modo procedendi, ratione difficultatum, in processu hujusmodi inventarum, magna dilatio proveniret, non sine incommodo & gravi periculo Regni Scotiæ supradicti: Et cupiens, ob hoc, eundem abbreviare processum, ad maturationem & expedi-

Et ideo, de consilio omnium prædictorum, [illegible] de communi voluntate & assensu omnium Petentium, idem Dominus Rex diem statuit & præfixit in proximo Parleamento suo, scilicet, in Crastino Translationis Sancti Edwardi, Regis & Confessoris, videlicet 16. die post Festum Sancti Michaelis, loco quo prius, ad procedendum prout justum fuerit in negotio prænotato:

Et dictus Dominus Rex plures, & Majores, & discretiores de Regno suo, ad diem illum & terminum, ad habendum majus & sanius consilium, faciet interim convocari:

Et dictum est præsentibus utriusque Regni, ut medio tempore intra se deliberent, & profundius cogitent quid melius fieri expediat in præmissis.

Et idem dies datus est omnibus petentibus supradictis.

Et, ex habundanti, idem Dominus Rex interim, per sollempnes Nuncios de consilio suo, super facto illo, diversarum Regionum consulet sapientes, ut tunc eorum consilium deferatur eidem.

AD quæ terminum & Parleamentum, anno, scilicet, Domini & dicti Regis E. supradicto. Omnes Auditores prædicti, tam de Angliâ, quàm de Scotiâ, & etiam multi alii Episcopi * Prælati, Comites, Barones, Proceres, Magnates & Nobiles de Regno Angliæ, per ipsum Dominum Regem specialiter convocati, pro negotio supradicto, venerunt apud Berewyk super Tweedam, coram eodem Domino Rege, & similiter omnes petentes prædicti. *Ann. D. 1292. Conventio 13. 14. Oct.* * II.582.

Qui quidem Episcopi, Prælati, Comites, Barones, Proceres, Magnates & Nobiles, ac Auditores de utroque Regno, ab ipso Domino Rege diligentiùs requisiti, per quas leges & consuetudines sit ad judicium procedendum? Et etiam, an in casu, in quo non inveniuntur certæ Leges & Consuetudines, aut diversæ in Regnis Angliæ & Scotiæ, qualiter sit judicandum? Et an de dicto Regno Scotiæ sit aliter judicandum, quàm de Comitatibus, Baroniis, & aliis tenuris? *M. 11.*

Ad hæc omnes & singuli concorditer responderunt; quod per Leges & Consuetudines Regnorum, quibus præest, si certæ reperiantur in hoc casu, judicare potest & debet:

Et, si certæ Leges & Consuetudines non inveniantur, in casu hujusmodi, quod dictus Dominus Rex, de consilio Procerum & Magnatum suorum, potest & debet condere novam Legem:

Et dicunt quod de prædicto Regno est judicandum, quoad jus succedendi, sicut de Comitatibus, Baroniis, & aliis tenuris impartibilibus.

Postea præfatus Dominus Rex, auditis & intellectis responsionibus totius Consilii sui prædicti, quæsivit à prædictis Roberto & Johanne, si vellent aliud dicere? Qui dixerunt quod sic:

Et ideò idem Dominus Rex præcepit & injunxit Auditoribus memoratis, quod locum priorem adirent: Et, convocatis coram eis prædictis Roberto & Johanne, eos, si dicere plus vellent, audirent; & jura, & rationes, ac responsiones eorum examinarent cum summâ diligentiâ & referrent.

Coram quibus prædicti Robertus & Johannes, præsentibus aliis petentibus, constituti: Idem Robertus de Brus ad ea, quæ in suâ petitione præscriptâ continebantur, adjecit, quod quæstio, super Jure Regnandi, habet terminari & judicari per jus naturale (per quod Reges regnant) & non per legem & consuetudinem, inter subditos usitatam: per quod quidem jus proximior in sanguine collaterali melius jus habet regnandi.

Dicit

Et super hoc venit Johannes de Balliolo, qui similiter petit Regnum Scotiæ, prout patet in petitione suâ præscriptâ, & dicit quod prædicto Roberto de Brus non potest, nec debet de Jure prædictum Regnum Scotiæ adjudicari: Quia, dicit, quod ubi prædictus Robertus de Brus in petitione suâ petit Regnum Scotiæ, cum pertinentiis suis, ut rectior & proximior Hæres ipsius Regni, pro eo quod Willielmus, quondam, Rex Scotiæ, Antecessor suus, frater David Comitis Huntyndoniæ, fuit seisitus in Dominico suo, ut de feodo & jure, de prædicto Regno Scotiæ, tempore pacis, & tempore Regis H. proavi Domini Regis, qui nunc est:

Et de ipso Willielmo descendit jus dicti Regni cuidam Alexandro, ut filio & Hæredi, qui regnavit & obiit inde seisitus:

Et de ipso Alexandro descendit jus ejusdem Regni cuidam Alexandro, ut filio & hæredi, qui similiter regnavit & obiit inde seisitus:

Qui quidem Alexander habuit duos filios, qui obierunt sine hærede de se, Patre eorum vivente, & unam filiam, Margaretam, nomine, posteà Reginam Norwegiæ, quæ similiter obiit vivente patre:

De quâ quidem Margaretâ exivit quædam Margareta: cui dictus Rex Alexander, Avus ipsius Margaretæ, fecit homines de Regno suo jurare, ut ipsam tenerent pro Dominâ dicti Regni, & hoc fecit per scriptum affirmari:

Quæ quidem Margareta obiit sine hærede de se;

Per quod jus prædicti Regni debuisset resortiri cuidam David, Fratri prædicti Willielmi, si statum regnandi expectâsset:

Et idem David habuit tres Filios, qui obierunt sine Hærede de se; & quatuor filias, Matildem, quæ obiit sine Hærede de se, Margaretam, Ysabellam & Adam:

De quâ Ysabellâ exivit Robertus de Brus, qui nunc petit, & dicit quod ad ipsum debet, resortiri prædictum Regnum Scotiæ, sine medio, ut ad proximiorem in gradu de sanguine Regis Alexandri, qui ultimo obiit, & similiter dictæ Margaretæ in linea collaterali:

Et quod præterea quidam Alexander, Pater prædicti Regis Alexandri, qui ultimo obiit, recognovit coram Baronibus suis ipsum pro proximiore hærede, si ipsum decedere contingeret sine hærede de corpore suo:

Et illud idem Alexander, Rex Scotiæ, qui ultimo obiit, recongnovit, si absque Hærede de corpore suo obiret, sciente Dervegulda, Matre prædicti Johannis de Balliolo, & non contradicente.

Idem Robertus in petitione sua fecit omissionem, in eo quod dicit, quod jus Regni prædicti debuisset resortiri David, fratri Regis Willielmi per mortem prædictæ Margaretæ de Norwegiâ, & nullam fecit mentionem de Margareta, Margeria & Ysabella, filiabus prædicti Willielmi fratris prædicti David; deficut nullum jus potuit, nec debuit resortiri ad prædictum David, fratrem prædicti Willielmi, nisi per medium prædictarum filiarum ipsius Willielmi.

Et quoad hoc, quod idem Robertus dicit quod jus prædicti Regni debet ad ipsum resortiri, sine medio;

Idem Johannes dicit, ut prius, quod nullum jus potest descendere vel resortiri alicui, nisi per medium rectæ lineæ, descendentis vel ascendentis, secundum leges & consuetudines utriusque Regni; per quod dicit quod, omissis aliquo, seu aliquibus de sic per recongnitionem prædicti Alexandri, siqua facta fuit, nichil juris sibi fuit acquisitum.

Item quoad hoc, quod prædictus Robertus dicit, quod quæstio super jure regnandi habet terminari & judicari per jus naturale (per quod Reges regnant) & non per leges & consuetudines, inter subditos usitatas:

Idem Johannes dicit quod, per easdem leges & consuetudines, debet Dominus Rex Angliæ, superior Dominus Regni Scotiæ, congnoscere & judicare de dicto Regno Scotiæ inter petentes, per quas idem Rex Angliæ de terris & tenementis, ad coronam suam spectantibus, super antecessores suos infra Regnum suum occupatis, congnoscit & judicat, & antecessores sui congnoscere & judicare solebant; & hoc est per communem legem & consuetudinem Regni sui, & non per aliquas leges alias, & consuetudines qualescumque.

Et quoad hoc, quod idem Robertus dicit, quod lex & constitutio, quæ sunt inter tenentes & subjectos, superiorem ligare non possunt, & præcipue Regem suum:

Prædictus Johannes dicit, quod prædictus Robertus non est in eo casu, in quo judicari debet per subjectum, set per superiorem, scilicet, per Dominum suum Regem Angliæ, superiorem Dominum dicti Regni Scotiæ: de cujus progenitoribus, à tempore cujus non extat memoria, dictum Regnum Scotiæ per homagium tenebatur, & de ipso teneri debet, & ipsi petentes sint in Curiâ ipsius Regis & Domini sui, ad recipiendum jus ab eo, sicut subditi de tenementis, quæ ab ipsa tenentur:

Unde dicit quod, ex quo sunt subjecti dicto Domino suo Regi, & Coronæ Regni Angliæ, quolibet jure requiritur ut ipsi, tamquam subditi, & petentes jus ad Regnum, quod de eo tenetur, per leges & consuetudines Regni sui debeant judicari:

Et dicit quod, per easdem leges & consuetudines, primogenita habet prærogativam in succedendo, tam in hæreditatibus impartibilibus, quam partibilibus.

Item quoad hoc, quod prædictus Robertus dicit, quod consuetudo succedendi in dicto Regno Scotiæ plene facit pro eo, in hoc, quod dicit, quod Frater Regis præcedentis præfertur illius filio in successione Regni, ratione proximitatis in gradu, & ad hoc quædam produxit exempla:

Idem Johannes dicit quod per hoc, quod prædictus Robertus intendit ostendere per exempla prædicta, quod frater postnatus regnavit post fratrem antenatum, ipsius filium repellendo, & hoc ratione proximitatis in gradu succedendi:

In hoc probat quod remotior in gradu succedendi præfertur proximiori; quia filius proximior est patri in gradu hujusmodi succedendi, quàm frater patris, secundum leges & consuetudines utriusque Regni.

Et quoad exemplum, quod idem Robertus dicit, quod frater Malcolmi, quondam Regis Scotiæ, regnavit immediate post ipsum Malcolmum, ejusdem filium repellendo;

Idem Johannes recongnoscit quod frater prædicti Malcolmi, per aliquod tempus, modo prædicto regnavit; set dicit quod filius prædicti Malcolmi, sic repulsus, adivit Dominum suum Willielmum, Regem Angliæ, & superiorem Dominum prædicti Regni Scotiæ, conquerendo de injuriâ, per fratrem patris sui sibi factâ: Ad cujus querelam, idem * Dominus Rex Angliæ fratrem prædicti Malcolmi à prædicto Regno ejecit, & filium ejusdem Malcolmi Regem ejusdem Regni Scotiæ constituit, qui postmodum toto tempore suo regnavit. * II. 585.

hæredi:

Et de prædicto Alexandro cuidam Alexandro, ut filio & hæredi, qui ultimo obiit Rex Scotiæ:

Et prædictus Robertus non dedicit, nec dedicere potest, quin de prædicto Alexandro descendit jus cuidam Alexandro, ut filio & hæredi, qui obiit sine hærede de se:

Et de ipso Alexandro cuidam David, ut fratri & hæredi:

Et de ipso David, quia obiit sine hærede de se, cuidam Margaretæ, ut sorori & hæredi:

Et de ipsa Margareta cuidam Margaretæ, ut filiæ & hæredi:

Et de ipsa Margareta, quia obiit sine hærede de se, resortiebatur jus, & debuit resortiri quibusdam Margaretæ, Margeriæ, & Ysabellæ, ut consanguineis, & uni hæredi, si dictum Regnum esset partibile,

Et quia non est partibile, remansit jus, & remanere debuit prædictæ Margaretæ, ut antenatæ:

Et de ipsa descendit cuidam Magotæ, ut filiæ & hæredi:

Et de ipsâ Magotâ, quia obiit sine hærede de se, resortiebatur jus, & debuit resortiri prædictis Margeriæ & Ysabellæ, ut amitis, & uni hæredi, si Regnum esset partibile:

Et, quia non est partibile, remansit jus, & remanere debuit prædictæ Margeriæ, ut antenatæ & hæredi:

Et de ipsâ Margeriâ, quia obiit sine hærede de se, descendit jus, & descendere debuit prædictæ Ysabellæ, ut sorori & hæredi:

Et de ipsâ Ysabellâ, quia obiit sine hærede de se, resortiebatur jus, & debuit resortiri cuidam David, ut avunculo & hæredi, fratri prædicti Willielmi Regis Scotiæ, patris prædictæ Ysabellæ:

Et de ipso David descendit jus, & descendere debuit cuidam Henrico, ut filio & hæredi:

Et de ipso Henrico, quia obiit sine hærede de se, descendit jus, & descendere debuit cuidam David, ut fratri & hæredi:

Et de ipso David, quia obiit sine hærede de se, cuidam Johanni, ut fratri & hæredi:

Et de ipso Johanne, quia obiit sine hærede de se, quibusdam
* II.586. Margaretæ, Ysabellæ, Matildi, & Adæ, ut * sororibus, & uni hæredi, si regnum esset partibile:

Et, quia non est partibile, remansit jus & remanere debuit prædictæ Margaretæ, ut antenatæ sorori ipsius Johannis & hæredi:

Et de ipsa Margareta descendit jus, & descendere debuit cuidam Thomæ, ut filio & hæredi:

Et de ipso Thomâ, qui obiit sine hærede de se, descendit jus, & descendere debuit quibusdam Christianæ & Derveguldæ, ut sororibus, & uni hæredi, si Regnum esset partibile:

Et, quia Regnum non est partibile, remansit jus, & remanere debuit prædictæ Christianæ, antenatæ sorori ipsius Thomæ, ut sorori & hæredi:

Et, de ipsâ Chrystianâ, quia obiit sine hærede de se, descendit jus, & descendere debuit prædictæ Derveguldæ, ut sorori & hæredi:

Et de ipsâ Derveguldâ descendit jus, & descendere debuit cuidam Hugoni, ut filio & hæredi:

Et de ipso Hugone, quia obiit sine hærede de se, cuidam Alano, ut fratri & hæredi:

Et de ipso Alano, quia obiit sine hærede de se, cuidam Alexandro, ut fratri & hæredi:

Et de ipso Alexandro, quia obiit sine hærede de se, descendit jus, & descendere debuit isti Johanni ut fratri & hæredi, qui nunc petit Regnum Scotiæ, ut jus suum.

Cumque per descensus prædictos liqueat evidenter, quod præ-

tâ, in quâlibet hæreditariâ successione.

Quo audito, præfatus Dominus Rex totum negotium antedictum fecit iteratò examinari exactissimè coram illis; & dedit diem prædictis Roberto & Johanni, ad audiendum judicium suum, videlicet, diem Jovis, proximam post Festum omnium Sanctorum.

AD quem diem venerunt præfati, Robertus & Johannes: Et similiter omnes alii petentes: Et, habitâ per ipsum Dominum Regem consideratione ad leges & consuetudines utriusque Regni prædictas: Nec non & ad formam & modum petitionis prædicti Roberti: Ac etiam ad recognitiones factas ab eo: Ac insuper ad rationes & responsiones, hinc inde propositas; evidenter apparebat quòd prædictus Robertus non habet jus in petitione suâ, * secundum formam & modum petitionis ejusdem. Ann. D. 1292. Conventio decima quarta. 6. Nov. * II.587.

Et ideo, de Consilio eorundem Episcoporum, Prælatorum, Comitum, Baronum, Procerum, & Magnatum, ac Auditorum prædictorum, & totius Consilii sui, utriusque Regni, consideratum est, quod prædictus Robertus nichil capiat per petitionem suam prædictam.

Et, quia super petitione prædicti Johannis de Balliolo, dictus Dominus Rex non potest ad judicium procedere, quousque alii petentes in suis petitionibus audiantur; dictum est, tam prædicto Johanni, quàm omnibus aliis petentibus, ut, de die in diem, coram Auditoribus supradictis, petitiones suas prosequantur, si sibi viderint expedire.

Et dictus Dominus Rex præcepit eisdem Auditoribus, ut locum priorem adirent & eos audirent.

Coram quibus venerunt alii petentes prædicti; &, ad affirmandas petitiones suas prædictas, plures rationes proposuerunt.

Inter quos petentes venit prædictus Robertus de Brus, in propriâ personâ, & protestabatur quod intendit habere jus & actionem ad petendum totum Regnum Scotiæ, vel partem ejusdem, per aliam formam & modum quàm priùs petebat.

Et petit quod ad hoc admittatur; & ad prædicta petenda & prosequenda posuit, loco suo, Galfridum de Caldecote, Egidium de Gamesches, & Johannem de Bry:

Qui loco ipsius admittuntur; ideo cum voluerint prosequantur.

Posteà venit Johannes de Hastynges ad prosequendam petitionem suam, & petit propartem suam de prædicto Regno Scotiæ, tamquam de hæreditate partibili: Quia dicit quod jus prædictæ hæreditatis Regni Scotiæ, quod descendebat Margaretæ, Ysabellæ, & Adæ, filiabus David, Comitis Huntyndoniæ, ut uni hæredi, descendit & descendere debuit Johanni de Balliolo, Roberto de Brus, & eidem Johanni de Hastynges, Hæredibus prædictarum, Margaretæ, Ysabellæ, & Adæ: Et sic, pro integro Jure, quod inde habent, in quo omnes sunt pares, prædicta hæreditas est partibilis inter ipsos, per quod propartem suam inde petit.

Et, quod prædicta hæreditas sit partibilis, nititur ostendere per rationes subscriptas:

Tum quia omnes terræ, & tenementa, feoda, libertates, dominia, & honores, quæ de Coronâ Regni Angliæ tenentur in Capite, sunt partibilia:

Tum quia homagium & servitium, quæ inde debentur Regi & Coronæ Regni Angliæ, ostendunt prædictum Regnum esse sub lege communi, & sic partibile:

Et præterea Johannes de Balliolo, qui est de exitu unius Sororum, petit in petitione, quam facit de Regno prædicto habendo, justitiam sibi fieri secundum leges & consuetudines utriusque Regni;

[illegible] in Parleamento prædicto, ad audienda Judicia sua, super suis petitionibus suprascriptis; ut interim omnes processus, cum suis rationibus, allegationibus, & circumstantiis universis, cum suo Consilio examinare valeat diligenter.

Ann. D. 1292. *Conventio ultima. 17. Novemb.* AD quem diem lunæ, scilicet, 17. Mensis Novembris, Anno prædicti Domini Regis Edwardi vicesimo, apud Berewyk super Twedam, in Aula Castri ejusdem Villæ, in pleno Parleamento, coram eodem Domino Rege Angliæ illustri, superiore Domino Regni Scotiæ,

In præsentiâ Venerabilium Patrum,

Johannis Archiepiscopi Dublinensis,
Johannis Wintoniensis,
Antonii Dunelmensis,
Willelmi Elyensis,
Johannis Carleolensis,
Willielmi Sancti Andreæ,
Roberti Glasguensis,
Mathei Dunkeldensis,
R. Roffensis, &
Marci Sodorensis, *Dei gratia*, *Episcoporum:*

Ac Nobilium Virorum,

Henrici de Lascy Comitis Lyncolniæ,
Humfridi de Bohun Comitis Herefordiæ,
M. 24. *Johannis Comitis de Boughan*,
Gilberti Comitis de Anegus,
Malisii Comitis de Stratherne;

Et nonnullorum aliorum Prælatorum, Comitum, Baronum, Procerum, & Magnatum, utriusque Regni, Angliæ & Scotiæ:

Præsentibus similiter viginti quatuor nominatis de Anglia: Et etiam quater viginti de Scotia electis & nominatis; ac Nobilium & popularium dictorum Regnorum multitudine copiosâ:

Vocatis prædictis petentibus, qui jus ad prædictum Regnum Scotiæ vendicabant: &, publice ac sollempniter proclamatis,

Venerunt,

Ericus Rex Norwegiæ,
Florentius Comes Hollandiæ, &
Willelmus de Vescy, per Attornatos suos:
Patricius Comes de Marchia,
Willielmus de Ros,
Robertus de Pynkeny,
Nicolaus de Soules, &
Patricius Galythly, personaliter:

Qui omnes retraxerunt se.

Ideo dictum est, pro Judicio, cuilibet eorum, per dictum Dominum Regem, quod nichil capiant per petitionem suam.

Et quia,

Johannes Comyn, &
Rogerus de Mandeville,

Non sunt prosecuti Petitiones suas, ideo dictum est, per prædictum Dominum Regem, &c.

Qui petit totum Regnum prædictum, ut jus suum, prædictus Dominus Rex, auditâ Petitione suâ, cum juribus & rationibus, quæ pro se proposuit, ac allegationibus, rationibus, & responsionibus, per alios petentes factis & propositis contra eum; ipsum totum negotium, per suum utriusque Regni Consilium, per plures dies examinari fecit, cum summâ diligentiâ ac studioso labore:

Et, quia manifestum est quod prædictum Regnum Scotiæ est inpartibile, propter quod uni tantum debet remanere; & hoc idem satis est recongnitum per petentes, & per totum prædictum utriusque Regni consilium compertum unanimiter & inventum:

Et etiam quia idem Rex, secundum leges & consuetudines Regnorum, quibus præest, de jure subditorum habet judicare, quod quidem ab omnibus prædictorum Regnorum est incolis approbatum atque receptum:

Et, per easdem leges & consuetudines utriusque Regni, in casum præsentem concordantes, remotior in gradu, in primâ lineâ descendente, præferendus est proximiori in gradu, in secundâ lineâ, in successione hæreditariâ inpartibili:

Et etiam quia ordo successionis, contentus in petitione prædicti *Johannis de Balliolo*, non est ab aliquo petentium dedictus in aliquo; per quod præ omnibus aliis petentibus constat eum esse rectiorem Hæredem:

Ideo, ob prædictas rationes, & quamplures alias in processibus, inde habitis, propositas,

CONSIDERATUM EST quod prædictus

Johannes de Balliolo,

Recuperet, & habeat seisinam prædicti Regni Scotiæ, cum omnibus pertinentiis, infra idem Regnum existentibus: Et quæ ad manus præfati Domini Regis Angliæ, superioris Domini prædicti Regni Scotiæ, ratione superioritatis seu Dominii, devenerunt; salvo jure ejusdem Domini Regis Angliæ, & Hæredum suorum cum voluerint inde loqui.

Et dictum est eidem Johanni quòd dictum Regnum Scotiæ, & Populum ejusdem, sic justè gubernet & regat, quod nullus, pro defectu juris, de ipso occasionem habeat conquerendi; per quod dictus Rex Angliæ, ut superior Dominus dicti Regni Scotiæ, manum directionis apponere debeat, in futurum.

Postmodum autem præfatus Dominus Rex assignavit diem prædicto Johanni de Balliolo, videlicet, diem Jovis proximam sequentem, scilicet in Festo beati Eadmundi Regis & Martiris, ubicumque tunc fuerit, ad faciendum sibi fidelitatem pro Regno Scotiæ supradicto.

Assingnavit etiam diem eidem, ad faciendum sibi homagium suum, de * prædicto Regno Scotiæ, videlicet, diem Nativitatis Domini, ubicumque tunc fuerit in Regno suo. * II. 590.

Et dictum fuit ei quòd prosequatur Brevia de seisinâ suâ habendâ de Regno Scotiæ memorato.

De

fentium, debebantur, seu deberi poterunt quoquo modo.

Teste meipso apud Berewyk super Twedam, decimo nono die Novembris, anno Regni nostri vicesimo.

Pro Seisina Castrorum.

Ann. D. 1292. An. 21. E. 1. EDwardus, Dei gratiâ, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, Dux Aquitanniæ, & superior Dominus Regni Scotiæ, dilecto & fideli suo, Petro Burdet, Constabulario Castri de Berewyk, salutem.

Cum Johannes de Balliolo, nuper in Parleamento nostro apud Berewyk super Twedam, venisset coram nobis, & petivisset prædictum Regnum Scotiæ, sibi per nos adjudicari, & seisinam ipsius Regni sibi, ut proximiori hæredi Margaretæ, filiæ Regis Norwegiæ, Dominæ Scotiæ, jure successionis liberari:

Ac nos, auditis & intellectis petitionibus & rationibus, tam prædicti Johannis de Balliolo, quàm aliorum petentium prædictum Regnum; & eisdem petitionibus & rationibus diligenter examinatis, invenerimus præfatum Johannem de Balliolo esse propinquiorem hæredem prædictæ Margaretæ quoad prædictum Regnum Scotiæ obtinendum:

Propter quod idem Regnum Scotiæ & seisinam ejusdem (salvo jure nostro & hæredum nostrorum, cum voluerimus inde loqui) prædicto Johanni reddidimus:

Vobis mandamus quod seisinam prædicti Castri de Berewyk, cum omnibus pertinentiis suis, unà cum omnibus aliis rebus, vobis per Cyrographum traditis, & secundum quod in prædicti Castri vobis commissâ Custodiâ res hujusmodi recepistis, sine dilatione, præfato Johanni de Balliolo, vel Attornatis suis, * has litteras deferentibus, deliberari faciatis. * II.591.

Teste meipso apud Berewyk super Twedam, decimo nono die Novembris, anno Regni nostri vicesimo.

In eodem modo directæ fuerunt litteræ universis Custodibus Castrorum Dominicorum Regis Scotiæ; quorum seisinam dictus Dominus Rex Angliæ, ut superior Dominus Regni Scotiæ, habebat, & tenuit, & Custodes posuerat in eisdem.

Sigillum, deputatum Regimini Scotiæ, confractum.

Ann. D. 1292. An. 21. E. 1. DIE Mercurii, in vigiliâ beati Eadmundi Regis & Martiris, scilicet decimo nono die Novembris, in aula prædicti Castri de Berewyk super Twedam.

Præsentibus,

Prædicto Domino Johanne de Balliolo, Rege Scottorum illustri: & Venerabilibus Patribus, Johanne Archiepiscopo Dublinensi,
Johanne Wintoniensi,
Antonio Dunelmensi,
Willielmo Elyensi,
Johanne Carleolensi,
Willielmo Sancti Andreæ, &
Roberto Glasguensi Episcopis,

Et multis aliis Episcopis & Prælatis Regnorum Angliæ & Scotiæ, Fecit & juravit fidelitatem præfato Domino Regi Angliæ præsentialiter, verba dicens, sermone Gallico, hunc habentia litteraliter intellectum:

Ego Johannes de Balliolo, Rex Scottorum, fidus & fidelis ero vobis Domino Edwardo, Dei gratiâ, Regi Angliæ, & superiori Domino Regni Scotiæ: & vobis fidelitatem facio de eodem Regno Scotiæ, quod de vobis teneo, & clamo tenere: & fidem & fidelitatem vobis portabo de vita, & membro, & terreno honore, contra omnes homines: & fideliter recongnoscam, & vobis faciam servitia, vobis debita de Regno Scotiæ antedicto; sic me Deus adjuvet & hæc sancta Ewangelia.

* *Postmodum, eodem die, confecta fuerunt quædam Literæ, super fidelitate prædicta, prædicto Domino Regi Angliæ, per dictum Regem Scotiæ, præstita, sub hac forma.* * II.592.

OMnibus Christi fidelibus, præsens scriptum visuris vel audituris, Johannes, Dei gratiâ, Rex Scottorum salutem.

Noverit Universitas vestra me fecisse & juràsse Domino meo ligio, Domino Edwardo, Dei gratiâ, Regi Angliæ illustri, & superiori Domino Regni Scotiæ, apud Norham. die Jovis, in Festo Sancti Eadmundi Regis & Martiris, anno Incarnationis Dominicæ millesimo ducentesimo nonagesimo secundo, & Regni ipsius Domini nostri Edwardi vicesimo finiente, & vicesimo primo incipiente,

In præsentiâ venerabilium Patrum,

Willielmi Sancti Andreæ, &	*Alexandri de Ergadia,*
Roberti Glasguensis Episcoporum:	*Alexandri de Balliolo Domini de Caverez,*
Johannis Comitis de Boughan,	*Patricii de Graham, &*
Willielmi Comitis de Ros,	*Wilhelmi de Seint Cler,*
Patricii Comitis de Marchia,	In hunc modum;
Walteri Comitis de Meneteth,	
Jacobi Senescalli Scotiæ,	

Istud auditis, Domine mi Edwarde, Dei gratiâ, Rex Angliæ, superior Dominus Regni Scotiæ, quod ego Johannes de Balliolo, Rex Scottorum, vobis facio fidelitatem de Regno Scotiæ, quod teneo, & clamo tenere de vobis: quod ero vobis fidus & fidelis, & fidem & fidelitatem vobis portabo de vitâ, & membro, & terreno honore, contra omnes homines: & fideliter recongnoscam, ac fideliter faciam servitia, vobis debita, de Regno Scotiæ antedicto; sic Deus me adjuvet & hæc Sancta Ewangelia.

In cujus rei testimonium sigillum, quo usus sum hactenus, quia adhuc aliud factum, sub titulo & nomine regio, non habebam, præsentibus est appensum:

Et similiter, in testimonium fidelitatis prædictæ, Episcopi, Comites, Barones, & alii supranominati Nobiles, præsens scriptum sigillorum suorum munimine roborârunt.

Dat. apud Norham die & anno prædictis.

Sequitur.

... du Reaume de Escoce, qe ie Johan de Baillol, Rey de Escoce, vous fas feaute, du Reaume de Escoce, lequel je tiens e cleim tenir de vous, qe ie vous ferrai feal e leal, e fey e leaute vous porterai de vie, e de membre, e de terrein honeur, contre totes gens qe porunt vivere e morir:

E leaument conoistrai, e leaument vous frai les services, a vous deus, du Reaume de Escoce avantdit; enfi me eide Deus e ces Seintes Ewangiles.

En tesmoigne de ceste chose, ie ai mis a cest escryt mon seal, du quel ie ai use jusques en ca, por ce qe ie n'avoi encore autre seal fait, desouz title e noun de Rey.

Ensemblemen, en tesmoignance de la Feaute avantdite, les Evesqes, Contes, e Barons, e autres Nobles, desuz nomes, ont mys lor Sealz a cest present escryt.

Don. a Norham le jour, e le An avantditz.

De Homagio facto per Johannem Regem Scotiæ, Domino Regi Angliæ.

Ann. D. 1292. An. 21. E. 1. ANno à Nativitate Domini millesimo ducentesimo nonagesimo secundo (secundum quod observat Ecclesia Anglicana) indictione sextâ, & Regni prædicti Domini Edwardi Regis Angliæ illustris vicesimo primo, apud Novum Castellum super Tynam, in aula Palatii ipsius Domini Regis, infra Castrum, in crastino Nativitatis Domini, scilicet, in Festo beati Stephani Prothomartiris;

In præsentiâ mei, *Notarii infrascripti:* & *Venerabilium Patrum, Johannis Archiepiscopi Dublinensis:* & *Johannis Episcopi Carleolensis:* & *Nobilium Virorum, Henrici de Lascy Comitis Lyncolniæ, Johan. de Warenna Comitis Surreyæ, Johannis de Sancto Johanne, Roberti de Typetot, Briani Filii Alani, Nicolai de Segrave, Gilberti de Thorntone, Rogeri le Brebanzon, Roberti Malet, Roberti de Hertfordia, Johannis de Langetone Angliæ Cancellarii, Hugonis de Cressyngeham, Johannis Wougham: Magistrorum, Johannis Lovel, Walteri de Langetone, Johannis de Drokeneford, Gilberti de Robery,*

Et nonnullorum aliorum Prælatorum, Comitum, Baronum, Procerum, Magnatum, & Nobilium utriusque Regni, Angliæ & Scotiæ existentium tunc ibidem:

Præfatus Dominus Johannes, Dei gratiâ, Rex Scottorum, fecit homagium memorato Domino Edwardo, Regi Angliæ illustri, ut superiori & directo Domino Regni Scotiæ præsentialiter, verba proferens ore proprio, Sermone Gallico, hunc habentia litteraliter intellectum,

Domine mi, Domine Edwarde, Rex Angliæ, superior Dominus Regni Scotiæ, ego Johannes de Balliolo, Rex Scotiæ, devenio vester homo ligius de toto Regno Scotiæ, cum pertinentiis, & omni eo quod appendet:

Quod quidem Regnum teneo, & debeo de jure, ac clamo,

& Roberti Sancti Andreæ, & Glangurensis Episcoporum: Johannis Abbatis de Gedeworthe, Johannis Comitis de Boughan, Patricii Comitis de Marchia, Gilberti de Umfranville Comitis de Anegux, J. Comitis de Atheylles, Johannis Comyn, Alexandri de Balliolo, Thomæ Randulf, Galfridi de Montbray, Patricii de Graham, Ricardi Syward, Ingelrami de Umfranville, Andreæ de Moravia, Thomæ Randulf, Filii David de Torthorald, Mychaelis de Wymes, Ricardi Fraser, Andreæ Fraser, Alexandri de Bonekyl, & Johannis de Strivelyn, de Regno nostro Scotiæ, In verbis subscriptis,

Domine mi, Domine Edwarde, Rex Angliæ, superior Dominus Regni Scotiæ, ego Johannis de Balliolo, Rex Scotiæ, devenio vester homo ligius de toto Regno Scotiæ, cum pertinentiis, & omni eo quod appendet: quod quidem Regnum teneo, & debeo de jure, ac clamo, pro me, & hæredibus meis, Regibus Scotiæ, tenere hæreditarie de vobis & hæredibus vestris, Regibus Angliæ: Et fidem & fidelitatem portabo vobis, & hæredibus vestris, Regibus Angliæ, de vitâ & membro, & terreno honore, contra omnes homines qui possunt vivere atque mori:

In cujus rei testimonium sigillum meum feci apponi huic scripto. Similiter, in testimonium Homagii antedicti Archiepiscopus, Episcopi, Comites, Barones, Clerici, & alii Nobiles de Angliâ, ad rogatum meum, unà cum Episcopis, Abbatibus, Comitibus, Baronibus, & aliis Nobilibus de Scotiâ, supranominatis, eidem scripto sigilla sua fecerunt apponi.

Dat. apud Novum Castellum super Tynam in Angliâ, die & anno prædictis.

---

* *Sequitur Gallicum, sub eisdem verbis, per quæ prædictum Homagium factum fuit præfato Regi Angliæ, per prædictum Regem Scotiæ præsentialiter, in hunc modum.* * II. 595.

MON Seigneur, Mon Sire Edward, Rey d'Engleterre, Sovereinen Seigneur du Reaume de Escoce, ie Johan de Baillol, Rey de Escoce, devien vostre homme lige de tot le Reaume de Escoce ove les Apportenances, e a qant qe il y apent: le quel je tieng, e dei de dreit, e cleim, por moi, e mes heyrs, Reys de Escoce, tenir heritablement de vous, e de voz heyrs, Reys d'Engleterre: E fey è leaute porterai a vous, e a voz heyrs, Reys d'Engleterre, de vie e de Membre, e de terrein honeur, contre tote gent qe porunt vivere e morir.

Tenor autem Literæ confectæ de Homagio supradicto sermone Gallico sequitur sub hac forma.

A Tous ceaus, qui cest Escryt verront ou orront, Johan de Baillol, par la grace de Deu, Rey de Escoce, saluz en Deu. Sache vostre universite moi avoir fet Homage au tresnoble Prince, mon Seigneur lige, mon Sire Edward, par meisme la grace,

Rey

Escoce, devien vostre homme lige, de tot le Reaume de Escoce, ove les apurtenances, e a qant qe il y apent le quel ie tient, e
• II.596. dei de dreit, e cleim por moi, e mes heyrs, Reys de Escoce, * tenir heritablement de vous, e de voz heyrs, Reys d'Engleterre: E fey, e leaute portera a vous, e a voz heyrs, Reys d'Engleterre, de vie, e de membre, e de terrien honour, contre totes gens qe porunt vivere e morir.

En Tesmoigne de ceste chose, je ai fet mettre mon seal a cest escryt.

En semblement, en tesmoignance del homage avantdit, le Ercevesque, Evesques, Contes, Barones, Clers, e autres Nobles d'Engleterre, a ma priere,

Ove les Evesqes, Abbe, Contes, Barons, e autres Nobles de Escoce, desuz nomes, a meisme le Escryt ont fet mettre lor seaus.

Done a Noveau Chastel sor Tyne, en Englelierre, le Jour, e le an avantditz.

Sequitur quædam Petitio, facta coram Consilio præfati Domini Regis Angliæ, ex parte prædicti Regis Scotiæ, per quosdam ipsius Consiliarios, & ad hoc suos Nuncios speciales; & Responsio subsecuta ad eam, una cum quadam protestatione, interposita in hunc modum.

IN Nomine Domini, Amen.

Redeunte serenissimo Principe, Domino Edwardo, Dei gratiâ, Rege Angliæ illustri, superiore Domino Regni Scotiæ, de Regno eodem; & apud Novum Castellum super Tynam, in Regno suo Angliæ constituto, quamdam querelam de quibusdam Auditoribus, nuper per ipsum in dicto Regno Scotiæ deputatis, per quemdam Magistrum Rogerum Bartholomei, Burgensem de Berewyk, super Twedam, in Scotiâ, ad eum delatam, mandavit per Justitiarios suos audiri & sibi inde justitiam exhiberi.

Sanè cùm per Venerabilem Patrem,

Dominum W. Episcopum Sancti Andreæ, & Nobiles Viros,
Dominos Johan. Comitem de Boughan,
Patricium de Graham,
Thomam dictum Randolf,

Et quosdam alios Magnates & Proceres prædicti Regni Scotiæ, de consilio Magnifici Principis Domini J. Regis Scotiæ illustris, coram Venerabilibus Patribus,

Dominis Johanne Archiepisc. Dublinensi:
Antonio Dunelmensi:
Roberto Glasguensi, &
Johan. Carleolensi, Dei gratiâ, Episc.
Ac viris egregiis, Dominis Henrico de Lascy Comite Lyncolniæ,
Johanne de Sancto Johanne,
Roberto de Typetot.

Et pluribus aliis de Consilio Domini Regis Angliæ.

Ex parte dicti Regis Scotiæ petitum fuisset, ut idem Dominus Rex Angliæ servaret promissionem, quam fecerat de legibus & consuetudinibus prædicti Regni Scotiæ observandis, & quod querelæ seu placita, quæ super rebus quibuscumque, infra dictum

Postea, apud Novum Castellum prædictum, in Camera præfati Domini Regis Angliæ, ultimâ, scilicet, die Mensis Decembris, innovata fuit memorata protestatio per supradictum Rogerum le Brabanzon,

Præsentibus,

Angliæ & Scotiæ Regibus antedictis: Ac	*Gilberto de Anegus, Comitibus:*
Venerabilibus Patribus, Johanne	*Johanne de Sancto Johanne,*
Archiepiscopo Dublinensi,	*Roberto de Typetot,*
Antonio Dunelmensi,	*Nicolao de Segrave,*
Willielmo Sancti Andreæ, &	*Patricio de Graham,*
Roberto Glasguensi,	*Willielmo de Seint Cler,*
Dei gratia, Episcopis: Et	*Alexandro de Balliolo,*
Nobilibus Viris, Henrico Lyncolniæ,	*Galfrido de Montbray,*
Johanne Surryæ,	*Thoma Randulf,*
Johanne de Boughan,	*Gilberto de Thorntone,*
Patricio de Marchia,	*Roberto Malet,*
	Hugone de Cressyngeham,
	Johanne Woughan,

Et nonnullis aliis Prælatis, Comitibus, Baronibus, Magnatibus, Proceribus, existentibus tunc ibidem.

Et statim, postmodum, præsentibus eisdem omnibus, præfatus Dominus Rex Angliæ protestabatur, sermone Gallico, viva voce, scilicet, quod, non obstantibus promissionibus, concessionibus, confirmationibus seu ratificationibus (si quæ prius per eundem factæ fuerint) quibuscumque, litteris seu Instrumentis vallatis (per quæ quidem se artatum minime reputat aut ligatum) querelas & alia quævis negotia, prædictum Regnum Scotiæ qualitercumque tangentia, & quæ de eodem Regno fuerint, quæ legitime deferentur ad eum, intendit admittere & audire, ac inde conquerentibus exhibere justitiæ complementum, & superioritatem ac directum Dominium suum, quæ habet in ipso Regno Scotiæ, infra Regnum Angliæ, ubi & quando sibi placuerit, prout justum fuerit, exercere: Et etiam ipsum Regem Scotiæ propterea, si necesse fuerit, ad præsentiam suam, infra prædictum Regnum suum Angliæ, facere evocari.

Tenor autem cujusdam literæ præfati Regis Scotiæ, diversos Articulos continentis, prout patet inferius, Gallico Sermone confectæ, quæ quidem subsequenter in personam supradicti Domini Regis Angliæ emanavit, sequitur sub hac sententia literali.

OMnibus, præsentes litteras visuris vel audituris, Johannes de Balliolo, Dei gratiâ, Rex Scottorum, salutem in Domino.

Cum Dominus noster, Dominus Edwardus, Rex Angliæ, superior Dominus Regni Scotiæ, ratione superioritatis Dominii sui, tenuerit prædictum Regnum Scotiæ in manu suâ, quousque fecisset illis justitiam qui jus petierunt in Regnum prædictum: Ac aliquas Conventiones, Promissiones, & Obligationes fecisset Petentibus, & Custodibus, ac probis hominibus ejusdem Regni, tam de ipsius Regni & Castrorum restitutione faciendâ, quàm de rebus * aliis, de quibus fecerat scripta sua, certis pœnis appositis, • II.598.
sicut in scriptis continebatur eisdem:

Et

..., ..., divisiones, & quietantias subjectionis præfati Regni Scotiæ, & Inhabitantium idem Regnum, quibuscumque loco & tempore, de cætero, in nostrâ Custodiâ, vel alienâ repperiantur, cassa sint & irrita, & nullius firmitatis, nec aliquo tempore robur obtineant; set deinceps sint penitus annullata, & pro nullis etiam teneantur.

Et de omnibus illis concessionibus, promissionibus, affirmationibus, ratificationibus, & de omnibus aliis rebus, quocumque nomine censeantur, aut specificentur, in scripto vel scriptis, superiùs nominatis; prædictum Dominum nostrum Regem, & Hæredes suos, pro nobis, & Hæredibus nostris, & pro omnibus illis, qui post nos prædictum Regnum Scotiæ tenebunt, per præsentes litteras penitus quietamus.

In cujus Rei testimonium præsenti scripto Sigillum nostrum, unà cum Sigillis Venerabilium Patrum,

Willielmi Episcopi Sancti Andreæ, &
Roberti Episcopi Glasguensis,
Johannis Comitis de Boughan,
Patricii Comitis de Marchia,
Gilberti Comitis de Anegus,
Johannis Comyn,
Alexandri de Balliolo,
Galfridi de Montbray,
Patricii de Graham,
Willielmi de Seint Cler, &
Thomæ Randulf.
Fecimus apponi.

Dat. apud Novum Castellum super Tynam, in Anglia, secunda die Mensis Januarii: Anno Incarnationis Dominicæ, millesimo, ducentesimo, nonagesimo, secundo: Et Regni prædicti Domini nostri Regni Edwardi vicesimo primo; ac Regni nostri primo.

---

*II.599. ** Sequitur Gallicum suprascriptæ literæ, sub eodem tenore, sub quo facta fuerat & signata.*

A Tous ceaus qe cestes presentes lettres verront ou orront, Jahan de Baillol, par la grace de Dieu, Rey de Escoce, saluz en Deu.

Come nostre Seigneur, Sire Edward, Rey de Engleterre, Soverein Seigneur du Reaume de Escoce, par la Reson de sa Soveraine Seigneurie, eit tenu le avantdit Reaume de Escoce en sa main, tant que il eust fait dreit a ceaus qe dreit demandeient en le Reaume avantdit: e aucuns covenances, promesses, e obligations feist as demandans, e as Gardeins, e as proudes hommes du Reaume, aussi bien de la Restitucion fere du Reaume e des Chasteaus, come des autres choses, dont il aveit fet ses Escrite, e certeines peynes mises, sicome fu contenu en meismes les Escrytz:

E puis, en sa presence, par jugement de sa Court, nous eit le Reaume ajuge, e la seisine du Reaume e des Chasteus, oue totes autres choses, livere ausi pleinement e entierement, come il esteit tenus par ses covenances, obligations, e promesses.

Nous, por nous, e por tous noz heyrs, e por tous ceaus, en qi mains le Reaume deveigne en tens avenir, qi qe il onques seient, quitoms le avantdit nostre Seigneur le Roy d'Engleterre, e ses heyrs, a tous jors pardurablement, de totes maneres de covenances, e des promesses, e des obligacions, e peynes, par la Reson de covenances, promesses, e obligacions, a nous, ou a la bone

Willame Evesqe de Seint Andreu, *II.600.
Robert Evesqe de Glasgu,
Johan Conte de Boughan,
Patryk Conte de la Marche,
Gilbert Conte de Anegus,
Johan Conte de Atheilles,
** Johan Comyn,*
Alexandre de Baillol,
Geffrey de Montbray,
Patryk de Graham,
Willame de Seint Cler, e
Thomas Randulf,
avoms fet mettre.

Done a Noveau Chastel sor Tyne, en Engleterre, le secund jour de moys de Jenuer: le an del Incarnacion nostre Seignour, myllysme ducentysme nonantysme secund: e du Regne nostre Seigneur le Rey Edward avantdit, vyntysme premer, e du nostre premer.

Ego Johannes Erturi de Cadomo Apostolicæ sedis auctoritate Notarius publicus, præmissis, quæ acta fuerunt prout superius continetur, omnibus præsens interfui, &, ut adhibeatur eisdem, de cætero, plena fides, rogatus propriâ manu scripsi, & mei signi annotatione in hanc publicam formam redegi.

Hic finis est Magni Rotuli Scotiæ.

De ordinatione, facta per Regem, quantum Camerarius suus capiet, pro feodo, ratione homagii Regis Scotiæ.

MEmorandum quòd Rex, in Parliamento suo apud Westmonasterium, anno Regni Regis vicesimo primo, de Consilio suo ordinavit, quòd Johannes de Balliolo, Rex Scotiæ, det Camerario Regis, pro feodo, eundem Camerarium contingente, ratione homagii, quod idem Rex Scotiæ fecit Regi Angliæ pro Regno Scotiæ, viginti libras, videlicet, duplum quod Comes dat, ratione homagii sui, pro feodo Camerarii prædicti. Ann. D. 1292. *An. 21. E. 1. Rot. Claus. 21. E. 1. m. 8. d.*

Et præceptum est Petro de Chaunuent, tunc Camerario, quòd de prædictis viginti libris sit contentus.

De ponendo Regem Scotiæ in Regiam Sedem suam.

REX, & superior Dominus Regni Scotiæ omnibus, ad quos, &c. salutem. Ann. D. 1292. *An. 21. E. 1. Rot. Scot. 21. E. 1. m. 7.*

Sciatis quòd, cum Duncano, filio & hæredi Duncani, quondam Comitis de Fif, infra ætatem, & in Custodiâ nostrâ existenti, quædam certa officia, in novâ creatione Regis Scotiæ, de ponendo ipsum in Regiam Sedem suam, apud Scone, secundum consuetudinem dicti Regni Scotiæ, incumbant, ut accepimus, facienda;

Nos, nolentes præfato Duncano, sic infra ætatem, & in Custodiâ nostrâ existenti, præjudicium in hac parte aliqualiter generari, ratione minoris ætatis ejusdem hæredis, assignavimus dilectum & fidelem nostrum Johannem de Sancto Johanne,

Ad ponendum, nomine ipsius hæredis, dilectum & fidelem nostrum Johannem de Balliolo, Regem Scotiæ (cui Regnum illud judicialiter reddidimus) in Regiam sedem suam apud Scone, secundum consuetudinem prædictam:

Et, ad omnia alia facienda, recipienda, & complenda, quæ

idem

Teste ut supra.

Consimiles literæ diriguntur Burgensibus de Are, quod illas quadraginta libras, in quibus Regi tenentur de arreragiis compoti sui,

Solvant eidem Regi Norwagiæ, in partem solutionis octingentarum, & duarum librarum, sexdecim solidorum, decem denariorum & oboli, quæ ei debentur pro firmis terrarum, &c. quas, &c.

Teste ut supra.

Consimiles litteræ diriguntur Johanni, Comiti de Asseles, Firmario de Rothymay, quod illas trescentas & octo libras, in quibus Regi tenetur, de arreragiis compoti sui, de firmâ prædictâ,

Solvat eidem Regi Norwagiæ, in partem solutionis octingentarum, & duarum librarum, sexdecim solidorum, decem denariorum & oboli, quæ ei debentur pro firmis terrarum, &c. quas, &c.

Teste ut supra.

Consimiles litteræ diriguntur Præpositis de Edeneburgh, quod illas quadraginta, & octo libras, sexdecim solidos, quatuor denarios, & obolum, in quibus Regi tenentur de arreragiis compoti sui, de balliva de Edeneburg.

Solvant eidem Regi Norwagiæ, in partem solutionis octingentarum, & duarum librarum, sexdecim solidorum duorum denariorum, & oboli, quæ ei debentur pro firmis terrarum, &c. quas, &c.

Teste ut supra.

Quod Rex Angliæ nichil aliud exigere possit in Regno Scotiæ, Herede apparente in eodem Regno, quam Homagium, & ea quæ ad Homagium pertinent.

Ann. D. 1293. An. 21. E. 1. Rot. Scot. 21. E. 1. m. 5.

EDward, par la grace de Deu, Roy d'Engleterre, Seignur de Irlaund, Duk de Gwyene, e Suvereyn Seygnur du Reame de Escoce, a tuz ceaus, qi ceste lettre verront ou orront saluz.

Com nous eussom en aukum tens, ceo est asaver a Norham, le douzime jour du Moys de Jun, l'An de grace 1291, fet as demaundaunz le Realme de Escoce nostre escrit,

A liverer la Seisine de mesme ceal Realme a celi, a qi i serreit ajuge, en nostre Curt, devaunt nous,

Ovekes autres Articles, en mesme le escrit contenuz, les qels nous avoms pleynement furniz:

E, entre les qels, un Article est contenu en cestes Paroles sous escrites:

Ne nostre entencion, ne volunte n'est qe, qele oere qe le Rey de Escoce seit mort, e eit heir apparaunt saunz contredit, de qel age k'il seit, e qe nul ne demaunde dreit en Realme forsqe cely; qi nous Roy d'Engleterre, ne nos heirs, pussoms garde ne Mariage demaunder, ne possession du Realme de Escoce, forsqe soulement le homage de ceal Reaume, e ceo qe al homage appent, e la Sovereyne Seignurie, e ceo qe a la Sovereyne Seignurie apent: E, si aukun, ou aukuns autres seit, ou soyent, qi demaunde, ou demaundent dreit en Realme d'Escoce avauntdit, qe nous, e nos

Salvo jure nostro, & alterius cujuscunque.

Et salvis nobis, & hæredibus nostris exitibus, wardis, maritagiis, releviis, escaetis, finibus, amerciamentis, arreragiis firmarum & redditum, quæ tempore seisinæ nostræ ejusdem terræ acciderunt:

Et salvis nobis, & hæredibus nostris cognitionibus placitorum & attachiamentorum quorumcumque, de Ballivis & Ministris nostris ibidem, de tempore prædicto; unà cum cognitione transgressionis, impositæ Duncano de Malcoly, & judiciorum super eisdem reddendorum executionibus:

Et similiter quod omnia judicia seisinæ, nostro tempore, per Ballivos & Ministros nostros, in eâdem terrâ reddita, teneantur, & executioni demandentur:

Vobis mandamus quatinus præfato Regi seisinam terræ prædictæ, cum suis pertinentiis, in formâ prædictâ, liberari faciatis; salvo jure nostro & alterius cujuscunque.

Teste Rege apud Novum Castrum super Tynam quinto die Januarii.

Pro Episcopo Agenensi, de Immunitate a pedagio præstando, concessa.

REX, Collectoribus Custumæ suæ apud Marmandam, & aliis, ad quos, &c. salutem. Ann. D. 1293. Rot. Vasc. 21. E. 1. m. 8.

Volentes venerabili Patri in Christo B. Dei gratiâ, Episcopo Agenensi, contemplatione personæ suæ, facere gratiam specialem,

Concedimus eidem quod ipse, apud Marmandam, de propriis vinis, bladis, & aliis rebus suis, à præstatione pedagii, quamdiu vixerit, sit immunis.

Ita tamen quod, per gratiam hujusmodi, nobis vel hæredibus nostris, post ipsius Episcopi obitum, nullum præjudicium generetur: nec ejusdem Episcopi successoribus, vel Ecclesiæ suæ ejusdem gratiæ acceptio præjudicium aliquod faciat; si inveniri possit, quod prædecessores ejusdem à sæpefato pedagio, retroactis temporibus, fuisse consueverunt liberi & immunes.

Et, licet immunitas præstationis prædicti pedagii, Episcopo Agenensi per nos hactenus gratiosè concessa, propter longam continuationem temporis, forsan præjudicialis immineat; & possemus prædictum Episcopum ab immunitate præfatâ excludere.

* Ob grandem tamen affectionem, quam gerimus ad eundem, quem, suis exigentibus meritis, & laudabilibus ac gratis obsequiis, nobis per eum impensis, præ cæteris suis prædecessoribus ampliori favore prosequimur, prædictam immunitatem, juxta formam expressam superius, sibi duximus specialiter indulgendam. * II. 603.

In cujus, &c.

Dat. apud Novum Castrum super Tynam sexto die Januarii.

Litera Erico Regi Norwegiæ de pecunia sibi in Regno Scotiæ debita recuperanda.

Ann. D. 1293. An. 21. E. 1. Ex Bundel. in Turri.

MAgnifico Principi, & Domino suo carissimo, Domino Erico, Dei gratiâ, Regi Norwagiæ illustri, Rex, &c. salutem cum dilectione sincerâ.

De eo, quod nobis per vestras litteras nunciastis, quod vos Ma-

Vos amicabiliter rogamus quatinus de negotio illo velitis taliter ordinare, quod præfatus Petrus, modo debito, suæ approximare valeat rationi (non obstante suggestione ab aliis inde factâ) si demanda sua vobis rationabilis videatur, & suus certus fuerit Attornatus.

Teste Rege apud Hundeslawe octavo die Februarii.

Litera Magistro Petro Algot.

Ann. D. 1293. *An.* 21. *E.* 1. *Ibidem.* REX, &c. dilecto sibi Magistro Petro Algot, &c. salutem.

Regratiamur vobis multùm carè de duobus pulcris Asturcis, & duobus pulcris Falconibus, quos nuper misistis per vestrarum Bajulum Literarum; & de pluribus aliis pulcris Exenniis vestris, quæ nobis multotiens transmisistis.

De debito verò, in quo carus amicus noster Dominus vester Rex Norwagiæ vobis tenetur, & quod vobis assignavit * in Scotiâ recipiendum, sciatis quod pro vestro negotio specialiter rogavimus Dominum Regem Scotiæ supradictum. * II.604.

Et, si precamina nostra ullatenus duxerit adimplenda, quia idem Rex Scotiæ, aliâ de causâ, adjornatus est quod sit coram nobis in proximo Parliamento nostro, circa Festum Sanctæ Trinitatis, vosipsi, vel aliquis ex parte vestrâ, adtunc sitis ibidem, cum literis Domini vestri sufficientibus, ad negotium vestrum coram nobis & Consilio nostro ostendendum;

Et nos pro vobis adtunc faciemus quod facere poterimus bono modo.

Teste ut supra.

Placita apud Scone in octabis Purificationis Beatæ Mariæ anno Regni Regis Johannis Scotiæ primo, coram ipso Rege, & ejus consilio, in Parliamento suo primo.

Ann. D. 1293. *An.* 21. *E.* 1. *Rot. penes Camerar.* MAcduf atachiatus fuit ad respondendum Domino Regi de placito, quare, cum tenementa de Reres & de Crey fuerunt, & nunc sunt in custodiâ Domini Regis, per mortem Duncani Comitis de Fife, idem Macduf in tenementis prædictis, super seisinâ Domini Regis, nunc contra pacem suam violenter se intrusit, firmas & espleria de eisdem cepit, ad exhæredationem & dampnum Domini Regis, &c.

Et prædictus Macduf venit, & bene concedit quod intravit tenementa prædicta, nullam Domino Regi faciendo injuriam, quia dicit quod Malcolmus, quondam Comes de Fife, Pater suus, dedit ei tenementa prædicta: & Dominus Alexander Rex ultimus confirmavit donum prædictum, & ostendit cartam & confirmationem Domini Alexandri Regis prædicti.

Et quia testatum est, per Proceres & Magnates, quod Dominus Alexander, Rex prædictus, habuit custodiam tenementorum prædictorum, post mortem dicti Malcolmi, ratione minoris ætatis Colbani filii sui:

Et iterum idem Rex habuit custodiam eorumdem tenementorum, ratione minoris ætatis Duncani filii Colbani; qui quidem Duncanus obiit seisitus de prædictis tenementis, & de feodo:

Et Dominus Rex nunc, post mortem dicti Duncani, fuit seisitus de custodiâ dictorum tenementorum, ratione minoris ætatis Duncani, filii Duncani, adhuc infra ætatem existentis:

Teste meipso apud Dunde vicesimo primo die Februarii, anno Regni nostri primo.

Post nonnulla alia placita sequuntur,

Nomina eorum qui fecerunt defaltam ad primum Parliamentum Domini Johannis Regis apud Scone, in octabis Purificationis Beatæ Mariæ, anno Regni sui primo, post summonitionem eis factam per litteram Domini Regis.

Robertus de Brus, Comes de Carick,
Dovenald filius Anegos,
Johannes Comes de Catben,
Willielmus de Dufglass.

Consideratum fuit quod iterum summoneantur, quod in crastino clausæ Paschæ, ubicunque Rex fuerit infra Regnum Scotiæ, ad faciendum homagium suum; & quod sint ibi audituri judicium suum, quare non fuerunt hic ad hoc Parliamentum, sicuti summoniti fuerunt, &c.

Et mandatum est Vic. quod, assumptis secum sex liberis hominibus de tribus Baronis propinquioribus, summoneat eos, quod sint coram Rege ad præfatum terminum, ad faciendum homagium, & audiendum judicium suum, quare non venerunt ad prædictum Parliamentum.

Et quod Vicecomes habeat breve ibi summonitorium, & hoc breve.

De servitio oblato cum centum Militibus in Terra sancta, per Petrum Martini de Luna Aragonensem.

ILlustrissimo Domino, Domino Edvardo, Regi Angliæ, Duci Aquitaniæ, Principi Walliæ ac Domino Yberniæ, Petrus Martini de Lunâ, de Regno Aragonum, promptam obsequendi voluntatem in omnibus, tanquam Domino, cui servire desidero, sicut decet. Ann. D. 1293. *An.* 21. *E.* 1. *Ex Orig. in Turri.*

Cum vestræ serenissimæ Majestati sæpe notificatum fuerit per me, mediantibus venerabilibus Fratribus ordinis Fratrum Prædicatorum, quod Deo, sub vestro servitio seu stipendio, intendebam, cum centum Militibus, servire in exercitu Terræ sanctæ,

Vestræ Celsitudinis Majestati duxi humiliter supplicandum, quatinus super hoc mentem vestram michi significare dignemini, & eandem exponere venerabili viro, Fratri Willielmo de Odone, Priori Provinciali Angliæ; ut ipse michi significare valeat certitudinaliter, quid super hujusmodi negotio facere me oportet; ut, secundum vestræ Dignationis imperium, me possim tempore congruo cum præfatis Militibus præparare.

Valeat in Domino semper vestra Regia Celsitudo, Amen.

Datum Cæsaraugust. quinta die Martii.

Dorf. illustrissimo Domino Regi Angliæ.

Citatur Johannes Rex Scotiæ ad respondendum in Curia Regis Angliæ, ob justitiam denegatam. Ann. D. 1293.

REX, superior Dominus Regni Scotiæ, dilecto & fideli suo, Johanni, eâdem gratiâ, Regi Scotiæ illustri, salutem. *An.* 21. *E.* 1. *Rot. Scot.* 21. *E.* 1. *m.* 4.

Johanne Mason, Mercatore de terrâ nostrâ Vasconiæ, accepimus

An. 21. E. 1. Ex Autogr. in Turri. fimam & paratiffimam ad quæcunque ipfius beneplacita voluntatem.

Veftræ Excellentiæ honorandæ Arnoldum de Rauft, familiarem noftrum, latorem præfentium, transmittimus; fupplicantes ftudio, quo poffumus ampliore, quatenus verbis, quæ idem, noftro nomine, vobis dicet, adhibere dignemini plenam fidem, & ad ea oculos veftræ benevolentiæ convertere gratiofos.

Præterea, Domine kariffime, petimus intentâ mente, ut hoc veftram non moveat Dominationem, quod nos, ad præfens pro noftris negotiis expediendis, apud vos noftros Nuncios follempnes & fublimiores, prout veftræ Dignitati Regiæ congruit, non deftinamus, causâ legitimâ præpediente, quam idem Arnoldus, Nuncius nofter, Serenitati veftræ verbo tenus explicabit, cum cæteris noftris negotiis fupradictis.

Valeat & vigeat veftra Dominatio per tempora longiora.

Citatio Johannis Regis Scotiæ ad refpondendum in Curia Regis Angliæ fuper juftitia Macduffo denegata.

Ann. D. 1293. An. 21. E. 1. Rot. Scot. 21. E. 1. m. 4. REX, fuperior Dominus Regni Scotiæ, dilecto & fideli fuo, Johanni, eâdem gratiâ, Regi Scotiæ illuftri, falutem.

Macduffo, filio Malcolmi quondam Comitis de Fif, accepimus exponente, quod cum nuper, dum eramus apud Berewik fuper Twedam, dediffemus venerabili Patri, W. Epifcopi Sancti Andreæ, & Sociis fuis, Cuftodibus prædicti Regni Scotiæ, in mandatis, ut de terris & tenementis ipfius Mackduff, de Rereys & de Crey (de quibus per dictum Epifcopum, tunc Cuftodem Comitatûs de Fif, conquerebatur fe effe deforciatum injufte) fibi juftitiam exhiberent:

Et demum, juxta formam mandati noftri prædicti, per confiderationem prædictorum Cuftodum, feifinam terrarum & tenementorum hujufmodi recuperâffet:

Vos de eifdem terris & tenementis, injufte & fine judicio, diffeifiviftis eundem, in ipfius dampnum non modicum & gravamen:

Et, ne jus fuum profequeretur ulterius, facientes eundem carcerali cuftodiæ mancipari, & tandem, fuper dictis terris & tenementis, quoddam iniquum redi judicium contra eum.

Cumque poftmodum, à carcere liberatus, vos requifiviffet inftanter & pluries, quod ipfum in jure fuo curaretis audire, & fuper petitione fua, quam faciebat de prædictis terris & tenementis, fibi facere jus & juftitiæ complementum; offerens fe paratum do-
* II.607. cere, de prædicto jure fuo, per litteras & alia * legitima documenta; vos omnia illa fibi, contra jus & juftitiam recufando, facere denegâftis, ut dicit,

Propter quæ prædictus Mackduffus à gravaminibus antedictis, nec non & à prædicto judicio, tanquam ab iniquo, ac juris defectu, feu juris denegatione, per vos fibi factis, ad nos, ut ad fuperiorem ipfius Regni Scotiæ Dominum, appellavit,

Petens & fupplicans per nos, in veftri defectum, fibi juftitiam exhiberi, fecundum quod, ratione fuperioritatis Dominii, quod in eodem Regno habemus, ad nos dinofcitur pertinere.

Verùm cùm jufta petentibus non fit denegandus auditus, vobis mandamus, firmiter injungentes, quod fitis coram nobis, in craftino Sanctæ Trinitatis, ubicunque tunc fuerimus in Anglia, refponfuri fuper præmiffis præfato Mackduff (cui diem eundem præfiximus) & in dictâ causâ appellationis, prout juftum fuerit, proceffuri, facturi etiam, & recepturi ulteriùs, quod juftitia fuadebit.

parte profpicere, ut tenemur, Mercatores eofdem erga prædictos Collectores, necnon & Romanam Ecclefiam, ac quofcunque alios, fuper obligationibus hujufmodi, & prædicta fummâ pecuniæ quietos facere, & indempnes promittimus fideliter confervare.

In cujus, &c.

Tefte Rege apud Weftm. fexta die Maii, anno Domini millefimo ducentefimo nonagefimo tertio, & Regni noftri vicefimo primo.

Litera a Comite Flandriæ, de difcordia orta inter homines Flandriæ, & Angliæ.

EXcellentiffimo Domino fuo Edwardo, Dei gratiâ, Regi Angliæ, Domino Hiberniæ, ac Duci Aquitaniæ illuftri, Guido, Comes Flandriæ & Marchio Namurcenfis, falutem, & cum obfequendi promptitudine, paratam ad ejus beneplacita voluntatem. Ann. D. 1293. An. 21. E. 1. Ex Orig. Infra Tur.

Ex infinuatione clamosâ Mercatorum & hominum, qui, negotiationis causâ, terram, & portus noftros Flandriæ frequentare afueverint, audivimus quod nuper inter veftros de Baiona & Anglia, & noftros de Flandria homines quofdam, ducentes Navigium apud * Sanctum Mathæum in Britannia, & in illis partibus, * II.608.
ortâ difcordiâ, conflictus habitus eft, in quo plures de noftris mortui funt, & paffi funt infiniti Mercatores rerum fuarum, quæ ad portus noftros Flandriæ adduci debuerunt, grave dampnum, ex quo timendum eft ne quafi univerfalis ftatus negotiationum turbetur, nifi celeri remedio occurratur:

Hinc eft quod Magiftrum Jacobum de Acris, Legum profefforem, Clericum de noftro Confilio, Petrum de Weda de Brugis, & Willielmum de Speia de Dam, opidanos noftros dilectos, ad veftræ magnitudinis excellentiam deftinamus, precibus intimis rogantes quatinus eifdem, feu duobus, aut uni ex eis, in hiis, quæ ex parte noftrâ fuper præmiffis, & ea tangentibus, expofuerint, fidem indubitatam clementia regalis dignetur adhibere.

Crefcat & vigeat in Domino veftra regia magnitudo.

Datum apud Maleam juxta Brugis in vigilia Affentionis.

Citatio Regis Scotiæ ad refpondendum, fuper Appellatione ad Regem Angliæ, per Auftricam haredem Magni, quondam Regis Manniæ.

REX, &c. fuperior Dominus Scotiæ, dilecto & fideli fuo, Johanni, eadem gratiâ, Regi Scotiæ illuftri, falutem. Ann. D. 1293. An. 21. E. 1. Rot. Scot. A. 21. m. 4.

Auftrica, Confanguineâ & Hærede, ut afferit, Magni quondam Regis Manniæ, accepimus exponente, quod, cum ipfa ad veftram præfentiam acceffiffet, afferens terram de Man effe jus & Hæreditatem fuam, & vos requifiviffet inftanter & pluries quod ipfam in jure fuo curaretis audire, & fuper petitione fuâ, quam faciebat de terrâ prædictâ, fibi facere jus & juftitiæ complementum (offerens fe paratam docere, de prædicto jure fuo, in formâ debitâ, fecundum legem & conftitutionem partium illarum) vos fupradicta fibi facere, ut dicitur, contra juftitiam denegâftis.

Propter quæ prædicta Auftrica à juris defectu, feu juftitiæ denegatione, à vobis ad nos, ut ad fuperiorem ipfius Regni Scotiæ Do-

[illegible] extra Algare) dare possit & assignare dilectis nobis in Christo, Monialibus de ordine Minorum (quæ per nobilem Dominam Blancam, Reginam Navarræ, Consortem ejusdem fratris nostri, in Angliam sunt venturæ: Et infra Regnum nostrum moraturæ: Ac Deo & beatæ Mariæ ac beato Francisco servituræ) ad quandam domum ibidem construendam, & inhabitandam,

Habendam & tenendam eisdem Monialibus & Successoribus suis imperpetuum.

Et eisdem Monialibus quod placeam illam, à præfato fratre nostre recipere possint, tenore præsentium, similiter licentiam concedimus specialem.

Nolentes quod idem frater noster, vel hæredes sui, aut prædictæ Moniales, seu Successores suæ, ratione statuti prædicti, per nos, vel hæredes nostros, inde occasionentur in aliquo, vel graventur.

Salvis tamen capitalibus Dominis feodi illius servitiis inde debitis & consuetis.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Westmon. 18. die Junii.

Per ipsum Regem.

Per inquisitionem retornatam de consilio.

Pro Edmundo fratre Regis super Manso, vocato Sauvoy, kernellando.

Ann. D. REX omnibus Ballivis & fidelibus suis, ad quos, &c. salu-
1293. tem.
Ap. 21. Sciatis quod concessimus, pro nobis, & hæredibus nostris,
E. 1. Edmundo, fratri nostro carissimo, quod ipse Mansum suum, in
Pat. 21. parochia Sancti Clementis Danorum, in Comitatu Middelsexiæ,
E. 1. m. quod vocatur Sauvoy, muro de petra & calce firmare & kernel-
8. lare:

Et illud, sic firmatum & kernellatum, tenere possit sibi & hæredibus suis, imperpetuum sine occasione nostri, vel hæredum nostrorum, aut Ministrorum nostrorum quorumcumque.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Westmon. 21. die Junii.

Dionysio Portugalliæ Regi, de Mercatoribus Baionæ, per subditos ejus spoliatis.

Ann. D. ILlustrissimo Principi, Domino Dionisio, Dei gratiâ, Regi Por-
1293. tugalliæ & Algarbii, Edwardus, &c. salutem, & in suis actibus
Ju. 21. prosperari.
E. 1. Propter vestrarum litterarum seriem veremur, in facti narratio-
Pat. 21. ne, vobis expositâ, super vestrorum innocentiâ subditorum,
E. 1. in quoad homines terræ nostræ, circumventum fuisse; cum Cives
schedula. & Mercatores nostri Baionæ, in terrâ portûs vestri Ulexbon, bo-
m. 7. d. nis suis fuerint publice spoliati; & ibidem, securitatem aliam non.

Tandem in nostrâ præsentiâ constituti Magister Johannes, Judex Curiæ dicti Regis, & Gundissalums Martini, cum litterâ ipsius apertâ,

Arnaldus de Villari, & Johannes Darder Cives nostri Baionæ, Majoris & Communitatis nostræ Civitatis Boianæ, similiter cum litterâ apertâ Communitatis ejusdem, Procuratores,

Quarum litterarum procuratoriarum tenores inferiùs sunt inserti, auctoritate procurationum prædictarum, super omnibus controversiis & discordiis, quæ universaliter vel singulariter esse poterant inter partes prædictas, inducias sive Treugas inierunt, fecerunt & concesserunt, usque ad proximum festum Nativitatis Domini, totâ ipsâ die inclusâ, sub modis & conventionibus qui sequuntur, viz.

Quod, ad inducias sive treugas hujusmodi, & omnia & singula præsentibus litteris contenta, tenenda & servanda, quicumque dictarum partium, ex quo hæc concordata sciverint vel audiverint, teneantur.

Et, ne aliqui se possint per ignorantiam excusare, quod præsentes inducias, sive treugas, & alia tenore præsentium declarata, præfatus Rex omnibus de parte suâ, & Procuratores dictæ Communitatis omnibus de parte suâ, infra proximum festum Sancti Michaelis, faciant intimari, denunciari, seu aliàs publicari; ita quod extunc nullus, in contrarium veniens, excusetur: Nisi propter magnam locorum distantiam & absentiæ diuturnitatem excusatio evidens appareret.

Et quod, per aliquam dictarum partium, personæ, bona, seu mercimonia aliquorum Placentinorum, Januentium, & Portugalensium, durantibus induciis, sive treugis hujusmodi, in navibus non portentur.

Item, quòd præfatus Rex Castellæ omnes personas, naves, & alia bona (quæ per quoscumque, in Regnis suis, & etiam extra ipsa Regna, per gentes, subditos, seu valitores ipsius capta, vel seizita fuerint de personis, navibus, & aliis bonis Baionensium, à prima die mensis Decembris, proximo præteriti: Et quæ citra extunc, per prædictos, Regem, subditos, & valitores suos, capientur de personis, navibus, & aliis bonis prædictis) deliberet & restituat, deliberari seu restitui faciat, infra proximum festum Sancti Michaelis, illis nautis, civibus, aut Mercatoribus Baionæ, à quibus prædicta ablata, seu capta fuerint; aut hæredibus, universalibus vel singularibus, aut attornatis ipsorum, vel aliis, quos dicta Communitas Baionæ super hiis destinabit, quando dictus Rex per dictos Cives, & Mercatores, vel ipsorum aut dictæ Communitatis attornatos, super hiis requiretur.

Si qua vero de personis, navibus, aut bonis dictorum Civium, aut Mercatorum nostrorum Baionæ, ante primam diem Mensis Decembris prædictam, ablata, capta vel seisita fuerint per dictum Regem, vel alios de mandato ipsius, aut per aliquos Justiciarios, vel Officiales suos, capta vel seizita; hujusmodi dictus Rex restituat sive reddat, restitui sive reddi faciat Civibus, vel Attornatis prædictis, quando super hoc requiretur durante treuga prædicta.

Capta verò vel seizita per alios subditos suos, ante primam diem mensis prædictam, de personis, navibus, aut aliis bonis Civium,
Nautarum, & * Mercatorum Baionum prædictorum, eisdem Ci- * II.611.
vibus, Nautis, & Mercatoribus, vel Attornatis ipsorum, reddi & restitui faciat indilatè, cum super hoc requiretur;

Et ad hoc eosdem subditos suos distringat per omnes modos, per quos hæc compulsio citius perduci poterit ad effectum.

Si-

Omnem atque Algarbii Rex, ordinamus, seu constituimus nostros veros, sufficientes atque legittimos Procuratores, Magistrum Johannem, Judicem Curiæ nostræ, & Gundisalun Martini, ambos insimul, & quemlibet eorum in solidum,

Super discordiâ, noviter exorta inter homines Civitatis Baionæ, & homines domini semper illustris Domini Edwardi, Dei gratiâ, Regis Angliæ, Domini Hiberniæ, & Aquitaniæ Ducis, ex parte unâ:

Et homines villarum nostrarum, Castri & Sancti Emeterii, & cæteros Regnorum nostrorum ex alterâ;

Ad tractandum, ordinandum, seu componendum, atque firmandum pacem inter eos:

Datum & firmum habituri per Nos, & per homines dictarum Villarum, & cæteros nostri Dominii, quicquid per dictos, Magistrum Johannem, & Gundisalun Martini, vel eorum alterum, actum, procuratum seu ordinatum fuerit in præmissis, seu quolibet præmissorum.

Et, ne in dubium deducatur, præsentem litteram, nostri pendentis Sigilli roboratam munimine, eisdem duximus concedendam.

Dat. apud Valle Cleri 16. die Kal. Junii, anno Domini 1293.

Ego Martinus Gutterii, mandante Rege, feci scribi.

Tenor verò literæ procuratoriæ Communitatis Baionæ sequitur sub hac formâ.

EXcellentissimo Principi, & Domino suo naturali, Domino Edwardo, Dei gratiâ, Regi Angliæ, Domino Hiberniæ, & Duci Acquitaniæ, sui humiles & devoti, Major, Jurati, & Communia Civitatis suæ Baionæ ad ejus pedes excellentissimos, cum debito servitio, debitâ reverentiâ se prostratos.

Excellenti vestræ Regiæ Majestati, per has præsentes litteras, significamus quod coram vobis facimus & constituimus Procuratores nostros, Arnaldum de Vilari, & Johannem de Ardirio, Concives nostros,

•II.612. * Ad proponendum, tractandum, ordinandum, & faciendum, coram illustrissimâ vestrâ regiâ Celsitudine, omnia & singula, quæ ad pacem, vel treugam videbuntur fore facienda, super dissentione, & discordiâ, & dampnis, nobis illatis per Dominum Regem Castellæ, & gentes suas, & ad omnia & singula ad prædictum negotium pertinentia seu ipsum negotium tangentia,

Dantes & concedentes prædictis Procuratoribus nostris, plenam & liberam potestatem proponendi, tractandi, disponendi & faciendi omnia & singula, quæ ad prædictum negotium fuerint necessaria, vel etiam oportuna, & prædictum negotium tangentia, vel quæ pertinere possunt, prout vestræ Regiæ Celsitudini videbitur faciendum.

Ratum & gratum promittentes nos perpetuo habituros, quicquid per dictos Procuratores nostros, super prædictis, vel aliquo præmissorum, coram vestrâ regali celsitudine propositum, tractatum, dispositum & actum fuerit.

Et hæc omnia & singula supradicta vestræ Regiæ Majestati, & omnibus, quorum interest vel interesse potest & debet, significamus per has patentes litteras, sigillo nostræ Communiæ inpendenti sigillatas.

Dat. Baionæ die Mercurii post Festum beati Barnabæ Apostoli, anno Domini 1293.

In quorum testimonium has litteras nostras fieri fecimus patentes.

Salvus Conductus pro Roberto de Brus Comite de Carrik.

REX, &c. superior Dominus Regni Scotiæ, omnibus Ballivis & fidelibus suis, ad quos, &c. salutem. Ann. D. 1293.

Sciatis quod suscepimus in salvum & securum conductum nostrum, dilectum & fidelem nostrum, Robertum de Brus, Comitem de Carryk, in eundo de licentiâ nostrâ ad partes Norwagiæ, ibidem morando, & inde redeundo. An. 21. E. 1. Rot. Scot. An. 21. E. 1. m 3.

Et ideo vobis mandamus quod eidem Comiti, aut Hominibus suis, in personis, aut rebus suis, in eundo versus partes prædictas, ibidem morando, & exinde redeundo, non inferatis vel quantum in vobis est ab aliis inferri * permittatis injuriam, molestiam, dampnum, impedimentum aliquod, seu gravamen. •II.613.

Dum tamen bene & fideliter erga nos & hæredes nostros se gerat, & nichil contra fidem nostram seu alicujus de Dominio nostro faciat, seu perpetret quoquomodo.

In cujus, &c. duraturus usque ad Festum Sancti Michaelis proximo futurum; & ab illo Festo usque ad unum annum proximo sequentem completum.

Teste Rege apud Cantuar. vicesimo quarto die Julii.

Placita Parliamenti, apud Strivelyn, coram Domino Rege & ejus Consilio, in crastino Sancti Petri ad vincula, anno Regni Regis J. Scotiæ primo.

JOhannes Vicecomes de Pinkeney, & Razo de Gaur, venerunt, nomine Comitis de Flandria, tanquam ejus Procuratores & Attornati, & petunt à prædicto Domino Rege, quindecim centum Marcas: scilicet, tresdecim centum Marcas, recipiendas apud Villam de Berewick, & Manerium de Linlisken, ad quod Manerium pertinent ducentæ Marcæ: de quibus firmis Alexander, ultimus Rex Scotiæ assignavit, nomine Dotis, Margaretæ filiæ prædicti Comitis, die quo Alexander, filius primogenitus prædicti Alexandri Regis, dictam Margaretam desponsavit; & super hoc proferunt scriptum prædicti Domini Regis Alexandri, super assignatione prædicta; quod quidem scriptum atachiatur huic Rotulo. Ann. D. 1293. An. 21. E. 1. Ex Rot. Penes Camerar.

Petunt etiam prædicti Procuratores, nomine prædicti Comitis, omnia arreragia prædictarum quindecim centum Marcarum, à tempore obitûs Alexandri filii quondam Regis Alexandri, & ista petunt nomine Domini sui amicabiliter versus Dominum Regem; & non in formâ placitandi, quia ad placitandum ad istud Parliamentum non sunt missi.

Et Dominus Rex per Consilium suum petit, quod prædicti Procuratores ostendant, quid si habeant, de prædicto Comite Flandriæ, vel de prædictâ Margaretâ, filiâ dicti Comitis; per quod prædictus Dominus Rex teneatur eis respondere.

Et prædicti Procuratores proferunt quasdam litteras patentes, sub nomine Comitis de Geleriâ, & Margaretæ Uxoris ejus; quæ quidem litteræ testantur, quòd prædictus Comes de Geleriâ, & Margareta Uxor ejus, concesserunt Comiti de Flandriâ & Uxori ejus, quòd ipsi, vel unus eorum, recipiant, vel recipiat à prædicto Domino Rege, prædictas quindecim centum Marcas, ad usus suos proprios; & quòd habeant firmum & stabile quicquid prædictus Comes de Flandriâ, & Uxor ejus, de prædictâ dote fecerint vel ordinaverint.

Pro-

. . . . Domini Regis & in castro suo detinuit:

Consideratum est, quòd committatur prisonæ, & redimetur ad voluntatem Domini Regis prout continetur in statuto.

Idem Willielmus inculpatus per Dominum Regem, quòd cepit & imprisonavit tres homines suos, in Castro suo de Duglas, antequam fuit Rex, & eos detinuit contra vadium, & plegium, & contra leges usitatas in Regno Scotiæ, quousque unus in prisonâ moriebatur, & alium fecit decollari, ac tertius à prisonâ evasit, ad dampnum Domini Regis mille librarum.

Et prædictus Willielmus venit, & non potest dedicere, quin cepit prædictos homines, & eos imprisonavit, contra leges & consuetudines Regni usitatas, & posuit se ad voluntatem dicti Domini Regis.

Ideo expectat quousque Dominus Rex voluntatem suam dixerit.

Jacobus Senior Scotiæ & Johannes de Soules venerunt coram Domino Rege, & Consilio suo in Parliamento suo, & eidem reddiderunt omnes terras & tenementa, quæ quondam fuerunt Bern. de Ballivo in Naintstanthirl, Avunculi Domini Regis, cujus hæres ipse est;

Ideo habeat inde seisinam.

Robertus de Brus, filius Roberti de Brus, Comitis de Karrik, venit coram Domino Rege in Parliamento suo apud Strivelin, dicens se habere resignationem Patris sui, de toto Comitatu de Karrick, qui fuit de hæreditate Matris suæ, cujus hæres ipse est, quæ talis est.

Magnifico & sereno Principi, Domino Johanni, Rei gratia, illustri Regi Scotiæ, Robertus de Brus, Comes de Carrick salutem, in salutis auctore.

Quia nos Roberto de Brus filio & hæredi nostro totum Comitatum de Carrick cum pertinentiis suis, & etiam omnes alias terras quas in Scotiâ aliquo tempore tenuimus, seu tenere debuimus, ratione Margaretæ quondam Comitissæ de Carrik, Sponsæ nostræ, Matris ejusdem Roberti, tanquam jus & hæreditatem ejusdem Roberti filii & hæredis nostri concessimus & resignavimus & quieta clamavimus in perpetuum:

Vestram Celsitudinem affectuose præsentes requirimus & rogamus, quatenus homagium prædicti Roberti filii & hæredis nostri, tanquam veri & legitimi Domini prædicti Comitatûs, benignè admittere dignemini:

Et ut hoc securè & evidentèr fieri possit, vestræ Magnificentiæ præsentes litteras transmittimus patentes, & sigillo nostro sigillatas.

Dat. apud Berewick super Twede, die Dominica proxima post Festum Sancti Leonardi Confessoris, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo secundo.

Et petit quod Dominus Rex capiat homagium suum de prædicto Comitatu.

Et quia per leges Regni Scotiæ usitatas oportet, quòd Dominus Rex seisinam habeat de eisdem terris, antequam homagium capiat; ideo prædictus Robertus de Brus, filius, seisinam talem, qualem habuit de prædictis terris, in manibus dicti Domini Regis libera-

cum omnibus suis pertinentibus, per feoffamentum hujusmodi, semper pacifice tenuissent, quousque quidem Robertus de Burghgate, nuper Abbas Monasterii prædicti, Prædecessor prædicti Abbatis, Prioratum prædictum, dissentiente majore & saniore parte Conventûs sui, nobisque inconsultis, venerabili Patri Willielmo, Episcopo Sancti Andreæ, alienavit in nostri præjudicium, & exhæredationem dicti Monasterii manifestam.

Cumque iidem Procuratores sive Attornati ad vestram præsentiam accesserint, & vos instanter & pluries requisierint quod ipsos, in jure prædictorum Abbatis & Conventus, curaretis audire, & super petitione suâ, quam faciebant de Prioratu prædicto, cum pertinentibus sibi facere jus, & justitiæ complementum, offerentes se paratos docere, de prædicto jure ipsorum Abbatis & Conventûs, in formâ debitâ, coram vobis,

Vos, habito processu diutino super præmissis inter partes memoratas coram vobis prætextu cujusdam appellationis confictæ, ab audientia vestra per præfatum Episcopum ad Sedem Apostolicam interjectæ, cui minus providè, ut dicitur, detulistis, in ipso negotio ulterius procedere non curantes, eisdem Procuratoribus sive Attornatis audientiam in hac parte, contra justitiam, denegâstis;

Propter quod iidem Procuratores, seu Attornati, nomine prædictorum Abbatis & Conventûs, à juris defectu, seu justitiæ denegatione, à vobis ad nos, ut ad superiorem ipsius Regni Scotiæ Dominum, appellârunt; petentes & supplicantes per nos, in vestri defectum, sibi justitiam exhiberi, juxta quod, ratione superioritatis Dominii, quod in eodem Regno habemus, ad nos dinoscitur pertinere.

Cum igitur justa petentibus non sit denegandus auditus, & in exhibenda justitia simus omnibus debitores, vos adjornamus quod sitis, coram nobis, à die Sancti Martini, proximo futuro, in quindecim dies, ubicunque tunc fuerimus in Angliâ; responsuri prædictis Abbati & Conventui super præmissis, & facturi & recepturi quod justum fuerit:

Quem diem eisdem Abbati & Conventui assignavimus coram nobis, ad faciendum & recipiendum similiter, in eisdem, quod justitia suadebit.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Dunton secundo die Septembris.

---

* *Regi Scotiæ monitoria, de debitis Regi Norwegiæ solvendis.* * I. 616.

REX, & superior Dominus Regni Scotiæ, dilecto & fideli suo, Johanni, eâdem gratiâ, Regi Scotiæ, illustri, salutem. Ann. D. 1293. *An. 22. E. 1. Rot. Scot. 22. E. 1. m. 3.*

Cum Dominus Ericus, Rex Norwagiæ, nuper in Curiâ nostrâ, coram nobis, apud Berewyk super Twedam, per considerationem ejusdem Curiæ, recuperâsset seisinam suam versus venerabiles Patres W. Sancti Andreæ, & Glascuensem Episcopos, ac socios suos, tunc Custodes Regni Scotiæ, de quibusdam redditibus,

Quos, bonæ memoriæ, Alexander nuper Rex Scotiæ, Prædecessor vester, concessit & assignavit præfato Regi Norwagiæ, in Maritagium cum Margaretâ, ejusdem Alexandri Regis filiâ, in Roscemay, Moranientis Diocesis, in Ballivâ de Baneff, & de Balehelwy in Vicecomitatu de Aberdeniâ, & de Badkedde, & de Rothon, in Vicecomitatu de Edenburgh,

Habendos eisdem Regi Norwagiæ, & Margaretæ, & hæredibus

Q

Teste Rege apud Westm. 26 die Novembris.

Per ipsum Regem.

De Terris Johanni Scotiæ Regi liberandis.

Ann. D. 1293. An. 22. E. 1. Rot. Fin. 22. E. 1. m. 22.

CUM Rex, vicesimo nono die Octobris, anno Regni sui vicesimo primo, ceperit homagium dilecti & fidelis sui, Johannis de Balliolo, Regis Scotiæ, de omnibus terris & tenementis, quæ idem Johannes tenet de Rege in Capite in Anglia, videlicet, de terra de Tyndale, & de Maneriis de Soureby & Penreth, cum pertinentiis, quæ per mortem Alexandri, nuper Regis Scotiæ, Antecessoris ipsius Johannis Regis, capi fecit in manum suam: ac de proparte sua honoris Huntingdon;

Et ei terras illas, & tenementa, ac pro partem prædictam, cum pertinentibus Rex reddiderit, salvo in omnibus jure Regis, & hæredum Regis, cum Rex * inde loqui voluerit; & etiam jure alterius cujuscunque:

* II.617.

Et Rex, Thomæ de Normanvill, Escaetori suo ultra Trentam per breve suum mandaverit, quòd eidem Johanni de Maneriis prædictis, cum pertinentiis, quæ sunt in Balliva sua plenam seisinam habere faceret in forma prædicta;

Et per inquisitionem, quam per ipsum Escaetorem de terris & tenementis prædictis Rex fieri fecit, Rex acceperit quòd Hameletta de Langwatby, Sakild, Karleton, & Scotteby, sunt de appendiciis Maneriorum;

Mandatum est prædicto Escaetori quod, accepta securitate à præfato Johanne, de rationabili relevio suo, Regi reddendo ad Scaccarium Regis, eidem Johanni, de Maneriis & Hameletis prædictis, plenam seisinam habere faciat, in forma prædicta.

Teste Rege apud Westm. secundo die Decembris.

Litera Philippi de Castro, Baronis in Aragonia, de servitio, cum 200 vel 300 Militibus, impendendo. Et de Credentia.

Ann. D. 1293. An. 22. E. 1. Ex Bundel. in Turri.

SErenissimo Domino, Domino Edvardo, Dei gratiâ, Regi Angliæ, Domino Hyberniæ, ac Duci Acquitaniæ, Dominus Philippus, Dominus de Castro, Baro de Regno Aragonum, voluntatem paratam ad sui servitium & honorem.

Vestræ Regiæ Celsitudini Majestatis affecto fieri manifestum, quòd à magnis temporibus Deo & vobis servire intendens, gessi in animo vobiscum, & sub vobis contra Infideles, sub vestris stipendiis militare in passagio Terræ sanctæ, & hoc cum ducentis vel trecentis Militibus, si quod dignum duxerit vestra Regia Celsitudo.

Igitur, illustrissime Domine, vestram Dignitatem Regiam suplicitèr interpello, quatinus michi super hoc dignemini per vestram literam respondere, ut ego, si hoc altissimæ prudentiæ vestræ placuerit meum servitium acceptare, valeam pro tempore cum debita militia me parare: Interim vero, si sic cito vos non contigerit transfretare, vobis, ubicunque dignum duxeritis, pro posse impendere gratum servitium sum paratus. Suplico insuper quod fratri Johanni Egidii de ordine Prædicatorum latori præsentium, super hiis quæ ex parte meâ vobis dixerit credere dignemini sicut michi.

Regni nostri capta, detinuerunt de bonis subjectorum vestrorum, de hiis restitutionem vobis fieri faceremus:

Cumque notorium sit & manifestum similiter, quod quamplures dictorum hominum de Baionia, adjunctis sibi nonnullis malefactoribus aliis, Villam nostram de Rupella proditionaliter invaserunt, insultus quamplures in eam facientes, & habitatores ipsius, quosdam etiam occidentes ex eis, & alios multipliciter damnificantes;

Eosdem nos cum excessus & facinora prædicta non possumus conniventibus oculis pertransire;

Vobis, vel locum vestrum in Vasconia & Baiona tenentibus, quod certum numerum dictorum hominum de Baiona, per vos, vel prædictos locum vestrum tenentes, in prisonâ nostrâ Petragorum mitteretis, infra terminum jam elapsum, pro faciendo quod ratio persuaderet, & justitia postularet, præcepimus:

Et alia quædam mandata, super prædictis, per patentes litteras nostras, sufficienter fecimus injungi, quibus injunctionibus & mandatis parere contumaciter & contemptibiliter neglectum extitit, & etiam recusatum:

Cumque, ex certis & legitimis causis, seisiri mandaverimus Civitatem Burdegalim, terram Agenensii, & totam aliam terram, quam infra Senescalciæ nostræ Petragori metas, in Petragoriano, Caturcinio, & Lemovico, gentes vestræ nomine vestro tenebant;

Et locum vestrum tenentes in prædictis locis, gentibus nostris, dictum mandatum nostrum, sine armis, executioni demandantibus, inobedientes fuerunt contumaciter, & rebelles; & adhuc in rebellione persistunt, mandatis nostris & gentibus nostris non parentes; sed, quod gravius est ferendum, Civitates, Castra, Villas, & loca dictæ terræ, contra nos munierunt & inforciaverunt;

Volentes, quasi modo hostili, justiciationi nostri feodi resistere, nec Castra quædam & fortalicia, quæ ab eis, ex certis & legitimis causis, per gentes nostras requiri fecimus, reddere contemptibiliter recusârunt; & gentes terræ illius ad resistendum nobis & nostris, minis & terroribus commoverunt contra nos & etiam concitârunt.

In Assisiis etiam & aliis, ex parte vestra proposuerunt & publice edixerunt, quod gentibus nostris in nullo pareretur:

Imo, si gentes nostræ justificando (sicut ad nos pertinet) aliquid saisierent, caperent, vel explectarent; seu saisire vellent, capere, vel explectare; quod fierent, vel fiant gentibus nostris, violenter recussæ; quod in multis locis, & casibus, facinorosis operibus, expleverunt; seisinas nostras in multis terris vituperabiliter infringendo: gentes nostras, cum armis turpiter expellendo, comminando, verberando, & de terra illa violenter ejiciendo, & alios viliter pertractando; in prædictis & pluribus aliis seditionem publicam, contra nos, & jus regium nostrum facientes, in præjudicium superioritatis nostræ, & læsionem Regiæ Majestatis, quæ tam diù, & tam notoriè perpetrata sunt, & adhuc toto die perpetrantur, quod horum ignorantiam vos habere verisimiliter non potestis:

Cumque, publica referente fama, ad nos pervenerit quod, post appellationes multas, & à multis, locum vestrum tenentibus, ad Curiam nostram interpositas, occasione appellationum ipsarum (in magnum & grave præjudicium superioritatis & jurisdictionis nostræ contemptum) appellatos ipsos à jurisdictione vestra, propter easdem appellationes, exemptos, gentes vestræ irrationabiliter & crudeliter, nulla humanitate servata, sed spreta reverentia nobis debita, tractaverunt, capiendo, & districtis carceribus mancipando, videlicet,

Grimbaldum de Tysano, Bernardum de Raunchano, Andream de Baysac, Bonafusium de Coceti dictum Ros, & quamplures alios,

oacniez que nous avons receheu, & veu les lettres overtes du dit nostre Seigneur le Roy, en la forme que s'ensuit.

Edward, par la grace de Dieu, Roy d'Engleterre, Seigneur d'Irland, & Duc de Guyenne, a touz ceux, qui cestes presentes lettres verront & orront, saluz.

Come Esmon, nostre chier frere, nous ais fait assaver, que pleintes sont venues, que nostre Seneschal, & autres de noz Gentz de Gascoigne, aient fait plusieurs desobeisaunces, & plusieurs trespas a nostre treschier Seigneur & Cosin le Roy de France, & a les Ministres, la quel chose nous displet molt.

Nous, veilantz & desirants que les choses soient adrescees & amendees a son honeur & a sa volentee, a cestes chouses faire & complir,

Donons & ottroions plenier poer a nostre frere avandist per cestes presentes lettres.

Et sur ceo mandons, & commandons a nostre Seneschall, nos Ministres, & nos autres gentz de la dite Duchie, que es choses desusdites soient obeissantz a nostre frere avantdit, & a son mandement, aussint come à nous mesmes.

En tesmoign de quel chose nous avons fait fere cestes lettres overtes, sealees de nostre seel.

Don. a Cantirbir. le primer jour del moys de Jenuer l'an de grace 1293.

Par auctorite & par la vertue des queles lettres, nous vous mandoms & commandons que vous, & chascun de vous, a celui, ou a ceaux, qui pur le tresnoble Prince, mon Seigneur Philipp, par la dite grace, Roi de France, vendront es parties de la dite Duchie, pur prendre & avoir la sesine de Doumeines, & des Jostices, ou meien, & sans meien, del dit nostre Seignour le Roy & Duc, es Cites, & es Chasteux, & es Villes de la dite Duchie, & avront & monstront, per lettres overtes del dit nostre Seigneur le Roy de France, mandement a ce faire,

Et a ceaux, qui per eaux seront mis a gardier & tenier la dite sesine, obeissez, & faites obeir per touz les Bailliffs, Provostz, Chastellaines, e Meires de Citees, e des Villes, & par les autres souzmis de la dite Duchiee de Guyenne,

Et ce faites en toutes maneres, come vos amez le profit, e le honor del dist nostre Seigneur le Rey d'Engleterre.

Don a Paris. lendemain de la Chandeleur, en l'an de nostre Seigneur 1293.

---

* II.610. * *De viginti Obsidibus Regi Franciæ tradendis, & de secreto tractatu, quo Rex Angliæ & frater ejus Edmundus decepti erant & circumventi.*

Ann. D. 1294. An. 22. E. 1. Ibidem.

Esmon, filz du Roy Henri d'Engleterre, a son chier Cousin, Monsire Johan de Saint Johan Chivaler, tenant en la Duchee d'Acquitaine le lieu de nostre treschere Seigneur & frere Ed-

Come moltz de traitiz eussent este entre le Roy de France & son conseil d'une part; e moy de par mon Seigneur le Roi d'Engleterre, mon treschere Seigneur & frere, d'autre: Des quieux traitementz nous ne nous peumes accorder, avant qe la Royne Marie, e la Royne Johanne me prierent que jeo repreisse les traitiz ovec elles; & jeo, avec Monsire Hugh de Ver, e Maistre Johan de Lacy, repreisimes les traitiz ovec les dites Roynes. Apres molt de paroles, accordames entre elles & nous en tiel maner, c'est assavoir,

Que pour ceo, que le Roy de Fraunce se teneiet a mal paiez d'aucunes desobeisaunces, que les gentz mon Seigneur le Roi d'Engleterre lui deussent avoir faites en Gascoigne,

Que hom liurast as gentz le Roi de France, q'il lu envoiront, c'est assavoir Saintes, e Thalamond, e Turon, & Pumirol, & Penne, e Montflankin, & l'autre terre lui devoit liurer.

Qu'il lu meist, par les lieus, un home ou deus; mas que la force demorast devers les gentz mon Seigneur le Roy d'Engleterre.

Et que des gentz mon Seigneur il preist en hostage tant come a li plerreit.

Et ces choses assomes, è ces obeissaunces faites, le Roi de Fraunce devoit faire repeler une somonse, qu'il avoit publieè en la Sale de Parys.

Et devoit rendre les avauntediz chasteux, e les avauntdiz prisons, à la priere, è a la requeste des deux Roines desusdites.

Et devoit doner conduyt a mon Seignur le Roy d'Angleterre, par ses lettres, * e par gentz de son Conseil, tiel come nous deviseroms, pur venir a Amyens a jour qui estoit accorde. * II.611.

Et, quant cestes choses furent ensi acordees entre les dites Reynes è nous, nous demandoms seurte de choses desusdites.

E eles nous respondrent, que eles se voleient conceillier seur l'escrit, e seur la seurte un jour ou deux.

E nous sortames, en feumes tout liez; car nous pensames qe eles ne se poeient conseillier, forsque au Roy, e a son Conseil.

Achief de deux jours reporterent l'escrit, e disoient que l'escrit leur plesoit bien, e que eles ne voleint riens mettre, ne hostier;

E nous demanderent, quele seurte nous voliens avoir;

E nous leur deismes, que nous volions que l'escrit feust endente entre eles e nous; e que l'escrit, que nous averiens, feust merchiez de la maine la Royne Johanne; e celui, que eles duevient, feust merchiez de ma maine: e que eles nous fiansassent, par la foye de leur corps, a tenir les choses desusdites, s'il pleust a mon Seigneur le Roi d'Engleterre.

E eles nous prierent respit jusques au matin.

E lendemaine fu lescrit endente, è merchiez, & leur Fiaunces donnees en nostre maine, e nous envoiasmes Monsire Hue de Ver, è Maystre Johanne de Lacy, a mon Seignur le Roy d'Engleterre, pur mustrier lui les choses desusdites.

E mon Seignur le Roy d'Engleterre, pur la pees de la Cristiente, e pur la hast dou voiage d'outre mer, graunta toutes cestes choses, & veult encore, pur l'oneur le Roi de France sauver, e pur paier ceaux de son conseil, e pur tenier plus secrees les prives covenances, que une lettre, overte general, feust fait, que hom rendist au Roi de France toute la terre de Gascoigne a sa volunte.

E nous, qui ne nous teniens mie asseur des choses dessusdites, vouliens que le Roy de France nous asseurast les choses dessusdites de sa bouche.

Le-

cure, & de la coustume.

Et les genz moun dit Seigneur oians la dite proclamation, & venauns devant le Roi, molt se merveilerent de ce, qe le Roi les manda respoundre as articles, contenus en la dite somounse,

Et disoient q'ils n'entendroint pas que la dite busoigne serroit termine par play, mes par l'amiable traitz susdit; pur ce que, solonc le dit traitz, la dite somonse fust repelee,

* II. 622. Par cele enchaison les sages, que furent venuz, pour mon dit Seigneur, a * son droit defendre en dite busoigne, furent partez de la dite Court,

E les ditz genz prierent q'ils poent consailler tan qe a lendemaine, & parler ove moi, & ove autres du Consail mon dit Seigneur, lors estoiauns en mesme la Cure;

Et ce delaie ne poient avoir, que unqes mes fust veu estre niee, a riche ne a poure, ja soit que la cause fusse petite.

De Margareta, Regis Franciæ sorore, Regi Angliæ maritanda, & seisina Aquitaniæ, secundum quod in secreto tractatu conventum fuerat, restituenda.

Ann. D. 1294. An. 22. E. 1. Ex Orig. Penes Camerar. PHelippe, par la grace de Dieu, Roy de France, nos faisons a savoir a tous, que mariage est parle, traite è acorde entre tres noble Prince Edward, par la dite grace, Roy d'Angleterre, Seigneur d'Irlande, e Duc d'Aquitaine d'une part; e Dame Margarite nostre chiere suer d'autres selonc les covenances qui s'ensuient.

1. C'est a savoir que, s'il avient que la dite Margarite ait filh masle d'icely Roy d'Angleterre, icely filh, e li heyrs, descendans de son cors, e tuit li descendenz des ditz descendens, de loiau mariage, soient de fieus ou de filles, auront tous jours en heritage, apres le deces du dit Roy d'Angleterre, la Duchee de Aquitaine, e ses apurtenances.

2. E celi filh masle, e ses hoyrs de li descendent, è li descendentz des dits descendentz, soient de fieuz ou de filles, de loiau mariage, qui auront la dite Duchee, seront tenus doner a chascune des filles, qui istront dudit Roy d'Angleterre e de la dite Margarite, a se marier, quarante mil livres de Tournois en deniers, pour terre, è pour toutes chouses, se li dis Roys ne avoit asseurees de mariage en sa vie; en tele maniere, que les dites filles se tiennent apayees, chascune des dictes quarante mil livres en deniers, a eles marier, pour terre, è pour toutes choses; è que eles, en aucune cas, ne puissent riens plus demander, ni avoir en la terre, ni en l'heritage de ladite Duchee,

Sauf loyale escheute, s'il avenoit, que ja a Dieu ne plaise, que le Roy d'Angleterre mourust sans autres descendenz de li, ou descendenz des descendenz.

3. E est traite e acorde au devantdit cas, au quel i aura filh, ou hoyrs, masles ou femelles, descendens du dit filh, de loiau Mariage, que li dit filh, e tuit filh, qui seroit de li descendenz, de loyau mariage, e seront Duc de la dite Duchee, a la requeste du Roy d'Angleterre, qui adonc sera, seront tenus de faire, e feront en la dite Duchee serement, une foiz, a chascune Muance de chascun Roy d'Angleterre, è de chascun Duc d'Aquitaine, que il aideront au dit Roy d'Angleterre, aus guerres e aus besoignes, que il aura, par rayson de son Royaume, e de ses Seigniories, dedans le Royaume, ou dehors, de avenant secours de gens d'Armes, è de Nes, è d'autres vaisseaux de Baionne, avec la garniture, que mestier y aura, es costages, è gages avenant dudit Roy d'Angleterre;

Ann. D. 1294. *An.* 22. *E.* 1. *Rot. Vas. con.* 22. *E.* 1. *m.* 10.

REX omnibus, ad quos, &c. salutem.

De circumspectione & fidelitate cari Nepotis nostri, Johannis de Britannia, Capitanei gentis nostræ, tenentisque locum nostrum in Ducatu Aquitanniæ: necnon dilectorum & fidelium nostrorum, Johannis de Sancto Johanne Senescalli nostri Vasconiæ, Roberti Tybetot, & Amaneni de la Bret, Militum, plenam fiduciam optinentes,

Damus ipsis omnibus, tribus, & duobus ipsorum, qui præsentes fuerint, plenam potestatem tractandi, & ordinandi super unitate, & confœderatione ac amicitiâ speciali, inter magnificum Principem Dominum Regem Castellæ illustrem, & nos (Deo propitio) faciendis, & assecurandis, & de hiis affirmandis, quamdiu ambo vixerimus; & damus potestatem prædicto Nepoti nostro, jurandi in animam nostram omnimodum rationabile juramentum.

Volumus etiam quod prædicti quatuor, tres, & duo eorum, quos præsentes esse contigerit, omnia quæ ad commodum & honorem dicti Regis & nostri, quoad præmissa, fuerint convenientia seu etiam oportuna, faciant & compleant, sicut superiùs est expressum.

Habemus siquidem, & habebimus pro firmo & stabili, quicquid prædictus Nepos noster, Senescallus, Robertus, Amanenus, tres, & duo eorum, nomine nostro, in omnibus supradictis, & singulis eorumdem, in formâ prædictâ duxerunt faciendum.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Crevequer tertio die Julii.

✱ *Archiepiscopo Auxitano & aliis, de Vasconia recuperanda.* •II.647.

REX, venerabili in Christo Patri, Amaneno, eâdem gratiâ, Archiepiscopo Axitano, salutem. Ann. D. 1294. *An.* 22. *E.* 1. *Rot. Vas. con.* 22. *E.* 1. *m.* 10. *d.*

Cùm, de terra nostra Vasconiæ, per Regem Franciæ & suos, inimicos nostros, seducti simus nequiter & ejecti, prout vos, secundum quod intendimus, bene scitis,

Paternitatem vestram affectuose requirimus & rogamus, quatenus ad eandem terram nostram recuperandam, nobis in auxilium velitis esse, & genti nostræ, sicut de vobis confidimus confulentes.

Hominesque partium earumdem, ut nobis & genti nostræ, ad terram nostram prædictam recuperandam, auxilium impendant, velitis requirere & monere: & quod ad antiquum statum & dominium, sub quibus ipsi, & eorum antecessores exstiterunt, redire velint & morari.

Tantum super hiis, ad hanc nostram instantiam, facientes, quod vobis specialiter teneamur, prout semper bene meruistis, & diebus singulis facietis, Domino annuente.

Dat. apud Portesmuth, decimo die Julii.

Consimiles litteras habent omnes subscripti, viz.

Dominus Hugo, Episcopus Vasatensis,
Dominus Bertrandus, Episcopus Agenn.
Dominus Arnaldus, Episcopus Aquens.
Dominus Dominicus, Episcopus Baionæ,
Dominus Galbardus, Episcopus Olerens.
Dominus Petrus, Episcopus Adurens.
Dominus Reymundus, Episcopus Lascurren.
Dominus Giraldus, Episcopus Lettorens.
Abbas de Sancto Maurino,
Abbas de Cleriaco,
Prior de Masts.

Arnaldo de Blanquafort cum multis aliis, de Vasconia, per dolum abrepta, recuperanda.

REX dilecto & fideli suo, Arnaldo de Blanquafort, salutem. Ann. D. 1294. *An.* 22. *E.* 1. *Rot. Vas. con.* 22. *E.* 1. *m.* 11. *d.*

Satis bene audistis & nôstis discordiam, habitam inter Regem Franciæ, & nos; & qualiter idem Rex de nostris bonis gentibus, & terrâ nostrâ Vasconiæ nos malitiosè decepit.

Propter quod, quàm carius possumus, vos requirimus & rogamus, quatinus ad dictam terram nostram recuperandam, manu tenendam & defendendam, nos juvetis, sicut vos, & antecessores vestri, nobis & antecessoribus nostris fecistis, omnibus temporibus retroactis.

Et in isto negotio taliter faciatis, quod nos & nostri vobis teneamur, prout vobis ob bona servitia, quæ nobis hactenus impendistis recognoscimus nos teneri.

Teste Rege apud Portesmue, 29. die Junii.

Nomina Magnatum Vasconiæ, quibus Dominus Rex misit litteras suas, sub illo tenore, quo scripsit Arnaldo prædicto.

Petrus de Pompeiaco,
Randulphus Guillielmi de Salinaco,
Gaillardus de Forgiis.

Isti qui sequuntur, sunt de Curia Sancti Severi.

Dominus de Biarno,
Vicecomes de Tartas.
Augerius de Male Leone,
Forcamerus Dominus de Lescun,
Affinus de Nanalhes,
Otto de Doajet.
Randulphus Bernardi de Castro novo,
Sansaverius de Podeux,
Arnaldus de Marssano,
Arnaldus de Monuh,
Asparus Darans,
Sogmus Destan.
Vicecomes Doica,
Arnaldus Destrvals,
Galbardus de Tilh.
Vicecomes de Fureus,
Arnaldus Guillielmi de Pulibalt,
Dominus de Monte Olivo,
Dominus Tenton de Sancta Cruce,
Guilhelmus de Soa,
Sancius Lupi de Castandeco,
Fravanetus de Campeto,
Arnaldus Willelmi de Malo Vicino, • II.649.
Dominus de Damesayu,
Sancius Arnaldi de Malo Leone,
Guillielmus Arnaldi de Morlana,

De Agennens.

Amanenus del Fossat,
Galtertus del Fossat,
Arremfred de Monte Pesato,
Amanenus de Madalhano,
Arnaldus de Marmande,
Stephanus Farrol,
Hugo de Pinoliis,
Grimoardus de Baleux,
Oto de Casa nova,
Rudel de Seyches,
Guillielmus Randulphi Lork,
Arnaldus Garsie de Fossat,
Oto de Lomayne,

Arnaldus Monedeir,
Petrus Calhou Junior.

De Regula.

Reym de Myrablo.
Willielmus de Pinibus.

De Lectora.

Geraldus Seuherii,
Bertrandus de Calveto,
Forta de la Roqua,
Randulphus de Plunassana,
Bernardus de eadem.

De Baionia.

Petrus Arnaldi de Villa,
Paschal filius, Petus Arnaldi de Villa,
Guillielmus de Saubanhacoco,
Johannes de Villa,
Augerius Rotberti,
Randulphus Arnaldi de Maisonnana,

Item Major & Jurati Villæ Burdeg.
Jurati Villæ Sancti Macharii,
** Jurati Villæ Vasati,*
Jurati Villæ Regulæ,
Major & Jurati Villæ Baion.
Major & Jurati Villæ Aquen.
Jurati Villæ Sancti Severi,
Major & Jurati Villæ de Leborne,
Major & Jurati Villæ de Burgo,
Jurati Villæ de Mountclar.
Major & Jurati Villæ Sancti Emilionis,
Jurati Villæ de Milhano,
Jurati Villæ Agenn.
Jurati Villæ Portus Sanctæ Mariæ,
Jurati Villæ Marmand.
Jurati Villæ Lettoræ,
Jurati Villæ Condomii,
Jurati Villæ de Pena Agenn.
Jurati Villæ de Puy Mirol,
Jurati Villæ de Moutflanquin.
Jurati Villæ de Tornon.

Item scriptum est Militibus & aliis Gentibus de Labort.

Item Militibus & aliis probis hominibus de Malo Leone.

Petrus de Monte Revelli,
Vidacus Lupi de Biscaye Consanguineus Regis,

Consimilis littera dirigitur Stephano de Fyta, cum quâdam clausulâ, ante ultimam clausulam, in hæc verba:

Et de hominibus recolligendis, ipsosque monendis ut ad antiquum statum & dominium, ubi ipsi & eorum Antecessores extiterunt, redeant, opem & operam, sicut de vobis confidimus, efficaciter apponatis.

Dat. &c.

Consimilis Littera dirigitur Lupo de Borgoyn, in communi formâ, cum clausulâ, quæ sequitur, in hæc verba:

De bono autem servitio, quod fecistis pluries nobis ipsis, & quod dilecto & fideli nostro Johanni de sancto Johanne, locum nostrum tenenti in Ducatu Aquitanniæ, nostro nomine, similiter impendistis, grates vobis referimus speciales.

Dat. apud Portesmue 12. die Julii.

Arnaldo de Caillou,
Guitardo de la Forte,
Fratri Guillardo de Blezino, Priori Hospital Sancti Jacobi Burdeg.
Magistro Bernardo Fabri Clerico Regis.

Juratis, Consulibus, probis hominibus, & toti Communitati de Oleron.

Juratis, Consulibus, probis hominibus, & toti Communitati de Morlan.

Eodem modo Juratis & probis homimibus de Pount de Urceis.

Eodum modo Juratis, &c. de Salvâ terrâ.

** De Finibus pro servitio in expeditione Vasconiæ recipiendis.* • II.650.

REX, &c. venerabili in Christo Patri, W. eâdem gratiâ, Bathon. & Wellen. Episcopo, Thesaurario suo, salutem. Ann. D. 1294.

Sciatis quod assignavimus vos, unà cum illis de Baronibus nostris de Scaccario, & aliis fidelibus nostris, quos vobis associare volueritis, ad recipiendum fines, vice nostra, ab Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Prioribus, & cæteris viris religiosis, personis Ecclesiasticis, dominibus, viduis, & aliis mulieribus quibuscumque; An. 22. E. 1. Rot. Vascon. 22. E. 1. m. 1.

Ac etiam ab aliis, à quibus fines hujusmodi recipiendos videritis, & qui fines nobiscum facere voluerint, pro servitio quod nobis debent, & facere tenentur in instanti expeditione nostri Vasconiæ, prout vestra discretio ad commodum nostrum viderit faciendum.

Et ideo vobis mandamus, quod fines hujusmodi, ad opus nostrum, recipiatis in formâ prædictâ.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Portesmuth 16. die Julii.

Lite-

queux ne lui fount gardez en nul point, tout soit q'il vous a fait obeisaunce outre la fourme de ce traitiz:

Et pui, Sire, si vous ad fait deux foiz requere, par l'avantdit soun Frere: & la tierce foiz par ascun des Paers de Fraunce, & par autres grantz Seigneurs de vostre Roialme; que sa terre de la Duchee d'Aquitaine lui fust rendue, & sa gent, que fount en vestre Arrest, deliveree: des queux riens ne lui avez fait.

Parount y lui semble que vous ne lui tenez pas pur vestre homme, ne il n'entent estre.

---

*II.651. * *Johanni Duci Brabantiæ, de 22000 Libr. Sterling. Gentibus Sabaudiæ & Burgundiæ ad ordinationem Amadei Comitis Sabaudiæ, numerandis.*

Ann. D. 1294. *An. 22. E. 1. Pat. 22. E. 1. m. 12.*

EDward, &c. a noble hom, Johan, par mesme la grace, Ducs de Lother, Braybant & de Leynburg, sun chier fiuz, saluz.

Nous vous prioms que les 22000 Livre d'esterling, les queux nous enveasmes, n'adguers oveque vous, en la Flote en vos parties: E les queux nous avoms ordene pur faire paiements as gentz de Sauvoye, e de Burgoyne, e de celes partys, pur ayder a nostre guerre contre le Roi de France,

Facez liverer a ceux, ou a celi, qi les voudra demander depar nostre Cosyn, le . . . Comte de Sauvoye; e qi sur ceo vous portera ses lettres overtes.

En tesmoigne de ceste chose, nous vous enveoms cestes nos lettres overtes.

Donees a Portesmue le 13. Jour d'Aust.

De præfata pecunia ut supra ordinanda.

Ann. D. 1294. *An. 22. E. 1. Ibidem.*

EDward, &c. a son chere Clerk, Robert Segre, saluz.

Nous vous mandoms qe les 22000 Livr. d'esterling, les queux nous vous feismes bailler, pur faire paer as gents a armes de Sauvoye, de Burgoigne, e de celes parties, pur ayder a nostre guerre contre le Roy de France,

Facez liverer a ceux, ou a celui, qi les voudra demaunder depar nostre Cousyn, le Conte de Sauvoye: e qi sur ceo porteront, ou portera ses lettres overtes.

E qe vous mesmes aillez jusqes au Conte, pur ver mon qe les paiement, e les choses se facent en la manere, qe feut devisee, selonc la fourme contenue en roule endente, le quel Mon Sire de Lewys ad.

E fetes, en totes choses, ceo qe le Conte vous commandera, e ceo ne lessetz.

En tesmoigne, &c.

Donees, &c. ut supra.

Teste Rege apud Portesmuth 17. die Augusti.

Eodem modo mandatum est singulis Vicecomitibus Angliæ.

Teste ut supra.

Archiepiscopo Eborum, de facto Vasconiæ, a Rege Franciæ fraudulenter obtenta, & nequiter detenta.

REX Archiepiscopo Eborum, Angliæ Primati, salutem. Ann. D. 1294. *An. 22. E. 1. Rot. Vascon. 22. E. 1. m. 4. d.*

Qualiter Rex Franciæ nos de terrâ nostrâ Vasconiæ maliciose decepit, & inde fraudulenter ejecit, eam nequiter detinendo, Paternitatem vestram credimus non latere.

Cum igitur, ad terram illam recuperandam à manibus dicti Regis, vestrum Consilium & Auxilium, sicut & cæterorum Prælatorum ac cleri de Regno nostro (quos communiter negotium istud tangit) nobis quamplurimum prospexerimus profutura; ob quod apud Westmonasterium, in Festo Sancti Mathei Apostoli & Ewangelistæ, proximo futuro, personaliter esse disposuimus, Deo dante,

Ad tractandum, unà vobiscum, & cæteris Prælatis, ac Clero ejusdem Regni, & ad ordinandum tunc ibidem super statu dictæ terræ nostræ Vasconiæ, & remedio in hoc contra hujusmodi malitiam adhibendo,

Vobis mandamus, in fide & dilectione, in quibus nobis tenemini, firmiter injungentes, quod, dictis die & loco, personaliter intersitis;

Vocantes priùs Decanum & Capitulum Ecclesiæ vestræ, Archidiaconos, totumque Clerum vestræ Diocesis;

Facientésque, quod idem Decanus & Archidiaconi, in propriis personis suis, & dictum Capitulum per unum, idemque Clerus per duos Procuratores idoneos, plenam & sufficientem potestatem ab ipsis Capitulo & Clero habentes, unà vobiscum intersint modis omnibus tunc ibidem,

Ad tractandum, ordinandum, & faciendum, pro ipsis Capitulo & Clero, ac eorumdem nomine, quod de vestro, & aliorum Prælatorum, Decani, Archidiaconorum, Procuratorumque prædictorum, communi Consilio providebitur in præmissis.

Teste Rege apud Portesmuth 19. die Augusti.

Consimiles litteræ diriguntur Custodi Spiritualitatis Archiepiscopatûs Cantuariensis, sede vacante, mutatis tamen mutandis; ut ibi, vocantes priùs Archidiaconum, totumque Clerum dictæ Diocesis, facientesque quod idem Archidiaconus, in propriâ personâ suâ, dictusque Clerus per duos Procuratores idoneos, plenam & sufficientem potestatem ab ipso Clero habentes, unà vobiscum intersint, &c. & faciendum pro ipso Clero ac ejusdem nomine, quod, de vestro, Prælatorumque prædictorum communi consilio, providebitur in præmissis.

Teste ut supra.

Consimilia brevia diriguntur Episcopis.

Elyensi, *Norwycensi,* *Win.*

Abbati de Alnewyk,
Abbati de Egleston,
Abbati de Sancta Agatha,
Abbati de Barlinges,
Abbati de Tupholm.
Abbati de Byleye,
Abbati de la Dale,
Abbati de Neubus,
Abbati de Cokersand,
Abbati de Croxton.
Abbati de Sancta Radegund,
Abbati de Heppe,
Abbati de Tyckefeld,
Abbati de Suleby,
Abbati de Lauenden.
Abbati de Torre,
Abbati de Welbeck,
Abbati de Hales,
Abbati de Bello Capite,

Præmonstraten.

Abbati de Furneys,
Abbati de Sallay,
Abbati de Holmcoltram,
Abbati de Novo Monasterio,
Abbati de Jorevall.
Abbati de Fontibus,
Abbati de Bella Landa.
Abbati de Melsa,

Abbati de Pipwell,
Abbati de Cumbe,
Abbati de Blanca Landa,
Abbati de Basingwerk,
Abbati de Crumbermere,
Abbati de Crokesden,
Abbati de Valle Regali,
Abbati de Denlacresse,
Abbati de Mira Valle,
Abbati de Stonlowe,
Abbati de Buldewas,
Abbati de Stoule in Wiltesbir.
Abbati de Swyneshenead,
Abbati de Wardon,
Abbati de Boxle,
Abbati de Stratford,
Abbati de Tiletoye,
Abbati de Bynedon.
Abbati de Quarrera,
Abbati de Leteleye,
Abbati de Dunkeswell,
Abbati de Bello loco Regis,
Abbati de Stratta Florida,
Abbati de Flaxele,
Abbati de Tynterne,
Abbati de Kingeswod,
Abbati de Wauerle,
Abbati de Revesby,
Abbati de Parco Lude,

Cistercien.

Eodem modo mandatum est Magistro Ordinis de Sempringham.

---

* II.654. ** Litera Wallensibus de Credentia.*

Ann. D. 1294. *An. 22. E. 1. Rot. Vascon. 22. E. 1. m. 1.*

REX Universis & singulis fidelibus suis, tam de Comitatibus de Kaernarvan, Angleseye, & Meriunnyth, quàm de Comitatu de Flint, & de Cantredis de Ros, & Rowenyock, & de Frencloyt, salutem.

Quia in instanti arduo negotio nostro Vasconiæ, vestris, sicut & aliorum fidelium nostrorum, de Regno nostro, serviciis indigemus ad præsens,

Nos, de fidelitatibus vestris specialiter confidentes, vos requirimus & rogamus, in fide & dilectione, quibus nobis tenemini, firmiter injungentes, quatinus dilectis & fidelibus nostris,

Reginaldo de Grey Justiciario nostro Cestriæ, & Roberto de Staundon Justiciario nostro Northwalliæ, quibus in hoc negotio plenius exposuimus voluntatem nostram, vobis ex parte nostrâ ore tenus referendam, plenam fidem super hoc adhibere,

Et ea facere velitis, prout iidem Reginaldus & Robertus vobis injungent plenius in præmissis; ita quod fidelitates & probitates vestras debeamus merito commendare.

Teste Rege apud Donameneye 30. die Augusti.

CElestinus Episcopus, servus servo[...] sto filio, E. Regi Angliæ, illustri, salutem [...] nedictionem.

Mirabilia Dei judicia, quorum scrutationes abyssus sunt, illu[...] tremenda pariter & stupenda mortalibus, sic in altum se erigunt, & [...] sic intellectum tenuem nostræ imbecillitatis excedunt, quod, cum regr. [...] sit super omnes terræ terminos lumen ejus, ad contemplandam altitudinem divitiarum sapientiæ, atque scientiæ suæ immensæ, nec comprehensiones humanæ sufficiunt, nec depressi sensus nostræ humilis fragilitatis attingunt.

Ipse quidem, terribilis in consiliis, super filios hominum dominatur in virtute sua in æternum: Et, cum sit spectator omnium, * II.655. cunctorum præscius, * visionisque ejus præsens semper æternitas, sic cum nostrorum actuum futura qualitate concurrit, ut cuncta suaviter disponat recto judicio, & creata singula arbitrio moderetur æterno.

Ipse cœlos, terram creavit & maria; ac pro soliditate firmissimâ, sacrosanctam Romanam Ecclesiam supra petram fidei solidate firmavit; illud ei tribuens, in apostolicæ protectionis fortitudine, fundamentum ut, quamvis, flantibus ventis, fluctuare videatur interdum; ingruentibus tamen fluctibus nequeat procellosæ tempestatis emergi: Licet enim, vel crebra decedentium mutatione pastorum, in varias fluctuationes frequenter inciderit; vel per mundanæ malignitatis incursus, persecutionibus gravibus fuerit fatigata frequentiùs, nunquam tamen eam cœlestis consilii altitudo deseruit, quo minùs robur ipsius in qualibet tribulatione proficeret, & inde obtineret spei suæ gaudium, unde receperat fidei firmamentum.

Piæ siquidem recordationis Nicolao Papa quarto, Prædecessore nostro, debitum naturæ solvente, ejusque corpore honorificentiâ debitâ ecclesiasticæ tradito sepulturæ, habitus est à fratribus nostris de futuri Pastoris substitutione tractatus; in quo successivè, proch dolor! ipsa Romana ecclesia, per non modica spatia temporum, viduitatis incomoda deploravit:

Sed Benignus sapientiæ spiritus, in ipsis vespertinis angustiis rigans montes de superioribus suis, eorumdem fratrum corda disparia piâ inspiratione præveniens, subito & celeriter conjunxit in unum; illud, momento quasi, perficiens, ad quod diffusi temporis spatium fructum debitum non adduxit.

Ipsi namque fratres denuo, de solâ providentiâ summi Patris, & ejus permissione mirabili, in humilitatem nostram omnes unanimiter concordantes: Nos, tunc fratrem Petrum de Murrone, ordinis Sancti Benedicti, ad summi Apostolatûs apicem evocarunt; nobis decretum evocationis hujusmodi per speciales eorum nuntios destinantes.

Quanquam autem tanti oneris moles, nostris debilibus importabilis humeris, illius utpote, qui in humili statu positus, & solitudine heremi longissimis educatus temporibus, mundanorum negotiorum curâ depositâ elegeramus semper, pro tutiori consilio, in domo Domini solitarius abici, nostram insufficientiam stupore nimirum tremendæ discussionis invaderet;

Considerantes tamen quod prolixior mora in subrogatione pastoris, trahebat ecclesiæ ac gregi dominico periculosum per universa mundi climata nocumentum: Et ne vocationi divinæ resistere videremur; demum confidentes in illo qui facit fortem ex debili: Balbutientibus eloquentiam tribuit: Exurgit benignus in occursum timentium, & implorantium nomen suum: In semitis suis clementer dirigit & perficit gressus hominis: Ac sperantes in eo qui nunquam deserit inconsultos: Et à quo vocationem nostram hujusmo-

..., quo, in bonorum operum executione, Celsitudinis Regalis affectum extimamus magis promptum & facilem invenire; cum apud Deum, cujus iidem Prælati ministri existunt, retributionis æternæ præmium, & apud homines laudis præconium tibi exinde acquiratur.

Dudùm siquidem Ecclesia Cantuariensi per obitum, bonæ memoriæ, Johannis Archiepiscopi Cantuariensis, Pastoris solatio destituta, dilecti filii Prior & Capitulum ejusdem Ecclesiæ, vocatis omnibus, qui voluerunt, debuerunt, & potuerunt comode interesse, die ad eligendum præfixa, convenientes in unum ac Spiritûs Sancti gratiâ invocatâ,

Deliberantes, ad provisionem faciendam ipsi Ecclesiæ de Prælato, per viam procedere compromissi, septem ex ipso Capitulo, videlicet, Fratribus, Martino de Cline Pænitentiario, Galfrido de Ramenal Præcentori, Radulpho de Adesham Suppriori, Johanni de Welles Thesaurario, Roberto de Celesey, Johanni de Wy, & Riccardo de Chine, Monachis ejusdem Ecclesiæ, sub eo modo potestatem providendi, ea vice, ipsi Ecclesiæ de Pastore unanimiter concesserunt, ut ipsi, vel major pars ipsorum, vice sua, & prædictorum Prioris & Capituli, per electionem canonicam tantummodo, eidem Ecclesiæ de persona ydonea ex seipsis, vel aliis de gremio ipsius Ecclesiæ, vel aliunde, assumenda, prout ipsis videretur expediens, providerent:

Et quod, postquam omnes iidem Monachi, vel major pars ipsorum, concordes existerent de persona hujusmodi eligenda, unus illorum, de reliquorum Collegarum suorum consensu & mandato, vel majoris partis eorum, vice sua, & ipsorum, ac totius Capituli supradicti, personam ipsam in Archiepiscopum Cantuariensem eligeret, & electionem hujusmodi publicaret.

Dicti autem septem Monachi, hujusmodi potestate recepta, secedentes in partem, post diligentes, quos inter se super hoc habuere, de diversis personis tractatus, in venerabilem Fratrem nostrum, Robertum Archiepiscopum Cantuariensem, tunc Archidiaconum Essexiæ, in Ecclesia Sancti Pauli Londonien. Doctorem Theologicæ facultatis, concorditer consenserunt.

Et deinde prædictus Supprior, de consensu & mandato prædictorum Collegarum suorum, vice sua, & ipsorum Collegarum, ac Capituli supradicti, ex concessa sibi & eisdem Collegis suis, ab eisdem Priore & Capitulo, ut præmittitur, potestate, eundem R. in Archiepiscopum Cantuariensem elegit;

Et hujusmodi electionem suam, in præsentia dictorum, Prioris & Capituli, sollempniter publicavit:

Dictusque R. postmodum, infra tempus à jure statutum, eidem Electioni, ad Prioris & Capituli prædictorum instantiam, consensit; & forma constitutionis, fælicis recordationis, Nicolai Papæ tertii Prædecessoris nostri, super hoc editæ, diligenter servata, personaliter ad Apostolicam sedem, dum sedes ipsa vacabat, accedens, huc usque apud eam propter hoc noscitur permansisse.

Demum autem iidem Prior & Capitulum, facientes nobis decretum Electionis hujusmodi præsentari per suos certos Procuratores & Nuncios, ad nos propter hoc specialiter destinatos; præfatus vero R. per seipsum à nobis suppliciter postulavit, ut Electionem confirmaremus eandem:

Nos igitur Electionem ipsam, & ipsius R. personam per venerabilem Fratrem G. Sabinen. Episcopum, & dilectos Filios nostros, B. tt. Sancti Martini Presbiterum, & P. Sancti Eustachii Diaconum, Cardinales, examinari fecimus diligenter; & facta nobis ab eisdem Cardinalibus super hoc relatione fideli,

CElestinus Episcopus, servus servorum Dei, carissimo in Christo filio E. Regi Angliæ illustri salutem & Apostolicam benedictionem. Ann. D. 1294. An. 22. E. 1. Ex Autogr.

Fungentes pii Patris officio ad prosperum statum universalis orbis intendimus; sed ad tuum, fili carissime, Regnique tui voto propensiori ducimur, & more paterno te ad ea, quæ tuæ saluti expediunt ac honori, & utilitatibus tuis, & ipsius Regni congruunt, salutaribus exortationibus excitamus, ut deducta per te in rationis examen, admittantur devotius, & admissa tibi Regnoque prædicto, ad salutem, concedente salutis auctore, proficiant, pacem universaliter germinent, producantque quietem.

Progenitores quidem tui, Christianissimi Principes, erga Deum, & Romanam Ecclesiam clariori devotione fulgentes, perfectæ circumspectionis imbuti prudentiâ, vitatis scandalis, pacem undique coluerunt, plenis eam amplexantes affectibus, totisque studiis perquirentes, quæ, inter alia insita eis dona virtutum, ipsorum statum & nomen exaltavit felicioribus incrementis.

Ipsa enim à Domino suis Discipulis testamentali quodam edicto relicta, cultores suos opibus beatæ fertilitatis amplificat, & illis quos suavitatis ejus reddit impius seductor expertes, utriusque boni præmium impeditur.

Profecto nostrum & fratrum nostrorum acriter percusserunt auditum, attulerunt lacerationis incendia nostris & ipsorum præ dolore visceribus amari rumores, nostris nuper auribus referentes quod inter te, & carissimum in Christo filium nostrum Phylippum Francorum Regem illustrem, materia erat dissensionis exorta: ob quam hinc inde, proh dolor! munimenta bellica parabantur, non utinam! corporum & animarum dispendia, non utrique Regno irreparabilia pericula & Terræ sanctæ per consequens illatura.

Licet igitur inter assiduas curas, & immensas sollicitudines, quæ nobis ex ministerio Apostolicæ servituris incumbunt, singulos orbis terræ Catholicos Principes, & universos Christi fideles in pace libenter, & unitate servemus; de salubri tamen statu tuo, & dicti Regis, ac tui ejusque Regnorum, eo nimirum libentiùs, eoque sollicitiùs & profundiùs cogitamus, quo te, ac Regem eundem, & dicta Regna ipsa Mater Ecclesia sinceriori caritate prosequitur, & in te, ac ipsis majori securitate quiescit, ac plenius delectatur.

Unde vias perquirentes & modos, quibus, auctore Deo, inter te, ac præfatum Regem, super hujusmodi exortâ * discordiâ, & salubre adhibere remedium, & futuris obviare periculis valeamus; * II.658.
aliquos ex fratribus ipsis, vel alios, de quibus qualitas facti suaserit, pro reformandâ hinc inde concordiâ proponimus illuc celeriter destinare: utinam! possibilitas nobis adesset, nostram ibi exhibendi præsentiam, ut, aliis prætermissis agendis, præsentialiter ostenderemus effectu, quod in votis gerimus in hâc parte; sed id localis distantia, & proprii senectus corporis, non permittunt.

Quare Celsitudinem Regiam rogamus, & obsecramus in filio Dei Patris, quatinus diligenter attendens, quod tuis & prædictorum Progenitorum tuorum votis divina multipliciter favit Clementia, etsi propterea te sibi deceat gratum, acceptum, & placidum exhibere, si pro sui reverentiâ nominis quicquam interdum molestiæ ferre cum patientiâ tenearis; etsi per te solerti studio sint vitanda, quibus ejus viscera lacerantur:

Considerans quoque prudenter, quam sit apud Deum, & homines detestandum, quod te ac præfatum Regem, tam propinquo gradu consanguinitatis astrictos, tamque contiguâ vicinitate conjunctos,

dis desideriis, & tota animi devotione affectans: quia, prout desidero, ad Excellentiæ vestræ præsentiam me personaliter transferre non possum, vestris principaliter ac meis detentus negotiis;

Venerabilem virum, Dominum Adulphum de Waldogge Præpositum & Archidiaconum Ecclesiæ Trajectensis, meum dilectum consanguineum, & discretum virum, Magistrum Laurentium Canonicum Trajectensem, meos familiares & consiliarios (de quorum fide, michi expertâ, habeo confidentiam pleniorem) ad Celsitudinis vestræ præsentiam transmitto, ut vobis animi mei notum, ac quæ honori & utilitati vestræ credo esse proficua exponant oraculo vivæ vocis:

Supplicans quatinus eorum verbis fidem adhibere dignemini, tanquam meis; & ea, quæ postulaverint, prout Majestati vestræ placuerit, effectui mancipare.

Dat. anno Domini 1294, feria quinta ante Festum beati Dyonisii.

II.659. * *De bonis Mercatorum Franciæ arestandis.*

Ann. D. 1294. An. 22. E. 1. Rot. Fin. 22. E. 1. m. 3.

REX Thesaurario & Baronibus suis de Scaccario Dublinensi, salutem.

Quia volumus quod omnia mercimonia, & bona, & catalla, & debita Mercatorum, & aliorum extraneorum quorumcumque, de Regno, potestate, & Dominio Regis Franciæ, ubicunque inventa fuerint in terrâ nostrâ Hiberniæ, per vos arrestentur & vendantur,

Vobis mandamus, quod omnia mercimonia, & bona, & catalla, & debita Mercatorum, & aliorum extraneorum hujusmodi, ubicunque inventa fuerint, tam infra libertates, quàm extra, in terra nostra prædicta, per visum alicujus Mercatoris, & alicujus extraneorum illorum (quorum mercimonia, bona, & catalla prædicta fuerint) & insuper per visum alicujus fidelis, per vos Thesaurarium ad hoc deputati, vendi; & denarios inde provenientes salvo custodiri faciatis, donec aliud inde præceperimus.

Et hoc, &c.

Teste Rege apud Westm. decimo sexto die Octobris.

Confœderatio inita inter Regem Angliæ & Regem Romanorum.

Ann. D. 1294. An. 22. E. 1. Rot. Aleman. 22. E. 1. m. 19.

EDwardus, Dei gratia, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, & Dux Aquitanniæ, præsentium inspectoribus universis salutem.

Noveritis quod nos plenam & liberam potestatem, ac mandatum speciale ordinandi, firmandi & terminandi inter nos, & hæredes nostros, & inclitum Principem Dominum Adolphum Regem Romanorum illustrem, & semper Augustum, indissolubile confœderationis vinculum, & unionem amicitiæ specialis dedimus, transtulimus & transfudimus in, bonæ memoriæ, Johannem tunc Archiepiscopum Dublinensem, & venerabilem patrem, Antonium Episcopum Dunelmensem, & Nobilem Virum Florentium Hollandiæ & Zelandiæ Comitem, ac Hugonem le Despenser Militem, per nostras patentes litteras, quas ipsis tradidimus super eo.

1. Sane iidem, Archiepiscopus, Episcopus, Comes & Hugo, Quam pœnam ad illos dicimus extendendam, qui occasione, & ex causâ discordiæ litisque, motæ inter Romanorum & Franciæ Reges, amicos & auxiliatores, tam nostros, & hæredum nostrûm, quàm ipsius Regis Romanorum invaserint, directè vel indirectè turbaverint, quominus in auxilium nostrum, & hæredum nostrorum, ac ejusdem Regis Romanorum, se valeant transferre.

5. Ad majorem etiam securitatem & observationem ordinationis prædictæ, dixerunt & ordinaverunt quod nos, pro nobis, & hæredibus nostris fidem præstare deberemus corporalem; & quod nichilominus dicti, Archiepiscopus, Comes, & Hugo, vel alii, juramentum, in animam nostram, super firmâ observatione confœderationis & amicitiæ hujusmodi, jam præstitum, in præsentiâ nostrâ, dum oportunitas fuerit, innovabunt, quod nos, & hæredes nostri, omnia & singula, prædicta quamdiu dictus Rex Romanorum vixerit, fideliter observabimus: Et etiam Imperio, post ipsius Regis decessum; dum tamen ille, qui præerit Regno vel Imperio, easdem pactiones nobis, vel hæredibus nostris, Regibus Angliæ, innovet & observet: & nichilominus, pro nobis, & hæredibus nostris, nostrum voluntarium adhibemus consensum, quod Principes Regni nostri, quorum copia & consensus haberi poterunt, cum protestatione, sua servitia nobis & hæredibus nostris subtrahent, quamdiu conventiones, cum dicto Rege Romanorum initas, non servaverimus, quod absit: obligatione nichilominus prædictâ in suo robore duraturâ; dum etiam Principes suis patentibus litteris protestabuntur, quod, de voluntate & mandato nostro speciali, hujusmodi subtractiones servitiorum inviolabiliter observabunt, si, quod absit, conventiones easdem nos, vel hæredes nostri minimè servaremus: super quibus etiam nostras litteras patentes, pro nobis, & hæredibus nostris, dabimus Regi Romanorum antedicto.

6. Item, dixerunt & ordinaverunt quod nos, pro nobis, & hæredibus nostris, sub sigillo nostro, expresse per litteras nostras duplicatas ratificemus omnia prælibata.

7. Item, dixerunt & ordinaverunt quod nos, & hæredes nostri, omni morâ affectatâ postpositâ, ad citius quod poterimus, bonâ fide, castra nostra movebimus, vel movebunt, & cum exercitu nostro, ad certos diem & locum, per præfatos, Archiepiscopum, Episcopum, Comitem, & Hugonem, & Nuncios præfati Regis Romanorum condicendos, ad ipsum Regem Romanorum, cum nostris hominibus, iter arripiemus, vel arripient, & declinabimus, vel declinabunt; nec separabimur nos & præfatus Rex Romanorum ab invicem, nisi nostris negotiis, contra Regem Franciæ, vel hæredes suos, fæliciter expeditis:

8. Emendationem etiam dictæ confœderationis, tam nobis, quàm eidem Regi Romanorum, dum convenerimus, pro utriusque nostrûm honore & commodo, reservârunt.

9. Item, dixerunt & ordinaverunt quod nos eundem Romanorum Regem, Nunciis & litteris nostris, apud summum Pontificem & Dominos Cardinales, pro Diademate Imperii consequendo, juvabimus bona fide.

Ad quorum omnium & singulorum inviolabilem observantiam, nos, & hæredes nostros, præstito super hiis in animam nostram solempniter juramento, per eorum patentes litteras, sigillorum suorum munimine roboratas, ex vi potestatis sibi à nobis traditæ, firmiter obligârunt.

Nos itaque omnia & singula, quæ in præmissis antefati, Archiepiscopus, Episcopus, Comes, & Hugo, dixerunt, pronunciaverunt, & ordinaverunt, prout superius sunt expressa:

Rata habemus & grata, ac ea præsentibus, pro nobis, & hæredibus nostris, innovamus, ratificamus, & confirmamus, ad observantiam

pro Comite de Gelria de conductu.

Ann. D. 1294. REX Capitaneis Marinariorum, & eisdem Marinariis, ac omnibus Ballivis & fidelibus suis, ad quos &c. salutem:

An. 22. E. 1. Pat. 22. E. 1. m. 2. Cum Nobilis vir & amicus noster carissimus, Reginaldus Comes de Gelre, ut nobiscum super quibusdam negotiis colloquium habeat & tractatum, ad nos in Angliam sit venturus:

Suscepimus in salvum & securum conductum nostrum praefatum Comitem, in veniendo ad nos in Angliam, tam per mare, quàm per terram, cum familiâ & rebus suis, ibidem morando, & inde redeundo.

Et, si forte praedictus Comes, aliquâ de causâ praepeditus, ad nos, ut praemittitur, personaliter accedere non possit, Nuncios, quos ipsum ad nos destinare continget, cum hominibus & rebus suis, sub eodem conductu nostro suscepimus speciali.

Et ideo vobis mandamus quod eidem Comiti, seu Nunciis suis, in veniendo ad nos in Angliam, tam per terram, quàm per mare, cum familiâ & rebus suis, ibidem morando, & inde redeundo, sicut praedictum est, non inferatis, nec inferri permittatis injuriam, molestiam, dampnum, impedimentum aut gravamen.

In cujus, &c. duraturas usque ad Festum Purificationis beatae Mariae, proximo futurum.

Teste Rege apud Turrim London. 5. die Novembris.

Rex regratiatur Domino Herstrado Domino de Meremberg, super Confoederatione cum Adolpho Rege Romanorum.

Ann. D. 1294. REX Nobili viro & amico suo, Domino Herstrado, Domino de Merenbergh, salutem & dilectionem.

An. 22. E. 1. Rot. Aleman. 22. E. 1. m. 19. Fidelitatem vestram, quam in tractando confoederationem & unionem amicitiae, inter Serenissimum Principem, Dominum Adolphum Romanorum Regem illustrem, & nos, & haeredes nostros, quamdiù idem Rex vixerit, faciendas; & postmodum, in faciendo compleri ab eodem Rege, quae per Socios vestros & vos praemissa fuerant & jurata, exhibuistis (sicut ejusdem Regis super hoc factae litterae manifestant) non immerito commendantes, eam quamplurimum gratam habemus & acceptam.

De vestro autem negotio in brevi ita proponimus ordinare, quod meritò vos contentos debebitis reputari; sicut dilecti & fideles nostri, Magister Gerlacus * Canonicus Aquensis, & Eustachius de Pomerio frater suus, exhibitores praesentium, vobis dicere poterunt viva voce. *II. 662.

Quibus in hiis, quae super praemissis ex parte nostra duxerint exponenda, velitis fidem credulam adhibere.

Dat. London. 6. die Novembris, anno Regni Regis 22.

Ann. D. 1294. An. 22. E. 1. Rot. Aleman. 22. E. 1. m. 18.

De negotio tangente Archiepiscopum Coloniensem.

REX Venerabili in Christo Patri, ac Secretario suo carissimo, Domino S. eadem gratiâ, Sanctae Coloniensis Ecclesiae Archiepiscopo, Sacri Imperii per Italiam Archicancellario, salutem & sincerae dilectionis affectum.

Vestrae sinceritatis dilectio, quam ad nos & honorem nostrum

REX discreto Viro, Magistro Wykebaldo, Majori in Colonienfi Decano, & Archidiacono, ac Ecclesiae Aquensis Praeposito, salutem. Ann. D. 1294. An. 22.

Industriosae circumspectionis & prudentiae vestrae, per venerabilem Patrem, Antonium Dunelmensem Episcopum, praeconiis intellectis; ut eo nostris ferventiùs obsequiis insistatis, quo per nos ampliori praerogativâ vos senseritis honorari, in familiarem & secretarium nostrum vos duximus admittendum: In cujus rei testimonium vobis has litteras nostras patentes concedentes. E. 1. Rot. Aleman. 22. E. 1. m. 19.

Dat. apud Turrim London. 7. die Novembris.

** De Potestate recipiendi Sacramentum fidelitatis a Comite de Kazinlugbogin.* *II. 663.

NOS Edwardus, &c.

Notum facimus Universis quod nos, ad recipiendum, nomine nostro, à spectabili viro Ebarhardo, Comite de Kazinlugbogin, Sacramentum fidelitatis: Et litteram, per quam debet recognoscere se, & haeredes suos tenere, & tenere debere, in feodo, a nobis, & haeredibus nostris, Castra de Hohenbergh & Steynheym, quae idem Comes à nemine asserit se tenere: Et promissionem, quam idem Comes tenetur facere in virtute praestandi juramenti, quod de dictis Castris nobis faciet homagium; & procurabit, si quis fuerit, superioris assensum, cum ad partes Alemanniae venerimus, dilectum nobis Eustachium de Pomerio Militem constituimus loco nostri. Ann. D. 1294. An. 22. E. 1. Rot. Aleman. 22. E. 1. m. 19.

Ratum & gratum habituri, quod eidem Militi, nomine nostro, factum fuerit in praemissis.

In cujus, &c.

Dat. apud Turrim London. 7. die Novembris, anno Regni nostri 22.

Transcriptum literae patentis, quam Comes de Kazinlenbogin sigillare debet.

NOS Eberhardus, Comes de Kazinlenbogin, notum facimus universis, praesentes litteras inspecturis, quod nos Domino Eustachio de Pomerio Militi, recipienti vice & nomine magnifici Principis, Domini Edwardi, illustris Regis Angliae, Domini nostri, fecimus Sacramentum fidelitatis, Ann. D. 1294. An. 22. E. 1.

Recognoscentes, pro nobis, & haeredibus nostris, quod nos tenemus, & tenere debemus, in feodo ab eodem Rege & haeredibus suis, Castra de Hohenbergh & Steynheym (quae nunquam ab aliquo nos, vel Progenitores nostri tenuimus) & promittimus, in virtute praestiti juramenti, quod, quamcito idem Rex ad partes cismarinas venerit, eidem homagium de Castris praedictis faciemus, & superioris eorumdem Castrorum, si quis fuerit, super hoc voluntatem procurabimus & assensum. Rot. Aleman. 22. E. 1. m. 19. d.

In cujus, &c.

De

[illegible], sive Reginaldi, quondam [illegible] in Suburbio London:

Unum tenementum, quod habet ex dimissione Galfridi le Coureur, & Odiernæ uxoris ejus, in eodem Suburbio:

Unum tenementum, quod habet ex dimissione Willielmi de Waltham, & Elenæ uxoris ejus, in eodem Suburbio:

Unam placeam terræ, quam habet ex dimissione Adæ le Windrawer, & Elyciæ uxoris ejus, in eodem Suburbio:

Unam placeam terræ, quam habet ex dimissione Salomonis le Tuiler, & Elyciæ uxoris ejus, in eodem Suburbio:

Unam placeam terræ, quam habet ex dimissione Galfridi de Hundesdich, Executoris testamenti Thomæ de la More, in eodem Suburbio:

Unam placeam terræ, quam habet ex dimissione Johannæ Goldcorne, in eodem Suburbio:

Et triginta libratas redditûs, quas habet ex dimissione Henrici le Waleys, in Venella Sancti Laurentii juxta Westchepe, & in Cordwinstrete, & apud Douvegate, in Civitate prædicta:

Dare possit & assignare dilectis nobis in Christo, Abbatissæ & Sororibus Minorissis, Ordinis Sanctæ Claræ, de Gratia beatæ Mariæ Virginis, extra Algate:

Habenda & tenenda sibi, & successoribus suis.

Et eisdem Abbatissæ & sororibus, quod ipsæ tenementa, placeas, & redditus prædicta à præfato fratre nostro recipere possint, tenore præsentium similiter licentiam dedimus specialem:

Nolentes quod prædictus frater noster, aut hæredes sui, vel prædictæ Abbatissæ, vel Sorores, seu Successores sui ratione Statuti prædicti, inde per nos, vel hæredes nostros, occasionentur in aliquo, seu graventur.

Salvis tamen Capitalibus Dominis feodorum illorum servitiis inde debitis & consuetis, & etiam libero ingressu & egressu ad distringendum in eisdem feodis, pro consuetudinibus & servitiis suis prædictis, quotiens aliquid inde eis à retrò esse contigerit.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Turrim. London. 8. die Novembris.

De manuali fide Regis, & quorundam Nobilium Regni, data ad observandum conventiones inter Regem & Regem Romanorum.

Ann. D. 1294. As. 22. E. 1. Ex Orig.

EXcellentissimo Principi, Domino A. Dei gratiâ, Regi Romanorum illustri, semper augusto, Edwardus, eadem gratiâ, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ & Dux Aquitanniæ, fœlicem regnandi gloriam, & salutem.

Sicut ex relatione Venerabilis in Christo Patris, Antonii Dunolmensis Episcopi, unius Nunciorum nostrorum, ad vos, vel vestros nuncios transmissorum, didicimus, iidem nuncii vestri, unà cum dicto Episcopo, & aliis nostris nunciis, juxta vestræ Celsitudinis voluntatem & nostram, quæ super confœderationis vinculo & unione amicitiæ specialis, inter nos mutuo faciendis, sibi commissa fuerant & injuncta, fideliter pertractarunt, vestraque Sublimitas subsequenter, quæ per eos facienda promissa fuerant, fidelius adimplevit;

Ex quo Serenitati vestræ ad quas possumus gratiarum assurgimus actiones.

Nos autem, conventiones confœderationis hujusmodi, quas pro nobis & hæredibus nostris ratificavimus, acceptavimus, & innovavimus, firmiter observare volentes, super ipsarum observatione, in manu nobilis viri, Eustachii de Pomerio Militis vestri & nos-

Dat. London. 9. Novembr.

De fidelitate & Homagio Comitis Kazinelugbogin.

REX, &c. Spectabili viro, Domino Eberhardo, Comiti de Kazinelugbogin, salutem & dilectionem. Ann. D. 1294.

De diligentiâ, quam circa expeditionem negotiorum nostrorum, As. 22. in Curiâ Domini Romanorum Regis, adhibuistis, sicut per rela- E. 1. tionem Magistri Gerlaci, & Eustachii de Pomerio Militis, fra- Rot. Almtrum, accepimus, vobis referimus multas gratias: man. 22.

Rogantes ut, quod super hoc liberaliter incepistis, continuare E. 1. m. velitis. 18.

Formam expeditionis vestri negotii, quæ est talis, videlicet,

Quod postquam nobis constiterit, per litteras vestras, & dicti Eustachii de Pomerio, vos eidem Eustachio, nomine nostro, Sacramentum fidelitatis præstitisse, vobis vel mandato vestro, in Comitatu Holandiæ ducentas & quinquaginta libras Sterlingorum faciemus exsolvi: Et alias ducentas & quinquaginta libras, ejusdem monetæ, cum nobis homagium feceritis de Castris de Hohenbergh & Steynheym, quæ vos & hæredes vestri de nobis & hæredibus nostris in feodo tenere debebitis, & quæ à nemine asseritis vos tenere, castrorumque illorum superioris, si quis fuerit, voluntatem procuraveritis & assensum:

Prædictis, Magistro Gerlaco, & Eustachio, vobis pleniùs exponendam, commisimus vivâ voce; quibus in hiis, quæ super præmissis, ex parte nostrâ, vobis expresserint, fidem velitis credulam adhibere.

Dat. apud Westm. 12. die Novembr.

De Juramento, ab Archiepiscopo Coloniensi, super Servitio suo contra Regem Franciæ, recipiendo.

NOS Edwardus, Dei gratiâ, Rex Angliæ, Dominus Hiber- Ann. D. niæ & Dux Aquitanniæ, notum facimus universis, quod nos 1294. constituimus & ponimus, loco nostri, dilectos nobis, Eustachium As. 22. de Pomerio Militem, * & Magistrum Gerlacum fratrem ejus Ca- E. 1. nonicum beatæ Mariæ Aquensis, vel eorum alterum,

Ad recipiendum, nomine nostro, à venerabili Patre, Sifrido, Rot. Al- Dei gratiâ, Sanctæ Colonensis Ecclesiæ Archiepiscopo, juramen- man. 22. tum, quod nobis præstare tenetur, de servando & adimplendo fi- E. 1. m. deliter conventiones, inter nos & ipsum initas, super servitio suo 18. cum mille hominibus armatis equitibus (de quibus trescenti & * II. 666. quinquaginta erunt Milites) contra Regem Francorum, & ejus Valitores, per dimidium annum in Regno Franciæ impendendo.

Ratum habituri & gratum quicquid per ipsos, vel eorum alterum, receptum fuerit in hac parte: Hoc omnibus, quorum interest, tenore præsentium intimantes.

Dat. apud Westmonasterium 12. die Novembris, anno Regni nostri 22.

Li-

… amico ſuo cariſſimo, ſalutem & dilectionem ſinceram.

An. 22. E. 1. Rot. Aleman. 22. E. 1. m. 18.

Cùm mittamus ad partes veſtras pecuniam, ad faciendum ſolutionem Regi Romanorum illuſtri, & aliis, prout inter eos & nos, per nuncios eorum & noſtros, fuerat in præſentiâ veſtrâ conventum, ſicut pleniùs ipſe noſtis:

Ac etiam tranſmittamus dilectum & fidelem noſtrum, Johannem de Butecourt, Militem, latorem præſentium, ad ipſam pecuniam conducendam;

Nobilitatem veſtram requirimus & rogamus, quatenus prædicto Johanni & aliis, pecuniam eandem ducentibus, conſilium & auxilium efficax impendatis, ut hujuſmodi pecunia bene ſalvetur, & loco, quo priùs, reponatur in tuto, quouſque ſolutio pecuniæ prædictæ facta ſit illis, quibus fieri debet: & hoc, ſicut priùs, in præſentiâ veſtrâ fiat.

Et eundem Johannem & alios, de regno noſtro, ad partes veſtras prædictas fiducialiter accedentes, in hiis & in omnibus aliis, quæ nos tangunt, habere velitis, ſicut de vobis confidimus, more ſolito commendatos.

Dat. apud Weſtm. 12. die Novembris.

• II.667. * *De orationibus & ſuffragiis pro Rege.*

Ann. D. 1294. An. 23. E. 1. Rot. Aleman. 23. E. 1. m. 21. d.

REX, &c. religioſis viris, fratri R. generali Miniſtro ordinis Minorum, & diffinitoribus Capituli generalis ejuſdem ordinis, ac ipſi toti Capitulo, apud Aſſiſ. congregatis, ſalutem in Domino Jheſu Chriſto.

Cernentes cotidie ex præſentis vitæ fallaciis, quod rerum mundanarum, veluti corruptibilium, figura præterit; nullo, quod ſub ſole naſcitur, ſtabilitatis habente ſolidum firmamentum.

Et quod nos, ſicut & alii, ſumus in quodam ferventi conflatorio poſiti, tanquam expoſiti mundi preſſuris, afflictionibus & ærumpnis,

Ad vos, quaſi Dei mediatores & hominum, qui ſalutem quæritis animarum, fiducialiter duximus recurrendum; pias affectiones veſtras attentis precibus deprecantes, quatinus divinam miſericordiam ſuppliciter imploretis, ut, præſentis temporis tempeſtuoſo procellarum turbine quieſcente, tranquilliora tempora ſub fœlicis auræ ſerenitate ſuccedant;

Necnon commendantes nos, per orationum devotarum ſuffragia, apud Deum, ut gratiam nobis adaugeat, noſque, ac liberos noſtros, & Regnum noſtrum, ſua pietate ab omnibus adverſitatibus tueatur.

Dat. apud Wygorn. 23. die Novembris.

Litera Regis Portugalliæ ſuper diſcordiis inter Gentes Angliæ & Caſtellæ.

Ann. D. 1294. An. 23. E. 1. Ex Orig. in Turri.

SEreniſſimo Domino Edvardo, Dei gratiâ, Regi Angliæ, & Comiti Iberniæ, & Duci Aquitaniæ, Dioniſius, eâdem gratiâ, Rex Portugaliæ, & Algarbii, ſalutem in Domino Jheſu Chriſto, & ſinceræ dilectionis affectum.

Cum nos jam alias veſtras litteras receperimus, ſuper guerris &

Aſſiſtit enim illi miſerator & propitiator aſſiduus, non obdormiens, nec dormitans, in ſuarum oportunitatum eventibus, pervigil cuſtos ejus:

Ipſe ſiquidem ſibi eſt in turbatione pacatio, in tribulatione ſolamen, in neceſſitate ſuccurſus, tuncque maxime in adjutorium ejus ſua pietas larga diffunditur, cum adverſus illam mundi nubila tempore caligante levantur; quæ inter moleſtias & afflictiones intrepida, colligens in vexatione vigorem, in ipſa malorum inſtantia convaleſcit:

Nam, divino ſemper munita præſidio, nec comminationum ſtrepitu deterretur, nec adverſitatum ſuperatur incurſu; ſed in terroribus tutior & conſtantior, in adverſis preſſa prævalet, paſſa triumphat.

Hæc eſt Archa, quæ per confluentias & multiplicationes aquarum elevatur in altum, &, ſubactis culminibus montium, libera & ſecura profundas importuoſi diluvii calcat undas:

Hæc eſt utique navis, quæ vento contrario irruente, ſtrepentis maris furibundis motibus agitatur, firma tamen & ſolida, fragoribus non diſſipatur æquoreis, nec marini furoris rapiditate ſorbetur; ſed, elatas procellas obruens, ac ſpumoſa & tumida freta ſternens, triumphanter exequitur ſuæ navigationis inceſſum; quæ, ad vitalem crucis ſalvificæ arborem rectæ intentionis alis totaliter elevatis, in cœlum ſemper intenta, proceloſum intrepidè mundi pelagus peragrat,

Eo quod ſecum habet ſeculi gubernatoris auxilium, marium præceptoris; unde, regente illo & dirigente ſalubriter, ac Spiritu Sancto flante, adverſitatum quarumlibet nebulis diſſipatis, victorioſa peregrinationis ſuæ liberum agit iter, ad patriæ cæleſtis portum ſupernis nutibus feliciter perducenda.

Cumque ſic adverſis innumeris prematur & turbetur Eccleſia illa, in intimis ipſam acerbiùs ſauciat, duriuſque ferit adverſitas, cùm Paſtore utili & provido viduatur.

Sed, licet ſæpiùs Eccleſia eadem, Paſtoris regimine deſtituta, longæ viduitatis lamenta protraxerit, expectando gemebunda diutiùs conſolationem plenariam ſucceſſoris; in hujuſmodi tamen mœroris nubilo, dignanter illi Clementia divinæ pietatis illuxit, doloribus & neceſſitatibus ſuis oportunè ſubveniens, per ſubſtitutionem oblatam & delectabilem novi ſponſi, ac eam de amiſſione prioris, interdum inutilis, per promotionem mulcebrem accomodi ſucceſſoris inſtaurans.

Sanè, vacante Romana Eccleſiâ per liberam & ſpontaneam dilecti filii, fratris Petri de Morrono, olim Romani Pontificis, ceſſionem, coram venerabilibus fratribus, Epiſcopis, & dilectis filiis noſtris Presbyteris & Diaconis Cardinalibus (de quorum numero tunc eramus) ex certis rationabilibus & legitimis cauſis, factam ab ipſo in Feſto beatæ Luciæ Virginis, proximo præterito, & à Cardinalibus prædictis admiſſam;

Cùm illam poſſe ſic legitime fieri, & priorum geſta Pontificum & Conſtitutio declararent apertiùs; &, ad eam etiam faciendam, expreſſus acceſſerit Cardinalium prædictorum aſſenſus.

Cardinales ipſi, conſiderantes attentiùs quàm ſit onuſta diſpendiis, quàm gravia malorum incomoda ſecum trahat prolixa Eccleſiæ memoratæ vacatio; & propterea votis ardentibus cupientes, per efficacia & accelerata remedia hujuſmodi periculis obviare,

Die Jovis, decimo Kal. Januarii poſt Feſtum ſubſequente prædictum, miſſarum ſollempniis ad honorem Sancti Spiritûs celebratis, ymnóque ſolito cum devotione cantato, ſe in quodam con-

folio, Ecclesiam sponsam suam intuetur misericorditer & tuetur, sicque illam exaltare non desinit copiosis beneficiis pietatis.

Ideoque Celsitudinem Regiam rogamus, & hortamur attente, ac obsecramus in Domino Jesu Christo, quatinus, diligenti meditatione considerans quod judicium diligit Regis honor, metas justitiæ curiosius observes, illamque sincerè diligere studeas, æquitatem non deserens, Clementiam non omittens, ut subjectus tibi populus copiosus in pacis pulcritudine sedeat, & in requie opulentâ quiescat.

Ecclesiam insuper, matrem tuam, & ipsius Prælatos, nostri utique salvatoris ministros, cæterasque personas Ecclesiasticas, ejus obsequiis dedicatas; quin potius in illis Regem Cœlorum & Dominum, per quem regnas & regeris, incessanter & solerter honorans, ipsos Regii favoris ope confoveas, & in plenitudine libertatum, aliorumque suorum jurium efficaciter protegere studeas & tueri: sicque in his, tanquam filius benedictionis & gratiæ, te geras & dirigas, quod, claræ memoriæ, Progenitores tuos, qui erga præfatam Ecclesiam summæ devotionis & reverentiæ titulis, dum viverent, claruerunt, non solùm imitari sollicitè, sed etiam evidenter excedere dinoscaris, ad laudem & gloriam Dei Patris, & celebre, magnumque tui honoris & nominis incrementum.

De nobis autem, utpote Patre benivolo & sincero, qui te, prout Celsitudinem Regiam latere non credimus, in minori etiam officio constituti, affectuose dileximus & diligere non cessamus, spem certam & fiduciam firmam gerens, in tuis & ejusdem Regni negotiis & oportunitatibus, quæ occurrent, ad nos recurrere non postponas.

Nam in hiis, super quibus, ex parte Regiâ, fuerimus requisiti, libenter, quantum cum Deo poterimus, votis Regiis annuemus; tuam & ejusdem Regni prosperitatem omnimodam, non solùm studiis conservare sollicitis, sed etiam plenis augmentare favoribus intendentes.

Dat. Lateran. nono Kal. Februarii, Pontificatûs nostri anno primo.

Sub filo canabeo.

Bulla de Nunciis ad Regem, super pace inter ipsum & Franciæ Regem reformanda, destinatis.

Ann. D. 1295. An. 23. E. 1. Ex Autogr. BOnifacius Episcopus, servus servorum Dei, carissimo in Christo filio, Edvardo Regi Angliæ illustri, salutem & Apostolicam benedictionem.

Movet animum, mentemque sollicitat, fili carissime, sincera & affectuosa dilectio, quam ab olim, dum cura nobis officii minoris incumberet, ad personam Regiam tuumque Regnum inclitum gessimus, & continuatis benivolis studiis gerere non cessamus.

Ut Celsitudinem Regiam, cujus exaltationem & gloriam summis desideriis affectamus, ad ea inducamus sollicite, per quæ, in conspectu Regis altissimi, per quem Reges regnant, & Principes dominantur, de bono semper in melius reddaris acceptior, occurras gratior, carior habearis, ac in Regno mundi claris nominis Regii copiosum proveniat incrementum.

* II.670. * Sane, ab ipsis nostræ promotionis auspiciis, ad generalem statum fidelium mentis aciem extendentes, & considerantes attentiùs gravem, immo gravissimam, & omnino contrariam votis nostris inter te, & carissimum in Christo filium nostrum Philippum Regem Francorum illustrem, proxima tibi consanguinitate conjunctum, procurante pacis æmulo, incentore malorum, discor-

que famæ præconium, quamvis amplum & diffusum, in seculo propensius augeatur, ac sedis Apostolicæ gratiam, quæ circa filios devotos exhuberat, habundantiùs merearis.

Dat. Lateran. undecimo Kal. Martii, Pontificatûs nostri anno primo.

Sub filo canabi.

De recommendatione Prioris & fratrum Hospitalis Sancti Johannis Hierosolimitani in Anglia.

BOnifacius Episcopus, servus servorum Dei, carissimo in Christo filio E. Regi Angliæ illustri, salutem & Apostolicam benedictionem. Ann. D. 1295. An. 23. E. 1. Ex Autogr.

Quantò erga Cœlorum Regem & Dominum, per quem Regalibus titulis præmines, & Romanam Ecclesiam Matrem tuam, quæ te in visceribus retinet caritatis, sincerioris devotionis claritate præfulgas, & promptioris reverentiæ zelum gerere comprobaris, tanto pleniori fiduciâ Celsitudini Regiæ pro personis Religiosis, & illis potissime, quæ, divina prosequentes obsequia, se & sua pro eis periculosis eventibus exponere non verentur, precamina nostra dirigimus, spe ducti non dubia quod ea promptâ devotione recipies, & efficaci studio adimplebis.

Cùm itaque dilectus filius, frater Petrus de Hocham, Prior domorum Hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani, per Regnum Angliæ consistentium, & ipsius Hospitalis fratres, pro defensione catholicæ fidei, quam nefarii ejus hostes impugnare non desinunt, constantibus animis dimicantes, diræ necis discrimina non evitent, & propterea ipsos plenis favoribus prosequamur,

* Regalem magnificentiam rogamus, & hortamur in Domino, * II.671. in remissionem tibi peccaminum suadentes, quatinus, pro divinâ & Apostolicæ sedis reverentiâ, tuæque salutis augmento, prædictos priorem & fratres, cum bonis hospitalis ejusdem, infra tui Regni confinia constitutis, habens specialiter commendatos, ipsos oportunis favoribus & auxiliis prosequaris; ut, tali & tanto fulti suffragio, divina, quibus immorantur, obsequia utiliùs & efficaciùs valeant exercere; tuque proinde ab omnium retributore bonorum, præter laudis humanæ præconium, retributionis æternæ præmia consequi merearis.

Dat. Lateran. quinto Kal. Martii, Pontificatûs nostri anno primo.

Sub filo canabi.

Bulla, de Pace inter Angliæ & Franciæ Reges, hortatoria.

BOnifacius Episcopus, servus servorum Dei, carissimo in Christo filio Edvardo Regi Angliæ illustri, salutem & Apostolicam benedictionem. Ann. D. 1295. An. 23. E. 1. Ex Autogr.

Nuper ad sedem Apostolicam accedentes dilectos filios, Magistros Gerardum de Wyspens Richemundiæ, & Johannem de Crancumb Estridingiæ, in Ecclesia Eboracensi Archidiaconos, Regiæ Celsitudinis Nuncios, libenter vidimus, & affectuose recepimus intuitu destinantis: & tam quæ coram nobis, ex parte Regiâ, proponere voluerunt, quàm quæ in tuis habebantur litteris, nobis per ipsos exhibitis, pleno collegimus intellectu.

Sane,

… ea Regii favoris auxilio prosequaris, manutenendo ipsa benignius, & clementer in statu prospero conservando.

Sic te in præmissis, ut cupimus, promptum & vigilem habiturus, ut crescas exinde meritis apud Deum, penes nos gratiâ, &
* II.672. apud homines clarâ * famâ: terræque sanctæ negotium, quod laudabiliter & salubriter assumpsisti, facilius & felicius valeat promoveri.

Nos enim ad ea, quæ tui statûs quietem respiciunt, solerter intendimus, & vigilantibus interponimus studiis partes nostras.

Dat. Lateran. 3. Kal. Aprilis, Pontificatûs nostri anno primo.

Sub filo canabi.

Cardinalium literis, super discordia inter Angliam & Franciam, Responsum Regis,

Portuen. & Sanctæ Ruffinæ Episcopo.

Ann. D. 1295. *An.* 23. *E.* 1. *Claus.* 13. *E.* 1. *m.* 10. *d.*

VEnerabili in Christo Patri, Domino M. Dei gratiâ, Portuen. & Sanctæ Ruffinæ Episcopo, amico suo carissimo, Edwardus eâdem gratiâ, &c. salutem & sinceræ dilectionis affectum.

Inspectis litteris vestris, per dilectum Clericum nostrum, Magistrum Radulfum Dalemand nobis missis, detegentibus immensum dolorem & compassionem (quos vos super turbatione & discordiâ, inter Regem Franciæ, & nos nuper motis, caritatis vestræ visceribus pio concepistis affectu) quantam erga nos in præteritum concepistis affectionem perpendimus manifeste (super quo grates vobis referimus speciales) pro certo tenentes, quod ad pacem & concordiam semper bonam voluntatem habuimus & habemus, & dulcis exhortationis vestræ causâ, ad bonam pacem (nostro honore & Regni nostri statu salvis) erimus favorabilius inclinati.

Quocircà Paternitati vestræ carissimæ supplicamus, quatenus negotia nostra habere dignemini recommendata, quantum cum Deo poteritis, eo quod hactenus magis ardua non habuimus, seu majora, & magis in eisdem vestro egentes auxilio; quod semper nobis utile reperimus in agendis.

Super quibus statu & negotiis nostris, credere velitis caro Clerico nostro, Magistro Bertrando del Got, Domini Papæ Capellano, & præfato Radulfo, vel alteri eorumdem.

Dat. apud Aberconweye 6. die Aprilis, anno gratiæ, &c. 1295. Regni vero nostri 23.

Sanctæ Mariæ in via lata Diacono Cardinali.

Ibidem.

VEnerabili, &c. & amico suo carissimo, Domino Jacobo, Dei gratiâ, Sanctæ Mariæ in viâ latâ Diacono Cardinali, Edwardus, eâdem gratiâ, &c. salutem.

Paternitati vestræ volumus esse notum, quod dilectus Clericus noster, Magister Radulfus d'Alemaunt, nobis plenius intimavit, quod vos similes litteras, quales nobis transmisit venerabilis Pater Dominus Albanensis Episcopus, nobis per ipsum misissetis, si easdem debitè expectâsset.

… *amicitiâ pro paternitate, &c.*

Memorandum quod prædicti Magistri, Bertrandus del Got, & Radulphus d'Alemaunt, à Rege apud Aberconweye licentiati, versus curiam Romanam diverterunt, secum deferentes litteras istas usque Cestriam ad Cancellarium sigillandas: Quas sigillatas receperunt per manus dicti Magistri Radulfi, unà cum pari litterarum, scriptarum in gallico, & Regi Siciliæ, per Regem Angliæ, per eosdem transmissarum; cujus litteræ transcriptum irrotulatum est in garderobâ Regis, & non hic.

Isabellæ Flandriæ Comitissæ, ut se interponat cum Consorte, pro Comite Gelriæ.

Ann. D. 1295. *An.* 23. *E.* 1. *Rot. Alaman.* 23. *E.* 1. *m.* 18.

REX nobili Dominæ, & in Christo sibi dilectæ, Dominæ Isabellæ, Consorti egregii viri, Domini G. Comitis Flandriæ, salutem cum dilectione sincerâ.

Cum præfatum Dominum vestrum Comitem, amicum nostrum carissimum, rogaverimus, ut cum Domino Reginaldo, Comite Gelriæ velit facere computari super debito, in quo idem Comes eidem Domino vestro obligatur;

Et ut de eo, quod ultra centum milia librarum Turonensium nigrorum, de quibus litteras nostras quietantiæ eidem Domino vestro transmittimus, teneatur, remissionem in parte velit facere eidem, nostri intuitu & amore,

Et etiam quod de illâ pecuniæ summâ, quæ superest ultra dicta centum milia librarum, & remissionem, quam in hac parte facere voluerit gratiose, rationabiles terminos eidem Comiti Gelriæ velit concedere, & talem inde ab eo securitatem recipere quæ eidem Comiti Gelriæ nimis difficilis non existat, & extunc terras ejusdem Comitis sibi restituere conditionibus supradictis.

Nos, firmam spem obtinentes, per vestri mediationem, dictum negotium pro dicto Comite posse commodius expediri,

Benivolentiam vestram specialiter requirimus & rogamus, quatinus erga Dominum vestrum in hoc, nostris precibus, velitis interponere taliter partes vestras, ut præfatus Comes Gelriæ rogatum nostrum, penes dictum Dominum vestrum & vos, sibi sentiat profuturum; pro quo vobis debeamus specialiter gratiari.

Dat. apud Aberconwey 6. die Aprilis.

Pro amicabili Compositione inter Flandriæ & Gelriæ Comites.

Ann. D 1295. *An.* 23. *E.* 1. *Rot. Alaman.* 23. *E.* 1. *m.* 18.

REX nobili viro & amico suo carissimo, Domino G. Comiti Flandriæ, salutem & sinceræ dilectionis continuum incrementum.

Nobilitatem vestram affectuosè requirimus, quatenus computari facere velitis cum nobili viro & amico nostro carissimo, Reginaldo Comite Gelriæ, super debito, in quo vobis obligatus existit;

De eo, quod ultra centum millia librarum Turon. nigrorum, de quibus litteras nostras quietantiæ vobis transmittimus, ipsum vobis debere * contigerit, remissionis seu pardonationis gratiam * II.674.
in parte facere velitis eidem, nostris precibus & amore:

Et

noster Comes Gelriæ, per præfatum Dominum Regem Angliæ, vel per suos Nuncios super hoc fuerit præmunitus.

Ad quod quidem servitium complete & fideliter faciendum, ut prædictum est, obligamus præfatum Dominum nostrum Comitem Gelriæ, hæredes & successores suos quoscumque, sub pœnâ amissionis & incurramenti omnium terrarum & possessionum suarum, in manibus dicti Domini Adolphi, illustris Romanorum Regis, & aliorum in idem Regnum succedentium, capiendarum sine contradictionis obstaculo cujuscumque; subicientes ipsum cohercioni & districtioni sedis Apostolicæ, quæ possit ipsum & hæredes suos, si in dicto servitio faciendo defecerit, per censuram Ecclesiasticam cohercere.

2. Promittimus etiam, quòd dicto Domino Regi Angliæ haberi faciemus litteras Communitatum Villarum de Herderwyk, de Suthesten, de Dousburgh, de Arneym, de Emyrik, de Whough, de Bomele, de Gelre, de Wenigle, de Ruremunde, & de Neuwestat; per quas dictæ Communitates se obligabunt, & curabunt, quod dictus Dominus noster Comes Gelriæ omnia præmissa fideliter observabit.

Quod si, in observatione præmissorum, defecerit, eædem Communitates eadem servitia sua extunc, eidem Domino nostro Comiti Gelriæ licite subtrahent, & sibi in aliquo non obedient, nec intendent.

Super quibus servitiis & obedientiis, sic subtrahendis, dictus Dominus noster Comes Gelriæ, litteras suas patentes Domino Regi Angliæ; & nichilominus præfatis Communitatibus fieri & liberari faciet, separatim.

3. Insuper promittimus, quod idem Dominus noster Comes Gelriæ juramentum præstabit corporale, in præsentiâ dicti Domini Archiepiscopo Coloniensis, & Domini Eustachii de Gardinis Militis, quod omnia & singula præmissa fideliter & inviolabiliter observabit.

Et nos, Nuncii prædicti, ad omnia præmissa observanda, tactis sacrosanctis Ewangeliis, in animam dicti Domini nostri juramentum præstitimus corporale.

4. Quod si, juxta ordinationem, inter dictos Dominum Regem
* II.675. Angliæ & * Comitem Flandriæ initam, terra sæpedicti Domini nostri Comitis Gelriæ, in manibus prædicti Domini Comitis Flandriæ existens, eidem Domino nostro Comiti Gelriæ non fuerit restituta, extunc dicta littera quietantiæ, ad quorumcumque manus devenerit, pro nullo penitus habeatur.

5. Promittimus etiam &, in virtute præstiti sacramenti, prædictum Dominum nostrum Comitem Gelriæ obligamus, quod idem Dominus noster litteras suas patentes obligatorias præfato Domino Regi Angliæ, fieri & liberari faciet, de prædictis centum milibus librarum Turonensium nigrorum solvendarum (si contingat præfatum Comitem Flandriæ eas dicto Domino nostro Comiti Gelriæ in debito ejusdem Domini nostri, ut præmittitur, allocare; & ipsum Dominum nostrum prædictum servitium facere non contingat) quas quidem litteras Clerico dicto Domini Regis Angliæ, ex causis prænotatis ad partes Flandriæ adjacentes accedenti, idem Comes Gelriæ, faciet liberari, unà cum litteris negotium contingentibus supradictum.

6. Ad quæ quidem omnia & singula, ut præmittitur, facienda, obligamus dictum Dominum nostrum Comitem Gelriæ singulis modis superius nominatis; præstito à nobis super hoc, nomine ejusdem Domini nostri, corporali nichilominus juramento.

In cujus rei testimonium & robur, has litteras nostras fieri fecimus patentes, & sigillorum nostrorum munimine communiri.

Dat. apud Aberconwey sexto die Aprilis.

riæ non fuerit restituta per litteras nostras de quietantia, quas eidem Comiti Flandriæ inde transmisimus,

Scriptum prædictum, & litteræ quæcumque, tangentes istud factum, per quod, vel quas, idem Comes Gelriæ, aut Nuncii sui prædicti, seu quicumque alii, poterunt erga nos in hoc facto aliqualiter obligari, pro nullis habeantur, set omni virtute careant & vigore.

In cujus, &c.

Dat ut supra.

** Siffrido Archiepiscopo Coloniensi, de die ad conveniendum cum Rege Alemaniæ assignato, & de credentia.* * II.676.

EDwardus, &c. venerabili in Christo Patri, Domino S. Dei gratiâ, Sanctæ Coloniensis Ecclesiæ Archiepiscopo, Sacri Imperii per Ytaliam Archicancellario, & Secretario suo carissimo, salutem & sinceræ dilectionis affectum. Ann. D. 1295. An. 23. E. 1.

De diligentiâ & operâ, quas, ut dies Sancti Johannis Baptistæ, proximo futurus, ad quem - - Rex Alemanniæ & nos convenire deberemus, observaretur, adhibuistis, Paternitati vestræ grates referimus speciales, perpendentes quod id fecistis pro nostro commodo & honore. Rot. Aleman. 23. E. 1. m. 17.

Et, quia dilectus Clericus noster Magister Gerlacus de Gardinis, Aquensis Ecclesiæ Canonicus, nobis quædam secreta, ex parte vestrâ, retulit vivâ voce (super quibus ei nostram exposuimus voluntatem vobis pleniùs intimandam) specialiter vos rogamus quatinus, super illis, eidem Gerlaco plenam fidem adhibere curetis,

Cui quidem Gerlaco liberari fecimus litteras nostras Domino Regi Alemanniæ directas: quarum transcriptum vobis mittimus præsentibus interclusum; rogantes ut litteras illas præfato Regi faciatis, per dictum Clericum nostrum, præsentari, cum tempus ad hoc videritis oportunum.

Dat. apud Abercomvey sexto die Aprilis.

Conventio cum Brabantiæ Duce, super servitio, Regi faciendo, cum 2000 Equitibus Cataphractis, contra Regem Franciæ.

FAIT a remembrer q'il est a covenu e acordei, entre le Roy Edward d'Engleterre d'une part, e Johan Duk de Loth. de Brabant, e de Lembourch d'autre part, sur sa demeure, ove le Roy, en sa guere contre le Roy de France, en la forme que s'ensuit, c'est assavoir, Ann. D. 1295. An. 23. E. 1.

1. Que mesme le Duk doit servir au dit Roy d'Engleterre, contre le dit Roy de France, ove deus mile homes a chyval, armers de fer, par demi an, pur cent e seissante mile livres de Turnois noirs pur totes choses; sauve les chevaus d'armes, les quels devient estre rendu, en quel manere q'il soient perduz apres ceo qil ferront prisez, e le dit Roy d'Engleterre doit envoier la pur les faire priser. Rot. Aleman. 23. E. 1. m. 18. d.

2. E si le dit Duk, ou nul de ses gentz desusdiz soient pris, li devantdit Roys d'Engleterre les rendra par prisons, ou par pees, ou en autre manere, sicome il porra bonement.

3. E doit commencier le demi an si tost, come le dit Duk se par-

En tesmoignance des queux choses nous avons mis nostre seal a cest escrit.

Don a Lammays, en l'Isle de Anglesseye, le 24 jour du moys d'Averil, l'an de grace mil, ducentz, nonant, quint.

De servitio Domini de Cuck.

Ann. D. 1295. An. 23. E. 1. Rot. Aleman. 23. E. 1. m. 18.

A Touz ceux, qi cestes lettres verront ou orront, Johan Sires de Cuck, saluz en Dieu.

Sachez nous estre demorez ove le noble Prince, Edward Roy d'Englererre, pur la value de deus cent livres de torneis noirs en Esterlinges; les queux il nous ad grante, par ses lettres overtes, a receivre par an, a son Escheker de Westmonstier, a tote nostre vie.

E sur ceo lui avoms fait homage e foiaute, pur li loiaument servir a nostre poer, e consailler.

En tesmoignance de queux choses, nous avoms mis nostre seal a cest escrit.

Done a Lammays, en l'Isle de Anglesseye, le 24. jour du moys d'Averil, l'an de grace mill, ducentz, nonant, quint.

Pro Duce Brabantiæ Regi Romanorum commendatoria.*

Ann. D. 1295. An. 23. E. 1. Rot. Aleman. 23. E. 1. m. 17.

EXcellentissimo Principi, Domino A. Dei gratiâ, Regi Romanorum illustri, semper Augusto, Edwardus, eadem gratiâ, &c. salutem, & fœlices ad vota successus.

Cum nobilis Vir, Johannes Dux Lotrich. Brabantiæ & Lemburgh (qui filiam nostram duxit in Uxorem) quædam negotia penes vos habeat expedire,

Excellentiam vestram affectuose requirimus & rogamus, quatinus ipsum Ducem, & negotia sua prædicta, amore nostri, velitis habere favorabiliter commendata:

Nobis autem videtur quod, pro illis, qui nobis confœderationis vinculo sunt astricti, fiducialiter requirere vos valemus.

Insuper, Magnificentiam vestram specialiter deprecamur, quatinus dicto Duci, ut in præsenti guerrâ contra Regem Franciæ vobis deserviat, dare curetis firmiter in mandatis, ut per hoc erga aliquos, qui ipsum fortassis, si per viam aliam procederet, impeterent seu gravarent, quatinus nobis, ut præmittitur, alligatus existat, se valeat excusare.

Dat. apud Lammays, in Anglesseia, 28. die Aprilis.

•II.678. * *De discordiis inter Flandriæ & Hollandiæ Comites.*

Comiti Flandriæ.

Ann. D. 1295. An. 23. E. 1. Rot. Aleman. 23. E. 1. m. 17.

REX Nobili Viro, & dilecto & fideli suo, Domino G. Comiti Flandriæ, salutem & dilectionem sinceram.

Quia, super dissensionibus & discordiis, inter vos, & Nobilem Virum Dominum F. Comitem Holandiæ jam subortis, ut dicitur, quod nos tædit, quædam injunximus dilecto & fideli nostro,

EXcellentissimo Principi, Domino A. Dei gratiâ, Regi Romanorum illustri, semper Augusto, Edwardus, &c. salutem, & fœlices ad vota successus. Ann. D. 1295. An. 23. E. 1. Rot. Aleman. 23. E. 1. m. 17.

Cum prudens Vir, Robinus de Coure, Miles vester (quem nuper ad nos in vestrum Nuncium destinâstis) intimâsset quod dies Sancti Johannis Baptistæ, proximo futurus (ad quem vos & nos convenire deberemus) ob aliquas certas rationes nimis brevis esset,

Et nos, super hoc, dixissemus eidem, quod bene nobis placeret, ut dies ille usque ad medium Augustum, vel usque exitum Augusti, si hoc Magnificentiæ vestræ expediens esse videretur, prorogatus fuisset.

Adhuc bene volumus ut ita sit, si vobis videatur quod sic fuerit faciendum.

Et dilecto Clerico nostro, Magistro Gerlaco de Gardinis, Aquensis Ecclesiæ Canonico, super prorogatione diei antedictæ, & mutatione loci, & aliis certis articulis, sibi datis in scriptis (super quibus ei certam credentiam commisimus, vobis ex parte nostrâ verbo tenus exponendam) fidem credulam velitis quæsumus adhibere.

Nobisque per aliquem de vestris, unà cum eodem Gerlaco, super hiis * significare voluntatem & beneplacitum vestrum, ad citius quod poteritis bono modo; nam nobis & Genti nostræ esset expediens, ut videtur, quod citò sciremus super hiis pleniùs velle vestrum. •II.679.

Dat. apud Lammays in Anglesseia, 28. die Aprilis.

De adventu Beraldi Episcopi Albanensis in Angliam.

VEnerabili in Christo Patri Domino .... Albanensi Episcopo, Edwardus, eadem gratiâ, &c. salutem, & sinceram in Domino caritatem. Ann. D. 1295. An. 23. E. 1. Claus. 23. E. 1. m. 10. dors.

Intelleximus per litteras vestras, quas dilectus Clericus noster, Magister Arnaldus Lupi de Till. ex parte vestrâ nobis misit, qualiter vos ad partes nostras veniendi, pro negotiis, quæ inter Regem Franciæ & nos agitantur, hiis diebus estis personaliter deputati:

Paternitati vestræ de eo, quod id fecistis ita celeriter nobis scire, grates non modicas referentes.

Scireque vos volumus, quod de hoc efficimur valde læti, præsentiaque vestra ad nos erit grata admodum & accepta.

Adventum enim alicujus amici nostri de Curiâ, adventu vestro habere nequibimus cariorem.

Teste Rege apud Lammays in Anglesseia, 28. die Aprilis.

• *Adolpho Regi Romanorum super mercimoniis hominum de Lubek arrestatis.*

EXcellentissimo Principi, Domino A. Dei gratiâ, Regi Romanorum illustri, semper Augusto, Edwardus, eadem gratiâ, &c. fœlicem regnandi gloriam & salutem. Ann. D. 1295. An. 23. E. 1. Rot. Aleman. 23. E. 1. m. 18. d.

Litteras vestras, per quas pro Civibus vestris de Lubek nos rogâstis, ut eis bona & mercimonia sua, infra Regnum nostrum arrestata, deliberari faceremus, recepimus læta manu.

Vobis significantes quod intentionis nostræ non extitit, nec existit, ut bona & mercimonia eorundem Civium, infra Regnum nos-

De Conductu pro eisdem Nunciis Papæ.

Ann. D. 1295. An. 23. E. 1. Claus. 23. E. 1. m. 7. d.

VEnerabilibus Patribus in Christo Dominis B. Albanen. & S. Penestr. Dei gratiâ, Episcopis amicis suis karissimis; Edwardus eâdem gratiâ, &c. salutem & sinceræ dilectionis affectum.

Quandam cedulam, continentem formam cujusdam litteræ de conductu, quam per nos faciendam nobis exhibuit dilectus Clericus noster Johannes de Berewyk, vidimus, ac etiam intelleximus diligenter.

Sane licet fuerimus, & adhuc sumus parati & prompti vestris beneplacitis nostrum animum inclinare, Paternitatem vestram scire volumus quod, cum de prælocutis sufferentiâ vel respectu, ac insuper de tenore litteræ de conductu, quem a Rege Franciæ habueritis, sigillo ipsius Regis signatæ, plene nobis constiterit, consimilem litteram fieri faciemus.

Dat. &c.

Johannis Scotiæ Regis litera de plena potentia, ad tractandum cum Francis.

Ann. D. 1295. An. 23. E. 1. Ex Rot. penes Camerar.

UNiversis præsentes litteras inspecturis, Johannes, Dei gratiâ, Scotiæ Rex, salutem in Domino.

Noverit Universitas vestra quod nos facimus, constituimus, & ordinamus, per præsentes, dilectos & fideles nostros, venerabiles Patres, Willielmum Sancti Andreæ, & Matheum Dunkelden Episcopos: ac Johannem de Soule, & Ingelramum de Umframville, Milites,

Attornatos, Procuratores, & Nuncios nostros speciales, ad tractandum, ordinandum, faciendum ,& perficiendum omnia & singula negotia, nos, Edwardum filium nostrum primogenitum & hæredem legitimum nostrum, & Incolas Regni nostri qualitercunque tangentia, & ubicunque in Regno Franciæ, cum quibuscunque personis, Ecclesiasticis vel Secularibus, cujuscumque conditionis existant aut status.

Dantes eisdem omnibus, tribus, aut duobus ex ipsis, generalem & liberam, ac plenariam potestatem obligandi nos, & filium nostrum prædictum, Regnum nostrum, & ipsius Incolas,

Ac jurandi in animam nostram, filii nostri, & Regni nostri Incolarum,

Necnon omnia & singula faciendi & perficiendi, quæ ad prædictos tractatus, & ordinationes, & negotia necessaria fuerint vel opportuna,

Et alia etiam omnia & singula exequendi, quæ nos, filius noster, & Incolæ Regni nostri, facere possemus, si præsentes essemus, etiam si mandatum exigant speciale.

Ratum & gratum habentes, & habituri quicquid per dictos quatuor, tres, vel duos eorumdem, actum, gestum, procuratumve fuerit in præmissis, & quolibet præmissorum.

In cujus rei testimonium præsentibus litteris sigillum nostrum fecimus apponi.

Dat. apud Strivelyn tertio Non. Julii, anno Domini millesimo nonagesimo quinto, Regni verò nostri tertio.

De tractando super Matrimonio inter filium primogenitum Regis Scotiæ, & neptem Franciæ Regis.

EXcellentissimo Principi, Domino suo, & amico, si placet, Philippo, Dei gratiâ, Regi Francorum illustri, Johannes, eâdem gratiâ, Scotiæ Rex, salutem in Domino. Ann. D. 1295. An. 23. E. 1. Ex Rot. penes Camerar.

Noverit vestra Regia Celsitudo quod nos facimus, constituimus, & ordinamus, per presentes, dilectos & fideles nostros, venerabiles Patres, Willielmum Sancti Andreæ, & Matheum Dunkelden, Episcopos: ac Johannem de Sule, & Ingelramum de Umfranville, Milites, Attornatos, Procuratores, & Nuncios nostros speciales,

Ad tractandum vobiscum, si placet, super sponsalibus & matrimonio, contrahendis cum serenissimâ Domicellâ, Nepte vestrâ, seu consanguineâ, & Edwardo filio nostro primogenito & hærede:

Dantes eisdem generalem, & liberam, ac plenam potestatem, & mandatum speciale, sponsalia & matrimonium prædicta contrahendi, faciendi, perficiendi, quatenus natura contractûs hujusmodi, sponsalia & matrimonium, inter absentes, contrahi permittit & perfici, per Procuratores seu Nuncios, ad hoc specialiter constitutos:

Et omnia alia & singula faciendi, quæ ad dictos contractus, seu conventiones pertinent, seu quocunque modo poterunt pertinere, & sine quibus dicti contractus, seu Conventiones rite nequiverint expediri.

Ratum & firmum habentes, & habituri quicquid dicti Procuratores & Nuncii nostri omnes, vel tres, aut duo ipsorum, in præmissis, vel aliquo præmissorum duxerint faciendum.

In cujus rei testimonium præsentibus litteris sigillum nostrum fecimus apponi.

Datum apud Strivelin 3. Non. Julii, anno Domini 1295, Regni verò nostri tertio.

Eadem Gallice.

A Tresexcellent Prince, son Seignour, & Amy, se li plest, Sire Phelip, par la grace de Dieu, Noble Roy de France, Johan, par la mesme grace, Roy d'Escoce, saluz en nostre Seignour. Ann. D. 1295. An. 23. E. 1.

Sache vostre Roiale hautesse qe nous feisoms, & ordeinoms, par cestes presentes lettres, nos foialx & loialz, les honourables Peeres, William de Seint Andreu, & Mathu de Dunkeldyn, Evesqes, & Johan de Soules, & Ingeram de Umframvill, Chivalers, nos Attornes, Procuratours & Messages especials,

A treter ad vous, se vous plest, sur Espusailles & Mariage, a faire entre tresnoble Damoiselle vostre Nyece, ou * Cousyn, & Edward nostre fiuz esne & heir: * Il. ſic.

Donantz a eux generall, franc, & plenier poer, & mandement especial, de faire, & parfaire les Espousailles & le Mariage avantditz, si avant come la nature de tieu manere de contract suesfre Espousailles & Mariage estre faitz & parfaitz entre absentz par procuratours, a ce especiaument assignez:

Et

...mulum.

1295. Dudum, inter carissimos in Christo filios nostros, Philippum
An. 23. Franciæ ex parte unâ, & Edwardum Angliæ ex alterâ, Reges il-
E. 1. lustres, super diversis articulis materiâ dissentionis exortâ, iidem
Rot. Aleman. Reges, per speciales ipsorum Procuratores & nuncios, ad nos
27. E. 1. propterea destinatos, & ab eis super hiis specialem potestatem ha-
m. 10. bentes,

In nos, tanquam in privatam personam, & Dominum Benedictum Gaytanum, tanquam in arbitrum, arbitratorem, laudatorem, diffinitorem, arbitralem sententiatorem & amicabilem compositorem, præceptorem, ordinatorem, dispositorem, & pronunciatorem, super reformanda pace & concordiâ inter ipsos Reges, & super hiis quæ ad pacem pertinent, ac super omnibus & singulis discordiis, guerris, litibus, controversiis, causis, quæstionibus, dampnis & injuriis, petitionibus & actionibus, realibus & personalibus atque mixtis, quæ fuerant, erant, vel esse poterant inter eosdem Reges, occasione quacumque, altè & bassè, absolutè ac liberè,

Sub certâ formâ compromittere curaverunt; volentes, promittentes, & expresse consentientes tamdiu compromissa hujusmodi perdurare, quamdiu treugarum, voluntariè initarum anteà inter dictos Reges, tempus & terminus perduraret: Quod quidem esse dixerunt unius anni, à Festo Epiphaniæ proximo præterito, tunc proximo futuro, usque ad aliud Festum Epiphaniæ nunc futurum proximo, numerandi; & quod nos interim, si placeret nobis, ac videremus expediens, possemus in antea hujusmodi compromissorum, ac ferendi arbitrii, seu arbitragii, & aliorum, in compromissis hujusmodi contentorum; necnon & prædictarum treugarum * tempus & terminum, simul & non aliter, semel & plu-
*II.683. ries, ad nostrum beneplacitum prorogare.

Nos verò, prædictis compromissis receptis, quandam ordinationem, super hujusmodi negotio, prout tunc conditio temporis, & negotii status & qualitas suadebant, duximus faciendam; nonnullis in eodem negotio sub futura ordinatione remanentibus attamen in suspenso, prout in pronunciatione prædicta ordinationis plenius continetur.

Nunc autem, attendentes quod, faciente pacis actore, à quo cuncta bona procedunt, ea, quæ per nos ordinata noscuntur, prosperâ successione virescunt; & desiderantes admodum inter cætera, quæ votiva sensibus nostris occurrunt, ut in præfato negotio, ex nostris studiis, divini auxilii suffragatione fulcitis, fœlix & desideratus subsequatur effectus; & propterea præcavere volentes ne tempus ipsius perficiendi negotii patiatur excursum.

Præfatas treugas, prout initæ vel indictæ fuerunt, & inter omnes easdem personas, inter quas, & quoad quas indictæ vel initæ fuisse noscuntur, & prædicta compromissa, & imposterum ferendum arbitrium, seu arbitragium, totumque negotium, prout ex futurâ nostrâ ordinatione ac decisione dependent, à prædicto nunc proximo futuro Epiphaniæ Festo, usque ad aliud Festum Epiphaniæ, exnunc secundo venturum, ex hujusmodi potestate nobis traditâ, prorogamus.

Quam quidem prorogationem, & omnem ejus effectum, præcipimus, sub pœnis in compromissis adjectis, inviolabiliter à partibus observari; ordinatis, arbitratis, præceptis, diffinitis, laudatis, & sententiatis per nos hactenus in memorato negotio, in suâ nichilominus remanentibus firmitate.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ prorogationis & præcepti infringere, vel ei ausu temerario contraire:

Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem om-

dum morabantur in Regno Jerosolumitano, de permissione Regis, ut asserunt, faciebant.

Sic in præmissis te benigniùs habiturus, quod apud Deum & Apostolicam Sedem proinde reddaris acceptior, ac salutis augmentum non immeritò consequaris.

Dat. Anagniæ, 12. Kal. Aug. Pontificatûs nostri anno primo.

Sub filo canabeo.

** De Licentia, pro Wintoniensi Episcopo, eundi Romam.* *II.684.

BOnifacius Episcopus, servus servorum Dei, carissimo in Chris- Ann. D.
to filio E. Regi Angliæ illustri, salutem & apostolicam bene- 1295.
dictionem. An. 23.
Cùm præsentia venerabilis fratris nostri, Johannis Episcopi Wyn- E. 1.
tonensis, sit nobis ad præsens, pro quibusdam ecclesiæ Romanæ Ex Autogr.
negotiis, oportuna:

Serenitatem regiam attentè rogamus, quatinus eidem Episcopo veniendi ad nos, juxta mandatum nostrum, liberam licentiam largiaris; & præsertim, in ejus absentiâ, ipsum, & sibi comissam ecclesiam habeas commendatos.

Dat. Anagniæ, 2. Kal. Augusti, Pontificatûs nostri anno primo.

Margareta Regina Francorum, Regis Angliæ Matertera.

SErenissimæ Dominæ, & Amitæ suæ carissimæ, Dominæ Mar- Ann. D.
garetæ, Dei gratiâ, Reginæ Francorum illustri, Edwardus, 1295.
eadem gratia, &c. salutem, cum dilectione sincera, promptam An. 23.
voluntatem ad grata. E. 1.
Desiderantes de statu vestro, quem Dominus semper salubrem Claus. 23.
efficiat, prosperos audire rumores, Excellentiam vestram requiri- E. 1. m.
mus, & rogamus quatinus, super eodem statu vestro, quotiens 7. d.
vobis oportunitas aderit, nos velitis reddere certiores.

Ut igitur de Statu nostro vestris desideriis satisfiat, vestræ Celsitudini innotescat quod, per Dei gratiam, plenæ gaudemus beneficio sospitatis; quod de Serenitate vestra frequenter audire cupimus, & optamus.

Dat. apud Westm. 12. die Augusti.

Maria Francorum Regina, quæ partem suam in sæpedicto tractatu secreto activaverat.

EXcellenti Dominæ & potenti Mariæ, Dei gratia, Reginæ Ann. D.
Francorum illustri, Edwardus, *&c. ut supra, cum ista clau-* 1295.
sula, quæ sequitur. An. 23.
Et licet, hiis diebus, aliquæ discordiæ sint subortæ, non tamen E. 1.
intendimus erga personam vestram illustrem idcirco quicquam con- Ibidem.
tentionis habere; quin nobis significare possitis, cum vobis placuerit, quæ vestræ fuerint placita voluntati.

Dat. ut supra.

E. 1. [illegible]

Claus. 23. E. 1. m. 7. d. Venientes ad nostram præsentiam venerabiles Patres, Domini B. Albanensis & S. Penestrensis, Episcopi, sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales (pro sedanda dissentione seu guerra, inter illustrem Principem Franciæ Regem, & nos exorta, per vestræ sanctitatis sollicitudinem, ad Regna Franciæ & Angliæ destinati, ex parte vestra & sua) apud nos, tanquam pacis & concordiæ fideles & fervidi zelatores instanter & sollicite institerunt, ut reformationi pacis nostrum vellemus animum inclinare.

Et, quia, ut dixerunt, treugarum initio pacis hujusmodi posset esse plurimùm inductiva, supplicaverunt ut, super treugis ineundis, nostrum præstare vellemus assensum.

Instantiâ nichilominus magnâ petentes ut consentire vellemus quod, donec plenus tractatus cum his, quos res tangit, super dictis treugis ineundis, posset haberi, tam per terram, quàm per mare, hinc inde, inter gentes præfati Franciæ Regis & nostras, ac inter ipsius Franciæ Regis quoscumque valitores & nostros, omnino à quibuscumque processibus bellicis, & invasionibus hostilibus cessaretur.

Nos autem, devotè parere Romanæ Ecclesiæ, Matri nostræ, necnon & dictos Cardinales honorare volentes, ob ipsius Ecclesiæ Romanæ & vestri reverentiam, & Cardinalium eorumdem honorem, ipsorum petitionibus, quantum possumus, annuentes, in ipsorum Cardinalium præsentiâ concessimus (si præfatus Rex Franciæ idem velit concedere & concedat) ut, juxta ipsorum petitionem Cardinalium,

Usque ad Festum Omnium Sanctorum, proximo venturum, tam per terram, quàm per mare, inter gentes prædicti Regis & nostras, ac inter ipsius Regis Franciæ quoscumque valitores & nostros, à quibuscumque bellicis actibus, & hostilibus invasionibus, hinc inde cesset omnino,

Eisdem Cardinalibus, auctoritate litterarum nostrarum, committentes quod, si dictus Rex Franciæ velit idem facere, & effectu compleat prosequente, iidem Cardinales, vice & auctoritate nostrâ, gentes nostras ubicumque, tam per terram, quàm per mare, in Angliâ, Vasconiâ, & in potestate nostrâ alibi constitutas, omnino cessare faciant à præmissis.

Promittentes eisdem, & nos, ac bona nostra, per nostras litteras obligantes, (si dictus Rex Franciæ idem, & eodem modo fecerit) quod, si postquam, à præfatis Cardinalibus, gentibus nostris mandatum fuerit, & mandatum hujusmodi pervenerit ad easdem, ut ab hostilibus aggressionibus abstineant, ut superiùs est expressum, aliqua dampna per mare, sive per terram, gentibus dicti Regis Franciæ, vel valitoribus suis, per gentes, seu valitores nostros, in personis, vel rebus, dari seu inferri contigerit, nos de dampnis hujusmodi plenam emendam fieri faciemus; prout in nostris litteris, super hoc confectis, pleniùs continetur.

In quibus, sanctissime Pater & Domine, nostri honoris integritas magnam pati videtur, reputatione plurium, læsionem; quanquam nobis non videatur quod ista vel alia, quæ pro Sanctitatis vestræ suasionibus, reverentiâ, & honore fecimus, nobis ad malum vel dedecus debeant imputari.

Conservet vos Altissimus, &c.

Dat. apud Westm. 14. die Augusti, anno Regni nostri, &c. 23.

quod (si dictus Rex Franciæ velit idem facere, & effectu compleat prosequente) iidem Cardinales, vice & auctoritate nostrâ, gentes nostras ubicumque, tam per terram, quàm per mare, in Angliâ, Vasconiâ, & in potestate nostrâ alibi constitutas, omnino cessare faciant à præmissis:

Ac mandantes nichilominus omnibus gentibus nostris prædictis, ut in præmissis prædictis Cardinalibus, sicut nobis, pareant & intendant:

Promittimus eisdem, & nos, ac bona nostra, auctoritate præsentium, obligamus (si dictus Rex Franciæ idem, & eodem modo fecerit) quod, si postquam, à præfatis Cardinalibus, gentibus nostris mandatum fuerit, & mandatum hujusmodi pervenerit ad easdem, ut ab hostilibus aggressionibus abstineant, ut superiùs est expressum, aliqua dampna, tam per mare, quàm per terram, gentibus dicti Regis Franciæ, vel Valitoribus suis, per gentes, seu Valitores nostros, in personis, vel rebus, dari seu inferri contigerit, nos de dampnis hujusmodi plenam emendam fieri faciemus.

In cujus, &c.

Dat. apud Westm. 14. die Augusti.

De Treugis, ad preces & instantiam Albensis & Penestrini Episcoporum, Regi Franciæ concessis.

EDwardus, Dei gratiâ, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, & Dux Aquitaniæ; dilectis & fidelibus suis, Johanni de Britanniâ, Nepoti suo, Capitaneo, & Johanni de Sancto Johanne, Senescallo suo in Ducatu Britanniæ, & omnibus aliis Ministris & fidelibus suis in eodem Ducatu, ad quos præsentes litteræ pervenerint, salutem. Ann. D. 1295. As. 23. E. 1. Brev. Regis de Priv. Sigill. An. 23. E. 1.

Venientes ad præsentiam nostram Venerabiles Patres, Domini B. Albanensis, & S. Penestrinus, Episcopi, Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, pro sedandâ dissentione seu guerrâ, inter illustrem Principem Franciæ Regem & nos exortâ, *&c. prout supra, usque hæc verba, viz.*

Quare vobis omnibus & singulis districtè præcipimus & mandamus, quod, à die receptionis præsentium, & literarum Cardinalium prædictorum, usque ad dictum Festum inclusivè, tam per terram, quàm per mare, à quibuscumque bellicis actibus, & hostilibus aggressionibus, insultibus & offensis quibuslibet, contra ipsum Regem Franciæ, vel gentes suas, & valitores suos aliqualiter faciendis, cesseris omnino;

Et gentes nostras, vestro commissas regimini, necnon & quoscumque Valitores nostros, omni fraude & quacumque simulatione deductis, cessare penitus faciatis, sicut dampnum nostrum volueritis evitare.

In cujus rei testimonium has litteras nostras fieri fecimus Patentes.

Dat. apud Westm. 14. die Aug. anno Regni nostri vicesimo tertio.

Am-

... quibus decenter poterimus, procuremus.

Confidentes igitur, per viam aliquam gratiosam, posse liberationem ipsorum per sollicitudinis vestræ instantiam obtineri,

Paternitatem vestram affectuose requirimus & rogamus, quatenus, cùm de sufferentia vel treugis, inter Regem Franciæ & nos ineundis, tractabitis, apud ipsum Regem velitis, nostri amoris intuitu, insistere diligenter, quod obsides ipsos sub recredentiâ liberet, vel alio modo gratioso.

Et hoc quæsumus eò sit vobis cordi intimiùs procurare, quo ad ea, quæ fieri petistis à nobis, nos promptos & faciles invenistis.

Dat. apud Westmonast. 16. die Augusti.

Consimilis littera, de verbo ad verbum, dirigitur Domino S. Penestrino Episcopo, &c.

Dat. ut supra.

Littra, qua Rex gratias agit Henrico de Castella, fratri Reginæ Angliæ pro auxilio oblato.

Ann. D. 1295. An. 23. E. 1. Claus. 23. E. 1. m. 7. dors.

REX egregio Viro, Domino H. illustris quondam Regis Castellæ filio, sororio suo karissimo, salutem & prosperos semper ad vota successus.

Advenerunt nobis, in exultationis augmentum, litteræ quas misistis.

Sanè super eo, quod nobis tam grande, tàmque potens adjutorium obtulistis, viz. de mittendo quingentos, mille, vel duo milia Militum, de Regno Castellæ, in nostrum subsidium, ad partes Vasconiæ, pro nostro libito, sicut dictæ vestræ litteræ continebant, gratè benivolentiæ vestræ grates & gratias referimus speciales:

Tenentes pro firmo quod, affinitatis vinculi & antiquæ gratitu-
• II. 688. dinis non • immemores existentes, semper ea cum promptitudine facietis, quæ nostri honoris & commodi respiciunt incrementa.

Cùm igitur dilectis & fidelibus nostris, Johanni de Britannia, tenenti locum nostrum in Ducatu nostro Aquitanniæ, Nepoti nostro, & Johanni de Sancto Johanne, Senescallo nostro Ducatûs ejusdem, super præmissis, nostræ voluntatis beneplacitum intimemus;

Nobilitatem vestram, de quâ confidimus, affectuose rogamus quatenus ea, quæ ipsi, super his, benivolentiam vestram ex parte nostrâ requirent, velitis, si placet, promptis affectibus exequi, & operibus adimplere.

Dat. apud Westm. vicesimo secundo die Augusti.

Litera de Credentia, directa Regi Scotiæ.

Ann. D. 1295. An. 23. E. 1. Claus. 23. E. 1. m. 7. d.

REX, & superior Dominus Regni Scotiæ, dilecto & fideli suo Johanni, eâdem gratiâ, Regi Scotorum illustri, salutem & dilectionem sinceram.

Audivimus ea, quæ Henricus de Abirden, Clericus vester, lator præsentium, super quibusdam negotiis vestris, nobis exposuit & monstravit:

Pro hominibus Hollandiæ, Zelandiæ, & Frislandiæ, quod piscari possint prope Jernemuth.

Ann. D. 1295. An. 23. E. 1. Pat. 23. E. 1. m. 6.

REX dilecto & fideli suo, Johanni Buteturte, Custodi maritimæ suæ Jernemuth, & Ballivis suis de Jernemuth, salutem.

Quia intelleximus quod multi homines, de partibus Hollandiæ, Zelandiæ, & etiam Frislandiæ, qui sunt de amicitiâ nostrâ, ad piscandum in mari nostro, prope Jernemuth, his diebus sunt venturi:

• Vobis mandamus quòd publicè proclamari faciatis, semel vel • II. 689.
bis, in qualibet septimanâ, ne aliqui, sub omni eo quod nobis forisfacere poterunt, eisdem inferre præsumant injuriam, molestiam, dampnum, impedimentum aliquod, aut gravamen: set ipsis potiùs, cum indiguerint, consulentes sint & auxiliantes; ita quod absque impedimento piscari, & commodum suum facere possint, prout eis melius videbitur expedire.

In cujus, &c. has litteras nostras fieri fecimus patentes, usque ad Festum Sancti Martini proximo futurum duraturas.

Teste Rege apud Wengeham 28. die Septembris.

Adolpho Regi Romanorum super Treugis cum Franciæ Rege.

Ann. D. 1295. An. 23. E. 1. Rot. Aleman. 23. E. 1. m. 17.

MAgnifico Principi & amico suo carissimo, Domino A. Dei gratiâ, Regi Romanorum illustri, semper Augusto, Edwardus, &c. salutem, & prosperos ad vota successus.

Quod vestra Magnificentia nostra incredibiliter tibi assumit negotia, & nostris se offert, absque retentione aliquâ, desideriis complacere: Majestati vestræ grates debitas exsolvere non valemus; tamen ex hoc ad vestra beneplacita semper volumus esse prompti.

Sanè die Martis, ante Festum Sancti Michaelis Archangeli, per manus dilectorum & fidelium nostrorum, Willielmi de Ormesby Militis, & Gerlaci de Gardinis Clerici (quos ad vestram præsentiam miseramus) Serenitatis vestræ litteras nos læta manu noveritis recepisse.

In quibus quidem continebatur litteris, quòd vos ad Civitatem Cameracensem, infra Octabas Sancti Michaelis proximo venturas, vestros solempnes Nuncios, cum plenariâ potestate dandi Regi Franciæ sufferentiam vel respectum, & tractandi super ineundis treugis inter vos & nos ex parte unâ, & Regem Franciæ ex altera mitteretis.

• Verùm quia Cardinales, postquam à nobis de Angliâ recesserant, & cum eodem Rege Franciæ super præmissis tractaverant, nobis per nostros Nuncios intimârunt, quòd idem Rex Franciæ consentire nolebat ad dandum respectum, seu treugam ineundam quousque per dictos Cardinales, qui super hoc ad vestram Excellentiam suos Nuncios transmiserant, de responsione, quam super his faceretis eisdem, haberet certitudinem pleniorem.

Addentes quod ipsi Cardinales, cum de vobis sui Nuncii rediissent, de voluntate suâ, per eorumdem Nuncios, nos facerent esse certos.

Propter quod videtur nobis quòd dies, ad hoc provisus, non tenebitur; nec expedit prædictos vestros Nuncios ad eosdem diem & locum accedere, donec per eosdem Cardinales, secundum respon-

ro habentes, unà vobiscum interfint modis omnibus tunc ibidem,

Ad tractandum, ordinandum, & faciendum nobiscum, & cum cæteris Prælatis, & Proceribus, & aliis Incolis Regni nostri, qualiter sit hujusmodi periculis & excogitatis malitiis obvjandum.

Teste Rege apud Wengham 30. die Septembris.

Regi Romanorum, de 12000 l. Turon. arestatis per Comitem Luceburgh.

Ann. D. 1295. *An.* 23. E. 1. *Rot. Aleman.* 23. E. 1. *m.* 17.

MAgnifico Principi, &c. Domino A. Dei gratiâ, Regi Romanorum illustri, semper Augusto, Edwardus, eâdem gratiâ, &c.

Inter cæteras conventiones, super indissolubili confœderationis vinculo, & unione amicitiæ specialis, inter vestræ Majestatis excellentiam & nos initas & firmatas, actum fuisse reperitur expresse,

Quod, siqui præsumptuosi, quicumque sint illi, in Regno vestro, sive nostro constituti, occasione & ex causa discordiæ litisque, motæ inter vos & nos ex parte unâ, & Regem Francorum ex alterâ, amicos & auxiliatores vestros & nostros invaderent, directe vel indirecte turbarent, quominus in auxilium vestrum & nostrum se transferre valerent; vos, & nos, & hæredes nostri, personas eorum, cum publicatione omnium bonorum suorum, sine spe revocationis & gratiæ, perpetuo relegaremus, vel relegarent.

Set ecce! Nobilis Vir, Henricus Comes Luceburg, qui vobis fidelitatis debito est astrictus, quandam pecuniæ quantitatem, usque ad summam duodecim milium librarum Turon. attingentem (quam, pro expensis faciendis contra Regem Franciæ, dilecto filio nostro, Domino H. Comiti Baren. fideli vestro, ac utriusque nostrûm speciali & præcipuo valectori, transmittebamus) in terra ipsius Comitis Luceburgh, ditioni vestræ subjectâ, arestare præsumpsit, & adhuc detinet arrestatam, in vestræ Majestatis vituperium & contemptum.

Cum itaque subtrahere sustentationem vel victualia, non minus sit quàm alias impedire: & subtrahere victualia & necare ad paria judicentur;

Serenitatis vestræ magnificentiam, quam cariùs possumus, deprecamur, quatinus præsumptioni hujusmodi faciatis taliter emendari, quòd amicis & inimicis transeat in exemplum.

Dat. apud Cantuar. primo die Octobris.

De Conventionibus inter Regem, Comitem Flandriæ & Comitem Gelriæ.

Ann. D. 1295. *An.* 23. E. 1. *Rot. Aleman.* 23. E. 1. *m.* 19. *in Cedula.*

EDwardus, Dei gratiâ, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, & Dux Aquitanniæ, omnibus, ad quos præsentes litteræ pervenerint, salutem.

Cum in conventionibus, inter venerabilem Patrem, A. Dunelmensem Episcopum pro nobis ex parte unâ, & Rogerum de Gistell Militem, & Magistrum Jacobum de Aquâ, pro spectabili viro Domino Guydone Comite Flandriæ ex alterâ, initis, caveatur expresse,

Quod nos debitum centum milium librarum Turonensium, in

bus, Ballivis, Præpositis, & quibuscumque aliis Ministris, & Fidelibus prædicti Domini Regis & Ducis, ad quos præsentes litteræ pervenerint, salutem in Domino. E. 1. m. 22.

Veniens ad nos Bernardus Dongressilli, Civis & Mercator Baionæ, nobis significando demonstravit, quod cum ipse olim in Affricanis partibus onerâsset, in quadam navi Baion, vocata navis Sanctæ Mariæ de Baionâ, cujus Petrus Sancii de Inzon Rector existebat,

Centum septuaginta quatuor sportulas amigdalarum.

Item centum quinquaginta confines Raceniorum de Maleque; & quatercentos nonaginta flayons ficuum de Maleque, quæ de suis denariis propriis emerat in partibus antedictis.

Et ipse Mercator & alii, de dicta navi, de ipsis partibus, cum ipsa navi recessissent ad eundem cum dictis mercimoniis & aliis bonis quampluribus, existentibus in ipsa navi, versus Angliam.

Quidam proditionis filii ipsis, cum dicta navi ad ancoram, ante portum de Lascoff. in littore maris Portugaliæ, ubi propter tempestatem maris applicuerant, existentibus, & permanere donec tempestas dicti maris pertransisset volentibus, & ubi, ita parùm ab homine, sicut à Deo solo insidiari & dampnificari suspicabantur,

De Civitate Ulixbon. armati exeuntes, ad dictam navem hostiliter accesserunt, & dictum Mercatorem & alios, de dicta navi, qui fuerant ipsâ navi, mercandisis & aliis bonis supradictis, deprædati; dictam navem & bona existentia secum ad prædictam Civitatem de Ulixbon. adducendo.

De quibus omnibus bonis, deprædatis, & ablatis, ut supra, Rex Portugalliæ recepit, ad opus sui, decimam partem, & Raptores prædicti residua bona inter se omnia dividendo.

Unde dictus Bernardus asserit se dampnificatum usque ad valorem septingentarum librarum Sterlingorum, de raptu & rapinâ prædictis.

Quapropter idem Bernardus nobis humiliter supplicavit, ut nos sibi licentiam marcandi homines & subditos de Regno Portugalliæ, & specialiter illos de Ulixbon. & bona eorum per terram & mare, ubicumque eos & bona eorum invenire posset, concederemus, quousque de prædictis bonis, sibi, ut dictum est, ablatis, integram habuisset restitutionem.

Nos, visâ malitia prædictorum raptorum, qui hujusmodi rapinam tempore pacis commiserunt, visaque quâdam * litterâ, Sigillo Concilii Baionensis sigillata; per quam Major, Jurati, & Concilium Baionense prædicta, receptis super hoc fidedignis probationibus, dicto Domino Regi significant fore vera, supplicationi dicti Mercatoris inclinati, * II.692.

Dedimus ipsi Bernardo, & concessimus, & adhuc damus & concedimus eidem, suisque hæredibus, successoribus, & ordinio licentiam, quod ipse gentes de Regno Portugalliæ, & specialiter illas de Civitate Ulixbon prædictâ, & bona earum, ubicumque ea invenire poterit, infra districtum Domini nostri Regis & Ducis, & extra, possit marchare, retinere, & sibi appropriare illa; quousque ipse Bernardus, & hæredes sui, vel Successores, aut ejus ordinium, bonis suis prædictis, ut dictum est, sibi deprædatis, vel ipsorum valore supra declarato, cum expensis, quas rationabiliter illâ occasione fecerit, fuerit integre restitutus.

Præsentibus per quinquennium, vel quamdiu prædicti Domini nostri Regis & Ducis, aut nostræ placuerit voluntati duraturis.

Quare vobis & vestrûm cuilibet præcipiendo mandamus, quatenus aliquis vestrûm dictum Bernardum, hæredes, vel successores suos, aut ordinium impedire non audeat, aut turbare, ipsius marchæ tempore durante, nisi de ipsius revocatione, vel præmissorum satisfactione constaret, seu ab aliquo allegaretur, & plenarie probaretur;

…, durante Guerra Francia.

Ann. D. 1295. An. 23. E. 1. Rot. Scotiæ 23. E. 1 m. 2.

REX, & superior Dominus Regni Scotiæ, omnibus, ad quos præsentes, &c. salutem.

Cum dilectus & fidelis noster, Johannes Rex Scotiæ illustris, de mandato nostro, liberaverit venerabili Patri, J. Episcopo Karleolensi, Abbati de Novo Monasterio, Castrum & Villam de Berewyk super Twedam, Castrum & Villam de Rokesburgh, & Castrum & Villam de Gedeworth, ob securitatem nostram, & Regni nostri, ac aliarum terrarum nostro Dominio subditarum,

Volumus & concedimus, per præsentes, quod hujusmodi liberatio Castrorum prædictorum, dicto Regi, aut hæredibus suis, in præjudicium, temporibus futuris, non cedat:

Set concedimus & promittimus quòd, quam-primùm guerra,
*II.693. inita inter nos * & Regem Franciæ, sit sedata, prædicta Castra & Villas prædicto Regi Scotiæ, aut suis hæredibus, plenarie restitui faciemus; ad hoc nos & hæredes nostros, tenore præsentium, obligantes.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Westm. 16. die Octobris.

De Subsidio pro hominibus de Burgo.

Ann. D. 1295. An. 23. E. 1. Rot. Vascon. m. 20. dor. An. 23. E. 1.

REX dilectis & fidelibus suis, Majori, & Juratis, ac probis hominibus de Burgo, salutem.

Ex sincero fidelitatis & dilectionis affectu, quem erga nos & honorem nostrum vos semper habere probavimus, ad petitiones vestras favorabiliter exaudiendum induci debemus.

Quare, vestris requisitionibus, quas Reymundus Hol comburgensis vester, per vos missus, nobis prudenter exposuit, pleniùs intellectis, subsidium pro vestri & prædictæ Villæ custodiâ & munitione, quod aliquamdiu vobis mittere, non sine causâ, distulimus, nunc, juxta vestræ indigentiæ, nobis expositæ, necessitatem vobis transmittimus.

Dictumque Reymundum, per nos usque modo retentum, remittimus in comitivâ, & securitate indubitabili, & conductu; vestram probitatis & firmitatis constantiam requirentes, quatinus in juris nostri & vestri defensione, prout laudabiliter incepistis, viriliter persistatis:

Scituri quod de dampnis, angustiis & pressuris, quæ occasione nostri absque dubio sustinetis, emendam & remunerationem condignam vobis facere proponimus, Domino concedente.

Et nichilominus Edmundo karissimo fratri nostro, quem ad partes Vasconiæ destinamus, specialiùs injunximus ut vos præcipuè recommendatos habeat, & ad vestra beneplacita prosequenda se, pro viribus, vobis exhibeat liberalem.

Dat. apud Westm. 19. die Octobris.

Majori, Juratis, & toti Communitati de Burgo,
Nobilibus viris, apud Burgum commorantibus,
Majori, Juratis, & toti Communitati de Blaviâ,
Nobilibus viris, apud Blaviam commorantibus.

Litera, de Fidelitate & Constantia Baronum Vasconiæ, contra Regem Franciæ.

Ann. D. 1295. An. 23. E. 1. Rot. Vasc. m. 20. dor. An. 23. E. 1.

REX dilecto & fideli suo Guillielmo Remundi de Gensaco domicello salutem.

Memoria nostra se refert ad tempora, in quibus erga nos vestræ devotionis claritas prelucebat, & in quibus, more fidelis atque devoti, nos reverebamini sicut Dominum Naturalem.

Sperantes itaque vestræ fidelitatis constanciam, non variabilem mutatione rerum vel temporum, nec alicujus nubilo turbinis vos in virum alterum permutandos;

Nobilitatem vestram requirimus & rogamus, quatinus graves injurias & enormes excessus, nobis, sicut latius divulgatur, in nostri exhæredationem manifestam, illatos moleste ferentes, ad supportanda nostra onera, & circa defensionem nostri juris, ac etiam tam nostrum, quam vestrum prosequendum honorem, necessitatis tempore, providentiæ vestræ bonitas non lentescat:

Ita quod vobis honoris & laudis proveniat incrementum, nósque devotionis vestræ promptitudinem, non sine retributione condigna, multimodis actionibus gratiarum prosequi debeamus.

Ut autem pleniùs intentio nostra vobis pateat, Ecce! Carissimum fratrem nostrum Edmundum, Comitem Lancastriæ, ad partes Ducatûs nostri Aquitaniæ duximus propter hoc specialiter destinandum; cui, tanquam nobis, velitis credere, & parere his, quæ vobis ex parte nostra dixerit & fecerit in præmissis.

Dat. apud Westm. decimo nono die Octobris.

Eodem modo mandatum est subscriptis, viz.

P. de Gavarreto, Domicello,
Bertrando Domino de Caumont, Militi,
Domino Arnaldo de Marmanda, Domino de Virareyth. Militi.
Domino Amaneno, Domino de Camptort Militi,
Domino Hogoni, Domino de Poions,
Domino Guillielmo Escamat, Militi,
Domino Amaneno de Fossato, Militi,
Gasberto de Terriaco, Domino de Barosa, Domicello,
Domino Raufredo, Domino de Mumpesato, Militi,
Galtero de Fossato Domicello, Domino de Barussa,
Bertrando de Insula, Domicello,
Guillielmo Ramundi Lorcat Domicello, Domino de Toneux pro parte,
Domino Otboni de Leomannia Militi,
Garsiæ Arnaldi, Domino de Novallis,
Rogero Bernardi, Comiti Fuxcen. & Vicecomiti Bearnii, Militi,
Dominæ Constantiæ, Consanguineæ Regis, Vicecomitissæ de Marsano.
Domino Bernardo Comiti Armaniaci,
Dominæ Comitissæ Armaniaci, Consanguineæ Regis.
P. Lamberti, Civi Burdegal.
Johanni Columbi, Civi Burdegal.

Ar-

ribus, pro futuris, specialiter destinavit.

Nos itaque ipsius Regis votis laudabilibus in hac parte grato concurrentes animo, ut hujusmodi confœderationis affinitas, & amicitiæ fructuosæ contractus eo ferventiùs vigeat, stabiliusque perduret, quo melioribus firmatus auspiciis, nexuque constrictus fuerit fortiori,

Actum, conventum, & concordatum extitit inter nos (de voluntate & assensu carissimi Germani, & fidelis nostri, Karoli Valensis, & Andegavensis Comitis) & Procuratores prædictos, Procuratorio nomine dicti Regis, quod inter Edvardum, primogenitum filium Regis ejusdem, futurum Regem Scotiæ, (&, qui per conventionem expressam, habitam cum Procuratoribus antedictis, successurus est eidem Regi in Regno Scotiæ, & aliis terris suis) & J. primogenitam filiam Germani nostri prædicti, Matrimonium contrahetur.

Cui Regi, nomine dicti filii sui, promittimus nos, & Successores, curaturos & effecturos dari in matrimonium, cum prædictâ filiâ, viginti quinque milia librarum Turonensium parvarum, in pecuniâ numeratâ.

Idémque Rex, præfatæ filiæ mille quingentas libras sterlingorum, annui redditûs, in dotalitium, seu donationem, propter nuptias, dare & assignare tenebitur.

De quibus mille libris Sterlingorum, annui redditûs, in terris, cum jurisdictionibus & justitiis omnimodis (ad Coronam Regiam non spectantibus) in locis infrascriptis, videlicet, de Balliolo, de Dampetra, de Helicourt, de Hornoi in Regno Franciæ: Necnon de Lanark, de Kadioir, de Maldisley, de Cuningham, de Hadington, & in Castro de Dunde, in Regno Scotiæ, cum pertinentiis locorum ipsorum, assidebit eidem:

Ita quod, si redditus & proventus locorum ipsorum dictam summam mille librarum sterlingorum annui valoris excedant, illud, quod super habundat ultra summam eamdem, præfato Domino nostro Scotiæ Regi remaneat:

Et, si quid de summâ ipsâ deesset, idem Dominus noster, in aliis redditibus suis, in Regno Scotiæ constitutis, supplere integre tenebitur,

Vel easdem mille, si nos maluerimus, necnon residuas quingentas libras assignabit sibi, percipiendas in bursâ, in certis locis, annuatim ad duos terminos; ipsamque benè assecurabit de Dotalitio antedicto habendo, & percipiendo ab eâ, post dictum matrimonium contractum, & mortem dicti filii, quamdiu vitam duxerit in humanis.

Quod, si dicti futuri conjuges à dicto Rege vellent fortasse discedere, dicto Dotalicio, in vitâ etiam Regis ejusdem, perfruentur.

*II.696. * Et si, successu temporis, prædictus Rex ad secunda vota transire voluerit, nostrum super hoc consilium requirere vel communicare debebit.

Idem quoque Rex, more justi Principis, cùm ex fervore justitiæ, tum etiam ex zelo dilectionis internæ, quam ad nos, domum nostram, solium & incolas Regni nostri habere dinoscitur, moleste ferens graves injurias, enormes excessus, impugnationes hostiles, & aggressiones iniquas, quibus Rex Angliæ, violato fidelitatis debito (quo nobis tenebatur astrictus) nos, fideles & subditos nostros, tam per terram, quàm per mare, multifariè, multisque modis hactenus offendisse dinoscitur, & offendere continue fatigat & conatur:

Ac propterea, ut nos, & Successores nostros sibi & suis strictiùs mutui amoris alliget affectibus, ad repressionem salubrem injuriarum, impugnationum, & aggressionum hujusmodi, nobis efficaciter & potenter assistere gratuitâ amabilitate disponens, dimittendo,

Si verò prænominatus Angliæ Rex terram Angliæ personaliter forsan exierit, vel terram ipsam notabili peditum vel equitum armatorum hominum (guerra inter nos & ipsum durante) numero vacuarit; promiserunt Procuratores prædicti procuratorio nomine supradicto, quod, præcipue in hoc casu, dictus Scotiæ Rex, cum toto posse suo, terram Angliæ, quantùm latiùs, sive profundiùs poterit, intrare curabit; faciendo guerram, bellumque campestre, obsidendo, vastando, ac Regem Angliæ & terram ejus prædictam, modis omnibus, quibus poterit, suis, ut supra dicitur, sumptibus impugnando.

Actum præterea est, & expresse conventum, inter nos & Procuratores prædictos, nomine quo suprà, quod nos de guerrâ, quam præfatus Scotiæ Rex & Successores ejusdem contra sæpefatum Angliæ Regem pro nobis facient, postquam guerram ipsam ad requisitionem nostram fecerint (vel si, occasione initæ affinitatis vel confœderationis, idem Scotiæ Rex jam guerram fecerit supradictam; vel Rex Angliæ contra ipsum occasione aliquorum ex præmissis) nec etiam de prædictâ guerrâ nostra componere, aut pacem inire nequibimus vel treugam, nisi ipsis in pace seu treugâ, quam de dictis omnibus guerris faciemus, inclusis.

Nec ipsi, similiter, pacem vel treugam de guerris omnibus supradictis facere poterunt, sine nobis.

Pro quibus omnibus & singulis supradictis tenendis, adimplendis & * inviolabiliter observandis, obligamus dicto Scotorum Regi, & Successoribus suis, nos, Hæredes, ac Successores, & omnia nostra, & ipsorum bona mobilia & immobilia, ubicumque, & in quibuscunque consistentia, præsentia & futura. *II.697.

Tractatus autem, Conventiones, Pactiones ac omnia & singula suprascripta, dictus Scotiæ Rex ratificare & approbare tenetur, ac suo nomine innovare; ac, super ratificatione, approbatione & innovatione prædictis, suas nobis patentes litteras, suo sigillo munitas, quamcitius fieri poterit, destinare.

Tenores vero litterarum procuratoriarum prædictarum tales sunt.

EXcellentissimo Principi, *&c. ut supra, de data* 3. *Nonas Julii.*

Item, universis præsentes litteras, *&c. ut suprà, de dat. apud Stryvelyn* 3. *Nonas Julii.* Et tunc sic.

In quorum omnium testimonium præsentibus litteris nostrum fecimus apponi sigillum.

Actum Paris. die 23. mensis Octobris, anno Domini 1295.

Tractatus Matrimonialis inter Primogenitum Regis Scotiæ & Regis Franciæ Neptem, filiam Comitis Valesii, per ipsum Comitem confirmatio.

A Touz ceux, qi cestes presentes lettres verront, Charles fuiz au Roi de France, Conte de Valeys, d'Alencon, de Chartres, & de Aungeo, saluz en nostre Seignor. Ann. D. 1295. An. 23. E. 1. Ex Rot. inter Missel. in Tur

Sache vostre universite qe come trete, covenante & acorde soit entre les tresexcellent Prince, nostre treschier Seignour & frere, Sire Philip, par le grace de Dieu, noble Roy de France, & les honourables Peres,

Sires William de Seint Andreu, & Matheu de Dunkeldyn Evesques:

... ou Roy d'Escoce, en noun de son dit fuz, ou à mesme cely son fuz, ou à mandement de eux, * ou de l'un de eux, sitost come
* II. 698. nostre dite fille serra venue al age, qe ele puisse estre marriee, & le dit Dowair li soit assigne, sicome est avantdit.

E a ce nous obligeoms especiaument nous, noz heirs, & noz Successours, terres, & touz noz biens, & de noz Heirs, & de noz Successours, moebles & noun moebles, presentz & avenir.

En tesmoignaunce de queu chose nous avoms fait mettre nostre seal a cestes present lettres.

Don. a Paris le 23. jour d'October, l'An de nostre Seignour 1295.

Fœderis cum Philippo Rege Francorum per Johannem Scotorum Regem, ratificatio.

Ann. D. 1295. An. 24. E. 1. Ex Orig.

UNiversis, præsentes litteras inspecturis, Johannes, Dei gratiâ, Rex Scotorum, salutem.

Internæ dilectionis affectum, quem progenitores nostri, ac Regni nostri communitas, erga Excellentissimos Francorum Reges & Regnum, hactenus specialiter habuerunt, continuare ac ampliare in futurum corditer cupientes, ne a tanto tempore concepta dilectio ulteriùs quasi sub umbrâ lateret, set eo ferventiùs atque solidiùs duraret in posterum quo magis operis evidentia lucidiùs fuit declarata,

Venerabiles Patres, Willielmum Sancti Andreæ, & Matheum Dunkeldensem Episcopos; & Johannem de Soules, & Ingeramum de Umfranvyle, Milites; dilectos & fideles nostros Attornatos, Procuratores, & Nuncios nostros speciales ad Excellentissimum Principem & Dominum, Dominum Philippum, Dei gratiâ, Regem Francorum illustrem,

Ad contrahendum Sponsalia & Matrimonium, inter Edwardum Filium nostrum, & Hæredem futurum, & aliquam dicti Domini Regis Neptem, seu Consanguineam,

Et ad tractandum, ordinandum, faciendum, & perficiendum omnia & singula negotia, nos, Edwardum filium nostrum primogenitum prædictum, Regnum nostrum, & Incolas Regni nostri qualitercunque tangentia, & ubicumque in Regno Franciæ, cum quibuscunque personis, nuper transmisimus,

Qui quidem Procuratores nostri cum dicto Domino Rege, nomine Procuratorio tractatum habentes, tam super matrimonio, quàm super mutuæ amicitiæ fœderibus, inter dictum Dominum Regem Franciæ & nos, ac utriusque Regni Incolas contrahendis & ineundis, certis modo & formâ convenerunt; prout in litteris dicti Domini Regis, super hoc confectis, Sigillo suo signatis, nobisque per eosdem presentatis, pleniùs continetur, quorum tenor talis est,

PHilippus, Dei gratia, Francorum Rex, universis præsentes litteras inspecturis salutem, inter alia, *&c. prout supra de Dat. 23. Octobris & tunc sic,*

Nos verò, dictos tractatus, conventiones, pactiones, ac confœderationes, sub modis & conventionibus supradictis, ratos & firmos habentes, laudamus, volumus & approbamus:

Ac nomine nostro, Edwardi Filii nostri supradicti & Successorum nostrorum, per has litteras, Sigilli nostri munimine robora-

De salvo conductu pro Domina Blanca Regina Navarræ.

REX omnibus amicis & fidelibus suis, ad quos præsentes litteræ pervenerint, salutem. Ann. D. 1295.

Sciatis quòd suscepimus in salvum & securum conductum nostrum, nobilem Dominam, & sororem nostram carissimam, Dominam Blancam, Reginam Navarræ: Familiam & Comitivam suam, in veniendo ad nos, in Angliam, de partibus Vasconiæ, tam per terram, quàm per mare. An. 24. E. 1. Pat. 24. E. 1. m. 1.

Et ideo vos amicos rogamus, & vobis fidelibus nostris mandamus, quòd prædictæ Reginæ, in veniendo ad nos in Angliam, Familiæ & Comitivæ suæ, in personis aut rebus, quæcumque fuerint, non inferatis, nec quantum in vobis est permittatis inferri molestiam, injuriam, dampnum, impedimentum aliquod, seu gravamen; set potiùs eis, quandocumque per partes vestras transierint, provideatis, amore nostri, de salvo & securo conductu; ita videlicet sicut nobismet ipsis faceritis, vel, bonæ memoriæ Edmundo Fratri nostro si esset superstes, quotiensumque ex parte ipsius Reginæ fueritis requisiti, obedientes eidem Reginæ tanquam sorori nostræ carissimæ: Ita quod exinde vobis grates referre specialiter debeamus.

In cujus, &c. usque ad primum diem mensis Augusti proximò futurum duraturas.

Dat. apud Sanctum Edmundum decimo septimo die Novembris.

Regi Romanorum, de Credentia.

EXcellentissimo Principi, Domino A. Dei gratiâ, Regi Romanorum illustri, semper Augusto, amico suo carissimo, Edwardus, Dei gratiâ, &c. salutem, cum honoris & gloriæ fœlicibus incrementis. Ann. D. 1295. An. 24. E. 1.

De fidelitate & industriâ dilectorum & fidelium nostrorum W. Coventrensis & Lychefeldensis Electi, A. Comitis Sabaudiæ, Ottonis de Grandisono, Hugonis le Despenser, & Johannis de Berewyck, exhibitorum præsentium, fiduciæ plenitudinem obtinentes, pro quibusdam nostris negotiis arduis, ipsos ad vestram præsentiam duximus transmittendos: Rot. Alleman. 24. E. 1. m. 16. d.

Excellentiam Regiam deprecantes, quatenus ea, quæ dicti Nuncii nostri, seu quatuor, aut tres eorum, vel duo, ex parte nostrâ, Celsitudini vestræ expresserint vivâ voce, velitis, si placet, indubitabiliter credere, & affectualiter adimplere.

Datum apud Sanctum Edmundum 21. die Novembris.

De Edmundo Comite Lancastriæ, per Morbum ab expeditione Vasconiæ detento.

Ann. D. 1295.

EDward, par la grace de Dieu, Rey d'Engleterre, & Seigneur d'Irlaunde, e Duk de Guyenne, a ses cheirs & feals, les Barons d'Engleterre & de Gascoigne, e au Meyre, e au Jures de Bayone, e as autres Gentills homes, que sont pur luy en les parties de Bayone, saluz. An. 24. E. 1. Rot. Vascon. 24.

Nous receumes voz lettres, seales de voz fealz, que vous nus E. 1. m. 18.

jus, Papa Celestinus, imprudenter & ignoranter fecerat, revocandis & adnullandis.

Ann. D. 1295. *An.* 24. *E.* 1. *Ex Autogr.*

BOnifacius Episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio Bartholomeo, nato Nobilis Viri Francisci de Sancto Angelo, Rectori Parrochialis Ecclesiæ Sancti Nicolai de Midalton. Wintonientis Diocesis, salutem & Apostolicam benedictionem.

Olim dilectus filius, frater Petrus de Murrone, tunc Celestinus Papa quintus, Antecessor noster, devictus instantiâ & ambitione nimia plurimorum: ignarus eorum, quæ & juris debitum & gravitas pastoralis, cui præsidebat, officii requirebant: seductus insuper atque deceptus per captiosam astutiam & deceptibilem aliquorum; fecit diversa, & concessit varia minus dignè, inordinata & insolita, quorum aliqua subticemus ex causâ, sub cujus bullâ nonnulla, ut fertur, præter ipsius conscientiam, transierunt, quæ non indignè, immo necessariò limam correctionis Apostolicæ exposcebant:

Unde, dicto antecessore, ex causis legitimis, Papatui sponte cedente,

Nos, postmodum dispositione divinâ, ad apicem summi apostolatûs assumpti, ut sedes Apostolica ipsius antecessoris actus lucidius discutere posset, & in melius reformare, ejusque errata corrigere, omissa supplere, ac in irritum revocanda deducere omnia privilegia, & litteras gratiosas, super quibuscumque gratiis, vel gratiosis concessionibus, de quibuscumque juribus, rebus, vel bonis, quæ quoquomodo processerant, seu quæ obtenta fuerant ab eo: necnon quæ ab antecessore prædicto, verbo, seu litteris, facta, concessa, data vel indulta fuerant quibuscumque personis Ecclesiasticis, quæ per alias nostras litteras, super hoc generaliter factas & publicatas, revocata non essent, nec penitus anullata, quantum ad omnem effectum eorum, de fratrum nostrorum consilio & assensu suspendentes,

Volumus, & districtè præcipimus ut, hujusmodi gratias obtinentes, infra certi temporis spatium, quod quidem tempus pro peremptorio termino assignavimus, ipsa nostro & præfatæ sedis conspectui præsentarent, & ad nostram & dictæ sedis notitiam deducerent Apostolicæ discussionis examen justo judicio subitura: ipsaque sic manere suspensa, quousque per sedem ipsam forent ex certa scientiâ approbata.

Alioquin extunc illa, & quicquid ex eis, vel ob ea secutum esset, vel imposterum sequeretur, Apostolica auctoritate, de potestatis plenitudine, cassavimus, irritavimus & vacuavimus: * cassa, irrita & vacua nunciavimus; ipsa omnino carere viribus decernentes.

* II.701.

Tu verò nuper quasdam litteras præfati Antecessoris, super collatione & provisione, tibi factis per eum de Ecclesiâ Sancti Nicolai de Midalton, Wintoniensis Diocesis, curam animarum habente, tunc vacante per mortem quondam Magistri Berardi de Neapoli, Notarii sedis Apostolicæ, ipsius Ecclesiæ Rectoris: per quas etiam dictus antecessor tecum dispensavit, ut Ecclesiam de Midalton, unà cum Archidiaconatu, quem in Boianensi, ac Canonicatibus & Præbendis, quos in eadem Boianensi & Theatinensi Ecclesiis obtines, posses insimul licitè retinere, constitutione generalis Concilii, super hoc editâ, non obstante:

Necnon & alias ejusdem Antecessoris certi tenoris litteras, directas certis executoribus, super executione provisionis hujusmodi;

Infra præscriptum tempus, à nobis ad hoc, ut prædicitur, assignatum, dilecto filio Magistro Petro Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Vicecancellario, cui committimus receptionem talium litterarum, prout ex relatione ipsius Vicecancellarii plenè didicimus, præsen-

des busoines susdites, selonc ce que entre eux verront que soit al profit, al honeur de vous, & de nous ausint.

E vous feisoms a savoir, que mesme ceste chose vous avoms seneficz par une autres lettres; les quelles nous baillames as Messages de les ditz Cardinaux, quant il estoient a nous, pur porter a lour Seignurages; issint qu'il les vous feissent venir au plus tost qu'il peussent.

De orando pro Rege.

REX venerabili in Christo Patri R. eâdem gratiâ, Cantuariensi Archiepiscopo, totius Angliæ Primati salutem. Ann. D. 1296.

Evidentem causæ nostræ justitiam, quam vos latere non credimus, fervente studio hactenus prosecuti, & adhuc summo opere prosequentes pro recuperatione & defensione terræ nostræ Vasconiæ, tanquam Coronæ Regiæ, & honori * Regni nostri Angliæ hæreditario jure annexæ (de quâ Rex Franciæ nos injustè exhæredare conatur) ad partes ipsius Ducatûs Gentes nostras nuper cum potentiâ, quam tunc commode potuimus: & nunc demum Edmundum fratrem nostrum, cum honorabili Comitiva Nobilium dicti Regni, duximus destinandum.

An. 24. *E.* 1. *Claus.* 24. *E.* 1. *m.* 10. *dorf.* * II.701.

Sanè, cùm in homine non sit auxilium, sed è coelo, ac propter hoc oporteat impotentiam nostram divinæ manus præsidiis sustentari; Paternitatem vestram requirimus & rogamus, quatenus non solum nostram, sed vestram justitiam intuentes, & corda vestra sursum habentes ad Dominum, apud eum, ut hæc & alia, quæ negotio expedire cognoveritis antedicto, procedant salubriter, & in manibus nostris prospere dirigantur, devotis supplicationibus insistatis.

Cumque ob reverentiam sedis Apostolicæ, & ad venerabilium Patrum B. Albanensis, & S. Penestrini, Episcoporum, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, requisitionem instantem, ad tractandum de Treugis & Pace cum Rege prædicto, super guerris, dissentionibus, & discordiis quibuscumque, inter ipsum & nos exortis & motis, solennes Nuncios nostros ad partes miserimus transmarinas, ad præsentiam Cardinalium prædictorum.

Piam affectionem vestram excitet quæsumus debitum caritatis, ad divinam misericordiam vestris intercessionibus implorandum, ut, præsentis temporis tempestuoso procellarum turbine quiescente, uberiora tempora sub tranquillioris auræ serenitate succedant; quodque, ad fæliciter hæc & alia peragenda, quæ cepimus, dexterâ Regis Regum potenter adjuti, ea ad laudem ipsius, & honorem nostrum, ac commodum Regni nostri, ad optatum effectum deducere valeamus.

Præmissa vero omnibus viris, subditis, in vestra Diocese constitutis, specialibus orationibus facienda, per vos injungi petimus & mandari.

Teste Rege apud Sanctum Albanum, primo die Januarii.

Consimiles Literæ diriguntur *J. Eborum Archiepiscopo, Angliæ Primati*, & Episcopis subscriptis, viz.

J. Episcopo Roff.	*Tho. Exon. Episcopo,*
R. Episcopo London,	*N. Episcopo Sarum,*
C. Episcopo Lincoln.	*W. Bathon. & Wellen. Episcopo,*
R. Episcopo Norwycen.	*G. Wygorn. Episcopo,*
W. Episcopo Elyen.	*R. Hereford. Episcopo,*
G. Episcopo Cycestr.	*A. Episcopo Bangor,*
J. Episcopo Wynton.	

. . . . *Assa-*

J. Wyntoniensem, &
W. Elyensem, *Episcopos*:
Et Nobiles Viros, *W. de Valentia Comitem Penbrochiæ Avunculum nostrum*,
J. Ducem Brabantiæ & Lotheriæ,
A. Comitem Sabaudiæ,
H. Comitem Barii,
Florentium Comitem Holandiæ & Selandiæ,
Ottonem de Grandisono,
Hugonem le Despenser,
Amanenum del Bret,
Thomam de Berkele, &
Hugonem de Veer, *Milites*, *fideles nostros*;
Necnon & discretos Viros, *Magistros H. Decanum Eboracensem*,
R. Archidiaconum Cestrensem,
Iterium Archidiaconum Bathoniensem,
Walterum de Langeton, &
W. de Grenefeld Canonicos Eboracenses,
J. de Selveston Canonicum Londoniensem, &
Johannem de Sancto Clare.

Dantes eis, & majori parti illorum, qui præsentes fuerint, plenam potestatem & speciale mandatum, ad tractandum, nomine nostro, de treugis inter Regem Franciæ & nos, super guerris, dissensionibus & discordiis quibuscumque, inter eundem Regem & nos ubicumque locorum exortis & motis:

Et etiam ad easdem Treugas ineundas & firmandas; ac omnia alia & singula facienda, quæ ad præmissorum expeditionem fuerint oportuna:

Ratum habituri & firmum quicquid per prædictos Nuncios nostros, seu majorem partem illorum, qui præsentes fuerint, sicut præmittitur, tractatum, ordinatum, initum, firmatum & factum fuerit in præmissis.

In cujus, &c.

Dat. apud Sanctum Albanum primo die Januarii, anno Regni nostri vicesimo quarto.

De Confœderationibus cum Comite Gelriæ firmandis.

Ann. D. 1296. *An. 24. E. 1. Rot. Aleman. 24. E. 1. m. 16.*

REX omnibus Christi fidelibus, ad quos, &c. salutem.

Noverit Universitas vestra quod, ad tractandum cum Nobili Viro Reginaldo Comite Gelriæ, de Confœderationis & Amicitiæ vinculo speciali: & ad easdem Confœderationem & specialem Amicitiam, inter nos & eum, ineundas, faciendas etiam & firmandas; & ad omnia alia facienda, quæ ad hujusmodi negotii expeditionem fuerint oportuna,

Venerabili in Christo Patri, W. Episcopo Elyensi, & Nobili Viro W. de Valentia Comiti Penbrochiæ Avunculo nostro, Magistro H. de Newerk Decano Eboracensi, & Waltero de Langeton Thesaurario nostro, plenam damus & concedimus tenore præsentium potestatem.

Ratum habituri & firmum quicquid per prædictos, Episcopum, Comitem, Decanum, & Thesaurarium, tractatum, ordinatum, firmatum, initum & factum fuerit in præmissis.

In cujus, &c.

Dat. apud Sanctum Albanum primo die Januarii.

thâ filiâ nostrâ carissimâ matrimonium contraxit: & ad periculosum statum, quo terra ferè tota ipsius Comitis fore dinoscitur hiis diebus, vestra Regalis Excellentia benignum habens respectum,

Terram, quam Pater ejusdem Comitis tenuit, ipseque Comes tenere debet à vestra Regia Majestate, dignetur Excellens vestra Magnificentia, hujus nostri rogaminis interventu,

Prænominato Comiti jubere tradi, & facere liberari, de Regalis Munificentiæ gratiâ speciali, licet idem Comes ad vestræ Sublimitatis præsentiam propter hoc non accedit.

Recipiendo inde servitia, & alia deveria consueta, à Procuratoribus præfati Comitis, ad eandem præsentiam ob hoc specialiter destinandis.

Datum apud Herewycum 15. die Januarii.

De Confœderatione cum Comite Cliviæ.

REX omnibus, ad quos, &c. salutem. Ann. D. 1296. *An. 24. E. 1. Rot. Aleman. 24. E. 1. m. 16.*

Noveritis quod, ad tractandum cum Nobili Viro, Comite de Cliviâ, de Confœderationis & Amicitiæ vinculo speciali: & ad easdem Confœderationem & specialem Amicitiam inter nos & eum ineundas, faciendas etiam & firmandas; & ad omnia alia facienda, quæ ad hujusmodi negotii expeditionem fuerint oportuna,

Dilectis & fidelibus nostris, Willielmo de Valentia Comiti Penbrochiæ Avunculo nostro, & Waltero de Langeton Thesaurario nostro, plenam damus, & concedimus, tenore præsentium, potestatem.

Ratum habituri & firmum quicquid per prædictos, Willielmum & Walterum, tractatum, ordinatum, initum, firmatum, & factum fuerit in præmissis.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Sanctum Edmundum, 16. die Januarii.

---

* *Ad Adolphum Romanorum Regem de Credentia.* *II. 705.

EXcellentissimo Principi, Domino A. Regi Romanorum, &c. Edwardus, &c. salutem, & fœlices ad vota successus. Ann. D. 1296. *An. 24. E. 1. Rot. Aleman. 24. E. 1. m. 15. d.*

Vestræ Sublimitatis Excellentiam attentè requirimus, & rogamus quatenus hiis, quæ dilecti & fideles nostri, Reginaldus Ferrer Miles, & Magister Ricardus de Havering Clericus, vel eorum alter Serenitati vestræ, ex parte nostrâ, duxerint exponenda, dignetur vestra Regia Celsitudo fidem credulam adhibere.

Dat. apud Herewykum 17. die Januarii.

Bulla Bonifacii Papæ octavi pro Mercatoribus de societate Ricardorum de Luca.

BOnifacius Episcopus, servus servorum Dei, carissimo in Christo filio E. Regi Angliæ illustri, salutem & Apostolicam benedictionem. Ann. D. 1296. *An. 24. E. 1. Ex Autogr.*

Confidimus, fili carissime, spesque nobis indubia pollicetur, quod Regalis Sublimitas, quam semper invenimus ad beneplacita nostra paratam, preces, quas tibi pro nostris & Ecclesiæ Roma-

næ

hujusmodi suffragia, facientes.

Teste Rege apud Thetford. 22 die Januarii.

Consimiles litteræ diriguntur *J. Eborum Archiepiscopo*, *Angliæ Primati*, & Episcopis subscriptis, videlicet,

J. Episcopo Roffen.
R. Episcopo London.
C. Episcopo Lincoln.
R. Episcopo Norwicen.
W. Episcopo Eliens.
G. Episcopo Cicestr.
J. Episcopo Winton.
Th. Exon. Episcopo,
*II.706. * *N. Episcopo Sarum*,
W. Bathon. & Wellen. Episcopo,
G. Wigorn. Episcopo,
R. Hereford. Episcopo.
A. Episcopo Bangor.
— Assaven Episcopo,
Electo Landaven. vel ejus vices gerenti,
J. Karliolen. Episcopo,
A. Dunolm. Episcopo,
Custodi Spiritualitatis Coventr. & Lich.
Electo Meneven. vel ejus vices gerenti.

Ad Adolphum Regem Romanorum de bonis deprædatis restituendis.

Ann. D. 1296. *An. 24. E. 1.* *Rot. Aleman. 24. E. 1. m. 17. d.* SEreniſſimo Principi, A. Dei gratiâ, Regi Romanorum illuſtri, ſemper Auguſto, amico ſuo kariſſimo, Edwardus, eidem gratiâ, Rex Angliæ, &c. ſalutem & ſinceræ dilectionis continuum incrementum.

Dilectis Clericis & fidelibus noſtris, Adam de Driffeld, Henrico de Cranebume, & Rogero de Mar, quos pro quibuſdam noſtris negotiis verſus Curiam Romanam tranſmittimus, non eſt diu, pecunia, libris, equitaturâ, & aliis bonis & rebus ſuis, in terra veſtrâ, prope Civitatem de Balle, per aliquos, ditioni veſtræ ſubjectos, violenter, ſicut audivimus, deprædatis,

Dilectionem veſtram attente requirimus & precamur, quatenus debitam reſtitutionem præmiſſorum jubeatis celeriter fieri noſtris fidelibus antedictis, vel ſaltem certo Procuratori ſuo, ad opus, videlicet, eorumdem.

Valeat Excellentia veſtra per tempora diuturna.

Datum apud Maſſingeham 30. die Januarii.

Bulla de Tallagio ab Eccleſiaſticis perſonis, Papæ licentia non obtenta, non concedendo.

Ann. D. 1296. *An. 24. E. 1.* BOnifacius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

Clericis Laicos infeſtos oppidò tradit antiquitas: Quod & præſentium experimenta temporum manifeſtè declarant; dum, ſuis finibus non contenti, nituntur in vetitum, ac ad illicita fræna relaxant.

Nec prudenter attendentes, quàm ſit eis, in Clericos, Eccleſiaſticaſve perſonas, & bona, interdicta poteſtas, Eccleſiarum Prælatis, Eccleſiis, Eccleſiaſticiſque perſonis, regularibus & ſecularibus, imponunt onera gravia, ipſoſque talliant, & eis collectas imponunt: Ab ipſis ſuorum proventuum vel bonorum dimidiam, decimam, ſeu viceſimam vel quamvis aliam portionem aut quotam exigunt & extorquent; eoſque moliuntur multifarie ſubjicere ſervituti, ſuæque ſubmittere ditioni:

Et (quod dolenter referimus) nonnulli Eccleſiarum Prælati, Ec-

ipſorum pervenerit, nihil ſolvant; nec ſupradicti ſeculares quoquomodo recipiant.

Et, ſi ſolverint, vel prædicti receperint, in excommunicationis ſententiam incidant ipſo facto.

A ſupradictis autem excommunicationum & interdicti ſententiis nullus abſolvi valeat, præterquam in mortis articulo, abſque Sedis Apoſtolicæ auctoritate & licentiâ ſpeciali; cum noſtræ intentionis exiſtat, tam horrendum ſecularium poteſtatum abuſum nullatenus ſub diſſimulatione tranſire.

Non obſtantibus quibuſcunque privilegiis, ſub quibuſcunque tenoribus, formis, ſeu modis, aut verborum conceptione, conceſſis Imperatoribus, Regibus, & aliis ſupradictis; quæ contra præmiſſa, in nullo, volumus alicui, vel aliquibus ſuffragari.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conſtitutionis, prohibitionis, ſeu præcepti infringere, ſeu auſu temerario contraire;

Si quis autem hoc attentare preſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum, Petri & Pauli, Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum.

Dat. Romæ apud Sanctum Petrum ſexto Kal. Martii, Pontificatûs noſtri anno ſecundo.

Inſtrumentum Publicum ſuper litera Johannis Regis Scotiæ, de Homagii ſui redditione.

IN DEI NOMINE, AMEN.

Hoc eſt exemplum cujuſdam literæ Regis Scotiæ, & ex parte ejuſdem Regis per Religioſos viros, Gardianum Fratrum Minorum de Rokeſbourgh, & Socium ſuum, anno Domini 1295. Indictione Nona, quinta die intrante Menſe Aprilis, apud Berewicum ſuper Twedam, in Caſtro ejuſdem Villæ, Domino Regi Angliæ præſentatæ, cujus tenor talis eſt. Ann. D. 1296. *An. 24. E. 1.* *Ex Rot. in Turri.*

Magnifico Principi, Domino Edwardo, Dei gratiâ, Regi Angliæ, Johannes, eadem gratiâ, Scotiæ Rex.

Cùm vos, ac alii de Regno veſtro, vobis non ignorantibus, vel ſaltem ignorare non debentibus, per violentam potentiam veſtram, nobis, & Regni noſtri Incolis, graves & intolerabiles injurias, contemptus & gravamina, necnon & dampna enormia, contra noſtras & Regni noſtri libertates, ac contra Deum & Juſtitiam, notorie & frequenter intuleritis:

Nos extra Regnum noſtrum, ad levem cujuſcumque ſuggeſtionem, pro libito voluntatis veſtræ citando, & indebite vexando:

Caſtra noſtra, terras, & poſſeſſiones noſtras, & noſtrorum, infra Regnum veſtrum, injuſtè & ſine noſtris demeritis occupando:

Bona noſtra, ac ſubditorum noſtrorum, tam per terram, quàm per mare, capiendo, & infra Regnum veſtrum receptando:

Mercatores & alios Regni noſtri Incolas occidendo:

Homines noſtros, de Regno noſtro, violenter in Regnum veſtrum abducendo, ipſoſque ibidem detinendo, & incarcerando.

Super quibus reformandis Nuncios noſtros ſæpe vobis tranſmiſimus, quæ non ſolum adhuc remanent incorrecta, verùm etiam, de die in diem, per vos & veſtros, prioribus deteriora cumulantur.

Vos namque jam, cum innumerabili Armatorum multitudine, exercitu veſtro publice convocato, ad exhæredandum nos & Regni noſtri Incolas, ad fines Regni hoſtiliter acceſſiſtis: Et ultra progredientes in Regno noſtro Strages & incendia, necnon Inſul-

Cum, ob reverentiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ & honorem venerabilis Patris Domini B. Episcopi Albanensis, ipsius Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, ad nostram præsentiam venientis ex parte Domini ..... summi Pontificis, pro sedandâ dissensione seu guerrâ, inter illustrem Principem Franciæ Regem & nos exortâ,

Eidem Cardinali, & venerabili Patri, Domino S. Dei gratiâ, Episcopo Penestrino, Collegæ suo in hujusmodi negotio, per dictum Dominum summum Pontificem deputato, commiserimus per nostras litteras speciales,

Quod, si præfatus Rex Franciæ velit concedere, & concedat usque ad Festum Nativitatis dominicæ, proximo venturum, inter gentes prædicti Regis & nostras, ac etiam inter ipsius quoscumque Valitores & nostros, a quibuscumque bellicis actibus, & hostilibus invasionibus, hinc inde cessetur omnino,

Iidem Cardinales, vice & auctoritate nostrâ, gentes nostras, ubicumque tam per terram, quàm per mare, in Angliâ, Vasconiâ, & in potestate nostrâ, alibi constitutas, cessare faciant à præmissis; prout in litteris nostris patentibus, inde confectis, plenius continetur: Obligantes nos, sub certis conditionibus, ad ea servanda, quæ in ipsis litteris exprimuntur;

Vobis fidelibus & subditis nostris mandamus, firmiter injungendo, vos confœderatos & alios amicos nostros rogantes, quatinus, sicut nos, honorem & commodum nostrum diligitis, memoratis Cardinalibus pareatis & intendatis in omnibus, tanquam nobis, super his, quæ ex parte nostrâ vobis demandanda, seu injungenda duxerint, in præmissis; juxta prædictarum nostrarum continentiam litterarum.

Dat. apud Berewyk super Twedam 24. die Aprilis.

•II.709. * *De Treugis usque ad Festum Nativitatis Dominicæ Regi Franciæ concedendis.*

Ann. D. 1296. *An.* 24. *E.* 1. *Rot. Aleman.* 24. *E.* 1. *m.* 16.

REX universis, presentes litteras inspecturis, salutem.

Veniens ad nostram præsentiam Dominus B. Dei gratiâ, Episcopus Albanensis, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, pro sedandâ dissensione, seu guerrâ, inter illustrem Principem Franciæ Regem & nos exortâ, per Sanctissimum Patrem Dominum Bonifacium, divinâ providentiâ, summum Pontificem destinatus,

Ex parte ipsius summi Præsulis, & suâ, apud nos, tanquam pacis & concordiæ zelator fervidus & fidelis, instanter & sollicite institit, ut reformationi pacis nostrum vellemus animum inclinare.

Et, quia, ut dixit, treugarum initio pacis hujusmodi posset esse plurimùm inductiva, supplicavit ut, super treugis ineundis, nostrum præstare vellemus assensum; instantiâ nichilominus magnâ petens ut consentire vellemus, quod, donec plenus tractatus cum his, quos res tangit, super dictis treugis ineundis posset haberi, tam per terram, quàm per mare, hinc inde, inter gentes præfati Franciæ Regis & nostras, ac inter ipsius Franciæ Regis quoscumque valitores & nostros, omnino à quibuscumque processibus bellicis, & invasionibus hostilibus cessaretur.

Nos autem, devotè parere Romanæ Ecclesiæ matri nostræ, necnon & dictum Cardinalem honorare volentes, ob ipsius Ecclesiæ Romanæ reverentiam, & Cardinalis ejusdem honorem, ipsius A. Comiti Sabaudiæ, Consanguineo nostro karissimo, Ottoni de Grandissono, & Waltero de Langeton Thesaurario nostro, seu duobus ipsorum, absente tertio, plenam & liberam potestatem ac speciale mandatum,

•II.710. * Tractandi, nomine nostro, de Treugis inter Regem Franciæ & Valitores suos ex parte unâ, & Regem Romanorum & Valitores suos, & nos & valitores nostros ex alterâ parte super Guerris, dissentionibus & discordiis quibuscumque, inter Dominum Regem Franciæ & valitores suos, & ipsum Regem Romanorum, & nos ac Valitores nostros exortis; & etiam easdem Treugas ineundi & firmandi; ac omnia alia & singula faciendi, quæ ad præmissorum expeditionem fuerint oportuna:

Ratum habituri & firmum quicquid per prædictos Comitem, Ottonem & Thesaurarium, seu duos ipsorum, sicut præmittitur, tractatum, ordinatum, initum, firmatum & factum fuerit in præmissis.

Et, ad hæc omnia fideliter observanda, obligamus nos & omnia bona nostra, præsentia & futura.

In cujus, &c.

Datum apud Rokesburgh 12. die Maii.

Ista litera triplicata fuit.

Consimilem potestatem habent prædicti, Comes, Otto, & Walterus, per alias literas patentes, ejusdem tenoris; eo tantum mutato, quod in illis literis Rex Franciæ & Valitores sui postponebantur: Et Rex Romanorum & Rex Angliæ & Valitores eorum præponebantur.

Dat. ut supra.

Et erant triplicatæ.

De intendendo Cardinalibus & Nunciis, tractantibus super Treugis sæpe-dictis.

Ann. D. 1296. *An.* 24. *E.* 1. *Rot. Aleman.* 24. *E.* 1. *m.* 16.

REX, &c. Archiepiscopis, Episcopis, & cæteris Ecclesiarum Prælatis: Edmundo Comiti Lancastriæ, fratri nostro, tenenti locum nostrum in Ducatu Aquitanniæ: Comitibus, Vicecomitibus, Baronibus, Militibus, Domicellis: Majoribus, Civibus, Burgensibus, Communitatibus: Senescallis, Ballivis, Ministris, Capitaneis Marinariorum & eisdem Marinariis, Custodibus Portuum; & omnibus aliis fidelibus & subditis nostris in terris nostris Vasconiæ, & Ducatûs Aquitanniæ, Angliæ, Hiberniæ, Walliæ; necnon & omnibus aliis amicis, valitoribus, & confœderatis nostris, in dictis terris, & alibi, tam per terram, quàm per mare constitutis, ad quos, &c. salutem.

Cùm, ob reverentiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, & honorem Venerabilis Domini B. Episcopi Albanensis, ipsius Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, ad nostram præsentiam venientis, ex parte Domini summi Pontificis, pro sedandâ dissensione, seu guerrâ, inter Franciæ Regem & nos exorta, dederimus & concesserimus, per alias nostras patentes litteras, dilectis & fidelibus nostris A. Comiti Sabaudiæ Consanguineo nostro karissimo, Ottoni de Grandissono, & Waltero de Langeton Thesaurario nostro, seu duobus ipso-

rissimo, Ottoni de Grandisono, & Waltero de Langeton Thesaurario nostro, seu duobus ipsorum, absente tertio, plenam & liberam potestatem & speciale mandatum,

Tractandi, nomine nostro, de treugis super guerris, dissensionibus, & discordiis quibuscumque, inter præfatum Regem Romanorum & Valitores suos & nos, & Valitores nostros, & dictum Regem Franciæ & Valitores suos exortis, & etiam easdem treugas ineundi & firmandi, ac omnia alia, *&c. ut supra usque in finem.*

Dat. ut supra.

Rex petit a Duce Brabantiæ & a Comite Barri, quod præsentes intersint ubi tractatur de Treugis antedictis.

Ann. D. 1296. An. 24. E. 1. Rot. Aleman. 24. E. 1. m. 17. d.

REX, &c. Nobili viro, & filio suo karissimo, Johanni, eâdem gratiâ, Duci Lotr. Brabantiæ & Lenburg. salutem.

Cum, ad instantem requisitionem Venerabilis Patris, Domini B. Episcopi Albanensis, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, amici nostri carissimi, mittimus ad partes Franciæ dilectos & fideles nostros, A. Comitem Sabaudiæ Consanguineum nostrum carissimum, Ottonem de Grandisono, & Walterum de Langeton Thesaurarium nostrum, quibus commisimus potestatem tractandi, ineundi, & firmandi Treugas, inter Regem Franciæ & Valitores suos ex parte una, & nos & Valitores nostros ex alterâ, super guerris, dissentionibus & discordiis, inter eundem Regem & nos exortis:

Nos, præsentiam vestram in tractatu hujusmodi fore utilem & necessariam attendentes, Nobilitatem vestram affectuose requirimus & rogamus, quatinus ad diem & locum, per dictum Cardinalem, & venerabilem Patrem, Dominum S. Episcopum Penestrinum, Collegam suum, in hoc Negotio per Dominum Summum Pontificem deputatum, pro habendo tractatu hujusmodi assignandos, quos dicti fideles nostri vel alter eorum vobis intimabunt, personaliter accedatis, super dictis treugis cum dictis nostris fidelibus tractaturi.

Datum apud Rokesburgh, 12. die Maii.

Consimilis littera de verbo ad verbum dirigitur Domino H. Comiti Barr.

Dat. ut supra.

De plena potestate jurandi easdem Treugas observandas.

Ann. D. 1296. An. 24. E. 1. Rot. Aleman. 24. E. 1. m. 16.

UNiversis Christi fidelibus, ad quos, &c. Edwardus, Dei gratiâ, &c. salutem.

Noverit Universitas vestra quod, cum nos, ob reverentiam sedis apostolicæ, & ad instantem requisitionem venerabilis Patris, Domini B. Episcopi Albanensis, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, amici nostri, dederimus & concesserimus dilectis & fidelibus nostris, A. Comiti Sabaudiæ Consanguineo nostro carissimo, Ottoni de Grandisono, & Waltero de Langeton Thesaurario nostro, seu duobus eorum, per alias litteras nostras, plenam potestatem & speciale mandatum,

Tractandi, ineundi ac firmandi, nostro nomine, Treugas, super guerris, dissentionibus, & discordiis quibuscumque, exortis

ciæ Regis & nostras ac inter ipsius Franciæ Regis quoscumque Valitores & nostros, omnino à quibuscumque processibus bellicis & invasionibus hostilibus cessaretur; exponens dispendia, pericula & dampna quibus propter guerram prædictam, mundus subjacet hiis diebus, potissimè propter vos & alias Gentes nostras, in Vasconia existentes, ac Gentes Regis Franciæ ex adverso.

Sane licet ob prædictæ Romanæ Ecclesiæ reverentiam, & dicti Cardinalis honorem, ipsius petitionibus, quantum possumus, annuentes, propter præmissas causas & alias occupationes nostras, in ipsius Cardinalis præsentia concesserimus, si præfatus Rex Franciæ idem velit concedere & concedat,

Ut usque ad Festum Nativitatis Domini, proximo venturum, tam per terram, quàm per mare inter Gentes præfati Regis Franciæ & nostras, ac inter ipsius Regis Franciæ quoscumque Valitores & nostros, à quibuscumque bellicis actibus & hostilibus invasionibus hinc inde cessaretur omnino,

Ac eidem Cardinali & Episcopo Penestr. Collegæ suo, commiserimus, si Rex Franciæ velit idem facere, & effectu compleat prosequente, ut iidem Cardinales, vice & auctoritate nostra, Gentes nostras ubicumque, tam per terram, quàm per mare, in Angliâ, Vasconiâ, & alibi, in potestate nostra constitutas, omnino cessare faciant à præmissis;

Ac etiam vobis, ac omnibus Gentibus & subditis nostris mandaverimus, ut prædictis Cardinalibus in præmissis pareatis & intendatis, prout in aliis nostris patentibus litteris, dicto Episcopo Albanensi traditis, plenius continetur:

Nolumus tamen ad tractatum ipsarum treugarum procedere, irrequisito consilio Nobilium & aliorum fidelium nostrorum prædicti Ducatûs nostri Aquitaniæ, qui nobis hactenus constanter & fideliter adhæserunt.

Quare vobis mandamus, quatinus, vocatis Comite Lincolniæ, Amaneno de Lebreto, & aliquibus aliis de Regno Angliæ & Terra Vasconiæ Nobilibus, vobiscum in illis partibus constitutis, & aliquibus Civibus de Baion. & aliorum locorum partium earundem habitatoribus, quos ad hoc videritis evocandos; habitisque cum eis super negotio hujusmodi deliberatione plenaria, Consilio & tractatu, cum dictis Cardinalibus, vel cum præfato Domino Episcopo Albanensi solo (si alium ibidem venire non contingat) ac etiam cum dilectis & fidelibus nostris, Comite Sabaudiæ Consanguineo nostro, Ottone de Grandisono, & Waltero de Langeton Thesaurario nostro, vel cum duobus ipsorum (quibus super his per litteras nostras commisimus potestatem, si eos ad partes illas contigerit declinare) tractetis, & in eodem negotio deliberato Consilio ordinetis, prout ipsius negotii qualitas exigit, & Honori nostro & commodo videbitis convenire:

* Si vero ad partes illas non venerint, certis de causis forsitan impediri, tunc aliquos de prædictis Nobilibus & Civibus, si pro eis sufficiens haberi possit conductus, informatos plenius de tractatu, quem inter vos super hoc haberi contigerit, ad ipsorum præsentiam, die & loco, de quibus vobis constare facient, transmittatis, ad tractandum cum eis super præmissis, juxta quod de Consilio eorum, vestro, & aliorum processerit, prout superius est expressum. * II. 715.

Et, si pro illis de Vasconia, conductus veniendi ad locum, pro dicta treuga tractanda & ineunda deputandum, haberi non possit; deliberationem super negotio prædicto, quam inter vos & alios, quos consulendos duxeritis, ordinatam, per litteras patentes, vestro & eorundem consulendorum sigillis pendentibus sigillo inclusas, prædictis Comiti Sabaudiæ & suis Consociis transmittatis.

Dat. apud Rokesburgh, decimo quarto die Maii.

De

Ann. D. 1296. An. 24. E. 1. Rot. Scot. 24. E. 1. m. 1.

REX omnibus, ad quos, &c. salutem.

Ad recipiendum ad pacem & voluntatem nostram omnes homines & singulos, tam Anglicos, quàm Scotos, de Marchiis Vallis Anandi, & partibus adjacentibus, qui ad pacem & voluntatem hujusmodi venire voluerint, dilecto & fideli nostro Roberto de Brus, Comiti de Carrik, plenam committimus, tenore præsentium, potestatem.

In cujus rei testimonium, has litteras fieri facimus patentes, quamdiu nobis placuerit duraturas.

Teste Rege apud Rokesburgh. 14. die Maii.

Consimilem potestatem, recipiendi ad pacem & voluntatem Regis, Anglicos & Scotos de Comitatu de Carrik, habet Robertus de Brus filius prædicti Roberti.

In cujus, &c.

Quamdiu, &c.

Teste ut supra.

De Custodia Castri de Rokesburg Waltero Tonk commissa.

Ann. D. 1296. An. 24. E. 1. Rot. Scot. 19. usque 24. E. 1. m. 1.

REX universis & singulis de Vicecomitatu de Rokesburgh, ad quos, &c. salutem.

Sciatis quòd commisimus dilecto & fideli nostro, Waltero Tonk, Castrum & Villam nostram de Rokesburgh, ac Vicecomitatum nostrum prædictum, cum omnibus ad eadem, Castrum, Villam, & Vicecomitatum pertinentibus, custodienda quamdiu nobis placuerit; ita quod de exitibus, inde provenientibus, nobis respondeat.

Et ideo vobis mandamus, sub forisfacturâ omnium, quæ erga nos forisfacere poteritis, firmiter injungentes, quod eidem Waltero, tanquam Custodi nostro prædictorum, Castri, Villæ, & Vicecomitatûs, in omnibus, quæ ad custodiam eorumdem pertinent, sitis intendentes, respondentes, consulentes & auxiliantes, prout ad honorem & commodum nostrum melius fuerit faciendum.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Rokesburgh. 14. die Maii.

De Johanne Senescallo serviendo Regi Angliæ contra Johannem de Baillol, & contra Gentes.

Ann. D. 1296. An. 24. E. 1. Ex Orig. Penes Camerar.

A Tous ceaux, qui cestes lettres verront où orront, Johan le Seneschal, Frere mons James Seneschal d'Escoce, saluz.

Par ce que nous sumez venuz a la foi, & al amiste du tresnoble Prince nostre chier Seigneur Edward, par la grace de Dieu, Roi d'Engleterre, Seigneur d'Irland, & Duc d'Aquitaine,

Nous promettoms pur nous, & pur nos heirs, sur peine de cors & de Avoir, & sur quant que nous peussoms encoure, que nous serroms en s'ayde, & li servirons bien & loiaument contre totes

E ausi auons done poer a nos chiers e feaus, Monsire A. Conte de Sauveye nostre Cosin, O. de Granzon. e G. de Langeton nostre Tresorer, ou a deus de eus, de treter e afermer, ensemblement e voz Messages, qui vous i enverrez, treus entre vous e nous e nos valitors de une part, e le dit Roy de France e ses valitors de autre, en la fourme e condicion qe vous plerra assentir.

E l'avantdite suffrance auons plus legerement graunte, par les necessitez qi nous auons entendu qi vous auez en aucune des voz parties, e nous ausy en les parties de Escoce, ou nous sumes ore.

E, pur ceo qe le dit Cardinal de Alban. nous ad prie, qe nous vous prions qe vous enueez voz gentz al jour de la treue, le quel il, e son Compaignon avantdit vous frount asaver, vous prions qi vous i les envees, issi qi eus, e nos gentz, i peussent estre ensemble, e overer de un consel, e de un acord:

Pur quei sus ceo nous maundez vostre volente, e vostre bon estat, les qels nous desirons touz jours asauer.

Don, &c. a Rokesburgh en Escoce le 16. jour de May.

Ad eundem Regem Litera ejusdem tenoris de sufferentia concedenda.

SErenissimo Principi, Domino A. Dei gratiâ, Regi Romanorum illustri, semper Augusto, amico suo carissimo, Edwardus, eâdem gratiâ, &c. salutem optatis successibus affluentem. — Ann. D. 1296. An. 24. E. 1. Rot. Alman. 24. E. 1. m. 16. d.

Venerabilis Pater, specialis amicus noster, Dominus B. Albanensis Episcopus, noviter ad præsentiam nostram accedens, apud nos devotâ precum instantiâ & supplicationibus intimis institit, nobisque, ex parte Domini . . . Summi Pontificis atque suâ, instantissime supplicavit, ut reformationi treugarum & pacis nostrum vellemus animum inclinare.

Cum sollicitudinis attentæ studio nos rogando ut, ante omnia, aliqualem sufferentiam à bellicis actibus, donec plenius tractatus cum hiis, quos res tangit, super præmissis posset haberi, sibi concedere dignaremur, ob honorem sedis Apostolicæ, atque suum:

Enarrans immensa dispendia, diversaque pericula, ac irreparabilia, dampna, quibus propter guerram, quæ inter vos, nos, & Francorum Regem nunc vertitur, mundus subjacet universus; potissime hiis diebus propter Gentes nostras, in Vasconia existentes, actus exercentes armorum, & Gentes dicti Regis Franciæ ex adverso.

Nos autem, prædictum imminens periculum advertentes, & de concessâ dicto Cardinali & Episcopo Penestrino, Collegæ suo in hujusmodi negotio, per * Dominum summum Pontificem deputato, sufferentiâ in aliquorum ex vestris gentibus præsentia (sicut Serenitatem vestram latere non credimus) recolentes, — * II. 716.

*II.810. Consanguineo nostro, & Ottoni de Grandisono, * Nunciis nostris, potestatem & speciale mandatum roborandi & vallandi, per juramentum, in animam nostram præstandum, submissionem, ordinationem, arbitrationem, dictum seu laudum prædicta; & facienda omnia & singula quæ ipsis, Comiti & Ottoni, super præmissis, necessaria vel utilia videbuntur.

In manibus igitur Dei, de quo semper confidimus, & in vestris, qui locum ejus tenetis in terris, causam nostram ponimus antedictam,

In cujus, &c.

Datum, ut supra, decimo octavo die Februarii, &c.

De potestate substituendi super generali submissione.

Ann. D. 1298. *An. 26. E. 1. Ibidem.*

SAnctissimo in Christo Patri, Domino B. &c. Edwardus, &c. devota pedum oscula beatorum.

Licet venerabilibus in Christo Patribus, Willielmo Archiepiscopo Dublinensi, Antonio Dunelmensi, Johanni Wintoniensi Episcopis: & Nobilibus Viris, Amadeo Comiti Sabaudiæ Consanguineo nostro: Ottoni de Grandisono, & Hugoni de Veer, Militibus; omnibus simul, & quinque ipsorum, uno absente, vel quatuor eorundem, duobus absentibus, quorum quatuor duo sint Laici, plenam dederimus potestatem & speciale mandatum super omnibus discordiis, guerris, litibus, controversiis, causis, quæstionibus, damnis & injuriis, quæ fuerunt, & sunt, vel esse possent, inter Regem Franciæ & nos, occasione quacunque,

Tractandi, pacificandi, conveniendi: in personam vestram, pro nobis & hæredibus nostris, compromittendi: nos & hæredes nostros vestræ ordinationi, arbitrationi, dicto seu laudo submittendi; necnon omnia & singula, quæ per ipsos sex, aut quinque ipsorum, uno absente, vel quatuor eorundem, duobus absentibus (sicut prædicitur) nostro & hæredum nostrorum nomine, super præmissis & singulis præmissorum, pacta, composita, transacta, conventa, per vos ordinata, arbitrata, dicta fuerint seu laudata, firmandi, roborandi, omologandi, & vallandi, per juramentum super his & aliis, hujusmodi negotium tangentibus, in animam nostram præstandum, prout in aliis litteris nostris, inde confectis, plenius continetur.

Ne tamen, propter dictorum Comitis & Ottonis absentiam, præmissa impediri contingat, seu etiam retardari, eisdem Comiti & Ottoni, & utrique ipsorum plenam damus, tenore præsentium, potestatem alium, seu alios, loco sui substituendi, quando & quo-

Dat. apud Gandavum, 20. die Febr. anno Domini 1297.

De triginta milibus librarum solvendarum Nobilibus Burgundia pro auxilio contra Regem Franciæ.

EDward, par la grace de Dieu, Roi d'Engleterre, Seigneur d'Irland, & Duc d'Aquitann, a touz ceux, qui ces lettres verront, saluz. Ann. D. 1298. *An. 26. E. 1. Ex Autogr.*

Sachent tuit, que come li noble home,

Renaud de Burgoyne, Cuens de Montbeliard,
Johan de Chalun Sire d'Arlay,
Johan de Burgoyne, } *Sires de Montfaucon,*
Johan de Montbeliard, }
Gautier de Monsfaucon,
Thebald Sires de Noef Chastel,
Simon de Montbeliard, Sires de Montron,
Johan Sires de Faucony,
Estiephne d'Oiselier Sires de Vile Noeve,
Pierres de Genvill Sires de Monay,
Hymbertus Sire de Clerenaus,
Johan d'Oiselier, Sires de Flag,
Wauter Sires de Chasteuvileyne,
Oede Sires de Montferrand,
Guillame Sires Cocondrai,
Estiephne Sires de Vorseber,
Johan Sires de Jou, &
Gerard Sires d'Arguel,
Du Contee de Borgoigne,

Nous aient promis & jure, quil, pur avoir nostre aid en deniers a defendre lor droit, contre le Roy de France, aideront en bon foi nous, & nos aidanz de la guerre, que nous & nos aidanz avoms, & auroms contre le Roi de France, & contre ses heirs.

Et que les ditz Nobles contre le mesme Roy de France, & contre ses aidanz & fautours, feront & continueront guerre viue & aperte, en Contee de Bargoigne, & es lieux veisins, tant come la guerre, que nous avoms contre le dit Roy de France, durra;

Et se continuera jusques tant, que Pees final en soit fait; sicome en la dite promesse, & les autres covenances, sont plus plenerement contenues, es lettres faites des covenances avantdites.

Est a savoir, que nous promettoms as ditz Nobles hommes, que nous, a eux, & a lour heires, ou a leur mandement, en aide des dispens, qu'il feront, pour faire, & pour continuer la dite guerre, selonc ce qu'il est contenuz es dites covenances, outre la somme de seissante mil liures de Tornoys petytz, les queles il ont la eu, & receu de nostre donn, pour la dite guerre faire, & continuer pur cest An, qui finera le primer jour du mois de Juyn, dorroms & paeroms a Brussel en Brebant, chescun An apres, tant come la dite guerre durra, & se continuera, trent mil liures de la dite monoie, de Turnois petitz, ou la valour, en autres monoies,

Cest a savoir quinze mil livres le premer jour du moys de Juyn,

E quinze mil livres le premer jour du mois de Decembre,

Ou, si empeschment y avenist, dentz dis Simaines apres chescun des ditz termes, selons ce q'il est ordene es dites covenantes:

E cesto

Ann. D. 1298. An. 26. E. 1. Ex Sched. infra Turr.

PHilippus, Dei gratiâ, Franciæ Rex, universis, præsentes litteras inspecturis, salutem.

Sic ad Sacrosanctam Romanam Ecclesiam, Matrem nostram, progenitorum nostrorum more laudabili, nostræ viget devotionis integritas: sic in eam reverentia filialis exuberat; quod ejus desideriis nostros libenter confirmamus affectus, ejusque beneplacitis, quantum possimus, complacemus.

Sane sanctissimus Pater B. Divinâ Providentiâ, Sacrosanctæ Romanæ ac Universalis Ecclesiæ summus Pontifex, multiplicatâ precum instantiâ, specialibus Nunciis & litteris nos rogavit, ut, ad tollendum de medio impedimenta, turbationes & scandala, quæ ex dissentionibus & guerris, inter nos & Regem Angliæ suscitatis, Christi fidelibus, & præcipuæ terræ sanctæ negocio provenerunt, nostros dirigentes gressus, & animum benigni coaptantes, ad tractandum de pacis reformandæ negotio, circa dissentiones & guerras hujusmodi, ad ejus præsentiam Nuncios mitteremus,

Nos itaque, ob reverentiam, quam ad Ecclesiam ipsam gerimus, & specialis, quam ad eundem Summum Pontificem gerimus, dilectionis affectum, ejus in hac parte hortationibus & Paternis consiliis annuentes.

Dilectis & fidelibus nostris, E. Archiepiscopo Narbon. R. Duci Burgundiæ, G. Comiti Sancti Pauli, ac P. Flote Domino de Benello, Militi, necnon Magistris I. de Capriaco Archidiacono Rothomagen & Johanni Cantori Bajocen. de quorum industriâ circumspectâ & fidelitate probatâ confidimus, quosque ad præsentiam ejusdem Summi Pontificis propter hoc specialiter destinamus,

Tractandi de reformatione pacis prædictæ inter nos & Regem prædictum, ac omnes confœderatos, alligatos, fautores & valitores quoslibet utriusque, super dissentionibus & guerris prædictis, ac super omnibus discordiis, controversiis, causis communibus, dampnis & injuriis, realibus & personalibus, inter nos & Regem eundem, quavis occasione subortis,

Ac tractatus hujusmodi quacumque firmitate vallandi, necnon componendi, transigendi, paciscendi, conveniendi, jurandi in animam nostram, si viderint expedire, & compromittendi in quem, seu quos, & sub forma, seu modo, de quibus expedire viderint,

Treugas seu sufferentias vel abstinentiam nostro nomine concedendi de novo, & concessas innovandi, vel etiam prorogandi, usque ad tempus quo sibi videbitur expedire,

Ac omnia alia faciendi & singula quæ ad plenam pacem & concordiam poterunt pertinere, & quæ nos faceremus, seu facere possemus si præsentes essemus,

Plenam & liberam, præsentium tenore, committimus potestatem:

Ratum habituri & gratum quicquid per eosdem Nuncios nostros, pro nobis & nomine nostro, agi vel fieri contigerit in præmissis, & singulis præmissorum.

Volumus tamen, & eisdem Archiepiscopo, Duci & Comiti, ac P. Flote Militi, vel tribus ex eis, si quatuor insimul non concurrent, præsentium tenore, concedimus potestatem plenam & liberam, ut omnia & singula supradicta, & quæcunque pertinentia ad eadem, libere facere valeant & complere, prout hoc ipsis quatuor, vel tribus ex * eis, ad hæc concurrentibus, videbitur expedire.
* II. 813.

Actum Parys die Martis post Dominicam, qua cantatur Reminiscere, anno Domini 1297.

De inquirendo super gravaminibus populo Regni factis, in singulis Comitatibus.

Ann. D. 1298. An. 26. E. 1. Pat. 26. E. 1. m. 21.

REX, &c. dilectis & fidelibus suis, Willielmo Juge & Johanni de Cokefeld, salutem.

Cum nuper, ante transfretationem nostram in Flandriam, habuerimus voluntatem & desiderium gravamina, populo Regni nostri, nomine nostro facta, facere emendari,

Et, super hoc, miserimus litteras nostras patentes per Comitatus singulos dicti Regni;

Nos hujusmodi negotium effectui debito mancipari volentes, assignavimus vos, in Comitatibus Lincolniæ, Rotelandiæ, Northamptoniæ, Norffolciæ, Suffolciæ, unà cum Clericis & Religiosis, quos locorum Diocesani ad hoc duxerint deputandos,

Ad inquirendum per sacramentum proborum & legalium hominum de Comitatibus prædictis, per quos rei veritas meliùs sciri poterit, super hujusmodi gravaminibus, veluti de rebus captis in Ecclesiis, necnon de lanis, pellibus, coriis, bladis, animalibus, carnibus, piscibus, & omnibus aliis rebus in Ecclesiis & extra, similiter captis & asportatis per Comitatus prædictos, tam de Clericis, quàm de Laicis, sive pro custodiâ maris, vel alio modo quocumque, post guerram inter nos & Regem Franciæ inchoatam; & ad ea omnia & singula audienda & terminanda, tam ex officio vobis per præsentes commisso, quàm ad sectam cujuslibet, conqueri se volentes,

Et ad faciendum ulterius in præmissis, juxta formam ordinationis, per nos & consilium nostrum inde factæ (quam sigillo nostro vobis mittimus consignatam) & prout de jure, & secundum legem & consuetudinem Regni nostri fuerit faciendum.

Et ideo vobis mandamus, quod ad certos dies & loca, quos ad hoc provideritis, præmissa faciatis in formâ prædictâ.

Salvis nobis amerciamentis & aliis, ad nos inde spectantibus.

Mandavimus enim Vicecomitibus nostris Comitatuum prædictorum, quod, * ad certos dies & loca quos eis scire facietis, venire faciant, coram vobis, tot & tales, probos & legales homines, de Ballivis suis, per quos rei veritas, in præmissis, melius sciri poterit & inquiri: Et similiter locorum Diocesanis, quod hujusmodi Clericos & Religiosos, cum vos, vel alter vestrûm, eis scire feceritis, vel fecerit, unà vobiscum, deputent ad præmissa.
* II. 814.

In cujus, &c.

Teste Rege apud West. 4. die April.

Eodem modo assignantur subscripti, in singulis Comitatibus subscriptis, videlicet, Willielmus de Den, & Rogerus Bryan, in Comitatibus Essex. Hertf. Cantebr. Huntind. Middx. &c.

De Procuratoribus, per Nobiles Burgundiæ constitutis, ad compromittendum in Bonifacium Papam, super pace cum Rege Franciæ.

Ann. D. 1298. An. 26. E. 1. Rot. Miss. in Tur. n. 19.

NOUS,

Renaund, Counte de Monbeliard,

rement, qui puist estre requis, en toutes causes, & de poser, & de respondre as posicions, & de mener & mettre avant tesmoings & Instrumentz,

Et de dire contre les testimoings, & de reprover, casser, & anyntir les Instrumentz, de la partie contraire, & de oyer sentences, interloquitoires & diffinitives & de appeler de lors, & de chascun gref, & de pursuire les appeaux & de eaux renoveler, & de empetrer, sy mester est, le benefice de nostre absolucion,

Et de compromettre, & le compromis afforcer, par serement, ou par peine de faire Composicion, transhaction, appesement de pees & de concorde,

Et de traiter de meisme la pees & concorde, ovesqe les Procureurs, Messages, Amballatours de devantdit Roy de France, devant le dit Seigneur Soverein Evesqe, & devant chascun autre desuz nome,

Et la meisme pees & concorde faire, & reformer, & terminer en due fin, & de faire contract, lettres, ou Instrumens, sur chascune fourme,

•II.815. * Et de faire, en nostre noun, promesse, & stipulacion,

Et de nous souzmettre & obliger, & chascun de nous, sur cestes choses, sur chascune jurisdiction espirituaute & temporalte, & de faire, en nostre noun, pur nous, totes maneres de supplicacions a la Sainctete de meisme l'Apostoille, & de elles pursure,

Et de debatre & contrester, si ascunes soient faites noun duement contre nous, ou ascun de nous, & de elles reprover, & de substituer, & establir un, ou deux procureurs, en lieu de soy, qui eit, ou eient semblable poer, auxbien come si yci en fust faite especiale mencion,

Et de eaux repeler totes foiz q'il lui plerra, & lui semblera, qui bon soit, durant totevoie le present procuracion en sa fource,

Et generalment de faire totes les choses, & chascune de elles, les queles serront a faire, entour les avantdites choses, & chascune de elles,

Et ont promis, chascun de eux, pur le tout, par solempne stipulacion, qui en fu faite a moy, Notayre desouz escript, come a persoine publique, & en lieu, & en noun, & a lo'eps des trestouz ceuz, des queux il appertient, ou purra apertinir,

Avoir perdurablement, ferm & estable, tout quant que par le dit nostre procureur, sonn substitut, ou substituz, serra fait, dit, ou purchace es avantdites choses, & en chascune de elles; & paier la chose juggee, ove ses covenables clauses:

Et pur ce qe totes les avantdites choses, & chascune de elles, demeurent fermes & estables, nous avoms prie, & fait escrire cest present publik Instrument, par la main Bartholomei de Gy, Clerk de Besanson, publiqe Notaire, par l'autorite de l'Apostoil, & seigne de son signal acustume.

E ce sachent per la tenour de cest present Instrument toux ceux, as queux il apertint, ou purra apertener.

Ce fu fait en champs ou finage de Morre, sus Besanson, le 20. jour du Moys d'Averil, l'An del Incarnation de nostre Signeur, mil, deus centz, quatre, vintz, & dyshuit, l'An quart du Pontificat du dit Seigneur Boniface Pape uytime: Endicion unsime.

Presens sages hommes,

Sire Johan de Vercelles Professor en ley escripte,
Pierre de Tirmoais Clerc de Besanson,
Hugh de Blaqueraux Clerc,
Sire Johan de Ville,
Chevaliers de la Deocise de Besanzon,

Tesmoignes a ce appellez.

Salernitano, in quibusdam urgentissimis necessitatibus suis, mutuavimus, & de garderobâ nostrâ, ex causâ mutui, fecimus numerari, prout in quidam littera obligationis, quam super hoc habemus, ab eo plenius continetur. • II.816.

Dantes eidem Comiti plenam potestatem, & speciale mandatum, super solutione præfati debiti, quatenus sibi solvi, seu aliàs satisfieri contigerit, litteras, de soluto, sive acquietantiæ, nostro, & hæredum nostrorum nomine faciendi:

Ratum habituri & firmum, pro nobis, & eisdem hæredibus nostris, quicquid præfatus Comes, in prædictæ pecuniæ petitione, receptione, & acquietantiâ, duxerit faciendum.

In cujus, &c.

Dat. apud Sanctum Albanum 25. die Aprilis.

Bulla Bonifacii, directa Regi Scotiæ, super confirmatione & consecratione Willielmi Episcopi Sanctæ Andreæ.

BOnifacius Episcopus, servus servorum Dei, carissimo in Christo Filio Regi Scotiæ illustri salutem & apostolicam benedictionem. Ann. D. 1298. An. 26. E. 1.

Grande divinæ præmium & præconium humanæ laudis acquiritur, si personis, dignitate præditis, honor debitus impendatur. Ex Autogr.

Sanè, Ecclesiâ Sancti Andreæ, in Scotiâ, per obitum, bonæ memoriæ, Willielmi Fraser, ejusdem Ecclesiæ Episcopi, Pastoris solatio destitutâ, dilecti, Filii Capitulum ipsius Ecclesiæ, vocatis omnibus, qui voluerunt, debuerunt & potuerunt comode interesse, die ad eligendum præfixâ, convenientes in unum, ac deliberantes super hoc, per viam procedere compromissi,

Dilectis filiis, Johanni Priori: Johanni Majori, & Willielmo Laudon. Archidiaconis: Adæ Suppriori, Johanni Kayr. Adæ de Laurbeden. & Thomæ de Huterimackedy, Canonicis:

Ipsius Ecclesiæ providendi, eâ vice, eidem Ecclesiæ de Pastore, potestatem plenam & liberam unanimiter contulerint:

Promittentes illum in suum Episcopum & Pastorem recipere & habere, quem ipsi, vel major pars ipsorum ducerent eligendum.

Iidem vero, Prior, Archidiaconi, Supprior, & Canonici, in se hujusmodi potestate receptâ, attendentes quòd, per venerabilem fratrem nostrum Willielmum de Lamberton, Episcopum ipsius Ecclesiæ Sancti Andreæ, utpote magnæ providentiæ & discretionis Virum, & de literarum scientiâ, honestate vitæ, ac morum gravitate multipliciter commendatum, sæpedicta Ecclesia poterat laudabilia suscipere incrementa,

In eundem Willielmum, tunc Cancellarium Ecclesiæ Glasguensis, direxerunt unanimiter vota sua:

Ac idem Prior, ex hujusmodi potestate, sibi, dictisque Archidiaconis, Suppriori, & Canonicis, ab eodem Capitulo tradita, de ipsorum Archidiaconorum, Suppriois, & Canonicorum consensu & mandato, eundem Willielmum elegit in ipsius Sancti Andreæ Episcopum & Pastorem:

Et electionem hujusmodi, ab eodem Priore solenniter publicatam, dicti, capitulum unanimiter approbârunt, idemque Willielmus dictæ Electioni, de se facta, intra legitimum tempus consentiens, propter hoc ad apostolicam sedem accessit, & tam ipse personaliter, quàm præfati, Prior & Capitulum, per dilectos Filios, Johannem dictum Rufum, Martinum de Kerketon, & Thomam de Houctyr-Mokedy, Canonicos ejusdem Ecclesiæ Sancti Andreæ, eorum Procuratores & Nuntios ad hoc specialiter destinatos

... pericula in hac parte potissimè cautiùs evitari denunciamus: Et dicimus quòd nostræ intentionis existit,

Ut carissimus in Christo filius noster A. Rex Romanorum illustris, ultra fines & limites Regni sui, se de juribus, finibus, & limitibus, carissimi in Christo filii nostri, Philippi Regis Franciæ illustris, ac Regni ejus:

Ipseque Rex Franciæ, extra fines & limites Regni sui, se de juribus, finibus & limitibus Imperii, seu prædicti Alaman. Regis, nullatenus intromittant;

Sed uterque ipsorum suis juribus, finibus, & limitibus sit contentus.

Et, si aliquid fit ab alterutra partium indebitè attemptatum, illud in statum debitum revocetur, prout justum & equum fuerit, vel concordatum extiterit inter eos, aut modo, vel modis, quo, vel quibus, pro quiete mundi, vel aliàs exigente justitia, salvo honore cujuslibet, fuerit ordinandum.

Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, 5. Kal. Julii Pontificatûs nostri anno quarto.

Sub filo canab.

De Compromisso Regis in Papam, tamquam in privatam personam, supra guerris cum Rege Franciæ.

Ann. D. 1298. An. 26. E. 1. Ex Autogr.

BOnifacius Episcopus, servus servorum Dei, Universis, præsentes literas inspecturis, salutem & Apostolicam benedictionem.

Tanquam universalis Pastor de singulorum salute fidelium sollicite cogitantes, guerris, dissentionibus, & discordiis carissimorum in Christo Filiorum nostrorum, Philippi Franciæ, & Edvardi Angliæ Regum illustrium, quibus dissidebant adinvicem dudum cum amaricatione percepeis, ab ipso hujusmodi dissensionum & discordiarum principio, studuimus diversis modis & temporibus, non sine immensitate laborum, opem & operam efficacibus studiis adhibere, qualiter eos reducere ad pacem & concordiam valeremus.

Cumque nuper utriusque ipsorum Regum Procuratores & Nuntii fuissent ad hoc ab eis ad nostram præsentiam destinati, qui dictus Rex Angliæ, ac dilecti Filii, Nobiles Viri, Flandriæ, & Barri Comites, plurésque Nobiles de Comitatu Burgundiæ, obligati adinvicem, ac juramento fuisse dicebantur astricti, quòd super his idem Rex Angliæ, sine dictorum Comitum & Nobilium, iidemque Comites & Nobile sine ipsius Regis Angliæ conscientiâ, & assensu, cum dicto Rege Francorum nullam pacem facerent vel inirent,

Prædictis Procuratoribus & Nuntiis ejusdem Regis Angliæ, scilicet, Venerabilibus Fratribus nostris, Guillielmo Dublinen. Archiepiscopo, & Johanne Episcopo Wintonien. ac dilectis Filiis, Nobilibus Viris, Amedeo Comite Sabaudiæ, Ottone de Grandisono, & Hugone de Ver, Militibus, in nostrâ præsentiâ constitutis, & se nolle dicentibus inter ipsos Reges hujusmodi discordias concordare, vel illas ordinationi nostræ supponere, sine prædicto-

*II.818. rum * Flandriæ, ac Barri Comitum, & Nobilium de Comitatu Burgundiæ voluntate.

Tandem dilecti Filii, Nobiles Viri, Robertus Primogenitus, Philippus de Flandriâ, & Johannes de Naranco, dicti Comitis Flandriæ Filii, ejusdem Comitis eorum Patris, atque suo, Henri-

memoriam.

1298. An. 26. E. 1. Ex Autogr.

Guerrarum turbines, scandalorum procellas, turbationum impetus, & fremitus tempestatum, quæ inter carissimos in Christo Filios nostros, Philippum Franciæ ex parte una, & Edvardum Angliæ Reges illustres ex alterâ, & utriusque Regna & Terras, jam per non modici temporis spatium, pacis æmulus, Sathanæ Spiritus suscitavit, ex quibus animarum discrimina personarum pericula, & dampna rerum innumera, proh dolor! contigerunt, non expedit exprimere litteris, cum satis in communem notitiam sint deducta.

Cumque pacis Actor per inspirationem sui Spiritûs exhortationes ac sollicitudines nostras continuè, non sine immensitate laborum, ab ipso guerrarum prædictarum principio, adhibitas in hac parte nuper ipsarum corda partium emollisset ad pacem, ac fuisset in nos hinc & inde super his & aliis partium prædictarum discordiis, & super reformatione pacis & concordiæ compromissum, nos desiderantes ut hujusmodi negotium finem prosperum sortiretur, inter cætera perpetuam fieri pacem per nostrum arbitrium pronuntiavimus inter eos.

Et ad hujusmodi pacem confirmandam, roborandam, atque servandum laudavimus, & mandavimus, ut inter dilectum filium Nobilem Virum, Edvardum ipsius Regis Angliæ filium, & dilectam in Christo Filiam Nobilem Mulierem Isabellam, Natam prædicti Regis Franciæ, firmaretur, & fieret copula conjugalis.

Verum quia præfatus Rex Angliæ, ac dilectus Filius Nobilis Vir, Guido Comes Flandriæ, inter se olim tractâsse certo modo & convenisse dicuntur, quod prædictus Edvardus Filius præfati Regis Angliæ, ac Filia primogenita ejusdem Comitis Flandriæ, quam ex superstite ejus uxore suscepit, matrimonialiter jungerentur, & postmodum quia super hoc quoad dictam primogenitam certum præstabatur obstaculum, iidem Rex Angliæ & Comes Flandriæ convenerunt, de Filiâ secundò genitâ prædictorum Comitis, & Uxoris ejus, cum prædicto Filio Regis Angliæ matrimonialiter * copulandâ, si hujusmodi de dictâ primogenitâ tolli non *II.819.
posset obstaculum, & hujusmodi conventiones inter eosdem Angliæ Regem & Comitem Flandriæ, juramentis firmatæ fuerunt;

Nos nolentes quod ex his quæ inter eosdem Regem Angliæ, & Comitem Flandriæ, ut prædicitur, acta sunt, prædicto matrimonio firmando & faciendo inter præfatos filium Regis Angliæ, ac Filiam Regis Franciæ, & per consequens perfectioni dictæ pacis ullum præstetur impedimentum, vel ambiguitas aliqua ingeratur, & attendentes quod, sicut asseritur, prædictus Filius Regis Angliæ, vel aliqua ex dictis Filiabus Comitis Flandriæ, nullum sponsaliorum vel Matrimonii contrahendorum inter se invicem consensum obligatorum præstiterunt, hujusmodi conventiones habitas, & juramenta præstita inter eosdem Regem Angliæ & Comitem Flandriæ, vel alios nomine ipsorum, tam ex virtute compromissorum dictorum Regum, & submissionis præfati Comitis Flandriæ in nos factorum & habitæ, quam auctoritate Apostolicâ, & Apostolicæ plenitudine potestatis, omnino dissolvimus, cassamus, & totaliter annullamus:

Decernentes Conventiones, & juramenta ipsa nullius esse roboris, vel momenti, dictosque Regem Angliæ & Comitem Flandriæ, ac ipsius Regis Filium, & aliquam de prædictis ejusdem Comitis Filiabus, ad eorum observationem aliquatenus non teneri, & per consequens, quo minus præfati Filius Regis Angliæ, ac Filia Regis Franciæ, matrimonialiter copulari valeant, nullum propterea impedimentum præstari posse, vel obstaculum adhiberi.

Nulli ergo, &c.

Dat.

[illegible] tulit in hunc modum.

Dudum inter cariſſimos in Chriſto filios noſtros, Philippum Francorum ex parte unâ, & Edvardum Angliæ, Reges illuſtres, ex alterâ, ſuggerente inimico humani generis, pacis æmulo, ſuper diverſis articulis, materiâ diſcordiæ ac diſſenſionis exortâ, tandem iidem Reges, per ſpeciales Nuncios & Procuratores ipſorum ad hoc ab eis mandatum habentes, in nos Bonifacium divinâ providentiâ Papam octavum, tamquam in privatam perſonam, & Dominum Benedictum Gaytan. tamquam in arbitrum, arbitratorem, laudatorem, diffinitorem, arbitralem ſententiatorem, amicabilem compoſitorem, præceptorem, ordinatorem, diſpoſitorem, & pronuntiatorem, ſuper reformandâ pace & concordiâ inter ipſos Reges: ac ſuper his quæ ad pacem pertinent: & ſuper omnibus & ſingulis diſcordiis, guerris, litibus, controverſiis, cauſis, quæſtionibus,
* II. 810. * dampnis, & injuriis, petitionibus, & actionibus, realibus & perſonalibus, atque mixtis, quæ fuerant, & erant, ſeu vertebantur, & eſſe, vel verti poſſent inter ipſos Reges, occaſione quacumque, de alto & baſſo, abſolutè ac liberè, compromittere curaverunt, prout in compromiſſorum inſtrumentis publicis inde confectis pleniùs continetur.

Nos igitur, Bonifacius, Papa prædictus, qui finem imponere litibus affectamus, ſed præcipue inter Reges prædictos, quorum quietem indeſinenter adpetimus, & tanto ferventiùs fælices cupimus vigere ſucceſſus, quanto pleniori eos affectione proſequimur, & puriori complectimur caritate, hujuſmodi compromiſſis receptis, & nobiſcum deliberatione præhabita diligenti, vocatis quoque Nuntiis & procuratoribus ſupradictis, ad arbitrium, laudum, mandatum, & arbitralem ſententiam, audiendum, eiſque coram nobis ad hoc ſpecialiter conſtitutis, ad laudem Omnipotentis Dei, qui eſt pacis actor, & ſalutis amator, & glorioſæ Virginis Matris ejus, ſicut arbiter, arbitrator, laudator, & amicabilis compoſitor, ac ſicut privata perſona: Et Benedictus Gaytanus, ex virtute ac formâ compromiſſorum prædictorum, & omnimodo & jure, quo meliùs poſſumus, viam arbitratoris, laudatoris, & amicabilis compoſitoris ſequentes,

Dicimus, arbitramur, laudamus, diffinimus, arbitraliter ſententiamus, mandamus, diſponimus, & pronunciamus hac vice, ut inter eoſdem Reges fiat & ſit perpetua & ſtabilis pax, & quod Treugæ vel ſufferentiæ voluntariæ, dudum indictæ, initæ, ac firmatæ inter eos, eo modo & formâ, ac omnibus, & illis perſonis, & Terris, & ſub illis pœnis, conditionibus, & temporibus, ſub quibus indictæ, initæ, ac firmatæ fuerint inviolabiliter obſerventur.

Ad hujuſmodi autem pacem confirmandam, roborandam, atque ſervandam, infra tempus, quod duxerimus moderandum, præfatus Rex Angliæ Margaretam Sororem prædicti Regis Franciæ recipere ac ducere, cum dotalitio quindecim Milium Librarum Turonen. aſſignando per ipſum Regem Angliæ in locis competentibus, de quibus inter partes fuerit concordatum, vel ubi partes ipſæ non concordarent, per nos arbitratum fuerit, in Uxorem.

Et idem Rex Franciæ eandem Sororem ſuam, eidem Regi Angliæ in Uxorem dare ac tradere, cum diſpenſatione ſedis apoſtolicæ, teneatur.

Quodque Iſabellis, à filia prælibati, Regis Franciæ, quæ infra annum ſeptennem dicitur conſtituta, ſuo tempore, Edvardo prædicti Regis Angliæ Filio, qui jam tertium decimum ætatis ſuæ annum exegit, cum ſimili diſpenſatione matrimonialiter, cum dotalitio decem & octo Milium librarum Turonen. ſimiliter aſſignando, per eundem Regem Angliæ, pro dicto Filio ſuo, in competentibus locis de quibus concordaverint ipſæ partes, vel de quibus nos [illegible] aliis male ſubtractis, & de omnibus dampnis, datis hinc inde, ante tempus motæ vel ortæ guerræ præſentis, primò de omnibus, quæ extant & conſumpta non ſunt, præſertim de Navibus & aliis quibuſcumque bonis, per Anglicos, & Vaſcones, & eorum complices ante guerram occupatis, in Mari vel in Terra, quòd Rex Angliæ omnia, quæ de prædictis extant, bona fide, ſine lite, & abſque figurâ judicii, omni fraude ceſſante, ad requiſitionem Regis Franciæ, vel Nuncii ſui, ſtatim faciat ad plenum reſtitui.

Et Rex Franciæ ſimiliter, ſiqua talia, ante dictam Guerram, capta vel ablata, apud ipſum, vel in ſuâ poteſtate extantia reperta fuerint, ſimiliter ad plenum reſtitui faciat, à præfato Rege Angliæ, vel ejus Nuncio requiſitus.

De ablatis verò, non extantibus, ſed deperditis, & conſumptis, laudamus, arbitramur, ſeu etiam diffinimus, quòd Rex Angliæ ad requiſitionem Regis Franciæ, vel ejus Nuntii ſatisfieri faciat; & ad hoc faciendum etiam teneatur ſine lite ac figurâ judicii, bona fide, & omni fraude ceſſante.

Et Rex Franciæ ſimiliter, ſiqua, per gentes ſuas ablata, deperdita, ſeu conſumpta, inventa fuerint, ad requiſitionem Regis Angliæ, vel Nuntii ſui, faciat ſatisfieri; taxatione nobis, circa prædictorum extimationem, contra utramque partem, ubi per concordiam partium negotium ſuper prædictis ſopitum non eſſet, plenariè reſervatâ.

Item dicimus, laudamus, arbitramur ſeu etiam diffinimus, quod idem Rex Angliæ, de omnibus Terris, Vaſſallis & bonis, que ipſe nunc habet, & tenet in Regno Franciæ, ſeu tenebat ante motam guerram præſentem, habeat illam quantitatem, & illam partem terrarum, vaſſallorum, & bonorum eorundem, quam ſibi, ex virtute compromiſſorum prædictorum, laudaverimus, & mandaverimus aſſignari, vel inter ipſos Reges fuerit concordatum, & ſub illis fidelitate, homagio, modis & conditionibus habeat, ſub quibus ipſe ac Pater ſuus habuiſſe hactenus, & tenuiſſe noſcuntur;

Modis & temperamentis, per nos adhibendis, in abuſu, ſiquis ex parte gentis Regis Franciæ, hactenus commiſſus, inventus fuerit in exercitio reſorti.

Modis etiam & temperamentis, per nos adhibendis, in abuſu partis alterius, ſi quis, videlicet, ex parte Regis Angliæ, vel ſuorum, hactenus commiſſus contra jus reſorti fuerit inventus, ne talia impoſterum committantur.

Conditionibus etiam, modis & ſecuritatibus, per nos imponendis, & adhibendis, in Terris, Vaſſallis, & bonis, & aliis, quæ, per noſtram pronuntiationem ſeu concordiam partium, præfatus Rex Angliæ habiturus eſt de prædictis, ne amodò idem Rex Angliæ, vel ſucceſſores ejus, contra Regem Franciæ, vel ſucceſſores ipſius, valeant rebellare.

Dicimus, etiam laudamus, & arbitramur, ſeu etiam diffinimus, quod ex nunc omnes Terræ, Vaſſalli, & bona prædicta, & alia, tam quæ tenet Rex Franciæ de hiis, quæ tenebat Rex Angliæ ante guerram præſentem, quàm quæ tenet Rex Angliæ, in Regno Franciæ, bonâ fide, ac ſine omni fraude, abſolute ac libere, in manibus, & poſſe noſtris ponantur, & aſſignentur, tenenda à nobis, nomine Regis Franciæ, quæ ex parte ſua, & nomine Regis Angliæ, quæ ex parte ejuſdem nobis fuerint aſſignata;

Ita tamen quòd, per hoc, in poſſeſſione, vel proprietate, nichil novi juris accreſcat alterutri partium, vel antiqui decreſcat.

Super quorum aſſignatione ſi qua fuerit exorta dubitatio vel ambiguitas inter partes, illam noſtræ declarationi & arbitrio reſervamus.

Quod, ſi forſan dicti Reges de ipſis Terris & bonis adinvicem concordaverint, volumus, laudamus, & arbitramur, ex nunc id, in

Gerardo Sabinen. Fratre Matheo
Portuen. & Sanctæ Rufinæ, ac
Johanne Tusculan. Episcopis:
Johanne tt. Sanctorum Marcellini & Petri,
Nicolao tt. sancti Laurentii in Damasso,
Fratre Jacobo tt. sancti Clementis,
Thoma tt. Sanctæ Ceciliæ, ac
Roberto tt. Sanctæ Potentianæ, Presbiteris:

Matheo Sanctæ Mariæ in Porticu Nepolione Sancti Adriani,
Guillielmo Sancto Nicolai in Carcere Tulliano,
Francisco Sanctæ Mariæ in Cosmedin,
Petro Sanctæ Mariæ novæ, ac
Jacobo Sancti Georgii ad velum aureum Diaconibus,
Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus; &
Venerabilibus Viris, Dominis, Johanne Judice,
Matheo Carazulo,
Guidone de Anagnia, &
Adenulpho de Supino, Domini Papæ Notariis;
Ac Nobilibus Viris, Dominis Urso & Bertuldo de Giliis Ursi de Urbe,
Bartholomeo de Capua Regni Siciliæ Lorotheta, & Jacobo de Pisis familiare ipsius Domini Papæ, Testibus;
Ac Domino Deodato de Urbe, ipsius Domini Papæ Capellano,

Qui arbitrium, laudum, arbitralem sententiam, mandatum, diffinitionem, ordinationem, & omnia supradicta, de mandato prædicti Domini Papæ, ibidem publice legit, & voce quasi præconia recitavit.

Et ego Nicolaus, dictus Novellus de Vico, Apostolica & Imperiali auctoritate Notarius, prædictis interfui & ea omnia, ut supra legitur, de mandato præfati Domini Papæ, scripsi, & publicavi, ac meo signo consueto signavi.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ constitutionis & annotationis infringere, &c.

Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, secundo Kal. Julii, Pontificatûs nostri Anno quarto.

Sigillo avulso.

•II.823. * *Compromissum per Nuncios Regis Angliæ (de discordiis inter ipsum & Regem Franciæ) ad Papam Bonifacium, ordinatio Papæ supra iisdem.*

Ann. D. 1298. An. 26. E. 1. Ex Autogr. 26. E. 1.

Transcripta sub manu Corbolani de Luca Notarii Publici An. 1299.

IN Nomine Domini Amen.

Hæc sunt transcripta cujusdam Instrumenti publici, super quodam Compromisso, facto in Sanctissimum Patrem Dominum Bo-

gem ex parte una, & excellentem Principem Dominum Philippum Regem Franc. illustrem ex alterâ, super hiis quæ ad pacem pertinent, & super omnibus & singulis discordiis, guerris, litibus, controversiis, Causis, Quæstionibus, Dampnis & Injuriis, Pensionibus, actionibus, realibus, personalibus, atque mixtis, quæ fuerunt, & sunt, vel esse possunt inter ipsos Dominos Reges, occasione quacunque, ut ipse Dominus Papa, tanquam Dominus Benedictus Gaytanus, privata persona, altè & bassè, absolutè & liberè, cum cognitione, vel sine cognitione causæ, sivè causarum, ac de plano, ac summariè, sine strepitu & figura judicii, possit, infra instans festum beati Michaelis, inter dictos Dominos Reges, semel & pluries, quotiens ipse placuerit, & videbitur expedire, super omnibus præmissis & singulis, arbitrari, laudare, diffinire, arbitraliter sententiare, præcipere, ordinare, disponere, ac pronunciare, addere, minuere, corrigere, interpretari: & declarare in scriptis, vel sine scriptis, diebus feriatis & non feriatis, partibus præsentibus vel absentibus, vocatis vel non vocatis, & unâ parte præsente, & alterâ absente, Juris ordine in totâ vel in parte aliquâ servato vel non servato.

Promittentes iidem Procuratores & Nuncii, nomine quo supra, pro dicto Domino Rege Angliæ, sub pœna Centum Millia Marcarum Argenti, & obligatione omnium & singulorum bonorum ipsius Regis Angliæ, rata & firma * semper habere & tenere, at- •II.824.
tendere, adimplere & inviolabiliter observare, ac in nullo, per se, vel per alium, seu alios, contra facere vel venire.

Et quod ipse Dominus Rex Angliæ rata & firma semper habebit atque tenebit, attendet & adimplebit, & inviolabiliter observabit omnia & singula, quæ ipse Dominus Papa, tanquam privata persona, per suum arbitrium, laudum, arbitratum, mandatum arbitrale, sententiam arbitralem, ordinationem, diffinitionem, dispositionem, compositionem, & pronuntiationem, arbitranda, laudanda, sententianda, modo quo supra, diffinienda, mandanda, ordinanda, componenda & disponenda, ac etiam addenda, minuenda, corrigenda, interpretanda & declaranda, quæcumque, infra terminum supradictum, duxerit in præmissis, & quolibet præmissorum;

Et in nullo contra ea vel eorum aliquod, per se vel alium, seu alios, faciet sive veniet, ullo unquam tempore, quovis ingenio, sive causâ & pœna soluta vel non soluta,

Arbitrium, laudum, arbitratum, mandatum hujusmodi, sententia, ordinatio, diffinitio, dispositio, compositio, pronuntiatio, additio, & diminutio, correctio, interpretatio & declaratio, ferenda & facienda, per ipsum Dominum Papam, modo quo supra, & omnia & singula supradicta rata semper maneant atque firma;

Dum tamen de prædictis Confœderatis, Vassallis, & Subditis Regis Angliæ, pax fiat, ut dictum est, infra terminum supradictum;

Hoc acto expresse, quod potestas, et hujusmodi compromisso, nec in vitâ ipsius, nec in morte, in personam aliam transferatur.

gandi, & vallandi per juramentum, super hiis & aliis, hujusmodi negotium tangentibus, quandocunque, & quotiensunque viderint expedire, in animam nostram præstandum, ac omnia & singula faciendi, quæ sunt pacis & concordiæ, & ad plenam pacem & concordiam valeant pertinere, & quæ nos faceremus vel facere possemus si præsentes essemus, etiamsi mandatum exigant speciale:

Volentes omnia & singula, necessaria vel utilia, ad faciendum & complendum præmissa, & quodlibet præmissorum, pro specialiter expressis & enumeratis haberi:

Promittentes nihilominus nos ratum habituros & firmum, quicquid per prædictos sex, quinque vel quatuor eorundem, in formâ
* II. 825. expressâ superius, * tractatum, pactum, compositum, transactum, concordatum, conventum, firmatum, roboratum, omologatum, vallatum, & factum fuerit in præmissis.

Super quibus, per nostras litteras approbandis, tenendis, servandis, & complendis, nos & hæredes nostros & bona nostra omnia obligamus.

Et hæc sanctæ Paternitati vestræ significamus, & omnibus quorum interest, vel interesse potest, aut poterit in futurum, per nostras patentes litteras, sigilli nostri munimine consignatas.

Dat. apud Gandavum 18. die Febr. anno Domini 1297.

Actum fuit hujus compromissum Romæ apud Sanctum Petrum, in Palatio Papali, in Ecclesiâ ipsius Domini Papæ, ac in ejus præsentiâ;

Præsentibus reverendis Patribus Dominis, Dei gratia,

G. Sabinen.
Et M. Portuen. & Sanctæ Ruffinæ Episcopis, Cardinalibus:
Archiepiscopo J. Drotin,
Francisco Episcopo Spoletan,
Et Gullelmo Episcopo Glandicen,
Testibus ad hæc vocatis.

Et ego Nicholaus, dictus Novellus de Vico, Publicus Imperiali auctoritate Notarius, prædictis interfui, & ea omnia, ut supra leguntur, de mandato prædicti Domini Papæ, ac rogatus à Procuratoribus supradictis, scripsi & publicavi, & meo consueto signo singnavi.

ITem Bonifacius Episcopus, servus servorum Dei, carissimis in Christo filiis, Philippo Franciæ, & Edwardo Angliæ, Regibus illustribus, salutem & Apostolicam benedictionem.

Pronunpciationem quandam, super reformandâ inter vos pace & concordiâ, & super hiis quæ ad pacem pertinent, ac super aliis, super quibus per Nuncios & Procuratores vestros, in nos, tanquam in privatam personam, & Benedictum Gaitanum, nomine vestro, & pro vobis extitit compromissum, arbitrando, laudando, diffiniendo, arbitraliter sententiando, mandando, ordinando, disponendo, & pronunpciando, eâ vice, nuper duximus faciendam; prout instrumento publico inde confecto plenius continetur.

Quam pronunptiationem, & quæ in eâ continentur, auctoritate valere volumus, & plenam habere decrevimus roboris firmitatem; tenorem ipsius instrumenti, de verbo ad verbum, ex certâ scientiâ, præsentibus annotari facientes, qui talis est.

IN Nomine Domini Amen.

Anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo octavo, Indictione undecimâ, Pontificatûs Domini Bonifacii Papæ octavi bonis, Clericis, fidelem feci collationem postmodum, ac etiam diligentem,

Et invento id idem contineri in præfato transcripto, quod in prædictis Originalibus litteris continetur, nil addito vel mutato, quod sensum mutet vel vitiet intellectum, hic me in testimonium præmissorum subscripsi, & rogatus signum meum apposui consuetum sub anno à Nativitate Domini, Indictione, & die mensis, proximò prænotatis, & loco, in præsentiâ testium eorumdem, proxime præscriptorum.

Dispensatio Matrimonii inter Regem Angliæ & Margaretam Sororem Regis Franciæ.

BOnifacius Episcopus, servus servorum Dei, carissimo in Christo filio, Edvardo Regi Angliæ illustri, & dilectæ in Christo filiæ, nobili mulieri, Margaretæ, natæ, claræ memoriæ, Philippi Regis Francorum, salutem & Apostolicam benedictionem. Ann. D. 1298. An. 26. E. 1. Ex Autogr.

Regis æterni mira benignitas honore multiplici sponsam suam Romanam Ecclesiam insignivit; sed in hoc potissime fecit ipsam honorabilem, & felici statu fulgentem, quod eidem, in clavium collatione cælestium, illam tribuit plenitudinem potestatis, ut non solum in hiis, in quibus jura difficultatis obstaculum non inducunt, possit tam personis sublimibus, quàm humilibus adesse munifica, set in hiis etiam, quæ jura prohibent, nonnunquam supra jus de jure valeat dispensare.

Quapropter Romani Pontificis præcellens auctoritas, qualitates negotiorum & merita personarum diligenti circumspectione prospiciens, nonnulla interdum certis personis, quæ alias forent illicita, concedit de suæ plenitudine potestatis: tunc in illis rigorem justitiæ mansuetudine temperans, & quod negant jura de gratia benignitate indulgens, præsertim cum necessitas exigit, & causa rationabilis id exposcit.

Sane guerrarum turbines, scandalorum procellas, turbationum impetus, & fremitus tempestatum, quæ inter te Regem Angliæ ex parte unâ, & carissimum in Christo filium nostrum Philippum Regem Francorum illustrem, fratrem tuum, ex parte alterâ, & utriusque Regna & terras, jam per non modici temporis spatium, pacis æmulus, Satanæ spiritus suscitavit; ex quibus animarum discrimina, personarum pericula, & dampna rerum innumera, proh dolor! contigerunt, foret superfluum enarrare, cum hæc per universa terrarum spatia pateant, & per singulos orbis angulos innotescant.

Cumque pacis actor, & salutis amator, per inspirationem sui spiritus, & exhortationes ac sollicitudines nostras, continuè in hac parte, non sine immensitate laborum adhibitas, nuper corda partium emollisset ad pacem: ac fuisset in nos, hinc & inde, super hiis & aliis partium ipsarum discordiis, & super reformatione pacis & concordiæ compromissum:

Nos, desiderantes ut hujusmodi negotium finem prosperum sortiretur, inter cætera, perpetuam fieri pacem per nostrum arbitrium pronuntiavimus inter eas; &, ad hujusmodi pacem confirmandam, roborandam atque servandam, voluimus, laudavimus & mandavimus, ut inter vos invicem fieret copula conjugalis.

Verùm quia obsistentibus vobis impedimentis tertii gradûs consanguinitatis, quo vobis adinvicem attinetis; videlicet, te, fili, Rex Angliæ, secundo: te vero, Margareta, tertio gradu à stipite differentibus: necnon & quarti gradûs affinitatis, qui adinvicem vos contingit;

Pro eo quod quondam Alienora, uxor tua, Rex Angliæ, tibi Margaretæ in quarto consanguinitatis gradu olim, dum viveret, ac-

... attendentes, ingentis devotionis affectum, & zelum reverentiæ specialis, quibus, claræ memoriæ, Henricus Rex Angliæ pater tuus, erga Roman. rutilabat ecclesiam, te clara & laudanda ejus in hac parte vestigia imitante, sui tuique honoris & exaltationis incrementa dileximus, & ad ea opem operamque sollicitam, pro viribus, duximus impendendam.

Ex tanto in nobis circa Regem ipsum, dum vixit, tuamque personam inclitam, hujusmodi noster invaluit & exuberavit affectus, quanto in orbe terrarum summi Regis benignitas nobis, licet immeritis, provexit altiùs statum nostrum.

Quamobrem contigisse dinoscitur quòd, ab ipsis nostræ promotionis auspiciis, prout regalis sublimitas non ignorat, ad secundam gravem & periculosam discordiam, quæ tunc, pacis æmulo superseminante zizaniam, erat inter te & carissimum in Christo filium nostrum, Phylippum illustrem Regem Franciæ suscitata, cuncta nostra convertimus studia, operarias manus impendimus ad id, prout expedire cognovimus, adiciendo sollicite apostolicæ sedis partes, ut Reges, tam inclitos, tam devotos ecclesiæ filios, tamque proximâ consanguinitate conjunctos, pulsis procul diffidiis, & impedimentis quibuslibet eminùs profugatis, reduci, domino favente, contingeret ad concordiæ unitatem.

Et ut hoc provenire facilius, & efficacius agi posset, bonæ memoriæ, B. Albanensem & S. Penestrinum, Episcopos, Romanæ Ecclesiæ Cardinales, tuam & ipsius Regis Franciæ pacem & concordiam diligentes, ad te Regemque prædictum quantocius duximus destinandos.

Et quoniam, ejusdem occasione discordiæ, dispendia gravia generabantur Ecclesiis, Monasteriis, & aliis piis locis: Et non solum corporum, sed etiam animarum fidelium pericula plurima sequebantur; quin potius ex eadem cunctis, sub religione Christiana degentibus, dampna innumera & jacturæ multiplices incumbebant;

Nos, more laudabili pii patris, quem non prætereunt incomoda filiorum, ad excogitanda in hac parte remedia diligenter intenti, dilectos filios Priorem Prædicatorum & Ministrum, generales Minorum fratrum ordinum, ad tuam & ejusdem Regis præsentiam duximus dirigendos.

Et tandem ad nostram perlato noticiam, quod, opitulante divinâ clementiâ, inter te Regemque prædictum Treugis certi temporis initis, erat in nos, veluti communem amicum, super hujusmodi negotio à partibus compromissum, uberis exultationis & gaudii occurrit festiva solennitas votis nostris, cum tuam ac ejusdem Regis tranquillitatem continuam statumque felicem & prosperum propensius diligamus.

Cumque tui & ejusdem Regis solennes nuncii, propter hoc nuper ad sedem apostolicam accessissent, nos ipsos libenter vidimus, & affectuose recepimus, audientes benignius quæ coram * nobis
* II.828. utrique proponere voluerunt.

Et gerentes potissimè cordi negotium, & ad votivam ac celerem expeditionem ipsius votis ferventibus anelantes, non vitatis laboribus, non vigiliis, non tædiis, quæ præsentis temporis qualitas adaugebat, prout jam dicti tui Nuntii non ignorant, in eodem negotio, duximus providendum, aliqua super eo pronunciantes in scriptis, & aliqua pronuncianda imposterum cautius reservantes.

Quia verò magno desiderio cupimus, prout etiam ex debito pastoralis tenemur officii, ut ubique per orbem, ubi catholicæ fidei cultus viget, pacis & tranquillitatis comoda invalescant, Celsitudini Regiæ paternis affectibus suademus, ut, pravis consiliis libello da-

veille de la Pentecost prochein avenir, pur aler avant en la bosoigne d'Escoce, sur les Enemys de la coronne, & du Roiaume d'Engleterre, & pur leur desobeissaunce & leur malice refreindre, qe à autre chose ne entendent, qe abeisser la dite Corone, & l'estat du dit Roiaume d'Engleterre, a leur poer. *Claus. 26. E. 1. m. 6. d.*

E aussint pur mettre nos feaux & leaux, ceux as queux nous avoms terres dones, & durroms en les parties d'Escoce, en seisine, & en estat de leur terres;

Et outre ceo faire ceo qe Dieu nous enseignera;

Nous vous prioms especiaument, e en la feu, e en la ligance, qe vous estes tenuz a nous, & a la corone d'Engleterre, fermement enjoignoms, qe, au dit terme de la veille de Pentecost, soiez a nous a Cardoil, as chevas & armes, le plus affourceement qe vous purrez, pur aler avaunt en la dite busoigne, solonc ceo q'il serra ordene par nous, & par les bones gentz, qui serront ove nous a cele heure.

E ceo, sicom vous amez le honeur & le profit de nous, & du dit nostre Roiaume, e le vestre propre, en nule manere le lessez.

Donez a *Staynwagg* le 26. jour de Septembr, l'an de nostre Regne vintesisime.

* Auteles lettres sont maundez as Countes, Barons & Chivalers sutheseritz, cestasaver, * II.829.

A Johan de Garenne Conte de Surr.
A Edmond Conte de Cornwail,
A Rauf de Mabermer Conte de Glouc.
A Henr. de Lacy Conte de Nichole,
A Humfrey de Bohun Conte de Heref.
A Richard fiz Aleyn Conte de Arundell.
A Guy de Beauchamp Conte de Warr.
A Thom. Conte de Lancastr.
A Roberd de Ver Conte de Oxenford,
A Gilberd de Umfranvill Conte de Anegos,
A. . . . Conte Patrick, Comites.

A Henr. de Lancast.
A Aymer de Valence,
A Humfray de Bouhun,
A Johan de Ferers,
A Henr. de Percy,
A Johan Wak,
Robert le fiz Wauter,
A Hughe le Despenser,
A Willame le Latimer,
A Roberd de Clifford,
A Roberd de Mohaut,
A Johan de Hastinges,
A Johan de la Mare,
A Johan de Ryneres,
A Johan de Mohun,
A Peres de Mauley,
A Roberd le fiz Payn,
A Hughe de Curtenay,
A Thom. de Furnivall,
A Hughe Bardolf,
A Roberd de Touny,
A Nichole de Audithele,

A Thom. de Berkele,
A Willame de Breous.
A Pierres Corbett,
A Willame Martyn,
A Thom. de Multon.
A Johan de Grey,
A Johan Abadam,
A Phelip de Kyme,
A Johan de Segrave,
A Roberd le fiz Roger,
A Hughe de Veer,
A Wauter de Faucumberge,
A Johan Giffard de Brymesfend,
A Wauter de Beauchamp,
A Peres de Chauvent,
A Rauf Basset,
A Roger la Ware,
A Johan Paynel,
A Alisaundre de Baillol,
A Hughe Pointz,
A Nichole de Moygnill,
A Roger de Mortimer,

Ann. D. 1298. An. 26. E. 1. Ex Autogr.

BOnifacius Episcopus, servus servorum Dei, carissimo in Christo filio E. Regi Angliæ illustri, salutem & apostolicam benedictionem.

Carissimi in Christo filii nostri Sembat, Armeniæ Regis illustris, nuntiis & litteris paterna benignitate nuper receptis, tam ea quæ ipsæ continebant litteræ, quam quæ dicti nuntii coram nobis & fratribus ex parte ipsius voluerunt exponere, vidimus & audivimus diligenter.

Ex quibus comperimus quod ipse Rex tanquam devotionis filius, Roman. matrem ecclesiam reveretur, & ad Christiani populi dilectionem & honorem aspirans, ad Deum & ipsam ecclesiam fideliter se dirigit & conformat.

Cùm igitur idem Rex, cui & Regno suo adversi conditio temporis, per inimicos fidei Christianæ, solito durius se nuper exhibuit, incitamento multiplicis vexationis infestum; ad te, de quo in hac parte confidit fiducialiter, pro subsidio habendo nuntios suos mittat;

Nos vexationibus ejus & angustiis intimo compatientes affectu, Celsitudinem Regiam rogamus & hortamur attente, quatinus Regia circumspectione prospiciens quod Regnum Armeniæ est, sicut fertur, ipsi terræ sanctæ propinquum, & per illud, ex diversis causis, de præfatæ terræ sanctæ, si fidelium Christianorum Crucesignatorum, & Crucesignandorum ordinatus progressus affuerit, potest faciliori recuperatione sperari, aut grande ex eo subsidium provenire, benivole nuntios ipsos recipiens, & benignè pertractans, sic te ipsi Regi Armeniæ, secundum quod tibi qualitas temporis se comodam offeret, ac Dominus inspirabit, liberalem exhibeas & propitium, quod digne Deo inde complaceas, Regium serves honorem, præconium laudis acquiras, & eundem Regem ad tua beneplacita futuris constituas temporibus debitorem.

Dat. Reate, 3. Non. Octobr. Pontificatûs nostri anno quarto.

Sub filo canabeo.

De interceptionibus perpetratis, & Captivis detentis per Regem Franciæ, contra formam sufferentiæ.

Ann. D. 1298. An. 26. E. 1. Rot. Aleman. 26. E. 1. m. 12.

NOus Edward, par la grace de Dieu, Roy d'Engleterre, Seigneur d'Irland, & Ducs d'Aquitaigne, fesoms savoir a tourz,

Qe come suffrance, ou abstinence de guerre feit acorde, e faite entre nous, pur nous, nous heirs, pur noz homes, suzmis, allierz, e aidantz d'une part; & le Roy de France, pur ly, ses heirs, ses homes, suzmis, allierz, e aidantz d'autre part,

La quele suffrance comenca le jour de Seint Denys, l'an de grace mil, deux centz, quatrevintz, e dis e septs, e doit durer, par aloignance & continuance, jusqes a lendemain de la Typhayne, desore prochein avenir; e d'iloqes jusqes a un an apres:

E eit este acorderz, entre les autres choses, en l'ordenance de la dite suffrance, qe nous, noz heirs, nos homes, suzmis, allierz, e eidantz, rendroms ceo qe nous tenoms, & teneioms au jour qe la suffrance fust prise:

Compositio per Nuncios Angliæ & Franciæ apud Mustroill, de pace facienda inter ipsos Reges, secundum formam pronunciationis Domini Papæ, coram Episcopo Vicentino sub Sigillo ejusdem Episcopi.

UNiversis, præsentes litteras inspecturis, Raynaldus, Dei gratiâ, Episcopus Vicentinus, pro negotio pacis, inter Egregios Principes, Dominos, Dei gratiâ, Philippum Franciæ, & Edvardum Angliæ Reges illustres, per Sanctissimum Patrem, Dominum Bonifacium, divinâ providentiâ, sacrosanctæ Romanæ, ac Universalis Ecclesiæ summum Pontificem, pronunciatæ, ad Citramontanas partes ab ipso summo Pontifice destinatus, salutem in Domino. Ann. D. 1299. Au. 27. E. 1. Ex Autogr.

Notum facimus Universis & singulis, nos, anno Domini millesimo, ducentesimo, nonagesimo, nono, Indictione duodecima, tertia die Mensis Augusti, Pontificatus dicti Domini Bonifacii Papæ octavi anno quinto,

In dicti Domini Regis Franciæ:

Venerabilium Patrum, Dominorum, Dei gratiâ,

Egidii Narbonensis Archiepiscopi:
Thomæ Dolensis,
Petri Autissiodorensis,
Johannes Carcasson. &
Johannis Wintoniensis, Episcoporum:

Et discretorum Virorum,

Magistrorum Stephani Archidiaconi Brugensis in Ecclesia Tornacensis,
Nicole de Cathalauno Senonensis, &
Roberti de Silvanen, Carnotensis Ecclesiarum Canonicorum:

Nec-

[illegible] curaturos & facturos, quod dicta matrimonia, secundum pronunciationem apostolicam consummentur.

Cujusmodi ratihabitionem, gratificationem, promissiones, & juramenta, nos, tanquam dicti Domini Papæ Nuncius,

In præsentiâ Venerabilis Patris,

Johannis, Dei gratia, Episcopi Wintoniensis prædicti:
Illustris viri Domini Amedei Comitis Sabaudiæ:
Domini Gerardi Archidiac. Richemundiæ;
Necnon Domini Johannis de Barro, Militis,

Propter hæc ad Franciæ partes missorum ex parte dicti Regis Angliæ,

Nomine & pro commodo ipsius Regis Angliæ, & prædicti Edvardi, ejus filii, stipulati fuimus & recepimus, prout de consensu dictorum procuratorum fuerat concordatum.

Et incontinenti præfatus Rex Franciæ dixit, & bona fide promisit, in nostrâ & dictarum gentium dicti Regis Angliæ præsentiâ, quod ipse Rex Franciæ deinceps erit bonus & fidelis amicus dicto Regi Angliæ, & ejus hæredi Regi Angliæ; nec faciet, nec procurabit, nec consentiet fieri malum vel dampnum dicto Regi Angliæ, ipsius Hæredi Regi Angliæ, hominibus, subjectis, aut terris ejusdem, secundum formam superiùs expressam.

Deinde illustrissima Domina Johanna, Dei gratiâ, Franciæ & Navarræ Regina, tunc in nostrâ & dictarum gentium dicti Regis Angliæ præsentiâ, promisit ac jurari fecit, in animam suam, per Nobilem virum, Dominum Jacobum de Castellione, Dominum de Lusa & de Condeco, tunc ibidem præsentem, quæ super dicto matrimonio filiæ suæ prædictæ, juxta ordinationem præscriptam, promittere & jurari facere tenebatur.

In cujus rei testimonium nos præsentes litteras, quibus sigillum nostrum apponi fecimus, scribi, & publicari mandavimus, ad majorem cautelam.

Actum in Abbatiâ Elemosinæ Cistercien. Carnoten. diocesiis, anno, Indictione, die, Mense, & Pontif. prædictis, præsentibus Testibus superius nominatis.

Et ego Nerius Spronelli de Podiobonici, Apostolicâ & Imperiali auctoritate Notarius Publicus, & scriba dicti Domini Episc. Vicentini, prædictis præsens interfui, una cum testibus infrascriptis, & suprascriptas literas, scriptas in gallico, ex autenticis de verbo ad verbum hic fideliter exemplavi & interui; ac omnia & singula suprascripta, de auctoritate & mandato dicti Domini Episcopi Vincentini, scripsi, & publicavi rogatus, meoque signo consueto signavi.

Cera albida, lilia in Contrasigillo, vincul. membran.

II.854. * *De assignatione dotis Margaretæ Reginæ Angliæ.*

Ann. D. 1299. An. 27. E. 1. Pat. 27. E. 1. m. 4.

REX omnibus, ad quos præsentes litteræ pervenerint, salutem.

Cum sanctissimus in Christo Pater, Dominus Bonifacius, divinâ providentiâ, Sanctæ Romanæ, ac universalis Ecclesiæ Summus Pontifex, in quem super pace, inter nos & Regem Franciæ reformandâ, & super discordiis & guerris, inter nos & ipsum, [illegible] annum, pro Manerio de Waltham, in eodem Comitatu Essex præter allocationes constitutas:

Villam de Colecestre, cum pertinentiis, in eodem Comitatu: in valorem triginta & quinque librarum, præter elemosinas & allocationes constitutas:

Hundredum de Berdestaple in eodem Comitatu; in valorem viginti librarum:

Castrum & Villam de Marleberge, cum Bertonâ & hundredo de Morkele, & aliis pertinentiis suis, in Comitatu Wiltes. in valorem centum & viginti librarum.

Castrum & Villam de Devyses, cum parco & forestis de Melkesham, Chippenham & Pewesham, & purpresturis, & cum Manerio de Roude, & aliis pertinentiis suis in eodem Comitatu; in valorem quaterviginti librarum:

Manerium de Woderowe, cum pertinentiis, in eodem Comitatu, in valorem quatuordecim librarum & decem solidorum:

Manerium de Sovenhampton, cum pertinentiis, & cum Burgis de Creckelade & Hauteworthe, & cum hundredis de Crekelade & Hauterwurthe: Et Maneria de Stratton & Stepellangeford, cum pertinentiis, in eodem Comitatu; in valorem ducentarum quinquaginta librarum.

Duodecim libras annuas, quas Simon de Cumbe reddit ad Scaccarium, pro Manerio de Firelton, in eodem Comitatu: Villam de Suthampton, cum minutis redditibus & aliis pertinentiis suis, in Comitatu Suthamptoniæ; in valorem ducentarum & unius librarum, trium solidorum, & duorum denariorum, præter elemosinas & allocationes constitutas:

* Castrum & Villam de Odyham, cum parco & hundredo de Odyham, & aliis pertinentiis suis, in eodem Comitatu; in valorem sexaginta librarum. II.855.

Manerium & Villam de Aulton, cum hundredo de Aulton, & cum minutis redditibus in eadem Villâ, & aliis pertinentiis suis, in eodem Comitatu; in valorem quaterviginti, & octo librarum, quindecim solidorum, & sex denariorum:

Castrum & Villam de Porcestre, cum Forestâ, & purpresturis, & aliis pertinentiis suis, in eodem Comitatu; in valorem sexdecim librarum, tresdecim solidorum, & quatuor denariorum:

Manerium & Villam de Andovere, cum hundredo & aliis pertinentiis suis, & cum incremento firmæ ejusdem villæ, in eodem Comitatu; in valorem centum & quatuor librarum, & duodecim denariorum:

Manerium & Villam de Basingstoke, cum hundredo, & redditu de tenemento, quod fuit quondam Walteri de Merton, in eodem Comitatu; in valorem quaterviginti librarum, & quindecim solidorum:

Sex libras, tresdecim solidos, & quatuor denarios annuos, quos Johannes de Sancto Johanne reddit ad Scaccarium pro terris in Basingstoke:

Manerium de Brymmore, cum proficuo parci, & aliis pertinentiis suis, in eodem Comitatu; in valorem quinquaginta librarum:

Castrum de Suhr. & Manerium de Lyndhurst, cum Parco, & nova Foresta, & Ballivis, & hundredo de Rudbrugg, & cum quadraginta solidatis redditûs, quos Abbas & Conventus de Redyng reddunt, per annum, pro quodam tenemento in forestâ prædicta, & omnibus aliis pertinentiis suis in eodem Comitatu; in valorem centum & quinquaginta librarum:

Castrum de Cristechurche de Twynham, cum Burgo & Manerio de Westoure, & hundredo de Cristechurch, & aliis pertinentiis

nentiis

Axebrugge, & Ceddre, in eodem Comitatu:

Viginti libras de firmâ, quam Prior, & Conventus de Bathonia reddunt ad Scaccarium, pro villâ de Bathon. & Bertonâ in eodem Comitatu:

Castrum Gloucestr. cum Bertonâ, & Tyna Gloucestr. & aliis pertinentiis suis, in Comitatu Gloucestr. (excepta dimidiâ marcâ, quam Rogerus de Rous reddit annuatim ad Scaccarium) in valorem centum & decem librarum.

*II. 856. * Villam Gloucestr. & decem libras de incremento ejusdem Villæ, unà cum quinquaginta & duabus solidatis, & quinque denariis redditûs de purpresturâ, & aliis pertinentiis suis, in eodem Comitatu; in valorem sexaginta & quinque librarum, duorum solidorum, & quinque denariorum.

Triginta libras, quas Abbas & Conventus de Cyrencestr. reddunt ad Scaccarium, per annum, pro Villâ de Cyrencestr. & septem hundredis, in eodem Comitatu:

Sexdecim libras, sexdecim solidos, decem denarios, & unum obolum de firmâ, quam Abbas & Conventus de Hales reddunt, per annum, ad Scaccarium, pro Pynnokeshire:

Civitatem Wygorn. cum purpresturis & minutis firmis, & aliis pertinentiis suis, in Comitatu Wigorn. in valorem triginta librarum, septem Solidorum, & octo denariorum, & unius oboli.

Villam de Wychio, cum pertinentiis in eodem Comitatu, in valorem quaterviginti & unius librarum, & quinque solidorum, præter elemosinas constitutas:

Manerium de Fekenham, cum Foresta, & omnibus boscis ibidem, & aliis pertinentiis suis, in eodem Comitatu; in valorem quadraginta & trium librarum, & decem solidorum, præter elemosinas constitutas:

Maneria de Norton & Bremmesgrave, cum pertinentiis, in eodem Comitatu; in valorem centum & duarum librarum:

Castrum & Manerium de Ledes, cum parco, & aliis pertinentiis, in Comitatu Kantiæ; in valorem viginti & unius librarum, sex solidorum, & octo denariorum, præter elemosinas constitutas:

Manerium de Ospring, cum pertinentiis suis in eodem Comitatu; in valorem sexaginta librarum.

Manerium de Middleton, cum hundredo, & aliis pertinentiis suis in eodem Comitatu; in valorem ducentarum & quadraginta librarum, præter elemosinas & allocationes constitutas:

Manerium de Westclyve, cum pertinentiis, in eodem Comitatu; in valorem triginta librarum:

Totum honorem de Aquilâ, cum hundredis, Maneriis, Chaciis, & omnibus aliis pertinentiis suis, in diversis Comitatibus, in valorem ducentarum & triginta librarum, salvo nobis & hæredibus nostris Castro de Peuenceye, cum servitiis, wardis, & omnibus aliis, ad idem Castrum quoquo modo spectantibus; & excepto Manerio de Laghton, cum pertinentiis, in Comitatu Sussex, quod Johannes de Dumdale tenet ex dimissione nostrâ.

Villam Oxon. cum minutis firmis, & redditu Magistri Willielmi Burrel, & aliis pertientiis suis, in Comitatu Oxon. in valorem quadraginta & trium librarum, duorum solidorum, & sex denariorum, præter elemosinas constitutas.

Molendina Oxon. cum parco de Kingesmedue, & aliis pertinentiis suis, in eodem Comitatu; in valorem quinquaginta & duarum librarum:

Manerium de Haveberge, cum pertinentiis, in eodem Comitatu; in valorem viginti & sex librarum, tredecim solidorum, & quatuor denariorum:

Manerium de Hedingdon, cum hundredo, & aliis pertinentiis suis, in eodem Comitatu; in valorem quinquaginta & septem librarum, præter allocationes constitutas:

tibus; excepto Manerio de Laghton supradicto.

In cujus, &c.

Dat. per manum Regis apud Cantuar. 10. die mensis Septembris, anno 27.

De Treugarum Prorogatione, & petitis Regis.

BOnifacius Episcopus, servus servorum Dei, carissimo in Christo filio, E. Regi Angliæ illustri, salutem & apostolicam benedictionem. Ann. D. 1299. An. 27. E. 1. Ex Autogr.

Dum haberemus ad Castrum de Trebis, Anagninina Diocæsis, causâ recreationis habendæ, progressum, occurrit nobis nuntius tuæ serenitatis in viâ, qui nobis litteras Regias præsentavit, prorogationem Treugarum fieri & alia continentes.

Profecto & Nuncium, & litteras hujusmodi benigne recepimus, & prorogationem Treuguarum, per litteras nostras, ante ipsius adventum confectas, venerabili fratri nostro, Raynaldo, Episcopo Vicentino transmisimus, per eum, ut convenit, præsentandas.

Reliqua verò, in dictis Regiis petita litteris, duximus suspendenda, quousque præfatus Episcopus, prout ipse jam nobis prænunciare curavit, nos de processu negotii reddiderit certiores; & tunc, ab eo informatione receptâ, clare ac plene super petitis curabimus, actore Domino, providere.

Dat. Trebis 3. Id. Septembris, Pontificatûs nostri anno quinto.

Sub filo canab.

Pro Johanne de Britannia.

REX omnibus, ad quos, &c. salutem. Ann. D. 1299. An. 27. E. 1. Pat. 27. E. 1. m. 7.

Inspeximus litteras patentes, quas, bonæ memoriæ, Dominus H. Rex Angliæ, pater noster fecit dilecto fratri & fideli nostro Johanni de Britanniâ, Sigillo ejusdem patris nostri signatas, in hæc verba,

HEnricus, Dei gratiâ, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, & Dux Aquitanniæ, omnibus, ad quos præsentes litteræ pervenerint, salutem.

Cum teneamur reddere carissimo filio nostro, Johanni de Britanniâ, Manerium de Hyneton, in Comitatu Cantebrigiæ, quod est de honore Richemundiæ, & corpus Castri & Villam de Hastinges, & advocationes Ecclesiæ & Præbendarum, in eodem Castro existentium:

Vel facere ei escambium ad valorem eorumdem, prout in conventione, inter nos habitâ, plenius continetur:

Et Manerium prædictum, corpus Castri, & Villam, & advocationes, ad præsens restituere; vel escambium inde facere nequeamus:

Volumus & concedimus quod idem Johannes, à die dominica, in Octabis Sancti Hillarii, anno Regni nostri 53. usque ad tempus quo prædictum Manerium de Hyneton, corpus Castri, & Villam de Hastinges, & advocationes prædictas reddi, vel escambium fieri fecerimus, juxta formam conventionis prædictæ,

Habeat & percipiat tantùm de exitibus Maneriorum de Aldeburgh, Lydenham, & Wermele, quantum exitus prædicti Manerii

stro, aut hæredum nostrorum, in prædictis, Baronia, honore & manerio: aut aliquibus pertinentiis eorundem; seu in aliquibus terris, vel tenementis Regni prædicti, aliquid juris, proprietatis, possessionis, seu clamii, quocumque modo, jure, vel titulo, exigere seu vindicare poterimus in perpetuum.

In cujus rei testimonium præsenti scripto Sigillum nostrum apposuimus.

Hiis testibus Dominis,

Roberto Cantuariensi Archiepiscopo,
Ricardo Londoniensi,
Radulpho Eliensi, &
Waltero Coventrensi & Lichfeldensi, Episcopis.

Edmundo Cornubiæ,
Johanne de Warrenn. Surr. & Sussex,
Humfrido de Bohun Herefordiæ, Constab. Angl.
Rogerio Bigod Norffolciæ, Marescallo Angliæ,
Henrico de Lacy Lincoln.
Thoma Lancastriæ,
Guidone de Bello campo, Warwick, &
Roberto de Ver Oxoniæ, Comitibus.
Aymero de Valence,
Henrico de Lancastriâ, Consanguineis nostris,

Johanne Wak,
Johanne de Hasting,
Hugone le Despenser, &
Johanne de Sancto Johanne, Militibus & aliis.

Dat. apud Sanctum Albanum, in crastino Animarum, Anno gratiæ millesimo ducentesimo, nonagesimo, nono; & Regni Domini Regis prædicti Vicesimo Septimo.

---

*II.859. * *De sufferentia, per Custodes Scotiæ, nomine Johannis de Baillol, approbata.*

Ann. D. 1299. An. 27. E. 1. MAgnifico Principi, Domino Edwardo, Dei gratiâ, Regi Angliæ illustri, Willielmus, miseratione divina, Sancti Andreæ Episcopus, Robertus de Brus Comes de Carrick, & Johannes Comyn filius, Custodes Regni Scotiæ, nomine præclari Principis, Domini Johannis, Dei gratiâ, Regis Scotiæ illustris, per Communitatem ejusdem Regni constituti, ac ejusdem Regni ipsa Communitas, caritatis Spiritum erga proximum cum salute.

Serenissimus Princeps & Dominus, Dominus Philippus, Dei gratiâ, Francorum Rex, semper Illustris, per litteras suas patentes, nobis nuper intimavit, quod, ad requisitionem suam, ad certum tempus, per ipsius Nuncios nobis certificandum, ab omni invasione hostili, nobis & Regno Scotiæ inferendâ, cessaretis seu desisteretis;

Nobilisque Vir Dominus Johannes Dux Britanniæ, dicti Domini Regis Franciæ Nuncius in Angliâ tunc existens, per litteras suas patentes, nobis directas, hoc idem nobis asseruit;

Dum tamen ab hostilibus aggressionibus, vobis & Regno vestro inferendis desisteremus.

Unde vestræ Regiæ Celsitudini, tenore præsentium, volumus esse notum quòd ab omni invasione hostili, vobis & Regno ve-

mum in Christo Filium nostrum, [illegible] illustrem, juxta nostræ ordinationis arbitrium jam plures diversis temporibus solennes ad nostram præsentiam Nuntios destinaras, & jam tractatus hujusmodi, quantum ad ea quæ, secundum formam ordinationis ejusdem, per te ac eundem Regem, in ipsis expedienda partibus existebant, optatum per Dei gratiam effectum fore dinoscitur consecutus.

Sed cum aliqua restare noscantur, in eodem exequenda negotio, nostroque arbitrio terminanda, tu memor existens, ut asseris, quod nos hactenus certis * Nuntiis Regiis, pro ejusdem prosecutione *II.860.
negotii destinatis, spem dedimus, quòd ad partes Ultramontanas versus Lugdunum, pro pacis consummatione prædictæ, personaliter accedere curaremus; & cupiens nostræ visionis recreari solatio, dictumque negotium feliciter consummari vehementer affectans, quod etiam de præfato Rege Franciæ firmiter supponebas, nobis per easdem litteras cum instantiâ supplicâsti, ut ad partes prædictas, si posset commode fieri, gressus nostros dirigere dignaremur.

Spes enim tibi non dubia suggerebat quòd in mutuæ visionis affatibus, votiva prælibati negotii consummatio proveniret, cunctorumque fidelium, & potissimè Terræ Sanctæ negotii, ad quam Regiæ compassionis affectus dirigitur, valeret utilitas procurari.

Si verò tuum hâc parte desiderium minimè adimpleri contingeret, nos locum, tempusque congruum, infra Festum Purificationis beatæ Virginis primò venturum, quanto celerius agi posset, cum mora prolixior dispendia pareret, curaremus benigniùs assignare, in quibus ad nos, pro jam dicti consummatione negotii, solennes tuæ Magnitudinis Nuntii destinentur.

Et quidem, Fili carissime, ut nostri pectoris intima verborum oraculis referemus, summo desiderio ducimur, & votis ferventibus affectamus, Regiam habere præsentiam, ejusque plenariam nostris affectibus copiam exhiberi, ut quem mentalibus jugiter intuemur obtutibus, corporeis oculis, vitâ comite, videamus, tecum diligens habituri colloquium, super hiis, quæ tui tuique Regni, honoris & exaltationis augmentum, ac ejusdem negotii, cordi nostro specialiter insidentis, dictæque Terræ Sanctæ statum votivum & prosperum respicere dinoscuntur, omnemque propterea, quem corporis nostri conditio, citra Montium tamen confinia, cum ad ipsorum transitum nequaquam sufficerent nostrarum virium facultates, posset tolerare laborem, libentissime subiremus.

Sed revera, ut veritas non negetur, compatiendum fore conspicitur patri, jam ætate grandævo, jam circumvento Senectutis incommodis, quem longa gravavit infirmitas, & langoris diutini pressit onus:

Compatiendum est etiam ipsius Terræ Sanctæ periculis, ejusque miserabili statui, quam non sine totius Christianitatis opprobio, multaque nostri contumeliâ Salvatoris, hostes catholicæ fidei detinent occupatam:

Compatiendum quoque dinoscitur universis per orbem fidelibus constitutis, qui, prout ex evidentiâ facti apertè colligitur, & liquidò innotescit, ob tuam, & ejusdem Regis discordiam, multipliciter prægravantur.

Cæterum, si pro jam dicti consummatione negotii, Regalis Sublimitas Nuntios ad nos decreverit destinandos; sic in omnibus sufficienter instructi, sic potestate muniti, & plenariâ informatione suffulti, sicque tuæ voluntatis & intentionis conscii transmittantur, ut eos præfati occasione negotii, ad tuam redire præsentiam, & subsequenter Apostolicam Sedem repetere non sit opus.

Nec propter Nuntiorum ipsorum adventum, quantumcunque solen-



FOE-

ACTA PUBLICA.

TOMI I. PARS IV.

Donnees a Westmostier, le 17. jour de Mars.

Ad Guydonem Comitem Flandriæ, super requisitis per Nuncios.

Ann. D. 1300. An. 18. E. 1. Rot. Claus. 18. E. 1. m. 13. d. *II.862.

LE Roi au nobles homme, e son feal, Sire Guy, Conte de Flandres, e Marchis de Namur, saluz e bon amur.

Les requestes, qe vous nous feistes per Johan Seignur de Bondues Tranieres, e Baudun de Channe, vos messages, Portours de ces lettres (que sagement e avisement vos busoignes nous mostreient) avoms pleinerement entendu.

Sor les queus choses nous lor avoms charge nostre respons, e ceo qe nous en pourrs fere, endreit de ceo quant * a ore, le quel respons il vous porront dire en la forme, qe nous lour avoms dit, e avisetz.

Don. a Westmostier, le 17. jour de Mars.

De Terra sancta recuperanda, cooperantibus Tartarorum Domino, cum Jurgianorum & Armeniæ Regibus, contra Soldanum Babylonicum.

Ann. D. 1300. An. 18. E. 1. Ex Autogr.

BOnifacius Episcopus, servus servorum Dei, carissimo in Christo filio Edvardo, Regi Angliæ illustri, salutem & Apostolicam benedictionem.

Nova gaudia, fili carissime, nova felicia, nova utique gaudiis prosequenda præcipuis, nuper nobis de Orientalibus partibus, fidedignis litterarum & Nunciorum affatibus, illuxerunt, quæ fidelium admodum delectant auditum, corda lætificant, animosque demulcent.

Ideoque tibi, veluti Christianissimo Principi, & devotissimo Ecclesiæ filio, ea tenore præsentium dignè quamtocius referanda decrevimus, ut in eorum perceptione gratissima jocunderis in Domino, tuique pectoris intima lætitiæ copiosæ dulcoribus repleantur, licet jam forsitan nova eadem sensibus Regiis, famæ præcurrentis assertio revelârit.

Sane, Rex excelsus, filius summi Regis, qui suâ virtuosâ potentiâ in orbe terrarum mira & stupenda mortalibus jugiter operatur, quique superborum cornua conterit, enervat vires, molimina vacuat, temerarios ausus frænat, diligenter considerans & solerter attendens ingentem Christianorum Regum & Principum, fideliumque cæterorum desidiam, quæ, prout evidentia facti docet, à longis retro temporibus, commissa dinoscitur circa recuperandam, de impiorum manibus, terram sanctam, quam illorum nefanda temeritas, non sine multo totius Christianitatis obprobrio, absolum miserabiliter detinens occupatam, ipsam tandem redegit in cinerem & favillam;

Diebus proximè jam transactis, de suæ benignitatis Clementiâ, suscitavit spiritum, animum tetigit, cor accendit, viri magnifici Genti Tartaricæ dominantis, qui, nondum renatus fonte baptismatis, nondum orthodoxæ fidei lumine illustratus, ad Christi laudem & gloriam arma sumens, ejusque prosequens ferventer obsequia, & ex-

O [illegible] nis!

Quis meruit, quidve illius induxit Clementiam, ut tantæ plenitudine gratiæ, tantique muneris donativo fidelium populos prosequi, sicque circa illos effundere suæ misericordiæ multitudinem dignaretur?

Verùm quis Princeps Catholicus non miretur & stupeat? quis fidelis non erubescat obtaxius, & rubore non perfundatur uberrimo vultus ejus?

Quod Rex Cœlorum & Dominus, cujus humiliter parent Imperio universa, tantam & gloriosam victoriam, per ministerium hominis, nondum supra petram fidei constructi, voluit modernis temporibus exerceri; cum, sicut Celsitudo Regia non ignorat, tui Progenitores potissimè, utpote fide præclari, & devotione sinceri, prædictæ Terræ sanctæ custodiam exercere continue, tuerique potenter ab hostibus, dum temporalis vitæ cursum peragerent, noscebantur, salubriter exponendo propterea quicquid poterant, quicquid erant, cæteros Christianorum Reges & Principes ad ea non sine laudum sonoro præconio propensius inducendo.

* Cum igitur grandi, nec immerito, cupiamus affectu, nostroque ad id fervens dirigatur intentio, ut Terra sancta grave jugum *II.863.
Agarenorum effugiat, quod jam diutini temporis spatio toleravit, & de ipsorum scelestis manibus liberetur omnino, eaque ad divini Numinis gloriam, exaltationem fidei, ac totius Christianitatis honorem, vigilantibus studiis in statu prospero conservetur;

Regalem Magnificentiam rogamus, & hortamur attentè, ac obsecramus in filio Dei Patris, quatinus, ob divinam, & Apostolicæ sedis reverentiam, tuæque salutis & exaltationis augmentum, tanquam filius benedictionis & gratiæ, progenitorum tuorum vestigia clara sequens, tuæ amplæ subventionis & potentiæ brachium, circa ipsius terræ subsidium ac succursum, solerter extendere non omittas: ut, & quod de ipsa terra, & aliis ultramarinis regionibus, per Christianos solitis retineri, recuperandum supersit, recuperari valeat: &, quod recuperatum est, & recuperabitur rehædificari, & firmari valeat, ac muniri, & salubriter retineri: ut cultus Domini inibi observetur, Deo diurnæ ac nocturnæ laudes à fidelibus cum devotione solvantur, & multiplicentur: & augeantur ibidem Fides Catholica, & Populus Christianus: & ex diversis mundi climatibus, Regnis atque Provinciis ad partes illas fideles concurrant ad inhabitandum, & defendendum partes easdem; & quod acquisitum fuerit, dante Domino, retinendum.

Sic te in his, prout necessitatis articulus exigit, habiturus, quod terra ipsa tuo, & aliorum Regum, & Principum adjuta suffragiis, auxiliis circumfulta, favente Domino, cui nichil impossibile cernitur, ad statum tranquillum & prosperum reducatur, perpetuis futuris temporibus in illo stabiliter permansura.

Cæterùm non ignorare te volumus, quod dictarum terræ ac partium statu & conditionibus in maturam deliberationem adductis, nobis temporibus istis non videtur expectandum passagium generale, licet ad id suo tempore faciendum plenis affectibus intendamus; quia per illud, quod dilationem recipit, dictis terræ & partibus valde damnosam, non succurretur eis tempore oportuno.

Ideoque, pro acceleratione succursus, & ne comoditas, à Clementia cælesti concessa, perdatur, providimus, per diversa Regna & Regiones, excitare corda fidelium, qui, ante Lugdunense generale Concilium, ultimo celebratum, vel post illud, crucis signaculum assumpserunt, ut in dictæ terræ succursum cum celeritate qua po-

in quibus videris expedire, tam infra libertates, quam extra, legi & publice proclamari, ac eas, quantum in te est, juxta vim & effectum eorumdem, observari facias firmiter & teneri.

Teste Rege apud Sanctum Albanum 15. die Aprilis.

Consimiles litteræ diriguntur singulis Vicecomitibus per Angliam.

Teste ut supra.

Ad Papam, de pronunciandis virtute Compromissi, expediendis.

Ann. D. 1300. *An.* 28. *E.* 1. *Rot. Aleman.* 28. *E.* 1. *m.* 8.

SAnctissimo in Christo patri, Domino B. Divinâ providentiâ, Sacrosanctæ Romanæ, ac Universalis Ecclesiæ Summo Pontifici, Edwardus, ejusdem gratiâ, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, & Dux Aquitanniæ, devota pedum oscula beatorum.

Cùm, super negotio reformationis pacis, inter Regem Franciæ & nos, juxta formam pronunciationis, per vos, in quem tanquam in privatam personam & Dominum Benedictum Gaytanum, tam per dictum Franciæ Regem, quàm per nos & confœderatos nostros extitit compromissum, virtute compromissi ejusdem, factæ, plura restent vestræ Sanctitatis arbitrio terminanda, & etiam exequenda:

Nos, ad honorem Dei & commodum Terræ Sanctæ, affectantes ea celeriter terminari, ad petendum & audiendum, recipiendum & acceptandum complementum, perfectionem, & consummationem pronunciationis ac reformationis pacis prædictarum, dilectos & fideles nostros,

Venerabilem in Christo patrem,

Johannem Wyntoniensem Episcopum,
Fratrem Willielmum de Gaynesburgh de ordine Minorum,
Gerardum Archidiaconum Rubemundiæ,
Galfridum Genevill, &
Galfridum Russell, Milites, Procuratores nostros & Nuncios speciales;
Necnon dilectos Clericos nostros,
Magistros Raymundi Arnaldi de Rama Vasatensem, &
Petrum Armerici Sancti Severini Burdegalensem, Canonicos:
Ad vestræ Sanctitatis præsentiam destinamus;

Dantes & concedentes eisdem, Episcopo, Fratri, Archidiacono, Militibus, & Clericis, plenam, generalem & liberam potestatem, ac speciale mandatum,

Complementum, perfectionem, ac totalem consummationem pronunciationis & reformationis prædictarum: & omnia alia & singula,

Quæ, super reformatione pacis prædictæ, & super omnibus guerris, discordiis, litibus, controversiis, causis, quæstionibus, dampnis, & injuriis, petitionibus & actionibus, realibus, personalibus, & mixtis, quæ fuerunt, & sunt, vel esse possent inter dictum Regem Franciæ & nos, occasione quacumque, & præmissa quoquo modo contingentibus, vestræ Sanctitatis circumspectio duxerit diffinienda, arbitraliter sententianda, præcipienda, ordinanda, disponenda, pronuncianda: addenda, minuenda, corrigenda, interpretanda, seu etiam declaranda; petendi, audiendi, recipiendi, acceptandi, omologandi, roborandi, & vallandi, per juramentum in animam nostram præstandum, & aliis modis & formis, de quibus eis videbitur expedire:

bant, audivimus & inspeximus diligenter.

Super quibus Nuntiis ipsis, in quantum in promptu, in absentiâ nuntiorum carissimi in Christo filii nostri Philippi Regis Francorum illustris, qui nondum ad præsentiam nostram pervenerant, fieri potuit, duximus respondendum.

Sanè, fili carissime, tenere te volumus, quòd personam tuam affectu plenæ prosequamur caritatis, & necessitatibus tuis, spiritualiter, & temporaliter, & maxime in hiis quæ salutem animæ tuæ respiciant, quibus indigere te novimus, intendimus salubriter providere.

Et, ecce! ad præsentiam tuam unus ex Nuntiis ipsis revertitur, qui de responsione nostrâ hujusmodi, & aliàs de mente nostrâ, prout sibi commisimus, te informare poterit viva voce.

Tuque nobis poteris per eum, vel alium, prout tibi videbitur, voluntatem Regiam intimare.

Dat. Sculculæ, 9. Kal. Septembr. Pontificatûs nostri anno sexto.

Sub filo canabeo.

De Edmundo Comite Cornubiæ defuncto.

REX Venerabili in Christo Patri. R. eâdem gratiâ, Archiepiscopo Cantuariensi, totius Angliæ Primati, salutem. Ann. D. 1300. *An.* 28. *E.* 1. *Rot. Cl.* 28. *E.* 1. *m.* 4. *d.*

Deus, omnium conditor & creator, qui cælestis profunditate consilii ordinat, vocat, disponit, & revocat subjectas suæ providentiæ creaturas,

Nobilem Virum Edmundum, quondam Comitem Cornubiæ, consanguineum nostrum carissimum, qui nostris & Regni nostri negotiis semper promptus, devotus extitit & fidelis, & in quo virtutum & gratiarum dona multiplicia prælucebant, nuper ab hoc seculo, prout sibi placuit, evocavit; quod vobis, non sine multa mentis amaritudine, nunciamus.

Cùm igitur opus Sacrum & salubre, juxta Divinæ Scripturæ sententiam, censeatur pro defunctis, ut à peccatorum solvantur nexibus, exorare,

Paternitatem vestram affectuosè requirimus & rogamus, quatinus, ipsius consanguinei nostri exequias devote & solempniter celebrantes, & ejus animam cum decantatione missarum, aliisque devotarum orationum suffragiis, ipsi Deo vivo & vero specialiter commendetis; ipsamque ab universis & singulis religiosis, & aliis personis Ecclesiasticis, subditis vestris, per totam vestram Diocesin, adjuvari similiter, per hujusmodi suffragia, faciatis.

Teste Rege apud la Rose 25. die Septembris.

Consimiles litteræ diriguntur Venerabili in Christo Patri T. Archiepiscopo Eborum, & singulis Episcopis Angliæ, & Walliæ; & Abbatibus subscriptis, videlicet.

* *Abbati Sancti Augustini Cantuar.* * II. 866.
Abbati de Sancto Edmundo,
Abbati de Waltham,
Abbati de Sancto Albano,
Abbati de Evesham,
Abbati Westmonasterii,
Abbati de Alnewyk,
Abbati de Sancta Agatha,
Abbati de Barlinges,
Abbati de Croxton,
Abbati Sanctæ Radegundiæ,
Abbati de Newhuse,
Abbati de Suleby,
Abbati de Wellebeck,
Abbati de Hales,
Abbati de Furneys,
Abbati de Fontibus,

Abba-

[illegible] pronunciationis & reformationis pacis hujusmodi, totis viribus affectantes,

Dilectos & fideles nostros, Amadeum Sabaudiæ, & Henricum de Lacy Lincolniæ, Comites: Ottonem de Grandisono, Hugonem le Despenser, & Amaneum Dominum de le Breto, Milites: & Johannem de Berewico Canonicum Eborum, qui multis ac variis dictæ pacis tractatibus pluries interfuerunt, reique experientia super hujusmodi tractatibus, articulis & circumstantiis, ipsam pacis reformationem contingentibus, plenius sunt instructi, ad vestræ Sanctissimæ paternitatis præsentiam subsequenter duximus destinandos;

Ipsis præfatis, Episcopo, Fratri, Archidiacono, Militibus, & Clericis, ex certis causis legitimis, & pro celeriori expeditione memorati negotii, in prosecutione ejusdem, secundum vim & effectum continentiæ infrascriptæ, specialiter adjungentes,

Dantesque & concedentes eisdem, Comitibus, Ottoni, Hugoni, Amaneno, & Johanni, plenam, generalem & liberam potestatem, ac speciale mandatum, unà cum præfatis, Episcopo, Fratre, Archidiacono, Militibus, & Clericis, complementum, perfectionem, ac totalem consummationem pronunciationis & reformationis pacis prædictarum, petendi, audiendi, recipiendi, acceptandi, omologandi, roborandi & vallandi per juramentum, in animam nostram præstandum, & etiam aliis modis & formis, quibus eis videbitur expedire.

Necnon tractandi, paciscendi, concordandi, & etiam transigen-
* II.867. di, & omnia alia & singula admittendi, acceptandi, * &, ut præmissum est, roborandi ac firmandi, quæ, super reformatione pacis prædictæ, & super omnibus guerris, discordiis, litibus, controversiis, causis, quæstionibus dampnis & injuriis, petitionibus & actionibus, realibus, & personalibus, sive mixtis, quæ fuerunt, & sunt, vel esse possent, inter Dominum Regem Franciæ & nos, occasione quacumque, & præmissa quoquomodo contingentibus,

Vestræ Sanctitatis circumspectio duxerit diffinienda, arbitraliter sententianda, præcipienda, ordinanda, disponenda, pronuncianda: addenda, minuenda, corrigenda, interpretanda, & etiam declaranda;

Alia etiam omnia & singula faciendi, quæ ad plenam pacem & concordiam, ac pacis & concordiæ, omniumque prædictorum perfectionem & consummationem, quoquomodo pertinent, seu poterunt pertinere, & quæ nos faceremus, vel facere possemus, si præsentes essemus, etiam si mandatum exigant speciale.

Volumus autem & concedimus quod si non omnes nostros Procuratores & nuncios supradictos præsentis negotii prosecutioni & expeditioni contigerit interesse, præfati, Amadeus Sabaudiæ & Henricus Lincolniæ Comites, & Oto de Grandisono, aut duo, vel saltem unus ex ipsis, unà cum aliis, qui impediti non fuerint, plenam, generalem & liberam habeant in præmissis omnibus & singulis potestatem.

Ita videlicet quod, si prædicti, Amadeus Sabaudiæ & Henricus Lincoln. Comites, & Oto, aut duo, vel unus ex ipsis, præsentes, vel præsens non fuerint, vel fuerit, in prosecutione negotii prælibati, cæteris omnibus aliis ad prosequendum illud negotium, seu ad petendum, audiendum, recipiendum, acceptandum, omologandum, roborandum, aut vallandum complementum, perfectionem, seu diffinitionem, vel consummationem pronunciationis & reformationis pacis prædictarum, tenore præsentium, adimimus potestatem.

Promittentes nichilominus nos ratum & firmum imperpetuum habituros, quicquid, per prædictos, Amadeum Sabaudiæ, & Henricum Lincolniæ Comites, & Ottonem de Grandisono, aut duos, vel unum ex ipsis, unà cum aliis supra nominatis, qui interorunt, peti-

De le honurable Pere en Dieu [illegible]
Le Abbe de Holcoltham: &
De Nobles hommes, Monsieur Johan de Bretaigne, * II.868.
* *Monsieur Johan de Bar,*
Monsieur Hugo de Veer,
Monsieur Robert de Clifford,
Monsieur Gauter de Beauchaump,
Monsieur Williaum de Graunsoun,
Monsieur Johan Botecourte,
Monsieur Symoun de Mountagu,
Monsieur Johan de Bayres, &
De Messire Pere de Monstag.
Messiges dou Roy de France.
Et en la presence, de Frere Gauter de Wynterbourn Confessours notre Seigneur le Roi d'Engleterre avant dit, Et Frere Ingeram Confessour Madame le Reyne d'Engleterre,

Et plusours autres.

En tesmoignance de queu chose nous avons mis nostre seal a cez presens Lettres.

Donees en l'Abbie de Holmcoltham, le setime Jour du Moys de Octobre l'an de l'incarnacium nostre Seigneur Mil & Trescens: Et du Regne nostre Seigneur d'Engleterre avantdit, vint & ouctisme.

Secunda prorogatio Treugarum inter Reges Angliæ & Franciæ facta per Papam.

BOnifacius Episcopus, servus servorum Dei, ad futuram rei memoriam. Ann. D. 1300. An. 28. E. 1. Ex Autogr.

Dudum inter Carissimos, &c. Arbitrum Arbitratorem, Sententiatorem, & amicabilem compositorem, præceptorem, ordinatorem, &c. antea inter ipsos Reges tempus & terminus perduraret, & quod nos interim, &c. sub ordinatione futurà remanentibus hactenus in suspenso, prout in pronuntiatione prædictæ ordinationis plenius continetur.

Postmodum autem attendentes quod, faciente pacis Actore, à quo cuncta procedunt, ea, quæ ordinanda duximus, prosperà successione virebant, & desiderantes admodum, ut in dicto negotio, ex nostris Studiis, divinà suffragatione fulcitus, felix & desideratus proveniret effectus, ac propterea præcavere volentes, ne tempus ipsius perficiendi negotii laberetur, præfatas Treugas, prout fuerunt initæ & indictæ, ac inter omnes easdemque personas, inter quas & quoad quas extiterant indictæ vel initæ, ac prædicta Compromissa, & in posterum ferendum arbitrium, seu arbitragium, totumque negotium, prout ex futurà nostrà ordinatione, ac decisione pendebant, duximus usque ad Festum Epiphaniæ futuro proxime proroganda, prout in nostris bullatis inde confectis litteris plenius continetur.

Nunc insuper, quia desideriis nostris valde votivum occurrit, ut super hujusmodi negotio desideratus finis adveniat, ac nolentes ob id, ut ejusdem tempus percomplendi negotii patiatur excursum, prædictas Treugas sicut fuerunt initæ vel indictæ, ac inter omnes easdemque personas inter quas, & quoad quas earum provenit indictio, ac præfata compromissa, &c. usque aliud ex nunc secundo venturum Epiphaniæ festum, ex hujusmodi potestate arbitrarià, &c. in compromissis ipsis adjectis, & aliis juxta nostrum arbitrium inferendis inviolabiliter, &c. præceptis, laudatis, diffinitis, & pronuntiatis per, &c.

dite treue.

E qe chescune, d'une part & d'autre, porra aler, e venir, e merchander seurement, par mer, e par terre, d'une pays a d'autre, e la ou li plerra, selom les leis & les usages de pays.

Issint, totes voyes, qu'il ne porront mettre, ne porter en Engleterre, ne en Irland, ne nule part aillors, en nostre poair, moneye fors tiele come y coure, sie ceo ne feit a nostre change, ou si ensi n'est que il ne la voillent mettre, ne emploier en nostre poir.

Ne ne porront en porter, hors de nostre poair, la money que y court, ne bon argent, sur la forfeture qe en est avant ordene.

E que nul mespreigne, ne mefface les uns vers les autres, jusques au dit jour de la Pentecost.

Et cestre treue e ceste soffrance en la manere, qe desus est devisee, nous promettoms a garder bien & loiaument, & fermement a tenir de nous, e de noz, e par nous, e par les noz, e par mer, e par terre, jusques au dit jour de la Pentecost.

Et, por ces choses fermement tenir & garder, avoms fet jurer, en l'alme de nous, Monsire Gauter de Beauchamp nostre Seneschal.

En tesmignce de totes ces choses leaument garder, tenir e acomplir, nous avoms fet faire cestes lettres overtes, de nostre seal.

Donees a Dumfres li 30. jour du moys de Octobre, l'an de nostre Regne 28.

Notificatio dictæ sufferentiæ, ad Patricium de Dumbar Comitem Marchiæ.

Ann. D. 1300. An. 28. E. 1. Ex Autogr. Penes Camerar.

EDward, par la grace de Dieu, Roy d'Engleterre, Seigneur d'Irland, & Ducs d'Aquitaine, a nostre feal & loial Patrik de Dumbar, Conte de la Marche, saluz.

Come le tresnoble Prince, nostre chier Cousin & Frere, Phelip, par la grace de Dieu, Roi de France, nous eit especialement requis par ses lettres, & par ses messages, qe nous a celes gentz d'Escoce, a qui nous avoms guerre, doniffiens true & suffrance. come a ceux a qui il ne se tient de nous aliez (sicome ses dits messages nous ont dit depar li) & come a noun aliez nouz ont requis qui cele triue lour donissiens.

Et nous a meisme celi Roi, come a amy & amiable compositour, & ne mie come a aliez a ceux d'Escoce, eoms true, ottroiee, & suffrance promise a tenir, & a garder as gentz d'Escoce, as persones, a leur aliez, a leur choses, de nous, & de nos aliez jusques au jour de la Pentecost procheinement avenir en tieu manere,

Que chascun tendra ce qu'il tient, *&c. prout supra, usque hæc verba, viz.*

Vous mandoms que as gentz d'Escoce, en leur parsones, ne en leur biens, de l'oure que vous aurez cestes lettres receues, ne facez mal, molefte, ne nule manere de damage, contre le purport de la dite true, & choses qu'il tendront quant cestes lettres vous vendront:

Ne ne sueffrez qu'il entrent en les choses, dont vous serrez en seisine, a l'oure que mesmes ces lettres vous vendront:

E la dite true facez tenir & garder fermement en touz les avantditz pointz, tant come en vous est:

Et que chascun tiegne ce qu'il tient le jour qe cestes lettres vous vendront:

Et facez ausint assavoir, & crier par vestre poer, & devers les parties, ou vous estes, qe la dite true soit tenue & gardee, sicome

*II. 870. est avantdit, sanz riens venir encontre, ou en riens blemir * jusque au jour de la Pentecost avantdit.

Par la quiele chose nous, Piere de Moncy Clerk, & Johan des Barres dit Pian du Chat, desusditz, a vous, Monsieur Johan de Saynt Johan, establi en vostre Marche, & a vous Monsieur Adam de Gurdon, establi en la vostre Marche, Chivaliers desusnomez, vous prium & requirums,

Qe vous, par vous, ou par autres, establiez, par vous, es ditz lieus, si issint est qe entendre ne peuissez, voillez de touz descords, injuras, violence, que pourront estre fetz, tant deseisins des terres, quant des mellez, contanez, & autres choses, qe avenir purront, durant la dite treve, a penere, conustre, deliverer, ordener, declarer, corriger, & punir mausetour chescun, en sa Marche, solon ce qe vous verrez que bon serra; si en fetez tant de cestes choses, que le Roi de France se tiene apaye, e les parties vous peussent lover.

Donez a Everwyk sur nos Seals; L'an de grace Myl & troyz Centz: Lundy apres la touz Saynts.

Sigillo a cauda pergamen.

De fidelitate Civium Baionæ.

Ann. D. 1300. An 29. E. 1. Rot. Aleman. 29. E. 1. m. 6.

REX omnibus, ad quos, &c. salutem.

Ad probandum quod

Johannes de Villa,	*Petrus de Francia,*
Bernardus de Perier,	*Willielmus Petri de Francia,*
Petrus Arn. frater suus,	*Petrus Bernardi de Tholosa,*
Arnoldus Reymondi de Pinibus,	*Petrus Andr. Drok, &*
	Petrus Arn. de Bonyeit,

Burgenses & Cives Baionæ,

Ad fidem & fidelitatem nostram ultronei, non coacti venerunt, cum aliis de Communitate Baionæ, postquam eadem Communitas ad Dominium & obedentiam nostram rediit, & Regi Franciæ rebellavit,

Quodque prædicti, Johannes de Villa, Bern. du Perier, & alii Burgenses & * Cives, superiùs nominati, dilectis & fidelibus nostris Johanni de Sancto Johanne, tunc Senescallo nostro Vasconiæ, & Pascasio de Villa Majori Civitatis nostræ Baionæ, juramentum fidelitatis nostro nomine præstiterunt. *II. 871.

Et postmodum eisdem Senescallo & Majori in omnibus punctis & actibus obedientes fuerunt, sicut homines suo Domino esse debent, portantes arma contra gentes dicti Regis Franciæ; & omnibus aliis modis mandatis & præceptis ipsorum Senescalli & Majoris parendo, sicut aliqui alii de communitate prædicta,

Donec se in Angliam transtulissent, & ibidem solutiones debitorum, quæ debebantur eisdem de mutuo, quod hominibus nostris, ad impugnandum præfatum Regem Franciæ, fecerant, recepissent; morando in dicto Regno, negotiando, & suas mercandisas, in ipso, sicut & alii Mercatores ejusdem Regni, sive Vasconiæ, liberè exercendo,

Dilectos & fideles nostros Ber. de Seftars, & Arnaldum de Caupenna Milites, & Magistrum Petrum Arn. de Vico Clericum, Procuratores nostros & Nuncios speciales constituimus & facimus per præsentes:

Dantes eis & duobus ipsorum plenam potestatem & speciale mandatum, ad præmissa omnia & singula, ac alia, ad ea spectantia, facienda, atque complenda, juxta quod eis visum fuerit opportunum:

Ratum

Pat. 29. E. 1. m. 34.

rich. Brabant. & Lemburg. filio nostro karissimo, & Margaretâ filiâ nostrâ, Ducissâ, consorte sui:

Necnon & cum caeteris omnibus, quorum interest, super quodam negotio, quod eidem Clerico nostro injunximus ore tenus,

Nostrum Procuratorem & Nuncium specialem ordinamus, facimus, & constituimus per praesentes:

Dantes eidem Magistro Ricardo plenam potestatem, nomine nostro, promittendi, paciscendi, & quamcumque securitatem, super hujusmodi promissionibus & pactionibus, pro completione dicti negotii, praestandi:

Necnon in animam nostram, si necesse fuerit, jurandi:

Et omnia alia & singula faciendi, quae conditio dicti negotii requirit, & ad expeditionem ejusdem fuerint oportuna:

Ratum & gratum habituri quicquid idem Magister Ricardus, nomine nostro, * faciendum duxerit in praemissis, & quolibet praemissorum.

*II. 872.

Et, si forte dictum negotium per eundem Magistrum Ricardum, nisi aliqua, vel aliquae personarum, cum quibus est tractaturus, infra Regnum seu dominium nostrum accedat personaliter, vel accedant, nequiverit consummari,

Eidem vel eisdem personis, tenore praesentium, plenam securitatem concedimus, ad nostram praesentiam accedendi;

Ita, videlicet, ut salvo & securè, cum rebus suis, in Regnum nostrum venire, ibidem morari, & exinde ad propria, cum eisdem rebus suis, redire valeant, absque injuriâ, molestiâ, dampno, impedimento, vel gravamine, eis per nos, vel aliquem de nostris subditis inferendis.

In cujus, &c. usque ad Pascham proximo futurum duraturas..

Datum apud Aberford 27. die Novembris.

Bulla, de pecunia decimae in Hybernia collecta, per Regem arestata, dearestanda.

Ann. D. 1300. An. 29. E. 1. Ex Autogr.

BOnifacius Episcopus, servus servorum Dei, carissimo in Christo filio, Edwardo Regi Angliae illustri, salutem & apostolicam benedictionem.

Decet, fili carissime, Regiae magnificentiam dignitatis, tuam Matrem Ecclesiam, & Apostolicam Sedem, & quae sua sunt etiam, sincero animo & devotis affectibus revereri, ut Rex Regum, ejusdem sponsus Ecclesiae, qui super Reges & Regna imperat, dominatur & regnat, se in eis à te honorari prospiciens, exaltet & provehat Regalis culminis incrementa.

Cùm igitur pecuniam decimae ecclesiasticorum redditiuum & proventuum Yberniae, quam, felicis recordationis, Nicolaus Papa quartus, Praedecessor noster, olim tibi, ad prosecutionem comodiorem & efficaciorem negotii terrae sanctae, quod assumpseras personaliter prosequendum, duxerat concedendam, per ipsius decimae Collectores dilectis filiis, Mercatoribus de Societate Spinorum de Florentia, qui nostrae Camerae Mercatores existunt, mandaverimus assignari, ut per eos nobis tam in pecuniâ, quàm in aliis rebus, prout commodius & utilius fieri potest, apud Sedem Apostolicam praeparetur:

Et Officiales ac Justitiarii tui, qui per te in Yberniae partibus praeesse noscuntur, pecuniam, & res hujusmodi, & nonnulla etiam bona, & pecuniam Mercatorum eorundem arestasse ac saisisse dicantur; nec permittant ea extrahi, transmittenda nobis de partibus memoratis:

Rogerus Bigot, Comes Norfolc.
Guido, Comes Warewick.
Richardus, Comes Arundell.
Adomarus de Valencia, Dominus de Montiniaco.
Henricus de Lancastria, Dominus de Munemue.
Johannes de Hastings, Dominus de Bergaveny.
Henricus de Percy, Dominus de Topclive.
Edmundus de Mortuomari, Dominus de Wiggemore.
Robertus filius Walteri Dominus de Wodeham.
Willielmus, Dominus de Molyns.
Johannes de Sancto Johanne, Dominus de Hamnak.
Hugo de Vere, Dominus de Swanescampis.
Willielmus de Breubosa, Dominus de Gower.
Robertus de Monte alto, Dominus de Howardyn.
Robertus de Tattleshale, Dominus de Buckenham.
Reginaldus de Grey, Dominus de Ruthyn.
Henricus de Grey Dominus de Godenoure.
Hugo Bardulfe, Dominus de Wyrmegeye.
Robertus de Tony, Dominus de Castro-Matildis.
Willielmus de Ros, Dominus de Hamlake.
Robertus de Clifford, Castellanus de Appelby.
Petrus de Maiolacu, Dominus de Mulgreve.
Philippus, Dominus de Kyme.
Robertus filius Rogeri, Dominus de Clavering.
Johannes de Mohun, Dominus de Dunsterre.
Almaricus de Sancto Amando, Dominus de Wydehaye.
Alanus de Zuche, Dominus de Asteby.
Willielmus de Ferrariis, Dominus de Groby.
Theobaldus de Verdon, Dominus de Webbele.
Thomas de Furnivall, Dominus de Sheffeild.
Thomas de Multon, Dominus de Egremond.
Willielmus le Latimer, Dominus de Corby.
Thomas, Dominus de Berkele.
Fulco filius Warini, Dominus de Witington.
Johannes, Dominus de Segrave.
Edmundus de Eyncourt, Dominus de Thurgarton.
Petrus Corbet, Dominus de Caus.
Willielmus de Cantilupo, Dominus de Ravensthorpe.
Johannes de Bello-campo, Dominus de Hacche.
Rogerus de Mortuo mari, Dominus de Penketlyn.
Johannes filius Reginaldi, Dominus de Blenleveny.
Ranulphus de Nevill, Dominus de Raby.
Brianus filius Alani, Dominus de Bedale.
Willielmus Mareschallus, Dominus de Hengam.
Walterus de Huntercombe.
Willielmus Martyn, Dominus de Camesio.
Henricus de Tyes, Dominus de Chilton.
Rogerus la Warre, Dominus de Isefeld.
Johannes de Ripariis, Dominus de Angre.
Johannes de Lancastre, Dominus de Grisdale.
Robertus filius Pagani, Dominus de Lawmor.
Henricus Tregotz, Dominus de Garinges.
Radulfus Pipard, Dominus de Lanford.
** Walterus, Dominus de Faucomberge.* *II. 874.
Rogerus le Estraunge, Dominus de Ellesmere.
Johannes le Estraunge, Dominus de Cnokyn.
Thomas de Chaurcis, Dominus de Norton.
Walterus de Bello-campo, Dominus de Alcester.
Ricardus Talebot, Dominus de Ecklesfwell.
Johannes Bottecourt, Dominus de Mendesham.

Johannes

Johannes Paynel, Dominus de Otteleye, devota pedum oscula beatorum.

Sancta Romana Mater Ecclesia, per cujus ministerium Fides Catholica gubernatur, in suis actibus cum eâ, sicut firmiter credimus & tenemus, maturitate procedit, quod nulli præjudicare, sed singulorum jura, non minùs in aliis, quam in seipsâ, tanquam Mater alma, conservari valet illæsa.

Sane, convocato per serenissimum Dominum nostrum Edwardum, Dei gratiâ, Regem Angliæ illustrem, Parliamento apud Lincolniam generali; idem Dominus noster quasdam literas Apostolicas, quas super certis negotiis, conditionem & statum Regni Scotiæ tangentibus, ex parte vestra receperat, in medio exhiberi, & seriose fecit nobis exponi.

Quibus auditis, & diligenter intellectis, tam nostris sensibus admiranda, quàm hactenus inaudita, in eisdem audivimus contineri.

Scimus enim (Pater sanctissime) & notorium est in partibus Angliæ, & nonnullis aliis non ignotum; quòd, à primâ institutione Regni Angliæ, Reges ejusdem Regni, tam temporibus Britonum, quàm Anglorum, superius & directum Dominium Regni Scotiæ habuerunt, & in possessione vel quasi superioritatis & directi Dominii ipsius Regni Scotiæ successivis temporibus extiterunt,

Nec ullis temporibus ipsum Regnum, in temporalibus, pertinuit, vel pertinet quovis jure ad Ecclesiam supradictam;

Quinimo idem Regnum Scotiæ Progenitoribus prædicti Domini nostri Regibus Angliæ, atque sibi feodale extitit ab antiquo.

Nec etiam Reges Scotorum, & Regnum alis, quàm Regibus
*II. 875. Angliæ, subfuerunt, * vel subjici consueverunt.

Neque Reges Angliæ, super juribus suis, in Regno prædicto, aut aliis suis temporalibus coram aliquo judice Ecclesiastico, vel seculari, ex liberâ præeminentiâ status suæ Regiæ dignitatis & consuetudinis, cunctis temporibus irrefragabiliter observatæ, responderunt, aut respondere debebant.

Unde, habito tractatu, & deliberatione diligenti, super contentis, in vestris litteris memoratis, communis, concors & unanimis omnium, & singulorum consensus fuit, est, & erit inconcusse, Deo propitio, in futurum;

Quod præfatus Dominus noster Rex super juribus Regni sui Scotiæ, aut aliis suis temporalibus, nullatenus judicialiter respondeat coram vobis, nec judicium subeat quoquomodo:

Aut jura sua prædicta in dubium quæstionis deducat:

Nec ad præsentiam vestram Procuratores aut Nuncios ad hoc mittat; præcipue cum præmissa cederent manifeste in exhæredationem juris Coronæ Regni Angliæ & Regiæ Dignitatis, ac subversionem statûs ejusdem Regni notoriam, necnon in præjudicium libertatum, consuetudinum, & legum paternarum; ad quarum observationem & defensionem, ex debito præstiti juramenti, astringimur; & quæ manutenebimus toto posse, totisque viribus, cum Dei auxilio, defendemus.

Nec etiam permittimus, aut aliquatenus permittemus, sicut nec possumus, nec debemus, præmissa tam insolita, indebita, præjudicialia, & aliis inaudita, prælibatum Dominum nostrum Regem, etiamsi vellet, facere, seu quomodolibet attemptare.

Quocirca Sanctitati vestræ reverenter & humiliter supplicamus, quatenus eundem Dominum nostrum Regem (qui inter alios Principes orbis terræ, Catholicum se exhibet, & Ecclesiæ Romanæ devotum) jura sua, libertates, consuetudines, & leges, absque diminutione & inquietudine, pacifice possidere; & ea illibata percipere benigniùs permittatis.

In cujus rei testimonium sigillis nostris, tam pro nobis, quàm pro

nedictionem. 1301.

Eximiæ devotionis sinceritas, quam ad nos, & Romanam gessisti, & geris Ecclesiam, & magnæ probitatis merita, quibus te divina gratia illustravit, digne merentur, ut personam tuam præcipuis favoribus prosequentes, tibi gratiosi reddamur, & in tuis necessitatibus liberales. An. 29. E. 1. Ex Autogr.

Nuper siquidem nobis Regali fiduciâ supplicâsti, ut cum decimâ Ecclesiasticorum redditium, & proventuum Iberniæ, quam, felicis recordationis, Nicolaus Papa quartus, Prædecessor noster, olim dum viveret, pro negotio Terræ sanctæ, per sex annorum spatium imponendam duxit, & tibi etiam concedendam, ad prosecutionem commodiorem & efficaciorem ipsius negotii, quod assumpsisti personaliter prosequendum, pro primis tribus annis ipsorum sex annorum, pro majori parte percepisse noscaris, nec fueris hujusmodi negotium prosecutus, personam tuam gratiose respicere dignaremur.

Nos igitur sperantes, quòd quanto te a nobis perceperis gratiosiùs honorari, tanto devotiùs Deum, & Apostolicam sedem revereri studeas, ad ipsius Terræ sanctæ promovenda commoda te reddere promptiorem, tuis supplicationibus inclinati, totum, & quicquid de ipsâ decimâ de hujusmodi primis tribus annis hactenus percepisti, tibi de speciali gratiâ, præsentium auctoritate, remittimus & donamus; ita quod ad ejus restitutionem non tenearis ulteriùs, neque ad id a quoquam invitus valeas cohartari.

Nulli ergo, &c.

Dat. Lateran. 4. Kal. Martii, Pontificatûs nostri anno septimo.

N. Leonardi.

Sub filis sericis flavi rubeique coloris.

Hortatoria, ne pro particula Regni Franciæ rehabenda, Terræ sanctæ recuperandæ transeat occasio, & quod Regi Franciæ, ut Juveni pravis seducto consiliis, ac adulatorum malitia instigato, adquiescat.

BOnifacius Episcopus, servus servorum Dei, carissimo in Christo filio Edvardo, Regi Angliæ illustri, salutem & apostolicam benedictionem. Ann. D. 1301. An. 29. E. 1. Ex Autogr.

Confodimur anxietatibus & angustiis in occulto, & rubore perplectimur in aperto, quod inter te, ac carissimum in Christo filium nostrum Philippum Regem Francorum illustrem, salutis, quietis, & pacis, ac benedictionis, & gratiæ, diutius, sub auxiliatione divinâ, per nos sata semina, speratum fructum, per desiderati finis effectum, oportuno tempore non producunt, sicut spes, præteritis data temporibus, repromisit: Hoc proveniente præsertim, prætextu illius particulæ Regni Franciæ, ad quam rehabendam sub periculosâ contentione conaris.

Verùm quia Patris officio fungimur, & in te vigere utriusque salutem hominis affectamus, ac ad prosperum, fili carissime, tuum Regnique tui statum voto ducimur ampliori, nolentes a paternæ caritatis prosecutione desistere,

Ne ille malignus Angelus Satanas, humani generis hostis antiquus (qui non desinit ubique prætendere deceptionis laqueos, & ut quocunque modo fidem corrumpat instare, quique consuetudines omnium discutit, ventilat causas, scrutatur affectus & sequitur, & ibi causam quærit nocendi, ubi studiosius animus occupatur) adeò in

[illegible] agnovit, Tartaros videlicet, se juvare, præfatam terram per eosdem Tartaros de Sarracenorum manibus liberavit.

Set neminem, quos ipsa contingit fides, & te potissimè, qui inter cæteros Principes orbis terræ potentiâ nosceris & facultatibus habundare, decet omittere; quin consideret diligenter quod verendum est & timendum occurrit, ne castigaverit, vel castigare decreverit Dominus dictam plebem dum ipso in tantæ confusionis obprobrio se sibi obnoxiam præsentavit.

Occurret quoque tibi, nec esse poterit à tuæ considerationis judicio alienum, quod & tu cecidisti super hoc, quasi principalius cæteris, in commissum; nam dum, more Progenitorum tuorum, Christianissimorum Principum, & ex voto, à te dudum emisso, debuisses, pro ipsius reverentia Redemptoris, circa Terræ præfatæ succursum vigilanter intendere, laborare ferventer, & efficaciter exponere vires tuas, ut patrimonium ejus, prædicta, videlicet, Terra sancta, ad recuperationis optatæ gloriam, per tuum & aliorum fidelium ministerium deveniret,

Vacasti cum eodem Franciæ Rege guerris & scandalis, & te in discriminosos actus bellicos irrupisti:

Neglexisti causam Dei prosequi, ad quam tuendam præ cæteris tenebaris, dispendiis propriis te involvens:

Reliquisti Dei patrimonium in manibus impiorum, ut sola cupiditate, pro minimâ fere tuarum facultatum particula, dispendiosis fluctibus luctareris:

Non vitasti universale mundi dispendium, & publicæ jacturæ discrimen, ut propriæ voluntatis arbitrium ruinosis actibus sequereris:

Contempsisti æterna gaudia pro caducis, & hæreditatem perpetuam pro transitoria dimisisti:

Si autem ad præsentia & futura velis habere respectum, intueberis quod Christus adhuc tua & aliorum fidelium in terræ præfatæ negotio experiri plenius vota decrevit.

Præparavit namque viam commoditatis & modum quibus debitum præstoletur obsequium; ut saltem, scilicet quod inibi recuperari voluit miraculose per Tartaros, prompte ac devote per tua & Christianorum studia conservetur.

Set quid sit de ipsius ultione timendum, si Christianos super hoc, quod absit, in tam extrema contumaciâ comprehendet, tuo id relinquimus examine discernendum.

Quid quoque mereberis apud ipsum, si tantam ejusdem terræ commoditatem, & in commoditate necessitatem, ac in necessitate periculum,
* II.878. absque ulla tergiversatione cognoscens, impedias & destruas, quæsitis guerris & scandalis, quod, * ut præmittitur, de ipsius terræ recuperatione provenit?

Quis ad eandem terram manutenendam fervorem accipiet, si tu, qui ad id Christianorum, tam Principum, quàm aliorum, adesse ductor speraris, & prævius, non fervescas?

In quo super hoc sperabit Ecclesia Mater tua, si se percipiet in te spe conceptâ frustrari?

Quale ad prosecutionem præfati negotii aliis ministrabis exemplum, si nec ipsam prosecutionem assumas, nec ab impedimentorum prostratione desistas?

Certe non sunt hæc à Regio abicienda judicio, non exponenda neglectui, sed die noctuque debitæ rationis examine perscrutanda.

Intueberis insuper quod, circa recuperandam hujusmodi particulam dicti Regni, de quâ contenditur, & ob quam videtur scintilla [illegible]

proventuum.

Spes enim te ducat indubia, & absque dubitatione confidas, quod divina Clementia, per te in hoc se honorari prospiciens, & deferri Terræ sanctæ prælibatæ negotio, ampliora perinde tibi præmia compensabit, quodque tua Mater Ecclesia & nos ex hoc te cariorem filium ascribemus; ac nobis & eidem Ecclesiæ, cum auxilio Dei, posse suffragabitur & voluntas, id, quod in hac parte de tuâ voluntate diminues, in talibus & majoribus benignâ tibi munificentiâ compensandi:

Nos quidem ita curabimus moderari negotium, quod demum, pensatis omnibus, majora percipies, dante Domino, quam dimittas.

Sic in hiis preces, exhortationes, obsecrationes & monita nostra percipias, sic exequaris & impleas, quod tua exinde apud Deum, & homines, ac præfatam Ecclesiam, Celsitudo clarescat, clarendo concrescat, & condignam laudem ac retributionis præmium mereatur.

Cæterum postulâsti ut de decimâ Ecclesiasticorum Proventuum
Regni Angliæ, quam, fælicis recordationis, Nicolaus Papa quartus * II.879.
Prædecessor noster * olim, dum viveret, imposuit per sex annos, tibique concessit ad prosecutionem comodiorem & efficaciorem negotii terræ sanctæ præfatæ, quod assumpseras personaliter prosequendum, tibi per nos fieret provisio gratiosa; ut illud, scilicet, quod pro primis tribus annis de ipsâ decimâ percepisti, gratiose tibi remittere dignaremur: Et nichilominus tam residuum ipsorum trium annorum primorum, quàm & reliquorum trium annorum, decimam tibi concederemus ex habundantiâ gratiæ amplioris.

Profectò, fili carissime, libenter in hiis & in aliis tuis profectibus condescendimus, in quantum honestas suadet & comoditas patitur, votis tuis.

Set licet petitioni tuæ, cum nequeamus honeste, non duxerimus totaliter annuendum, ecce! tamen totum & quicquid de ipsâ decimâ de primis tribus annis, ut præmittitur, recepisti, gratiose tibi per alias nostras literas remittimus & donamus: Residuum vero ejusdem decimæ, tam ipsorum, quam aliorum trium annorum, subtrahere nolumus præfatæ terræ sanctæ negotio & necessitatibus Ecclesiæ prælibatæ, quæ gravibus premitur oneribus & expensis.

De novo autem imponimus inibi, per alias literas, decimam per tres annos: De quâ pro medietate tibi proponimus, pro tuis necessitatibus, providere; aliam vero medietatem cogimur necessariò retinere • pro oneribus & necessitatibus ejusdem Ecclesiæ, quæ non sunt facile numeranda, neque possent absque gravi pondere supportari.

Et ecce! venerabilem Fratrem nostrum Episcopum Spoletanum, Virum utique providum & discretum, de cujus industria & circumspectione confidimus, ad te super hiis omnibus duximus destinandum; qui te de nostrâ intentione pleniùs informabit, tuque ipsum affabilitate Regali recipias, & ejus in hac parte salubribus consiliis & inductionibus, quæ tibi commisimus, acquiescas: Per eum nobis Regum propositum remissurus.

Dat Lateran, 4. Kal Martii, Pontificatûs nostri anno septimo.

Sub filo canabeo.

Pro

Rot. Cl. 29. E. 1. m. 16. d. * II. 880.

Nos humationi Corporis ipsius, in Monasterio de Hailes, die Jovis proximo ante Dominicam in Ramis Palmarum, faciendæ proponimus, Domino concedente, personaliter interesse, *

Benevolentiam vestram attente rogantes quatinus, ob commune humanitatis debitum, ac nostri honorificentiam, ad humationem prædictam ejus unà nobiscum, cum devotione celebraturi exequias in præfatis loco & termino, concurratis; ut ex hoc divinam misericordiam valeatis uberiùs promereri.

Teste, &c.

Consimiles litteræ diriguntur Episcopis & Abbatibus subscriptis, videlicet.

Wygorn. } *Episcopis.*
Exon.
Abbati de Evesham.
Abbati de Teukesbir.
Abbati de Winchecombe.
Abbati de Pershore.
Abbati de bindon.
Abbati de Eyvesham.
Abbati de Cirencestr.
Abbati de Oseneye.
Abbati de Stanlegh in Wyltes.
Abbati de Bordeslegh.
Abbati de Regali loco juxta Oxon.
Abbati de Glouc.
Priori Wygorn.

Indulgentia pro Rege, de Confessore eligendo.

Ann. D. 1301. An. 29. E. 1. Ex Autogr.

BOnifacius Episcopus, servus servorum Dei carissimo in Christo filio Edvardo, Regi Angliæ illustri, salutem & apostolicam benedictionem.

Dignum arbitramur & congruum, ut personam tuam, devotione præclaram, & regalium virtutum titulis insignitam, apostolici favoris plenitudine prosequentes, votis tuis liberaliter annuamus, in hiis maximè quæ animæ tuæ salutem respicere dinoscantur.

Tuis itaque supplicationibus inclinati, auctoritate tibi præsentium indulgemus, ut libere possis, quotiens opportunum fuerit, discretum tibi eligere Confessorem, & ei tua confiteri peccata, qui, auditâ Confessione tuâ, tibi, prout animæ tuæ saluti expedire viderit, injungere valeat pœnitentiam salutarem, & super hiis auctoritate nostrâ beneficium debitæ absolutionis impendere; nisi talia fuerint, propter quæ Sedes Apostolica sit merito consulenda.

Possit quoque dispensare tecum super quibuscunque votis emissis, & emittendis (Continentiæ, Jerosol. & Peregrinationis votis duntaxat exceptis) ipsaque vota, super quibus tecum sic duxerit dispensandum, tibi in alia pietatis opera, prout secundum Deum animæ tuæ saluti expedire viderit (super quo tuam, & ejus oneramus Conscientiam) commutare.

Nulli ergo, &c.

Dat Later. Kal. Martii, Pontific. nostri anno septimo

N. Leonardi.

Sub filis sericis flavi rubeique coloris.

Ann. D. 1301. An. 29. E. 1. Ex Autogr.

Indulgentia pro servientibus Regis, quod possint, in absentia proprii Sacerdotis, Capellano Regis confiteri.

BOnifacius Episcopus, servus servorum Dei, carissimo in Christo filio Edvardo, Regi Angliæ illustri, salutem & Apostolicam benedictionem.

am salutarem impendat; nisi talia fuerint, propter quæ fuerit ad Sedem Apostolicam specialiter recurrendum.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire:

Siquis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli, Apostolorum ejus, se noverit incursurum.

Dat. Lateran. Kal. Martii, Pontificatûs nostri anno septimo.

Sub filis sericis flavi rubeique coloris.

Procuratorium de tractando cum Nunciis Franciæ super pace Scotorum.

REX omnibus, ad quos, &c. salutem. Ann. D. 1301. E. 1. Rot. Aleman. 29 E. 1. m. 7.

Cum, ad requisitionem Magnifici Principis, Domini Philippi, Dei gratiâ, Regis Francorum illustris, consanguinei & fratris nostri karissimi, per speciales suos Nuncios nobis factam,

Concessissemus aliquos certos nostros nuncios, ad mediam quadragesimam, apud Cantuar. destinare, ad tractandum cum hominibus & nunciis, quos ibidem dictus Rex Franciæ, super pace gentis Regni nostri Scotiæ, duceret transmittendos ad hujusmodi terminum dictæ mediæ quadragesimæ,

Ad preces præfati Regis Franciæ, nobis iterato transmissas, prorogaverimus usque in quindenam post instans festum Paschæ:

Nos dilectos & fideles nostros, nobiles viros,

Johannem Comitem Warennæ,
Guidonem de Bello Campo Comitem Warr.
Audomarum de Valentia,
Johannem de Sancto Johanne, &
Hugonem de Veer, Milites,

Nostros Nuncios speciales ordinamus, assignamus, & facimus per præsentes, ad tractandum, ordinandum, conveniendum, & consentiendum cum hujusmodi hominibus & Nunciis dicti Regis Franciæ, super emendatione inobedientiarum, rebellionum, contemptuum, transgressionum, injuriarum, excessuum, & dampnorum, nobis & nostris per dictam gentem Scotiæ illatorum, ac etiam super aliis contingentibus dictam pacem:

Ratum habituri & firmum quicquid omnes prædicti, Johannes, Guido, Audomarus, Johannes de Sancto Johanne, & Hugo, quatuor vel tres ipsorum, nostro nomine, in præmissis duxerint faciendum.

In cujus, &c.

Dat. apud Lincoln. 1. die Martii.

---

* *Bulla Remissionis de omnibus decimis in subsidium terræ sanctæ deputatis, a Rege perceptis, & de exactionibus ac Impositionibus quibuscumque.* * II. 881.

BOnifacius Episcopus, servus servorum Dei, carissimo in Christo filio Edvardo, Regi Angliæ illustri, salutem & apostolicam benedictionem. Ce-

Ann. D. 1301. An. 29. E. 1. Ex Autogr.

BOnifacius Episcopus, servus servorum Dei, carissimo in Christo filio nostro Regi Angliæ illustri, salutem & apostolicam benedictionem.

Quanto erga Romanam Ecclesiam matrem tuam uberiori devotione novimus te fervere, tanto sinceritatem tuam ad ea, in quibus eidem ecclesiæ teneris ex debito, fiducialibus nostris litteris excitamus; sperantes ut eo libentiùs & liberiùs debitum ipsum solvas, quo ex hoc Regium honorem studiosiùs prosequi, & benivolentiam nostram uberiùs nosceris promereri.

Cum igitur census annuus mille Marcharum Sterlingorum, à te, sicut nôsti, prædictæ debeatur ecclesiæ: Fueritque jam per undecim Annos, proximè præteritos, in ipsius solutione cessatum; & etiam pro anno præsenti, terminando in proximo festo beati Michaelis de Septembri, debeatur.

Serenitatem Regiam requirimus & rogamus attentè, per apostolica tibi scripta mandantes, quatinus eundem censum, pro undecim prædictis, & isto præsenti, Annis, dilecto filio, Magistro Bartholomeo de Ferentin, Canonico Londoniarum, Latori præsentium, nostro & prædictæ ecclesiæ nomine, sublato dilationis & difficultatis obice, facias integrè ac liberaliter assignari;

Ita quod, id gratum habentes, Magnificentiam tuam possimus inde meritò commendare.

Dat. Lateran. 15. Kal. Aprilis, Pontificatûs nostri anno septimo.

•II. 883. * *Ad tractandum cum Nunciis Regis Franciæ super Pace cum Scotis.*

Ann. D. 1301. An. 29. E. 1. Rot. Aleman. 29. E. 1. m. 7.

REX omnibus, ad quos, &c. salutem.

Noverit universitas vestra quod nos dilectos & fideles nostros, nobiles viros,

Johannem Comitem Warennæ,
Guidonem de Bello Campo Com. Warr.
Judomarum de Valentia,
Johannem de Sancto Johanne, &
Hugonem de Veer, Milites,

Nostros Nuncios speciales ordinamus, assignamus, & facimus per præsentes, ad tractandum de pace gentis Regni nostri Scotiæ, cum hominibus & Nunciis, quos Magnificus Princeps, Rex Franciæ illustris, ad quindenam post instans festum Paschæ, apud Cantuar. duxerit destinandos.

Ac etiam ordinandum, conveniendum, & consentiendum, cum eisdem hominibus & Nunciis dicti Regis, super emendatione inobedientiarum, rebellionum, contemptuum, transgressionum, injuriarum, excessuum & dampnorum, nobis & nostris per dictam gentem Scotiæ illatorum, ac etiam super aliis contingentibus dictam pacem:

Ratum habituri & firmum quicquid omnes prædicti, Johannes Guido, Audomarus, Johannes de Sancto Johanne, & Hugo, quatuor, vel tres ipsorum, nostro nomine, in præmissis duxerint faciendum.

In cujus, &c.

Dat apud Lincoln. 1. die Martii.

Tom. I. P. IV.

... quam Trinovantum nuncupavit, quæ modo Londonia nominatur.

Et postea Regnum suum tribus filiis suis divisit: Scilicet,

Locrino primogenito, illam partem Britanniæ, quæ nunc Anglia dicitur:

Et Albanacto secundo natu, illam partem quæ tunc Albania, à nomine Albanacti, nunc verò Scotia nuncupatur:

Et Cambro filio minori, partem illam, nomine suo tunc Cambria vocatam, quæ nunc Wallia vocitatur;

* Reservatâ Locrino Seniori Regiâ dignitate. •II. 884.

Itaque, biennio post mortem Bruti, applicuit in Albania quidam Rex Hunorum, nomine Humber, & Albanactum fratrem Locrini occidit; quo audito Locrinus, Rex Britonum, persecutus est eum: Qui, fugiens, submersus est in flumine, quod de nomine suo Humber vocatur, & sic Albania revertitur ad dictum Locrinum.

Item, Dunwallo, Rex Britonum, Staterium, Regem Scotiæ, sibi rebellem occidit, & terram ejus in deditionem recepit.

Item, duo filii Dunwallonis, scilicet, Belinus & Brennius, inter se Regnum Patris sui diviserunt.

Ita quod Belinus Senior Diadema Insulæ, cum Britanniâ, Walliâ, & Cornubiâ possideret:

Brennius verò, sub eo regnaturus, Scotiam acciperet: Petebat enim Trojana consuetudo, ut dignitas Hæreditatis primogenito proveniret.

Item, Arturus Rex Britonum, Princeps famosissimus, Scotiam sibi rebellem subjecit, & pene totam gentem delevit: Et postea quemdam, nomine Angusélum, in Regem Scotiæ præfecit.

Et cùm postea idem Rex Arturus apud Civitatem Legionum festum faceret celeberimum, interfuerunt ibidem omnes reges, sibi subjecti; inter quos Anguselus, Rex Scotiæ, servitium pro Regno Scotiæ exhibens debitum, gladium Regis Arturi detulit ante ipsum; & successivè omnes Reges Scotiæ omnibus Regibus Britonum fuere subjecti.

Succedentibus autem Regibus Angliæ in prædictâ Insulâ, & ipsius Monarchiam & Dominium optinentibus subsequenter, Edwardus, dictus Senior, filius Eluredi Regis Angliæ, Scotorum, Cumbrorum, & Streg. Wallorum Reges sibi, tanquam superiori Domino, subjectos habuit & submissos.

Adelstanus Rex Angliæ Constantinum Scotorum sub se regnaturum constituit; dicens, gloriosius est Regem facere, quàm Regem esse.

Et est dignum memoriâ, quod idem Adelstanus, intercedente Sancto Johanne de Beverlaco, quondam Archiepiscopo Eborum, Scotos rebellantes ei dimicavit; qui, gratias devote agens, Deum exoravit, petens quatinus, interveniente beato Johanne, sibi aliquod signum evidens ostenderet, quatinus tam succedentes, quàm præsentes cognoscere possent, Scotos Anglorum Regno jure subjugari: Ed videns quosdam scopulos, juxta quendam locum prope Dumbar. in Scotiâ, prominere; extracto gladio de vaginâ percussit in silicem: Qui lapis, ad ictum gladii, Dei virtute agente, ita cavatur, ut mensura ulnæ longitudini possit coaptari: Et cujus rei hactenus evidens signum apparet, & in Beverlac. Ecclesiâ in legenda Sancti Johannis quasi singulis ebdomadis per Annum, ad laudem & honorem Sancti Johannis, pro miraculo recitatur: Et de hoc extat celebris memoria, tam in Angliâ, quàm in Scotiâ, usque ad præsentem diem.

Item, Constantinus Rex Scottorum, & Eugenius Rex Cumbrorum, ad prædictum Regem Angliæ Adelstanum, post aliqualem dissentionem inter eos habitam, venientes, se cum suis Regnis eidem Adelstano dedidere; cujus facti gratiâ filium Constantini ipse Adelstanus de sacro fonte suscepit.

B Item,

dicti, Rex Scotiæ David fecit homagium & fidelitatem.

Item, Regi Anglorum Stephano Henricus, filius dicti Regis David, homagium fecit.

Item, Willielmus, Rex Scotorum, pro Regno Scotiæ, & David frater suus, & Comites & Barones Regni Scotiæ, devenerunt homines Henrici, filii Regis Angliæ Henrici secundi, in Crastino Coronationis prædicti Henrici, filii Henrici secundi, patre vivente, & fidelitatem ei juraverunt contra omnes homines, salvâ fidelitate debitâ Patri viventi.

Anno vero vicesimo Regni Regis Henrici secundi prædicti, dictus Willielmus Rex Scotorum, rebellare incipiens, venit in Northumbriam cum exercitu magno, & exercuit in populo Stragem magnam; cui occurrentes milites Comitatûs Eborum, apud Alnewyk, ipsum ceperunt, ac dicto Henrico Regi Angliæ reddiderunt, annoque sequenti, scilicet, 15. Kal. Martii, est idem Willielmus permissus liber abire.

Postea verò apud Eborum anno eodem, 17. Kal. Septembris, idem Willielmus Rex Scotorum, de consensu Prælatorum, Comitum, Baronum, Procerum, & aliorum Magnatum Regni Scotiæ, Domino suo Regi Angliæ Henrico, filio Matildis Imperatricis prædicto, suis litteris patentibus cavisse noscitur, quod ipse, & Hæredes, & Successores sui, Reges Scotiæ, Episcopi, & Abbates, Comites etiam & Barones, & alii homines Regni Scotiæ, de quibus Dominus Rex habere voluerit, facient Regibus Angliæ homagium, fidelitatem & ligantiam, ut legio Domino, contra omnem hominem.

Et, in signum subjectionis hujusmodi, idem Willielmus Rex Scotiæ Capellum, Lanceam & Sellam suos, super altare Ecclesiæ beati Petri Eboracensis optulit, quæ in eadem Ecclesiâ usque in hodiernum diem remanent & servantur.

Item, Episcopi, Comites & Barones dicti Scotiæ, conventionaverunt, ut verbis ejusdem Conventionis utamur, Domino Regi, & Henrico filio suo prædictis, quod, si Rex Scotiæ aliquo casu à fidelitate Regum Angliæ, & conventione prædictâ recederet, ipsi cum Domino Rege Angliæ tenebunt, sicut cum ligio Domino suo contra Regem Scotiæ, quousque ad fidelitatem Regis Angliæ redeat.

Quam quidem compositionem, felicis recordationis, Gregorius Papa IX. in diversis rescriptis, Regibus Angliæ & Scotiæ directis, mandavit firmiter observari; continentibus etiam, inter cætera, quod Willielmus & Alexander Reges Scotorum, Regibus Angliæ Johanni & Henrico ligium homagium & fidelitatem fecerunt, quæ tenentur successores eorum, Comites & Barones Regni Scotiæ, ipsis & suis Successoribus exhibere: Et iterùm quod, cum idem Rex Scotiæ homo ligius sit ipsius Henrici Regis Angliæ, & eidem fidelitatis præstiterit juramentum, quo se principaliter astrinxit quod ipsius Regis & Regni Angliæ detrimentum nichil debeat penitus attemptare.

Et Papa Clemens, scribens Regi Angliæ pro Johanne Episcopo Sancti Andreæ, expulso ab Episcopatu suo per Regem Scotiæ, inter cætera rogavit, quod Willielmum Regem Scotiæ moveret & induceret, &, si necesse fuerit, districtione Regali, quâ & præminet, & concessâ suæ Regiæ celsitudini potestate compelleret, ut dicto Episcopo omnem rancorem remitteret, & Episcopatum suum eum habere in pace permitteret.

Et, post Conventionem prædictam, in Ecclesiâ beati Petri Eborum, coram prædictis Regibus Angliæ & Scotiæ, & David fratre suo, & universo populo, Episcopi, Comites, Barones, Milites, de terrâ Regis Scotiæ, juraverunt Domino Regi Angliæ, & Henrico filio suo, & Hæredibus eorum fidelitatem contra omnem hominem, sicut ligiis Dominis suis.

mino Scotiæ, debitis & consuetis fidelitatum juramentis, ac Civitatibus, Burgis, Villis, Castris, ac cæteris munitionibus Regni ejusdem in manu nostra traditis, ad custodiam ejusdem Regni certos, jure nostro Regio, Officiales & Ministros deputavimus; quibus ipsi, tempore vacationis hujusmodi, concorditer fuerant obedientes, & intendentes in nostris præceptis Regiis & mandatis.

Postmodùm autem diversæ personæ, super successione in dictum Regnum Scotiæ jure hæreditario inter se contendentes, ad nos, tanquam ad superiorem Dominum Regni Scotiæ, accesserunt: petentes, super jure succedendi in Regnum prædictum, sibi per nos exhiberi justitiæ complementum: volentes & expresse consentientes coram nobis, tanquam superiore & directo Domino Regni Scotiæ, stare juri.

Et demum, earumdem partium petitionibus & juribus coram nobis, tanquam coram superiore & directo Domino, judicialiter propositis, ac sufficienter auditis, rimatis, examinatis, & diligenter intellectis, in præsentiâ omnium Prælatorum & Nobilium, quasi totius Regni Scotiæ, & de voluntate & assensu expresso eorumdem procedentes, Johannem de Balliolo debite præfecimus in Regem Scotorum; quem tunc in successione ejusdem Regni hæredem legitimum, & jura habere invenimus potiora.

Qui quidem Prælati, Comites, Barones, Communitates, ac cæteri Incolæ ejusdem Regni, hujusmodi sententiam nostram expresse omologârunt, acceptârunt, & expresse approbârunt: & ipsum Johannem, de mandato nostro, virtute hujusmodi judicii, in Regem suum admiserunt.

Ac idem Johannes Rex Scotiæ, pro Regno suo præstito nobis homagio debito & consueto, ac fidelitatis juramento, ad Parliamenta nostra de mandato nostro veniens, eisdem, tanquam noster subditus, sicut alii de Regno nostro, interfuit, & nostris, tanquam Domini sui superioris dicti Regni Scotiæ, paruit beneplacitis & mandatis, nobis in omnibus obediens & intendens,

Quousque idem Johannes Rex Scotiæ, & Prælati, Comites, Barones, Nobiles, Communitates, ac cæteri Incolæ majores Regni ejusdem, ex præconceptâ malitiâ, & prælocutâ, ac præordinatâ proditione, factiones, confœderationes, conspirationes, & conjurationes, in exhæredationem nostram, & hæredum nostrorum, ac Regni nostri, contra debitum homagii sui & fidelitatis juramentum, inter se inierunt, in crimen * lesæ Majestatis nequiter incidendo.

Unde, cum præmissa, ex fideli relatione, famâ publicâ consentiente, ad aures nostras pervenissent: volentes futuris periculis præcavere, quæ ex hiis & aliis possent nobis, Regno nostro, & Regni nostri incolis verisimiliter provenire, pro assecuratione Regni nostri accessimus ad confinium Regni utriusque, pluries mandantes eidem Johanni, tunc Regi Scotiæ, quod ad certa loca, in confinio prædicto, ad nos accederet, super præmissis & aliis, pro statu, tranquilitate, & pace utriusque Regni, assecurationem facturus: & alia, per nos & Consilium nostrum sibi exponenda, auditurus; & super hiis & ea contingentibus justitiam recepturus. * II.887.

Qui, spretis mandatis nostris, contumaciter in sua persistens perfidia, ad bellicos apparatus, cum Episcopis, Prælatis, & Clericis, Comitibus, Baronibus Regni Scotiæ, ac etiam aliis exteris conductitiis, contra nos, Regnum nostrum, & Incolas Regni nostri, hostiliter se convertens, accinxit: &, ad hostiles aggressus & incursus procedens, Regnum nostrum invasit: quasdam villas Regni nostri Angliæ per se & suos deprædatus est, easque vastavit incendio: homines nostros interfecit; &, nonnullis nautis nostris per eos peremptis, naves hominum nostrorum Regni Angliæ comburi fecit:

Et e vestigio, redditis nobis homagio & fidelitate per Regem Scotiæ, tam pro se, quàm pro aliis quibuscunque Regni sui incolis, per verba, effectum diffidentiæ exprimentia, Comitatus nostros Nort-

stere dinoscamur, omittere non possumus nec debemus, quin insolentiam subditorum nostrorum rebellium, si quos invenerimus, preeminentiâ Regiâ, prout justum fuerit, & expedire viderimus, reprimamus.

Quia verò, ex præmissis & aliis, constat evidenter, & notorium existit quòd prælibatum Regnum Scotiæ, tam ratione proprietatis, quàm possessionis, ad nos pertinet pleno jure: nec quicquam fecerimus vel caverimus, scripto vel facto, sicuti nec possemus, per quæ juri aut possessioni prædictis debeat aliqualiter derogari,

Sanctitati vestræ humiliter supplicamus quatinus, præmissâ providâ mediatione pensantes, ex illis vestri motum animi dignemini informare suggestionibus contrariis æmulorum, in hac parte vobis
*II.888. factis, fidem, si placet, nullatenus * adhibendo; quinimmo statum nostrum, & jura nostra Regia supradicta habere velitis, si placet, paternis affectibus commendata.

Conservet vos altissimus, ad regimen Ecclesiæ suæ sanctæ, per tempora prospera & longeva.

Dat. apud KemesEye septimo die Maii, Anno Domini 1301, & Regni nostri vicesimo nono.

De recipiendo Scotos ad pacem & voluntatem Regis.

Ann. D. 1301. An. 29. E. 1 Pat. 29. E. 1. m. 15.

REX omnibus, ad quos, &c. salutem.

Sciatis quod dedimus potestatem dilecto & fideli nostro Johanni de Kingeston, Constabulario Castri nostri de Edeneburg,

Recipiendi ad pacem & voluntatem nostram homines mediocres de partibus Scotiæ, qui ad hujusmodi pacem venire voluerint:

Ratum habituri & firmum quicquid idem Johannes super receptione hominum hujusmodi, ad pacem nostram sic venire volentium, duxerit nomine nostro faciendum.

In cujus, &c. quamdiu nobis placuerit duraturas.

Teste Rege apud Kemeseye 13. die Maii.

Litera Regis Franciæ pro Episcopo Abrincensi.

Ann. D. 1301. An. 29. E. 1. Ex Orig.

INclito Principi Edwardo, Dei Gratiâ Regi Angliæ, carissimo fratri nostro Philippus eadem Gratiâ, Franciæ & Navarræ Rex, salutem & dilectionem.

Rogamus vos quatinus possessiones Abrincen. Ecclesiæ, in terris, redditibus, & decimis, quas Predecessores Episcopi, qui nunc est, in Insulis de Gerseyo, usque ad pauca tempora, pacificas habuisse dicuntur, ab impedimento quocumque minus justo liberari faciatis; permittentes easdem ab ipsâ Ecclesiâ pacifice possideri.

Et, si ad dictam liberationem per viam judiciariam sit opus procedere, breve patens, sub sigillo vestro, eidem Episcopo velitis concedere;

Virtute cujus possit Procuratorem seu Attornatum ad dictam prosecutionem, in Parliamento vestro;

Vel alibi constituere coram vestro Ballivo de dictis Insulis:

Vel coram nostro Ballivo Constantiensi; quod, propter ipsius Episcopi relevationem aliquam, esset amplius nobis gratum.

Datum apud Sanctum Germanum in Laya, die 27. Maii.

jurium nostrorum in prædictis partibus, cum omni diligentiâ, quâ poteritis, adhibeatis opem & operam efficaces.

Nos enim, post regressum nostrum de Scotiâ, de tali discreto & idoneo viro ad prædictas partes, quamcito commode poterimus, destinando, auxiliante Deo, proponimus ordinare, de quo reputare debebitis vos contentos.

Dat. apud Kenilworth. primo die Junii.

Pro Nobilibus & Stipendiariis.

Ann. D. 1301. An. 29. E. 1. Pat. 29. E. 1. m. 12.

REX omnibus Ballivis, Ministris, & fidelibus suis, in Ducatu Aquitanniæ constitutis, ad quos, &c. salutem.

Cum nos diversis Nobilibus & Stipendariis dicti Ducatûs, in certis & diversis pecuniarum summis, sub testimoniis litterarum dilecti & fidelis nostri, Guidonis Ferre Militis, locum nostrum nuper in dicto Ducatu tenentis, & dilectorum Clericorum nostrorum Thomæ de Cantebrigg. & Johannis de Sandale, seu alterius eorumdem diversimode teneamur:

Iidemque Nobiles & Stipendarii sint pluribus aliis creditoribus in pluribus debitis obligati:

Volumusque super hoc eorumdem Nobilium & Stipendariorum gravaminibus & incommodis occurrere, & eorum quieti, quantum juste possumus, providere:

Concessimus eisdem Nobilibus & Stipendariis ut, ad solutionem prædictorum debitorum, usque ad Festum Paschæ proximo futurum, nullatenus compellantur; nisi interim de debitis, in quibus nos ipsis Nobilibus & Stipendariis tenemur, sibi fuerit satisfactum.

Quare vobis mandamus quod præfatos Nobiles & Stipendarios ad solutionem debitorum prædictorum, in quibus sunt aliis suis creditoribus obligati, contra hujusmodi concessionis nostræ formam, non inquietetis, distringatis in aliquo, seu gravetis.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Kenilworth. 2. die Junii.

Per ipsum Regem.

Procuratorium Regis missum ad Curiam Romanam, super expeditione pacis virtute compromissi f·pedicti.

Ann. D. 1301. Av. 29. E. 1. Rot. Aleman. 29. E. 1. m. 7.

SAnctissimo in Christo Patri, Domino B. divina providentia, &c. Edwardus, &c. devota pedum oscula beatorum.

Super expeditione negotii, reformationis pacis, inter magnificum Principem . . . . . Regem Franciæ & nos, juxta formam vestræ pronunciationis, virtute compromissi, per dictum Regem & nos in vos facti, dudum habitæ seu probatæ, nunc, auctore Domino, finaliter terminandi,

Dilectos & fideles nostros,

Walterum Coventrensem & Lichfeldensem Episcopum,

Et Nobiles Viros,

Amadeum Comitem Sabaudiæ,
Ottonem de Grandisono Militem, &
Gerardum Archidiaconum Richemundiæ,

litteras, sigilli nostri munimine consignatas.

Dat. apud Glascu 24. die Augusti, anno Domini 1301, Regni verò nostri vicesimo nono.

Consimiles litteras habuerunt iidem Nuncii, de verbo ad verbum, exceptâ illâ clausulâ; *necnon tractandi, paciscendi, concordandi, & etiam transigendi.*

Litera de Credentia, Papa super negotio antedicto.

Ann. D. 1301. *An. 29. E. 1. Rot. Claus. 29. E. 1. m. 3. d.*

SAnctissimo in Christo Patri, &c. Edwardus, &c.

Quantæ mansuetudinis gratiâ, & quo liberalitatis munere nos fueritis hactenus prosecuti, non possumus esse immemores.

Nam quanto illud perspicaciori intuitu contemplamur, tanto nostris intellectibus altius se extollit, & in ejus consideratione Deo & vobis exinde laudes referimus pleniores.

Dum itaque in mente revolvimus continuatas liberalitates & promptas, quibus nos pluries visitâstis; & inter cætera munificentiam illam magnam, per dilectum Clericum nostrum, Ger. Archidiaconum Rych. nobis nuper ex parte vestrâ delatam (quâ nos liberaliter honorâstis) quantum vobis astringimur & tenemur, nequivimus exprimere, neque sufficimus ut condignas super hoc vobis gratias exsolvamus; set pro illis superna Clementia inæstimabilis boni vobis præmium recompenset.

Cæterum finem & exitum negotii, reformationis pacis, quod est inter Regem Franciæ & nos, quod adhuc pendere dinoscitur coram vobis (pro quo alios solempnes Nuncios nostros ad præsentiam vestram transmisimus: & pro quo etiam dilectos & fideles nostros, Walterum Coventr. & Lych. Episcopum, Amadeum Comitem Sabaudiæ, Ottonem de Grandissono Militem, & prædictum Archidiaconum, Procuratores & Nuncios nostros ad vos mittimus iterato) desiderabiliter expectantes;

Sanctitati vestræ omni, quâ possumus, supplicamus, instantiâ, quatinus, eosdem Nuncios paternis affectibus recomendatos habentes, sic, si placet, circa expeditionem finalem, & consummationem ipsius negotii curam solitam dignemini adhibere, quod, pro bono & utilitate totius reipublicæ Christianæ, ad prosperum & optatum, divinâ cooperante Clementiâ, perducantur effectum.

* II. 892. Credentes ea, si placet, quæ præfati * Nuncii, vel tres ex ipsis, ex parte nostrâ, vestræ Beatitudini vivâ voce exponenda duxerint in præmissis.

Conservet, &c.

Dat. apud Glasgu vicesimo quarto die Augusti.

Bulla, pro nonnullis, de societate Spinorum occasione homicidii arrestatis, deliberandis.

Ann. D. 1301. *An. 29. E. 1. Ex Autogr.*

BOnifacius Episcopus, servus servorum Dei, carissimo in Christo filio, Edvardo Regi Angliæ illustri, salutem & apostolicam benedictionem.

Zelantes ab intimis tuæ Celsitudinis incrementum, te ad ea, quæ tui honoris titulis, tuæque saluti expediunt, promptis & sollicitis studiis excitamus, ut nichil, quod indecentiæ vel reprehensioni subjaceat, imputari tibi valeat, vel impingi.

Ex relatione siquidem dilectorum filiorum, Mercatorum de societate Spinorum, de Florentiâ, qui nostræ Cameræ Mercatores

Dat. Anagniæ 8. Kal. Octobris, Pontificatûs nostri anno septimo.

Jo. Pon.

De tractando super discordiis inter Regem Angliæ & Regem Franciæ.

REX omnibus, ad quos literæ præsentes pervenerint, salutem in Domino. Ann. D. 1301. *An. 29. E. 1. Pat. 29. E. 1. m. 1.*

Noverit Universitas vestra quod nos,

De fidelitate & circumspectione dilectorum & fidelium nostrorum,

Walteri Coventr. & Lich. Episcopi:
Amadei Sabaudiæ, &
Henrici de Lacy Lincolniæ, Comitum:
Gerardi Archidiaconi Richemundiæ, &
* *Johannis de Berewyk Canonici Eborum;* * II. 892.

Plenius confidentes,

Ipsos Nuncios nostros ad Magnificum Principem Philippum Regem Franciæ illustrem duximus destinandos:

Quibus & quatuor, ac tribus illorum, plenam damus, tenore præsentium, potestatem super omnibus discordiis, litibus, controversiis, causis, quæstionibus, dampnis & injuriis, realibus, & personalibus, quæ fuerunt, & sunt, vel esse possunt, inter dictum Regem Franciæ & nos, occasione quacumque, tractandi, diem in hiis recipiendi, & omnia & singula faciendi, quæ sunt pacis & concordiæ, & ad pacem & concordiam valeant pertinere.

Ratum habituri & firmum quicquid, per prædictos Nuncios nostros, seu majorem partem illorum, tractatum, ordinatum & factum fuerit in præmissis.

In cujus rei testimonium Sigillum nostrum præsentibus est appensum.

Dat. apud Donypas 14. die Octobris.

Consimilis littera facta fuit sine nomine . : . Comitis Sabaudiæ; & illâ dicitur *quibus & tribus illorum, &c. ut supra.*

Procuratorium super treugis Scotis concedendis.

REX omnibus, ad quos, &c. salutem in Domino.

Noverit Universitas vestra quod nos,

De fidelitate & circumspectione dilectorum & fidelium nostrorum,

Walteri Coventr. & Lich. Episcopi:
Amadei de Sabaudiâ, &
Henrici de Lacy Lincolniæ, Comitum:
Gerardi Archidiaconi Richemundiæ, &
Johannis de Berewyk Canonici Eborum;
Plenius confidentes,

Ipsos Nuncios nostros ad magnificum Principem Philippum Regem Franciæ Illustrem duximus destinandos.

Qui-

Messages,

* 11.892. * C'est assavoir, l'Abbe de Compeign, Monsieur Aubert de Hangest, & Mestre P. de Flavign,

Par les quiex il fist requerre le dit Roi d'Angleterre, si comme il avoit fait autrefoiz par plusieurs autres Messages & Lettres especiaus, que des guerres, des molestacions, & des griefs, que il fesoit a noble Prince J. Roi d'Escose, & as Escoz, alliez, & Confederez du dit Roi de France, il se souffreist & cessast,

Et la dite voie pourparlee, au traictie de pais desusdit, n'eust pas lours este poursuie pour aucuns certains empeschemenz,

Et le dit Roi d'Angleterre ait novellement envoiez ses solennes Messages dessus nommes au dit Roi de France, pour la poursuite du dit traictie de pais,

Traictie est & acorde entre les Gens du devaundit Roi de France, & les Gens le Roi d'Angleterre desusdiz, que les Messages de l'un, & de l'autre Roi, de France & d'Angleterre, sa sambleront a Moustleroul a la quinzainne de Pasques, prochainne avenir, pour le dit traictie de pais poursuivre & mettre a fin, a l'aide de celi qui est faiseur & actour de pais:

Et pour ce que le dit traictie requiert proces & aucun alloignement de tens, trieve est prise, & acordee, entre le dit Roi de France, pour li; & por le dit Roi d'Escoce, pour les Escoz, & pour ses autres alliez; & le dit Roi d'Angleterre, pour li, & pour ses alliez, des maintenent jusques a la Feste Saint Andr. qui sera l'an de grace Mil, Trois Cens, & Deus, le jour d'icelle feste enclos en la dite trieve.

Les condicions, & les declaracions, qui furent mises en l'autre trieve, prise a Tournay, entre les diz Rois de France & d'Angleterre, si comme elles sont contenues en lettres faites seur ce, eues pour mises & prour expresses en ceste presente trieve, tant comme elles sont ou pount faire, a la seurte & a la fermete, & a la declaracion de la garde de ceste trieve.

Ce excepte que entendu ne doit mie estre, que li Count de Bar & les Burgoignons, qui sont venuz a pais au dit Roi de France, Guii jadis Count de Flanders, & ses Enfanz, soient tenuz pour alliez du dit Roi d'Angleterre;

Et sauf ce que li Rois de France tendra en sa main les terres, & les choses immuebles, prises seur les Escoz, si comme il est a dessous escrit.

Item, il est acorde, que les terres, possessions, rentes, heritages, & toutes les choses immubles, que le Roi d'Angleterre ou autre de sa part ont pris, ou occupe sur le Roi d'Escoce, ou sur les Escoz depuis que les Messages le Roi de France dessus nommez vindrent a li: ou seront prises avaunt la ratification de cest present traictie, faite par le dit Roi d'Angleterre, seront en la main du Roi de France, jusques a la Touz Sainz prochainne avenir.

Les queles terres, c'est assavoir, celles, que le diz Rois d'Angleterre, & le Conte de Nicole tiennent, il ont desorendroit mises par parole en la main du dit Roi de France, & les i metront par fait dedanz la quinzainne de la chandeleur prochainne avenir: & les autres terres, tenues par autres, dedanz celi meines terme.

Item, il est acorde que les Chastiax, les forteresces, les Justices, les Seigneuries & les Gouvernnemenz des dites terres, li devant dit Rois de France fera tenir, & garder en sa main, durant la dite trieve, par le Duc de Burgoigne, ou par celi, ou ceus que il establira pour li a ce, qui ne soient souppeconneus notoirement, sil en voet, ou poet prendre la cure, ou la garde: ou par le Conte d'Aubemarle, ou par celi, ou ceus que il mettra pour lui qe ne soit ou ne soient suspecionous notoirement, se li Dux ne s'en voloit, ou ne pour entremettre.

& autres dommages que il dient, que il ont este faiz par le dit Roi de France, ou par les soens, durant la trieve devantdite:

Il plaist bien as Gens le Roi de France, en non de li, que se aucuns dommages ont este faiz au dit Roi d'Angleterre, ou as siens, par le Roi France, ou par les siens, durant la trieve, que il soient ramendez, & radreciez selonc la fourme de la trieve, ou Souffrance.

Et toutes foiz veut & promet le diz Rois de France, que les dites terres, Chastiax, Seignories, Forteresces, & toutes les choses, qui seront mises en sa main pour ceste cause, soient rendues & rebaillees entierement au dit Roi d'Angleterre, ou a ses Heirs, ou a ceus que il establira, ou establiront pour eus a ce, si, comme dessus est dit, dedenz le jour de la touz Sainz devantdit (Non contrestant article, ou protestacion contenue en ses lettres, ou autre chose qui avenir puisse) se pais ne se faisoit, si comme dessus est dit.

Et toutes les choses desusdites, & chascune d'icelles, si comme elles sont dessus devisees, les Genz le Roi de France dessus diz tenront, gardiront, & acompliront, tant comme en eus est, & procurront que li diz Rois de France, les tenra, gardera, & acomplira, fermement, & loiaument, & de ce envoiera ses lettres ouvertes, au dit Roi d'Angleterre contenenz les paroles desusdites.

Et est assavoir que ja soit ce, que les Genz le Roi de France appellant touz jours I. Roi d'Escoce, & dient que li, & les Escoz sont alliez du dit Roi de France, les Messages le Roi d'Angleterre maintiennent touz jourz le contraire, & l'appellant I. de Baill. & dient que il n'est pas Roi d'Escoce, ne li, ne les Escoz ne sont pas alliez du dit Roi de France.

Dones a Linlisku 26. jour de Janevor.

De orando pro Rege.

REX Religiosis Viris, & sibi in Christo dilectis, Magistro Ordinis fratrum Minorum, diffinitoribus ac fratribus universis, *Ann. D. 1301.*
in generali Capitulo suo apud Jannam in proximo conventuris, Salutem & Spiritu Sancto dirigi in agendis. *An. 30. E. 1.*

Dignè ordinem vestrum fidelium devotio reveretur, digneque colitur veneratione devotâ; nam quanto redditur in conspectu divinæ Magestatis acceptior, & quanto per eum potiora desursum bona proveniunt, tanto in mentibus Deum timentium locum sibi vendicat ampliorem. *Rot. Claus. 30. E. 1. m. 18. d.*

Nos itaque, Ordinem ipsum plenitudine benevolentiæ prosequentes, ac firma credulitate tenentes, per orationes & preces vestras, incomparabile bonum gratiæ cælestis posse faciliùs impetrari, devotionem vestram devotis precibus exoramus, quatinus Nos, Reginam Consortem nostram, & liberos nostros, ac statum Regni nostri, apud altissimum sedulis intercessionibus commendetis:

Ipsius clementiam, qui mensuræ termino non artatur, suppliciter implorantes, ut sic Regnum temporale regere valeamus, quod in Regno cælesti partem Hæreditariam consequamur; quodque negotia, nos, & Statum Regni nostri, & aliarum terrarum, nostro Dominio subjectarum, tangentia, taliter sua ineffabili gratia disponere & ordinare dignetur, quod in laudem sui nominis, & ad nostrum, Regnique nostri, & Terrarum prædictarum cedere valeat commodum & honorem.

Dat. apud Lynlisku 18. die Decembris.

ftrum arbitrium inferendis, inviolabiliter à partibus obfervari, &c. laudatis & pronuntiatis per nos, &c.

Dat. Lateran. 10. Kal. Januar. Pontif. noftri anno feptimo.

Sigillo avulfo.

Sufferentiæ Scotis conceffæ apud Anjers Ratificatio per Regem Franciæ.

Ann. D. 1301. *An.* 30. E. 1. *Ex Autogr.* PH. par la grace de Dieu, Rois de France, a tous ceus, qui ces prefentes lettres viront, falut.

Sachent tous que comme aucuns traictiez aient efte eus entre nos Gens, pour nous, & en noftre non, d'une part, & les Meffages le Roi d'Angleterre, noftre Trefchier Coufin, pour li, & en fon non, d'autre parte, en la maniere qui s'enfuit;

Traictie eft & acorde a Afnieres, &c. *prout prius in ipfo tractatu ufque hæc verba*, viz.

Nous les traicties defufdiz, & toutes les chofes ci defus efcrites, fi come elles font deffus expreffees & divifees, voulons, loons, agreeons, & approuvons, & prometons, en bonne foi, les tenir, garder, & acomplir fermement, & loialment, tant comme en nous eft.

En tefmoing des quelles chofes nous avouns fait feeler ces prefentes lettres de noftre feel, faites && Donn. a Saint Benoift fur Loire, le jour de Novel. l'an de grace mil, trois, cenz, & un.

Sub Sigillo Magno.

•II.896. * *Sufferentia Scotis, nomine Regis Franciæ, concessa, per Regem Angliæ ratificatio.*

Ann. D. 1302. *An.* 30. E 1. *Rot. Aleman.* 30. E. 1. m. 7. EDward, par la grace de Dieu, Roi d'Engleterre, Seigneur d'Irland, Duc d'Acquitaigne, a tourz ceux, qe ces prefentes lettres verront, falutz.

Sachent tourz, qe come acuns treitiz aient efte eurz entre nos Meffages, pur nous & en noftre noun, d'une part, e les gentz le Roi de France, noftre trefcher Coufin, pur lui, e en fon noun, d'autre part, en la manere qe s'enfuit,

Treitiz eft & acordez e affurez, *&c. ut fupra in tractatu dat. menfe Decembris, ufque ad hæc verba*, viz.

Nous les treitz defufditz, e totes les chofes ci defus efcrites, fi come eles font defus expreffes e devifees, voloms, looms, agreoms, & approvoms, & promettoms, en bone foi, les tenir, gardir & acompler firmement, e loiaument, taunt come en nous eft.

Donnes a Linlifcu le 26. jour de Januer, l'an de grace 1301. e l'an de noftre Regne 30.

De conductu, pro Nuncio ad Comitiffam Hollandiæ.

Ann. D. 1302. REX omnibus amicis & fidelibus fuis, ad quos, &c. falutem. Cum mittamus Gerardum de Fronay, Militem noftrum, ex-

complere velitis opere prosequente, [illegible] modum & honorem, Regnique noftri tranquillitatem diligitis & quietem.

Tefte Rege apud Morpath 23. die Februarii.

• REX dilecto & fideli fuo Johanni, filio Thomæ, falutem. •II.897. Ann. D. 1302.

Volentes, in omnem eventum, *&c. ut fupra.*

Et ideo, *&c.* quatinus eifdem, Galfrido & Johanni, vel eorum alteri, in hiis quæ vobis dicent, vel dicet ex parte noftra in præmiffis, *&c. ut fupra.*

Confimiles literæ diriguntur fubfcriptis, videlicet;

Maur. filio Thomæ,
Regin. de Dene,
Johanni de Barry,
Petro filio Jacobi de Burmyngham,
Maur. de Rochefort,
Petro filio Meileri,
Johanni de Cogan,
Jordano de Exon.
Waltero de Lacy,
Maur. de Caunceton.
Willielmo de Barry,
Edmundo le Butiller,
Maur. de Carreu,
Johanni Mautravers,
Johanni le Botiller,
Euftachio le Poer,
Georgio de Rupe,
Johanni le Poer,
Hugoni Purcel,
Odoni de Barry,
Thomæ de Cancewell,
Herberto Damareys,
Richardo Talire,
Matthæo de Caunceton.
Willielmo de Burgo,
Richardo de London.
Henr. de Vernoill,
Thomæ de Maundeville,
Petro le Petit,
Reginald de Kynet,
Reymundo de Burgo,
Johanni Drull,
Johanni filio Roberti,
Philippo Criftophre,
David de Rocheford,
Roberto Haket,
Johanni filio Johannis,
Henrico de Caftell,
Maur. de Lees,
Hugoni de Lees,
Johanni Harald,
Johanni de Dandon.
Henrico Ruffel,
Willielmo le Waleys,
Thomæ Engleys,
Thomæ filio Ris,
Philippo le Marefchall,
Almarico de Beaufo,
Roberto Bagot,
Nicholao Deveneys,
Philippo Olf,
Roberto de Bonevill,
Thomæ Mannfell,
Roberto de Lees,
Thomæ del Ille,
Maur. de London.
Galfrido filio Richardi,
Johanni filio Pointz,
Johanni Bretmanth.
Richardo le Botiller,
Willielmo le Botiller,
Johanni le Botiller,
Johanni Chriftophre,
Johanni filio Roberti le Poer,
Richardo de Whitfeld,
Miloni le Bret,
Galfrido le Bret,
Galfrido de Cogan,
Richardo de Val,
Waltero de Val,
David filio Adæ de Sancto Albino,
Galfrido de Norragh.
Stephano le Poer,
Miloni de Rupeforti,
Henrico filio Henrici de Rupeforti,
Henrico filio Simoni de Rupeforti,
David Mafmer,
Johanni de Bonevill,
Roberto de Perfevall,
Waltamo de Wyleffeye,
Johanni Comyn,
Henrico filio Ririth.
Geraldo Tyrel,
Johanni de Hothme,
Olivero filio Eynon,
Fulconi de la Freignee,
Willielmo le Graunt,
Willielmo de Sancto Leodegar.
Anfelmo de Gras,
David de Gras,
Johanni le Ercedekne,
Silveftro le Ercedekne,

Wil-

Thomæ filio Alfredi, *Gioto Kokerel*,
Philippo de Barry de Rencorram, *Odoni O Conethor*,
David de la Roche, *Donenaldo O Nel.*

Ad tractandum cum magnatibus Hyberniæ, super Expeditione Guerræ Scotiæ.

Ann. D. 1302. Edw. 1. An. 30. E. 1. Rot. Cl. 30. E. 1. m. 17. d. Cedula.

REX dilecto & fideli suo Galfrido de Geynvill salutem.

Volentes, in omnem eventum, *&c. ut supra.* Finaliter, terminare:

Per quod nos, de fidelitate, circumspectione, & industriâ vestrâ plenam fiduciam optinentes, vobis, & dilecto & fideli nostro Johanni Wogen, Justiciario nostro Hiberniæ,

Tractandi & conveniendi cum dilecto & fideli nostro, Richardo Comite Ultoniæ, magnatibus, & aliis de terrâ nostrâ prædictâ, quod veniant ad nos, cum equis & Armis, in expeditionem guerræ nostræ Scotiæ,

Per litteras nostras Patentes commisimus potestatem, prout in eisdem litteris nostris videre poteritis contineri, & idem Justiciarius, cui super hiis aperuimus pleniùs mentem nostram, dicere vobis sciet;

Vos affectuose requirimus & rogamus, quatinus ad præmissa facienda, unà cum præfato Justiciario, modis omnibus intendatis; sibi in præmissis omnibus, & præmissa tangentibus quovismodo, fidem plenariam adhibentes.

Et, ut ea celerem effectum & debitum sortiantur, interponatis efficaciter partes vestras, sicut de vobis specialiter confidimus, & nostrum ac vestrum commodum & honorem, Regnique nostri tranquillitatem diligitis & quietem.

Teste Rege apud Morpath 23. die Februarii.

*II.899. * *Litera ad Papam pro Expeditione eorum quæ restant pronunciandæ super Negotio compromissi.*

Ann. D. 1302. Edw. 1. An. 30. E. 1. Rot. Aleman. 30. E. 1. m. 6.

SAnctissimo in Christo Patri, Domino B. divinâ providentiâ, sacrosanctæ Romanæ, ac universalis Ecclesiæ summo Pontifici, Edwardus, ejusdem gratiâ, Rex Angliæ, &c. devota pedum oscula beatorum.

Beatitudini vestræ notum facimus per præsentes quod dudum, ante terminum festivitatis Sancti Andreæ Apostoli proximo præteritum, dilectos & fideles nostros,

Walterum Coventrensem & Lichfeldensem Episcopum:
Et Nobiles viros, Amadeum Comitem Sabaudiæ:
Ottonem de Grandissono Militem:
Et Magistrum Gerardum de Wyppeyns, Archidiaconum Richemundiæ;

Ad vestræ Sanctitatis præsentiam providimus destinandos:

Quos simul, vel saltem tres ex eis, ad audiendum complementum, perfectionem, ac totalem consummationem pronunciationis & reformationis pacis, in negotio compromissi, per magnificum

Dilectos & fideles nostros, Walterum Coventrensem & Lichfeldensem Episcopum, & Magistrum Gerardum de Wyppeyns Archidiaconum Richemundiæ, & unumquemque eorum in solidum (ita quod non sit melior conditio occupantis) nostros veros, speciales, & legitimos Nuncios, & Procuratores facimus, & constituimus per præsentes:

Ratum & firmum habituri quicquid iidem, Episcopus & Archidiaconus, vel eorum alter, nostro nomine, faciendum duxerint, vel duxerit in præmissis.

* In cujus rei testimonium præsentes literas, nostri Sigilli munimine roboratas, beatitudini vestræ duximus dirigendas. *II.900.

Dat. apud Derlyngton 5. die Martii anno Regni, &c. 30.

Petit Bonifacius Papa ne Rex concipiat rancorem contra Jo. de Lovetot, in inquirendo, & prosequendo Episcopum Coventriensem, & Lichfeldensem.

Ann. D. 1302. Edw. 1. An. 30. E. 1. Ex Autogr.

BOnifacius Episcopus, servus servorum Dei, carissimo in Christo filio E. Regi Angliæ illustri, salutem & Apostolicam benedictionem.

Eam gerimus de magnificentiâ tuâ fiduciam, quod tu, tanquam Princeps Catholicus & devotus, debitum habens ad nos, & Sedem Apostolicam, matrem tuam, devotionis affectum, preces nostras reverenter admittas, & favore benivolo prosequaris.

Nos enim illas eo confidentiùs tibi dirigimus, quo regalem excellentiam benivolentiâ prosequimur ampliori.

Dudum siquidem Gualterum Coventrensem, & Lichfeldensem Episcopum, occasione quorumdam excessuum, qui commisisse dicebantur ab eo, ad nostram fecimus præsentiam evocari:

Et postmodum, per nostras certi tenoris literas, Venerabili Fratri nostro Archiepiscopo Cantuariensi, ejusque Collegis injunximus, ut super certis articulis, quos eisdem sub Bullâ nostrâ misimus interclusos, inquisitionem faciant contra eum:

Quibus adhuc per alias nostras mandavimus litteras, ut dilectum filium Johannem de Lovetot, Militem, London. Dioc. ad hujusmodi inquisitionis prosecutionem admittant.

Cum autem, sicut accepimus, dictus Episcopus, occasione hujusmodi Citationis & Inquisitionis, quas idem Miles fieri procuravit, rancorem conceperit contra ipsum, teque nichilominus provocari contra eundem Militem procurârit:

Nos, eundem Militem paternâ benevolentiâ prosequentes: Nec volentes quod tu, occasione hujusmodi, malivolentiam vel rancorem habeas erga eum; neque quod ipse, propter tui timorem, ab hujusmodi negotii prosecutione desistat, ne veritas valeat occultari:

Sinceritatem tuam rogamus, & hortamur attente, quatinus omnem indignationem, siquam forsitan contra dictum Militem concepisti, deponens, ipsum ad gratiam tuam, ob nostram, & Apostol. Sedis reverentiam clementer admittas: securitatem sibi plenariam concedendo commorandi in Regno tuo, ac dictum negotium liberè prosequendi; preces nostras in hac parte taliter impleturus, quod Regalem Celsitudinem valeamus, de devotionis plenitudine, in Domino meritò commendare.

Dat. Later. 8. Id. April. Pontificatûs nostri anno octavo.

Sub filo canabeo.

De

30. E. 1. m. 6.

Henrici de Lacy Lincolniæ, Comitum:
Adomari de Valentia; Consanguineorum nostrorum:

Ottonis de Grandissono,
Hugonis le Despenser,
Amaneni Domini de Lebreto, Militum:
Magistri Willielmi de Grenefeld Decani Cicestriæ, &
Johannis de Berewik Decani Wymburn,

Plenam fiduciam optinentes, ipsos nostros facimus, ordinamus & constituimus veros & legitimos Procuratores & Nuncios speciales:

Dantes eisdem, & majori parti eorumdem, generalem, liberam & plenam potestatem, ac speciale mandatum tractandi de reformatione pacis & concordiæ inter nos, & excellentissimum Principem Philippum Regem Franciæ illustrem, ac de hiis quæ ad pacem pertinent:

Et super omnibus & singulis discordiis, guerris, litibus, controversiis, causis, quæstionibus, dampnis, injuriis, petitionibus, & actionibus, realibus & personalibus, atque mixtis, quæ fuerunt, & sunt, vel esse possent inter nos & ipsum Regem, occasione quacumque:

Ac tractatum hujusmodi quacumque firmitate vallandi, petendi, stipulandi, recipiendi, retinendi, dimittendi, remittendi, renunciandi, acquietandi, paciscendi, componendi, transigendi, concordandi, & conveniendi: Quodlibet etiam genus liciti sacramenti in animam nostram præstandi:

Ac omnia & singula faciendi, quæ sunt pacis & concordiæ, & ad plenam pacem & concordiam valeant pertinere, & quæ nos faceremus, vel facere possemus, si præsentes essemus, etiamsi mandatum exigant speciale: volentes omnia & singula, necessaria & utilia, ad faciendum & complendum præmissa, & quodlibet præmissorum, pro specialiter expressis & enumeratis haberi.

Promittentes insuper, pro nobis & hæredibus nostris, ratum & firmum habere, & habituri quicquid per dictos Procuratores & Nuncios nostros, vel majorem partem eorumdem, in formâ superiùs expressâ, gestum, actum & factum, seu etiam procuratum fuerit in præmissis, & quolibet præmissorum.

Super quibus approbandis, tenendis, servandis, faciendis, & complendis, nos, & hæredes nostros, & bona nostra omnia obligamus.

Et hoc omnibus quorum interest, vel interesse potest, aut poterit in futuro, significamus per has nostras litteras patentes, Sigilli nostri munimine roboratas.

Dat. apud Devyses 25. die Aprilis, anno Domini 1302. Regni verò nostri 30.

De transgressionibus contra formam Treugarum cum Francia emendandis.

Ann. D. 1302. An. 30. E. 1. Rot. Vascon. 30. E. 1. m. 3. *II.902.

LE Roi a touz ceus, qui ces lettres verront, salutz.

Sachent touz qe, come en la suffrance ou abstinence,

Accordee & faite, entre nous, pur nous, e pur nos Heirs, nos homes, souzmis, alliez, & aidauntz d'une part:

Et le Roi de France, por lui, & por ses heirs ses homes, souzmis, alliez & aidantz d'autre, *

Sur les descordz & guerres, que estoient entre nous, nos homes, souzmis, alliez & aidantz d'une part, & le dit Roy de France, ses homes, souzmis, & aidantz d'autre,

Eit este ordene & accorde qe nous emenderoms, ou feroms

Sufferentiæ factis, emendandis.

Ann. D. 1302. An. 30. E. 1. Rot. Vascon. 30. E. 1. m. 2.

REX omnibus Ballivis, Ministris & Subditis suis Ducatûs Aquitanniæ, salutem.

Cum serenissimus Princepts, Rex Franciæ,

Ad faciendum sufferentiam, inter ipsum, pro se, suisque hæredibus, hominibus, subditis, confoederatis & auxiliatoribus ex parte unâ,

Et nos, pro nobis, nostrisque hæredibus, hominibus, subditis, confoederatoribus, & auxiliatoribus ex alterâ initam, observari,

Et ea quæ contra eandem sufferentiam per ipsum Regem, vel aliquos, seu aliquem, de suis hominibus, subditis, confoederatis, & auxiliatoribus, supprisa, seu alias fuerint, emendari.

Simonem de Marcheis Militem, pro parte suâ, ad partes ejusdem Ducatûs, unà cum Petro de Villa nova Milite, per nos ad hoc specialiter assignato, duxerit destinandum:

Nos, ut ea, quæ per eosdem Milites, juxta formam dictæ sufferentiæ, sunt complenda, perducantur securius & liberius ad effectum, eidem Simoni & familiæ suæ, & omnibus aliis, quos pro negotio prædicto necessairos vel utiles esse putaverit, salvum & securum conductum per totam terram nostram ejusdem Ducatûs duximus concedendum.

Vobis mandantes quod eisdem Simoni, familiæ, & aliis, quos pro negotio prædicto idem Simon secum duxerit evocandos, unà cum equitaturis, & omnibus bonis suis, in terra nostra ejusdem Ducatûs salvum & securum conductum habere faciatis; non inferentes eisdem, nec inferri permittentes, dampnum, injuriam, impedimentum, aut gravamen.

In cujus, &c. usque ad proximum Festum Sancti Andreæ Apostoli duraturum.

Dat. apud Westm. vicesimo quarto die Julii.

---

* *Pro Maria Filia Regis Sanctimoniali, ad focum in Camera sua.* *II.903.

Ann. D. 1302. An. 30. E. 1. Pat. 30. E. 1. m. 14.

REX omnibus, ad quos, &c. salutem.

Sciatis nos dedisse & concessisse, pro nobis & hæredibus nostris, carissimæ filiæ nostræ Mariæ, Sanctimoniali Fontis Ebroldi, apud Ambresbur. commoranti,

Quadraginta robora, singulis annis, in Forestis de Chuyt & Bokholt, per manus Custodum earumdem Forestarum, qui pro tempore fuerint, ad focum ejusdem filiæ nostræ, in Camera sua, quamdiu moram apud Ambresbur. fecerit, percipienda.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Westm. decimo die Augusti.

Pro eadem Maria, de viginti doliis vini ad sustentationem Cameræ suæ.

Ann. D. 1302. An. 30. E. 1. Ibidem.

REX omnibus, ad quos, &c. salutem.

Sciatis quod, in recompensationem ducentarum librarum, quas nuper, pro nobis & hæredibus nostris, concessimus carissimæ filiæ nostræ Mariæ, Sanctimoniali Fontis Ebroldi, apud Ambresbur. commoranti, singulis annis, ad sustentationem Cameræ suæ, ad Scaccarium nostrum percipiendas,

benignitatis indulgens; præsertim cum necessitas exigit & causa rationabilis id exposcit.

Sanè petitio, pro parte carissimi in Christo filii nostri, Edvardi Regis Angliæ illustris, Patris tui, filiæ Elizabet & nostræ, nuper nobis exhibita, continebat,

*II. 904. * Quod, ad sedandum & obliviscendum rancores, odia, dissensiones, & discordias, quæ ab olim in Regno Angliæ, inter prædictum Regem, & quondam Humfredum Comitem Herefordensem, Patrem tuum, Fili Comes, dum viveret, ac successive te aliquando proventura ex conjecturis verisimilibus timebantur:

Et ad consolidandum, in Regno ipso, veræ pacis & dilectionis integræ unitatem, perpetui roboris firmitate, desideratis invicem matrimonialiter copulari.

Sed obsistentibus vobis tertio affinitatis, & quarto consanguinitatis gradibus, quibus vobis invicem attinetis, id duci non potest, absque dispensatione sedis Apostolicæ, in effectum.

Quare idem Rex & vos nobis humiliter supplicâstis, ut providere vobis super hoc de opportunæ dispensationis gratia misericorditer dignaremur.

Nos igitur vestram, & aliorum de Regno prædicto, in quo erga Deum & Romanam Ecclesiam plena viget devotio, quietem & pacem merito affectantes; ac sperantes quod ex matrimonio prædicto, si fiat, hujusmodi rancores & odia de Regno ipso radicitus evellentur, & prosperitatum illi provenient incrementa, cum nulla ex eodem matrimonio proventura scandala formidentur, ipsius Regis & vestris supplicationibus inclinati, vobiscum, ut, impedimento hujusmodi tertii affinitatis & quarti consanguinitatis graduum non obstante, matrimonium invicem contrahere licite valeatis, si ad id dicti Regis accedat assensus, auctoritate Apostolicâ de speciali gratiâ dispensamus.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ dispensationis infringere, &c.

Dat. Anagniæ 4. Id. Augusti, Pontificatûs nostri anno octavo.

Sub filis sericis flavi rubeique coloris.

Bulla Bonifacii Glasguensi Episcopo directa, per quam imponit ipsi quod fuit suscitator discordiæ inter Regem Angliæ & Scotos.

Ann. D. 1302. *An. 30. E. 1. Ex Autogr.*

BOnifacius Episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri Episcopo Glasguen. Salutem & Apostolicam benedictionem.

Gravi mentis turbatione movemur & vehementi cordis afflictione gravamur, cum de Prælatis Ecclesiarum illa nostris auribus referuntur, quæ sunt honestati contraria, & Pontificali derogant Dignitati.

Profecto non sine grandi admiratione percepimus quod tu, sicut lapis offensionis, & petra scandali, Divinæ Majestatis offensam, tuæ salutis & famæ dispendium, ac Regni Scotiæ grave dampnum & periculum non evitans, totius turbationis, dissentionis & discordiæ, quæ fuit, & est inter carissimum in Christo filium nostrum Edvardum Regem Angliæ illustrem, & Scotos, ex quâ gravia animarum discrimina, strages hominum & dampna rerum innumera obvenerunt, inductor & fautor præcipuus extitisti.

Verum cum ex hiis Deo & hominibus reddaris obnoxius, decet te assumere & prosequi pœnitudinis Spiritum super eis, & tua efficaciter convertere studia, qualiter super tam gravibus discriminibus tuo satisfacere valeas creatori, ut si hujusmodi discordiarum, & guerra-

waddum Regem, & Regnum Angliæ illustrem ex altera, diebus ex diversis causarum suborta generibus, quarum vos incentores, fautores & nutritores præcipuos communis tenet opinio, utrumque Regnum in guerrarum discrimine posuit, & magnam hinc inde animarum, & corporum læsionem, utinam! non exterminationem induxit.

Verum cum ex hiis nos, & Romana Mater Ecclesia multiplicibus afficiamur angustiis, & gravibus molestiis perturbemur, & Terræ sanctæ, quam mentaneis oculis depressam, utinam! non prostratam cum anxietate respicimus, dispendia & turbationes immineant;

Nos, exemplo illius qui de populo suo, fomitibus odiorum exclusis, voluit in eo pacis superseminari consilia, sollicitudinem nostram libenter exponimus, & studia nostra desideranter convertimus & labores, ut, sedatis scandalis, & discordiis amputatis, vera pax, & plena concordia hinc inde, dante Domino, reformetur.

Ideoque Fraternitatem vestram monemus, & hortamur attentè, per Apostolica vobis scripta, in virtute obedientiæ, districtè præcipiendo mandantes, quatinus, attendentes quod, dum vos tantorum malorum culpa reddit obnoxios, dum Scotium Populum, cujus vos decet esse ductores providos, & salutiferos directores, sicut oves errantes, per devia tempestatum obducitis, & in angustiam desolationis irreparabilis incitatis, multum famæ vestræ deperit & saluti, oculos, mentes & actus vestros erigatis reverenter ad Dominum, & de scandalorum invius vos, & prædictum populum ad salutis, pacis & concordiæ semitas reducentes, studia vestra diligenter & sollicite convertatis, ut, rancoribus exclusis, & odiis, ac derelictis scandalis, pacis amænitas, & tranquillitatis commoda, Domino faciente, proveniant perpetuis, dante ipso, temporibus duratura.

Sic vos in præmissis diligenter & efficaciter habituri, quod odire scandala, & promovere pacem vos laudanda opera evidenter ostendant, & nos providentiam vestram exinde commendare merito valeamus; Nec cogamur super hiis aliud remedium adhibere.

Dat Anagniæ Id. Aug. Pontificatûs nostri anno octavo.

Jac. G:

Sub filo canabeo.

Procuratorium pro Amadeo Comite Sabaudiæ & aliis ad tractandum de Pace inter Reges Angliæ & Franciæ.

REX universis, præsentes litteras inspecturis, salutem. Ann. D. 1302. *An. 30. E. 1.*

Noverit Universitas vestra quod nos, de fidelitate & circumspectione dilectorum & fidelium nostrorum, Nobilium virorum *Rot. Aleman. 30. E. 1. m. 6.*

Amadei Sabaudiæ,

* *Henrici de Lacy, Lincolniæ Comitum:* *II. 906.

Adomari de Valentiâ, Consanguineorum nostrorum:

Ottonis de Grandisono,

Amaneni Domini de Lebreto Militum:

Magistri Willielmi de Greenfeld Decani Cicestriæ, &

Magistri Roberti de Pykering Canonici Eboracensis,

Plenam fiduciam optinentes, ipsos nostros facimus, ordinamus & constituimus veros & legitimos Procuratores, & Nuncios speciales:

Dantes eisdem, & majori parti eorundem, generalem, plenam & liberam potestatem, ac speciale mandatum tractandi de refor-

ma-

An. 30. E. 1. Pat. 30. E. 1. m. 12. Sachez nous avoir resceu, en nostre sauf & seure conduit, des gentz d'Escoce, jesqes au noumbre de sys persones, les queus Mestre Johan del Hospital Clerk, & Gobert de Heleuille Chivaler, ou le un de eaus, Messages le Noble Prince, Monsieur Philippe, par la grace de Dieu, Roi de France, nostre treschere Cosin, voddront, ou voddroit nomer, ou eslire, en alant & venant, demorant & retornant parmi nostre Royaume, ove lur meigne, chevaus, herneys, & leur autres biens.

Pur quoi nous vous mandoms, & comandoms que les dites persones, jesqes au dit noumbre, en alant, venant, demorant & retournant parmi nostre Roiaume, ove leur meisnee, chevaus, herneys, & leur autres biens, ausi come dessus est dit, meyntenez & defendez.

E ne facez, ne soeferez que leur soit fait molesse, injure, damage, grevaunce ne desturbance.

E, si rien leur soit fait, tan come en vous est, saunz delai, lur facez redresser.

E, si par cas aviegne, qe aucuns des dites persones Seignurs, ou de lour meignee, demorast malade, nous voloms qe le terme de la demoere seit contenue entre le dit conduit; de si q'il seient gariz & peussent retourner en leur pais.

En tesmoignance de queus choses, nous avoms fet fere cestes noz lettres overtes, durantes jesques as Utaves de la fest Seint Martyn, prochein advenir.

Donez a Westmoster le 15. jour d'Aust.

• II 907. ** Rex Papæ scribit, pro Episcopo Lychfeldensi & Coventriensi, contra Johannem Lovetot, falsum & proditorem.*

Ann. D. 1302. An. 30. E. 1. Rot. Cl. 30. E. 1. m. 5. d. Cedula.

SAnctissimo in Christo Patri, Domino B. Divinâ providentiâ, Sacrosanctæ Romanæ, ac Universalis Ecclesiæ Summo Pontifici, Edwardus, ejusdem gratiâ, Rex Angliæ, &c. devota Pedum oscula beatorum.

Dum gemitûs frequentiam, & acuti doloris amaritudinem,

Quibus, carissimus nobis in Christo, Dominus W. Coventrensis & Lychfeldensis Episcopus, Thesaurarius noster, ab officio & administratione, tam Spiritualium, quàm temporalium, per Apostolicam Sedem suspensus, & sic, sub statu humili & depresso vitam suam agens, jam premitur,

Oculis nostris subicimus; ei & doloribus suis, ob laudabilia merita, nobis per ipsum diu impensa, ex affectu intimo, quem ad ipsum gerimus, intus compatimur.

Eo nichilominus jam acerbius molestati, quod Johannes de Lovetot, famæ suæ prodigus, quem falsum ac proditorem vobis asserimus, malitiis malitias prioribus novas accumulans, litteras Apostolicas, dictum Episcopum & suum negotium contingentes, &, ut intelleximus, Domino . . . Cantuariensi Archiepiscopo ac collegis suis directas per vias & malitias excogitatas, præsentare & exhibere studiose hactenus distulit: nec adhuc, tempore scripsionis præsentium, Animum prætendebat exhibendi easdem; ut sic, per langoris dispendium virum perimeret & distrueret, proch dolor! innocentem; licet per procuratores dicti Episcopi, super præsentatione & exhibitione litterarum earumdem, dictis, Domino Archiepiscopo & collegis suis, faciendi, cum omni fuisset instantiâ requisitus.

Vestris itaque pedibus provoluti, quæsumus, Pie Pater, ut hujusmodi malitiæ ex paternâ pietate remedium apponere, & oleo mitigationis, ex Apostolicæ Sedis benignitate infuso, respectu habito ad labores, anxietates, ac varia inconvenientia, quæ jam sustulit, statui dicti Episcopi misericorditer providere, nostrumque in hoc, per di-

Ut sic Regiam Magestatem ad ea, quæ vobis grata fuerant, perpetuis reddatis temporibus obligatam.

In dierum longitudine feliciter valeatis.

Dat. apud Coveham 24. die Augusti.

Eodem modo scribitur subscriptis, videlicet.

Fratri G. Tituli Sancti Martini in montibus, } Præsbiteris
Domino R. Tituli Sanctæ Potentianæ. } Cardinalibus.

Litera de credentia pro Nunciis ad Papam.

SAnctissimo in Christo Patri, Domino B. divinâ providentiâ, Sacrosanctæ Romanæ, ac Universalis Ecclesiæ Summo Pontifici, Edwardus, &c. devota pedum oscula beatorum. Ann. D. 1302. An. 30. E. 1. Rot. Cl. 30. E. 1. m. 6. d.

De circumspectione & fidelitate religiosorum Virorum, Fratrum W. de Geinesburgh, & H. de Hertepole, de ordine fratrum Minorum, ac dilectorum Clericorum, Magistrorum Johannis de Sancto Claro Canonici Londoniensis, Philippi Martel juris Civilis Professoris, & Willielmi de Deon Militis, fiduciæ plenitudinem obtinentes,

Ipsos, super finali expeditione negotii reformationis pacis, inter Regem Franciæ & nos, juxta formam vestræ pronunciationis, dudum habitæ & prolatæ, nunc, auctore Domino, terminandi, ad beatitudinis vestræ præsentiam duximus destinandos;

Sanctitati vestræ affectuose & humiliter supplicantes, quatinus prædictis fratribus, Clericis, & Militi, aut quatuor, vel tribus ipsorum, si eos non contigerit simul adesse, in hiis, quæ super præfato negotio, & aliis, quæ eis commisimus vestræ Clementiæ referanda ex parte nostrâ, vobis exponent oraculo vivæ vocis, fidem, si placet, indubiam dignemini adhibere.

Conservet vos altissimus, ad regimen Ecclesiæ suæ sanctæ, per tempora feliciter longiora.

Dat. apud Arundel 9. Die Septembris.

Procuratorium missum ad Curiam Romanam, super pace cum Rege Franciæ.

SAnctissimo in Christo Patri, Domino B. divina providentia, Sacrosanctæ Romanæ, ac Universalis Ecclesiæ Summo Pontifici, Edwardus, ejusdem gratiâ, Rex Angliæ, &c. devota pedum oscula beatorum. Ann. D. 1302. An. 30. E. 1. Rot. Alman. 30. E. 1. m. 6.

Super expeditione negotii, reformationis pacis, inter magnificum Principem..... Regem Franciæ & nos, juxta formam vestræ pronunciationis, virtute compromissi, per dictum Regem & nos in vos facti, dudum habitæ seu prolatæ, nunc, auctore Domino, finaliter terminandi,

Religiosos viros, Fratres, W. de Geinesburg, & H. de Hertepole, Fratrum Minorum: & dilectos Clericos nostros, Magistros, Johannem de Sancto Claro Canonicum London. & Philippum Martel, juris civilis professorem: & Willielmum de Dene Militem, Procuratores & Nuncios nostros, ad vestræ Sanctitatis præsentiam destinantes:

Damus eis, & quatuor, vel tribus eorum, si eos simul adesse non contigerit, ac concedimus generalem, plenam & liberam, tenore præsentium, potestatem, & speciale mandatum, petendi, audiendi, &

sumes molt ennoyes,

m. 7. E, par mesmes celle Guellars, avoms entendu qe vous, a nul ne volez obeir, sanz nostre commandement, pur le serement qe vous feistes qe le Mariage se fist entre le dit Conte & Alianore nostre fille,

Vous fesoms asavoir qe nous avoms requis, par noz lettres, noz chers e amez,

Thebaud de Baar, Tresorer del Eglise d'Everwyk,
Thebaud Ercedekne de la R en l'Eglise de Verdun,
Pierres de Beffreymont Seigneur de Belenyevill,
Geffrey de Nevill dit le Rousster, Chevalers.

As queus le dit Conte, quant il parti du par, bailla la garde de sa terre,

Que eus la dite terre veillent en avant garder al oes, & au profit des enfantz,

Par quoy nous vous prioms, e mandoms tant come en nous est, que, noun contresteant le serement avantdit, as avantditz, Thebaud, Thebaud, Pierres, e Geffrey, come as Gardeins de le dite terre, en noun des enfantz, veillez estre obeissantz e entendantz, e les foitz, e les servicz, tieus come doner e fere les deverz a ditz enfantz, e as gardeins donez e facez sicome fere les deverez par reson.

En tesmoigne de queu chose nous avoms fet fere cestes nos lettres overtes.

Don. a Westmoster le 13. jour d'Octobre, l'an de nostre Regne trentisme.

Pro A. Sabaudiæ & H. Lincolniæ Comitibus ad tractandum de Treugis cum Rege Franciæ.

Ann. D. 1302. REX universis, præsentes litteras inspecturis, salutem.

An. 30. E. 1. Noverit Universitas vestra quòd nos, de fidelitate & circumspectione dilectorum & fidelium nostrorum, Amadei Sabaudiæ, & Henrici de Laci Lincolniæ Comitum, Consanguineorum nostrorum, plenam fiduciam optinentes, ipsos facimus, ordinamus & constituimus veros & legitimos Procuratores nostros, ac Nuncios speciales:

Rot. Alaman. 30. E. 1. m. 6.

Dantes & concedentes eisdem, & eorum alteri, plenam & liberam potestatem, ac speciale mandatum, pro nobis, & aliis personis quibuscumque (de quibus dictis Procuratoribus, vel eorum alteri expedire videbitur) cum Serenissimo Principe, Philippo Rege Franciæ illustri, aut cum Procuratoribus, sive Nunciis ejusdem (specialem ad hoc habentibus potestatem) treugas, seu sufferentiam, sub

*II.910. quibuscumque formâ vel modo, dicti Procuratores nostri, vel * eorum alter oportunum viderint, vel viderit, ineundi,

Et ipsas treugas, sive sufferentiam vallandi, firmandi, & etiam roborandi, ac quodlibet genus liciti sacramenti in animam nostram præstandi,

Et omnia alia & singula faciendi, quæ in præmissis, ipsis, vel eorum alteri, necessaria, seu utilia videbuntur:

Ratum habentes & habituri quicquid, per prædictos Procuratores nostros, aut eorum alterum, gestum, actum, factum, seu procuratum fuerit in præmissis.

Et hæc omnibus, quorum interest, vel interesse poterit, significa-

Et in certos diem & locum, quibus dictus Rex Franciæ & nos personaliter conveniamus, si expedire viderint, consentiendi; & eosdem diem & locum nostro nomine acceptandi,

Ac omnia & singula faciendi, quæ sunt pacis & concordiæ, & ad plenam pacem & concordiam valeant pertinere, & quæ nos faceremus, vel facere possemus, si præsentes essemus, etiamsi mandatum exigant speciale:

Volentes omnia & singula, necessaria & utilia ad faciendum & complendum præmissa, & quodlibet præmissorum, pro specialiter expressis & enumeratis haberi.

Promittentes insuper, pro nobis & hæredibus nostris, ratum & firmum habere, & habituri quicquid per dictos Procuratores, & Nuncios nostros, vel majorem partem eorumdem, in formâ superiùs expressâ gestum, actum & factum, seu etiam procuratum fuerit in præmissis, & quolibet præmissorum.

Super quibus approbandis, tenendis, sequendis, faciendis & complendis, nos, & hæredes nostros, & bona nostra omnia obligamus.

Et hoc omnibus quorum interest, vel interesse potest, aut poterit in futuro, significamus per has nostras litteras patentes, Sigilli nostri munimine roboratas.

Dat. apud Westm. 29. die Octobris, anno Domini 1302. Regni verò nostri 30.

De Servitio Quinque Portuum. *II.911.

REX dilecto & fideli suo, Roberto de Burghersh, Custodi Quinque Portuum suorum, salutem. Ann. D. 1302.

Cum per literas nostras mandaverimus Baronibus, Ballivis, & probis hominibus singulorum Portuum prædictorum, quod totum servitium navium, quod nobis debent, habeant apud Novum Castrum super Are, in Festo Assumptionis Dominicæ proximo futuro, ad ultimum, An. 30. E. 1. Rot. Claus. 30. E. 1. m. 1. d.

Paratum, & promptum, ac bene munitum ad proficiscendum exinde contra Scotos, inimicos & rebelles nostros, prout eis ex parte nostra pleniùs injungetur:

Et, ut eis parcamus & deferamus ad præsens, gratum sit nobis & placitum, quod illud servitium quinquaginta & septem navium, quod nobis Barones nostri dictorum Quinque Portuum in universo debent, cum viginti & quinque navibus nobis nunc fiat; dum tamen naves illæ tot sint munitæ personis (ut in nautis, & hominibus aliis defensabilibus) quot prædicta quinquaginta & septem naves haberent, si prædictum servitium nobis fieret de eisdem, idemque etiam contineant skipiamentum (ut in numero personarum) secundum quod in prædictis litteris nostris, quas eis mittimus, pleniùs continetur.

Vobis mandamus, in fide & dilectione, quibus nobis tenemini, firmiter injungentes, quod, ad singulos portus prædictos personaliter accedentes, Barones, Ballivos, & alios probos homines Portuum eorumdem, efficaciter inducatis, ut prædictum mandatum nostrum diligenter adimpleant, & totis viribus exequantur;

Taliter in prosecutione istius negotii, quod multum nobis est cordi, quotiens opus fuerit, vos habentes, quod diligentiam vestram possimus ob id merito commendare.

Teste Rege apud Westm. 7. die Novembris.

*II.912. * *Baronibus, & Ballivis Portus de Romenhale.*
Baronibus & Ballivis Portus de Hethe.
Baronibus & Ballivis Portus de Hastinges.
Baronibus & Ballivis Portus de Pevenese.
Majori, Baronibus & Ballivis Portus de Faversham.

De auxilio, Regi ad primogenitam filiam suam maritandam concesso, levando & colligendo.

Ann. D. 1302. Au. 30. E. 1. Pat. 30. E. 1. m. 1.

REX dilectis & fidelibus suis, Vicecomiti Kantiæ, & Ricardo de Rokelle, salutem.

Sciatis quòd cum, primo die Junii, anno Regni nostri 18. Prælati, Comites, Barones, & cæteri Magnates de Regno nostro, concorditer pro se, & tota Communitate ejusdem Regni, in pleno Parliamento nostro, nobis concesserint quadraginta solidos, de singulis feodis Militum, in dicto Regno, in auxilium ad primogenitam filiam nostram maritandam, levandos, sicut hujusmodi auxilium aliàs in casu concessum levari consuevit.

Cujus quidem auxilii levationi faciendæ, pro dictæ Communitatis aisiamento, hucusque supersedimus gratiosè,

Assignavimus vos ad prædictum auxilium quadraginta solidorum, de singulis feodis Militum prædictis, infra Comitatum prædictum, ad opus nostrum levandum & colligendum;

Ita quòd unam medietatem ejusdem auxilii habeatis, ad Scaccarium nostrum in Octabis Purificationis beatæ Mariæ, proximò futuris: Et aliam medietatem in Crastino Ascensionis Domini, proximò sequente, Thesaurario & Camerariis nostris liberandum.

Et ideo vobis mandamus quod, ad auxilium illud in Comitatu prædicto levandum & colligendum, omnibus aliis prætermissis, intendatis in formâ prædictâ.

Mandavimus enim omnibus & singulis tenentibus feodorum prædictorum, in Comitatu prædicto, quod vobis in præmissis respondeant & intendant.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Westm. 7. die Novembris.

Eodem modo assignantur subscripti, in Comitatibus subscriptis, videlicet,

Vicecomes Essex, & Johannes de Bassingbourn. in eodem Com.
Vicecomes Sussex, & Radulphus Saunzaver in eodem Com.
Vic. Surr. & Robertus de Bokewell in eodem Com.
Vic. Midd. & Johannes de Litelburne in eodem Com.
Vic. Oxon. & Thomas de Gardinis.
Vic. Wiltf. & Hugo de Estcote,
Vic. Somerf. & Robertus de Sancto Claro.
Vic. Devon. & Nicholaus de Kirkham in eodem Com.
Vic. Hertf. & Ranulphus de Monte Caniso in eodem Com.
Vic. Hereford, & Walterus de Hopton in eodem Com.
Vic. Cornub. & Robertus Giffard in eodem Com.
Vic. Suff. & Alanus de Goldingham in eodem Com.
Vic. Norff. & Johannes le Bretun in eodem Com.
Vic. Derb. & Henr. de Braylesford in eodem Com.
Vic. Hunt & Willielmus de Papworth in eodem Com.
Vic. Gloucestr. & Ricardus de Croupes in eodem Com.
Vic. Salop. & Willielmus de Hodenet in eodem Com.
Vic. Rotel. & Robertus de Flypthorp in eodem Com.

Avoms volu, ottrie, e acorde: volums, ottroioms, e acordoms, en noun de nostre Seigneur le Roi d'Engleterre, e pur lui, qe la dite Pees, pronuncie par le Pape entre les ditz Rois, soit fermement tenue e gardee jusques a la Pasche prochein avenir.

E feroms, en noun de nostre Seigneur le Roi d'Engleterre, sanz delaie, defendre destroitement e generaument, sur corps & sur avoir, qe nul, de ses terres, e de sa Seigneurie, ne mefface, ne par mere, ne par terre, au dit Roi de France, a ses hommes, ses subgetz, ne a ses terres, jusques au dit terme de Pasche.

E, si l'en fesoit, dedenz le dit terme, contre la dite defense, le dit nostre Seigneur le Roi le fera redrescer, amender, e remener, e mettre en estat deu, hastivement, e de plain, sanz delai.

En tiele manere que, si dedenz le dit terme, l'en se delaissoit, & desportoit du tout du dit traitie, e cele traitie rumpoit, li devantdit terme, mis a Pasches, serreit en pur nul; e durroit tantsolement jusques a un mois, apres ceo qe l'une partie averoit rumpu, e l'autre overtement, e par overtes paroles le traitie avantdit, e dit, par expresses paroles, qe ele ne vodra plus pursuire le traite desusdit, encors s'en departiroit du tout.

E s'il avenoit, qe dieu ne voille, qe le descord, qi demoert entre les ditz Rois sur les ditz heritages, e leur condicions, e ceo qi apertient, ou peut apertenir a iceus heritages, n'estoit acorde, par l'assentement des parties, ou autrement, dedenz le dit terme, qe nostre Seigneur le Roi d'Engleterre puisse pursuir, e purchacer son droit, en la manere q'il li semblera bon.

E ceo present ottroie, e promesse, e les dites defenses, nous feroms en bone foi ratifier, & aggreer, e approuer, tenir e garder firmement, e loiaument, nostre Seigneur le Roi d'Engleterre.

En tesmoignance de queu chose nous avoms fet faire cestes nos lettres overtes seles de nos seaus.

Dones a Ameyens le vint & cinkeme jour de Novembre, l'an de grace mil treiscentz e deus.

De dicta Treuga, in Regnis Angliæ & Scotiæ, proclamanda & observanda.

Ann. D. 1302. An. 31. E. 1. Rot. Cl. 31. E. 1. m. 19. d. * II.913.

REX Vicecomiti Eborum salutem.

Quia Nuncii nostri, quos nuper ad partes transmarinas apud Ambianum transmisimus, quandam sufferentiam inter...... Regem Franciæ & nos, nostro nomine, inierunt, sub certis conditionibus, & firmârunt, usque * ad Festum Paschæ proximo venturum duraturam, prout in formâ ipsius sufferentiæ plenius continetur:

Nos, volentes eandem sufferentiam, juxta quod per dictos nuncios nostros est inita & contracta, teneri & firmiter observari, tibi præcipimus, firmiter injungentes, quod in Civitatibus, Burgis, Villis, Mercatoriis, & locis aliis, infra Ballivam tuam, quibus videris expedire, dictam sufferentiam, usque ad prædictum festum Paschæ, sicut prædicitur, duraturam, publicè proclamari facias, & absque contraveniendo teneri firmiter ac servari:

Et hoc, sicut nos, & Honorem nostrum, ac præfatum Regni nostri diligis, cum omni celeritate & diligentiâ exequaris.

Teste Rege apud Hamstede secundo die Decembris.

Consimiles litteræ diriguntur singulis Vicecomitibus per Angliam.

Consimiles litteræ diriguntur subscriptis, videlicet,

Ed-

m. 3.

Amanen de le Bret, Chevalers:
Guilliame de Grenefeud Deen de Cicestre, &
Rob. de Pykering Chainoigne d'Everwyk,
Contenantz la forme que s'ensuit.

A toutz ceus, qi ces presentes Lettres verront ou orront, Amez de Savoy, *&c. prout supra in tractatu usq; hæc verba, viz.*

E nous Edward, Roi d'Engleterre avantdit, le dit Ottroi, promesse, e les dites Defenses, ratefiom, agreom & approvom, tendrom e garderom fermement e loiaument.

En tesmoigne de cestes choses, avoms fet mettre nostre Seal a ceste present lettre.

Don. a Odyham le 10. jour de Janevoir.

Procuratoria de tractando super reformatione pacis inter Reges Angliæ & Franciæ.

Ann. D. 1303. An. 31. E. 1 Rot. Aleman. E. 1. m. 5. * II. 915.

REX universis, præsentes litteras inspecturis, salutem.

Noverit Universitas vestra quod nos, de fidelitate & circumspectione dilectorum & fidelium nostrorum, Nobilium virorum, Amadei Sabaudiæ & Henrici de Lacy Lincolniæ Comitum, Consanguineorum nostrorum, * & Ottonis de Grandissono Militis, plenam fiduciam optinentes, ipsos nostros facimus, ordinamus & constituimus veros & legitimos Procuratores, & Nuncios speciales:

Dantes eisdem, & duobus ipsorum (si omnes insimul non concurrant) generalem, plenam, & liberam potestatem, ac speciale mandatum, tractandi de reformatione pacis & concordiæ inter nos & Excellentissimum Principem Philippum Regem Franciæ illustrem, ac de hiis, quæ ad pacem pertinent;

Et super omnibus & singulis discordiis, guerris, litibus, controversiis, causis, quæstionibus, dampnis, injuriis, petitionibus, & actionibus, realibus & personalibus, atque mixtis, quæ fuerunt, & sunt, vel esse possent inter nos, & ipsum Regum, occasione quacumque:

Ac tractatum hujusmodi quacumque firmitate vallandi, petendi, stipulandi, recipiendi, retinendi, paciscendi, componendi, transigendi, concordandi, & conveniendi:

Et in certos diem & locum, quibus dictus Rex Franciæ & nos personaliter conveniamus, si expedire viderint, consentiendi, ac eosdem diem & locum nostro nomine acceptandi:

Treugas sive sufferentiam, sub quibuscumque forma vel modo, dicti Procuratores nostri, aut duo ipsorum oportunum viderint, ineundi:

Ac ipsas treugas, sive sufferentiam vallandi, firmandi, & etiam roborandi:

Diem & treugas, seu sufferentiam hujusmodi, semel & pluries, quotiens expedire videbitur, prorogandi:

Quodlibet etiam genus liciti Sacramenti, in animam nostram præstandi;

Ac omnia & singula faciendi, quæ sunt pacis & concordiæ, & ad plenam pacem & concordiam, valeant pertinere, & quæ nos facere possemus, si præsentes essemus, etiam si mandatum exigant speciale.

Volentes omnia & singula, necessaria & utilia ad faciendum & complendum præmissa, & quodlibet præmissorum, pro specialiter expressis & enumeratis haberi.

[illegible], per sex annos in subsidium terræ [illegible] concessæ, per Dominum summum Pontificem deputatis, de præcepto nostro, nomineque nostro recepit,

Ad cujus pecuniæ solutionem dictis patribus, vel eis, in dicta collectionis officia succedentibus, faciendam dictus Comes, per suas, &, pro eodem Comite, Mercatores de Societate Pullicum & * Rembercinorum, de Florentiâ, per ipsorum litteras se obligârunt, * II. 916.

Nosque postmodum litteras nostras de indempnitate fieri fecimus, in hac parte, tam fratri nostro, & Mercatoribus, quàm etiam Collectoribus memoratis, munificentiâ sedis apostolicæ, ut præmittitur, nobis factâ, tanquam ad opus nostrum captâ, & in utilitatem Regni nostri conversâ, sine dubitatione qualibet includuntur,

Propter quod dilectis nobis in Christo.... Abbati de Waltham, & Decano Sancti Pauli London. in dictæ decimæ collectione prædictis Patribus subrogatis, pluries mandavimus, & ipsis, sub forisfactura omnium, quæ nobis forisfacere possent in Regno nostro, præcepto litterisque nostris de indempnitate ac munificentiâ Domini Summi Pontificis, & etiam periculo quod nobis, & hæredibus, ac Executoribus testamenti prædicti fratris nostri, nisi dictæ litteræ celeriùs restituerentur, posset de facili evenire,

Dictas litteras obligatorias, & similiter litteras nostras de indempnitate præfatis Collectoribus, ut præmittitur, factas, quæ penes eosdem Abbatem & Decanum residebant, nobis, absque cujuslibet difficultatis obstaculo, exhiberent & restituerent indilate,

Quibus quidem litteris, nobis tandem per hujusmodi præceptum nostrum exhibitis, ipsas litteras, tanquam specialiter nos tangentes, ratione dictæ pecuniæ summæ, in prædicti Domini Papæ munificentia, ut prædictum est, inclusæ, duximus retinendas, non obstante protestatione per prædictos Abbatem & Decanum prius emissâ de illis litteris rehabendis, quas, ut asserebant, ad inspiciendum nobis tantomodo tradiderant.

Ne igitur iidem, Abbas & Decanus, vel eorum Ecclesiæ, dampnum vel periculum aliquod incurrant imposterum ex hac causa, promittimus pro nobis & hæredibus nostris, eosdem, Abbatem & Decanum, & eorum Ecclesias, versus Dominum Papam ac alios quoscumque super retentione litterarum prædictarum indempnes penitus conservare.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Langele 11. die Februarii.

Per Concilium.

Papæ, & Cardinalibus, littera de Credentia.

Ann. D. 1303. An. 31. E. 1. Rot. Cl. 31. E. 1. m. 16. d.

SAnctissimo in Christo Patri. Domino B. divinâ providentiâ, sacrosanctæ Romanæ, ac universalis Ecclesiæ summo Pontifici, Edwardus, ejusdem gratiâ, Rex Angliæ, &c. devota pedum oscula beatorum.

Accedentibus ad Sanctitatis vestræ præsentiam Venerabili Patre, Domino W. Coventr. & Lichfeld Episcopo Thesaurario nostro, & præcaro nobis Magistro Barthol. de Ferentino Canonico London. (de quorum expertæ fidelitatis constantia, sincera in Domino fiduciâ supportamur) super aliquibus nos contingentibus exposuimus mentem nostram,

Clementiæ vestræ devotâ precum instantiâ supplicantes ut ipsis, vel eorum alteri, vobis hanc litteram præsentanti, super hiis, quæ vobis ex parte nostra duxerint exponenda, plena fide credere dignetur vestra paternitas sacrosancta.

Pro Margareta Regina Angliæ de dotalicio.

REX omnibus, ad quos præsentes litteræ pervenerint, salutem.
Sciatis quod, cum inter Castra, Civitates, Villas, Burgos,
Ann. D. 1303. An. 31. E. 1. Pat. 31. E. 1. m. 35. Firmas, Maneria, & Hundreda, de quibus carissimam consortem nostram Margaretam Reginam Angliæ, ad ostium Ecclesiæ, dotavimus, quando eam desponsavimus, nominaverimus & assignaverimus eidem Margaretæ,

Castrum & Manerium de Monte Gomeri, cum pertinentiis; in valorem quadraginta librarum:

Manerium de Hope cum pertinentiis in Comitatu Cestriæ; in valorem quadraginta librarum:

Manerium de Lymington cum Burgo & aliis pertinentiis suis, in Comitatu Suthampton; in valorem quadraginta librarum:

Manerium de Brummore cum proficuo parci & aliis pertinentiis suis in eodem Comitatu; in valorem quinquaginta librarum:

Maneria de Norton & Bromesgrave cum pertinentiis in Comitatu Wigorn. in valorem centum & duarum librarum:

Et Maneria de Magna Compton cum pertinentiis in Comitatu Warr. in valorem quadraginta & unius librarum:

Habenda & tenenda eidem Margaretæ in dotem seu dotalicium, prout in litteris nostris patentibus de assignatione dotis prædictæ plenius continetur.

Et postmodum dederimus & concesserimus, per Cartam nostram, Edwardo filio nostro carissimo, Principi Walliæ, prædictum Castrum & Manerium de Monte Gomeri, ac Manerium de Hope, cum eorum pertinentiis, habenda & tenenda sibi & hæredibus suis imperpetuum:

Et etiam reddiderimus dilecto & fideli nostro Hugoni de Curteney prædicta Maneria de Lymington & Brummore, cum eorum pertinentiis, quæ sunt de hæreditate ejusdem Hugonis tanquam hæreditatem ejusdem.

Et etiam prædicta Maneria de Norton & Brommesgrave retinuerimus in manum nostram, pro eo quod dilectus & fidelis noster, Edmundus de Mortuo Mari, & hæredes sui certis conditionibus percipient inde per annum centum libras:

Et insuper prædictum Manerium de Magna Compton dederimus & concesserimus dilecto & fideli nostro, Johanni de Mohun, habendum sibi & hæredibus suis imperpetuum, in escambium, pro quibusdam terris & tenementis in Hiberniâ, quæ idem Johannes nobis dedit & concessit, per Cartam suam, habenda & tenenda nobis & hæredibus nostris imperpetuum:

Nos, volentes indemnitati præfatæ Reginæ prospicere, debitamque recompensationem sibi fieri in hac parte,

Loco prædictorum Castri & Manerii de Monte Gomeri, & prædictorum Maneriorum de Hope, Lymington, Brummore, Norton & Brommesgrave & Magna Cumpton,

•II.918. Concessimus & assignavimus eidem Reginæ Castrum & Villam de Berkehamstede, • cum honore, & cum Maneriis, ad eundem honorem spectantibus, & aliis pertinentiis suis, in Comitatu Hertford, & aliis Comitatibus diversis; in valorem sexaginta & duodecim librarum, quindecim solidorum, & decem denariorum.

Manerium de Ryseberge, cum parco & aliis pertinentiis suis, in Comitatu Bük. in valorem quaterviginti & duarum librarum, novem solidorum, & trium denariorum:

Maneria de Dalham & Bradefeld, cum omnibus pertinentiis suis, in Comitatu Suff in valorem quinquaginta librarum:

Castrum & Manerium de Mere, cum parco & omnibus aliis

... a tenyr la dite temporalite, oue les apurtenaunce, de luy, & de ses heyrs, Roys d'Engleterre, par les services de ceo deus & acoustumes, sicum est avantdit.

En temogniaunce de queu choses jeo ay fayt faire chestes letres overtees, selees de mon seel.

Donees a Chambus Ryneth le quint jour du moys de Marz, l'an de grace mil & trois cens & trois.

Literæ ad Imperatorem Tartarorum, & ad Patriarcham Orientis responsoriæ.

EXcellentissimo Principi, Domino Casan, Imperatori Tartarorum, Edwardus, Dei gratiâ, Rex Angliæ, &c. salutem & felices ad vota successus. Ann. D. 1303. An. 31. E. 1. Rot. Cl. 31. E. 1. m. 15. d.

Litteras, quas nobis per Buscarellum de Guissurfo, Nuncium vestrum, latorem præsentium, transmisistis, recepimus; & ea, quæ eædem litteræ continebant, unà cum credentiâ, quam idem Nuncius vester super aliquibus, negotium Terræ sanctæ tangentibus, nobis dixit, ex parte vestrâ, oraculo vivæ vocis, intelleximus diligenter.

Et quia terra Christianorum, versus partes nostras, guerris multipliciter turbata extitit, jam est diu, prout Serenitatem vestram credimus non latere, dictusque Nuncius vester vobis sciet ore tenus plenius aperire, tale consilium, quale vellemus, hactenus apponere nequivimus in dicto negotio Terræ sanctæ:

• Set, cum Dominus summus Pontifex, cum omnipotentis auxilio nos posuerit in tali statu, quod dicto negotio intendere valeamus; scire vos volumus quod libenter eidem negotio, quod præ omnibus aliis negotiis hujus mundi cupimus prosperari, quatenus poterimus intendemus. •II.919.

Dat. apud Westm. 12. die Martii, anno ab Incarnatione Domini 1302.

Ejusmodi Literæ Patriarchæ Christianorum Orientis.

MAgnæ Sanctitatis Viro, & in Christo sibi Karissimo Domino, Dei gratiâ, Patriarchæ Christianorum Orientis, Edwardus, eâdem gratiâ, Rex Angliæ, &c. salutem in eo qui est omnium vera salus. Ann. D. 1303. An. 31. E. 1. ibidem.

Litteras, quas nobis per Buscarellum de Guissurfo, Nuncium vestrum, latorem præsentium, *&c. ut supra*.

Civitatibus Vasconiæ, de Credentia pro Amadeo Comite Sabaudiæ, & aliis Nunciis.

REX Majori, Juratis, & Communitati de Monte Flankyn, salutem. Ann. D. 1303. An. 31. E. 1. Rot. Aleman. 31. E. 1. m. 5.

Cum ad partes Vasconiæ dilectos & fideles nostros, Amadeum Sabaudiæ, & Henricum de Lacy Lincolniæ Comitem, Consanguineos nostros: & Ottonem de Grandissono Militem, nostros speciales Nuncios destinemus,

Vos rogamus quatenus præfatis Nunciis nostris, vel duobus eorum, in his quæ vobis ex parte nostra duxerint exponenda, fidem indu-

inhibendo omnibus & singulis de Civitatibus, Burgis, Villis, Mercatoriis, & locis prædictis, quod nullus eorum, sub pœnâ amissionis corporis & bonorum, Regi Franciæ, hominibus, subditis, aut terris suis, seu illis, qui de novo, post tractatum habitum Ambiani, parti Regis Franciæ adhæserunt, dampnum aliquod inferat aut gravamen, per terram vel per mare, durante termino prorogationis prædictæ:

Et hoc, sicut nos, & honorem nostrum, ac commodum Regni nostri diligis, cum omni celeritate & diligentiâ exequaris.

Teste Rege apud Hunteyngdon. 22. die Martii.

Consimiles litteræ diriguntur singulis Vicecomitibus per Angliam, & aliis subscriptis, videlicet,

Roberto de Burghersh Constabulario Castri Regis Dovor, & Custodi Quinque Portuum Regis, quod in singulis portubus prædictis, & locis aliis infra Ballivam suam quibus, &c. inhibentes omnibus, &c. Et hoc sicut, &c. cum omni celeritate & diligentia quibus poterit exequi non tardet.

Teste ut supra.

Majori & Ballivis Portûs Dovor.
Majori & Ballivis Portûs Regis de Whynchelse.
Majori & Ballivis Portûs Regis de la Rye.
Majori & Ballivis Portûs Regis de Sandwyco.
Majori & Ballivis Portûs Regis de Faversham.
Ballivis Portûs Regis de Pevense.
Ballivis Portûs Regis de Romenhale.
Ballivis Portûs Regis de Heth.
Ballivis Portûs Regis de Hastingges.
Quod in portubus prædictis dictam prorogationem, *&c. ut supra.* Et hoc, &c. exequi non tardent.

Edwardo Principi Walliæ, & Comiti Cestriæ, filio Regis carissimo, quod in Civitatibus, Burgis, Villis, Mercatoriis, Portubus, & locis aliis, quibus viderit expedire in terrâ suâ Walliæ & Comitatu Cestriæ prædictis, dictam prorogationem sufferentiæ, *&c. ut supra.* Et hoc, &c. exequi non tardet.

Johanni Wogan Justiciario Regis Hiberniæ, quod in Civitatibus, Burgis, Villis, Mercatoriis, Portubus & singulis aliis locis, infra terram Regis Hiberniæ, quibus, &c. dictam prorogationem, *&c. ut supra.*

Johanni de Hastinges, Senescallo Regis Vasconiæ, quod in Civitatibus, Burgis, Villis, Mercatoriis, Portubus & singulis aliis locis, in Ducatu prædicto, quibus, &c. dictam prorogationem, *&c. ut supra.*

Majori & Ballivis Regis de Berewik super Twedam, quod in Villâ suâ prædictâ dictam prorogationem, *&c. ut supra.*

Majori & Ballivis de Magna Jernemuth, quod in Villâ suâ prædictâ dictam prorogationem, *&c. ut supra.*

Teste ut supra.

Ratificatio Prorogationis Treugarum inter Reges Angliæ & Franciæ.

Vacat quia restituta fuit & cancellata.

LE Roi a touz ceus, qi cestes presentes lettres verront ou orront, salutz. Ann. D. 1303.

Sachez nous aver regarde, e entendu les lettres de nos amez & feaus, Amez Count de Sauvoie, Henri de Lacy Count de Nichole, e Otes de Graunsonn Chivaler, en la forme que s'ensent. *Edw. I. An. 31. E 1. Rot. Aleman. 22. E. 1.*

A tous ceaus, qui cestes presentes lettres verront ou orront, Amez Count de Sauvoie, Henri Count de Nichole, e Otes de Grantsonn Chivaler, Messages e Procureurs nostre treschere Seigneur Edward, par la grace de Dieu, Roi d'Engleterre, Seigneur d'Irland, & Duc d'Acquitaigne, salutz.

Nous fesoms a saver qe nous, d'une part, e les Messages e Procureurs de Excellent Prince Phelip, par la grace de Dieu, Roi de France, d'autre, envoierz e deputetz des ditz Roys pur treiter de pees, sur les discordz qe demorent a apaiser entre eux,

Le terme, qe nous, e les autres Messages, e Procureurs dez ditz Roys, d'une partie e d'autre, preismes e acordasmes a Amyens, li queux deit durer jesqes a Pasches proscheins avenir,

Avoms purloigne, de commun acord, pur le profist de la busoign, jesqes a la Pentecost proschein ensuaunt, en la manere, e en la forme, sur les condicions, sur les covenaunces, & sur les promesses qui furent mises e acordes en traitie d'Amiens, sicome eles sont plus pleinement contenues es lettres faites sur ceo, selees de nos seals, e des autres Messages & Procureurs des ditz Rois.

E est acorde, de cea e dela, que l'en ne fera mal, grief, ne damage, pendant le dit terme de Pentecost, a ceus de Burdeus, ne a la Ville, ne a leur choses, ne a leur Suivantz, qui se sont tenutz ovek eus puis l'acord d'Amiens, ne ausint a ceus qui se sont tenutz de la partie du dit Roi de France, puis le dit acord:

E, s'il fesoient grief, mal, ou damage, l'en le fra amender de cea, e de la, e remettre en estat due.

Et etiam quod Naves illæ, ita munitæ, promtæ esse debent & paratæ ad eundum in Flandriam, in subsidium dicti Regis Franciæ, citra Festum Sancti Johannis Baptistæ proximo futurum, in quantum per nos & gentem nostram consilium, de die in diem, apponere poterimus bono modo.

Et

De Sandwico, *Faversham*,
Wynchelse, *Hastinge*,
Romehale, *Southampton*. &
Hethe, *Portesmuth*.
La Rie,

REX Vicecomiti Kantiæ, salutem.

Cum concesserimus, &c. *ut supra*. prout, &c. plenius continetur,

Tibi præcipimus, firmiter injungentes, quod in isto negotio, & omnibus idem negotium contingentibus, sis præfatis, Roberto, Rogero, & Petro, vel duobus eorum intendens, faciensque, & corditer assumens quicquid iidem Robertus, Rogerus, & Petrus, vel duo eorum, ex parte nostra, plenius tibi dicent,

Ita quod istud negotium per tui defectum nullatenus retardetur.

Teste Rege ut supra.

Eodem modo mandatum est Vicecomitibus *Surr. & Suffex. & Suthampt.*

III. 944. * *De Maritagio filii Regis cum Isabella filia Regis Franciæ, & hominibus Vasconiæ jurandis.*

Ann. D. 1304. An. 32. E. 1. Rot. Vascon. 32. E. 1. m. 31.

REX dilecto & fideli suo, Johanni de Hasting, Senescallo suo Vasconiæ, salutem.

Cum per ordinationem, dispositionem, & pronunciationem, fœlicis recordationis, Domini Bonifacii, Papæ octavi,

In quem, per magnificum Principem Dominum Philippum Regem Franciæ illustrem ex parte unâ, & nos ex alterâ, super omnibus & singulis discordiis, guerris, litibus, controversiis, causis, quæstionibus, dampnis & injuriis, inter dictum Regem & nos dudum exortis, de alto & basso extitit compromissum,

Edwardus, filius noster primogenitus, cum Isabellâ, dicti Regis Franciæ filiâ, cum ad nubilem ætatem pervenerit, aut infra quatuor menses postquam, super hoc, per ipsum Regem Franciæ requisitus fuerit, matrimonium contrahere teneatur,

Ac nos, ad hujus rei firmitatem, per nos, vel alium, sufficientem ad hoc habentem potestatem, omnibus Nobilibus, Communitatibus, & Universitatibus Villarum terræ nostræ Vasconiæ, ad requisitionem gentium dicti Regis Franciæ, præcipere teneamur, ut ipsi promittant, & jurent, quod dicto Regi Franciæ, & successoribus suis, tanquam Domino suo, sine medio, adhærebunt, obedient, & intendent: & Regem Franciæ contra nos, & filium nostrum, & nostros juvabunt, nec obedient in aliquo nobis, aut filio nostro, nec nos quoquo modo juvabunt, si forsitan remanserit, per nos, & filium nostrum supradictum, aut alterum nostrûm, quod dictum maritagium non fiat quamcito dicta Isabella ad dictam pervenerit ætatem, aut infra quatuor menses, postquam ex parte dicti Regis Franciæ inde fuerimus requisiti:

Vobis mandamus quòd Nobilibus, Communitatibus, & Universitatibus prædictis, cum per gentes Regis Franciæ super hoc fueritis requisiti, præcipiatis ex parte nostrâ, ut promittant, & jurent in forma superius annotatâ.

Dat. apud Donary in Scotiâ decimo die Aprilis, anno Regni nostri tricesimo secundo.

Per breve de privato Sigillo.

Eodem modo scribitur singulis Vicecomitibus per Angliam.

Eodem modo mandatum est subscriptis, videlicet;

Roberti de Burghersh, Custodi Quinque Portuum, firmiter injungentes quod in Portubus prædictis, & aliis locis, &c. Et hoc, &c. nullatenus omittat.

Johanni Wogan, Justiciario Hiberniæ, vel ejus locum tenenti, firmiter, &c. quod in Civitatibus, &c. per totam terram Hiberniæ, &c.

Edwardo Principi Walliæ, & Comiti Cestriæ, filio Regis karissimo, vel ejus locum tenenti, quod in Civitatibus, &c.

A. Dunelmensi Episcopo, vel ejus Senescallo, quod in Civitatibus, &c. per totam libertatem suam Dunelmensem.

De navibus congregandis in auxilium Regis Franciæ.

REX dilectis & fidelibus suis, Roberto de Burghersh, Rogero de Sauuage, & Petro de Donewico, salutem. Ann. D. 1304.

Sciatis quod cum concesserimus dilecto Philippo, Regi Franciæ An. 32.
illustri, Consanguineo nostro carissimo, quod provideri & congre- E. 1.
gari faciemus in portu nostro de Sandwico, viginti naves bonas Pat. 32.
competentes, bene & sufficienter munitas hominibus defensabilibus, E. 1. m.
&c. *prout supra, de navibus parandis usque hæc verba, viz.* 32.

Assignavimus vos, & duos vestrûm, ad providendum, vel ad faciendum provideri & congregari, in portu prædicto, dictas viginti naves de majoribus, melioribus, & magis sufficientibus, quas invenire poteritis, vel habere in omnibus villis quinque portuum nostrorum, vel alibi versus Austrum, per totam costeram maris à London. usque ad Insulam Vectam (exceptâ Villâ Dovoriæ) majori festinatione quâ poteritis bono modo; ita videlicet quod quælibet navis sit bona, & competens, & bene, & sufficienter munita quadraginta hominibus defensabilibus ad minus, & aliis pro facto guerræ necessariis.

Et ideo vobis mandamus quod negotium prædictum exequamini in formâ supradictâ.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Sandford, nono die Aprilis.

Pro Johanne Duce Britanniæ de terris restitutis.

REX omnibus, ad quos, &c. salutem. Ann. D.

Sciatis quòd cum, in formâ pacis, inter Excellentissimum 1304.
Principem, Philippum, Regem Franciæ illustrem, Consanguineum An. 32.
nostrum karissimum & nos, super discordiis & guerris, motis inter E. 1.
eundem Regem & nos, initæ & firmatæ, contineatur Pat. 32.

Quod omnes terræ & redditus hominum & subditorum dicti E. 1. m.
Regis Franciæ, per nos aut nostros, occasione dictæ guerræ, in 18.
manum nostram capti, occupati, seu detenti fuerint, religiosorum aut aliorum quorumcumque, plenarie & integre illis, quorum fuerunt, ante captionem eorumdem in manum nostram, à vicesimo die Maii,

... rogamus, quatinus di-
ctum Episcopum, & suos, ipsiusque Episcopatum & negotia, in vestræ Sanctitatis præsentiâ promovenda, habere dignemini favore propitio commendata.

Sicque dignetur vestræ Beatitudinis Clementia, quæ digna dignis retribuere consuevit, præfati Episcopi & Ecclesiæ suæ negotia feliciter expedire, meritorum ejus obtentu, nostrique rogaminis interventu, ut ex hoc uberioris gratiæ fructum ab immensæ liberalitatis vestræ munificentiâ se gaudeat reportâsse.

Sanctissimam personam vestram conservet altissimus, ad regimen Ecclesiæ suæ sanctæ, per tempora prospera & longæva.

Dat. apud Strivelyn primo die Maii.

Ad Flandrenses super negotio Mercatorum.

Ann. D. 1304. An. 32. E. 1. Rot. Cl. 32. E. 1. m. 11. d.

EDward, &c. a noble homme, Monsire Phelipe, filz au Conte de Flandres, Conte de Thiette e de Laurech, as Escuuinages, e as Consalx des cink bones villes de Flandres, saluz.

Nous avoms vos lettres receuës: par les quieles vous nous avetz priez, que nous vousissoms suffrir que les Marchandz de Flandres puissent, de leur biens, paisiblement, e sanz empeschement marchander e nostre Roiaume.

Mes, pur ceo que ceo serreit contre la forme de l'alliance, acordee, faitee, e jurge entre le Roi de France e nous, si nous grantissons que ses contraires, marchandz ou autres, repairassent dedenz nostre poer, sicome nous entendoms que vous ben sauetz.

Si ne pooms a vostre Priere entendre quant a ores; totevoies, pur ceo que nous ne voliens mie q'il fuissent en nostre terre surpris de leur cors, ne de leur biens, si lor avoms suffert de Marchander, e de faire lor profit si longement, come nous avoms peu, & uncore suesfroms souealx jusqes a la Nativite de la Seint Johan le Baptistre prochein avenir; e plus avant nous ne purrons, sanz venir apurtement contre nostre serment, e nostre promesse, la quieu chose nous ne friens en nule manere, si come il en ont este garniz des piezca.

Mes bien voloms que vous sachetz, que entur ceo, que vous, e eux eussetz amor & paes au dit Roi de France, en aucune bone manere, nous travaillerions volontiers, e bonement y entendroms au plus tost, que nous veiroms lieux e temps.

Don. a Estryvelyn le 8. jour de Juyn, l'an de nostre Regne 32.

---

* II. 947. * *De juramento fidelitatis per Comitissam Fuxensem præstito.*

Ann. D. 1304. An. 32. E. 1. Rot. Vasc. 32. E. 1. m. 31.

REX omnibus, ad quos, &c. salutem.

Cum dilecta Consanguinea nostra Margareta, Comitissa Fuxen. & Vicecomitissa Bearn. sacramentum fidelitatis nobis nuper Tholose præstiterit, coram dilectis & fidelibus nostris, Amadeo Sabaudiæ, & Henrico Lincolniæ, Comitibus, Consanguineis nostris karissimis, & Ottone de Grandisono Milite, Procuratoribus & Nunciis nostris ad hoc specialiter constitutis:

Nolentes sibi ex hoc imposterum præjudicium generari, volumus & concedimus quod præfati, Comitissa & Hæredes sui, dictum juramentum fidelitatis in loco, ubi antecessores ipsius Comitissæ illud consueverunt facere, & non alibi, nobis & hæredibus nostris de cætero facere teneantur; & quod prædictum juramentum, Tholose

nobiscum retinuimus usque modo.

Vestræ igitur Clementiæ devotis precibus supplicamus quatinus hujusmodi moram Cardinalis prædicti habere dignemini, si placet, nostri intuitu favorabiliter excusatam.

Conservet, *&c. ut supra.*

Dat. &c. ut supra.

Pro Johanne Wrotham commendatoria.

PApæ Rex, *&c. ut supra.* Ann. D. 1304. An. 32. E. 1. Ibidem.

Prompta & grata, quæ dilectus nobis in Christo, frater Johannes de Wrotham, qui de hospitio nostro extitit & existit, nobis abolim laudabiliter impendit obsequia, meritò nos excitant & inducunt, ut ipsum specialis favoris gratia prosequamur, & ipsius honorem & commodum cum ea, qua possumus, instantia procuremus.

Quapropter eundem fratrem Johannem, cujus mores & merita laudabilia satis novimus, jam est diu, piè Paternitati vestræ recommendandum duximus per præsentes;

* Humiliter supplicantes quatinus eidem fratri Johanni, tanquam illi de quo plenam confidentiam optinemus, super negotiis, quæ pro nobis & nostris in vestræ Sanctitatis præsentiâ habuerit expedire, nostri intuitu, exhibere dignemini specialem gratiam & favorem, ita quod, ex hoc reddi debeamus vestris beneplacitis meritò promptiores. * II. 948.

Conservet, &c.

Dat. &c. ut supra.

Ad Papam pro Adam Hodelston.

PApæ Rex, *&c. ut supra.* Ann. D. 1304. An. 32. E. 1. Ibidem.

Dilectum & fidelem nostrum, Adam de Hodelston, Militem, in negotiis, quæ in vestræ Sanctitatis præsentia habuerit expedire, prosequi cupientes gratiâ & favore, eundem Militem, & ipsius negotia vestræ piæ Paternitati recommendanda duximus per præsentes:

Rogantes attentè quatinus eidem, super negotiis prædictis, quæ præsentium bajulus vobis aperiet vivâ voce, exhibere dignemini, amore nostri, gratiam & favorem.

Conservet, &c.

Dat. &c. ut supra.

Pro Johanne Wrotham ad Carolum Regem Siciliæ, & ad Cardinales recommendatoria.

SAnctissimo Principi, Domino Karolo, Dei gratia, Jerosolim. & Siciliæ Regi illustri, Consanguineo & amico suo karissimo, Edwardus, eâdem gratiâ, &c. salutem & felices semper ad vota successus. Ann. D. 1304. An. 32. E. 1. Rot. Cl. 32. E. 1. m. 10. d.

Prompta devotio dilecti nobis in Christo fratris, Johannis de Wrotham, exhibitoris præsentium, qui de domo & familia nostra diu extitit & existit: ipsiusque grata & laudabilia obsequia, nobis abolim impensa, nos sollicitant & inducunt ad augmentationem honoris & commodi sui cum diligentiæ studio procurandam.

Ipsum

Episcopis,
Domino P. Sabynen.
Domino T. Civitatis Papalis,
Domino N. Hostien. & Velletren.
Domino L. Albanen.
Domino J. Tusculan.

Presbiteris Cardinalibus,
Domino J. Tituli Sanctorum Marcellini & Petri,
Domino G. tituli Sancti Martini in Montibus,
Domino R. tituli Sanctæ Potentianæ,

Diaconis Cardinalibus,
Domino J. Sancti Gregorii ad Velum aureum.
Domino L. Sanctæ Mariæ in via lata,
Domino R. Sancti Eustachii,
Domino N. Sancti Adriani,
Domino L. Sancti Angeli,
Domino F. Sanctæ Luciæ in Silice,
Domino F. Sanctæ Mariæ in Cosmedyn,
Domino M. Sanctæ Mariæ in Porticu.
Domino W. Sancti Nicholaii in Carcere Tulliano.

Domino --- Episcopo Spoletano, Domini Papæ Camerario.
Domino Parmen. Episcopo, Sedis Apostolicæ Vicecancellario.

Et in istis duabus litteris præponitur Rex Episcopis, quia non sunt Cardinales.

Pro Civitate Baionæ, de constanti Servitio suo.

Ann. D. 1304. REX dilectis & fidelibus suis, Majori, Juratis, Civibus, ac toti Communitati Civitatis suæ Baion. salutem.

An. 32. E. 1. Rot. Vascon. 32. E. 1. m. 31. Qualiter dudùm, in guerrâ nostrâ Vasconiæ, nobis & Nobilibus Regni nostri, urgentibus negotiis nostris, pro expeditione dictæ guerræ, magnas pecuniæ summas fecistis diversis vicibus mutuò liberari (de quibus Procuratoribus vestris in Angliâ, nomine vestro, satisfecimus) memoriter retinentes.

Vobis de dictâ gratitudine vestrâ, ex intimo cordis grates referimus speciales; vestræ amicitiæ significantes, quod vobis teneri volumus, temporibus oportunis, in omnibus, quæ vestrum respicere poterunt commodum & honorem.

Habemus enim pro constanti, quod ex vestræ fidelitatis constantiâ & juvamine gratuito, de quibus semper fiduciam habuimus & habemus, ad nostri & vestri honorem, est subsecutus dictæ guerræ effectus fœlicior atque finis.

Præterea scire vos volumus, est vobis innotescimus per præsentes, quod dilectus nobis Johannes de Lasco, Procurator & concivis vester in prosecutione negotiorum vestrorum, bene & fideliter cum magnâ diligentiâ se habebat, de quo ipsum vobis specialiter commendamus.

Dat. apud Stryvelyn in Scotiâ, 1. die Julii.

eosdem, ac ipsorum contumacias reprimendas, necnon ad corrigendum eorumdem enormes excessus, prout ad ipsum, ratione Dominii, licuit,

Illud Regnum, scilicet, terram suam propriam Scotiæ est ingressus,

Inter quos vibrante Regali potentia & Regio Brachio in manu virili protenso, iidem Prælati Comites Barones Milites, Communitates & incolæ, post aliquorum temporum intervalla, omnes & singuli (quibusdam duntaxat subscriptis, qui tunc temporis rebelliter Castrum Stryvelyni tenebant, exceptis) ad cor reversi, & inducti spiritu saniori,

Eundem Dominum Regem Angliæ eorumdem Regem, ac etiam Regni Scotiæ proprium & ligium Dominum cognoverunt: Ac ipsum in talem, ut decuit, admiserunt: Ad ipsius obedientiam, voluntatem & Dominium revertendo; ac, considerata eadem rebellione per ipsos, eidem Domino Regi satisfactionem pro commissis & redemptionem pro ipsorum terris & possessionibus, prout ipsius Regiæ voluntati placuerat, capiendas humiliter offerendo.

Crescente itaque tenentium Castrum prædictum dira contumacia & superbia, qui illud (post mandata, monitiones, & præcepta, diversas, & diversa, eisdem ex parte ipsius Regis factas, & facta, de liberando & reddendo eidem Regi sæpiùs ipsum Castrum) liberare, restituere ac tradere contemptibiliter recusârant; quin potius, gravamina gravaminibus cumulantes, dictum castrum contra ipsum Regem munire: Ac Regi subditos & subjectos destruere, perimere, & spoliare fecere; necnon, velut insani, & rabie canina detenti, in atrociori perseverantes pernitia, se ipsi incorrigibiles totaliter reddidere.

Propter quod idem Dominus Rex (convocatis utriusque Regni proceribus, & cum eis consilio habito super illatis gravaminibus prænotatis) tandem illis, per eosdem proceres (ipsorum malefactorum culpâ, inobedientiâ consideratis pariter & offensâ) abjudicatis & à Regno Scotiæ utlegatis; idem postmodum Dominus Rex, eorumdem procerum ductus consilio, ad illud Castrum cum utrorumque procerum ipsorum potentia properavit.

Et, illo per ipsos obsesso, tandem, pluribus dierum transactis temporibus, ipsum Castrum tenentes ad pœnitentiam convolârunt, & rogârunt, per quosdam magnates obsessûs Regis ejusdem, eundem Dominum Regem caritativè requiri, ut se, sua corpora, & Castrum valerent prædictum, altè basse, suæ Regiæ, & absque conditione qualibet, reddere voluntati, & quod sic eos accipere tunc placeret.

Post quæ, projectis statim per eosdem rebelles per plures dies armis ac defensionum clipeis eorumdem, idem Rex, motus postmodum pietate, ad ipsos quosdam subscriptos de suo consilio demandavit.

Et, propter hoc, anno Incarnationis Dominicæ millesimo, trecentesimo, quarto: Indictione secundâ 24. die Mensis Julii; in vigilia Sancti Jacobi Apostoli, in præsentiâ mei Notarii infrascripti, & Testium subscriptorum, ad hæc vocatorum specialiter ac etiam rogatorum, constituti in quadam valle, super quodam itinere, quod se ducit ad quandam Portam Castri Stryvelyni, in Scotiâ, Dioc. Sancti Andreæ, ad mandatum Domini Regis prædicti,

Nobiles Viri ac Discretæ, Domini,

Radulphus de Montebermeri, Gloucestriæ, &
** Ricardus de Burgo de Ultonia, Comites:* * II. 951.
Necnon Eustaichius le Poorr,
Johannes Botecourte, ac

Jo-

secum adducere de ipso Castro voluerit) ad ipsum accedat confestim; set reliquos populares in eodem Castro usque in Crastinum voluit remanere.

Quibus per ipsum Constabularium intellectis, viginti quinque personas de ipso Castro secum eduxit (quorum unus, ordinis Sancti Dominici prædicatorum, & alius de domo de Kelshou, fuere) quos, (Clavibus portarum Castri ejusdem primitùs ultra Murum ipsius projectis, ac traditis per eundem Castri Constabularium Nobili viro Domino Johanni Lovel Militi, Constabularii Angliæ locum tenenti, recipienti easdem nomine Regis Angliæ supradicti) usque ad tunicas denudatos, zonis projectis (dictis Religiosis exceptis) quos, unà cum aliis, sparsis crinibus, flexis genibus, & eorum junctis manibus, & coram eodem Rege etiam elevatis, unà secum suam eidem Regi suo Domino ligio confitentes culpam, offensam, injuriam, inobedientiam & reatum, tremulos & quasi cum lacrimis, præsentavit; reddens se eidem Regi ac voluntati ipsius, ac alios præsentes, necnon omnes alios & singulos, in Castro morantes prædicto, tanquam Capitaneus eorundem; necnon & ipsi præsentes se ipsos sicut & alii cum gemitibus & suspiriis reddiderunt; ita videlicet quod idem Dominus Rex, ut Dominus ligius eorumdem, de ipsis, & de corporibus eorem, necnon de terris, redditibus, juribus, possessionibus, rebus mobilibus & immobilibus, tam extra illud Castrum, quàm in eodem Castro existentibus quibuscumque, posset altè, bassè, purè, simpliciter, absolutè & sine omni conditione ordinare, dicere, & facere quod suæ placeret Regiæ voluntati, ipsum humiliter implorando ut ipsam redditionem sic vellet admittere, & largitionem eis alicujus partis suæ gratiæ, quam se non mereri dicebant, misericorditer ex benignitate Regiâ impertiri.

Unde, commotis visceribus Regiis super eos, idem Rex, per locum Marescalli tenentem, præcepit eosdem absque vinculis ferreis custodiri.

Nomina eorumdem, qui se Domino Regi præsentârunt præscri-
*II. 952. pto, & eidem, ut præmittitur, reddiderunt, sunt hæc, *

DOMINI, *Willielmus Olyfard,* *&* *Willielmus de Dupplyn, Milites:*
Fergus de Ardrossan &
Robinus de Ardrossan frater ejus,
Willielmus de Rameseya,
Hugo de Rameseya,
Radulfus de Halcburton,
Thomas de Knellkulle,
Thomas Lyllay,
Patricius de Polleworche,
Hugo Olyfard,
Walterus Olyfard,
Willielmus Gyffard,
Alanus de Vypont,
Andreas Wychard,
Godefridus le Botiller,
Johannes le Naper,
Willielmus le Scherere,
Hugo le Botiller,
Johannes de Kulgas,
Willielmus de Anant,
Robertus de Ranfru,
Walterus Taylleu,
Simon Larmerer,
Frater Willielmus de Keth ordinis sancti Dominici prædicatorum, &
Frater Petrus de Edereston de domo de Kelson ordinis sancti Benedicti.

Acta sunt, ut præmittitur, suprascripta apud Stryvelinum, anno, Indictone, & die, præscriptis.

Præsentibus,

Nobilibus Viris discretis & Dominis,

Aymaro de Valentia,
Marchione de Montemartini, ac
Galfrido de Segreve militibus,
Necnon Waltero de Bedewynde,
Petro de Colyngeburn,
Johanne de Obluni ac
Alexandro de Bykenore Clericis.

Ducatu prædicto, quæ, occasione guerræ, inter dictum Regem Franciæ & Nos dudum motæ, in ipsius Regis manibus extiterunt, legitimoque impedimento cessante,

In Festo Nativitatis beatæ Virginis, proximò post reformationem pacis prædictæ, convenissemus cum dicto Rege Franciæ personaliter Ambiani, ad complendum & firmandum, unà cum eodem Rege,
ea quæ ad reformationem pertinent dictæ pacis: Et ad faciendum * *II. 953.
eidem Regi homagium, tanquam Dux Aquitanniæ, & Par Franciæ, pro Ducatu prædicto:

Vel quod mittere teneremur carissimum filium nostrum Edwardum, Principem Walliæ, Comitem Cestriæ & Pontivi, ad locum prædictum, ad præsentiam dicti Regis, cum sufficienti mandato, & plenariâ potestate, fidelitatem dicto Regi, pro Ducatu prædicto, nostro nomine faciendi:

Et similiter perficiendi & complendi, pro nobis & nostro nomine, ea quæ ad reformationem pacis prædictæ pertinent, si forte nos in hac parte contingeret impediri, prout in litteris super reformatione pacis prædictæ, hinc inde confectis, pleniùs continetur:

Ac nos hactenus fuerimus, & adhuc simus impedimento legitimo detenti, quo minus ad locum prædictum, ad præmissa facienda, potuimus, vel possimus personaliter nos transferre:

Volentes ea, quæ in dictæ pacis reformatione continentur, quantum ad nos pertinent, firmiter in omnibus observari, præfatum filium nostrum verum & legitimum Procuratorem nostrum facimus, constituimus, & etiam ordinamus:

Dantes eidem plenam & liberam potestatem, ac speciale mandatum, fidelitatem pro dicto Ducatu præfato Regi apud Ambianum, in formâ præmissâ, pro nobis & nostro nomine, faciendi: Ac etiam quodlibet genus liciti Sacramenti, ad dictæ pacis confirmationem necessarii, in animam nostram præstandi; necnon omnia alia & singula faciendi, quæ ad firmitatem & corroborationem pacis prædictæ quoque modo poterunt pertinere.

Ratum habituri, & firmum, pro nobis & hæredibus nostris, quicquid per prædictum filium nostrum, actum, gestum & factum, seu procuratum fuerit in præmissis, & quolibet præmissorum.

Et hoc omnibus, quorum interest, vel interesse potest, aut poterit in futuro, significamus per has litteras nostras patentes, sigilli nostri munimine roboratas.

Dat. apud Akle 27. die Septembris, anno Dom. 1304. Regni verò nostri 32.

De Palefridis & Expensis, pro Edwardo filio Regis.

REX dilectis sibi, Berto Penuchii, Stoldo de Friscobaldis, Coppo Cotenue, & sociis suis Mercatoribus, de societate Friscobaldorum de Florentia, London. commorantibus, salutem. Ann. D. 1304.

Cum Edwardus, Princeps Walliæ, & Comes Cestriæ, Pontivi, & Monstrolli, filius noster karissimus, pro quibusdam arduis negotiis, nos & ipsum tangentibus, necesse habeat ad partes Franciæ se transferre. *An. 32. E 1. Pat. 32. E. 1. m. 4.*

Vobis mandamus, rogantes quatinus eidem filio nostro pro palefridis, & aliis minutis, quibus indiget, necnon pro expensis suis versus partes prædictas, usque ad summam duorum milium marcarum, absque difficultate qualibet nomine mutui liberetis:

Et nos vobis de dicta summâ pecuniæ, cum eam ei liberaveritis, & nobis inde constiterit, satisfacere volumus, ut tenemur.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Northalverton, primo die Octobris.

Per breve de privato sigillo.

Principis transfretabunt, quod ipsi, secundum ordinationem vestram, Adomari de Valentia, & Guidonis Ferre, aut duorum ex vobis, unà cum illis qui expensas Hospitii dicti Principis sunt facturi, omnia necessaria, ut prædictum est, sibi faciant ministrari,

Vobis mandamus quod, circa misas & expensas prædictas, talem ac tantam diligentiam & sollicitudinem apponatis, quod industriam vestram debeamus in hac parte merito comendare.

Teste Rege apud Fymmer 14. die Octobris.

Consimiles litteræ diriguntur dilecto Consanguineo & fideli Regis Adomaro de Valentia, & Guidoni Ferre.

Teste Rege ut supra.

Super dictis Expensis sive Misis ordinandis.

Ann. D. 1304. *An.* 32. E. 1. *ibidem.* REX dilecto sibi Willielmo Blyburg, salutem.

Cum sit intentionis nostræ, *&c. ut supra.*

Quod ipsi, secundum Ordinationem dilectorum & fidelium nostrorum, Johannis de Britania Nepotis nostri karissimi, Adomari de Valentia, & Guidonis Ferre, aut duorum ex ipsis, unà vobiscum, omnia necessaria, ut prædictum est, eidem Principi faciant ministrari.

Vobis mandamus, firmiter injungentes, quod de misis & expensis prædictis, secundum ordinationem dictorum, Johannis, Adomari, & Guidonis, aut duorum ex ipsis, ita circumspecte & provide faciatis, sicut coram nobis volueritis respondere, & ne possitis in hac parte meritò reprehendi, quin potius debeamus vestram diligentiam comendare.

Teste Rege ut supra.

Consimiles litteræ diriguntur Waltero Renaud.

Teste Rege ut supra.

De Electo Eborum ad Curiam Romanam profecturo.

Ann. D. 1304. *An.* 33. E. 1. Rot. Claus. 33. E. 1. m. 22. d. MEmorandum quod Magister Willielmus de Grenefeld, Canonicus Eborum, & Cancellarius Regis, in Archiepiscopum Eborum electus die Martis proxima post Festum Natalis Domini, videlicet, in Festo Sancti Thomæ Martiris, anno Regni Regis Edwardi tricesimo tertio, in Camera Domini Regis apud Lincolniam,

Dixit Domino Regi, coram Consilio suo ibidem, quod oportuit ipsum, pro negotio electionis prædictæ, die Jovis proximo sequenti, versus Curiam Romanam arripere iter suum, & quod de Custodia sigilli ordinaret & suam diceret voluntatem:

Qui quidem Dominus Rex incontinenti Dominum Willielmum de Hameltom, Decanum dictæ Ecclesiæ Eborum, pro Custodiâ prædictà elegit, & suum Cancellarium nominavit:

Et præcepit prædicto Electo, quod dictum Sigillum, in Garderoba, usque adventum prædicti Domini Willielmi, custodiendum sub Sigillo Dominorum Adæ de Osgoteby, Willielmi de Birlay, * II. 955. * & Roberti de Bardelby, Domino Johanni de Benstede in Crastino, liberaret;

Qui quidem Electus dictum sigillum, in prædicto Crastino, præ-

Ejusmodi Litera pro eodem ad Cardinales.

VEnerabilibus in Christo Patribus, Episcopis, Presbiteris, & Diaconis, Dei gratiâ, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, Amicis suis karissimis, Edwardus, eadem gratiâ, Rex Angliæ, &c. salutem & sinceræ dilectionis affectum. Ann. D. 1304. *An.* 33. E. 1. *Ibidem.*

Vacante nuper, *&c. ut supra*, desiderantes augmentum,

Paternitates vestras omni, quâ possumus, instantiâ deprecamur, quatinus, præmissis benignâ meditatione pensatis, præfatum Electum, qui pro confirmationis & consecrationis munere ad Apostolicam sedem accedit, recipientes, si placet, nostri intuitu, gratiose, sic eum, in ipsius prosecutione negotii, habere velitis affectu benivolo commendatum, ac operum patrocinii gratiâ confovere,

Quod suæ intentionis effectum, per vestrum præsidium, faciliùs & celeriùs assequatur; nosque, ob inde, ad vestras & vestrorum oportunitates reddamur, omni tempore, promptiores, non sine multimodis actionibus gratiarum.

Dat &c. ut supra.

Consimilis Litera Matheo Sanctæ Mariæ in Porticu Diacono Cardinali.

VEnerabili in Christo Patri M. Dei gratiâ, Sanctæ Mariæ in Porticu Diacono Cardinali, amico suo karissimo, Edwardus, eâdem gratiâ, &c. salutem & sinceræ dilectionis affectum. Ann. D. 1304. *An.* 33. E. 1. *Ibidem.*

Eo affectuosiùs pro dilecto Clerico & Cancellario nostro, Magistro Willielmo de Grenefeld, vobis scribimus, quo ipsum, suis exigentibus meritis, majori affectione prosequimur, & quo potius * honoris sui & commodi desideramus augmentum. * II. 956.

Cum itaque prædictus Cancellarius noster, in Eborum Ecclesiæ Archiepiscopum & Pastorem, per Decanum & Capitulum ejusdem Ecclesiæ, concorditer sit electus:

Nos, qui ejus conversationem laudabilem, & evidentem prærogativam virtutum, visu & auditu, ac familiari & domesticâ experientiâ, novimus:

Ipsumque aliàs eminenti litterarum scientiâ præditum, & expertâ industria in spiritualibus & temporalibus circumspectum, veridico testimonio attendentes:

Necnon & devota obsequia, nobis, & Regno nostro utiliter per eum impensa, & quæ impendi poterunt in futurum diligenti meditatione pensantes;

Arbitramur non tam honestum, quàm debitum, ut ad suum honorem & commodum procurandum promptis affectibus intendamus.

Sane cum præfatus Electus pro confirmationis & consecrationis munere, Deo propitio, favorabiliter obtinendo, ad Apostolicam sedem accedat,

Paternitatem vestram, de quâ confidimus, attente requirimus & affectuose rogamus, quod in eodem Electo nostram contemplantes personam, ipsum gratiose velitis recipere, & habere, in hujusmodi sui prosecutione negotii, promptis favoribus, consiliis & auxiliis commendatum, idemque suum negotium, ubicunque necesse fuerit, affectu benivolo promovere;

Ita, si placet, quod ex vestro subsidio & favore speratus sibi fructus adveniat, nosque, ob inde, reddamur ad ea, quæ vobis & vestris grata fuerint & accepta, omni tempore promptiores.

Dat. &c. ut supra.

Eo-

redierit, quem quidem ad Concilia & Parliamenta nostra (quæ, ut plurimùm, in Cantuariensi Provinciâ solita sunt teneri) ratione statûs Archiepiscopalis, & etiam tanquam unum de consiliariis nostris præcipuum, oportebit venire, cum ipsum duxerimus evocandum,

* II. 957. Super bajulatione Crucis suæ per Archiepiscopum Cantuarien. inquietabitur * & molestabitur, juxta quod prædecessores sui, inquietati super hoc hactenus extiterunt;

Sanctitati vestræ attento supplicamus affectu, quatinus sic in hac parte dignemini salubriter providere, ut absque inquietatione, & molestatione Archiepiscopi Cantuariensis, qui pro tempore fuerit, præfatus Electus, postquam eum consecrari contigerit, ad Parliamenta & Concilia nostra, cruce ante se delatâ, venire possit ubilibet, quotiens opus fuerit, & mandaverimus pro eodem, seu aliàs, pro negotiis propriis, Cantuariensem Provinciam habeat ingredi, & in ea morari, certis deputatis executoribus in præmissis:

Præsertim cum Archiepiscopis Eborum esse dicatur indultum, ut per totam Angliam Crucem deferre valeant, donec per sedem Apostolicam definitiva sententia decernatur, an Eborum Ecclesia de jure debeat hoc facere?

Conservet, &c. ut supra.

Dat. ut supra.

VEnerabilibus in Christo Patribus, &c. ut supra, Cardinalibus, Edwardus, &c. salutem & sinceræ dilectionis affectum.

Multiplicata, *&c. ut supra.*

Paternitates vestras requirimus & rogamus, quatinus erga Dominum summum Pontificem dare velitis opem & operam efficaces, ut congruum dignetur remedium adhibere quod absque inquietatione & molestatione, *&c. ut supra.*

Dat. &c. ut supra.

Eodem modo scribitur cuilibet Cardinalium suprascriptorum per se, *usque ibi* Paternitates *& tunc dicitur sic,*

Paternitatem vestram attente requirimus & affectuose rogamus, quatinus erga Dominum summum Pontificem, *&c. ut supra.*

Dat. &c. ut supra.

De Majore Civitatis Wintoniensis super evasione Obsidum.

Ann. D. 1305. *An. 33. E. 1. Rot. Cl. 33. E. 1. m. 20. d.*

REX Majori & Ballivis Civitatis suæ Wynton. salutem.

Cum nos, certis de causis, volentes quod Cives Baionenses, obsides in diversis locis infra Angliam, per præceptum nostrum, sub custodia existentes, ita securè custodirentur quod alicubi evadere nequirent quoquo modo,

Vobis nuper præceperimus, firmiter injungentes, quod illum de obsidibus prædictis, qui vobis dudum missus fuerat custodiendus, salvò & securè, absque vinculis, custodiri faceretis, non permittentes ipsum alicubi sine bonâ custodiâ discurrere vel vagari; ita quod de corpore suo nobis respondere possetis ad mandatum nostrum, & quod hoc sub forisfacturâ omni, quæ nobis forisfacere possetis, nullatenus omitteretis,

Ac idem obses, vobis per nos sic missus, à vestrâ, ut à vobisipsis intelleximus, custodiâ evaserit, in nostri dampnum casualiter maximum & gravamen,

Vobis mandamus quòd vos, unà cum sex de discretioribus & legalioribus Civibus ejusdem Civitatis, sitis coram nobis & Consilio nostro, in proximo Parliamento nostro, apud Westmonasterium,

---

Instrumentum pupplicum de responso Regis, super Bulla Benedicti Papæ pro Episcopo Bybliensi.

Ann. D. 1305. *An. 33. E. 1. Ex Autogr. Penes Camerar.*

IN NOMINE DOMINI AMEN.

Anno Incarnationis ejusdem millesimo trecentesimo quinto, indictione tertia, die quinto mensis Aprilis, apud Westmonasterium, juxta London. Dominus Hugo, qui se gerit pro Episcopo Bybliensi, coram Episcopis & aliis Prælatis Comitibus Baronibus, Justiciariis, & nonnullis aliis Nobilibus, Clericis, & Laicis, Consiliariis magnifici Principis Domini Edwardi Regis Angliæ illustris, in Domibus Archiepiscopi Eborum, in quibus tunc dictus Dominus Rex morabatur, generali Parliamento tunc existente, quasdam litteras, fœlicis recordationis, Benedicti Papæ Undecimi præsentavit, porrexit & tradidit, formam, quæ sequitur, continentes:

Benedictus, Episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri Episcopo Dunelmensi, salutem & Apostolicam benedictionem.

Exhibita nobis tua Petitio continebat, quod Saraceni, Christiani nominis inimici, Episcopatum Bybliensem occuparunt hactenus, & adhuc detinent occupatum:

Et per hoc venerabilis frater noster Hugo Bybliensis Epicopus egestate gravatur, cum aliunde non habeat de quo, secundum sui statûs decentiam, valeat sustentari:

Quare nobis humiliter supplicâsti ut providere suæ indigentiæ de benignitate Apostolica dignaremur:

Nos igitur, ipsius inopiæ paterno compatientes affectu, digneque volentes ei per nostræ provisionis auxilium subsidium aliquod provenire, tuis supplicationibus inclinati, providendi sibi auctoritate nostra per te, vel per alium, seu alios, de Cella, seu Prioratu de Goldigham, ordinis Sancti Benedicti, Sancti Andreæ Dioc. ad Dunelmensem Ecclesiam, ejusdem ordinis, pertinente, cujus administrationi Priorem Ecclesiæ prædictæ aliquem de Monachis ipsius Ecclesiæ deputat, & exinde amovet pro suæ libito voluntatis, cum omnibus juribus & pertinentiis suis ab eodem Episcopo, quoad vixerit, vel usque ad recuperationem dicti Episcopatûs, retinendo:

Ac inducendi eum in corporalem possessionem ejusdem Cellæ, seu Prioratûs:

Et inductum etiam defendendi, amotis exinde quibuslibet, qui ad gerendum administrationem ipsius Cellæ, seu Prioratûs per dictum Priorem fuerint deputati:

Ac faciendi ei de ejusdem Cellæ, seu Prioratûs redditibus prædictis, unà cum juribus & obventionibus universis, integrè responderi:

Necnon & contradictores super hoc per censuram Ecclesiasticam, appellatione postpositâ, compescendis:

Non obstantibus contrariis ejusdem Ecclesiæ consuetudinibus, vel statutis, juramento, confirmatione sedis Apostolicæ, seu qualicunque firmitate alia roboratis:

Aut si prædictis Priori, & dilectis filiis Capitulo ipsius Ecclesiæ, vel quibuscumque aliis, communiter vel divisim, à prædicta sede indultum existat, quod excommunicari, suspendi, vel interdici non possint:

Sive quod de Cellis, seu Prioratibus, ad eorum provisionem, seu quamcumque dispositionem spectantibus, nequeat aliquibus provideri per literas Apostolicas, non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum, de indulto hujusmodi mentionem:

* Et qualibet alia dictæ sedis indulgentiæ, generali vel speciali, cujuscunque tenoris existat, per quam præsentibus non expressam, vel to- * II. 959.

Waltero de Theye,
Ad. de Well.
Johanne Botecourte,
Johanne Wogan,
Johanne de Havering,
Willielmo de Grandisono,
Willielmo de Rytrhe,
E. de Eyncourt,
Rogero le Brabanzon,

Dominis *Johanne de Drokenesford*,
Johanne de Berewic. &
Johanne de Benested;
Necnon & *Magistris Reginaldo de Brandon.*
Roberto de Pykering, &
Willielmo de Kylkenny, *Clericis.*

Testibus ad hæc vocatis specialiter & rogatis.

Et ego Johannes, dictus Bouhs de London. Domini Papæ auctoritate Notarius publicus, omnibus intersui suprascepriptis, & prædictum transcriptum, exemplum seu sumptum, per me à suo originali transsumptum, & cum Domino Petro le Malore, Justiciario Domini Regis Angliæ illustris, & Magistris, Johanne de Cadamo, & Gilberto de Lutegareshale Notariis publicis, diligenter & fideliter ad suum originale, postmodum ascultatum, nil addens, vel minuens, quod sensum mutet, vel vitiet intellectum, hic in instrumento præsenti scripsi, unà cum omnibus prænotatis, & quæ prædictum exemplum seu sumptum, cum suo originale reperi concordare, me in testem subscripsi, ac præscripta omnia publicavi, meoque signo consueto signavi rogatus.

Et ego Johannes Erturi de Cadamo, Apostolicæ Sedis auctoritate Notarius publicus, hoc exemplum, unà cum præfatis Domino P. Justiciar. & Magistris J. & G. Notariis publicis, ad literas apostolicas suprascriptas diligenter & fideliter auscultavi; & quia dictum exemplum cum ipsis literis Apostolicis concordare inveni, in ejusdem exempli plenam fidem & testimonium me testem subscripsi, & rogatus signum meum apposui consuetum.

---

*II.960: * *De transgressionibus nominatis Trailbaston audiendis & terminandis.*

Ann. D. 1305. *An.* 33. E. 1. Pat. 33. E. 1. p. 1. m. 8. d.

REX dilectis & fidelibus suis, Willielmo Martyn, Henrico de Spigurnell, Willielmo de Knouill, Rogero de Balafaga, & Thomæ de la Hyde, salutem.

Quia quamplures Malefactores, & pacis nostræ perturbatores, homicidia, deprædationes, incendia, & alia dampna quamplurima, nocte dieque perpetrantes, vagantur & discurrunt in boscis, in parcis, & aliis locis diversis, tam infra libertetes, quàm extra, in Comitatibus Cornubiæ, Devoniæ, Sumersetiæ, Dorsetiæ, Herefordiæ, Wigorniæ, Salopiæ, Staffordiæ, Wiltoniæ, & Suthamptoniæ, & ibidem, receptantur, in maximum periculum tam hominum, per partes illas transeuntium, quàm ibidem morantium, & nostri contemptum, ac pacis nostræ læsionen manifestam, ut accepimus:

Per quorum incursus poterunt pejora prioribus de facili evenire, nisi remedium super hoc citius apponatur:

Nos, eorum malitiæ in hac parte obviare, & hujusmodi dampnis & periculis præcavere volentes, assignavimus vos Justiciarios nostros,

Ad inquirendum, per Sacramentum, tam Militum, quàm aliorum proborum & legalium hominum de Comitatibus prædictis, tam infrà libertates, quàm extra, per quos rei veritas melius sciri poterit, qui sunt illi malefactores: Et eorum scienter receptatores: Et eis consentientes: Vim & auxilium præbentes: Seu dictas transgressiones fieri procurantes & præcipientes:

faciatis, sicut prædictum est.

Facturi inde quod ad Justiciarios pertinet, secundum legem & consuetudinem Regni nostri, & ordinationem supradictam; salvis, &c.

Mandavimus enim Vicecomitibus nostris Comitatuum prædictorum, quod ad certos, &c. quod vos, quinque, quatuor, tres, vel duo vestrùm eis scire facerent, venire faciant coram vobis, &c. tam Milites, quàm alios, &c. tam infra * libertates, &c. per quos, &c. & quod vobis quinque, quatuor, tribus, vel duobus vestrùm, quotiens opus fuerit, pareant, assistant & intendant, prout eis injungetis ex parte nostrâ. *II.961:

In cujus, &c.

Teste Rege apud Westm. 6. die Aprilis.

Per ipsum Regem & Concilium.

Eodem modo assignantur subscripti in Comitatibus subscriptis, videlicet,

Johannes Butecurte,
Willielmus Haward,
Nicholaus Fermband,
Robertus de Harwedon,
} *Vel tres eorum, quorum Willielmus Haward sit unus, in Comitatibus Gloucestr, Northt. Oxon. Berk, Bedford, Buk. Essex. Hertf. Rotel. Cantebrig. Hunt.*

Petrus de Malo-lacu,
Edmundus Deyncurt,
Willielmus le Vavassur,
Johannes de Insula,
Adam de Middelton,
} *Quatuor vel tres eorum, quorum Johannes de Insula sit unus, in Comitatibus Eborum, Northumb. Cumberl. Westmorl. Lancastr. Notingh. Derb. Warr. Leycestr. Lincoln.*

Willielmus de Ormesby,
Willielmus Inge,
Willielmus de Kerdeston,
Johannes le Bretun,
Ricardus de Walsingham,
} *Quatuor, vel tres eorum, quorum Willielmus Inge sit unus, in Comitatibus Norff. & Suff.*

De excambio diversorum Castrorum cum Bertrando del Got Archiepiscopo Burdegalensi.

Ann. D 1305. *An.* 33. E. 1. Rot. Vascon. 33. E. 1. m. 22.

REX dilectis & fidelibus suis, Johanni de Havering, Senescallo suo Vasconiæ, Amaneno de la Bret, & Magistro Richardo de Havering, & Arnaldo de Calua Penna, salutem.

Sciatis quod assignavimus vos, & per plenum & speciale mandatum in hac parte vobis committimus vices nostras, ad tractandum, ordinandum & componendum, nomine nostro, cum venerabili Patre...... Archiepiscopo Burdegalensi, super Escambio, videlicet,

Castrorum de Benner, de Bygaroke, de Mylan, de Cose, de Monte Rapto, necnon de Mota Sancti Patentii, cum suis omnibus pertinentiis, & duobus feodis, cum duobus homagiis, ad Dominium prædicti Archiepiscopi in partibus Sentungiæ spectantibus,

Faciendo secundum quod ad nostram & Coronæ nostræ utilitatem in præmissis commodius & melius videbitis expedire:

Ita tamen quòd proviso per vestrum Consilium & circumspectionem qualiter, quo modo, & locis quibus dictum Escambium pro nobis & dicto Archiepiscopo fieri poterit competenter, & ad indempnitatem nostram, & minorem Coronæ nostræ in supradictis partibus læsionem:

En

Eodem modo scribitur subscriptis, videlicet.

J. Karliolensi,
J. Lincolniensi,
J. Norwicensi,
J. Elyensi,
R. Wynton.
A. Roffen.
A. Dunelmen.
Th. Exon.
S. Sarum,
W. Wygorn,
R. Hereford.
W. Bathon. & Wellensi,
W. Coventr. & Lychefeldensi,
A. Assavensi,
A. Bangorensi,
D. Menevensi,
J. Landavensi, Episcopis:
Electo London.
Custodi Spiritualitatis Archiepiscopatus Eborum, Sede vacante:
Custodi Spiritualitatis Episcopatus Cicestriæ.

REX dilecto sibi in Christo.... Abbati Sancti Augustini Cantuar salutem.

Deus omnium conditor, *&c. ut supra.*

Cum igitur, &c.

Vestram amicitiam, &c. quatinus ipsius Johannæ, *&c. ut supra.*

Teste Rege ut supra.

Consimiles litteræ diriguntur Abbatibus subscriptis, videlicet,

Exemptis:
Abbati de Sancto Edmundo,
Abbati de Sancto Albano,
Abbati de Waltham,
Abbati Westmonasterii,
Abbati de Evesham,

Premonstracen.:
Abbati de Alnewyk,
Abbati de Egliston,
Abbati de Sancta Agatha,
Abbati de Barlinges,
Abbati de Tupholm.
Abbati de Bileye,
Abbati de la Dale,
Abbati de Neubus,
Abbati de Cokersand,
Abbati de Croxton.
Abbati de Sancta Radegunde,
Abbati de Hoppe,
Abbati de Suleby,
Abbati de Lacienden.
Abbati de Toire,
Abbati de Wellebeck,
Abbati de Hales,
Abbati de Bello capite,

Cistercien.:
Abbati de Furnais,
Abbati de Sallay,
Abbati de Holmcoltran,
Abbati de novo Monasterio,
Abbati de Jerovall.
Abbati de Fontibus,
Abbati de Bella Landa,
Abbati de Melsa,
Abbati de Kirkestede,
Abbati de Rupe,
Abbati de Rughford,
Abbati de Valle Dei,
Abbati de Gerndon.

Hiberniâ:
W. Archiepiscopo [illegible]
Th. Episcopo Midd.
W. Archiepiscopo Tuamen.
W. Episcopo Imlacem.
N. Episcopo Leghlin.
W. Episcopo Daren.
W. Episcopo Waterford.
R. Electo Fernen.
R. Episcopo Lismor.
W. Episcopo Osseren,
R. Episcopo Lymer.

Vasconiâ:
B. Archiepiscopo Burdegal.
B. Episcopo Agen.
W. Archiepiscopo Xancton.
.... Episcopo Petragoricen.
W. Wasaten.
Aquen.
Baionen.
Lectoren.
Aduren.
Lascuren.
Oloronen.

Scotiâ:
Episcopo Glasguen.
Episcopo Candidæ Casæ,
Episcopo Moravien.
Episcopo Cataven.
Episcopo S. Andreæ,
Episcopo Dumblanen.
Episcopo Dunkelden.
Episcopo Breghinen.
Episcopo Aberden.
Episcopo Rosi.

REX Religioso viro & in Christo sibi dilecto, Priori, Provinciali Ordinis Fratrum Prædicatorum in Angliâ, salutem.

Deus omnium Conditor, &c.

Cum igitur, &c.

Amicitiam vestram attentè requirimus & rogamus, quatinus ipsius Johannæ exequias devote & solemniter celebrantes, ejus animam, cum decantatione missarum, aliisque devotarum orationum suffragiis, ipsi altissimo specialiter commendetis.

Quæsumus autem, *&c. ut supra.*

Teste Rege ut supra.

Consimilis litteræ diriguntur Prioribus, Provincialibus Ordinum Sancti Augustini, & Beatæ Mariæ, de Monte Carmeli in Angliâ, Hiberniâ, Vasconiâ, & Scotiâ.

Consimiles litteræ diriguntur Ministris Generalibus Ordinis Minorum in Angliâ, Hiberniâ, Vasconiâ, & Scotiâ.

Litera Roberti Comitis Flandriæ pro conductu puro & sine conditione.

ILlustri Principi & potenti Domino Edwardo, Dei gratiâ, Regi Angliæ, Domino Hiberniæ, & Duci Acquitaniæ, Robertus Comes Flandriæ, salutem cum reverentiâ & honore. Ann. D. 1305. *Ex Orig. in Tur.*

Vidimus conductum vestrum, quem per vestras patentes litteras gentibus terræ & potestatis nostræ concessistis, sub illa conditione quod

(quam quidem Duciſſam Deus, prout ſibi placuit, ab hoc ſeculo evocavit) devote & ſolempniter celebrantes, ejus animam, cum decantatione miſſarum, aliiſque devotarum orationum ſuffragiis, ipſi Altiſſimo ſpecialiter commendetis, ipſamque ab univerſis & ſingulis, religioſis & aliis, perſonis Eccleſiaſticis, ſubditis veſtris, per totam veſtram Diocæſem, faciatis ſimiliter commendari.

Teſte Rege apud Kenyngton. 26. die Maii.

Conſimiles litteræ diriguntur ſubſcriptis, videlicet,

J. Karliolen.
J. Norwicen.
J. Elyen.
R. Wynton.
J. Roffen.
A. Dunelmen.
Thom. Exon.
S. Sarum.
W. Wygorn.
R. Herefordeн.
W. Bathon. & Wellen.
W. Coventr. & Lychefeld.
A. Aſſaven.
A. Bangoren.
D. Meneven.
J. Landaven.
} Epiſcopis.

Electo London. Cuſtodi Spiritualitatis Archiepiſcopatûs Eborum, Sede vacante: Cuſtodi Spiritualitatis Epiſcopatûs Cyceſtr.

REX dilecto ſibi in Chriſto . . . Abbati Sancti Auguſtini Cantuar. ſalutem.

Cum opus ſanctum & ſalubre, &c.

Veſtram amicitiam affectuoſe requirimus & rogamus, quatinus, *&c. ut ſupra*, commendetis, & faciatis ab omnibus & ſingulis ſubditis veſtris ſpecialiter commendari.

Conſimiles litteræ diriguntur Abbatibus ſubſcriptis, videlicet,

Abbati de Sancto Edmundo,
Abbati de Sancto Albano,
Abbati de Waltham,
Abbati Weſtm.

Teſte ut ſupra.

*II.965. * De Augmentatione dotalitii Margaretæ Reginæ.*

Ann. D. 1305. An. 33. E. 1. Pat. 33. E. 1. p. 2. m. 19.

REX omnibus, ad quos, &c. ſalutem.

Sciatis quod cum, fœlicis recordationis, Bonifacius, divinâ providentiâ, nuper Sanctæ Romanæ, ac Univerſalis Eccleſiæ ſummus Pontifex, in quem ſuper pace, inter nos & Regem Franciæ reformanda (ſuper diſcordiis & guerris, inter nos & ipſum, occaſione quacumque, nuper exortis) ſub certis formis & modis, ex parte noſtra & ipſius Regis fuerat compromiſſum; inter cætera, quæ in pronunciationis ſuæ ſerie continentur, ex virtute dicti compro- ſtro reddunt per annum in eodem Comitatu:

Habenda & tenenda eidem Margaretæ, in augmentationem dotis ſuæ prædictæ, quoad vixerit, adeo integrè & liberè ſicut nos ea tenuimus.

In cujus, &c.

Dat. per manum noſtram apud Banſtede 27. die Maii.

Per breve de privato Sigillo.

De decima Pullanorum Abbati de Nuttele ſolvenda.

REX Ballivis Margaretæ Reginæ Angliæ, Conſortis noſtræ, de Ryſebergh, ſalutem. Ann. D. 1305. An. 33. E. 1. Rot. Cl. 33. E. 1. m. 9.

Quia accepimus per inquiſitionem, quam per Vicecomitem noſtrum Buk. fieri fecimus, quod dilectus nobis in Chriſto Abbas de Nuttele, Perſona Eccleſiæ de Ryſebergh, ac Prædeceſſores ſui, Abbates ejuſdem loci, & Perſonæ Eccleſiæ prædictæ, à tempore quo non extat memoria, tam tempore Ricardi de Alemannia, dudum Comitis Cornubiæ, quàm tempore Edmundi nuper Comitis, ibidem percipere, & habere conſueverunt decimam, tam pullanorum ipſorum Ricardi & Edmundi, quàm * aliorum in Parco de Ryſebergh Pulnatorum, quàm denariorum de agiſtamento, de quibuſcumque animalibus in eodem parco facto, provenientium, *II.965.

Quouſque Perſonæ Lumbard. & Willielmus Beauſamis, Cuſtodes Equitii noſtri, poſtquam dictum Manerium, ſimul prædicto Parco, per mortem præfati Edmundi, ad manus noſtras devenit, præfatum Abbatem, quo minus dictam decimam percipere & habere poſſet, impediverunt,

Per quod vos, poſtquam dicta Manerium & Parcum præfatæ Conſorti noſtræ aſſignavimus, dictum Abbatem ſuper hoc ſimiliter impediviſtis, & adhuc impeditis.

Nos, nolentes quod eidem Abbati injurietur in hac parte, vobis mandamus, quòd prædictum Abbatem decimas prædictas in Parco prædicto percipere, & habere permittatis, prout ipſe, & prædeceſſores ſui prædicti, eas temporibus retroactis percipere, & habere conſueverunt.

Teſte Rege apud Cantuar. ſexto die Julii.

Per petitionem de Conſilio.

De Receptoribus Petitionum in proximo Parliamento conſtitutis.

REX dilecto & fideli ſuo, Gilberto de Robur. ſalutem. Ann. D. 1305. An. 33. E. 1. Rot. Cl. 33. E. 1. m. 8. d.

Quia ordinavimus quod vos, & dilecti Clerici noſtri, Magiſter de Cadomo, Magiſter Johannes Buſſh. & Johannes de Kirkeby, recipiatis omnes petitiones, quas liberari continget in inſtanti Parliamento noſtro, quod incipiet, apud Weſtmonaſterium, in octabis Nativitatis Beatæ Mariæ Virginis, proximo jam venturis:

Vobis mandamus, firmiter injungentes, quod, omnibus aliis prætermiſſis, London. cum omni celeritate, qua poteritis, perſonaliter accedatis, & petitiones hujuſmodi, unà cum Clericis noſtris prædictis, recipiatis ibidem extunc de die in diem, uſque ad tertium diem

… Prælatorum & aliorum Magnatum virorum prudentum decenti Comitivâ vallatum, mittere (pro quo, *II. 967. sicuti & pro nobis, * conductum à Rege Franciæ, juxta ordinationem Magnatum & Procerum Regni nostri, primitùs oporteret habere) brevitas temporis non permittit; quum expedire non credimus quoquomodo quod accessus vester ad Curiam Romanam differatur, set potius, quantum honestati vestræ congruet, maturetur.

Et, proculdubiò, admodùm prægravamur, quòd requisitionem & voluntatem vestram non possumus in hac parte, juxta nostri cordis desiderium, adimplere.

Ad vestra siquidem beneplacita & mandata prosequenda, pró viribus, & complenda, nos vestra sancta Paternitas devotos semper inveniet & paratos.

Vestræ igitur Sanctitati, de quâ fiduciæ plenitudinem obtinemus, devotissimè supplicamus quatinus, præmissis clementi meditatione pensatis, tam nos, quàm prædictum natum nostrum super hoc habere dignemini excusatos; sicque nos, Regnum nostrum, & nostros prosequi gratiosè, quod vestræ benignè puritatis affectum, quem vos ad personam nostram longâ experientiâ habuisse percepimus, de bono in melius continue augeri effectualiter sentiamus.

Ad hæc, circa promotionem negotii Terræ sanctæ, menti nostræ præcipuè insidentis, cujus statui miserabili fore compatiendum non indigne conspicitur, eo libentius pietatis vestræ Clementiam excitamus, quo ad subveniendum eidem propositum vestrum versari intimiùs credimus & tenemus.

Super quo & aliis, quæ dictorum Nunciorum vestrorum legationem contingunt, quibus nostram aperuimus plenius voluntatem, dignetur eisdem providentia vestra fidem indubiam adhibere.

Cæterùm quosdam Prælatos & Magnates alios Regni nostri, cum potestate plenaria & speciali mandato, ad vestram præsentiam reverendam in brevi proponimus destinare, ad faciendum, approbandum, & recipiendum ea omnia, quæ super præmissis pro nobis & sæpe dicto nato nostro vestra Sanctitudo viderit ordinanda; & quæ nos, & idem filius noster faceremus, seu facere possemus, si nostra adesset præsentia personaliter.

Sanctissimam personam vestram conservet altissimus, ad regimen Ecclesiæ suæ sanctæ, per tempora prospera & longæva.

Dat. apud Westm. quarto die Octobris, anno Regni nostri tricesimo tertio.

… & fideles nostros,

Venerabiles Patres, Walterum Coventrien. & Lichfelden. Thesaurarium nostrum, &
Willielmum Wygorn. dictâ gratiâ, Episcopos:
Henricum de Lacy Comitem Lincolniæ, Consanguineum nostrum:
Hugonem le Despenser,
Amaneum de Lebreto,
Ottonem de Grandisono, Milites:
Magistrum Johannem de Benstede, Scaccarii nostri Cancellarium, Sarisbiriensis,
Robertum de Pykering, Eborum,
Bartholomæum de Ferentino, Londoniensis, &
Philippum Martel Cicestriensis, Ecclesiarum Canonicos,

De quorum circumspectâ providentiâ, & fidelitate probatâ, plenam fiduciam optinentes,

Procuratores nostros & Nuncios speciales ad vestræ sanctæ Paternitatis præsentiam destinamus:

Dantes eisdem, vel septem ex ipsis primò nominatis, aut quinque de dictis septem, plenariam potestatem & speciale mandatum, super passagio Terræ sanctæ prædictæ tractandi, ordinandi, conveniendi, concordandi, & paciscendi:

Necnon faciendi, approbandi, & recipiendi, pro nobis & nostro nomine, ea omnia quæ ad solidam concordiam, caritatem, & pacem inter præfatum Regem & nos:

Ac alia, quæ ad animæ nostræ salutem, & ad nostrum Regnique nostri commodum, & honorem, præstante Domino, vestra Beatitudo duxerit ordinanda:

Præstandique in animam nostram quodlibet genus liciti sacramenti:

Ac faciendi & expediendi omnia & singula, quæ nos faceremus, seu facere possemus, si personaliter adessemus, etiam si mandatum exigant speciale:

Ratum habituri & firmum quicquid dicti Procuratores, vel septem ex ipsis, primò nominatis, aut quinque de dictis septem, nostro nomine fecerint in præmissis, & præmissa tangentibus quoquo modo.

Et hæc Sanctæ Paternitati vestræ, & omnibus, quorum interest, aut interesse poterit in futuro, significamus per nostras patentes litteras, sigilli nostri munimine consignatas.

Dat. apud Westm. decimo quinto die Octobris, annò Domini millesimo tricesimo quinto, Regni vero nostri tricesimo tertio.

De non molestando Scotos hinc inde transeuntes.

Ann. D. 1305. An. 33. E. 1. Rot. Claus. 33. E. 1. m. 6. d.

REX Vicecomiti Eborum salutem.

Quia Prælati, Proceres, & alii de terrâ nostrâ Scotiæ, necesse habent, pro negotiis, eos tangentibus, frequenter ad nos in Angliam accedere & redire, per quod ipsos, ubicunque infra Regnum nostrum venerint, admitti volumus honorifice & curialiter sicut decet,

Tibi præcipimus, firmiter injungentes, quod in singulis Villis, infra Ballivam tuam, tam infra libertates, quàm extra, per quas eos, in veniendo ad nos, ut præmittitur, & ad propria redeundo, transitum facere contigerit, & locis aliis, quibus videris expedire, publicè proclamari facias, ex parte nostrâ, & firmiter inhiberi, ne quis alicui, vel aliquibus, de terrâ nostrâ prædictâ, per Ballivam tuam transeuntibus, in hospitiis suis, in viâ vel alibi, improperia, convitia, vel alia verba contumeliosa dicere, seu aliàs injuriam, molestiam, dampnum aliquod, vel gravamen inferre; aut etiam victualia, vel alia ne-

Tom. I. P. IV.

De forisfactis per Scotos, eis, sub quibusdam conditionibus, remissis per Regem Angliæ.

Ann. D. 1305. Edw. 1. Ex Orig. Penes Camerar.

EDward, par la grace de Dieu, Roi d'Angleterre, Seigneur d'Irlaund, & Ducs d'Aquitannie, a touz ceux, qui ces presentes lettres verront ou orront, saluz.

A parpetuel memoire des choses souz escrites, par cestes presentes lettres vous fesoms assavoir que, come les gentz de notre terre d'Escoce, apres ce qu'il feurent en notre homage & ligeance, & liez a nous par serement de foiaute, & par escritz, & en autre manere, tant * efforablement come nous & notre Consail saviens ordener *II. 969. & charger, se relevassent contre nous par mauveis consail, & meussent guerre, en fesant roberies, arsons, homicides, felonies, & plusors autres maux & damages, a lor poer, en notre ditte Terre d'Escoce,

F

de meisme la terre, & [illegible] de la pees, ou a mettre en autre us, si come nous verroms que soit a faire:

Et avoms auli pardonez, & pardonoms audit Johan Comyn, & a David de Graham, l'Exil, & la demoere, qu'il devoient faire & tenir hors d'Escoce, parmi les convenances avantdites.

Deriechief, solonc ce que par nous & nôtre Consail est ordenez, dioms & pronuncioms, que les gente d'Escoce, qui vindrent a nôtre pees, & a nôtre foi, avant ce qe le dit Johan vint, & fu receu a la dite pees, paent la value de lour terres, & de lour rentes, de deus anz, en la fourme avantdite; sauve ceux qui porront moustrer, qu'il en devient estre quites par nôtre grant & fait especial.

Deriechief, nous dioms & pronuncions, que Adam de Gourdon Chevalier, endroit de sa ranzon, & des amendes de trespas, soit de la condition Johan Comyn avantdit; c'est assavoir, a paer la value de ses terres, & de ses Rentes, de trois anz, en la manere desusdite.

Deriechief, nous dioms & promuntioms qe Symon Fraser Chevalier, en droit de ranzon, & des amendes de trespas, soit de meisme la condition; c'est assavoir, a paer la value de ses terres, & de ses Rentes, de trois anz, en la fourme que dite est.

Deriechief, nous dioms & pronuncioms, qe Evesques, Abbez, Priours, & autres du Clerge, de nôtre dite terre d'Escoce (sauve l'Evesque de Glasgu) paent, por ranzon, & por amendes de trespas, en la dite fourme, la valour de lour terres, & de lour rentes, d'un an; sauve ceux qui porront moustrer, par fait especial, ou en autre manere, qu'il en devient estre quites.

Et le dit Evesque de Glasgu, endroit de sa ranzon, & des amendes de trespas, deit estre de la condition le dit Johan Comyn; c'est assavoir, a paer, en la fourme que dite est, la value de ses terres, & de ses Rentes, de trois anz.

Et a meisme l'Evesque avoms pardone l'Exil, e la demoere, qu'il devoit faire & tenir hors d'Escoce, parmi les Covenances, qe
*II.970. grantez li feurent, quant * il vint darrainerement a nôtre pees, & a nôtre foi.

Deriechief, quant a Ingelram d'Unfranvill, William de Baillol, & Johan Wychard, Chevaliers, qui, poi de temps devant qe ces lettres furent faites, vindrent a nôtre pees, & a nôtre volunte, dioms & promuntioms,

Qe le dit Ingelram pae en la dite fourme, por sa ranzon, & por amendes de trespas, la value de ses terres & de ses Rentes de cink anz:

Et qe meisme ceux William de Baillol & Johan Wychard paent, par meisme la cheson, en la susdite fourme, la value de lour terres, & de lour rentes de quatre anz.

Deriechief, dioms & pronuntioms, qe Hugh d'Ardrossan, Johan de Gurleye, Johan le Naper, & Johan Makilgoigny, qui sont de mesnage les avantditz, Ingelram, William, & Johan, qui a nôtre pees, & a nôtre volunte sont venuz, paent, por lour ranzon, & por amendes de trespas, la value de lour terres, & de lour rentes de trois anz.

Deriechief, endroit du temps, de la manere, & des termes du paement, qe se doit faire por les ranzons, & amendes des trespas avant nomez, dioms, & pronuntioms, & voloms, qe notre Lieu tenant en la dite nôtre terre d'Escoce, & nôtre Chamberlein de meisme la terre, quant il seront illueqes venuz, facent estendre totes les terres de tourz ceux, qui ranzan devient paer, en bone manere & resnable, solonc ce qe les terres vaudront al houre qu'il les estendront: Et, solonc celes estentes faites, soit, de cele houre en avant, comencez a faire lever ce, qe affera a chescun selonc sa condition & son estat.

Et ideo vobis mandamus quod ad [illegible] intendatis in forma prædicta, & si forte videatur vobis aliquando expediens esse vos ab invicem separari pro custodia illa securius facienda, tunc vos præfati, Episcopus & Johannes de Kingeston simul per vos & vos prædicti Johannes de Sandale & Robertus de Keth similiter conjunctim per vos, dictæ custodiæ intendatis, prout pro securitate terræ prædictæ melius videritis faciendum.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Westmon. 26. die Octobris.

Et mandatum est Episcopis, Abbatibus, Prioribus, Comitibus, Baronibus & omnibus Ballivis & fidelibus Regis in Scotia ac toti Communitati terræ ejusdem quod præfatis Episcopo, Johanni, Roberto & Johanni, vel duobus eorum * in omnibus, quæ ad custodiam illam *II.971.
pertinent, usque ad diem prædictum intendentes sint & respondentes juxta tenorem litterarum Regis prædictarum.

In cujus, &c.

Teste Rege ut supra.

Transumptum Bullæ Clementis Quarti Papæ, de irritatione Ordinationum Oxoniensium.

IN DEI NOMINE AMEN. Hoc est transumptum, seu transcriptum quarumdam literarum, Ann. D. 1305. An. 33. E. 1. Penes Camerar.
felicis recordationis, Clementis Papæ quarti, Verâ Bullâ plumbeâ, & filis sericis, croceis & rubeis, more Curiæ Romanæ, bullatarum, non rasarum, non cancellatarum, non abolitarum, omni suspicione carentium; quarum Tenor est talis,

Clemens Episcopus, &c. *ut supra. Dat. Perusii, Idus Septembris, Pontificatus nostri anno primo.*

Et ego Williellmus Nicholai Balk. de Schyrebourn, Sarum Diocesis publicus Imperiali auctoritate Notarius, prædictas originales literas, sanas & integras, omni suspitione carentes, vidi & fideliter transcripsi, nil addendo vel minuendo, quod sensum mutet, aut corrumpat intellectum, anno Domini millesimo, trecentesimo, quinto, Indictione quartâ, septimo Kalend. Novembris, apud Westmonasterium juxta London. præsens instrumentum ad autenticas literas supradictas, cum Ad. de Lyndes. & Will. de Maldon Notariis, diligenter auscultavi, & hoc instrumentum cum ipsis originalibus literis concordare inveni, & ideo me subscripsi, meoque signo signavi.

De Credentia ad Clementem Quintum.

SAnctissimo in Christo Patri, Domino C. Divinâ Providentiâ, Ann. D. 1305.
Sanctæ Romanæ, ac Universalis Ecclesiæ Summo Pontifici, An. 33.
Edwardus, eâdem gratiâ, Rex Angliæ, &c. Devota Pedum oscula E. 1. Rot.
beatorum.

De circumspectione & fidelitatis intimæ puritate dilectorum & Cl. 33.
fidelium nostrorum, E. 1. m. 6. d.

Henrici de Lacy Comitis Lincolniæ:
Hugonis le Despenser,

Ama-

Vestræ Majestati præclaræ humiliter supplicans & devotè, quatinus ad pacem vestram dignemini me suscipere; literas vestræ protectionis mihi, si placet, concedentes.

Valeat & vigeat vestra Serenitas Regia per tempora longiora.

In cujus submissionis Testimonium, Præsentibus Sigillum meum apposui.

Dat. Paris. in Festo Apostolorum Simonis & Judæ, anno Dom. 1305.

Pro Canonizatione Thomæ de Cantilupo.

Ann. D. 1305. *An. 33. E. 1. Rot. Cl. 33. E. 1. m. 3. d.*

SAnctissimo in Christo Patri, Domino C. Divinâ Providentiâ, Sacrosanctæ Romanæ, ac Universalis Ecclesiæ Summo Pontifici, Edwardus, ejusdem gratiâ, Rex Angliæ, &c. devota Pedum oscula beatorum.

Pium & justum esse censetur ut, sicut gloriosus Deus, in Sanctis suis, & in Majestate mirabili, fideles Ministros suos magnificat, altis decorat honoribus, & cœlestis efficit beatitudinis possessores in cælis; sic & Sacrosancta Romana Ecclesia, vestigia ipsius prosequens, eos, ad quorum memorias ipse Deus suæ virtutis potentiam manifestat, signa ac prodigia faciens pro eisdem, dignæ venerationis officio laudari, glorificari, & studiis sollicitis honorari efficiat in terris: Ut per hoc fides Catholica roboretur, & idem altissimus, qui laudabilis est in secula, glorificetur amplius & laudetur; ac ex hoc salutis nostræ causam misericordiùs & miserabiliùs operari dignetur.

Cum itaque Thomas, dictus de Cantilupo, Ecclesiæ quondam Herefordensis Antistes, qui Nobili exortus prosapiâ, dum carnis clausus carcere tenebatur, pauper Spiritu, mente mitis, justitiam sitiens, misericordiæ deditus, mundus corde, verè pacificus (prout firmiter recolimus nos expertos; utpote cujus apud nos diu & laudabilis conversatio, & gloriosæ vitæ insignia, ex multâ familiaritate, quam nobiscum habuit, eadem fuerunt evidentius nobis nota, quod sanctitatem vitæ & ipsius conversationem laudabilem cernebamus) quemadmodum degens in seculo magnis pollebat meritis, nunc veniens in cœlo, magnis coruschare miraculis dinoscatur; in tantum, quod ipsius meritis & intercessionibus gloriosis lumen cœcis, surdis auditus, verbum mutis, & gressus claudis, & alia pleraque beneficia, ipsius patrocinium implorantibus, cœlesti dexterâ conferuntur; de quorum miraculorum coruschatione multiplici, nonnullis de Regno nostro certitudinaliter inotescit:

Nos attendentes, per Dei gratiam, fideles in Christo, nosque præcipue, & populum Regni nostri, ejus posse suffragiis adjuvari, ut, quem familiarem habuimus in terris, mereamur habere patronum in cælis,

Sanctitati vestræ devotissime supplicamus quatinus, tantam lucernam absconsam sub modio remanere diutiùs non sinentes, set eam mandantes super candelabrum collocari, hiis qui sunt in domo Domini solatium præbituram, dignemini ipsum ascribere Sanctorum Cathologo venerando; ut ejus precibus Dominus exoratus gratiam in præsenti, & gloriam nobis præbeat in futuro.

Conservet vos altissimus, ad regimen Ecclesiæ suæ Sanctæ, per tempora fæliciter longiora.

Dat. apud Westm. secundo die Novembris.

Dat. apud Westm. 4. die Novembris anno Regni nostri, &c.

Consimiles litteræ diriguntur subscriptis, videlicet,

Episcopis,
Domino L. Albanen.
Domino P. Sabynen.
Domino J. Tusculan.
Domino T. Civitatis Papalis,
Domino N. Ostien. & Velletren.
Domino J. Portuen, & Sanctæ Ruffinæ.

Presbiteris Cardinalibus,
Domino J. Tituli Sanctorum Marcellini & Petri,
Domino G. tituli Sancti Martini in Montibus.
Domino R. tituli Sanctæ Potentianæ,

Diaconis Cardinalibus,
Domino N. Sancti Adriani,
Domino F. Sanctæ Luciæ in Silice,
Domino J. Sancti Georgii ad Velum Aureum,
Domino F. Sanctæ Mariæ in Cosmedyn,
Domino L. Sanctæ Mariæ in Via lata Consang. Regis,
Domino R. Sancti Eustachii,
Domino L. Sancti Angeli.

Pro Scholaribus Domûs de Balliolo Oxon.

REX Majori & Ballivis Oxon. salutem. Ann. D. 1305.

Cùm per litteras nostras Patentes concesserimus, & licentiam dederimus dilectis nobis in Christo, Magistro Domûs Scolarium de Balliolo Oxon. & Scolaribus ejusdem Domûs, *An. 33. E. 1. Claus. 33. E. 1. m. 2.*

Quod ipsi unum messuagium & novem shopas, cum pertinentibus in Oxonio, quæ Magister Willielmus Burnel, nuper Præpositus Ecclesiæ Wellensis, defunctus, in Testamento suo eisdem Magistro & Scolaribus legavit, ab executoribus Testamenti ipsius Magistri Willielmi, juxta formam dicti legati, recipere possent;

Habenda & tenenda eisdem Magistro et Scolaribus, & successoribus suis de nobis & hæredibus nostris, & Capitalibus Dominis feodi illius per servitia inde debita & consueta, prout in literis nostris prædictis pleniùs continentur;

Quod quidem testamentum coram vobis in Curiâ vestrâ modo debito, ut dicitur, est probatum;

Vobis præcipimus, quod, si prædicta messuagium & shopæ præfatis Scolaribus, ut prædicitur, sint legata: & testamentum prædictum coram vobis, ut prædictum est, sit probatum, tunc eisdem Magistro & Scolaribus prædicta Messuagium & Shopas liberetis, tenenda juxta formam legationis testamenti prædicti, ac probationis ejusdem; Necnon juxta consuetudinem ejusdem villæ; & juxta licentiam nostram supradictam; salvo jure cujuslibet.

Teste Rege apud Westm. 5. die Novemb.

Eodem modo mandatum est Ballivis Margaretæ Reginæ Angliæ de prædictâ villâ.

Teste ut supra.

prædictam, seu alibi, infra prædicta quinque miliaria circumquaque, torneare, justas facere seu avehturas, seu alia hastiludia quærere præsumeret contra concessionem prædictam:

Ac licet Major Villæ prædictæ,

Thomæ Peche,	*Warino de Bassinghurn.*
Rogero Tamery,	*Johanni de Exning,*
Nicholao Bath,	*Waltero de Orewell,*
Roberto Houel,	*Johanni de Hunton,*
Philippo Colevill,	*Henr. Chaumberleyg de Beks,*

Et aliis, qui nuper justas in dictâ Villâ proclamari fecerint,

Infra eandem Villam inhibuerit ex parte nostra, ne justas aliquas, contra tenorem Cartæ & Confirmationis nostræ prædictarum, facere præsumerent quovismodo.

Iidem nichilominus Thomas, Rogerus, Nicholaus, Robertus, Philippus, Warinus, Johannes, Walterus, Johannes & Henricus, prohibitione hujusmodi non obstante, justas prope Villam prædictam facere præsumpserunt, in nostri contemptum, & quietis & tranquilitatis Magistrorum & Scolarium prædictorum perturbationem manifestam.

Et, quia hujusmodi transgressionem & contemptum relinquere nolumus impunitos, tibi præcipimus, firmiter injungentes, quod prædictos Thomam, Rogerum, Nicholaum, Robertum, Philippum, Warinum, Johannem, Walterum, Johannem & Henricum, ubicumque eos infra ballivam tuam contigerit inveniri, per corpora sua, sine dilatione attachies, & in prisonâ nostrâ salvò custodias, donec aliud inde à nobis, per literam, sub privato sigillo nostro, receperis in mandatis.

Et, si forte aliqui ipsorum in Ballivâ tuâ non poterint inveniri, tunc nobis nominibus eorumdem & de locis, in quibus fuerint conversantes, constare facias indilate.

Teste Rege apud Westmonasterium 7. die Novembris.

Per ipsum Regem.

---

*II.975.

* *Pro Universitate Oxonii.*

Ann. D. 1305. An. 33. E. 1. Rot. Cl. 33. E. 1. m. 1. d.

REX Vicecomiti Oxon. salutem.

Ex parte Cancellarii & Magistrorum Universitatis Oxonii nobis est ostensum, quod quidam proponunt Justas & Burdeicias facere, prope dictam Villam, circa Festum beati Nicholai proximo futurum; per quas, si ibidem teneantur, quies Scolarium, in dictâ Villâ studentium, posset de facili impediri;

Nos, volentes eorum quieti prospicere in hac parte, tibi præcipimus quod, si qui ibidem accedant, vel accedere voluerint ad Justas seu Burdeicias faciendas, tunc ex parte nostra publice proclamari & firmiter inhiberi facias, ne quis ibidem faciat Justas, Burdeicias, seu aliquod aliud factum Armorum, per quod quies dictorum Scolarium, contra libertates Universitatis prædictæ, impediri, seu turbari valeat quoquomodo.

Et, si quos ibidem accedere contigerit, qui pro hujusmodi proclamatione & inhibitione, per te sic faciendis, se non subtraxerint: seu Justas, Burdeicias, seu aliquod aliud factum Armorum fecerint; tunc corpora ipsorum, sic inobedientium, sine dilatione capias, & sub

nem tuam terminos Terræ.

Qualitatem autem attendentes temporis, in timorem dari compellimur.

Minus quidem bene quiescit Ecclesia, ipsius terras & adjacentes Provincias bella vastant civilia, illos hostiles incursus, & quandoque congressus exterminant:

Terram Sanctam Babillonicus hostis, non sine ignominiâ Christiani nominis, miserabiliter occupatam detinet:

Et nonnulli Principes, Christi fideles, adversus se diffident, &, oportunitate captata, libenter sibi invicem perniciosas insidias procurarunt.

Quis ergo superbus, tantæ Dignitatis fastigio putabit se dignum? aut quis stolidus, se tanto oneri parem credet?

Nos indignum ducimus, & nos imparem meritò reputamus.

Ex debito namque Pastoralis Officii, prohibere crimina, persuadere virtutes, inserere pacem, tollere odia, & scandala removere tenemur.

* Sed increduli hostes, discoli subditi, superstitiosi subjecti, devoti nimiùm delicati, & propter suasiones pravas, quibus obviari intendimus, aliquando pertinaces, *II.976.

Ideoque Ecclesiæ ad Deum egemus suffragiis, & Sanctorum orationibus indigemus, ut ipse justitias suas nos doceat, & intellectum det nobis quòd ejus mandata discamus; observantiam nempe justitiæ pax (quia sunt pax & justitia copulatæ) & mandatorum Dei custodiam devotio, etiam exterorum, & obedientia comitantur.

Illius enim vices gerimus hic, lumborum cujus est justitia cingulum, & fides cinctorium renum ejus.

Canatur igitur tuba: sanctificetur jejunium: vocetur cœtus: congregetur populus: coadunetur Ecclesia; ut ipsi ad Deum,

Qui nos Apostolicâ sede, per obitum, sanctæ memoriæ, Benedicti Papæ Prædecessoris nostri, proximè vacante, per electionem canonicam & concordem Cardinalium Romanæ, cui præsidemus, Ecclesiæ, nunc Fratrum nostrorum, benignitate misericordiæ suæ ad Regimen summi Pontificatûs assumpsit:

Et in eorum, necnon serenissimi Principis carissimi in Christo filii nostri Phylippi Regis Francorum illustris, aliorumque Principum, atque Nobilium, & multitudine populi copiosâ, præsentia peragere solemnia benedictionis nostræ permisit,

Porrigant preces, quod ad laudem suam, salvum & incolumem suæ nos servet Ecclesiæ, detque nobis servo suo cor docile, ut judicare possimus & regere populum suum, & inter bonum & malum discernere: quod perit (& præcipuè Terram sanctam memoratam) requirere, abjecta reducere, alligare confracta, consolidare infirma, fortia custodire ac pinguia, commissum gregem in justitia & judicio pascere, & illum taliter salubribus monitis confovere, quod ejus sanguis in extremo judicio de nostris non requiratur manibus, sed cum eo in æterna Christi tabernacula suscipi mereamur.

Dat. Lugdun. 16. Kal. Decembris, Pontificatûs nostri anno primo.

Sigillo plumbeo sub filo canabi.

Bulla, de lugubri statu Terræ Sanctæ occasione guerrarum inter Reges Angliæ & Franciæ.

Ann. D. 1305. An. 34. E. 1. Ex Autogr.

CLemens Episcopus, servus servorum Dei, carissimo in Christo filio Edwardo, Regi Angliæ illustri, salutem & Apostolicam benedictionem.

Post-

Ad Papam, de rumore super invalitudine sua.

Ann. D. 1305. An. 34. E. 1. Claus. 34. E. 1. m. 22. d.

SAnctissimo in Christo Patri, Domino C. divinâ providentiâ Sacrosanctæ Romanæ, ac Universalis Ecclesiæ summo Pontifici, Edwardus, eâdem gratiâ, Rex Angliæ, &c. devota pedum oscula beatorum.

Quidam rumor auribus nostris jam insonuit, Pater Sancte, quod tædia, seu incommoda quædam, quæ nobis displicent in immensum, nosque gravant in intimus & conturbant, vobis nuper casualiter acciderunt.

Nos igitur, de statu vestro (quem diu conservet omnipotens incolumen atque sanum) nova audire prospera & felicia avidè cupientes, dilectum Valletum nostrum, Bern. Ferrant, exhibitorem præsentium, ad vestræ Sanctitatis præsentiam destinamus.

Vestram Clementiam devotis precibus exorantes, quatinus de status vestri continentiâ nobis rescribere dignemini per eundem, quam primùm fieri poterit bono modo.

Animi enim jocunditatem, seu cordis lætitiam non sumemus, quousque de sanctissimæ personæ vestræ statu nova fœlicia sciverimus & optata; & ea nobis per vestras litteras proprias duxeritis nuncianda.

Conservet vos altissimus, ad Regimen Ecclesiæ suæ sanctæ, per tempora feliciter longiora.

Dat. apud Ryngwode 19. die Decembris.

Bulla, de provisionibus pro Nepote Papæ.

Ann. D. 1305. An. 34. E. 1. Ex Autogr.

CLemens Episcopus, servus servorum Dei, carissimo in Christo filio, Edwardo Regi Angliæ illustri, salutem & Apostolicam benedictionem.

Habet in te, fili carissime, firma spei nostræ fiducia, quod, ad nos & Romanam Ecclesiam habens reverentiam filialem, ea, quæ nostro grata sunt animo, placida tuis votis accedant, & illa intentis studiis ac plenis affectibus prosequaris.

Nuper siquidem Ecclesia de Menissestro, Conventren. & Lichefelden. Dioc. per resignationem ejusdem Ecclesiæ Rectoris vacante, nos, volentes ut ipsa Ecclesia tali committeretur personæ, cujus industriâ salubria in spiritualibus & temporalibus susciperet incrementa, eandem Ecclesiam dilecto filio Raymundo, sanctæ Romanæ Ecclesiæ Diacono Cardinali, Nepoti nostro, tunc in minori Officio constituto, duximus conferendam.

Quare Celsitudinem Regiam rogamus & hortamur attentius, quatinus vota tua in hac parte nostris confirmans affectibus, hujusmodi collationem nostram, etiam si Ecclesia ipsa ad dispositionem tuam forsitan pertineret, ratam habens & gratam, pro reverentiâ Apostolicæ sedis & nostrâ, velis hac vice æquo animo tolerare; per quam nec volumus, nec intendimus juri tuo, siquod in collatione, vel alia dispositione ipsius Ecclesiæ habere dinosceris, imposterum derogare.

Et, si de præfatâ Ecclesiâ alteri forsan tua Serenitas providisset, provisionem irritare velis eandem, ipsumque Nepotem nostrum in possessione pacificâ ejusdem Ecclesiæ tuæ potentiæ brachio, prout oportunum extiterit, protegas & defendas.

Præterea, cum idem Nepos noster pro adipiscendâ possessione Prioratûs de Othingham, sive Selle, Dunelmen Dioc. per nos nuper sibi collati, ad partes Angliæ Procuratores suos transmittat ad præsens, Celsitudinem Regiam iteratò rogamus quatinus, quod Prioratûs ejusdem possessionem pacificam valeat obtinere, Procuratoribus ipsis assistas favoribus oportunis,

juditu, per importunitatem & præsumptuosam instantiam, per te obtinuerunt etiam innovari; Regalibus super hoc exhibitis litteris, ut in omnes, infringentes concessiones præfatas, bis annis singulis, per omnes Regni prædicti Cathedrales Ecclesias, excommunicationis sententia promulgetur, sicut in eisdem litteris, Regio sigillo signatis, pleniùs & seriosiùs continetur.

Cùm itaque sedes ipsa, quæ Regnum præfatum diligit inter omnia Regna mundi, & te ac ipsum gerit in visceribus caritatis, agnoscat concessiones easdem, præsumptas & factas in tui honoris dispendium, & Regalis Excellentiæ detrimentum,

Concessiones easdem, & vigorem ipsarum, & quicquid per eas est quomodolibet subsecutum, ac etiam excommunicationum sententias, quæ in eisdem Ecclesiis vel alibi fuerunt pro illarum observatione forsitan promulgatæ, vel etiam promulgandæ, auctoritate Apostolicâ, & de plenitudine potestatis revocamus, anullamus, cassamus: cassas, nullas, & irritas nunciamus: litteras, super illis confectas, viribus vacuantes: decernentes te, & successores tuos Reges Angliæ, ad illarum observantiam de cætero non teneri, etiam si de observandis eisdem sacramentum forsitan præstitisses (præsertim cùm, quando Coronationis tuæ suscepisti solempnia, de honore & juribus Coronæ præfatæ servandis, sicut ex parte tuâ asseritur, præstiteris juramentum) aut si ad pœnas aliquas te propterea obligâsses, à quibus & reatu perjurii, si quem propterea incurristi, te etiam absolvimus.

Ac cautelam districtiùs inhibentes venerabilibus fratribus nostris, Archiepiscopis, & Episcopis cæterisque personis, tam Ecclesiasticis, quàm Secularibus, per Regnum ipsum ubilibet constitutis, ne ipsi, vel quivis ipsorum (Archiepiscopis & Episcopis, videlicet sub pœna suspensionis ab officiis & beneficiis, quam si per mensem substinuerint, sub excommunicationis, quam eos extunc, necnon omnes & singulos alios incurrere illicò volumus ipso facto) contra hujusmodi revocationis, anullationis, cassationis, irritationis, & decreti nostri tenorem, aliquid attentare præsumant;

Nos enim exnunc irritum decernimus & inane, si secus super hiis contigerit attentari.

Per hoc autem non intendimus jus, si quod quibuscunque Regnicolis dicti Regni in præmissis, ante concessiones hujusmodi, per te factas, forsitan competebat, auferre.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ revocationis, anullationis, cassationis, irritationis, & constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire.

* Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum, Petri & Pauli, Apostolorum ejus, se noverit incursurum. *II.979.

Dat. Lugduni 4. Kal. Jan. Pontificatûs nostri anno primo.

Sigillo avulso.

Bulla, quod in Personam Regis, vel in Capellas non possint ferri sententiæ Excommunicationis, Suspensionis, vel Interdicti, absque Sedis Apostolicæ mandato speciali.

CLemens Episcopus, servus servorum Dei, carissimo in Christo filio, E. Regi Angliæ illustri, salutem & Apostolicam benedictionem. Ann. D. 1306. An. 34. E. 1. Ex Autogr.

Regalis devotionis sinceritas, quam ad nos, & Romanam habes Ecclesiam, promeretur, ut personam tuam dignis honoremus favoribus, & Apostolicis gratiis muniamus.

Tuis

Ann. D. 1306. An. 34. E. 1. Ex Autogr.

CLemens Episcopus, servus servorum Dei, venerabili Fratri Episcopo Wigorniensi, salutem & Apostolicam benedictionem.

Regalis devotionis integritas carissimi in Christo filii nostri Edvardi Regis Angliæ illustris, quæ in exequendis votis Apostolicæ sedis viget & viguit indefessa, digne meretur ut sedes ipsa ab eo obnoxia amputet, abstergat incommoda, & fructuosa procuret.

Sane, nuper digna relatione percepimus quod, ipso olim in Flandria, & antequam illuc etiam accessisset, pro sui juris tuitione contra nonnullos suos æmulos & hostes agente,

Nonnulli Regni sui Magnates & Nobiles, aliæque personæ, suo nomini inimicæ, ex eo oportunitate captatâ quod extra Regnum ipsum occupabatur, in opposito æmulorum,

Nisi eisdem quædam concessiones, varias & iniquas, forestas, aliaque jura, ad coronam & honorem sui culminis spectantia ab antiquo (quæ etiam priusquam à dicto Regno secederet ab ipso importune petebant) fecisset,

* II. 980. * Contra eum conspiraverant, concitabant populos, & schandala plurima seminabant:

Idémque Rex, prudenter illorum machinationem advertens, ac volens tunc currentis temporis evitare pericula, Concessiones hujusmodi duxit, plus coactus, quam voluntarius, faciendas.

Et tandem, in Regnum prædictum eo postmodum revertente (licet nondum guerris sedatis eisdem) iidem Magnates & alii Concessiones hujusmodi, per importunitatem & præsumptuosam instantiam, per eum obtinuerunt etiam innovari; Regalibus super hoc exhibitis litteris, ut in omnes, infringentes Concessiones præfatas, bis annis singulis, per omnes Regni prædicti Cathedrales Ecclesias, excommunicationis sententia promulgetur, sicut in eisdem litteris, Regio Sigillo signatis, plenius & seriosius continetur.

Cum itaque sedes ipsa, quæ Regnum præfatum diligit inter omnia Regna mundi & Regem ac ipsum Regnum gerit in visceribus caritatis, agnoscat Concessiones easdem, præsumptas & factas in sui honoris dispendium, & Regalis Excellentiæ detrimentum,

Concessiones easdem, & vigorem ipsorum, & quicquid per eas fuit quomodolibet subsecutum, ac etiam excommunicationum sententias, quæ in eisdem Ecclesiis vel alibi fuerunt pro illorum observatione forsitan promulgatæ, auctoritate apostolicâ & de plenitudine potestatis revocavimus, annullavimus, cassavimus: Cassas, nullas, & irritas nunciavimus: Litteras super illis confectas viribus vacuantes; ac decementes Regem ipsum, & Successores suos Reges Angliæ, ad illarum observantiam de cætero non teneri, etiam si de observandis eisdem sacramentum forsitan præstitisset (præsertim cùm, quando coronationis suæ suscepit solemnia, de honore & juribus coronæ præfatæ servandis, sicut ex parte suâ asseritur, præstiterit juramentum) aut si ad pœnas aliquas se propterea obligasset, à quibus, & reatu perjurii, si quem propterea noscitur incurrisse, eum etiam absolvimus;

Ad cautelam districtius inhibentes Venerabilibus Fratribus nostris, Archiepiscopis & Episcopis, cæterisque personis, tam ecclesiasticis quàm secularibus, per Regnum istum ubilibet constitutis, ne ipsi, vel quivis ipsorum (Archiepiscopis & Episcopis, videlicet, sub pœnâ suspensionis ab officiis & beneficiis, quam si per Mensem sustinuerint sub excommunicationis, quam eos exnunc, necnon omnes & singulos alios incurrere illico voluimus ipso facto) contra hujusmodi revocationis, annullationis, cassationis, irritationis, & Decreti nostri tenorem aliquid attemptare præsumant;

Nos enim ex nunc irritum decrevimus & inane, si secus super his contingeret attemptari,

Quocirca Fraternitati tuæ per apostolica scripta mandamus, quatinus revocationem, annullationem, cassationem, irritationem, ab-

Bulla, ut bono statu suo, & de morte Ducis Britanniæ ad solempnia coronationis suæ contingente.

Ann. D. 1306. An. 34. E. 1. Ex Autogr.

CLemens Episcopus, servus servorum Dei, carissimo in Christo Filio Edvardo, Regi Angliæ illustri, salutem & apostolicam benedictionem.

Litteras, quas nobis nuper, pro nostri sciendâ statûs continentiâ, zelus Regius, de nostrâ salute sollicitus, destinavit, affectione paternâ recepimus: Diligentiam devotionis tanti filii, quem brachiis intimæ caritatis amplectimur, exinde cum gratiarum benedictionibus plurimùm in Domino commendantes.

Rescribimus igitur quod à casu, ad nostræ Coronationis solennia; ex pressurâ multarum gentium, accedente, nos altissimus, per sui misericordiam, salvos fecit, & valemus incolumes ex sui habundantiâ pietatis.

Verùm doluimus de Duce Britanniæ (ad quem paternam habebamus benivolentiam) qui ex hujusmodi casu decessit.

Rogamus insuper, Fili prædilecte, quatinus devotus ores illum, cujus gerimus vices in terris, ut nobis donet præesse salubriter, & incrementer proficere populo Christiano.

Dat. Lugdun. 10. Kal. Februar. Pontif. nostri anno primo.

Sigillo avulso.

Bulla, pro Radulfo Episcopo Londoniensi commendatoria.

Ann. D. 1306. An. 34. E. 1. Ex Autogr.

CLemens Episcopus, servus servorum Dei, Carissimo in Christo Filio E. Regi Angliæ illustri, salutem & apostolicam benedictionem.

Habet in te, Fili Carissime, Romana Ecclesia, Mater tua, constantem, sicut in Filio prædilecto, fiduciam, quod tu, gerens ad Deum & eandem Ecclesiam reverentiam filialem, pro divini nominis gloriâ, Ecclesias quaslibet propitiis favoribus prosequaris; sed illas, quæ infra Regni tui limites constitutæ noscuntur, tanto uberioris dilectionis affectu respicias, quanto erga illas tenere majori devotione fervere.

Sanè dudum Ecclesiæ Londoniensis, per obitum, bonæ memoriæ, Ricardi Londonien. Episcopi, Pastoris regimine destitutæ, Capitulum ipsius Ecclesiæ, certâ die ad eligendum præfixa (vocatis & præsentibus omnibus, qui voluerunt, debuerunt & potuerunt commodè interesse) pro futuri substitutione Pastoris, prout moris est, insimul convenerunt.

Et, Spiritûs Sancti gratiâ invocatâ, in Venerabilem Fratrem Radulfum Episcopum Londonien, tunc Ecclesiæ prædictæ Decanum, vota sua, quasi per inspirationem divinam concorditer direxerunt; eum in Londonien. Episcopum eligendo.

Idem vero Episcopus infra tempus à jure statutum, ad multam Capituli prædictorum instantiam, hujusmodi Electioni, de se factæ, consentire curavit.

Et demùm, ejusdem electionis Decreto Venerabili Fratri nostro Archiepiscopo Cantuariensi, loci Metropolitan. infra tempus debitum præsentato, ipsoque Episcopo ipsum confirmari cum instantiâ postulante; idem verò Archiepiscopus, in confirmatione hujusmodi debito servato processu, illam canonicè confirmavit, ipsumque eidem præfecit Ecclesiæ in Episcopum & Pastorem: sibi curam & administrationem ipsius Ecclesiæ committendo.

Cumque postmodum, infra terminum, sibi ad recipiendum munus consecrationis ejusdem per eundem Archiepiscopum assignatum, ad

Dat. Lugdun. Kal. Februar. Pontificatûs nostri anno primo.

Rao.

Sub filo canabi.

Bulla executoria de sex Clericis Regiis ad beneficia Ecclesiastica promovendis.

Ann. D. 1306. An. 34. E. 1. Ex Autogr.

CLemens Episcopus, servus servorum Dei, Venerabili fratri Episcopo Londonien. & dilectis Filiis, Westmonasterii, & de Sancto Albano Monasteriorum Abbatibus, Lincoln. & Londonien. Dioc. salutem & apostolicam benedictionem.

Gerentes ad personam dilecti Filii, Nobilis Viri Edwardi, primogeniti carissimi in Christo Filii nostri, E. Regis Angliæ illustris, paternæ dilectionis affectum, illam congruis favoribus libenter attollimus, & petitiones suas, quantum cum Deo possumus, favorabiliter exaudimus.

Ipsius itaque supplicationibus inclinati, discretioni vestræ per apostolica scripta mandamus, quatinus vos, vel duo, aut unus vestrium, per vos, vel alium, seu alios, sex personis ydoneis, quas idem Edwardus vobis duxerit nominandas, earum, viz. singulis de singulis beneficiis Ecclesiasticis, cum cura, vel sine cura,

Ad collationem seu præsentationem, seu quamcumque dispositionem dilectorum Filiorum de Ramesoye de Burgo Sancti Petri de Tornoye Sancti Edmundi, & de Croylande Monasteriorum, Abbatum, ac Prioris Prioratûs de Leves, eorumque Conventuum, Lincolnien. Norwicen. & Cicestren. Dioc. communiter vel divisim pertinentibus,

Consuetis ab olim Clericis secularibus assignari, nulli alii de jure debitis,

Quorum quidem singulorum beneficiorum redditus, & proventus, usque ad summam octuaginta Marcharum Sterlingorum, juxta taxationem decimæ, in partibus Angliæ ultimo persolutæ, singulis annis ascendant,

Quæ personæ ipsæ per se, vel Procuratores suos ad hoc specialiter constitutos, infra unius Mensis spatium, postquam eis vel dictis
* II.983. Procuratoribus de hujusmodi beneficiorum vacatione * constiterit, duxerint acceptanda, si vacant ad præsens, vel cum ad id obtulerit se facultas,

Quæ ex nunc donationi Apostolicæ reservamus, providere curetis:

Ipsasque personas, vel ipsarum Procuratores, earum nomine singulariter in corporalem possessionem singulorum eorundem beneficiorum inducatis, & defendatis inductos.

Eisque faciatis de ipsorum beneficiorum fructibus, redditibus, proventibus, juribus, & obventionibus universis integrè responderi.

Inhibentes Abbatibus, Priori, & Conventibus memoratis, ne ipsi de hujusmodi beneficiis, ante lapsum Mensis prædicti, nisi postquam eis constiterit, quòd eædem personæ, vel procuratores illa nollent forsitan acceptare, aliquid disponere vel ordinare præsumant, ac decernentes ex nunc irritum & inane, si secus super his à quoquam contigerit attemptari:

Non obstantibus quibuscumque Statutis, & consuetudinibus con-

Intendentes, Fili carissime, in agendis tuis, prout poterimus, benignos nos reddere, & exhibere favorabiliter gratiosos.

Propterea quia eosdem Nuncios, quos potes de diligentiâ commendare, ad præsentiam tuam non rediêre celeriùs, Celsitudo Regia non miretur; cum tam proprii corporis passio, quàm alia multiplicia, quæ nos occupavêre negotia, celeriorem expeditionem hujusmodi retardarunt.

Sane Serenitatem tuam attentè rogamus, quatinus Nuncios apostolicæ sedis, cum eos ad præsentiam tuam venire contigerit, curialiùs solito recipere, &, ut decet, benignè pro ipsius Sedis reverentiâ audire procures.

Cæterùm, quia longum esset singula scribere, ipsorum Nunciorum relatui exhibeas plenam fidem.

Dat. apud Sanctum Ciricum propè Lugdun. 4. Non. Martii, Pontific. nostri anno primo.

Sub filio canab.

---

* *Pro Domino Amaneno de Lebreto, quod possit habere Castrum de Milhano.* * II.984.

CLemens Episcopus, servus servorum Dei, carissimo in Christo filio, Edvardo Regi Angliæ illustri, salutem & Apostolicam benedictionem.

Ann. D. 1306. An. 34. E. 1. Ex Autogr.

Etsi caritatis fœcundæ sinceritas (quâ, velut dominici gregis Pastor, personam & domum Regiam, claris utique devotionis & fidei titulis insignitam, dignè prosequimur) pulsat nostrum instanter animum, mentemque sollicitat, ut circa te, veluti filium prædilectum, interni luminis aciem dirigentes, in te vigere utriusque salutem hominis affectemus; illius tamen domesticæ familiaritatis, quâ tibi hactenus, minori fungentes officio, stringebamur (Consiliariorum tuorum utpote ascripti consortio) non obliti, sed memores existentes, & reputantes nos fidelis consultationis ministerio debitores, multæ sollicitudinis excitamur instantiâ ut, pro Regii honoris augmento, tuæque laudis titulis extollendis, in his, quæ urgente conscientia meditationibus nostris occurrunt, id, quod expedire credimus & decere, tibi, ut convenit, exprimamus.

Sanè, nisi pro meritis præmia præberentur, aut rarus, vel nullus esset, qui vellet Deo vel hominibus deservire; sed, ut servientium invitetur affectus, retributor bonorum omnium, quem omnes imitari tenemur, ne dum pro meritis, sed etiam ultra merita recompensat.

Quàm autem fideliter, quàm fructuosè, quàmque necessariò & utiliter dilectus filius, nobilis vir, Amanenus Dominus de Lebereto, Miles, fidelis tuus, tibi dudum, potissimè in Guasconiæ guerrâ, servivierit, meliùs evidentia narrat operum, quam litterarum posset series explicare.

Non enim latet te labor ipsius, non potest diligentia occultari, qui fidem ejus, sollicitudinem & opera comprobâsti; nec aliena sint à notitiâ Regia profluvia, quæ in se, ac suis, in dictâ guerrâ, pertulit expensarum; suam & suorum omnium personas perpetuo banno & exhæredationi etiam exponendo;

Quibus facultates eorum exaustæ sunt & plurimùm diminutæ, crederemus quidem peccare non modicum si pro eo conscientiam Re-

giam

E. 1. Pat. 34. E. 1. m. 32. intus.

Sciatis quòd cùm dilectus nobis, Reymundus Guilli. de Budas, Miles, Nepos Domini Clementis summi Pontificis, nobis supplicaverit, ut nos sibi concedere velimus, quod ipse domum suam de Budos, quæ est infra Præposituram de Bersak, infra Ducatum prædictum, kernellare, & domum illam fortem facere posset muris, turrellis, fossatis, & modis aliis, quibus sibi meliùs viderit expedire;

Nos, ob reverentiam præfati summi Pontificis, necnon & pro eo quod fortalicium hujusmodi, ad nostram & terrarum nostrarum in partibus illis, necnon & hominum de progenie prædicti summi Pontificis securitatem, sic faciendum reputamus, concessimus, & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus nostris, quantum in nobis est, præfato Reymundo, quod ipse domum suam kernellare, & fortem facere possit in forma supradicta:

Et eam, sic kernellatam & fortem factam tenere possit, sibi, hæredibus & successoribus suis imperpetuum, sine occasione vel impedimento nostri, vel hæredum nostrorum, Senescallorum, Præpositorum, Officialium, Ballivorum, seu Ministrorum nostrorum Ducatûs prædicti quorumcumque.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Wynton. nono die Martii.

Per breve de privato sigillo.

Litera deprecatoria ad inclinandum animum Regis ad pacem super treugis captis per Cardinales.

Ann. D. 1306. *An.* 34. *E.* 1. *Ex Autogr.*

CLemens Episcopus, servus servorum Dei, carissimo in Christo filio, Edvardo Regi Angliæ illustri, salutem & Apostolicam benedictionem.

Non sine magnâ mentis lætitiâ, pridem litterarum venerabilium fratrum nostrorum, Petri Penestrini, & Anibaldi Tusculan. Episcoporum, Apostolicæ Sedis Nunciorum, lectione percepimus treugas, pacis representantes ymaginem, inter te, fili carissime, ac carissimum in Christo filium nostrum Philippum Regem Franciæ illustrem, initas invicem, usque ad Festum beati Michaelis proximo futurum, & ab inde usque ad tres annos continuos duraturas, sperantes in eo, qui est pax vera, & in filiis pacificis delectatur, quod ex inde mutua Deo placabilis, & utrique vestrûm honorabilis, & accommoda, totique Christianitati perutilis concordia subsequetur.

Quocirca, Regiam Excellentiam multipliciter super hiis in Domino commendantes, eam rogamus, & hortamur attentiùs, & per Dei misericordiam obsecramus, quatinus innumerabilia guerrarum mala, pericula, & scandala, quibus Divina Majestas graviter offenditur: ac bona inenarrabilia, quæ caritatis & concordiæ unitas, ad honorem & beneplacitum divinum, producere poterit, intra Regalis pectoris claustra, diligenti consideratione revolvens; ad pacem & concordiam reformandam hujusmodi Regium habilites animum, & inclines:

Ad nos propterea viros, prudentiæ maturitate conspicuos, zelatores ejusdem pacis & concordiæ, destinando, petitionesque Regias, super negotio reformationis pacis ejusdem, sic prudenter & provide temperando, quod secundum Deum, honestatem, & justitiam reputari admissibiles debeant, & inde possit merito pacis dulcedo subsequi; quæ Regem pacificum & excelsum, cordaque cunctorum fidelium, pacem, ipsam avide præstolantium, exilaret, & ad subveniendum fidei, & fidelibus in transmarinis partibus, ob crudelitatem Agarenorum, & Turchorum infidelium, propter guerras prædictas audaciùs & præsumptuosiùs ad extinguendum exinde

cum aliis Prælatis, Magnatibus, & Proceribus de Regno nostro, de auxilio, nobis in casu prædicto faciendo; & ad consentiendum hiis quæ ibidem in hac parte contigerit ordinari:

Vel Procuratores, seu Attornatos vestros, à vobis sufficientem potestatem habentes, & instructos ad præmissa facienda, tunc ibidem mittatis; & habeatis ibi hoc breve.

Teste Rege apud Wynton. quinto die Aprilis.

Eodem modo scribitur subscriptis.

J. Dunolm. Episcopo,
J. Lincoln. Episcopo,
J. Norwicen. Episcopo,
R. London. Episcopo,
J. Cicestr. Episcopo,
Th. Exon. Episcopo,
R. Hereford. Episcopo,
W. Bathon. & Wellen. Episcopo,
W. Coventr. & Lychefeld. Episcopo,
H. Wynton. Episcopo,
Assaven. Episcopo,
Bangoren. Episcopo,
Menev. Episcopo,
Landav. Episcopo,
Abbati de Burgo Sancti Petri,
Abbati de Rameseye,
Abbati de Thorneye,
Abbati de Croylond,
Abbati de Sancto Edmundo,
Abbati Sancti Augustini Cantuar.
Abbati de Sancto Albano,
Abbati Westmonasterii,
Abbati de Evesham,
Abbati de Glascon,
Abbati de Wynchecombe,
Abbati de Malmesbr.
Abbati de Hida Wynton.
Abbati de Burton super Trentam,
Abbati Cestriæ,
Abbatissæ de Wylton.
Abbatissæ Sanctæ Mariæ Wynton.
Abbatissæ de Shaftesbur.
Abbatissæ de Berkyng.

De eodem auxilio ad Comites & Barones.

Ann. D. 1306. *An.* 34. *E.* 1. *Rot. Cl.* 34. *E.* 1. *m.* 15. *d. Cedula.* * II. 987.

REX dilecto & fideli suo, Henrico de Lacy, Comiti Lincolniæ, salutem.

Quia ordinavimus quod Edwardus, filius noster primogenitus, in festo Pentecostes, proximo futuro, Deo propitio, militiæ cingulo decoretur, per quod, de jure coronæ nostræ, in hujusmodi casu, auxilium fieri nobis debet,

* Vobis mandamus, in fide & homagio, quibus nobis tenemini, firmiter injungentes, quod in Crastino Sanctæ Trinitatis, proximò futuro, sitis, in propriâ personâ vestrâ, coram nobis & consilio nostro, apud Westmonasterium, ad tractandum & ordinandum, unà cum Prælatis, & aliis Magnatibus, & Proceribus de Regno nostro, de auxilio, nobis in casu prædicto faciendo; & ad consentiendum hiis, quæ ibidem in hac parte contigerit ordinari:

Vel Attornatos vestros, à vobis sufficientem potestatem habentes, & instructos ad præmissa facienda, tunc ibidem mittatis; & habeatis ibi hoc breve.

Teste Rege apud Wynton. quinto die Aprilis.

Eodem modo scribitur subscriptis.

Johanni de Warenna, Comiti Surr.
Rogero le Bygod, Comiti Norff. & Marescallo Angliæ,
Radulpho de Monte Hermeri, Comiti Glouc. & Hertford.
Thomæ, Comiti Lancastriæ,
Guidoni de Bello Campo, Comiti Warrewyk.

Ro-

34. E. 1. m. 15. d. Cedula. Tibi præcipimus quòd de Comitatu tuo duos Milites: & de qualibet Civitate in Ballivâ tuâ duos Cives: & de quolibet Burgo duos Burgenses; vel unum, secundum quod Burgus fuerit major vel minor, venire facias, coram nobis & Consilio nostro, apud Westmonasterium, in Crastino Sanctæ Trinitatis, proximò futu-
* II. 988. ro, ad tractandum & ordinandum de * auxilio, nobis in casu prædicto faciendo; & ad consentiendum hiis, quæ ordinabuntur in hac parte.

Scire etiam facias Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Prioribus, & aliis viris religiosis, per totam Ballivam tuam, quod per se, vel sufficientes Procuratores, seu Attornatos suos, tunc sint ibidem, ad tractandum & ordinandum similiter de præmissis, ac ad consentiendum eisdem, prout superius est expressum; & habeas ibi nomina Militum, Civium, & Burgensium prædictorum: & hoc breve.

Teste Rege apud Wynton. quinto die Aprilis.

Consimiles litteræ diriguntur singulis Vicecomitibus per Angliam.

Teste Rege ut supra.

De cæde Johannis Comyn per Robertum de Brus, & de intendendo Adomaro de Valentia Locum-tenenti Regis & Capitaneo contra Rebelles.

Ann. D. 1306. An. 34. E. 1. Pat. 34. E. 1. m. 28.

REX Baronibus, Militibus, & omnibus Ballivis, Ministris, & fidelibus suis, tam infra libertates, quàm extra, in Comitatu Eborum, Northumbr. tota Laudon. & locis vicinis, usque ad fines Comitatûs de Dunfres, salutem.

Quia Robertus de Brus, quondam Comes de Carryk, de quo plenam fiduciam habebamus, spreto homagii & fidelitatis fuæ nobis præstito juramento, unà cum quibusdam malefactoribus, fautoribus, & complicibus suis, nuper nobilem virum Johannem Comyn de Badenagh, fidelem nostrum, & quosdam alios, ad fidelitatem nostram existentes, in Ecclesia fratrum minorum de Dunfres in Scotia, nequiter & proditionaliter interfecit:

Et tam, enormi & scelerofo facinore non contentus, set pejora prioribus accumulans, pacem nostram, quam in terra nostrâ prædictâ, post homagia & fidelitates incolarum ejusdem terræ nobis facta, publice proclamari fecimus firmiter observandam, guerram contra nos movendo, hostiliter perturbavit: & quosdam Vicecomites, & alios Ministros, & fideles nostros in partibus illis cepit, & carceri mancipavit, & eos adhuc detinet incarceratos: ac quædam Castra, Villas, Terras, & Tenementa nostra, in eisdem partibus occupavit; & Dominium ejusdem Terræ sibi, pro viribus, nititur usurpare, in Ecclesiæ catholicæ Regnique nostri scandalum, ac nostri & coronæ nostræ exhæredationem manifestam:

Nos, tantam malitiam & iniquitatem reprimere, & dampnis & periculis, quæ fidelibus nostris, tam in Anglia, quàm in Scotiâ, per hostiles incursus prædicti Roberti, complicumque suorum, poterunt evenire, obviare volentes, assignavimus dilectum consanguineum & fidelem nostrum, Adomarum de Valentia, locum nostrum tenentem & Capitaneum super omnes homines ad arma, tam equites, quàm pedites, qui terras & tenementa, bona, aut catalla habent,

Nos itaque, hiis, quæ nobis dicere voluit, intellectis, sibi duximus respondendum, quod ipse erga nos ita se gesserat, temporibus retroactis: Ac procuraverat, & fecerat nobis & nostris, postpositâ ratione, dedecus, dampna, quamplurima, & despectus: Quodque, per factiones & procurationes suas, Regnum nostrum sic dudum commotum fuerat & turbatum, quod per ipsum non stetit quin exhæredati proculdubio fuissemus: Quæ quidem ad vestram notitiam retrolapsis temporibus credimus pleniùs pervenisse, quàm modò litteris exprimamus.

Et, quamvis, ad alliciendum eundem ad mansuetudinem & benivolentiam erga nos & nostros, curam apposuerimus diligentem, nichil nobis profuit, nec quicquam emendationis in ea parte percepimus; set potius eo amplius erga nos & nostros continuationem suæ malivolentiæ & contrarietatis sentimus effervere.

Unde sibi diximus & expresse, quod non meruerat ullam in nobis gratiam invenire, nec etiam videbatur nobis quod sibi gratiam aliquam facere deberemus.

Quum igitur, Pater Sanctissime, negotium Terræ Sanctæ, sicut accepimus, multùm insideat cordi vestro, de quo non mediocriter recreamur, ac nos etiam præ cæteris desiderabilius cordis nostri dictum Negotium geramus in votis, fuissemusque idem Negotium, jam diu est, diligentius prosecuti, nisi occupationes multiplices & immensæ guerrarum & gravium turbationum, contra nos inopinabiliter subortarum in diversis locis & partibus, obstitissent (quarum pars magna per procurationem præfati Archiepiscopi ortum habuit & provenit) sitque cordi beatitudinis vestræ omnes occasiones tollere, per quas prosecutio prædicti negotii Terræ Sanctæ possit aliqualiter impediri,

Sanctitati vestræ affectuosis precibus supplicamus, quatinus præmissis, si placet, benigna meditatione pensatis, honore Dei prævio, sic de statu sæpedicti Archiepiscopi vestra providentia ordinet & disponat, quod ad præfati negotii Terræ Sanctæ promotionem & augmentum, ac nostri Regnique nostri statum cedat pacificum & quietum.

Quum, considerata malivolentia, quam in dicto Antistite versus nos & nostros, absque culpa nostra, invenimus hactenus habundare, credimus firmiter & tenemus, quod, si contingeret ipsum diutius in præfato Regno nostro, vel alibi infra nostram potestatem morari, longe plus solito fieret nobis contrarius & infestus, ac suis conatibus niteretur nos & nostros molestare, magisque gravare quàm priùs; nos & tranquillitatem Regni nostri periculosiùs perturbando.

Nec aliquid videre scimus, ad præsens, quod sic iter nostrum impedire valeret sicut mora ipsius infra potestatem nostram, prout superius est expressum.

Conservet vos altissimus, ad Regimen Ecclesiæ suæ Sanctæ, per tempora prospera & longæva.

Dat. Wynton. 6. die Aprilis, anno, &c. 34.

* II. 990.

** Pro Edwardo filio Regis, de Ducatu Aquitaniæ sibi dato.*

Ann. D. 1306. An. 34. E. 1. Pat. 34. E. 1. m. 30.

REX omnibus, ad quos præsentes litteræ pervenerint, salutem. Sciatis quod cum ordinaverimus, quod Edwardus, filius noster carissimus, in Festo Pentecostes, proximo futuro, militiæ cingulo decoretur;

Nos,

Ita tamen quod præfatus filius noster Ducatum & insulam antedictos alienare non possit, nec quicquam de eisdem, aut pertinentiis eorundem, detrahere vel diminuere quoquo modo.

In cujus, &c.

Teste Rege ut supra.

Consimilis donatio de Terra Agenesia.

Ann. D. 1306. *An.* 34. *E.* 1. *Ibidem.*

REX omnibus, ad quos, &c. ut supra salutem.

Sciatis quod, cum ordinaverimus, *&c. ut supra.*

Nos, ut idem filius noster, *&c. ut supra.* dedimus, & concessimus, & hac carta nostra confirmavimus, eidem filio nostro totam terram nostram de Ageneis, cum omnibus pertinentiis suis:

Habendam, & tenendam sibi, &, post ipsum, Regibus in Regno Angliæ hæreditarie regnantibus, adeo integre, *&c. ut supra*, ad prædictam terram qualitercumque spectantibus, sicut nos vel Progenitores nostri eandem terram, cum pertinentiis suis prædictis, integrius, *&c. ut supra*;

Ita tamen quod præfatus filius noster dictam terram alienare non possit, nec quicquam de eadem, aut pertinentiis ejusdem, detrahere vel diminuere quoquo modo.

In cujus, &c.

Teste ut supra.

---

*II.991.

** De orando pro Rege.*

Ann. D. 1306. *An.* 34. *E.* 1. *Cl.* 34. *E.* 1. *pars* 1, *m.* 16. *d.*

REX, Religiosis viris, & sibi in Christo dilectis, Magistro Ordinis Fratrum Prædicatorum, ac diffinitoribus Fratribus Universis, in Generali Capitulo suo Paris. proximo conventuris, salutem, & Spiritu Sancto dirigi in agendis.

Dum conditionem humanæ fragilitatis attendimus, & qualiter omni creaturæ, tam sublimi, quàm humili, prætereuntibus suo cursu diebus, præsentis vitæ finis appropriat, attentâ consideratione pensamus, sic prævenire cupimus, quantum nobis ex alto permittitur, diem mortis, ut æterni clementia Judicis dignetur nostri de suæ gratiæ plenitudine misereri.

Verùm cum devotarum orationum suffragia, inter alia pietatis opera, multùm prosint ad divinam misericordiam impetrandam, de vobis, quorum ordinem benevolentiæ specialis favore prosequimur, ut salutem nostram zelemini, & pro nobis, Consorte nostrâ, & liberis nostris, ac statu prospero Regni nostri, preces devotas Domino offeratis, plenam fiduciam optinentes,

Devotionem vestram requirimus & rogamus quatinus nunc, & in futurum dignam sollicitudinem impendatis, & insistatis assiduis supplicationibus, & intercessionibus apud Deum, ut hic sua pietate nos dirigat per suorum semitam mandatorum, &, post diem extremum, salvationis locum nobis dignetur misericorditer indulgere, statumque Regni nostri conservare prosperum & tranquillum.

Universitatem vestram Religiosam diù conservet Altissimus in caritate continuâ & perfectâ.

Datum apud Wolveseye 8. die Aprilis.

lentes, quod prompti erimus & parati ad ea quæ vobis noverimus esse grata, & etiam cum promptitudine, qua poterimus, * adimplere quod super hiis, de quibus nos requirendum duxistis, vobis visum fuerit faciendum. *II.992.

Supplicantes precibus iteratis, ut super præmissis nobis significare velitis vestræ beneplacita voluntatis, & prædictum Clericum nostrum taliter prosequi gratia & favore, ut in persona ipsius quod pro nobis feceritis percipere valeamus.

Conservet, &c.

Dat. Wynton. 8. die Aprilis, anno Regni nostri, &c.

Ad Papam, de quadam Provisione.

SAnctissimo in Christo Patri, Domino C. divinâ providentiâ, Sacrosanctæ Romanæ, ac universalis Ecclesiæ summo Pontifici, Edwardus, eadem gratia, Rex Angliæ, &c. devota pedum oscula beatorum.

Ann. D. 1306. *An.* 34. *E.* 1. *Claus.* 34. *E.* 1. *m.* 16. *d.*

Vir, magnificæ probitatis, Magister Simon de Faversham, Doctor in Theologica facultate, assiduè studiis virtutum invigilans, eminentia scientiæ literalis, morum gravitate, & vitæ munditia, aliorumque laudabilium suffragio meritorum, adeo dicitur insigniri, quod apud clementiam vestram judicio nostro meretur favoris plenitudinem invenire.

Cum itaque dictus Magister Simon, vestris volens devote in omnibus obtemperare mandatis, Archidiaconatum Cantuariensem, quem nuper fuerat assecutus, & aliquandiu ipsius pacifica possessione gavisus, prætextu collationis, Nato dilecti & fidelis nostri Amaneni de Lebreto, de Archidiaconatu prædicto, per vos factæ, absque difficultate dimiserit,

Subsequenterque Ecclesiam de Raicolure Dioc. Cantuar. adeptus, occasione cujusdam provisionis, quæ pro quodam Clerico, longè utique ab ipsius Simonis meritis & bonitate distante, auctoritate vestra in dicta Dioc. dicitur emanasse, super eadem Ecclesia inquietari timeat, & vexari;

Sanctitati vestræ precibus supplicamus attentis quatinus hiis, quæ præmisimus, & aliis etiam, quæ de tam probo & famoso Clerico prædicantur, clementi meditatione pensatis, sic eum habere dignemini in hiis, quæ statum contingunt ipsius, gratiosis affectibus commendatum, ac Apostolici favoris gratia prosequi speciali, ut in effectu percipiat quod suggesserit nostræ mentis affectus.

Conservet vos altissimus, ad Regimen Ecclesiæ suæ sanctæ, per tempora prospera & longæva.

Datum apud Wolveseye 12. die April.

Ad Papam, de Credentia.

SAnctissimo Patri in Christo Domino C. divinâ providentiâ, Sacrosanctæ, ac universalis Ecclesiæ summo Pontifici, Edwardus, eadem gratia, Rex Angliæ, &c. cum omni reverentia & honore, humillima pedum oscula beatorum.

Ann. D. 1306. *An.* 34. *E.* 1. *Claus.* 34. *E.* 1. *m.* 15. *in Schedula. d.*

Quantum successive refloreat erga nos vestræ benignitatis affectus, apertè colligimus ex animi teneritudine, quam ad statum nostrum habetis; quodque vobis placuit de ipso statu tam piè & tenerè cogitare, atque disponere, quod utique ab innato sanguine & antiqua gratitudine novimus processisse, assurgentes vobis ad grates & gratias, quas possumus seu sufficimus, super eo, quod nuncios no-

intentio quod optatum super hoc vota nostra sortiantur effectum.

Paternitatem vestram, de qua confidimus, attente requirimus, & affectuose rogamus, quatinus examinationis præfatæ negotium, de quo felicem expectamus eventum, juxta desiderium nostri cordis, prompta & celeri studeatis, si placet, executione complere.

Non autem indignè ad ipsius Sancti Venerationem pro viribus procurandam inducimur, cum nos & populum Regni nostri in dies ejus cernamus suffragiis adjuvari; & præsertim ut, quem familiarem habuimus in terris, Patronum in cœlis magis propitium mereamur.

Datum Wynton. vicesimo tertio die Aprilis.

Ad Papam, Commendatoria.

Ann. D. 1306. An. 34. E. 1. Rot. Cl. 34. E. 1. m. 15. d.

SAnctissimo in Christo Patri, Domino C. divinâ providentiâ, Sacrosanctæ, ac universalis Ecclesiæ summo Pontifici, Edwardus, eidem gratiâ, Rex Angliæ, &c. devota pedum oscula beatorum.

Quia domus & ædeficia Prioratûs de Pontous, tempore guerræ, inter Regem Franciæ & nos in Vasconia nuper motæ, combusta, possessionesque Prioratûs ejusdem destructæ fuerunt similiter & consumptæ: Ac dilectus Capellanus noster, frater Arnaldus, Prior Prioratûs prædicti, pro eo quod parti nostræ fideliter adhæsit, dampna recepit non modica & jacturas:

Nos ipsum Priorem, suis exigentibus meritis, cupientes prosequi gratiosè, vestræ clementiæ devotis precibus supplicamus, quatinus eidem Priori de aliquo beneficio competenti, juxta statum suum, in partibus Vasconiæ, vel alibi, ubi vestræ placuerit sanctitati, providere dignetur vestra dominatio gratiosa;

Has preces nostras sic, si placet, Pater Sancta, ad exauditionis gratiam admittentes, quod dictus Prior, prætextu fidelis gestûs sui erga nos, bonæque affectionis quam ad nos gerit, ampliorem gratiam & favorem in vestra sancta præsentia se sentiat assecutum.

Conservet, &c.

Datum apud Wolveseye, 27. die Aprilis.

Bulla, de damnis secundum formam pacis inter Angliæ & Franciæ Reges emendandis, hortatoria.

Ann. D. 1306. An. 34. E. 1 Rot. Cl. 34. E. 1. m. 12. d. *II. 994.

CLemens Episcopus, servus servorum Dei, carissimo in Christo filio, Edwardo Regi Angliæ illustri, salutem & Apostolicam benedictionem.

Inter cæteros studii nostri labores, * quibus injuncto nobis Apostolatûs officio assidue vacare compellimur, ille intimior insidet cordi nostro, ut inter te, fili prædilecte, & carissimum in Christo filium nostrum Philippum Regem Francorum illustrem (de quorum vexatione Romana Mater ingemescit Ecclesia, & unitate lætatur) ac utriusque vestrûm subditos (inter quos ille serpens, antiquus sator discordiæ, pacis æmulus, & odii seminator, fomenta zizaniæ per calliditatis astutiam, non sine, cum amaritudine rememorandis, angustiis subnutrivit) pacis reformetur tranquilitas, animorum identitas perseveret, &, ut nos & ipsa obtamus Ecclesia, vinculum dilectionis internæ, ut decet & convenit, solidetur.

Sanè inter te & ipsum in pacis tractatu extitit, ut dicitur, inter alia concordatum, quod dampnorum & gravaminum, pace, seu

Tom. I. P. IV.

Dat. Petragoris. 2. Kal. Maii, Pontificatûs nostri anno primo.

Sub filo canabeo.

Ad Papam & Cardinalem, pro Bald. Fratre Com. de Lucemb.

PApæ, Rex devota pedum oscula beatorum. Ann. D. 1306. An. 34. E. 1. Rot. Cl. 34. E. 1. m. 15. d.

Comes de Lucenburgh. specialiter nos rogavit, ut super promotione Baldewini fratris sui, Militiæ Clericali ascripti, Beatitudini vestræ litteras nostras deprecatorias dirigere curaremus:

Nos itaque, circa ipsius B. commoda promovenda licentiùs contemplatione prædicti vestræ attentiùs supplicamus, quatinus dictum B. favoris & gratiæ specialis benivolentia prosequentes, sic eum habere, si placet, dignemini in hiis, quæ statum suum respiciunt, gratiosis affectibus commendatum, quod, precum hujusmodi interventu, uberiorem fructum se gaudeat assecutum.

Conservet, &c.

Dat. apud Wynton. 3. die Maii, anno Regni nostri, &c.

*II. 995. Ann. D. 1306. Edw. 1.

* VEnerabili in Christo Patri Domino R. Sanctæ Mariæ Novæ Diacono Cardinali, Amico suo karissimo, Edwardus, eâdem gratiâ, salutem & sinceræ dilectionis affectum.

Circa dilecti nobis Baldewini fratris Nobilis Viri... Comitis de Lucenburgh. Militiæ Clericali ascripti commoda promovenda licentius contemplatione dicti Comitis intendentes, pro ipso Domino summo Pontifici litteras nostras deprecatorias duximus dirigendas,

Paternitatem vestram affectuose rogantes quatinus prædictum B. nostri precatus interventu habentes gratiosius commendatum, ad promotionem utilitatum ipsius erga dictum summum Pontificem dare velitis, si placet, opem & operam efficaces; ita quod, vestro mediante subsidio, speratum fructum sibi sentiat provenisse, & nos vobis exinde teneamur ad gratiarum uberes actiones.

Dat. apud Wynton. 3. die Maii.

Bulla, de Nuncio ad Regem destinando.

Ann. D. 1306. An. 34. E. 1. Ex Autogr.

CLemens Episcopus, servus servorum Dei, carissimo in Christo filio Edwardo, Regi Angliæ illustri, salutem & Apostolicam benedictionem.

Magnificentiæ tuæ Vallectos, latores præsentium, & litteras credentiæ, quas nobis pro parte Regiâ attulerunt, benignè recepimus, audivimus, & vidimus diligenter.

Tenore præsentium Celsitudini Regiæ respondentes, quod ad Regalem præsentiam Nuncium proprium destinabimus, qui super facto Roberti Archiepiscopi Cantuariensis, & Roberti Episcopi Glasguensis, infra octavas Pentecostes, pro parte nostrâ, taliter respondebit, quod cedet ad Dei laudem, & honorem Regiæ Majestatis.

Dat. apud Castrum Castelionis, Burdegalen. Dioc. 2. Non. Maii, Pontificatûs nostri anno primo.

Sub filo canabeo.

Pro

Claus. 34 E. 1. m. 13. d. tis de Barro, Nepotis nostri karissimi, quorum promotionem & expeditionem felicem corditer affectamus; & præcipue ea quæ ad salvationem juris sui hæreditarii pertinent, seu etiam aliqualiter valere poterunt, vobis affectione ampliori, qua poterimus, commendamus.

Dilectionem vestram intimè deprecantes, quod præfato Nepoti nostro in hiis, quæ ipsum aliqualiter contingunt; & specialiter quo ad hæreditatem suam, in manibus Domini Philippi Regis Franciæ illustris existentem, recuperandam, velitis vestrum consilium & auxilium, cum favore benivolo, nostris precibus, impertiri; in tantum, si placet, quod idem Nepos noster hunc nostrum rogatum sibi effectualiter sentiat profuisse: quòdque vobis exinde ad grates & gratiarum actiones meritò teneamur.

Et, si quæ penes nos volueritis, ea nobis cum fiducia rescribatis; parati enim sumus, & semper erimus, ad ea facienda, quæ vestris noverimus commodis & honoribus convenire.

Dat. Wynton. 6. die Maii.

Eodem modo scribitur Nobili Viro G. Comiti de Sancto Paulo, Amico suo karissimo, &c.

Comiti de Drues.

Ann. D. 1306. An. 34. E. 1. Ibidem.

REX Domino J. Comiti de Drues, Amico suo karissimo, salutem, & sinceræ dilectionis affectum.

Negotia universa, *&c. ut supra usque ibi*, merito teneamur.

Et, quia nuper vobis intelligi fuit datum, quod nos, quædam displicentia de vobis dixisse debueramus, sicut venerabilis Pater W. Coventr. & Lychefeld. Episcopus Thesaurarius noster, unus de Nunciis nostris, usque Lugdunum nuper missis, in reditu suo exinde nobis retulit vivâ voce:

Vos scire volumus pro constanti, quod de vobis bene tenemus in omnibus nos contentos: &, si quæ pro vobis, vel vestris penes nos habueritis facienda, hujusmodi suggestiones, vobis factas, invenietis, per exhibitionem operis, frivolas & mendaces.

Dat. &c.

Ad Mariam Franciæ Reginam.

Ann. D. 1306. An. 34. E. 1. Ibidem.

SErenissimæ Dominæ, Dominæ Mariæ, Dei gratiâ, Reginæ Franciæ, Matri suæ karissimæ, Edwardus, &c. salutem & sinceræ dilectionis affectum.

Negotia, *&c. ut supra, in litterâ Comiti Deurez.*

Ad Mariam Comitissam de Sancto Paulo.

Ann. D. 1306. An. 34. E. 1. Ibidem.

REX Mariæ, Comitissæ de Sancto Paulo, Consanguineæ suæ karissimæ, salutem & sinceræ dilectionis augmentum.

Negotia, *&c. ut supra in dictâ litterâ, missâ Comiti Deurez.*

Ad Episcopum Lodiensem super Matrimonio prænotato.

Ann. D. 1306. A. 34. E. 1. Rot. Cl. 34. E. 1. m. 15. dor.

REX venerabili in Christo Patri, & Amico suo karissimo, Domino Theobaldo, eadem gratiâ, Lodiensi Episcopo, salutem & sinceræ dilectionis affectum.

Ut Edwardus, filius & hæres, bonæ memoriæ, Henrici quondam Comitis Barrensis, fratris vestri defuncti, Nepos noster carissimus, & Nobilis Domicella, filia Nobilis Dominæ A. Ducissæ Burgundiæ, juxta prælocutiones & conventiones, inde nuper habitas, conjugali vinculo copulentur, intimo desiderio affectantes,

Paternitatem vestram reverendam affectuosis precibus requirimus & rogamus, quatinus, ut prælocutiones & conventiones prædictæ, juxta vim & effectum earumdem, in omnibus observentur, dictumque matrimonium, (cujus completionem & perfectionem in votis gerimus, ut præmittitur, & habemus) effectualiter compleatur, nostri intuitu, laborare velitis, & efficaciter interponere partes vestras:

Ita ut nostrum desiderium, super completione & assecuratione matrimonii supradicti, citiùs & feliciùs perducatur ad effectum, vestro præsidio mediante; quodque vobis specialiùs ex hac causa imposterùm teneamur.

Dat. ut supra.

Bulla Clementis Papæ Quinti ad denunciandum Robertum de Brus excommunicatum pro Morte J. Comyn.

Ann. D. 1306. An. 34. E. 1. Ex Autogr. *II.998.

CLemens Episcopus servus servorum Dei, Venerabilibus Fratribus, Archiepiscopo Eboracensi, & Episcopo Karleolensi, salutem & Apostolicam benedictionem.

Ad audientiam nostram fidedignâ relatione pervenit, quod Robertus Comes de Carruc, cum nonnullis suis, in hac parte sequacibus, ad Ecclesiam loci fratrum Minorum de Dunfres, Glasguen. * Dioc. manu accedens armatâ, ipsius immunitatem Ecclesiæ temerè violavit: in eâ sacrilegium per homicidium committendo, contra indulta privilegiorum, eisdem fratribus a sede Apostolicâ concessorum, in animæ suæ periculum, & scandalum plurimorum; propter quod Excommunicationis sententiam asseritur incurrisse.

Cùm itaque præmissa, si veritate nitantur, nolumus, sicuti nec debemus, sub dissimulatione transire, Fraternitati vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatinus, si vobis constiterit dictum Comitem & alios, in hac parte adhærentes eidem, propter præmissa, vel eorum aliquod, excommunicationis sententiam incurrisse, ipsum Comitem nominatim, aliosque, in hac parte adhærentes eidem, in Ecclesiis vestris, coram populo, Campanis pulsatis, ac Candelis accensis, tamdiu excommunicatos denuntietis, & per Angliæ & Scotiæ Regna, & Hiberniæ & Walliæ terras & partes, & alia loca, de quibus expedire videritis, nunciari faciatis, & ab omnibus arctius evitari, donec Comes, & adhærentes præfati, super hiis satisfecerint competenter, & absolutionis debitæ beneficium meruerint obtinere.

Necnon omnes fautores, sequaces & receptatores ipsius Comitis (nisi, monitione præmissâ, dicto Comiti favere, ipsumque sequi & receptare destiterint) excommunicationis vinculo innodantes, eos simili modo tamdiu excommunicatos publicè nuncietis, & faciatis per omnia loca, de quibus expedire videritis, etiam nunciari;

Ac Terras, Castra, & Villas eorum supponentes Ecclesiastico interdicto, ipsumque auctoritate nostrâ facientes inviolabiliter observari,

ito, viriliter vos defendent.

Licet autem, super præmissis, prædicto Magistro Johanni vestro Nuncio sit responsum; quia tamen posset contingere quod idem Clericus responsum hujusmodi vestræ benignitati non ita claré prout sibi dictum extitit, recitaret; ut, de veritate præmissorum, nostraque responsione prædicta pleniùs vobis constet, possitisque quibuscumque, aliàs forsitan vobis super hiis loquentibus, certiùs respondere, præsentes litteras per Valettum nostrum, latorem præsentium, vestræ Beatitudini destinamus.

Conservet vos altissimus, ad regimen Ecclesiæ suæ, per tempora prospera & longæva.

Dat. apud Westm. 5. die Junii.

Ad Papam, de responso viva voce exponendo.

Ann. D. 1306. An. 34. E. 1. Rot. Cl. 34. E. 1. m. 12. d. * II. 999.

PApæ Rex devota pedum oscula beatorum.

Sanctitatis vestræ litteris, quas nobis Magistrer Johannis de Solariis Clericus, lator præsentium, porrexit, reverenter receptis, & earum tenore pleniùs intellecto, ea quæ continebantur in eis per nos & Consilium nostrum examinari fecimus diligenter.

Unde, post tractatum super hiis habitum exquisite, & eidem Clerico, ad plenam informationem & instructionem * eorum, per dictum Consilium nostrum expositum, sibi certum responsum dedimus in præmissis, quod providentiæ vestræ latiùs exponere poterit vivâ voce.

Conservet vos altissimus, &c.

Dat. apud Westm. 4. die Junii.

Rex literatorie respondet super negotio prætacto, viz. de prævaricatione Regis Franciæ.

Ann. D. 1306. An. 34. E. 1. Rot. Cl. 34. E. 1. m. 12. d.

SAnctissimo in Christo Patri Domino C. divinâ providentiâ, sacrosanctæ Romanæ, ac Universalis Ecclesiæ summo Pontifici, Edwardus eâdem gratiâ, &c. devota pedum oscula beatorum.

Sanctitatis vestræ litteras, nobis ex parte vestrâ, per Magistrum Johannem de Solariis Clericum, præsentatas, reverenter recepimus, inter alia continentes, vobis intelligi datum esse quod,

Postquam Nuncii nostri, nuper apud Lugdun. se vestro conspectui præsentârunt, & per vestræ Paternitatis providentiam, ut quatuor probi viri, (duo, videlicet, pro parte Regis Franciæ, & duo pro parte nostrâ) ad inquirendum de dampnis & injuriis, post pacis reformationem, seu treugâ durante inter dictum Regem & nos, illatis hinc inde, & ad faciendum passis dampna & injurias satisfactionem congruam exhiberi, juxta negotii qualitatem, assignarentur, seu deputarentur, extitit ordinatum,

Plura bona & mercimonia Civium Ambianensium, cæterorumque Mercatorum Corbiæ, & aliorum locorum de Regno & potestate dicti Regis, ordinatione prædictâ non obstante, arrestata & seisita, ac ipsis per gentes nostras alia dampna non modica sunt illata.

Super quibus vobis, Pater sancte, volumus esse notum, quod suggestio illa nullam omnino continet veritatem.

Nam postquam Nuncii nostri prædicti a nobis recesserunt, iter arripiendo ad vestram præsentiam accedendi, infra Regnum nostrum super gentes dicti Regis nulla hujusmodi arrestatio facta fuit; set, magno tempore elapso, cum quidam Mercator noster pannos & alia bona, quæ ad opus nostrum emerat in Brabantiâ, versus Angliam per potestatem duceret dicti Regis, idem Rex pannos & bona prædicta, arestari, & ad opus suum capi pro libito suo fecit:

Et tandem, post preces nostras, pro restitutione pannorum & bonorum prædictorum pluries sibi directas, ac longam sectam, & frequentem instantiam Mercatoris prædicti, inquisitâ super hoc & repertâ pleniùs veritate, præfatus Rex præcepit dicto Mercatori, pro pannis & bonis prædictis, certam pecuniæ summam, taxatam suo arbitrio, liberari; prout in ipsius Regis litteris patentibus, eidem Mercatori inde confectis, plenius est contentum.

Super quo quidem præcepto nulla executio, nec restitutionis effectus, juxta formam litterarum prædictarum, postmodum extitit

De inquirendo super Reliquiis infra Abbathiam de Scone.

Ann. D. 1306. An. 34. E. 1. Ex Autogr.

CLemens Episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus .... Archiepiscopo Eboracensi, & .... Episcopo Eliensi, salutem & Apostolicam benedictionem.

Cum in Abbatiâ de Scone quædam sanctorum reliquiæ recondite fore dicantur, nos, quæ, & quot, & quorum, si aliquæ ibi int, & licite fieri poterit, exultant hujusmodi reliquiæ, & an ejusdem Abbatiæ translatio, si fieret, in alicujus præjudicium redundaret, & quis in illâ jus obtineat patronatûs, vel primarius fuerit fundator illius, scire volentes,

Fraternitati vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatinus de hiis & aliis, quæ circa præmissa vobis videbuntur fore inquirenda, solerter inquirentes, plenius veritatem nobis, quicquid inde inveneritis, quantocius fideliter per vestras litteras, harum seriem continentes, intimare curetis.

Dat Burdegalis decimo quinto Kalend. Julii, Pontificatûs nostri anno primo.

Sub filo canabeo.

Bulla Papalis introductoria ad viam pacis inter Reges Angliæ & Franciæ.

Ann. D. 1306. An. 34. E. 1. Ex Autogr.

CLemens Episcopus, servus servorum Dei, carissimo in Christo filio Edwardo, Regi Angliæ illustri, salutem & apostolicam benedictionem.

Paternæ Benignitatis affectu, Serenitatis Regiæ litteras recepimus nostro nuper Apostolatui præsentatas; quarum series per nos intellectu pleno collecta, tanto majoris exultationis & lætitiæ rore perfudit mentem nostram, quanto ex inde Regiam Excellentiam de nostræ promotionis auspiciis ad apicem summi Apostolatûs gaudentem, in nostrâ, & sedis Apostolicæ devotione sincerâ fore percepimus magis fixam, & ad pacis, Deo gratæ, concordiam rationabiliter inclinatam.

Prædictæ namque literæ ulteriùs continebant, eandem Regiam Excellentiam ex eo præsertim consolationis & gaudii materiam concepisse, quod pridem venerabilis frater Anibaldus Episcopus Tusculanus, & dilectus filius noster, Ramundus Sanctæ Mariæ novæ Diaconus, Cardinales, dictam promotionem nostram per suas litteras nunciantes Celsitudini Regiæ, subjunxerant quod nos, ad personam tuam Regiam sinceræ dilectionis gerentes affectum, zelum * habebamus ferventem & purum circa reformationem pacis mutuæ inter te * II. 1001.

fili

... voluntatis beneplacitum, & medetur, quamvis adhuc debiles, cum membra, ex infirmitatis rigore cassata & lassa, nondum plenè vires suas recuperaverint, sumus sanitati pristinæ restituti.

Dat. Avinion. 17. Kal. Julii, Pontificatûs nostri anno primo.

Sigillo avulso.

De Appellatione ad Sedem Apostolicam.

Ann. D. 1306. *An. 34. E. 1. Ex Autogr.*

CLemens Episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio, Priori de Sancto Neotho, Lincolnien. Dioc. salutem & Apostolicam benedictionem.

Sua nobis Prior Prioratus de Snapes, ordinis Sancti Benedicti, Norwicen Dioc. petitione monstravit, quod cùm Edmundus, perpetuus Vicarius Ecclesiæ de Aldeburg. ejusdem Dioc. ipsum super quibusdam decimis coram Johanne de Fodringey Clerico,

Cui venerabilis frater noster R. Cantuariensis Archiepiscopus, loci Metropolitanus (ad quem de antiquâ, & approbata, & hactenus pacifice observatâ consuetudine, hujusmodi causarum cognitio in prædictâ Dioc. dum suam Provinciam visitat, quam tunc visitabat, pertinet) hujusmodi causam audiendam commiserat, & fine debito terminandam,

Non ex delegatione Apostolicâ traxisset in causam,

Idem Johannes, perperam in eâdem causâ procedens contra dictum Priorem definitivam sententiam promulgavit iniquam, à qua ipse ad sedem Apostolicam appellavit.

Cùm autem dictus Prior, sicut asserit, potentiam ejusdem Vicarii meritò perhorrescens, eum infra Civitatem & Dioc. Norwicen. nequeat convenire securè; discretioni tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatinus legitimè in ipsius appellationis causâ procedens, sententiam ipsam confirmare, vel infirmare, appellatione remotâ, procures, sicut de jure fuerit faciendum.

Dat. Burdegalis 2. Kal. Julii, Pontificatûs nostri anno primo.

Sub filo canab.

---

* II. 1002. * *Ad Papam de Malignitate Archiepiscopi Cantuariensis, & de Credentia.*

Ann. D. 1306. *An. 34. E. 1. Rot. Rom. 34. E. 1. m. 5.*

PApæ Rex devota pedum oscula beatorum.

Licet interdum, ex multa benivolentiâ fidelium nostrorum dissimulemus offensas, illas tamen, quæ, in nostri & Dignitatis nostræ Regiæ præjudicium, contumeliam & contemptum, per subditos nostros notabiliter committuntur, eo minus dissimulare nos convenit, quo magis superioris injuria cresceret, subjectorum culpis remanentibus impunitis.

Sanè in memoriâ vestræ Beatitudinis ea credimus residere, quæ nuper de statu . . . Archiepiscopi Cantuariensis descripsimus seriosè, per litteras nostras & Nuncios speciales; qualiter idem Archiepiscopus erga nos se gesserat temporibus retroactis, ac procuraverat, & fecerat nobis, & nostris, postpositâ ratione, dedecus, dampna quamplurima, & despectus: quodque, fidelitatis vinculo ac devotionis debito non servatis, per factiones & procurationes suas, sic Regnum nostrum & nonnullos de fidelibus nostris ejusdem contra nos dudum commoverat & turbarat, quod per ipsum non stetit quin exhæredati proculdubio fuissemus: non ut exinde sibi

ex parte nostra Clementiæ vestræ expresserint viva voce, fidem indubiam adhibere.

Conservet, *&c. ut supra.*

Dat. apud Preston. 2. die Julii, anno Regni nostri, &c.

---

* *De Custodibus Regni Angliæ constitutis, Rege in partibus Scotiæ existente.* * II. 1003.

Ann. D. 1306. *An. 34. E 1. Pat. 34. E. 1. m. 15.*

REX Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Prioribus, Comitibus, Baronibus, Militibus, liberè tenentibus, Communitatibus, Vicecomitibus, & omnibus aliis Ministris, Ballivis, & fidelibus suis, ad quos præsentes litteræ pervenerint, salutem.

Sciatis quod, pro pace nostra & tranquillitate populi Regni nostri (nobis in partibus Scotiæ, ad rebellionem quorumdam inimicorum nostrorum ibidem agentibus, cum Dei adjutorio, reprimendam) meliùs conservandis, de circumspectione & fidelitate venerabilium Patrum, Willielmi Archiepiscopi Eborum, & Walteri Coventr. & Lichfeld. Episcopi, Thesaurarii nostri, specialiter confidentes,

Ipsos, Archiepiscopum & Episcopum, Custodes nostros dicti Regni, ac locum nostrum in eodem Regno tenentes constituimus per præsentes, quamdiu in dictis partibus Scotiæ moram fecerimus, vel aliud inde duxerimus ordinandum.

Et ideo vobis mandamus quòd eisdem, Archiepiscopo & Episcopo, tanquam Custodibus nostris dicti Regni, & locum nostrum tenentibus in eodem, in his, quæ ad dictam custodiam pertinent, intendentes sitis & respondentes, sicut prædictum est.

In cujus, &c. quamdiu nobis placuerit duratur'.

Teste Rege apud Preston secundo die Julii.

Litera Clementis Papæ de benivolentia sua.

Ann. D. 1306. *An. 34. E. 1. Ex Autogr.*

CLemens Episcopus, servus servorum Dei, carissimo in Christo Filio Edvardo Regi Angliæ illustri, salutem & apostolicam benedictionem.

Celsitudinis tuæ litteras, quas Portatores præsentium attulerunt, tantò benigniùs recepimus, & avidius contenta in eis exultando inspeximus diligenter, quantò, te cariorem habentes, ea, quæ exaltationem tui nominis, tuique statûs promotionem aspiciant, & augmentum enutriant Regni tui, ut Regale votum potuit non latere, ferventiùs affectamus.

Quare, fili carissime, contenta in illis sic memoriæ commendamus, & in illis proponimus nos habere, quòd poteris, ut speramus, exinde merito contentari.

De gestis vero Sancti Andreæ, & Glasguen. Episcoporum, necnon & facto Abbatiæ de Scone, per alios tuos Nuncios, & ultimò per Magistrum Thomam, Clericum, & Rogerium Milites tuos, plenè jam Serenitati Regiæ duximus respondendum.

Dat. Burdegal. Non. Julii, Pontificatûs nostri anno primo.

Sub filo canabeo.

Ad

De orando pro Rege.

Ann. D. 1306. An. 34. E. 1. Claus. 34. E. 1. pars 1. m. 16. d.

REX dilectis sibi in Christo Magistro Ordinis Fratrum Prædicatorum, ac diffinitoribus & fratribus universis, in Capitulo suo Provinciali apud Eborum in proximo conventuris, salutem, &, Spiritu Sancto dirigi in agendis.

Inter cætera, quæ fructum salutis repromittere credimus, hoc præcipuè in spei nostræ fulcimentum accedit, quod nos, assiduarum deprecationum justorum fulti præsidio, divinam propitiationem facilius consequemur.

De vobis itaque, ut nostram, ac Reginæ Consortis nostræ, liberorumque nostrorum salutem, necnon statum prosperum Regni nostri, & expeditionem felicem negotiorum, nobis incumbentium hiis diebus, zelemini, plenam in Domino fiduciam optinentes;

Devotionem vestram affectuosè requirimus & rogamus, quatinus apud illum qui est vera salus, & qui temporalitatis & perpetuæ felicitatis tribuit largitatem, nos, Reginam Consortem nostram, & liberos nostros, ac statum Regni nostri, devotæ supplicationis studio commendetis:

Ipsius Clementiam, qui mensuræ termino non artatur, suppliciter exorantes, ut sic Regnum temporale regere, negotiaque nostra prædicta expeditioni felici, per suæ subventionis dexteram, mancipare possimus, quod hoc ad laudem sui nominis & nostrum, Regnique nostri commodum cedere valeat & honorem; quodque nos, post supremum vitæ nostræ exitum, in Regno coelesti partem Hereditariam consequamur.

Dat. apud Est-stratton 12. die Julii.

De Donatione Scholaribus Oxonii; statuto, de Manu Mortua, non obstante.

Ann. D. 1306. An. 34. E. 1. Pat. 34. E. 1. m. 13.

REX omnibus, ad quos, &c. salutem.

Licet per inquisitionem, quam per dilectum & fidelem nostrum, Walterum de Glouc. Esc. nostrum ultra Trentam, fieri fecimus, acceperimus, quod est ad dampnum & præjudicium nostrum, si concedamus dilecto Consanguineo & fideli nostro, Henrico de Lacy Comiti Lincolniæ, quod ipse advocationes Ecclesiarum de Wadynton, Winelingham, Thoresby, & Halton supra Trentam, in Comitatu Lincolniæ, & de Buckeby in Comitatu Northamptoniæ (quas idem Comes de nobis tenet in capite) dare possit & assignare tresdecim Scholaribus, in quadam domo, in Oxonio per ipsum Comitem de novo construenda, ibidem moraturis;

Habendas & tenendas eisdem Scolaribus & Successoribus suis Scolaribus in domo illa moraturis, imperpetuum:

Ita quod iidem Scolares Ecclesias prædictas appropriare possint sibi & Successoribus suis prædictis, in proprios usus, perpetuo possidendas;

In hoc, videlicet, quod, si Ecclesias prædictas, vel earum aliquas vacare contigerit, hæredibus præfati Comitis, infra ætatem, & in custodiâ nostrâ, vel hæredum nostrorum existentibus, nos & hæredes nostri præsentationes nostras & Ecclesias illas amittemus ratione

* II. 1005. donationis * & concessionis prædictarum;

Nos tamen ob devotionem, quam erga beatum Thomam gloriosum Christi Martirem, (in cujus Festo dictus Comes nos super hoc requisivit) necnon propter bonam voluntatem quam habemus precibus ipsius Comitis annuendi,

Concessimus eidem Comiti, & licentiam dedimus, pro nobis &

[illegible], cum bonis & mercandisis vestris, per Regnum prædictum, salvò & securè transire, ibidemque morari possitis, velimus vobis dare licentiam ad ineundum & firmandum certam pacem ac amorem inter vos, & dictos homines de Castello, & alios ejusdem Regni, si super hoc fueritis requisiti per homines Regni antedicti:

Nos, attendentes dampna & pericula quæ ex hujusmodi discordiis, si quæ forent inter vos, & dictos homines de Castello, ac alios dicti Regni, possent contingere, & quæ earum occasione contigere temporibus retroactis: Desiderantesque commodum & quietem vestram; & quod bona pax & firma sit inter vos, & homines dicti Regni, sicut eam inter omnes alios nostros homines & ipsos visceraliter affectamus,

Vobis innotescimus, per præsentes, quod nos supplicationi vestræ annuimus in hac parte, vobis nichilominus mandantes rogando quod, durantibus treugis prædictis, curam & diligentiam apponatis, quod bona pax & firma inter vos, & homines dicti Regni ineatur & firmetur.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Tresk 28. die Julii.

Per breve de privato Sigillo.

De quibusdam Burgensibus Baionæ manucapiendis.

Ann. D. 1306. An. 34. E. 1. Rot. Rom. 34. E. 1. m. 5.

VEnerabili in Christo Patri, Domino P. Dei gratiâ, Tituli Sanctæ Priscæ, Presbitero Cardinali, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Vicecancellario, amico suo karissimo, Edwardus, eidem gratiâ, Rex Angliæ, &c. salutem & sinceræ dilectionis affectum.

Litteras vestras (per quas pro deliberatione Petri Arnaldi de Borryort, Petri de Franciâ, Garsiæ Arnaldi de Poys, Petri Andreæ Dorac, & Petri Andreæ de Peter Burgensium de Baionâ, qui in Angliâ, ob aliquas certas causas, morantur, seu tenentur in custodiâ, nos rogastis) recepimus & intelleximus diligenter:

* II. 1006. * Unde ad vestram notitiam volumus pervenire, quod nos bonam voluntatem in hiis, & in aliis vestris adquiescere precibus obtinemus:

Propter quod dilectis & fidelibus nostris, Johanni de Haveringg Senescallo Vasconiæ, & Magistro Richardo de Haveringg Constabulario Burdegaliæ, per nostras litteras dedimus in mandatis, quod ipsi amicis Burgensium prædictorum, ut in Angliam veniant, ad inveniendum ibidem, si possint, manucaptionem pro Burgensibus illis, scire faciant indilate:

Et quod iidem, Senescallus & Constabularius, si forte amici prædictorum Burgensium veniendi in Angliam, ad inveniendum ibidem manucaptionem prædictam, noluerint consentire, manucaptionem illam in vestrâ præsentiâ, & per vestrum assensum recipiant, sub formâ quam ipsis misimus; vel aliâ, quam vos & ipsi adeò competentem & sufficientem fore videritis in hoc casu:

Et quod manucaptio prædicta per manum Tabellionis in Instrumentum Publicum redigatur, & nobis sub sigillis dictorum manucaptorum postmodùm transmittatur:

Quodque forma manucaptionis, quam Senescallus & Constabularius prædicti in vestra præsentia recipiant, pro Burgensibus memoratis, nobis testificetur sub Sigillo vestro, & Sigillis Senescalli & Constabularii prædictorum; ita quod nunc deliberationem dictorum Burgensium ad vestram instantiam, & per manucaptionem prædictam fieri faciamus.

Securum autem pro nobis non esset, nec nobis nostrum consilium suaderet, dictos Burgenses ad partes Vasconiæ per potestatem

Re-

pontimus, vacare intendimus, &c, aliis omnino curis sepositis, laborare ne terra ipsa, pro expensarum defectu, quibus indiget sumptuosis, Christi fidelium, quod absit, destituatur auxilio, vel ejus votiva restauratio ulteriùs retardetur.

Quare, pro hujusmodi terræ negotio, decimam omnium Ecclesiasticorum redditum & proventuum per totam Angliam, Scotiam, Hyberniam, & Walliam, earumque Civitates, & Dioceses, per Biennium, in festo omnium Sanctorum proximo futuro in antea numerandum, apostolica auctoritate duximus imponendam.

Quam, per venerabiles Fratres nostros, Lincolnien. &
• II. Londonien. Episcopos, ipsius decimæ Collectores deputatos • à
1007. nobis, & Subcollectores deputandos ab eis, mandamus per alias nostras certi tenoris litteras, sub certis modis & formis, & in statutis in eisdem litteris terminis, colligendam.

Quocirca Universitatem vestram monemus, & affectuose rogamus, ac obsecramus in Domino Jesu Christo, vobis nichilominus & vestrûm cuilibet per Apostolica scripta mandantes, ac in remissionem peccaminum injungentes, quatinus vos, magnam & instantem necessitatem negotii memorati, quod grandia onera expensarum exposcit, diligentiùs attendentes, ac conformantes vos super hiis nostris & Apostolicæ Sedis beneplacitis & mandatis, ob divinam, ejusdemque Sedis, & nostram reverentiam, ac vestrarum meritum animarum, omnium vestrorum Ecclesiasticorum proventuum & redditum Decimam, per prædictum biennium, eisdem Collectoribus, & Subcollectoribus, ut prædicitur, deputandis ab eis, in præfigendis vobis ad hoc terminis, absque difficultate qualibet, integraliter persolvatis.

Alioquin eisdem Collectoribus vos ad id, necnon contradictores quoslibet, & rebelles, auctoritate Apostolicâ, per se, vel alium, seu alios, quotiens expedire viderint, per censuram Ecclesiasticam, appellatione postpositâ, compescendi plenam per alias nostras, certi tenoris, litteras concedimus potestatem.

Nos enim sententias, sive pœnas spirituales, quas ipsi, vel alter ipsorum propter hoc ritè tulerint in rebelles, ratas habebimus, & faciemus, auctore Domino, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari.

Non obstante si vobis, vel vestrûm aliquibus, aut vestris ordinibus, ab eadem sede indultum existat, vel contigerit interim indulgeri, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possitis per litteras Apostolicas, quæ de indulto hujusmodi, ac totâ ejus continentiâ, de verbo ad verbum, & de propriis locorum, & personarum, seu ordinum nominibus, plenam & expressam non fecerint mentionem; sive quibuslibet aliis privilegiis, indulgentiis, & litteris Apostolicis quibuscunque, dignitatibus, ordinibus, locis, vel personis, generaliter vel specialiter, sub quacunque formâ, vel concessione verborum concessis, in nostris litteris specialis, plena, & expressa mentio sit habenda.

Cæterùm venerabiles Fratres nostros, sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, qui nobiscum labores mundi partiuntur & curas: necnon dilectos Filios, Templarios & Hospitalarios, quorumcunque ordinum & domorum, per loca & partes constitutos præfatæ (qui ad defensionem Terræ præfatæ sæpius, ut Christi pugiles, se exponunt) ad præstationem prælibatæ decimæ decernimus non teneri.

Dat. Burdegalæ Kal. Augusti, Pontificatûs nostri anno primo.

Sub filo canabi.

Dat. Burdegalæ 4. Non. Aug. Pontif. nostri anno primo.

Sub filo canabeo.

De tota Decima Biennii liberanda Regi, & de duobus milibus librarum, de qualibet anno dicti Biennii, liberandis Margaretæ Reginæ Angliæ.

CLemens Episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus Fratribus Lincoln. & London. Episcopis, Collectoribus De- Ann. D. 1306.
cimæ, per nos nuper impositæ, pro Terræ sanctæ negotiis feliciter *Ex Autogr.*
etiam promovendis, per biennium futurum, incipiendum in Festo omnium Sanctorum, in anno Domini 1307 secuturis, per totam Angliam, Scotiam, Hyberniam, Walliam, earumque Civitates & Dioceses, à Sede Apostolicâ deputatis, salutem & Apostolicam benedictionem.

Cum nos nuper, pro Terræ sanctæ feliciter etiam nonnullis promovendis negotiis, Decimam omnium Ecclesiasticorum proventuum & redditum, per totam Angliam, Scotiam, Hyberniam, Walliam, earumque Civitates & Dioc. per biennium futurum, à Festo omnium Sanctorum in anno Domini 1307 secuturis inantea numerandum, duxerimus imponendam:

Vosque per alias nostras, certi tenoris, litteras deputaverimus ipsius Decimæ Collectores;

Fraternitati vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatinus totam Decimam prædicti biennii, carissimo in Christo filio nostro Edvardo Regi Angliæ illustri (ex qualibet anno dicti biennii carissimæ in Christo filiæ nostræ Margaretæ Reginæ Angliæ illustri, pro suis comodius supportandis oneribus, quæ sustinet vacando jugiter operibus caritatis, duobus milibus librarum sterlingorum integraliter persolutis) solvere & assignare curetis, pro præfatæ Terræ subsidio;

Pro cujus subventione idem Rex, ut Princeps Catholicus, & Fidei Orthodoxæ Zelator, signum vivificæ Crucis assumpsit.

Mandatum nostrum in hac parte taliter impleturi, quod in eo impendisse obedientiam nobis laudemini: Idemque Rex & Regina, quos brachiis intimæ caritatis amplectimur, devotionis vestræ diligentiam possint meritò commendare.

Dat. Burdegalæ 4. Non. Aug. Pontif. nostri anno primo.

Sub filo canabeo.

De quatuor milibus librarum, solvendis Margaretæ Reginæ Angliæ de Decima biennali.

CLemens Episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus Lincoln. & London. Episcopis, Collectori- Ann. D. 1306.
bus Decimæ, per nos nuper Terræ sanctæ negotio impositæ, per A° 34. E. 1.
biennium futurum, incipiendum in Festo omnium Sanctorum in *Ex Autogr.*
anno Domini 1307 secuturis, in Angliâ, Scotiâ, Hyberniâ, Walliâ, earumque Civitatibus & Dioc. à Sede Apostolicâ deputatis, salutem & Apostolicam benedictionem.

Cum nos nuper, pro Terræ sanctæ negotio, Decimam omnium Ecclesiasticorum proventuum & redditum, per totam Angliam, Scotiam, Hyberniam, Walliam, earumque Civitates & Dioceses, per biennium, futurum à Festo omnium Sanctorum, in anno Domini

scripta mandamus, quatinus decimam primi duntaxat anni dicti triennii (ex illâ duobus milibus librarum sterlingorum deductis, quæ carissimæ in Christo filiæ nostræ, M. Reginæ Angliæ illustri per alias nostras literas per vos dari mandamus) carissimo in Christo filio nostro E. Regi Angliæ illustri, pro ejusdem Terræ prosecutione negotii (pro quo, ut Princeps Catholicus, & Fidei Orthodoxæ Zelator signum vivificæ Crucis assumpsit) dare & assignare curetis;

Mandatum, *&c. ut supra.*

Sub filo canabeo.

De quatuor milibus librarum liberandis Margaretæ Reginæ, de duobus annis decimæ triennalis.

Ann. D. 1306. An. 34. E. 1. Ex Autogr.

CLemens Episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus Fratribus, Lincoln. & London. Episcopis, Collectoribus Decimæ, per nos nuper impositæ, pro Terræ sanctæ negotio, per triennium in Angliâ, Scotiâ, Hyberniâ, Walliâ, earumque Civitatibus & Dioc. salutem & Apostolicam benedictionem.

Cum nos nuper, pro Terræ sanctæ negotio, Decimam omnium Ecclesiasticorum proventuum & redditiuum, per Angliam, Scotiam, Hyberniam, Walliam, earumque Civitates & Dioc. per triennium futurum incipiendum in Festo omnium Sanctorum, in anno Domini milesimo tricentesimo nono, duxerimus imponendam:

Ac carissimæ in Christo filiæ nostræ, Margaretæ Reginæ Angliæ illustris, super multis quæ sustinet oneribus, vacando operibus pietatis, compatientes ab intimis, ac volentes eam ab hujusmodi oneribus, per aliquod Apostolicæ Sedis patrocinium relevari;

Fraternitati vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatinus eidem Reginæ duo milia librarum sterlingorum, ex Decimâ primi anni dicti triennii: & alia duo milia librarum ejusdem monetæ, ex Decima secundi anni ejusdem triennii, solvere & assignare curetis.

* II. 1010. * Mandatum nostrum in hâc parte taliter impleturi, quòd in eo obedientiam nobis impendisse laudemini; eademque Regina vestræ devotionis diligentiam possit meritò commendare.

Dat. Burdegalæ 4. Non. Aug. Pontificatûs nostri anno primo.

Sub filo canabeo.

Bulla de tota decima ex altero annorum biennii antedicti, Primogenito Regis concessa.

Ann. D. 1306. An. 34. E. 1. Ex Autogr.

CLemens Episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio Nobili Viro, Edwardo Principi Walliæ, primogenito carissimi in Christo filii nostri E. Regi Angliæ illustris, salutem & Apostolicam benedictionem.

Tui, prædilecte fili, actus præfulgidi, quibus gratiosus gratieris, sanctam Romanam Ecclesiam, Matrem tuam, exhibitione filialis reverentiæ prosequendo, loca & personas Ecclesiasticas fovens favoribus, debilibus subvenis pascendo Christi pauperes, instanter exposcunt, ut in conspectu Sedis Apostolicæ reddaris amabilis, illaque te largitione munerum, maternali affectione pertractet, ac muniat subventionibus oportunis.

Quocirca Fraternitati vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatinus, circa collectionem eandem, de ipsius consilio procedentes, sibi præstetis hujusmodi juramentum.

Noluimus tamen, quod si ipse adesse noluerit, vel sibi non videbitur oportunum, quod propterea vestra executio, vel ministerium in hac parte aliquatenus retardetur.

Dat. Burdegalæ Non. Aug. Pontificatûs nostri anno primo.

Sub filo canabeo.

** De decem milibus librarum concessis Dominæ Margaretæ Reginæ Angliæ, percipiendis de decima infra quinquennium.* * II. 1011.

CLemens Episcopus, servus servorum Dei, carissimæ in Christo filiæ Margaretæ, Reginæ Angliæ illustri, salutem & Apostolicam benedictionem.

Ann. D. 1306. An. 34. E. 1. Ex Autogr.

Dum devotionem & constantiæ puritatem, quam ad sacrosanctam Romanam Ecclesiam, Matrem tuam geris, diligenter advertimus: dumque opera pietatis, quibus circa loca religiosa, & personas Ecclesiasticas, & erga Christi pauperes, vacare dinosceris, solerti meditatione pensamus; dignum conspicimus & congruum arbitramur ut sedes ipsa, quæ te in hujusmodi tuis prælucentibus actibus gratulatur, personam tuam Apostolico favore communiat, tibique id præsidium tribuat gratiosè, per quod eandem revereàris devotius, atque ad dicta loca & personas accendaris affectius, & præfata opera comodius & libentius, filia carissima, prosequaris.

Cum itaque nos nuper, pro Terræ sanctæ negotio, per biennium, à Festo omnium Sanctorum proximo futuro, in antea numerandum: & demum per aliud biennium subsequens: & tandem per triennium idem ultimum biennium secuturum, in Anglia, Scotia, Hybernia, Wallia, earumque Civitatibus & Diocesibus Decimam omnium Ecclesiasticorum redditiuum & proventuum duxerimus imponendam:

Nos, volentes tibi, ut ab expensarum oneribus supradictis, quæ sustines, releveris, & vaces uberius circa illa, decem milia librarum sterlingorum de prædicta decima tibi gratiosè concedimus & donamus.

Volumus tamen quod hujusmodi decem milia librarum percipias isto modo; videlicet, quod ex uno anno dicti primi biennii duo milia librarum tibi dentur: & ex quatuor annis sequentibus, singulis videlicet, singula duo milia recipias à Collectoribus, super hoc deputatis à nobis juxta modum & formam, quam eisdem Collectoribus, per alias nostras super hoc, certi tenoris, litteras duximus assignandum.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis & donationis infringere, &c.

Dat. Burdegalæ Non. Aug. Pontificatûs nostri anno primo.

Sub filis sericis flavi rubeique coloris.

Bulla Clementis Papæ Quinti concessa Regi Angliæ super Absolutione a sententiis suspensionis & excommunicationis pro perpetratis in Guerris.

Ann. D 1306. An. 34. E. 1. Ex Autogr.

CLemens Episcopus, servus servorum Dei, carissimo in Christo Filio Edvardo Regi Angliæ illustri, salutem & Apostolicam benedictionem.

Tua Regalis devotio, tuæque constantia fidei inconcussa, quas ad sacrosanctam Romanam Ecclesiam, Matrem tuam, ut filius Benedictionis & gratiæ, hactenus habuisti, habes & te habere proculdubio credimus in futurum, digne merentur, ut illa consequaris ab eâ, quæ Regalem honorem amplificent, in tua mente salutaria nutriant, & nutrita proficiant ad salutem.

Sane, fili prædilecte, exhibita nobis tua petitio continebat, quòd olim dum contra hostes & rebelles tuos, qui jura tua, tuique Regni statum pacificum perturbare nequiter satagebant, per exercitus & alia hostilia, tuam, pro reprimendis eorum præsumptionibus, quæ alias reprimi non poterant, potentiam exerceres, plures occiderunt in necem, data fuerunt incendia, commissa sacrilegia, deprædationes, & rapinæ etiam in locis religiosis, & sacris, quibus obviare aliter nequivisti, per violentiam perpetratæ.

Quare humiliter supplicasti, tibi, tuisque adhærentibus in hâc parte per Sedem Apostolicam de salutari remedio provideri.

Nos igitur, qui salutem tuam plenis in Domino desideriis affectamus, sperantes quod quicquid deliquisti per illa, suppleas triumphosè in subsidium Terræ sanctæ, cum per sedem eandem fueris requisitus, pro quâ redimendâ totis visceribus anhelamus, te ab Excommunicationis, suspensionis, & interdicti sententiis, quas propterea incurristi, Apostolicâ auctoritate absolvimus, tibique dampna, læsiones, vastationes, & detrimenta, quæ propter hoc fuerunt quibuscumque Ecclesiis, & locis, ac personis Ecclesiasticis illata, vel irrogata, de speciali dono gratiæ remittimus, & donamus.

Ita quod ad illorum emendam, vel satisfactionem aliquam minime tenearis, nec te aliquatenus remordens conscientia inquietet.

Volumus tamen, quòd ad Ecclesias & loca potissimè combusta, & diruta supradicta, sicut tuæ videris expedire saluti, quodque tuæ conscientiæ relinquatur, per immunitatum, libertatum, & aliorum donorum concessionem largificam, vel aliis Regiam Munificentiam exhibeas liberalem.

Nulli ergo, &c.

Dat. Burdegalæ Non. Aug. Pontificatûs nostri anno primo.

Sub filo canab.

Nomina plurimorum, qui secuti sunt Robertum Brus, & missi in Prisona Angliæ.

Ann. D. 1306. An. 34. E. 1. Penes Camerar.

CES sont les nons de ceux, qui ont este contre le Roi en ceste guerre d'Escoce, mene par Robert de Brus, jadis Conte de Carrik, en l'an du Regne nostre Seignor le Roi 34. Les queux sont venuz a la pees, por ester a droit; & ordenez est q'il sount enveez en Engleterre, pour demorer en prison es chasteux dessouz nomez, en la manere dessouz escrite.

Alein, qi fu Conte de Meneteth, soit liverez a Monsieur Johan de Hastingges, por le mettre en sauve garde en Engleterre, ou a il sont alez ovesque Monsieur Johan de Moubray, vers les marz, Monsieur Aymer face seisir, en la meyn nostre Seigneur le Roi le Chastel de Drilton, & soit bien garniz & liverez au frere Monsieur Johan de Kyngeston, pour garder tant que le Roi en eit autre chose ordenee; & totes les terres, & touz les tenementz, appartenanz au dit Chastel, & touz les biens & chasteux, qui serront trovez en dit Chastel; & les terres & tenementz avantditz, qi soient a meisme celi Johan, face ausint le dit Monsieur Aymer meyntenant seysir en la meyn le Roi, & sauvement garder, tant qe le Roi en eit autre chose ordenee: Et les terres, & les tenementz, & biens & chateux de meisme celi Alexandre, soient seisiz en la meyn le Roi, & sauvement gardez; & les corps des ditz, Monsieur Johan, & Monsieur Alexandre, face le dit Monsieur Aymer prendre & enveer au Roi.

Item David, filz & heir de celi qi fu Conte de Asceles; soit receu, & envee au Roi, pour demorer en prison, a la volunte le Roi, s'il se vuelle rendre en tieu manere: & qe, del houre qu'il serra venuz au Roi, soit liverez au Conte de Gloucestre pour le faire garder sauvement en Engleterre, & quil li face trover mesne sustenance.

Fait a remembrer, qi, quant la Femme le Conte de Carrik sera venue au Roi, ele soit envee a Brustewik, & qe ele eit tieu mesnee, & sa sustenance ordenee en la manere desouz escrite; cest asavoir,

Qe ele eit deux femmes du pays, ovesqe li; cest asaver, une damoisele & une femme por sa chambre, qi soient bien d'age, & nyent gayes, & qi eles soient de bon & meur port; les queles soient entendantz a li por li servir:

Et deux vadletz, qi soient ausint bien d'age, & avisez: de queux l'un soit un des vadletz le Conte de Ulvestier, c'est asaver Johan de Benteley, ou autre qil mettra en lieu de li: & l'autre acun du pays qi soit por trencher devant li:

Et ausint eit ele un garzon a pee, por demorer en sa Chambre, tiel qi soit sobre, & ne une riotous, por son lit faire, & por autres choses qe covendront por sa chambre:

Et, estre ce, ordenez est qe ele eit un vadlet de mestier, qe soit de bon port, & avisez, por port ses cleifs, por panetrie, & botellerie, & un cu:

Et ele deit ausint aver trois leveriers, por aver son deduyt en la garrene illueques, & en les parcs, quant ele voudra:

Et qe ele eit de la veneison, & du peisson es pescheries, selenc ce que mester li sera:

• Et qe ele gisse en la plus bele maison du manoir a sa volunte: • II. 1014.

Et, qe ele voit guyer es parcs, r'aillois entor le manoir, a sa volunte.

Et mandez soit, par lettres du prive seal le Roi, a Richard Oysel Seneschal de Holderness, qil face trouer a la dite Dame, por soi, & por sa dite mesnee, & por les autres choses, ce qe mestier lor sera, en convenable manere selonc l'ordeynement desusdit.

Ordenez est & mandez, par lettres du prive seal, au Chamberlenc d'Escoce, ou a son lieutenant, a Berewik sur Twed, qe en une des Turelles, dedenz le Chastel de meisme le lieu, en lieu qil veist qe a ce feust plus covenable, feist faire une kage de fort latiz, de fuist & barrez, & bien esforcez de ferrement; en la quele il feist mettre la Contesse de Baghaun:

Et q'il la feist si bien, & si seurement garder en meisme le Kage, qe ele ne puist issir en nule manere:

Et

Guilliam Lovell frere du dit Huge, soiet enveez a Notingham, par Wauter de Bedewynde.

William de Morreue de Sanford Chevalier, soit enveez a Corf, par Monsieur Guilliam de Montagu.

La Femme Monsieur William Wysman, soit envee a Rokesborgh por garder y en Chastel, & soit liveree a Monsieur R. de Manlay. visc. de Rokesborg.

Monsieur Thom. Randolf, soit liverez au Conte de Nicole, por respondre de son corps garder illueques en Chastel.

Le fuiz Monsieur Simon Fraser, lequel Monsieur David de Bregheyn prist, soit liverez a Monsieur Johan de Segrave, ou a Monsieur Aymer de Valence; issint q'il face garder a son peril, por ce qe les terres Monsieur Simon li sont donees.

Patrick de Graham Chevalier d'Escoce, est enveez a l'Evesqe de Cestre, &c. per 6 homes a cheval; si qu'il le mettre en sauue garde, en aucun Chastel en Engleterre.

---

*II. 1015. *Nomina eorum qui fecerunt Homagium Edwardo primo, anno tricesimo quarto ejusdem Regis.*

Ann. D. 1306. An. 34. E. 1. Penes Camerar. *DOmina Isabella, Uxor Domini Edmundi de Hastinges, pro terris in Com. de Strevelyn & de Forfar.*

Ace de Kynros, pro terris in Com. de Perth.

Willielmus le Flemengs, pro terris in Com. de Edeneb.

Radulphus de Dunde Miles, pro terris in Com. de Perth.

Willielmus de Ramsey Miles, pro terris in Com. de Berewyk, & Eden.

Patricius de Sancto Michaele Miles, pro terris in Com. de Aberden.

Alanus de Moraviâ, pro terris in Com. de Foreys & de Fyf.

Willielmus de Chartres, pro terris in Com. de Rokesburgh & de Bauf.

Almaricus de Hauden, pro terris in Com. de Rokesborgh & de Pebles.

Walterus de Bikerton, pro terris in Com. de Fyff.

Duncanus Scotus, pro terris in Com. de Forfar.

Umfridus de Midelton, pro terris in Com. de Kyncardyn.

Hugo de Neuton, pro terris in Com. de Hadinton.

Willielmus de Malevill, pro terris in Com. de Pebbles.

Duncanus de Bredenath, pro terris in Com. de Fyf.

Johannes Filius Duncani, pro terris in Com. de Invervarn.

Johannes de Becerwell, pro terris in Com. de Perth.

Martinus de Adbretshan, pro terris in Com. de Perth.

Malmory Mak Laweman de Ergard.

Johannes de Crammond, pro terris in Com. de Eden.

Johannes de Aghelek, pro terris in Com. de Anegos.

Dominus Hugo de Penicok, pro terris in Com. de Edeneb.

Rogerus de Almer, pro terris in Com. de Selkirk.

Ricardus de Kynard, pro terris in Com. de Fif.

gham, sur la garde des ditz Evesques, de Seint Andreu & de Glasgu, & du dit Abbe, tant qe l'Evesque de Cestre y soit venuz, & eit ordenez de les enveer as Chasteux ou il demorront, si come est avantdit.

Et totes ces gentz, ove les ditz prisons, doyvent mener de Noef Chastel sur Tyne, icest Joedy lendemeyn de Seint Laurencz, en alant vers Notingham par les jornees desouz escrites.

Et le dit Guilliam doit aver lettres overtes du prive seal, escrites as Viscontes, & a tous autres ministres, & foiaux le Roi, pour estre entendantz, eidantz, & obbeassanx a li, a crestre lor conduyt, selonc ce q'il lor sera saver.

Et seront lettres faites a chescun Conestables des Chasteux, ou les ditz prisons serron herbergez, q'il reteynent denz les Chasteux mesmes les prisons, & les facent garder, selonc ce qe le dit William ordenera.

Et doyvent les ditz prisons estre si menez & gardez par voies, qe nul ne parouge a autre, de jour, ne de nuytz; ne qe nul ne parouge a eux, forsque seulement lor Gardeyns.

Ce sont les jornees, qi les ditz prisons tendront; c'est asaver,

Le Joedy, lendemeyn de Seint Laurenz, de Noef Chastel, sur Tyne, tant qe au Chastel de Duresme:

Et le vendredy de Duresme, tant qe a Northalverton:

Et le Samady de Northalverton, tant qe au Chastel de Knaresburgh:

Et le Dymenche de Knaresburg, tant qe au Chastel de Pontfreint:

Et le Lundy, de Pontfreint, tant qe au Chastel de Tykehull:

Et le Merdey de Tykehull, tant qe au Chastel de Neuwerk:

Et le Mesquerdy de Neuwerk, tant qe au Chastel de Notingham.

De expensis pro Episcopo Sancti Andreæ incarcerato in Turri Castri Wintoniæ, & famulis suis.

MEmorandum quod Vicecomes Suthamptoniæ, cui Willielmus Episcopus Sancti Andreæ, Domini Regis proditor, liberatur, in Turri Castri Wyntoniæ, salvò & securè custodiendus, secundum quod per breve Regis ei expressius est injunctum, faciat ministrare dicto Episcopo incarcerato expensas suas in hunc modum: videlicet. Ann. D. 1306. An. 34. E. 1. Rot. Cl. 34. E. 1. m. 6. d.

Eidem Episcopo, ad expensas suas proprias, singulis diebus, sex denarios;

Et pro uno Valletto, deserviente ei, per diem tres denarios:

Et pro uno garcione, similiter deserviente ei, per diem unum denarium, & unum obolum:

Et pro uno Capellano, celebraturo sibi missam, singulis diebus unum denarium, & unum obolum per diem:

Qui quidem Capellanus, Vallettus, & Garcio, tales eligantur, & tam fideles, de quibus nullum timeatur periculum, & pro quibus dictus Vicecomes suo periculo voluerit respondere.

De aliis autem custodibus, qui necessarii videbuntur pro custodiâ Episcopi prædicti, disponet dictus Vicecomes, prout sibi, pro securitate suâ, meliùs viderit expedire.

beres referimus actiones: Nosque exinde reputamus vobis plurimùm obligatos; amicitiam vestram affectuose rogantes, quatinus benivolentiam illam erga nos, in agendis nostris, continuare velitis jugiter in futurum.

Dat. apud Neubourgh. in Tindale, 28. die Augusti.

Per breve de privato Sigillo.

Ad Papam de Castro & Castellania de Milhano concessis Amaneno de Lebreto.

Ann. D. 1306. An. 34. E. 1. Rot. Rom. 34. E. 1. m. 5.

PApæ Rex, &c. devota pedum oscula beatorum.

Fœcundæ dilectionis integritas, quam ad nos magnâ experientiâ vos habere, & habuisse probavimus à jam diu, nos allicit & inducit ut in hiis, quæ vestri & vestrorum commodi & honoris respiciunt incrementa, vestris beneplacitis favorabiliter annuamus.

Sanè requisitionem, quam nuper, per vestræ Sanctitatis litteras, pro dilecto & fideli nostro Amaneno de Lebreto, nobis fecistis de Castro & Castellaniâ de Milhano, eidem Amaneno concedendis, quatenus potuimus, curavimus adimplere.

Ac super hoc Cartas & litteras nostras, ac Edwardi Principis Walliæ, filii nostri karissimi, inde confectas, per Magistrum Petrum du Lak Clericum vestrum, qui erga nos prosecutus est negotium antedictum, vestræ Beatitudini destinamus, prout idem Clericus vester vobis ostendere poterit & referre.

Cæterùm nos Consortem nostram, ac liberos nostros paternitati vestræ specialiter commendamus, ac etiam Sanctissimæ voluntati vestræ submittimus humiliter & devote.

Conservet, &c.

Dat. apud Corbrigg. 14. die Augusti.

Per breve de privato Sigillo.

Bulla, de Nuncios Papales non molestando.

Ann. D. 1306. An. 34. E. 1. Ex Autogr.

CLemens Episcopus, servus servorum Dei, carissimo in Christo Filio Edvardo Regi Angliæ illustri, salutem & apostolicam benedictionem.

Claris patere consuevit operibus, nosque fine ullâ dubitatione tenemus, quod eximiæ devotionis ad eum & Apostolicam Sedem elaritate præfulgidus, Ecclesiæ Romanæ commoditates, & necessitates prudenter advertens, suis profectibus desideranter intendis, & studio sollicitudinis operosæ, ac intento prosequeris animo, quæ Apostolicæ Sedi placitura, & profutura cognoscis:

Prudentiâ Regiâ, præsertim in Regno tuo, diligenter evitans, quæ ipsis Ecclesiæ ac Sedi ad displicentiam, vel dispendium redundarent.

Profecto Magnificentiam tuam Apostolicis litteris alias rogâsse meminimus, ut dilectis Filiis Magistris, Gullielmo Testa Archidiacono, Aranan. in Ecclesiâ Convenarum, & Guillielmo Geraldi, Canonico Rothomagen. Capellanis, & Nuntiis nostris in Anglia, quos ad partes illas pro certis nostris, & dictæ Sedis negotiis duximus destinandos, cum opus esset, Regio favore dirigeres, & foveres, ad ipsa negotia prospere prosequenda; super quo te promptum & benevolum, liberalitate Regia obtulisti.

* II. 1018. * Verum cum, sicut nuper ex ipsorum Nuntiorum insinuatione percepimus, Officiales, vel Gentes, Regii, eosdem Nuncios in exequendis aliquibus, quæ ipsis fuere commissa, & præsertim in percipiendis fructibus Prioratûs de Mortona, prope London. nunc vacantis, præter tuam, ut creditur, conscientiam, impediant & perturbent, pro eorum libito voluntatis:

Celsitudinem Regiam iterato rogamus & hortamur attentè, quatinus efficaciter provideas, & liberaliter facias, ut impedimenta tol-

De Terris & Redditibus Thomæ & Edmundo, Regis ex Margareta Regina filiis, assignandis.

Ann. D. 1306. An. 34. E. 1. Pat. 34. E. 1. m. 10.

EDward, &c. & Ducs d'Aquitaigne, a touz ceus, qui cestes presentes lettres orront ou verront, saluz.

Cum, avant la heure qe, par l'autorite & la vertue de la pronunciation, faite par la Seint Piere Boniface, dunk Pape de Rome, pur ben de pees & acord entre le Noble Prince Phelip Roi de France e nous, sur les descordz, guerres, e contenks, meux entre le dit Roi e nous, eussoms espose nostre chere Compaigne Margarete Roine d'Angleterre, soer le dit Roi de France,

Eussioms fermement promis & obligez nous, e nos heirs, par nos lettres patentes, de doner, enheriter, & assigner a les enfantz Madles qui Dieus enverroit entre nous, dis mile Marches de terre e de rente, en nostre Roiaume d'Engleterre, en lieus covenables & suffisantz; * sicome en nos dites lettres, de ceo faitz, plus pleinement est contenue: * II. 1019.

Et Dieus nous eit envoie puis, entre nous & nostre dite Compaigne, nostre treschere fiuz Thomas & Edmond, as queus nous ne avoms uncore de rien purveu, sicom nous sumes tenutz:

Nous, eiantz regard a lour estat, avoms, par certeines resons, la dite summe encreuwe, & grantoms, promettoms, & fermement obligeoms nous, & Edward, notre treschere fiuz & heir, sur notre beneiceon, de doner, enheriter, & assigner, dedenz les deux annz, procheins suantz apres la date de cestes lettres; c'est assavoir,

A nostre dit fiuz Thomas dis mile marches de terre & de rente:

Et a nostre dit fiuz Edmond, sept mile marchees de terre & de rente:

En lieux covenables & suffisantz, denz nostre dit Roiaume, saunz nul delai; issint que eus eient en encres, outre nostre primere promesse & doun, sept mile marchees de terre e de rente, en la forme susdite; cest assavoir,

Que nous durroms, enheriteroms, & assigneroms a nostre dit fiuz Thomas, touz les Chasteux, Burgs, Vills, Honurs, Manoirs, Terres, Rentes, & Fraunchises, ove totes leur appurtenances, en Engleterre, Hirlaund, & Gales, les queus nostre feal & leal Roger Bigod, Count de Norff. & Mareschall d'Engleterre, n'adgeires granta, rendi, relessa, & quite clama par sa chartre a nous, & a nos heirs, a tourz jours: Et les queus nous li avoms rebaillez a tenir a li, & a les heirs issantz de son cors, sicome nos lettres de ceo faites plus plenement tesmoignent:

A aver & tenir les avantdiz Chasteux, Burgs, Vills, Honours, Manoirs, Terres, Rentes, & Fraunchises, oue fiedz de Chevalers, avoesons d'Esglises, & totes les autres appurtenances, de nous, & de nos heirs, a nostre dit fiuz Thomas, & a les heirs issantz de son cors, apres la morte le dit Counte (s'il moerge saunz heir de sei) ausi enterement & fraunchement, comme le dit Count les tint le jour qil les nous rendi, & que nous les rebaillams a tenir en la forme susdite;

En la value de sis mile marches de terre & de rente, en partie de la dite summe de dis mile Marchees de terre & de rente & les quatre miles Marchees de terre & de rent demorantz de mesme la summe en terres & rentes, aussibien en Contees, comme en autres terres

1020. ... & fumante, en totes choses, comme son estat le demande, tant q'ele seit marie, & son estat en apres covenablement ordine comme a lui afferra.

Et, a totes les choses susdites fermement, ben, loiaument, e enterement, sanz nule defaute, garder, tenir, & accomplir, obligeoms nous, & Edward nostre chere fiuz & heir, sur nostre beneiceon, & nos Executours, par la tenur de cestes noz lettres patentes, selees de nostre seal.

Don a Norburgh en Tyndale, le 31. jour d'Aust l'an de nostre Regne 34.

Litera Regis ad Reymundum del Got Cardinalem, Papae Nepotem.

Ann. D. 1306. An. 34. E. 1. Rot. Rom. 34. E. 1. m. 5.

REX Domino R. Dei gratiâ, Tituli Sanctae Mariae novae, Diacono Cardinali, &c. ut supra.

Referunt nobis Nuncii nostri, quos ad Sedem Apostolicam destinamus, quod nedum ipsos, set etiam quaecumque nos contingunt gratiosis amplexibus collocatis: Et ad nostra negotia apud Sedem eandem expedienda non omittitis vestram sollicitudinem excitare, ac etiam ipsos Nuncios specialiter honorare:

Super quibus ad grates vobis assurgimus speciales, confidenter roganter quatinus inchoatam vestri subsidii promptitudinem, de bono semper in melius, circa expeditionem negotiorum nostrorum erga Dominum .... summum Pontificem Patruum vestrum, velitis continuis favoribus adaugere; ac etiam de sospitate ejusdem Domini atque vestrâ, crebrae nunciationis pabulo confortare.

In longaeva, &c. ut supra.

Dat. apud Bradeleye in Marchiâ Scotiae, 6. die Septembris.

Ad Papam, de Archiepiscopo Cantuariensi suspenso, & Temporalibus in manum Regis captis.

Ann. D. 1306. An. 34. E. 1. Rot. Rom. 34. E. 1. m. 5.

SAnctissimo in Christo Patri, Domino C. divinâ providentiâ Sacrosanctae Romanae, ac Universalis Ecclesiae summo Pontifici, suus devotus filius E. ejusdem gratiâ, Rex Angliae, &c. cum omni devotione, devota pedum oscula beatorum.

Placuit nuper Sanctitati vestrae Robertum Archiepiscopum Cantuariensem ab administratione spiritualium & temporalium suspendere, ipsumque Robertum ad vestrum examen specialiter evocare, & etiam certas personas ad gerendam administrationem dictorum Spiritualium & Temporalium deputare.

Quae deputatio, pro eo quod, juxta assertionem virorum providorum de consilio nostro, qui ad jura coronae & dignitatis nostrae Regiae manutenenda & conservanda specialiter deputantur, quo ad temporalia dicti Archiepiscopatûs, in manifestum praejudicium dictarum Coronae & dignitatis nostrae redundabat, temporalia dicti Archiepiscopatûs in manum nostram capi fecimus, prout nobis ex variis causis, secundum Regni nostri consuetudinem, licuit, & hoc jure nostro Regio facere tenebamur.

Et quia, sanctissime Pater, jam nuperimè, per dilectum Clericum nostrum, Magistrum Thomam de Suerchia Canonicum Londoniensem (cui voluntatem vestram nobis referendam, ut asserit, injunxistis) accepimus, quod captio hujusmodi vestrae fuit contraria voluntati; utpote canonicis sanctionibus inimica;

scripsisse; quod, licet de jure Coronae nostrae fructus temporalitatis Archiepiscopatûs praedicti, durante suspensione Archiepiscopi illius loci, capere, & ad opus nostrum retinere possemus, sicut datum est nobis intelligi per discretos viros de nostro consilio, legum & consuetudinum Regni nostri habentes notitiam pleniorem,

Nos tamen, ob specialem affectionem, quam erga Sanctissimam personam vestram optinemus, concessimus & concedimus quod Custos dictorum temporalium, per nos deputatus, de fructibus & proventibus dictorum temporalium, durante suspensione praedictâ, illi, quem ad recipiendum fructus & proventus hujusmodi duxeritis assignandum, plenarie sit respondens:

Et, praeter hoc, Pater Sancte, volumus & concedimus quod de beneficiis Ecclesiasticis, pertinentibus ad collationem Archiepiscopi memorati, ordinare pro vestrae Sanctitatis arbitrio valeatis, dictae suspensionis tempore perdurante.

Verùm, quia, postquam temporalia praedicta capi fecimus in manum nostram, ac diu ante confectionem praesentium, dilecto Clerico nostro Magistro Nicholao de Tyngewyk Medico nostro, (cui, post Deum, grates referimus de vitâ & reconvalescentiâ nostra de infirmitate, quâ jam per aliqua tempora eramus fatigati) praesentavimus ad Ecclesiam de Recolure, quae vacavit post captionem supradictam,

Paternitati vestrae devotâ precum instantiâ supplicamus, quatinus eidem Clerico nostro gratiam velitis facere specialem, & taliter circa statum suum paternae provisionis munificentia ordinare, quod idem Magister Nicholaus dictam Ecclesiam de Recolure, unà cum Ecclesia de Colleshull Sarum Diocesis (quam adeptus fuit ante praesentationem sibi factam de Ecclesia de Recolure antedictam, ipsamque tenet in praesenti) retinere valeat & habere.

Hanc autem requisitionem nostram, quam vestrae Clementiae ex intimo cordis affectu facimus in hac parte, favorabiliter exaudire dignemini, gratiosisque affectibus adimplere, sicut vitam nostram diligitis, nostrique corporis sospitatem; praesertim cum eundem Nicholaum peritiorem & aptiorem de Regno nostro, pro cura & custodia status & sanitatis nostrae, nostro Judicio reputemus; eique ex toto curam corporis nostri commiserimus, ob grandem fiduciam quam de ipsius peritia optinemus.

Conservet vos, &c.

Dat. apud Hautwysel undecimo die Septembris.

---

* *Super Matrimonio inter Duncan de Fief & Mariam de Monthermer dispensando.* * II. 1022.

Edward, par la grace de Dieu, Roi d'Engleterre, Seigneur d'Irlaunde, & Ducs d'Aquitaine, a nostre chier Clerck William de Hamelton, nostre Chancelleir, saluz. Ann. D. 1306. An. 34. E. 1. In Rundella brevium E. 1. in Turri.

Nous vous mandons que vous facez faire lettres, souz nostre grant seal, de priere, en bone & especiale forme, al nostre treschier Pere le Pape;

Que, por le bien de pees, & por l'amour de nous, il pleise a la Seintete, dispensere Matremoyne se puisse faire entre Duncan de Fyf. & Marie de Monthermer, nient contrestant q'il se appertienont en degre de parente, ou d'affinite defenduz quant a contract de Matremoyne,

Et facez faire autres lettres, de Priere, a Sire Pierres de Columpne Cardenal; qu'il vueille avancer cele busoigne, devers nostre dit Pere le Pape, en la meilleure manere, qe il porra por l'amour de nous.

corps, terres & tenementz, e quant qi nous avions, ou aver porriens, a la volente de nostre dit Seigneur,

Et il nos eyt puis, de sa grace especiale, renduz les terres & tenementz avantditz, qi nous teniens en Escoce,

Par quei nous li avons ore de novel fait homage & ferment de foiaute;

Nous, esteanz quites e dilivres, e en nostre plein poair, prometroins loialment, e en bone foi, qe nous de ci en avant, por tourz jours, serroms foialz e loialz a nostre dit Seigneur le Roi d'Engleterre, & a ses heirs Rois d'Engleterre, e bon foi leur porteroms de vie, de membre, & de terrien honor contre totes gentz qi porront viure & morir:

Et qe contre eux ne serroms, en nul temps, pur chose, qe puisse avenir, ne en ayde, ne en consail: ne serroms ou chose soit parlee, ordanee, compassee, ou faite qe pusse tomer a deshonor, ou a damage de eux; ou, si nous le sachoms, * qe nous le destorberoms a tour nostre poair, & le lor feroms asaver sanz delay.

* II. 1023.

Et a toutes les choses desuldites fermement tenir en tourz poyntz, nous avoms jurez sur le corps dieu, & sur saintes ewangilles, & sur la *CROIZ NEYTZ*, & sur la *BLAKERODE* d'Escoce, & sur plusors autres reliques.

Et, outre ce, as ditz homage & ferment en tourz poyntz fermement tenir & garder, nous obligeons nostre corps, nos heires, totes nos terres, & tourz nos tenementz, & quantqe nous avoms, ou aver porroms, haut & bas, & du tot a la volonte de nostre dit Seigneur le Roi e de ses heires.

Et voloms e grantoms, por nous, e pur nos heirs, s'il aviegne, ce qi Dieu ne vuille, qe nous ou nos heirs soiems james de guerre contre nostre dit Seigneur le Roi, ou ses heires, ou en aide, ou en conseil de nul de leur enemis privicement, ou apertement, qe noz corps, nos terres, & nos tenementz, & quant qi nous averons, ou aver porrons, suent desadonqe forfaitz a nostre dit Seigneur le Roi, & a ses heirs en tieu manere, qe nous, ne noz heires, ni pussons james rien de droit clamer, ne chalenger en nul temps.

Estre ce, nous voloms & grantons pour nous, & por nos heirs, s'il aviegne qe nous soioms en nul temps des en avant contre nostre dit Seigneur le Roi, ou ses heirs, si come est avandit, qe Ercevesques, Evesques, e quicunque autres Prelatz d'Engleterre & d'Escoce, tanz & tieuz come il plerra a nostre dit Seigneur le Roi d'Engleterre, ou a ses heirs Rois d'Engleterre, sanz tote manere de congnisance de cause, & sanz monition, ou nulle manere de garnissement, & sanz tote manere de contradit de nulli pussent doner sentence d'Escumenge, sur nous, e sur nos heirs; & nos escumenger, & mettre hors de commune de tourz Crestiens, e totes nos terres mettre a enterdit.

En tesmoignance de queux choses nous avons mis nostre seal a ces lettres.

Donee en la Prioure des Chanoignes de Lanrecost, le 23. jour du mois d'Octobris, l'an de grace mil, treiscent & sys; & du Regne nostre Seigneur le Roi avantdit trentisme quart.

Quibus sic factis, idem Dominus Jacobus die prædicto, ad præsentiam Domini Regis Angliæ supradicti Domini sui accedens, eidem Domino Regi pro jam dictis terris suis in Scotiâ, in præsentiâ mei Notarii & Testium subscriptorum, homagium fecit in formâ debitâ, ac etiam consuetâ:

Et, ad majorem præmissorum evidentiam & cautelam, præfatus Dominus Jacobus Senescallus sigillum suum apposuit huic publico instrumento.

Acta in Prioratu de Lanrecost, Carleolen. Dioc. anno, indictione, & die prædictis.

irrogavit turbatio venenosa, quam quidam iniquitatis filii, in partibus Scotiæ, ante hæc tempora, contra nos proditionaliter suscitârunt; illa libenter prosequimur, ac jugi meditatione, studioque pervigili procuramus, per quæ pacem & tranquilitatem inter dictos nostros subditos solidari credimus, & dilectionem uberiùs confoveri. E. 1. Rot. Rom. 34. E. 1, m. 4.

Cum itaque, Pater sancte, super matrimonio, inter Nobilem Virum Duncanum de Fiff, ac Mariam de Monte-Hermerii Neptem nostram contrahendo, jam tractatus sit penes nos habitus aliqualis: iidemque Duncanus & Maria, pro eo quod in gradu affinitatis prohibito se attingunt (super quo vestram Sanctitatem informare poterunt pleniùs præsentium portitores) nequeunt, absque vestrâ dispensatione, legitime copulari; nosque illorum copulationem, pro bono pacis & dilectionis inter dictos nostros subditos Angliæ & Scotiæ nutriendæ, futurisque temporibus conservandæ, desiderabiliter affectamus,

Sanctitati vestræ devotis precibus supplicamus, quatinus, præmissorum intuitu, nostrique rogaminis interventu, ut iidem Duncanus & Maria matrimonialiter conjungi valeant, de Apostolicæ potestatis plenitudine dignemini, si placet, favorabiliter dispensare, &c

Dat. apud Lanercost vicesimo octavo die Octobris.

Per breve de privato sigillo.

Ad Petrum de Columpna Cardinalem super dicta dispensatione.

VEnerabili in Christo Patri, Domino P. Dei gratiâ, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Dyacono Cardinali, amico suo karissimo, Edwardus, &c. salutem & sinceræ dilectionis affectum. Ann. D. 1306. An. 34. E. 1. Rot. Rom. 34. E. 1. m. 4.

Considerantes dispendia, *&c. ut supra, usque ibi*, nequeunt absque dispensatione sedis Apostolicæ legittime copulari, nosque eorum copulationem, *&c. ut supra.*

Paternitatem vestram affectuose requirimus & rogamus, quatinus, ut Dominus summus Pontifex (cui pro gratiâ dispensationis hujusmodi obtinendâ per alias nostras litteras supplicamus) annuat in hac parte favorabiliter votis nostris, velitis efficaciter interponere partes vestras.

Dat. ut supra.

Litera Regis ad Thomam Jorz Cardinalem Anglicum.

VEnerabili in Christo Patri Domino T. Dei gratiâ, Sanctæ Sabinæ Presbitero Cardinali, amico suo karissimo, Edwardus, eâdem gratiâ, Rex Angliæ, &c. salutem & sinceræ dilectionis affectum. Ann. D. 1306. An. 34. E. 1. Rot. Rom. 34. E. 1. m. 5.

Quòd de certitudine statûs vestri, & de hiis quæ in Curiâ Domini Papæ aguntur sæpe vestris litteris efficitis nos refectos, vobis assurgimus ad gratiarum multiplices actiones;

Rogantes quatinus amicitiæ vestræ diligentiam (quam studiosis affectibus ad explenda vota nostra hactenus impendistis) ad cuncta, nos in dictâ Curiâ contingentia, velitis continuis favoribus adaugere:

Et de statu dicti Domini Papæ, vestroque, & aliorum amicorum nostrorom inibi existentium; ac etiam de novis, siqua in dictâ Curiâ emergere contigerit, crebris literarum vestrarum visitationibus consolari.

De

Vos affectuosè requirimus & rogamus, quatinus eisdem Clericis nostris, vel alteri eorum, in hiis, quae ipsi, vel eorum alter, inde vos requirent, vel requiret ex parte nostra, fidem velitis credulam adhibere: & erga Dominum summum Pontificem, in negotiis praedictis, consilium, quod poteritis, efficaciter impertiri, sicut hactenus vestri gratiâ fecistis in omnibus, quae nos tangunt.

Dat. ut supra.

Eodem modo scribitur Domino P. Tituli Sanctae Priscae, Presbitero Cardinali, & Sanctae Romanae Ecclesiae Vicecancellario, amico Regis karissimo.

Dat. ut supra.

Ad Papam, super Episcopis Sancti Andreae & Glasguen. de aliis providendis, & de Matrimonio Alianorae filiae.

Ann. D. 1306. *An.* 34. *E.* 1. *Ibidem.* SAnctissimo in Christo Patri, Domino C. divinâ providentiâ, Sacrosanctae Romanae, ac Universalis Ecclesiae summo Pontifici, suus devotus filius Edwardus, eâdem gratiâ, Rex Angliae, &c. devota pedum oscula beatorum.

Pater sanctissime, quia Magister Willielmus de Lamberton Sancti Andreae, & Robertus Wychard Glascuen. Episcopi (quos jam, tanquam inimicos & proditores nostros, contra nos hostiliter insurgentes, captivos in nostrâ custodiâ detinemus) adeo, ante haec tempora, erga nos se gesserunt proditionaliter & perverse, utpote qui fidelitatem & sacramenta sua, pluries nobis praestita, non sunt veriti violare, reatum perjurii pluribus vicibus notoriè incurrentes; ac per ipsos, ipsorumque procurationem & instigationem, pax & tranquilitas terrae nostrae Scotiae saepius jam commotae fuerunt pariter & turbatae, multisque ipsorum demeritis exigentibus, erga nos reddiderunt taliter se indignos, quod pati non possumus, nec debemus, quod infra terram nostram Scotiae praedictam, nec alibi infra potestatem nostram morentur, propter pericula quae nobis & terrae nostrae Scotiae supradictae, per ipsorum machinationes subdolas, futuris temporibus possint evenire:

Et nos votis omnibus cupiamus, quod sanctae Ecclesiae per bonas, honestas, & idoneas personas gubernetur, & etiam deserviatur, eidem.

* II. 1026. * Sanctitati vestrae devotâ precum instantiâ supplicamus, quatinus,

De praedicto Episcopatu Sancti Andreae, caro & dilecto nobis Magistro Willielmo Comyn, fratri Nobilis Viri Comitis Boghan, viro utique benè literato, bonae vitae, & conversationis honestae, aptoque nostro judicio pro tali dignitate optinenda; pro quo etiam alias vestrae supplicavimus Sanctitati, & qui aliâ vice ad eundem Episcopatum electus extitit, & per praefatum Magistrum Willelmum, suosque Complices, inimicos nostros, tunc impeditus:

Ac de Episcopatu Glasguensi supradicto, dilecto Clerico nostro Magistro Galfrido de Moubray, qui similiter est homo nobilis genere, & honestus in conversatione, dignemini providere, per hos,

Namque speramus firmiter quod Deo & Sanctae Ecclesiae debeat bene & congrue deserviri, ac pax dictae terrae Scotiae felicius confoveri, per ipsorum probitatem & constantiam poterit, & melius custodiri;

Super hiis igitur vestrae placeat beatitudini nobis vestram rescri-

rite & canonicè assecuto, praedictus Franciscus, per se & suos occasionem quaerens hastutè gravandi eundem nostrum Clericum & vexandi, ipsum citari personaliter coram vobis, sicut accepimus, procuravit, ad respondendum eidem super dampnis & injuriis sibi factis.

Attendentes autem citationem ipsam ex suggestione non verâ, set potiùs conficto quaesito colore fuisse optentam; quae, si de veritate ipsius negotii vestrae Beatitudini primitùs constitisset, nullatenus, ut credimus, emanâsset.

Sanctitati vestrae instantiùs supplicamus quatinus, praemissis benignâ consideratione pensatis, quodque in hujus negotium nostrum principaliter interesse versetur, super praefatâ citatione, & ejus effectu sic Clementia vestra dignetur remedium efficax adhibere, quod jus nostrum praedictum, ad quod observandum, sicut praedicitur, sumus astricti, conservetur illaesum, & idem Clericus noster (cujus defensioni in ipso negotio deesse non possumus, sicuti nec debemus) eo praetextu non inquietetur indebitè, seu gravetur.

Conservet vos altissimus, &c.

Teste Rege apud Lanercost 4. die Octobris.

---

* *Ad Papam commendatoria.*

DOmino Papae Rex, devota pedum oscula beatorum. * II. 1027.

Curam, ut tenemur, sollicitam & operam adhibere nos convenit studiosam, ut illorum negotia prosperentur, qui in arduis nostris & Regni nostri negotiis fideles se exhibent & attentos. Ann. D. 1306. *An.* 34. *E.* 1.

Cùm igitur dilectus Clericus noster Johannes de Drokeneford, Garderobae nostrae Thesaurarius, *Rot. Rom.* 34. *E.* 1. *m.* 3.

Vir utique providus & discretus, nobisque & Regno nostro necessarius & utilis, quem lucida morum honestate manifeste novimus insignitum, quique nobis per multa jam elapsa tempora, quod vestram Sanctitatem credimus non latere, in urgentissimis negotiis nostris, non sine laboribus difficilibus & sumptibus onerosis, promptissimum incessanter se praestitit ac fidelem, & adhuc se & sua istris obsequiis & mandatis exponere non desistit,

Super quibusdam negotiis suis, quae vestrae Paternitati reverentissimae sunt ostensa, & nondum, ut vellemus, effectui demandata, vestram jamdiu gratiam expectaverit, & expectet,

Vestrae Sanctitatis Clementiam cum expeditionis fiduciâ requirimus specialiter & rogamus, quatinus praefati Clerici nostri (quem firmiter credimus & tenemus gratiarum donis multiplicibus dignum esse) adhuc dignemini gratiose negotia expedire; ut hanc nostram instantiam, ob affectionem meritoriam, quam ad ipsum gerimus & habemus, praecordialiter vobis factam, sibi in supradictis negotiis sentiat effectivam.

Speramus autem proculdubio preces istas apud sanctissimae vestrae Paternitatis dulcedinem, rogantis intuitu, favorabiliter exaudiri.

Vestram Paternitatem sanctissimam diu dignetur altissimus conservare in gratiâ successuum prosperorum.

Dat. apud Lanercost septimo die Octobris.

Ad

judicio, optinendam) ad exauditionis gratiam vestra dignetur admittere sanctitudo, ac juxta desiderium Cordis nostri gratiosis affectibus adimplere, & nobis super hoc responsum renunciare votivum.

Nos enim, audita felici expeditione dicti negotii, quam desiderabiliter affectamus, non modicam exinde lætitiam assumeremus.

Conservet, &c.

Dat. apud Lanretost septimo die Octobris.

Ad Cardinalem, nepotem Papæ, super Dispensatione pro Medico Regis.

Ann. D. 1306. *An.* 34. *E.* 1. *Rot. Rom.* 34. *E.* 1. *m.* 3.

VEnerabili in Christo Patri Domino R. Tituli Sanctæ Mariæ Novæ, Diacono Cardinali, Amico suo carissimo, Edwardus, &c. salutem & sinceræ dilectionis affectum.

Cum, per alias nostras litteras, sanctissimum Patrem, nostrum Dominum summum Pontificem duxerimus requirendum, quatinus sustinere velit quod Ecclesia de Recolure (quæ vacavit postquam temporalia Archiepiscopatûs Cantuariensis capta fuerant in manum nostram, & ad quam præsentavimus dilectum Clericum nostrum, Magistrum Nicholaum de Tyngewyk, Medicum nostrum, hominem utique honestæ vitæ, bonæ conversationis, & scientiæ eminentis) eidem Clerico nostro remaneat, virtute præsentationis nostræ supradictæ: Seu quod eandem Ecclesiam eidem Clerico conferat gratiose: Et secum de solita benignitate dispenset, super retentione dictæ Ecclesiæ, unà cum Ecclesia de Coleshull Sarum Diocesis, quam idem Clericus prius fuerat assecutus,

Paternitatem vestram, in quantum possumus, requirimus & rogamus, quatinus, penes dictum Dominum summum Pontificem, solertem diligentiam, nostri intuitu, velitis apponere & juvamen: Et ut prædictum negotium, juxta animi nostri desiderium, ad effectum perduci valeat quem optamus: Et, ut gratiosum, super hoc, à dicto Patre responsum habeamus, quamcitius fieri poterit, curetis, si placet, impetrare:

Nos enim, audita felici expeditione juxta votum, magnam exinde cordis lætitiam sumeremus.

Valeat vestra paternitas per tempora longiora.

Datum apud Lanretost septimo die Octobris.

Pro Monasterio Cluniacensi de auxilio præstando.

Ann. D. 1306. *An.* 34. *E.* 1. *Pat.* 34. *E.* 1. *m.* 2. *d.*

REX omnibus Senescallis, Vicecomitibus, Ballivis, Ministris, & eorum loca tenentibus, ac aliis fidelibus suis quibuscunque, ad quos, &c. salutem.

Licet Regiæ sollicitudinis studium circa diversa, quæ humeris nostris agenda incumbunt, jugiter distrahatur, nonnunquam circa Ecclesiarum & Monasteriorum curam libenter infundimus nostræ considerationis intuitum, & earum præcipue misereri debito compassionis compellimur, quas oneris & pressuræ incommoda, faciente id temporis adversitate, deplorare conspicimus, ut, nostro interveniente ministerio, à mole gravaminum releventur, præserventur à noxiis, & felicibus proficiant incrementis.

Cùm igitur Monasterium Cluniacense, à Christi fidelibus omni

Dat. apud Lanretost 6. die Novembris.

De Terris, quæ fuerunt Johannis de Balliolo in Anglia, concessis Johanni de Britannia.

REX omnibus, ad quos, &c. salutem. Ann. D. 1306. *An.* 34. *E.* 1. *Pat.* 34. *E.* 1. *m.* 1.

Sciatis quod cum dudum, primo die Augusti, anno Regni nostri 27. per litteras nostras patentes, concessissemus, pro nobis, & hæredibus nostris, dilecto nepoti & fideli nostro, Johanni de Britanniâ mille libras monetæ, tunc currentis in Regno nostro, singulis annis ad Scaccarium nostrum, pro suâ & suæ familiæ sustentatione, & aliis suis necessariis, percipiendis:

Ac Thesaurarius & Barones nostri de eodem Scaccario, ut dicta concessio nostra uberiorem sortiretur effectum, juxta mandatum nostrum, eis directum, per litteras, sub sigillo dicti Scaccarii nostri signatas, assignâssent eidem nepoti nostro, in partem recompensationis prædictarum mille librarum, omnes terras & tenementa subscripta, quæ fuerunt Johannis de Balliolo in Angliâ, in manu nostra tunc existentia; videlicet,

Manerium de Bywell in Comitatu Northumbr. quod extenditur ad sexaginta & decem libras per annum:

Manerium de Wodeborne in eodem Comitatu; quod extenditur ad viginti & quatuor libras per annum:

Manerium de Driffeld, cum hameletto & pertin. in Comitatu Eborum; quod extenditur ad sexaginta tres libras, decem solidos, quatuor denarios, & quadrantem per annum:

Duas Marcas annui redditus in Manerio de Hikelton in eodem Comitatu:

Villam de Torkeseye, cum pertinentiis, in Comitatu Lincolniæ; quæ extenditur ad viginti quinque libras, quindecim solidos, & septem denarios per annum:

Viginti & octo solidos annui redditûs in villâ de Alkebarwe, in Comitatu prædicto:

Sexaginta & septem solidos annui redditûs in villa de Belteford in eodem Comitatu:

Duas carucatas terræ in Villâ de Staunford, in eodem Comitatu; quæ extenduntur ad decem Marcas per annum:

Centum solidos annui redditûs in villa de Wadington, in eodem Comitatu:

Terram & redditum in Villâ de Repyndon, in Comitatu Derb. quæ extenduntur ad sex libras, tres solidos, & sex denarios per annum:

Castrum de Fodryngheye, cum Nassington & Yarewell, in Comitatu Norhamton; quod extenditur ad centum sexaginta & duas libras per annum:

* Novem solidos annui redditus in villa de magna Stynecleye, in Comitatu Huntingdon. * II. 1030.

Sex solidos, novem denarios, & quadrantem, annui redditûs, in villâ de Baldewynho, in Comitatu prædicto:

Duas marcas, annui redditus, in villa de Brampton, in eodem Comitatu:

Octo solidos, annui redditûs, in villa magna Paxton, in eodem Comitatu:

Quatuor solidos de visu franciplegii, in villa de parva Paxton in eodem Comitatu:

Quin-

... potestatem nostram existen-
An. 34. E. 1. Rot. Rom. 34. E. 1. m. 4. tia, & in locis situata suspectis, certis de causis, cupiamus ad loca tutiora transferri, nichil tamen fieri volumus circa ea, unde enervationis dispendia sentiant, aut in aliquibus collidantur; set potius illorum possessiones & jura manutenere, & illæsa etiam conservare.

Sanè cum Abbatiam de Scone in Scotiâ, in medio perversæ positam Nationis, per quam nobis & Regno nostro nonnulla dispendia provenerunt, sicut expedit, affectemus, non sine causâ rationabili, ad locum alium tutiorem transferri; prout alias super hoc vobis recolimus supplicâsse:

Vos, Pater Sanctissime, preces nostras favorabiliter admittentes (de quo vobis, quas possumus, gratiarum referimus actiones) venerabilibus Patribus, Archiepiscopo Eborum, & Episcopo Eliensi vestris dedistis litteris in mandatis, ut super hujusmodi translationis negotio, & aliis certis Articulis, contentis in litteris vestris, eis inde directis, inquisitâ veritate solerter, vos super hoc redderent certiores:

Qui, mandatum vestrum diligentius executi, vobis rescribunt ea quæ in hujusmodi negotio invenerunt:

Cumque ipsius negotii expeditio prospera & votiva, non absque urgentissimâ ratione, nobis sit cordi,

Sanctitati vestræ instantius supplicamus, quatinus id*, quod per vestram providentiam in hac parte est laudabiliter inchoatum, sine laudabili vestra dignetur & velit concludere sanctitudo, juxta quod dilectus & fidelis noster Rogerus dictus Sauvage (quem propterea ad vestram præsentiam specialiter destinamus) ex parte nostrâ, paternitatem vestram reverentissimam poterit informare.

Conservet, &c.

Dat. apud Lanretoft, 10. die Novembris.

---

* II. 1031. *Ad Cardinales, super translatione Abbathiæ de Scone.*

Ann. D. 1306. An. 34. E. 1. Rot. Rom. 34. E. 1. m. 3. VEnerabili in Christo Patri, Domino L. Sanctæ Mariæ in viâ latâ, Diacono Cardinali, consanguineo suo carissimo. Edwardus, Dei gratiâ, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, & Dux Aquitaniæ, salutem & sinceræ dilectionis affectum.

Licet interdum Monasteria, infra potestatem nostram existentia, & in locis suspectis, certis de causis, cupiamus ad loca tutiora transferri, nichil tamen fieri volumus circa ea unde enervationis dispendia sentiant, *&c. prout supra usque hæc verba, viz.*

Paternitatem vestram, de qua confidimus affectuose, requirimus & rogamus, quatinus erga dictum Dominum summum Pontificem (cui super eodem negotio specialiter scribimus) velitis insistere diligenter, ut ad effectum dignetur felicem perducere, quod per suam providentiam in hac parte laudabiliter est inceptum, juxta quod dilectus & fidelis Miles noster, Rogerus, dictus la Sauvage, lator præsentium, ex parte nostrâ, vos poterit plenius informare.

Dat. apud Lanretoft 10. die Novembris.

Consimiles litteræ diriguntur subscriptis, videlicet,

Domino Thomæ Tituli Sanctæ Sabinæ Presbitero Cardinali.
Domino R. Sanctæ Mariæ Novæ Diacono Cardinali.

Dat. ut supra.

Dominus Berengarius Fridole, quondam Episcopus Biterren, tituli Sanctorum Nerrei & Achilles, Presbiter Cardinalis.

Dominus Johannes Monachi, Natione Pikard. tituli Sanctorum Marcellini & Petri, Presbiter Cardinalis.

Dominus Gentil. de Monte Florum, de Ordine Minorum, Natione Marchiæ Anchon. Sancti Martini in Montibus, Presbiter Cardinalis.

Dominus Th. Jorz, Anglicus, tituli Sanctæ Sabinæ Presbiter Cardinalis.

* *Frater Nicholaus de Freauvill, de ordine Prædicatorum, quondam Confessor Regis Franciæ, tituli Sancti Eusebii, Presbiter Cardinalis.* * II. 1031.

Dominus Stephanus de Susiato, quondam Archidiaconus de Burg. & Cancellarius dicti Regis, tituli Sancti Ciriaci in Termis, Presbiter Cardinalis.

Dominus Willielmus de Cantelupo, Camerarius Papæ, tituli Sancti Marcelli, Presbiter Cardinalis.

Dominus Willielmus Ruffati, Referendar. Papæ, tituli Sanctæ Potentianæ, Presbiter Cardinalis.

Dominus Petrus de Mota, Vicecancellarius, tituli Sanctæ Priscæ Presbiter Cardinalis.

Diaconi Cardinales,

Dominus Franciscus de Campo Florum, Roman. Sanctæ Luciæ in Silice, Diaconus Cardinalis.

Dominus Jacobus Gaietanus, Roman. Sancti Georgii, ad Velum Aureum, Diaconus Cardinalis.

Dominus Neapolio de Domo Ursinorum, Sancti Adriani, Diaconus Cardinalis.

Dominus Landulfus Neapoli, Sancti Angeli, Diaconus Cardinalis.

Dominus Franciscus Gaietanus, de Anagn. Sanctæ Mariæ in Cosmedyn, Diaconus Cardinalis.

Dominus Willielmus de Bergamo, Sancti Nicholai in Carcere Tulliano, Diaconus Cardinalis.

Dominus Petrus de Columpna, Diaconus sine aliquo titulo.

Dominus Jacobus de Columpna, Diaconus sine titulo.

Dominus Lucas de Flisco, Sanctæ Mariæ in viâ latâ, Diaconus Cardinalis. *

Dominus Richardus de Seins, Sancti Eustachii, Diaconus Cardinalis.

Dominus Reymundus del Gout, Sanctæ Mariæ Novæ Diaconus, Nepos Papæ.

Dominus Arnaldus de Pelagrue, Nepos Papæ, Sanctæ Mariæ in Porticu Diaconus Cardinalis.

Bulla, de Provisione, pro Johanne Toppan Legum Doctore.

CLemens Episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio Johanni Toppan, Canonico Assavensi, Legum Doctori, salutem & Apostolicam benedictionem. Ann. D. 1306. An. 35. E. 1. Ex Autogr.

Dum ad personam tuam, prout habent testimonia fidedigna, litterarum scientia præditam, & multarum gratiarum muneribus redimitam, Apostolicæ vertimus considerationis intuitum, dignum arbitramur & congruum ut te favoris Apostolici gratiâ prosequamur.

Volentes itaque tibi, tuis laudabilibus meritis prædictis, gratiam facere specialem, Canonicatum Ecclesiæ Assavensis, cum plenitudine juris Canonici, Apostolica tibi auctoritate conferimus, & de illo etiam providemus.

Præbendam verò, si qua in eâdem Ecclesiâ vacat ad præsens, vel cum vacaverit, quam tu per te, vel Procuratorem tuum, ad hoc

citantibus, nulli valeat provideri per litteras Apostolicas, non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum, de indulto hujusmodi mentionem:

Et qualibet aliâ dictæ sedis indulgentiâ, generali vel speciali, cujuscumque tenoris existat, per quam, præsentibus non expressam, vel totaliter non insertam, effectus hujusmodi nostræ gratiæ impediri valeat quomodolibet vel differri; & de quâ, cujusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis:

Aut si præsens non fueris ad præstandum, de observandis statutis & consuetudinibus ipsius Ecclesiæ, solitum juramentum; dummodo, in absentiâ tuâ, per Procuratorem ydoneum; &, cum ad Ecclesiam ipsam accesseris, corporaliter illud præstes:

Seu quod parrochialem Ecclesiam de Lan. Wyllin Assaven. Diocesis, cujus fructus, redditus, & proventus decem librarum sterlingorum, secundum taxationem decimæ, valorem annuum, ut asseritur, non excedunt, nosceris obtinere.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ collationis, provisionis, reservationis, inhibitionis, & constitutionis infringere, &c.

Dat. Avinion. duodecimo Kal. Decembris, Pontificatûs nostri anno secundo.

R. Marcelenchis.

Sigillo avulso.

Bulla, de Pace cum Rege Franciæ complenda, & super Negotio Terræ Sanctæ.

Ann. D. 1306. An. 35. E. 1. Ex Autogr.

CLemens Episcopus, servus servorum Dei, carissimo in Christo Filio Edwardo Regi Angliæ illustri, salutem & Apostolicam benedictionem.

Nedum Pastoralis cura sollicitudinis, à supernâ nobis dispositione commissa, quâ cunctis Principibus & Populis Christianis Paternis tenemur affectibus providere, quin etiam intimæ & sinceræ dilectionis affectus, quem ad personam & domum tuas, Regnumque tuum, ac alias terras tuas (de quibus originem traxisse dinoscimur) nos & nostri habuimus, & habemus, die noctuque animum nostrum incitant, mentem pungunt, & affectum nostrum continuâ stimulatione inducunt, dum præsertim in considerationem adducimus, quot & quantis honoribus, favoribus & gratiis, ex benignæ familiaritatis affectu, tua Excellentia temporibus, quibus, ante susceptæ à nobis Prælationis officium, tuis insistebamus obsequiis, nos jugiter honoravit, ad ea propensius cogitanda quæ animæ tuæ periculum, Serenitatis maculam, personæ infamiam, mentis turbationem, Regni & Terrarum tuarum commotionem & dampnum, debeant evitare, & tibi ac Regno tuo tribuere lætitiam, prosperitatem & pacem.

Sanè quàm gravibus onusta dispendiis, quot & quantis plena periculis animarum, corporum atque rerum, posset esse discordia, sive guerra inter te ac Regem Franciæ illustrem, & Regnum tuum ac suum; cujus guerræ, si forsan fieret, Diabolo procurante, quod absit, magnam partem populi Christiani fore participem verisimiliter formidamus, exacti non longe temporis consideratio edocet, considerata illius temporis monstrant discrimina & efficax Magistra rerum experientia manifestat.

Quæ omnia, & quod per hoc passagium transmarinum, Terræ sanctæ succursum, & recuperationem Imperii Constantinopolitani, quæ jam, ut pro certo speramus, est in promptu, si altissimus ad

Sub filo canabeo.

Bulla, de Credentia, & de celeri Negotii expeditione.

CLemens Episcopus, servus servorum Dei, carissimo in Christo filio Edwardo, Regi Angliæ illustri, salutem & Apostolicam benedictionem. Ann. D. 1306. An. 35. E. 1. Ex Autogr.

Cùm, pro quibusdam negotiis, totius Christianitatis statum, sed specialiùs tui Regni tangentibus, quæ multum insident cordi nostro, & tuo debent animo non mediocriter insidere, venerabilem fratrem nostrum Petrum Episcopum Sabinensem, magnum & honorabile Romanæ membrum Ecclesiæ, & dilectum filium Nobilem Virum Amanenum Dominum de Lebreto Militem (quos honoris, & exaltationis tui culminis novimus fervidos zelatores) ad tuam præsentiam destinemus;

Serenitatem Regiam rogamus & hortamur attente, quatinus in ipsorum adventu, qui circa instans Festum Natalis Domini erit, Domino concedente, totius tui secreti Consilii præsentiam tecum habeas, cum quo, sine moræ dispendio, consulte deliberare valeas super hiis, quæ dicti, Episcopus & Nobilis, ex parte nostrâ Celsitudini tuæ, prout eis committimus, duxerint exponenda;

Ne, propter absentiam dicti Consilii, eosdem, Cardinalem & Nobilem, quorum præsentiâ diu carere nolumus; nec id prædicta, & alia, quæ in præsenti negotia imminent, patiuntur oporteat diutius in Anglia remanere.

Dat. Burdegalis 3. Kal. Dec. Pontif. nostri anno secundo.

Sub filo canabeo.

De orando pro Rege.

REX dilectis sibi in Christo Magistro Ordinis Fratrum Prædicatorum, ac diffinitoribus & fratribus universis in generali Capitulo suo, apud Argentem in Alemanniâ, in Festo Pentecostes, proximo futuro, conventuris, salutem & Spiritu Sancto dirigi in agendis. Ann. D. 1306. An. 35. E. 1. Cl. 35. E. 1. m. 17. d. • II. 1035.

Inter cætera, quæ fructum salutis repromittere credimus, hoc præcipuè in spei nostri fulcimentum accedit; quod nos, assiduarum deprecationum justorum * fulti præsidio, divinam propitiationem faciliùs consequemur.

De vobis itaque, ut nostram, ac Reginæ Consortis nostræ, liberorumque nostrorum salutem, necnon statum prosperum Regni nostri, & expeditionem felicem negotiorum, nobis incumbentium hiis diebus, zelemini, plenam in Domino fiduciam optinentes;

Devotionem vestram affectuosè requirimus & rogamus, quatinus apud illum, qui est vera salus, & qui temporalitatis & perpetuæ felicitatis tribuit largitatem, Nos, Reginam Consortem nostram, & liberos nostros, ac statum Regni nostri, devotæ supplicationis studio commendetis:

Ipsius Clementiam, qui mensuræ termino non artatur, suppliciter exorantes, ut sic Regnum temporale regere, negotiaque nostra prædicta expeditioni felici, per suæ subventionis dexteram, mancipare possimus, quod hoc ad laudem sui nominis, & ad nostrum, Regnique nostri commodum cedere valeat & honorem; quodque nos, post supremum vitæ nostræ exitum, in Regno cœlesti partem Hæreditariam consequamur.

Dat. apud Lanretost primo die Decembris.

De

An. 35. E. 1. Ex Autogr. — mo Edvardo Regi Angliæ illustri, salutem & Apostolicam benedictionem.

Pro Magistro Nicolao de Tyngewyk, Physico tuo, pro quo nobis alias scripseris, tuæ Celsitudinis litteras noviter recepimus, precum instantias continentes.

Et in his, quæ honorem tuum respiciunt libenter, sicut tuam Magnificentiam tenere credimus incunctanter, quantum cum Deo possumus, nos tuis beneplacitis conformamus.

Nos enim, super hujusmodi negotii responsione, venerabilem fratrem nostrum P. Sabinensem Episcopum, & Nobilem Virum Amanenum Dominum de Lebreto, Militem tuum, Nuncios nostros (quos pro aliis arduis, & cordi nostro quamplurimum insidentibus, negotiis ad tuam destinavimus præsentiam, jam viginti diebus elapsis, oneravimus) qui tibi respondebunt ex parte nostra
* II. 1036. ea, quæ grata * accedent, sicut credimus, votis tuis.

Dat. apud Vignandraldum 16. Kal. Januarii, Pontificatûs nostri anno secundo.

Sub filo canabeo.

Ad Reginam, de Infirmitate Papæ, & Convalescentia.

Ann. D. 1306. An. 35. E. 1. Ex Autogr. CLemens Episcopus, servus servorum Dei, carissimæ in Christo filiæ Margaritæ Reginæ Anglorum illustri salutem & Apostolicam benedictionem.

Grato corde tuas noviter accepimus litteras, per quas, velut devotissima Sedis Apostolicæ filia, de Patris statu sollicita, & in ejus prosperitate læta, de convalescentiâ nostrâ certiorari pleniùs petiisti.

Significamus itaque tibi, quod (licet longis retroactis temporibus, sicut Domino placuit, fuerimus corporis infirmitate gravati) sumus tamen sospitati, divino assistente nobis adjutorio, restituti, licet adhuc debiles existamus.

Devotionem tuam rogantes & hortantes attentè, quatinus ob reverentiam Dei & nostram in his, quæ venerabilis frater noster Petrus Sabinen. Episcopus, & dilectus filius Nobilis Vir Amanenus Dominus de Lebreto, Miles, Nuncii nostri (quos ad carissimi in Christo filii nostri Edvardi Regis Angliæ illustris, Viri tui, his diebus pro quibusdam arduis negotiis, ac cordi nostro plurimum insidentibus, præsentiam destinavimus) habuerint expedire penes præfatum Virum tuum, viribus totis insistas, quod dictis & sermonibus eorum benigniùs aures adhibeat, & quæ tibi ex parte nostrâ retulerint, efficaciter exequatur.

Dat. apud Vignandraldum 11. Kal. Januarii, Pontificatûs nostri anno secundo.

Sub filo canabeo.

Ad Regem, de convalescentia Papæ, & super Passagio ad Terram sanctam.

Ann. D. 1306. An. 35. E. 1. Ex Autogr. CLemens Episcopus, servus servorum Dei, carissimo in Christo filio Edvardo, Regi Angliæ illustri, salutem & Apostolicam benedictionem.

Gaudemus, fili carissime, & in Domino multipliciter exultamus, quod per nonnullos, de Regni tui partibus venientes, personæ tuæ

EDward, par la grace de Dieu, Roy d'Engleterre, Seigneur d'Irlaunde, & Ducs d'Aquitaine, a nostre chier Clerk, William de Hamelton, nostre Chauncellier, saluz. Ann. D. 1307. An. 35. E. 1. In Bundela Brevium A. 35. E. 1. in Turri.

Nous vous enveoms, dedenz ces lettres, une note, escrite en Franceis, d'unes lettres, que nous voloms enveer a nostre chier Pere le Pape:

Et vous mandoms que meisme la note facez translater en Latyn, en bone & covenable forme: & sealer de nostre grant seal, & liverer as porteurs de ces lettres, por les porter avant a nostre Pere avantdit.

Don. souz nostre prive seal a Lanretost, le 3. jour de Janeuer l'an de nostre Regne 35.

Copia dictarum Literarum per Cancellarium Latine reddendarum.

AU Pape par le Roy. Ann. D. 1307. An. 35. E. 1. Ibidem.

Tresseint Pere, nous avons bien entenduz par voz lettres (les queles vous nous enveastes per les Porteurs de cestes) coment vous avez enveez vers nous Sire Pierres l'Espaignol Cardenal, & Monsieur Amanen Seigneur de Lebret, pur aucunes busoignes touchantz le commun profit de la Christiente, & l'estat de nostre Roiaume.

Et faisons savoir a vestre Seintete, que, grant temps avant que vos dites lettres nous vindrent, aviens nous enveez a vous noz lettres pur meismes les busoignes; les queux lettres nous entendoms, que vous soient despiecea venues.

Et mercions cherement a vestre Seintete de ce, que vous nous enveez tieux messages, qui nous ont este, & sont si especiaux;

Et meesment du dit Cardenal, le quel nous entendons qui doit especialment amer Edward nostre chier filz qui est du sank d'Espaigne; de quel pais meisme le Cardenal est.

Par quoi, tresseint Pere, nous fumes molt leez de la venue de voz ditz messages.

Prædicta Litera Latine reddita.

SAnctissimo in Christo Patri, Domino C. divinâ providentiâ, Sacrosanctæ Romanæ, ac Universalis Ecclesiæ summo Pontifici, Edwardus, &c. devota pedum oscula beatorum. Ann. D. 1307. An. 35. E. 1. Rot. Rom. 35. E. 1. m. 3.

Pater sanctissime, transmissæ nobis litteræ vestræ per præsentium portitores (quas diligenter inspeximus) continebant, quod vestra Clementia venerabilem Patrem, Dominum Petrum Ispannum, Dei gratiâ, Sedis Apostolicæ Cardinalem, & Nobilem Virum, Dominum Amanenum, Dominum de Lebreto, pro aliquibus negotiis totius Christianitatis utilitatem statumque Regni nostri tangentibus, jam pridem versus nos duxerat destinare.

Pro quibus etiam negotiis litteras nostras vestræ Sanctitati meminimus direxisse, quas, diu antequam ad nos pervenerant vestræ litteræ memoratæ, ad nostram credimus præsentiam pervenisse.

Et, quia hujusmodi Nuncii nobis hactenus fuerunt, ac adhuc sunt quamplurimùm speciales, de vestrâ missione eorumdem Sanctitati vestræ grates, & gratiarum, quas possumus, referimus actiones:

Potissime de dicto Cardinali, quem Edwardum filium nostrum karissimum, de progenie Ispanica existentem, de quâ quidem Patriâ idem Cardinalis duxit originem, specialiter diligere credimus, & ex corde.

Dat. apud Vignandraldum, 5. Id. Januar. Pontific. nostri anno secundo.

Sub filo canabeo.

Bulla directa Collectoribus decime, quod respondeant de quarta parte, Papali Camera reservata.

Ann. D. 1307. *An.* 35. *E.* 1. *Ex Autogr.*

CLemens Episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis Collectoribus decimæ Ecclesiasticorum redditcum & proventuum, Regni Angliæ, ac Terrarum carissimi in Christo Filii nostri Edwardi, Regis Angliæ illustris, ultra mare Anglicanum existentium, per nos eidem Regi, pro fœlici expeditione passagii Terræ Sanctæ, usque ad certum tempus concessæ, salutem & Apostolicam benedictionem.

Dudum, existentes Lugduni, carissimo in Christo Filio nostro Edvardo, Regi Angliæ illustri, pro fœlici expeditione passagii Terræ Sanctæ, decimam omnium Ecclesiasticorum Redditcum & Proventuum, Regni ejus, & Terrarum suarum, ultra mare Anglicanum existentium, usque ad certi temporis spatium duximus per nostras, sub certâ formâ, literas concedendam;

Quartâ parte hujusmodi decimæ, anni cujuslibet, per Quadriennium dicti temporis, nobis & Cameræ nostræ, pro Ecclesiæ Romanæ oneribus & necessitatibus nichilominus reservatâ:

Vobisque ad ipsius totalem collectionem decimæ deputatis:

Decimam quoque prædictam, pro uno anno, dilecto Filio Nobili Viro Edvardo, primogenito dicti Regis, concessimus de gratia speciali:

Et voluimus etiam, ac volumus quod pro illo anno, quo idem Primogenitus decimam prædictam percipiet, sibi, quartâ parte hujusmodi nobis & dictæ Ecclesiæ reservata, de ampliori gratia dimittatur:

In arbitrio autem ipsorum Regis & primogeniti posuimus, anni istius præsentis vel proxime subsequentis electionem, quo dictus primogenitus concessam sibi prædictam unius anni decimam exigere valeat & habere:

Quia vero nobis quorumdam assertiò intimavit, quod dicti Rex & primogenitus decimam anni præsentis inter se diviserunt, pro medietate eorum utrilibet assignandam;

* II. 1039. * Volumus & ordinamus quod illius medietatis, quæ applicanda est Regi, quarta pars nostro & ipsius Cameræ nomine integraliter exigatur; medietate alia dicti primogeniti ab hujusmodi quartæ exactione immuni ac libera existente.

Et similiter fiat pro anno sequenti, si secundum modum prædictum fiat dicta divisio decimæ inter eos.

Si tamen ipse perceptionem dictæ decimæ in plures divideret annos, non sibi cujuslibet anni tota quarta pars hujusmodi, sed pro rata unius tantummodo dimittatur.

Cum autem dilectos Filios Magistros Guillielmum Testam Archidiaconum Arenen. in Ecclesia Convenarum: Petrum Amalnini, Burdegalen. Garsiam Arnaldi de Garlens· Auxitan. ac Guillielmum de Prato, ejusdem Convenarum Ecclesiarum Canonicos, ad exigendam & recipiendam nomine nostro & ipsius Cameræ hujusmodi quartam partem dictæ decimæ, nos & dictam Cameram contingentem, deputandos duxerimus & etiam destinandos:

Contradictores quoslibet, inobedientes vel Rebelles, per censuram Ecclesiasticam compescendi (etiam si Pontificali præmineant dignitate) quitandi quoque & absolvendi quoscumque contingat præstatio decimæ antedictæ, habita prout ad illos spectat solutione [illegible] dam) certis Collectoribus ad hujusmodi totius collectionem decimæ deputatis.

Cùm autem, ad exigendam & recipiendam dictam quartam partem, nomine nostro & ejusdem Ecclesiæ, dilectos filios Magistros, Guillielmum Testam Archidiaconum Aranen. in Eccesia Convenarum: Petrum Amalvini Burdegalen. Garsiam Arnaldi de Garlens, Auxitan; & Guillielmum de Prato ejusdem Convenarum Ecclesiarum Canonicos, duxerimus deputandos,

Celsitudinem Regiam rogamus & hortamur attente, quatinus prædictam quartam partem ipsius decimæ, nobis & dictæ nostræ Cameræ taliter reservatam, permittas & facias præfatis Archidiacono & Canonicis, nostro, & dictæ Cameræ nostræ nomine, pro rata temporis, effectualiter expediri:

Habens eosdem Archidiaconum & Canonicos in hiis & singulis aliis agendis, quæ ipsis committenda duximus, in Regno & terris tuis prædictis, ob nostram & apostolicæ sedis reverentiam, favorabiliter & efficaciter commendatos; ita quod ipsi, & negotia hujusmodi, Regiis fustulti favoribus, feliciter * prosperentur, & nos * II.
magnificentiam tuam dignis in Domino laudibus commendemus. 1040.

Dat. apud Vignandraldum, 17. Kalend. Februar. Pontificatûs nostri anno secundo.

Ad Papam, pro Fratribus in Villa de Kingston super Hull.

PApæ Rex, salutem.

Ann. D. 1307. *An.* 35. *E.* 1. *Rot. Rom.* 35. *E.* 1. *m.* 3.

Cum locus, quem dilecti nobis in Christo, Prior & Fratres Ordinis beatæ Mariæ de Monte Carmeli, Capellani nostri in Villa nostra de Kyngeston. super Hull inhabitant in præsenti, præ multitudine hominum copiosa, ibidem ad Divina officia confluentium audienda, nimis artus existere dignoscatur:

Nosque, ut cultus divinus in prædicta villa nostra per eosdem fratres devotiùs augeatur, solum quoddam, magis amplum in prædicta villa, infra limites Parochiæ, in qua nunc morantur, existens, ædificandum & inhabitandum duxerimus concedendum;

Vestræ Sanctitati affectuosâ instantiâ supplicamus, quatinus, dictos fratres gratiosis affectibus prosequentes, ipsis ad dictum locum, eis per nos, ut præmittitur, sic concessum, se transferendi licentiam dignemini impertiri.

Conservet vos altissimus, ad regimen Ecclesiæ suæ Sanctæ, per tempora prospera & longæva.

Datum apud Lanretost 25. die Januarii.

Ad Cardinales pro Negotiis Archiepiscopi Eboracensis expediendis.

Ann. D. 1307. *An.* 35. *E.* 1. *Rot. Rom.* 35. *E.* 1. *m.* 3. *d.*

VEnerabili in Christo Patri, Domino J. Tituli Sanctorum Marcellini & Petri, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbitero Cardinali, amico suo carissimo, Edwardus, &c. salutem, & sinceræ dilectionis affectum.

Grata & fructuosa obsequia, quæ nobis, ab annis pluribus, venerabilis Pater W. Eborum Archiepiscopus, Angliæ Primas, exhibuit, ipsumque, ad nostrum & Regni nostri commodum & honorum, exhibiturum speramus, Deo propitio, in futurum, non immerito nos excitant & inducunt, ut, apud nostros benivolos & amicos, ea, quæ ad utilitatem & honorem ipsius cedere poterunt, sinceræ affectionis animo procuremus.

Cùm

cresse de chose, qe a la Corone appent, si ce ne ceit chose qe vous conveigne faire.

(8.) E qe vous ne l'errez pur nully, pur amur, ne haour, pur bon gre, ne pur mauveis gre, qe vous ne facez faire a chescun, de quel estat ou condition qu'il soit, droiture & reison, solunc vestre poair, & a vestre escient; & qe de nully rien ne prendrez pur tort faire, ne droit delaier.

(9.) E qe en Jugement ou droiture faire, la ou vous serrez assignez, vous n'esparnierez nully pur hautesce, ne pur poverte, ne pur richesce, qe droit ne soit fait.

(10.) E si vous eez fait alliaunce a Seignurage, ou a autre, par quey vous ne peussiez cestes choses faire ou tenir, sauntz cele alliaunce enfreindre, qe vous le dirrez, ou frez saver au Roy.

(11.) E qe desormes alliance de serment ne freitz a nulli, sauntz conge le Roy.

(12.) E qe rien ne prendrez de doun de nully pur pled, ne pur autre chose, qu'il eit a faire devant vous, si ceo ne soit manger, & beivre a la journee.

R. Londoniensis Episcopus, quem Rex vult esse de Consilio Regis, praestitit Sacramentum, in pleno Parliamento Regis apud Karl. die Jovis in Crastino Conversionis Sancti Pauli, anno Regni Regis E. 35. secundum Articulos Sacramenti contentos in hac cedula.

De orando pro Rege.

Ann. D. 1307. *An.* 35. *E.* 1. *Rot. Cl.* 35. *E.* 1. *m.* 15. *dor.*

REX Religiosis viris in Christo, sibi dilectis, Fratribus de Ordine minorum, ad generale Capitulum suum apud Tolosam proximo conventuris, salutem & Spiritu Sancto dirigi in agendis.

Attendentes beneficia Sancta, orationumque devotarum suffragia, ad divinam misericordiam impetrandam multum humanae conditionis fragilitati prodesse inter alia opera pietatis: Considerantesque nos, pro curis & rebus mundialibus, quibus circa Regni nostri regimen involuti sumus, saluti nostrae spirituali, prout nobis expediret, intendere non valere;

Devotionem vestram requirimus & rogamus, quatinus nos, Margaretam Reginam Angliae Consortem nostram carissimam, Edwardum Principem Walliae primogenitum nostrum, caeterosque liberos nostros, ac populum nobis commissum, beneficiorum & suffragiorum vestrorum fore participes concedentes,

Pro nobis, & ipsis, ac statu Regni nostri, expeditione negotiorum, nobis incumbentium, supplicationes assiduas & orationes devotas altissimo offeratis, ut hic suâ pietate nos & ipsos dirigat per suorum semitam mandatorum: Et post diem extremum, salvationis locum nobis & ipsis dignetur misericorditer indulgere; statumque Regni nostri conservare prosperum & tranquillum.

Teste Rege apud Lanretost 4. die Februarii.

De Nunciis Papae curialiter tractandis.

Ann. D. 1307. *An.* 35. *E.* 1. *Rot. Cl.* 35. *E.* 1. *m.* 17. *d.*

REX, dilectis sibi, Majori, Civibus, Ballivis, & toti Communitati Civitatis Cantuariensis, salutem.

Cùm Venerabilis Pater, Dominus Petrus, Sabinensis Episcopus, Sacrosanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis, & Amicus noster karissimus, à latere Domini summi Pontificis missus, ad nos in Nuncium jam accedat,

Vobis mandamus, rogantes quatinus eidem Domino Cardinali, cum ipsum ad Civitatem praedictam venire contigerit, quanto ho-

tuariensis, à sede praedictâ specialiter deputatis, salutem. 1307. *An.* 35. *E.* 1. *Pat.* 35. *E.* 1. *m.* 19.

Sciatis quod, ob affectionem, quam erga Dominum C. divinâ providentiâ, summum Pontificem gerimus & habemus,

Concedimus vobis quòd totam pecuniam, ad Romanam Ecclesiam rationabiliter spectantem, & per vos infra Regnum nostrum collectam,

Tradendo eam Mercatoribus infra idem Regnum, possitis per viam Cambii dicto Domino summo Pontifici destinare.

Ita videlicet quod monetam aliquam in Cuneo nostro, seu Argentum aliquod in massâ, extra idem Regnum minime deferatis, seu per alios deferri aliqualiter faciatis.

Teste Rege apud Carliolum 4. die Februarii.

Per ipsum Regem.

De Tractatu cum Nuncio Papae prorogato.

REX dilecto & fideli suo, Thomae Comiti Lancastriae salutem. Ann. D. 1307. *An.* 35. *E.* 1. *Rot. Cl.* 35. *E.* 1. *m.* 13. *d.*

Cum nuper vobis mandaverimus, quod in Octabis Sancti Hillarii, proximò praeteritis, essetis ad Parliamentum nostrum apud Karlol. Nobiscum super quibusdam arduis negotiis, nos & statum Regni nostri tangentibus:

Pro quibus venerabilis Pater, Dominus Sabinensis Episcopus, Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis, ad nos ex parte Domini summi Pontificis est venturus; & quem, ante Octabas praedictas, ad nos venisse credebamus, colloquium habituri:

Et idem Cardinalis non erit ad nos apud Karliol. ante diem Dominicam proximam post mediam quadragesimae, viz. Primam Dominicam in Passione Domini quae jam instat.

Vobis mandamus in fide & dilectione, quibus nobis tenemini, firmiter injungentes, quod dictis die & loco modis omnibus personaliter intersitis, Nobiscum super praemissis habituri colloquium, & tractatum, vestrumque Consilium impensuri;

Et hoc, sub forisfacturâ omnium, quae nobis forisfacere poteritis, nullatenus omittatis.

Teste Rege apud Lanertost 22. die Februarii.

Consimiles literae diriguntur subscriptis, viz. 2. Comitibus & 24. Baronibus.

Pro Translatione Monasterii de Scone in Scotia.

CLemens Episcopus, servus servorum Dei, carissimo in Christo filio Edwardo, Regi Angliae illustri, salutem & Apostolicam benedictionem. Ann. D. 1307. *An.* 35. *E.* 1. *Ex Autogr.*

Gerentes ad te, tanquam filium praedilectum, inter caeteros Principes orbis Terrae, benevolentiae specialis affectum, Literas & Nuncios, quos interdum ad nos tua Celsitudo transmittit, benignè recepimus, & quae tibi placida fore sentimus libenti animo promovemus.

Dilectum siquidem filium Rogerium Salvaticum, Militem & Nuncium tuum, nuper ad nostram praesentiam accedentem, affectione paternâ suscepimus; & quae nobis ex parte tuâ, tanquam vir providus, & discretus, & Magnificentiae Regali fidelis, exposuit, intelleximus diligenter, tibique super illis per eum voluntatem nostram decrevimus intimandam:

Cui plenam fidem adhibeas in hiis, quae tibi ex parte nostrâ circa

I 3 prae-

mer, a Dovre, jusques a Whitsand, pur aler en Gascoigne, a demorer y selonc la dite ordenance.

Et deit prendre la dite summe a la volente le Roi, e tant que le Roi eit fet enquere ceo que le dit Monsieur Piers ad pardecea e pardela, e des profitz qu'il ad eu puis qil vint en Engleterre.

Issint que, quant la chose serra ben enquise, e qe le Roi en soit pleinement avise, qu'il puisse ordener d'arcrestrer, ou d'amenuser l'estat du dit Monseignur Piers, selonc ceo que plerra ou Roi, e qil verra qe bon soit.

---

* II. 1044. *Ad Regem Castellæ, super satisfactione Mercatoribus Baionæ spoliatis facienda.*

Ann. D. 1307. *An.* 35. *E.* 1. *Rot. Cl.* 35. *E.* 1. *m.* 12. *d.*

MAgnifico Principi, Domino Ferando, Dei gratiâ, Castellæ, Legionis, Tholeti, Galetiæ, Sibiliæ, Cordubiæ, Murciæ, Gehennæ, atque Algarbiæ Regi illustri, Amico suo carissimo, Edwardus, &c. salutem & sinceræ dilectionis affectum.

Dum Regiminibus Provinciarum præsidentes ut de subditorum suorum transgressionibus, dampnis & injuriis, hinc inde commissis, justitia fiat, volunt sub vicissitudinis optentu mutuo se juvare, pacis tranquilitas & communis utilitas inter dictos subditos & incolas Provinciarum illarum noscuntur uberiùs provenire.

Sanè tempore, celebris memoriæ, Domini Sancii, quondam Regis Castellæ, Patris vestri, subortis controversiis & discordiis gravibus inter gentes & subditos dicti Patris vestri ex parte unâ, & Cives nostros Baionæ ex alterâ:

Ex quibus controversiis & discordiis, multiplices bonorum captiones, & alia dampna diversa fuerant perpetrata:

Tandemque, constitutis in præsentiâ nostrâ tam dicti Patris vestri, quàm Civium nostrorum prædictorum Procuratoribus sufficientibus, super sedatione controversiarum & discordiarum prædictarum amicabiliter tractaturis, inter cætera, quæ in tractatu & concordiâ, inter dictos Procuratores inde habitis, continebantur, de ipsorum unanimi consensu extitit concordatum.

Quod omnes naves, & alia bona quæcumque dictorum Civium nostrorum, quæ per gentes & subditos dicti Patris vestri infra Regna sua seu extra capta fuerunt, seu etiam occupata, infra certum terminum, jam diu est prætentum, per eundem Patrem vestrum restituerentur illis Civibus de Baionâ, à quibus capta fuerunt, aut eorum hæredibus, vel Attornatis; sicut per Instrumentum publicum, tunc de præmissis confectum, & per prædictos Procuratores in Cancellariâ nostrâ liberatum, sumus ad præsens plenius informati:

Et quia Arnaldus de Sancto Martino, Johannes de Seyntrik, Willielmus de Sancto Paulo, Johannes de Beryes, Reymundus de Artigalung, Johannes de Seygnans, & Vincentius de Lagnes, Cives dictæ Civitatis Baionæ,

In Curiâ nostrâ postmodùm pluries constituti, asserentesque ipsos de bonis & mercimoniis suis, ad valentiam trium milium, quadringentarum, & quinquaginta & septem Marcarum, sex solidorum, & octo denariorum sterlingorum, per subditos dicti Patris vestri, & de mandato ejusdem, in ipsorum oppressionem & jacturam manifestam, spoliatos fuisse; nec inde satisfactionem aliquam, nisi de centum, & sexaginta, & sex libris sterlingorum, consecutos fuisse,

Nobis instanter supplicârunt ut eis inde curaremus de remedio providere;

Nos, oppressionibus dictorum Civium compatientes, affectantesque eis in præmissis, quatenus bono modo poterimus, subvenire,

cem, innodatur,

Per aliquos de subditis vestris in Insula Orkadiæ receptetur;

Vestram amicitiam (de quâ gerimus fiduciam pleniorem) affectuose requirimus & rogamus, quatinus præfatum Episcopum (qui, dictâ nequitiâ non contentus, set pejora prioribus accumulans, Roberto de Brus, proditori & capitali nostro, adhæsit, populum nostrum terræ nostræ Scotiæ ad insurgendum contra nos, unà cum proditore prædicto, pro viribus procurando) præcipientes, si placet, per corpus suum celeriter arrestari, ipsum ad nos velitis sub salvâ custodiâ, quamcitò bono modo poteritis, destinare:

Et, si forte aliqui alii de inimicis & rebellibus nostris, ad dictam Insulam, vel ad partes Regni vestri voluerint declinare, ipsos ibidem receptari, sicut nos diligitis, minime permittatis.

Et vos in hoc facto taliter habere curetis, quod super hoc possimus vestræ dilectionis constantiam per facti evidentiam experiri, quodque vobis teneamur, ex hâc causâ ad consimilia, vel majora.

Cæterum ut sententia excommunicationis prædicta vobis plenius innotescat; Et ut vos, & gentes vestræ communionem prædicti Episcopi, & suorum complicum, & aliorum inimicorum & rebellium nostrorum, eo citiùs & libentiùs evitaretis, tenorem Bullæ Apostolicæ, super prolatione sententiæ memoratæ factæ, vobis mittimus publicâ manu scriptum:

Quicquid autem, ad hanc nostram instantiam, tam de præfato Episcopo, quàm etiam de aliis inimicis & rebellibus nostris, si quos ad partes vestras declinare contigerit, facere proponitis, nobis rescribere velitis per præsentium portitorem.

Dat. apud Lynstock sexto die Martii.

De Homagio Thomæ Comiti Lancastriæ faciendo.

REX dilecto & fideli suo, Thomæ de Grelle, salutem. Ann. D. 1307.

Cum, celebris memoriæ, Dominus H. quondam Rex Angliæ, Pater noster, per Cartam suam, quam inspeximus, dederit & concesserit, bonæ memoriæ, Edmundo fratri nostro defuncto, honorem, Comitatum, Castrum, & Villam de Lancastriâ, & omnia dominica sua, in eodem Comitatu Lancastriæ: *An.* 35. *E.* 1. *Pat.* 35. *E.* 1. *m.* 29.

Habenda & tenenda eidem Edmundo, & hæredibus suis, de corpore suo legitime procreatis, de ipso Patre nostro, & hæredibus suis, cum feodis Militum, advocationibus Ecclesiarum, & omnibus aliis pertinentiis suis, prout in Cartâ prædictâ pleniùs continetur:

Ac dilectus Nepos & fidelis noster, Thomas Comes Lancastriæ, filius & hæres prædicti Edmundi, per petitionem suam, coram Concilio nostro exhibitam nobis dederit intelligi, quod, licet diversas terras & tenementa de honore prædicto, de quibus homagium dicto Comiti debetur, in diversis Comitatibus tenestis per servitium militare, ac idem Comes de omnibus servitiis, de dictis terris & tenementis debitis, præterquam de homagio prædicto, per vos seisitus existat, sicut dicit, vos tamen eidem Comiti homagium vestrum inde hactenus facere non curâstis, in ipsius Comitis præjudicium manifestum;

Ac prædictus Comes nobis jam instanter supplicaverit, ut indempnitati suæ velimus prospicere in hac parte:

Nos, nolentes donationem & concessionem prædictas, quantum in nobis est, in aliquo infirmari, vobis mandamus quod, si ita est, tunc homagium vestrum de terris & tenementis, quæ de honore prædicto tenetis, sicut prædictum est, præfato Comiti, sine dilatione, prout ad hoc tenemini, faciatis, & ei, tanquam Domino vestro, de terris & tenementis prædictis, de cætero intendatis: homagio

Scientes pro certo quod, si secus feceritis, ad vos, tanquam ad violatores juris nostri regii, non inmeritò graviter capiemus.
In cujus, &c.

Teste Rege apud Karliolum 10. die Martii.

Per breve de privato Sigillo.

De curialitatibus Cardinali exhibendis.

Ann. D. 1307. *An.* 35. *E.* 1. *Claus.* 35. *E.* 1. *m.* 12. *d.*

REX dilectis sibi Majori, Civibus, Ballivis, & toti Communitati Civitatis Eborum, salutem.
Cum venerabilis Pater, Dominus P. Sabinensis Episcopus, Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, & amicus noster charissimus (qui à latere Domini summi Pontificis missus, in Nuncium, ad nos usque Karliolum nuper venit) jam sit ad partes proprias rediturus;
Vobis mandamus rogantes, quatinus eidem Domino Cardinali, cum ipsum ad Civitatem prædictam venire contigerit, quanto honorabiliùs & decentiùs poteritis, obviam exitis,
Ac eundem Cardinalem & alios de familia suâ in dictam Civitatem curialiter admittentes, ipsum, in exenniis & aliis curialitatibus, cum tanto honore, quanto poteritis, respiciatis nostri rogaminis interventu,
* II. 1047.
Non permittentes quod hominibus dicti Domini Cardinalis, dum infra Civitatem prædictam steterint, fiant quoquomodo * injuria, molestia, dampnum, impedimentum aliquod, seu gravamen,
Aut quod victualia in eadem Civitate, propter adventum dicti Domini Cardinalis ibidem, subtrahantur, aut cariùs vendantur; set quod venditioni habundantiùs quam consueverunt exponantur.
Faciatis etiam eidem Domino Cardinali, ac hominibus suis habere Cariagium, cum inde necesse habuerint, & ab ipsis super hoc fueritis præmoniti,
Et præmissa omnia & singula faciatis, prout dilectus & fidelis noster Johannes de Banquell (quem ad dictum Cardinalem, sic ad partes transmarinas redeuntem, dum infra Regnum fuerit, conducendum deputavimus) vobis scire faciet ex parte nostrâ;
Vobis etiam exinde scire grates volumus speciales.

Teste Rege apud Karliolum 16. die Martii.

Eodem modo scribitur subscriptis, viz.

Majoribus, Civibus, Ballivis & Communitatibus Civitatum Linc. London. & Cantuar.
Et Ballivis & Communitatibus de Graham, Staunford, Hunt. Roff. & Dover.

De Conductu pro Cardinale, redeunte ad partes transmarinas.

Ann. D. 1307. *An.* 35. *E.* 1. *Pat.* 35. *E.* 1. *m.* 22.

REX dilecto & fideli suo, Johanni de Banquell, salutem.
Cum venerabilis Pater, Dominus P. Sabinen. Episcopus, Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, & Amicus noster carissimus (qui, à latere Domini summi Pontificis missus, in Nuncium

... rebelles nostros, per fines Regni nostri ipsis vicinos, inhumaniter perpetratas, depauperatus existat plurimùm & vastatus:
Nosque paupertati dilectorum nobis in Christo, Prioris & Canonicorum Prioratûs prædicti, piis compatientes * affectibus, ob specialem devotionem, quam ad beatam Mariam Magdalenæ (in cujus honore illud Cœnobium est fundatum) gerimus & habemus: * II. 1048.
Necnon & propter diutinam moram nostram, quam nuper in eodem fecimus Prioratu, dum adversa corporis valetudine premebamur, dedimus eisdem Priori & Canonicis advocationes Ecclesiarum de Mitford & de Carlaton. Dunelmen. & Karliolen. Dioc. quæ de nostro sunt patronatu:
Volentes & concedentes, quantum in nobis est, quod ipsi ad relevationem status sui, easdem Ecclesias, cedentibus aut decedentibus rectoribus earundem, canonicè assequi valeant, in usus proprios possidendas;
Sanctitati vestræ devotis precibus supplicamus, quatinus dictos, Priorem & Canonicos, præmissorum intuitu, nostrique rogaminis interventu, habentes, si placet, paternis affectibus commendatos, quod ipsi prædictas Ecclesias, cedentibus aut decedentibus Rectoribus earundem, in proprios usus tenere valeant & habere, sibi & successoribus suis imperpetuum, ad relevationem status ipsorum, & divini cultûs augmentum, auctoritate Apostolica, concedere dignemini gratiosè.
Conservet, &c.

Dat. apud Karliolum 17. die Martii.

Super Concelamento Coronellæ Roberti de Brus.

REX omnibus Ballivis & fidelibus suis, ad quos, &c. salutem. Ann. D. 1307. *An.* 35. *E.* 1. *Pat.* 35. *E.* 1. *m.* 28.
Sciatis quod, ad instantiam Margaretæ, Reginæ Angliæ, Consortis nostræ carissimæ, pardonavimus Galfrido de Coigners transgressionem,
Quam fecit postquam quædam coronella aurea, de quâ Robertus de Brus, Inimicus & Rebellis noster, in terrâ nostrâ Scotiæ, nuper se coronari fecit, ad manus ejusdem Galfridi devenit,
Coronellam illam retinendo & concelando, unde idem Galfridus coram nobis & Concilio nostro occasionatus extitit & convictus.
Nolentes quod dictus Galfridus per nos, vel hæredes nostros, seu Ministros nostros quoscumque, inde occasionetur in aliquo, seu gravetur.
In cujus, &c.
Test Rege apud Karliolum 20. die Martii.
Per ipsum Regem nunciante Thesaurario.

Deprecatoria, pro Cardinalibus & Domo de Columpna restituendis.

PApæ Rex devota pedum oscula beatorum. Ann. D. 1307. *An.* 35. *E.* 1. *Rot. Rom.* 35. *E.* 1. *m.* 3.
Reverendos Patres, Dominos, Jacobum & Petrum, de Columpna, dictæ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, & Domum ipsorum favore specialis benivolentiæ prosequentes, circa promotionem utilitatum ipsorum eo libentiùs interponimus partes nostras, quo eos & alios de Domo illorum ferventiores nostri nominis & honoris semper sensimus zelatores.
Et, licet pro revocatione sententiarum, per Dominum Bonifacium Papam Octavum, Prædecessorem vestrum, in ipsos & alios de

rewici, quàm Comitatûs Northumbriæ, per quos, &c. utrum prædictus Episcopus medietatem proficui passagii prædicti colligi, & in usus proprios applicari fecit, sicut prædictum est, necne?

Et si sic; tunc à quo tempore proficuum illud colligi fecit, & quantum inde percepit, & qualiter, & quo modo, & utrum proficuum illud in usus proprios convertit necne?

Et ideo vobis mandamus quod, ad certos diem & locum, quos vos omnes, vel duo vestrûm ad hoc provideritis, inquisitionem illam capiatis in formâ prædictâ.

Mandavimus enim Majori & Ballivis villæ nostræ Berewici, ac Vicecomiti nostræ Northumbriæ, quod ad certos diem & locum, quos vos omnes, vel duo vestrûm, eis scire faciatis, venire faceat coram vobis, vel duobus vestrûm, tot & tales, &c. tam villæ, quàm Comitatûs prædictorum, per quos rei veritas, &c.

Et, cum inquisitionem illam ceperitis, eam nobis, sub sigillis vestris, & Sigillis eorum, per quos facta fuerit, sine dilatione mittatis & hoc breve.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Karliol 28. die Martii.

Per petitionem de Concilio.

De Exequiis Johannæ Gloucestriæ Comitissæ, Regis filiæ.

Ann. D. 1307. An. 35. E. 1. Bundela Brevium de privato Sigillo, An. 35. E. 1. in Turri.

EDward, par la grace de Dieu, Roy d'Engleterre, Seigneur d'Irlande, & Ducs d'Aquitaine, al honourable Pere en Dieu R. par la meisme grace, Evesque de Londres, nostre Chancellier, saluz.

Come Johanne, nostre chiere fille, que fu Contesse de Gloucestre, soit a Dieu commandee,

Vous mandoms que, per lettres de nostre grant Seal, facez mander, en bone forme & covenable, a touz Prelatz, auxi bien Ercevesques, & Evesques, come a Abbez & Priours, & as Chapitres des Eglises Cathedrales, & Collegiales, & as Universites, & as Freres des Ordres de Precheurs, & de Meneurs, & as autres Religious de nostre Roialme,

Q'il facent faire exequies, & chanter messes sollempnement, & autres privees messes, & autres oreisons; especialment por l'alme de nostre file avant-dite.

Et meismes lettres facez liverer a nostre chier Clerk, William de Thorntoft, por enveer as lieux, as queux elles serront escrites; sicome nous li avons mandez per nos lettres.

Don. souz nostre prive Seal a Cardroill, le primer jour de Averill, l'An de nostre Regne 35.

---

* II. 1050.

** De fidelitate Archiepiscopi Rothomagensis respectuanda.*

Ann. D. 1307. An. 35. E. 1. Claus. 35. E. 1. m. 7.

REX dilecto & fideli suo, Waltero de Gloucestriâ, Escaetori suo ultra Trentam, salutem.

Quia, ad instantiam venerabilis Patris, P. Sabinensis Episcopi, Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, dedimus respectum venerabili Patri B. Archiepiscopo Rothomagensi, usque ad Festum Pentecostes proximò futurum, & ab eodem Festo usque in unum Annum, proximò sequentem, completum, de fidelitate sua, quam nobis facere tenetur de terris & tenementis, quæ de nobis tenet infra Regnum nostrum, & quæ per mortem Prædecessoris sui capta sunt in manum nostram,

primum bono modo poterimus, munerare, quo in executione eorum, quæ sibi pro vobis mandavimus & injunximus facienda, se exhibuit promptiorem, quodque indefessis studiis non omittit, quæ sunt nobis utilia, & ad nostros spectant honores, intente prosequi & efficaciter adimplere.

Conservet, &c.

Dat. apud Karleol. 4. die Aprilis.

De Jure Regio conservando.

Ann. D. 1307. An. 35. E. 1. Rot. Rom. 35. E. 1. m. 2.

VEnerabili in Christo Patri Domino R. Sanctæ Mariæ Novæ, Diacono Cardinali, Amico suo carissimo, Edwardus, &c. salutem & dilectionem sinceram.

Licet ea libenter, quæ utilitatum & honorum vestrorum promotionem respiciunt, quantum bono modo possemus, promptis affectibus impleremus; hiis tamen, quæ nobis & juri dignitatis nostræ Regiæ ac Coronæ sunt præjudicialia, nequaquam assensum præbere valemus, sicuti non possumus, nec debemus.

Unde cum aliqua, in Apostolico rescripto contenta, Prioratum de Okeburn. tangentia (videlicet, ubi de Maneriis, Villis, & Dominiis temporalibus fit mentio) quæ, si procederent, manifeste juri nostro Regio derogarent;

Tollantur ea quæ præjudicant; & ponatur Prioratus cum pertinentibus suis salvo consueto apporto, superiori * Monasterio faciendo; & sic postulata transire sustinebimus, quantum poterimus, jure nostro Regio inoffenso. * II. 1051.

Dat. apud Karliolum 4. die Aprilis.

De primis fructibus ad opus Papæ capiendis.

Ann. D. 1307. An. 35. E. 1. Pat. 25. E. 1. m. 19.

REX omnibus ad quos, &c. salutem.

Sciatis quod ob reverentiam Sedis Apostolicæ, & affectionem quam erga Sanctissimum in Christo Patrem Dominum C. divina providentia, summum Pontificem gerimus & habemus,

Concedimus, quantum in nobis est, quod dilecti nobis Magistri, Willielmus Testa Archidiaconus Aran. in Ecclesia Convenarum, & Petrus Amalurni Canonicus Burdegaliæ, Garsias Arnaldi de Garleux Canonicus Auxcien. & Willielmus de Prato Canonicus Convenarum, Sedis Apostolicæ Nuncii, fructus primi anni, à tempore reservationis, inde per dictum Dominum Papam sibi factæ, de beneficiis ecclesiasticis, cum curâ, vel sine curâ, vacantibus in Regno nostro provenientes, usque ad terminum secundum mandatum apostolicum, non obstantibus quibuscumque prohibitionibus in Parliamento nostro inde factis:

Ita videlicet quod de fructibus, de Abbatiis seu Prioratibus, vacantibus in eodem Regno, provenientibus, se nullatenus intromittant ad opus dicti Domini summi Pontificis:

Modo debito colligere custodireque valeant & tenere; hoc tamen observato, quod pecuniam, inde provenientem, extra idem Regnum, præterquam per viam cambii, non deferant, seu deferri faciant quovis modo, sine nostra licentia speciali.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Karliolum 4. die Aprilis.

Per ipsum Regem.

Pro.

Teste Rege apud Karliolum 4. die Aprilis.

Per ipsum Regem.

• II. 1052. * *De veniendo London. ad apparatus Militiæ capiendos de Garderoba Regis.*

Ann. D. REX Vicecomiti Lincolniæ, salutem.
1307. Præcipimus tibi quod per totam ballivam tuam, in locis
An. 35. quibus videris expedire, tam infra libertates, quàm extra, publicè
E. 1. proclamari facias ex parte nostrâ,
Cl. 34. Quod omnes illi, qui Milites non sunt, & Milites esse voluerint,
E. 1. m. veniant usque London. citra diem Pentecostes proximo futurum,
16. d. ad apparatus suos, eis in hoc casu necessarios, de garderoba nostra recipiendos, de dono nostro; ut arma militaria de nobis ibidem suscipere valeant dicto die.

Teste Rege apud Wolveseye 6. die Aprilis.

Eodem modo mandatum est singulis Vicecomitibus Angliæ.

De Respectu, pro Archiepiscopo Rothomagensi.

Ann. D. REX dilecto sibi Magistro Johanni Feroun, salutem.
1307. Cum nuper ad instantiam Venerabilis Patris P. Sabinensis E-
An. 35. piscopi, Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, dederimus re-
E. 1. spectum Venerabili Patri B. Archiepiscopo Rothomagensi, usque ad
Pat. 35. festum Pentecostes proximo futurum, & ab eodem festo usque in
E. 1. m. unum Annum proximo sequentem completum, de fidelitate sua,
16. quam nobis facere tenetur de terris & tenementis, quæ de nobis tenet infra Regnum nostrum, & quæ per mortem Prædecessoris sui capta sunt in manum nostram:

Et mandaverimus dilecto & fideli nostro Richardo Oysell, Escaetori nostro citra Trentam, quod omnes terras & tenementa in Ballivâ suâ, quæ occasione mortis Prædecessoris prædicti Archiepiscopi cepit in manum nostram, Galfrido Columbell. Clerico & Attornato ipsius Archiepiscopi sine dilatione liberare nomine ejusdem Archiepiscopi custodienda;

Ita quod idem Archiepiscopus, in fine dicti Anni, ad nos accederet, fidelitatem suam nobis facturus pro terris & tenementis supradictis.

Ac idem Escaetor nobis significaverit, quod dictum mandatum nostrum, juxta tenorem ejusdem, exequi non valebat, pro eo quod terras & tenementa prædicta, diu est, vobis, prætextu cujusdam brevis, sub Sigillo Scaccarii nostri, sibi super hoc directi, liberavit tenendas quamdiu nobis placeret, reddendo inde nobis per Annum quinquaginta Marcas, prout in transcripto brevis prædicti, quod dictus Escaetor noster sub Sigillo suo nobis misit, plenius continetur;

Vobis mandamus quod terras & tenementa prædicta, vobis ex parte nostra sic commissa, præfato Galfrido, sine dilatione, liberetis custodiendas in forma supradictâ.

Volumus enim vos, de prædictis quinquaginta Marcis, ex nunc ad dictum Scaccarium nostrum, prout justum fuerit, exonerari.

Teste Rege apud Karliolum 16. die Aprilis.

P... devota pedum oscula beatorum.
Attendentes obsequia utilia & accepta, quæ dilectus & fide- 1307.
lis noster, Pontius Dominus de Castellione, nobis laudabiliter hac- An. 35.
tenus impendit, status ipsius & suorum commodum & honorem E. 1.
non indignè inducimur procurare: Rot. Cl.
Spectantesque quòd solita vestra benignitas illos amplioris favoris 35. E. 1.
gratiâ prosequatur, quorum obsequiosa promptitudo penes nos exu- m. 9. d.
berat, & quibus morum honestas & generis nobilitas suffragantur;

Ideoque cum super Matrimonio, inter Pontium, filium dicti Pontii, & Johannam de Peregort contrahendo, jam, ut intelleximus, habitus sit tractatus:

Iidemque, Pontius, filius Pontii, & Johanna, pro eo quod in gradu consanguinitatis prohibito se attingunt, absque sedis Apostolicæ gratiâ nequeunt matrimonialiter copulari:

Sanctitati vestræ devotis precibus supplicamus quatinus, ut præfatus Pontius dictam Johannam ducere valeat in uxorem, prout vestra decreverit Paternitas reverenda, nostrorum interventu rogaminum, dispensare dignemini gratiose.

Dat. apud Karl. vicesimo sexto die Aprilis.

Per Breve de privato Sigillo.

De Procurationibus pro Nuncio Papæ.

REX Venerabilibus Patribus, Archiepiscopis, Episcopis, & Of- Ann. D.
ficialibus, ac Collectoribus Procurationum venerabilis Patris P. 1307.
Sabinensis Episcopi, sedis Apostolicæ Nuncii in Angliâ, salu- An. 35.
tem. E. 1. Pat.
Scitis quòd, cum dictus Cardinalis, pro reformatione & com- 35. E. 1.
pletione pacis, inter nos & Regem Franciæ ineundæ & firman- m. 15.
dæ, ac communi commodo Regni nostri, nobis nuper in Angliam per Dominum summum Pontificem fuerit destinatus;

Volumus quòd idem Cardinalis omnes & singulas Procurationes suas percipiat, & habeat in Regno nostro prædicto, juxta formam & effectum literarum Apostolicarum, sibi super perceptione Procurationum hujusmodi directarum:

Et quod idem Cardinalis vobis omnibus & singulis, ut diligentiam & laborem, quos poteritis, adhibeatis ad dictas Procurationes integrè, juxta formam prædictam, levandas & colligendas, ac sibi celeriter liberandas, quòdque nullus vestrum eum impediat, in hac parte, firmiter injungere valeat & mandare.

Vos igitur in præmissis taliter habeatis, quod præfatus Cardinalis præsens mandatum nostrum sibi sentiat profuturum, quodque de vobis non habeat materiam conquerendi.

Teste Rege apud Karliolum 4. die Maii.

---

* *Ad Cancellarium de litteris ad Papam, super Canonizatione Roberti de Grosteste, expediendis.* • II. 1054.

EDdward, par la grace de Dieu, Roi d'Engleterre, &c. al hon- Ann. D.
nurable Pere en Dieu, R. par la meisme grace, Evesque de 1307.
Londres, nostre Chancellier, salutz. An. 35.
Come le honurable Pere en Dieu, l'Evesque de Nicole, & le E. 1.
Chapitre de l'Eglise de meisme le lieu, soient empurchaceant, de- Bundela
vers nostre Pere le Pape, le Canonizement de Seint Robert Gros- Brevium
seteste, jadis Evesque de Nicole: An. 35.
Nous, eantz la busoigne de dit Canonizement molt a cuer, & de- E. 1. in
sirantz Turri.

Felicis itaque memoriæ Robertus, quondam Lincolniensis Episcopus, Dei famulus; vir utique, in ergastulo carnis positus, excellens meritis, vitæ Sanctitate præclarus, & velut stella matutina, in medio nebulæ, & quasi lucerna, non sub modio, set super Candelabrum posita, sparsit aliis lumen sapientiæ & doctrinæ, in Domo Domini virtutum jubare adeo choruscando, quod tandem, in divini nominis confessione legitime certans, & contra mundum, carnem, & Dæmonem triumphans, athleta non degener, confessor inclitus & virtutum opifex, pastor bonus in populo, cursum vitæ perlustrantem miraculis, vires & potentiam naturalem excedentibus, feliciter consummavit: de peregrino cives cælestis effectus; & bonorum confessorum agminibus aggregatus.

Hæc de ipso Agonista nobili tenet Ecclesia Anglicana: hæc pontificalis narrat auctoritas: hæc memoria seniorum retinet: clerus indicat: militia meminit: testatur populus; & omnis, utriusque sexûs, ætas recenter quodammodo, * velut à Patribus nunciata filiis recordatur.

* II. 1055.

Dignum igitur æstimantes & congruum, tam reverendum virum debere condignis in terris attolli præconiis, quem in cœlis Cives Sanctorum & Domestici Dei glorianter honorant, ac ipse Sanctorum Dominus, stolâ gloriæ redimitum, ad Paradisi januam coronavit.

Beatitudini vestræ humiliter duximus supplicandum, quatinus Nunciis, pro Canonizatione præfati Episcopi obtinendâ, ad vestræ Sanctitatis præsentiam accedentibus, juxta formam, quâ sacro-sancta Romana Ecclesia in consimili negotio uti consueverat, benignam dignemini, si placet, audientiam gratiosis affectibus exhibere; ut, per promeritæ Canonizationis eventum, idem Episcopus, per Apostolicæ sedis gratiam, ascribi valeat beatorum Cathalogo confessorum: sicque ipse, ut sanctus, honoretur in terris, & glorificetur altissimus in excelsis.

Conservet vos altissimus, &c.

Dat. apud Karl. 6. die Maii.

De Missarum decantationibus pro Johanna Comitissa Gloucestria filia Regis.

Ann. D. 1307. An. 35. E. 1. Rot. Cl. 35. E. 1. m. 9. dor.

REX venerabili in Christo Patri, R. eâdem gratiâ, Episcopo London. salutem.

Cum opus pium & apud Deum meritorium censeatur pro defunctis exorare, ut à peccatorum nexibus facilius liberentur; Deusque, omnium conditor, dispositor & creator, Johannam, quondam Comitissam Gloucestriæ & Hertfordiæ, filiam nostram carissimam, ad se ab hoc seculo, prout sibi placuit, evocaverit; quod vobis non sine cordis amaritudine nunciamus,

Vobis mandamus, rogantes quatinus animam præfatæ filiæ nostræ, a singulis religiosis & aliis personis Ecclesiasticis, subditis vestris, per totam Civitatem & Diocesim vestras, per missarum sollemnium decantationes, & alia opera pia faciatis altissimo specialiter commendari.

Teste Rege apud Karl. 6. die Maii.

Eodem modo mandatum est subscriptis; videlicet,

Singulis Episcopis per Angliam;

Per breve de privato Sigillo.

De Prabenda Medico Regina concedenda.

Ann. D. 1307. An. 35. E. 1. Rot. Rom. 35. E. 1. m. 1.

PApæ Rex devota, &c.

Nuper vestræ Paternitatis Clementia (Margaretæ Reginæ Angliæ, Consorti nostræ carissimæ, gratiam disponens facere specialem) venerabili Patri Episcopo Ebroicensi, & Religiosis Viris .... Abbatibus Sancti Augustini Cantuar. & Westm. providendi ipsius Reginæ Clericis, quos ipsa duceret nominandos, de Præbendis in Ebor. London. Cicestr. Sarum, Hereford. Lych. & Rothom. Ecclesiis, quamcito ad id facultas se offerret, concesserat potestatem.

Cujus prætextu gratiæ, quamvis prædicta Regina Magistrum Johannem de Fontibus, Clericum & Medicum suum, nominâsset ad Præbendam in dictâ Rothom. Ecclesiâ promovendum; executores supradicti, ad provisionem eidem Clerico in dictâ Ecclesiâ faciendam,

Tum propter facultatem, dicti loci Archiepiscopo per vos de præbendis in eâdem Ecclesiâ Clericis suis, usque ad certum numerum, providendi, concessam; tum propter alias provisiones sedis Apostolicæ, in eâdem Ecclesiâ prædictæ gratiæ derogatorias;

Procedere non valebunt;

Sicque prædicta Regina Consors nostra, prædictâ gratiâ, ex vestrâ Munificentiâ largitâ, frustratur quodammodo, præconceptâ.

Nos igitur, ipsius Reginæ desiderium, in hâc parte præcipuè, super promotione Clerici sui prædicti (quem, ex eo quod de nobis in infirmitate nostrâ curam habuit diligentem, & adhuc nobis intendit jugiter hiis diebus, non inmerito affectamus) cupientes optato effectui mancipari,

Sanctitatem vestram affectuosis precibus requirimus & rogamus, quatinus, ut dictus Magister Johannes, provisionibus prædictis, seu gratiâ, præfato Archiepiscopo concessâ, non obstantibus ad Præbendam, quam in dictâ Rothom. Ecclesiâ primo vacare continget, optinendam omnibus præferatur, ordinare dignemini, nostri rogaminis interventu.

Hanc requisitionem nostram eo, si placet, libentiùs ad exauditionis gratiam admittentes, quo dicto medico, in infirmitate nostrâ, Curam commisimus status nostri.

Conservet, &c.

Dat. apud Karl. vicesimo octavo die Maii.

Pro dicto Medico, sub eodem tenore, scribitur Archiepiscopo Rothomagensi.

Et supplicat Archiepiscopo Rothom. sub eâdem formâ, cum tali conclusione.

Ann. D. 1307. An. 35. E. 1. Rot. Rom. 35. E. 1. m. 1.

PAternitatem vestram affectuose requirimus & rogamus, quatinus erga eundem summum Pontificem, ut præfatus Magister J. provisionibus prædictis, seu gratiâ, vobis, ut præmittitur, concessâ, non obstantibus, ad Præbendam, quamprimò in Ecclesiâ prædictâ vacare continget, optinendam omnibus aliis præferatur, efficaciter interponere partes vestras;

Vel saltem eidem Magistro Johanni tanquam uni de Clericis nostris,

tinus litteras ipsas, super hujusmodi potestate, per modum prædictum, facias fieri duplicatas, utrasque ad partes istas celeriter transmissurus: ut earum aliæ penes eundem Senescallum remaneant, & aliæ similes dicto Regi & ejus gentibus valeant exhiberi.

Dat. Pictavis 2. Non. Junii, Pontif. nostri anno secundo.

De annua Pensione Nuncio Papæ solvendo.

Ann. D. 1307. An. 35. E. 1. Pat. 35. E. 1. m. 8.

REX omnibus ad quos &c. salutem.

Attendentes grata & laudabilia obsequia per venerabilem Patrem P. Episcopum Sabinensem, Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalem, nobis & Regno nostro, ante hæc tempora, multipliciter impensa, & imposterum impendenda,

Eidem Cardinali quinquaginta Marcas, singulis annis, ad totam vitam suam, ad scaccarium nostrum, in Festo Sancti Michaelis, nomine pensionis, percipiendas, duximus concedendas.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Karliolum 27. die Junii.

Per ipsum Regem nunciante Thesaur.

De Rogis in Civitate Londoniensi non accendendis.

Ann. D. 1307. An. 35. E. 1. Rot. Cl. 35. E. 1. m. 6. d.

REX Majori & Vicecomitibus London. salutem.

Quia Margareta, Regina Angliæ, Consors nostra carissima, usque ad Turrim nostram London. in brevi est accessura, & ibidem per tempus aliquod moratura,

Nos periculis, quæ eidem Consorti nostræ, & aliis Magnatibus, qui ad ipsam sunt venturi, ex infectione & corruptione aeris, per accensionem rogorum in Civitate prædictâ, & aliis locis, eidem Turri vicinis, dum prædicta Consors nostra apud prædictam Turrim moram fecerit, possent, quod absit, de facili evenire, occurrere volentes,

Vobis mandamus quod in eâdem Civitate publice proclamari, & ex parte nostrâ, sub gravi forisfacturâ, firmiter inhiberi faciatis, ne qui rogos illos præsumat accendere, seu aliàs ministerium hujusmodi, dum dicta Consors nostra ibidem moram fecerit, exercere, per quod aer quoquo modo infici valeat, seu corrumpi.

Et hoc nullo modo omittatis.

Teste meipso apud Karliol. 28. die Junii.

---

* II. 1058. *Super Insula de Man, in manum Regis resumenda.*

Ann. D. 1307. An. 35. E. 1. Rot. Cl. 35. E. 1. m. 4. d.

REX Vicecomiti Northumbriæ, salutem.

Quia, per inspectionem Rotulorum, & aliorum memorandorum, quæ coram Consilio nostro scrutari & diligenter examinari fecimus, nobis constat,

Quod plures, de antecessoribus nostris, quondam Reges Angliæ, de terrâ de Man seisiti fuerunt, ut de jure suo,

Et quod nos similiter seisiti fuimus de eâdem, (exitus & proficua inde percipiendo) quousque nos, de gratiâ nostrâ speciali, seisinam terræ illius, talem, videlicet, qualem Alexander quondam Rex Scotiæ habuit de eâdem, Johanni de Balliolo, nuper Regi Scotiæ (salvo semper jure nostro & hæredum nostrorum) fecimus liberari,

Tibi præcipimus quod scire facias venerabili Patri, Antonio Du-

Alia Littera mittitur eidem Papæ, sub eâdem formâ, cum adjectione nominis Magistri Benedicti de Fyriby.

Ad Cardinales de Nunciis & Negotiis antedictis.

DOmino P. Tituli Sanctæ Priscæ, Presbitero Cardinali, Amico suo karissimo, Rex salutem & sincere dilectionis affectum. Ann. D. 1307. An. 35. E. 1. Rot. Rom. 35. E. 1. m. 1.

Sinceram devotionem & puram intentionem hactenus habuimus, & adhuc constanter habemus in prosecutione negotiorum, quæ fuerunt & sunt inter magnificum Principem Philippum Regem Franciæ illustrem Consanguineum nostrum carissimum, & nos, *&c. ut supra in Literâ ad Papam, usque hæc verba, viz.*

Ad Domini summi Pontificis præsentiam reverendam, & vestram mittentes, ipsorum oraculo quædam commisimus, vobis ex parte nostrâ, super eisdem negotiis, pleniùs exponenda.

Ideoque Paternitatem vestram, de qua confidimus affectuose, requirimus & rogamus, quatinus hiis, quæ dicti Nuncii nostri vobis expresserint in præmissis, dignemini, si placet, fidem indubiam adhibere.

Dat. apud Karl. quinto die Julii.

Eodem modo scribitur Th. tituli Sanctæ Sabinæ, Presbitero Cardinali.

De Morte Regis.

MEmorandum, quod, die veneris, videlicet, septimo die Julii, Anno Domini 1307. jubente ipso, cujus famulantur imperio mors & vita, inclitæ recordationis, Dominus Edwardus, Rex Angliæ, apud Burgum, super Sabulones extra Karliolum, Ann. D. 1307. An. 35. E. 1. Pat. 35. E. 1. m. 1.

In eundo versus partes Scotiæ zelo devotionis & fidei accensus ad vindicandum despectum, & sacrilegam contumeliam, Deo & Sanctæ Ecclesiæ inhumaniter factos per Robertum de Brus, qui Dominum Johannem de Comyn de Scotiâ, in Ecclesiâ Fratrum Minorum de Dumfres, sediciose interfecerat:

Necnon ad hujusmodi Roberti rebellionem & pertinaciam in manu potenti salubriter reprimendam; pro eo quòd contra homagii & fidelitates suæ Sacramenta se in Regem Scotiæ proditionaliter fecerat coronari:

Et anno Regni ejusdem Regis tricesimo quinto, ab hac luce feliciter migravit (cujus anima in cœlestibus collocetur (Magistro Radulfo de Baudale Episcopo London Cancellario suo cum magno Sigillo ipsius Regis London. tunc temporis existente:

Qui quidem Cancellarius brevia de cursu cum eodem Sigillo, per Consilium Ottonis de Grandisono, R. de Brabazon, & aliorum de Consilio ejusdem Regis, necnon & per Consilium Dominorum Willielmi de Bliburgh Cancellarii, & Walteri Renaud Custodis Garderobæ Domini Edwardi, filii & hæredis ipsius Domini Regis, usque ad diem Sancti Jacobi Apostoli sequentem proximo, consignavit; eo quod præfatus Episcopus, de morte ejusdem Regis, ante diem illum, certitudinem non habebat.

Et die Sabbati, proximo sequente, serò idem Cancellarius Regis à dicto Domino Edwardo filio, tunc apud Karliolum existente (ubi Dominus Antonius de Beck Episcopus Dunolm. & Patriarcha Jerosolymitanus, Dominus H. de Lacy Comes Lincolniæ, & alii Comites & Barones Regni secum existentes, homagia & fidelitates suas eidem, tanquam Regi, fecerant) per litteras ipsius Domini Ed-

hujusmodi, secundum formam prædictam, fieri & assignari Nuncio, exhibitori præsentium, Sigillo magno, communitas Regio

Sigillo avulso.

OMISSA IN TOMO II. EDITIONIS LONDINENSIS.

Littera a Majore & Communitate de Cragfergus super Rebellione ibidem suscitata.

Ann. D. 1275. An. 3. E. 1. Ex Autogr. MAgnifico Principi & Domino, si placet Reverendo, Domino Edwardo, Dei gratiâ, Regi Angliæ, Domino Hiberniæ, & Aquitaniæ Duci, sui ligii homines, Major & Communitas de Cragfergus, in Ultoniâ, salutem & quicquid possunt reverentiæ & obsequii.

Noverit excellentia vestra quòd nuper guerra in terrâ vestrâ Ultoniæ mota fuit per

Od. O Neill Regem de Kenelyon, & Commoy O Kathran Regem del Kenach, qui cum toto posse suo,

Ad instantiam Dominorum,

Hen. de Maundevill,
Roberti de Maundevill, Militum:
Thomæ filii Richardi,
Thomæ de Maundevill,
Martini de Maundevill,
Willielmi de Corrs;

Et aliorum filiorum, Parentum, & amicorum prædictorum Militum,

In Terrâ vestrâ prædictâ hostiliter intraverunt, homicidia, incendia, roberias & alias transgressiones inferentes:

Et maxime Domino Willielmo filio Warini Seneschall. vestro Ultoniæ, cui quinque Villas, cum duobus Milibus Crannocis bladi, tribus molendinis, combusserunt; per quod prosternentur eidem Senescallo annuatim quinquaginta & septem Marcæ redditûs, quas percipere solebat per Annum de Villis & Molendinis prædictis; & alias roberias & transgressiones fecerunt eidem, eo quod ipsos Anglicos prædictos pro debitis vestris levandis distrinxit, & non aliâ ratione, prout pro certo didicimus.

Et ipsi Malefactores obsides de fidelibus Anglicis vestris ceperunt, proponentes terram vestram prædictam destruere & devastare; set, auxilio Domini præveniente, per valorem & industriam Seneschalli vestri prædicti, & Hugonis Byset, cum eorumdem amicis, malefactores prædicti ad confusionem fuerunt redacti: Quamplures eorum capti & incarcerati fuerunt: Et aliquis illorum in dicto carcere mortem subiit; & residui pacem vestram leniori modo, quam deceret talibus, prout nobis videtur, optinuerunt.

Undè dominationem vestram humiliter deprecamur quatinus, ut pro salvatione terræ vestræ prædictæ, vestra Consilium & remedium super hiis impendere velitis oportuna; dicto Seneschallo vestro in omnibus, dictam terram vestram tangentibus, fidem, si placet, adhibere velitis, ipsum cum remedio præmissorum festinanter remittentes.

Speramus enim confidenter tranquilitatem & bonam pacem obtinere, dum ipse Senescallus vestra peritiat.

Valeat Excellentia vestra per tempora longinqua.

Litera a diversis Regibus Hibernicis super prædicta Rebellione.

MAgnifico Principi, & Domino, si placet, reverendo, Domino Edwardo, Dei gratiâ, Regi, Angliæ, Domino Hyberniæ & Aquitaniæ Duci, Ann. D. 1275. An. 3. E. 1. Ex Autogr. Infra Tur.

N. O Nel Rex de Yncheun,
G. Mac Dunlene Rex Hibernicorum Ulton.
M. O Slin Rex Curcuriæ,
E. O Haulan Rex Orgelliæ,
D. Mac Gilmori Dux de Anderken,
D. Mar Karlan Rex de O Neleh, Hibern.

Noverit Excellentia vestra quod nuper quædam guerra, non modica, in * terrâ vestrâ Ultoniæ suscitata fuit, per quosdam Hibernicos; qui, *&c. prout in prædictâ literâ, usque hæc verba, viz.* * II. 1062.

Et quia nos, post confusionem Anglicorum prædictorum, per prædictum Senescallum vestrum & Hugon. Byset, & eorum amicos viriliter contusorum, ad instantiam ejusdem Senescalli intromisimus pro omni posse nostro, ad inimicos vestros Hibernicos, qui dampnis prædictis cum Anglic. memoratis, prosequendos & confundendos;

Quidam de Consilio vestro Hiberniæ nos enormiter, ad falsam suggestionem & procurationem inimicorum vestrorum prædictorum, qui leniori modo, quàm decuerit, pacem vestram optinuerunt, gravare proponunt;

Verumtamen quia inhonestum est audire, quod aliquis, pro fideli servitio suo, vobis præstito, per vestros gravetur Ballivos,

Vestram Dominationem humiliter exoramus quatenus, in omnibus præmissis, dictis & testimonio Senescalli vestri prædicti (cui, tanquam vobis, ad terram vestram salvandam contra quoscumque, dum Senescallus vester extiterit ibidem, obedire volumus) fidem adhibere velitis: Consilium vestrum & auxilium apponentes, si placet, in præmissis, contra quod transgressores à vindictâ talium transgressionum ita leniter non recedant; per quod alii contra vos insurgendi sine timore non exiltant; alioquin timemus quod exemplum capietur de guerrâ prædictâ.

Domine, quicquid volueritis penes nos vestros per Senescallum prædictum nobis mandare velitis, & eundem cum festinatione remittere velitis, & nos pro morte non omittemus vestram adimplere voluntatem.

Valeat & crescat Excellentia vestra per tempora longa.

Lite-

Nam ipsam, pro exaltatione Regiâ, poscerem incunctanter.

• II. 1063. • Vivat & gaudeat Regia Celsitudo juxta tuæ desideria voluntatis; & responsionem, Medio Latoris Præsentium, desidero mihi mitti.

Datum Mediolani decimo octavo die Maii.

Litera a Capitaneo antedicto, de veniendo ad Regem pro Cingulo Militari.

Ann. D. 1275. An. 3. E. 1. Ex Autogr. SAcræ Regiæ Majestati, Domino Edwardo, Dei gratiâ, Regi Angliæ, Domino Hiberniæ, & Duci Anquitaniæ, Domino quàm plurimùm honorando, Jacobus Amarotus Lanzavegia, totus suus cum recommendatione seipsum.

Litteras magnitudinis & Dominationis vestræ mihi missas vidi, & recepi animo . . . . tanquam de Domino speciali.

Et de hoc, quod Dominatio vestra sic benigne voluit mihi significare, quod, cum mihi placeret, ad potentiam vestram dirigens gressus meos, quod cingulum militiæ habere poteram: & quod similiter commitivam ducere poteram ob hanc causam secundum metas & proprias facultates:

It . . . . vestræ . . . supplico toto posse flexis genibus, prout serviens debet facere Domino speciali; ex nunc, usque tunc, quo mei occuli corporei Majestatem vestram viderunt, sui omnimode supplicatus magis cupiens vos personaliter revidere, quàm aliquem Dominum hujus mondi.

Et, Domino dante, cum expeditus ero à factis & negotiis Domini Guillielmi, illustris Marchionis Montisferati cum quo sum pro Capitaneo Militum Alexandrinorum, qui ibi sunt: Et, factis servitiis ipsius Domini Marchionis, qui est Capitaneus totius partis nostræ Imperii Lombardiæ: Et facta, Curâ Domini Marchionis, quàm citiùs, cum amicis Imperii Lombardiæ, ad bonum erunt effectum mancipata; in brevi ad Majestatem vestram cum commitiva decenti & justa secundum facultates meas, prætermissis omnibus, veniam, paratus nunc & tunc vestra præcepta integraliter observare.

Dat. in obsidione Orani, Communitatis Mediolani 15. Octobris.

Dors.

Sacræ Regiæ Majestati, Domino Edwardo Dei gratiâ Regi Angliæ, Domino Hiberniæ, & Duci Aquitaniæ speciali.

Litera ab Adelheide Ducissa de Brunswich super Successu in Terra Sancta: Super reditu & Coronatione Regis congratulatoria; ac pro pensione a Patre Regis concessa petitoria.

Ann. D. 1275. An. 3. E. 1. Ex Autogr. . . . . Regi Angliæ, A. Dei gratiâ, Ducissa in Brunswich, paratam ad ejus beneplacita voluntatem . . .

Congratulamur vestræ dilectionis magnificentiæ, quod successum vestrum in partibus transmarinis . . . . postmodum gloriose Coronatum, quam Coronam Deus optimus in hoc

Et, quia credimus vos, vice versâ, auditis de statu nostro & liberorum nostrorum rumoribus prosperis, uberiorem in mente velle concipere lætitiam,

Celsitudini vestræ, tenore præsentium duximus insinuandum, nos & ipsos, disponente altissimo, optata hiis diebus perfrui sanitate.

Proponimus etiam, quamcitius poterimus commode, post instans Festum Paschæ proximo venturum, Nuncios nostros solempnes ad præsentiam Serenitatis vestræ destinare, ut ea, quæ per Ballivos vestros nuper acta fuerunt in Marchia nostra, per quæ sentimus nos indebite gravari, quod non credimus vestræ Fraternitatis benivolentiam nobis velle, sicut accepimus, & experti sumus, vestri gratiâ, experientiâ frequenti, vivâ voce pleniùs exponant, & à vobis remedium optineant super eisdem.

Teste meipso apud Castrum Puellarum 26. die Martii, anno Regni nostri 30.

De favore Regum Angliæ in Archiepiscopos Coloniæ continuando.

EXcellenti Domino E. Regi Angliæ Sifr. Dei gratiâ, Sanctæ Coloniensis Ecclesiæ Archiepiscopus, sacri Imperii per Ytaliam Archicancellarii, cum devotione qualibet, suæ possibilitatis obsequium semper promptum. Ann. D. 1276. An. 4. E. 1. Ex Autogr.

Ad instar, bonæ memoriæ, nostrorum Prædecessorum, qui nobis ac Progenitoribus vestris, Anglorum Regibus inclitis, familiares semper extiterunt, vobis cupientes summo desiderio complacere: &, ut favor vester in nobis & Ecclesiâ nostrâ Coloniensi firmiùs solidetur, Excellentiæ vestræ offerimus nos & nostra: ad quod insignia multarum virtutum, quæ florent in vobis, etiam nos inducunt.

Placeat igitur Serenitati vestræ nobis præcipere ad quæcumque; quia vestris beneplacitis semper volumus obedire.

Super quâ vestra Serenitas credat Winemars de Gymenich, nostro Consanguineo, præsentium exhibitori.

Dat. Aquisgrani 6. Kal. Maii.

Dors.

Domino Regi Angliæ.

Litera Alexandri Regis de Nunciis benevole recipiendis.

EXcellentissimo Principi, & Fratri suo karissimo, Domino E. Dei gratiâ, illustri Regi Angliæ, Domino Hiberniæ & Duci Aquitaniæ, Alexander, eâdem gratiâ, Rex Scotiæ, salutem, cum glorii & honore, & sinceræ dilectionis continuum incrementum. Ann. D. 1276. Ao. 4. E. 1. Ex Autogr.

Sciat vestra Serenitas amabilis, nos, & liberos nostros bonâ, hiis diebus, corporis sanitate gaudere, altissimo annuente; quod de vobis, Dominâ Reginâ, sponsâ vestrâ, sorore nostrâ dilectissimâ, pro certo scire cordiiter affectamus.

• Mansuetudini vestræ affectuose supplicantes, quatinus negotia nostra, pro quibus Nuncios nostros modo, sicut aliàs, ad Curiam vestræ Magnificentiæ transmittimus, auribus æquitatis & benivolentiæ dignemini exaudire. • II. 1064.

Non

Dorſ.
Sereniſſimo Domino Edwardo inclito Anglorum Regi.

Ejuſdem Ducis Litera pro ſalvo conductu.

Ann. D. 1276. An. 4. E. 1. Ex Autogr.

SEreniſſimo Domino Edwardo, inclito Anglorum Regi Conſanguineo ſuo dilecto, Dei gratia, Alb. Dux de Brunſw. cum ſincero-affectu, promptam in obſequendis omnibus voluntatem.

Non ambigimus quin preces noſtras, quibus ſerium apponimus, ad exauditionis januam intromittere debeatis.

Serenitati igitur veſtræ (de quâ fidem gerimus inconcuſſam) præſentium exhibitorem, famulum Johannis dicti Nakevedele, Civis Bremenſis, creditoris noſtri dilecti, recommendamus.

Rogantes attente, quatenus ipſum Regali ſic patrocinio dignemini, noſtri causâ inſignire, ut, per Regni veſtri terminos (ſalvis rebus & mercandiis educendis) ſecura gaudeat libertate: donantes eidem patentes litteras, Majeſtatis veſtræ karactere roboratas, ad cautelam ſuper eo.

Hoc intendimus apud vos noſtris obſequiis ſpecialiter promereri; quicquid enim permittere ſibi & favoris impendere curaveritis, in hoc caſu nobis reputabimus factum eſſe.

Dat. in Craſtino Primi & Feliciani Martyrum.

Dorſ.
Sereniſſimo Domino Edwardo inclito Anglorum Regi.

* II. 1066.

** De facto querelæ inter Londonienſes & Bremenſes.*

Ann. D. 1278. An. 4. E. 1. Ex Autogr.

SEreniſſimo Domino, & Principi glorioſo, Edwardo Regi Angliæ, Judex, Conſules, totumque Commune Civitatis Bremenſis, quicquid poterunt obſequii & honoris.

Veſtræ Præcellenti Nobilitati, non ſine gravi dolore, duximus exponendum, quod Major & Burgenſes veſtri Lundenſes prohibuerunt, jam quatuordecim annis, noſtros Cives viſitare terminos veſtri Regni cum ſecuritate hac de causâ:

Quidam noſter concivis, nomine Hermanus dictus de Brema, ſervivit, more famuli, Domino Arnuldo filio Domini Thetmari, Burgenſi veſtro Lundenſi, & extitit in Angliâ, ut hoſpes ſerviens & alienus, tempore illo quo Lundenſes incurrerant crimen leſæ Majeſtatis, ſe irreverenter opponendo vobis; pro quo humiliati, veſtræ Magnificentiæ cum emendâ ſatisfecerunt:

Qui, quia exactionem taxationis, quam ſolvendam ab ipſo ſtatuerant, non perſolvit, utpote hoſpes & alienus, recedens de Regno veſtro, prius dimidio anno, antequam talis taxatio communiter fuiſſet initiata, talem taxationem indebitam à noſtris Burgenſibus literis comminatoriis requiſiverunt.

Undè cùm coram altiſſimo innocentiæ puritas nos excuſet in tali causâ, & vos innocentiam & juſtitiam diligatis ſuper aurum & Thopazion, ut fama docet,

Reverentiæ veſtræ devotæ ſupplicamus quatinus, intuitu juſtitiæ, & noſtræ interceſſionis, veſtro edicto Regio, tam atrocem injuriam revocetis; præcipiendo Lundenſibus ut juſtitia, quæ inter Civitates diſcordantes, ratione reconciliationis, exhiberi ſolet, ſint contenti (quam ſæpius exhibitam ab eodem Hermano, dum vixit, recuperare valeat & habere, cum omnibus quæ hactenus debuiſſet habere de jure:

Cognoſcentes certiſſimè quòd quidquid ſibi feceritis gratiæ & honoris, totum cedet in Magnitudinem veſtri nominis & augmentum:

* Nam omnia, quæ habemus, veſtræ ſunt Celſitudini præparata, cui ſemper cupimus deſervire gratanter. * II. 1067.

Dat. Clauri 15. Kal. Julii, anno Domini 1278.

Dorſ.
Illuſtri & excellenti Domino, Domino Ydoardo, Dei gratiâ, Regi Anglorum.

Ad Johannam Caſtellæ Reginam, ſuper nutritura Johannæ filiæ Regis in Angliam ducendæ.

Ann. D. 1278. An. 6. E. 1. Ex Autogr.

SEreniſſimæ Dominæ & Matri ſuæ kariſſimæ, Dominæ . . Dei gratiâ, Reginæ Caſtellæ illuſtri, & Comitiſſæ de Pontivo, Edwardus, eadem gratia, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, & Dux Aquitaniæ, ſalutem, reverentiam & honorem, cum ſinceræ dilectionis continuis incrementis.

Pro ſollicita & curioſa educatione & nutritura, quas circa kariſſimam filiam noſtram Johannam hactenus, veſtri gratia, feciſtis, ſicut ſcimus, veſtræ reverentiæ grates referimus valde ſpeciales.

Rogantes attente quatinus eandem filiam noſtram dilecto & fideli noſtro Stephano de Peneceſtria, & kariſſimæ nobis Margaretæ Conſorti ſuæ (quos ad vos ad præſens deſtinamus) liberare velitis ducendam ad nos, prout eis injunximus plenius viva voce.

Et hoc, ſi placet, nullo modo omittatis.

Et, ſiquæ penes nos vultis, per eoſdem nobis ſignificetis veſtræ beneplacita voluntatis.

Dat. London. 26. die Junii, anno Regni noſtri ſexto.

De Matrimonio inter Filium Regis Romanorum & Filiam Regis celebrando, & dotalitio aſſignando.

Ann. D. 1278. Ex Autogr.

EDwardus, Dei gratia, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, & Dux Aquitaniæ, venerabili in Chriſto Patri G. eâdem gratiâ, Verdun. Epiſcopo, ſalutem & ſinceræ dilectionis ſemper augmentum.

Cùm ſereniſſimus Princeps R. Rex Romanorum ſemper Auguſtus, nobilem Domicellum Hartmannum, filium ſuum, ad prælocuti matrimonii, de quo ſcitis, conſummationem faciendam ad nos mittere proponat hiis diebus, ſicut per Litteras & Nuncios nobis nuper demandavit: & in corde noſtro quoquo modo concipere non poſſimus quod negotium illud, quod, quaſi per vos extitit inchoatum, in abſentia veſtra valeat, prout decet, adeò, ut vellemus, feliciter expediri,

Paternitatem veſtram rogamus affectione, qua poſſumus, ampliori, quatinus vobis grave non ſit ſeu moleſtum, veſtros nobis acomodare labores conſuetos: &, ut hujuſmodi matrimonii celebrationi, prout deſideramus, intereſſe poſſitis, iter arripere velitis ad partes Anglicanas, quam cito commode poteritis, veniendi.

Et hoc, ſicut de innatâ & expertâ amicitiâ veſtrâ, de qua, præce-

tuit Paternitas reverenda;

Scire vos volumus quod per Dominum vestrum Nuncium (quem pro quibusdam negotiis specialibus, super quibus vos certificare volebamus, & quæ vivæ vocis officio vobis in vestro adventu ad nos pleniùs referemus, nobiscum tenebamus) adeo de victoria illa totius populi clamor & rumor invaluit, quod tandem necessarium non censuimus eidem inde fore rescribendum.

Negotium siquidem, quod Ducem Brabantiæ, prout scitis, contingebat, & super quo nobis significastis vestrum consilium & voluntatem; nuper, cum in nostra præsentia fuerat, tractavimus cum eodem, & taliter illud tractando deduximus, & deducendo prælocuti fueramus, quod, cum inde vobis ex relatione nostra constiterit, satis contenti eritis Domino concedente;

Quia tunc aliqua inde vobis exponemus, quæ Nuncio vel scripturæ minimè committeremus ad præsens.

Porrò vestram Paternitatem, de qua specialiter confidimus, affectione, qua possumus, requirimus & rogamus, quatinus negotium Matrimonii, quod inter Nobilem Domicellum Hartmannum illustris Regis Romanorum filium, & Johannam filiam nostram, per vos, quasi ab initio, fuerat prælocutum, taliter effectui votivo mancipari procuretis, quod id ad nostrum, & vestrum honorem, atque ipsius Domicelli, quem dictus Rex Pater suus, ad idem negotium consummandum, ad nos transmittit hiis diebus, valeat in posterum redundare,

Et ea, quæ in aliis litteris nostris, quas vobis transmittimus, quantum in vobis est, taliter expleatis, quod inde, in adventu vestro prædicto, quem festineris modis omnibus, ut rogamus, ad plenum nos possitis reddere certiores; pro quo etiam vobis, quanto artiùs possumus, astringi volumus in futurum.

Dat. apud Westm. 8. die Novembris, anno Regni nostri sexto.

Litera Principis Salernitani, qua intercedit pro Guydone de Montfort.

Ann. D. 1267. An. 7. E. 1. Ex Autogr.

A Tres haut Prince, son tres chier, & tres Ame Cousin, Mon Seigneur Edovart, par la grace de Dieu, Roi d'Engleterre, Duc d'Aquitenne & Seigneur d'Yrland, Charles ainne fiuz le Roi de Jerusal. & de Sezile, Prince de Salerne, & Seigneur de l'oneur du Mont Seint Ange, salut, & volente apareilie de faire son plaisir.

Sire, je enten que Missires Gui de Montfort a mout grant desir d'estre reconciliez a vous, & de avoir vostre grace, & d'estre a vostre service: & m'a fait mout prier que je vous priasse de li; car, pour avoir vostre pais, il offre a faire ce que vous plairoit.

Et ja soit ce que je aie aucune pitie de li, & pour ce que de vostre lignage est, toute voies vous mestes si pres, & Cousins & Amis que je ne voudroie, fors ce qe vous en plairoit & vostre honeur seroit;

Mes se vostre honeur i est, & vostre volente, je vous pri que
* II. 1069. vous volliez * avoir merci de luei, & rendere li vostre grace.

Et, se vous voulez que il face rien, si le mandez, & je le dire ceus, qui de ce me requerent de part lui.

Si vous pri, Sire, que sur ce vous me senefiez vostre volente par le porterur de ces presentes letres.

Nostres Sires vous gart.

Escrit a Paris, le lundi apres la Chaiere Seint Pere.

tem cum dilectione sincerâ. An. 7. E. 1. Ex Autogr.

Litterarum vestrarum, quas nuper recepimus, tenor continebat, quod Guydo de Monteforti valde desiderat ad gratiam nostram admitti, & reconciliari nostræ paci.

Set ecce! pene novit totus orbis, qualiter ille Simon, Pater suus, & idem Guydo, cæterique Fratres & Complices sui, olim Sanguinem nostrum sitientes, Domino H. Regi Patri nostro, & nobis mortales insidias præparârunt, & Bella moverunt, unde dissidia gentium oriebantur, atque strages non modica populorum:

Et, præter hæc omnia, quantum in ipsis fuit, totius nostræ gentis interitum & subversionem Regni molebantur Anglicani, & demùm, quod dolendo recolimus, bonæ memoriæ, Henricum de Alemannia, infra Ecclesiæ sanctæ Claustra, atrociter jugulârunt.

Propter quod non est mirum si erga ipsum & suos nostra sint turbata præcordia, & ad ipsum admittendum ad gratiam nostram difficiles meritò nos reddamus:

Porrò, etsi sibi super tantis malis, vellemus ignoscere, de modo tamen vel formâ reconciliationis suæ, transmissæ nobis litteræ vestræ nullam certam fecere mentionem.

Nec insuper possemus, aut deberemus, absque Consilio Magnatum & Procerum nostrorum, quos non solum turbavit in nobis, set etiam multipliciter in se ipsis, eidem Guidoni pacem nostram reddere, ac ipsum gratiæ nostræ reformare.

Verumptamen, si vos, vel alii bonam viam perpendere possitis, per quam, ad honorem Dei & Ecclesiæ sanctæ, præmissa facere valeamus, inter Magnates nostros negocium illud deduci faciemus, & cum ipsis tractabimus, si juxta viam illam & formam, quam nobis inde mandabitis, si velitis, eundem ad gratiam nostram admittere debeamus, * & vos inde postmodum reddere curabimus * II. 1070.
certiores,

Quia vero de Leporariis nos rogâstis; scire vos volumus quòd Leporariorum deductum parum assuescimus, quia non multum nos delectat; verumptamen de Leporariis nostris, de quibus contenti eritis, in brevi vobis transmittemus, dante Deo; parati semper ea facere quæ vestris honoribus noverimus convenire.

Ad hæc, quia prosperitas statûs vestri plurimùm nos delectat, dilectionem vestram rogamus attente, quatinus statum vestrum, quem Dominus prosperari faciat, crebris insinuationibus nobis, ad nostri solatium, curetis demandare, cum vestræ beneplacito voluntatis; parati siquidem semper esse volumus ea facere, quæ vestris honoribus noverimus convenire.

Dat. apud Brehull undecimo die Aprilis, anno Regni nostri septimo.

Litera de Rege Romanorum, super prosperitate sua, congratulando: de adventu Hartmanni filii retardato excusando; & de forma itineris ejus ordinanda.

Ann. D. 1279. An. 7. E. 1. Ex Autogr.

ILlustri & Magnifico Principi, Domino R. Dei gratiâ, Romanorum Regi semper Augusto, Amico & Fratri suo karissimo, Edwardus, eadem gratia, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ & Dux Aquitanniæ, salutem & sinceræ dilectionis augmentum.

Pro eo quòd super fortunatis & prosperis vestri statûs auspicii, per Nobilem Virum, Conradum Warneri, Familiarem & Militem vestrum, annunciatione gratuita, nostra præcordia refecistis, Serenitati vestræ ad grates uberrimas assurgentes, Felicitati vestræ delectabiliter congaudemus, ut nostræ.

Super eo præthereà, quod prædictus Miles, qui legationis suæ ver-

... anno Regni nostri septimo.

* II. 1071. *Litera Sanctii Regis Castellæ filii (ut se vocat) heredis, de Credentia.*

Ann. D. 1279. An. 7. E. 1. Ex Autogr.

AL muy Noble, & mucho onrado Don Odoardo, por la gracia de Dios, Rey de Inglatierra, Sennor de Yrlanda, & Duc de Aquitanna.

Don Sancho, fijo Mayor, & Heredero del Muy Noble Don Alfonso, por essa misma gracia, Rey de Castiella, de Toledo, de Leon, de Gallizia, de Sevilla, de Cordova, de Murcia, de Jahen & del Algarbia, salut, assi Commo a Rey, que amo Muy de Otras, & por qui on faria, quanto sapiesse, & pudiesse, en todo lo que fuesse vostra onrra & vostra plazer, & pora qui en querria tanta vida, & tanta salud commo pora mi mismo.

Rey, por que maestre Juffre, Notario del Rey mio padre, & mio, Clerigo es omme, in qui mucho fiamos, & qui sabe todo el feche del Rey de Francia: & del Rey mio Padre, & de mi, commo posso fata agora, & que es aquello, que tenemos en corazon de fazer, & da qui adelante & otrossi, que es la nostra voluntad, en razon del casammiento entre mi & la fija del Rey de Alemanna,

Por ende tomemus por bien de embiar lo alla a vos, sobre estas cosas;

Onde vos ruego que vos le querades creier en aquellas cosas que vos el dixiere en esta razon de mi parte, & que punnedes de fazer & aquello, que sea onra & pro de vos, & del Rey mio padre, & de mi.

Et gradecer vos loe mucho.

Dada en Toledo dos dias de Mayo, era de mille, & trescentos, & dies, & siete annos.

D. Alfonso Roys la fis escrevir, por mandado del Infante.

Litera Magni Norwegiæ Regis, cum Gerofalconibus.

Ann. D. 1279. An. 7. E. 1. Ex Autogr.

MAgnifico Principi, fratrique suo in Christo karissimo, Domino E. Dei gratia, Regi Angliæ illustri, Magnus, eadem gratia, Rex Norwagiæ, salutem in eo, qui Regibus dat salutem.

Experti sæpius de benivolentia vestræ nobilitatis, circa omnia, nostrum commodum & honorem tangentia, sollicite curavimus exquirenda quæ vestræ Magnificentiæ complacerent:

Si qua igitur apud nos reperiantur, vestrum Animum delectantia, rogamus quatinus amicabiliter requiratis:

In signum horum, ad solatium & recreationem, vobis aliquos Gerofalcones transmittentes insuper nolumus Excellentiam vestram aliquatenus ignorare.

Scripta Bergis in Crastino Inventionis Sanctæ Crucis, anno Regni nostri deximo sexto.

fuisse acceptum: Et necdum à filio, Rege Edwardo, provisum errori remedium; scribis etiam non displicere Regi se in Archiepiscopum a Papa promotum.

Ann. D. 1279. An. 7. E. 1. Registr. Peckham, fol. 9. infra Biblioth. Lambeth.

SAnctissimo Patri ac Domino Nicholao, Dei gratia, Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ summo Pontifici, Frater J. permissione divina, Cantuariensis Ecclesiæ servus inutilis, cum grata reverentia, pedum oscula beatorum.

Noverit Sanctitas vestra quod, post varios viarum tractus, die Sacro Penthecostes, ingressus Civitatem Ambianensem, repperi duos Reges Franciæ & Angliæ, inibi congregatos causâ stabiliendæ concordiæ inter eos; quam dedit pax illa, quæ exsuperat omnem sensum, die Martis ipsius sacræ Ebdomade (me etiam præsente, non pari utriusque partis præjudicio) juramentis mutuis & cartis convenientibus stabiliri.

Cùm enim in pace patrum dictorum Regum, dudum præterita, Henricus, olim Rex Angliæ, se Ludovico Regi Franciæ deceptus ad impossibile obligâsset,

Pro hujus amotione impossibilis, Rex Franciæ Philippus filius partem magnam & nobilem in Partibus Aquitanniæ, Hæreditatis Regis Angliæ, recepit in forma pacis, sibi & hæredibus suis perpetuo possidendam,

Pro quo impossibili non amoto usque ad hæc tempora tam Rex Ludovicus Pater, quàm Philippus filius fructus terrarum, quæ modo reddi debent, & olim ex utriusque, Patris scilicet, & filii juramentis, restitui bona fide debuerant, integre perceperunt.

Hoc autem impossibile tale erat; juravit quidem Rex Angliæ Henricus, in pace prima, quod omnes Magnates, sibi subditos, vel veriùs subdendos in dictarum terrarum partibus, induceret ad jurandum fidelitatem Regi, sub hac forma;

Quod, si unquam contingeret Regem Angliæ Regi Franciæ rebellare, ipsi starent cum Rege Franciæ, immediato Domino derelicto; sub pœna aliter facientium, in Curia Regis Franciæ arbitranda; quod, quum est contra consuetudinem omnium Galliæ partium aliarum, nunquam ad hæc induci prædicti proceres voluerunt.

Hæc est igitur summa pacis quòd, quia Henricus Pater deceptus fuerat, spoliatus est filius Hæreditatis suæ Nobili parte.

Et, cum satis hoc perpendat Rex Clementissimus, in formam tamen pacis hujusmodi consensit libere propter Deum; quam & perpetuo servare intendit, dum sibi fides inviolabiliter ex parte Franciæ conservetur.

Hæc autem omnia, Pater Sancte, scio certissimè, & fide didici occulatâ per hoc, quod Rex Angliæ me suscepit cum ingenti gaudio, venientem & mox suo Consilio copulavit, factum vestrum circa modicitatem meam acceptans plurimum, & petitioni suæ de alio promovendo publice pluries se protestans.

Temporalia etiam Archiepiscopatûs bona mihi restituit, in pacis factæ crastino mox petita:

In quo facto apparet ejus benignitas laudabilior, quia hoc, nescio qua surreptione scribentis, in Sanctitatis vestræ litteris, dicto Regi directis, juxta morem, omnibus servatum retroactis temporibus, minime petebatur; cùm tamen, juxta antiquam consuetudidem, temporalia ab eo Dublinensis Ecclesiæ peterentur.

Quæ scribendi diversitas fecisset Cantuariensis Ecclesiæ bona temporalia in manu Regia detineri, usque ad receptam elucidationem mandati vestri, nisi * anticipationem fecisset favor gratiæ personalis, sicut mihi Rex ipse, coram toto suo Consilio, affirmavit. * II. 1073.

Qua

… vista amplia inter ipsos duos Reges, in media quadragesimâ, vel circa, apud Belli Quadrum, vel circa.

Item, super via Ispaniæ Barones Franciæ, ad mensem, post festum omnium Sanctorum, se congregare debebant; & propter vistam dictorum Regum, donec dicta vista facta fuerit, est illud dilatum sicut intelleximus; & specialiter donec audierint quid vestri Nuncii, quos in Ispaniam mittitis, expedierint de Treugâ vel de Pace.

Insuper, sciatis quod Dominus Rex Castellæ, sicut intelleximus, se traxit versus partes Sibiliæ, & demisit in Castella Dominum Sancium filium suum, Dominum & Potentem de omnibus terris suis.

Plura ad præsens vobis non possumus nunciare; set vos toto corde rogamus, ut semper, & frequenter nobis mandetis quicquid placuerit, sicut vestris.

Dat. Paris. die Jovis post Octab. Apostolorum Petri & Pauli, Sigillo nostro parvo istam litteram fecimus sigillari.

Alii vero Nuncii, qui ibant inter dictos duos Reges, non ibant, sicut intelleximus, alia ratione, nisi ad habendum nepotes suos, filios Dominæ Blanquæ.

Dors.
Excellentissimo Domino nostro.

Super Matrimonio Sanctii, Alfonsi Regis Castellæ filii.

Ann. D. 1279. An. 7. E. 1. Ex Autogr.

REX W. de Valence, salutem.

A memoriâ vestrâ non credimus excidisse, qualiter, nuper apud Cressy, in recessu vestro à nobis, vobis injuximus oretenus quod, erga Dominum Regem Ispaniæ illustrem, de matrimonio inter Dominum Sench. dicti Regis filium, & filiam Domini Gastonis de Biern, vos intromittere curaretis.

Verùm, quia postmodum intelleximus quod aliqui, de consanguinitate ejusdem Gastonis, aliqua fecerunt, pro quibus de amicitiâ, aut benivolentiâ * Regis, & Domini Sench. prædictorum, ad præsens non existunt, & quorum occasione matrimonium illud ipsis nequaquam complacere, (* II. 1074.)

Nolumus quod Regem prædictum, super Matrimonio, verbis aliquibus, ultra bonam voluntatem suam, sollicitare, aut ipsum ad illud inducere curetis ista vice.

Dat. apud Sliptof. 5. die Sept.

Ad Magnum Norwegiæ Regem, de Reliquiis, ab ipso petitis, sibi transmissis.

Ann. D. 1279. An. 7. E. 1. Ex Autogr.

MAgnifico Principi, & Amico suo karissimo, Domino M. Dei gratiâ, Regi Norwagiæ illustri, Edwardus, eâdem gratiâ, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ & Dux Aquitaniæ, salutem & sinceræ dilectionis semper affectum.

Ad majorem mentis vestræ exultationem vobis innotescimus per præsentes, quod nos, karissima Consors nostra Alianora Regina Angliæ, liberique nostri, vigemus sanitate (benedictus altissimus) corporali; quod de vobis & vestris scire intime affectamus.

Cæterùm, ad rogatum vestrum, quasdam reliquias in cedulâ, præsentibus interclusâ, contentas, vobis, per præsentium portito-

Ex Autogr.

Expertâ sæpius vestræ celsitudinis amicitiâ, plurimis & honorabilibus insigniis frequenter demonstratâ, & præcipue Reverendissimis Sacrosanctis reliquiis, omni thesauro incomparabilioribus, nuperime per Clericum vestrum, hominem meritis honestæ vitæ commendabilem, honorificè tranmissis, sufficienter percipimus, & instruimur evidenter quantâ sinceritate mentis, & alacritate spiritûs prospera de statu nostro, & nostrorum & Regni, scire peroptatis.

Licet igitur, meritis exigentibus, corporaliter à Domino flagellemur (quod inviti vobis referimus) cum purâ mente & affectu stabili ea cupimus adimplere, quæ vestris honoribus noverimus convenire.

* Quod si præsens ægritudo tantùm invaluerit ut, jubente Domino, ab hoc nequam seculo evocemur, confidimus specialiter ut proli nostræ gratissimæ, Domino Regi Erico Successori Regni, & Domino Duci Haquino, adhuc in tenerâ ætate constitutis, sano consilio & auxilio, in eorum necessitatibus, succurratis; super quo etiam vos duximus intime deprecandum. (* II. 1075.)

Cæterùm ne hiis vexetur animus vester, quæ adhuc speramus, Domino permittente, in melius commutari, ad propellendam omnem perturbationem, & jocunditatem mentis ampliandum, Serenitati vestræ, & cæteris Nobilibus Regni vestri præsentibus significamus, nobis & totâ gente Noricanâ gaudium supereminens, videlicet, prædictum Dominum E. primogenitum nostrum, ad Dei gloriam & Regni provisionem, circa Festum beati Johannis Baptistæ in Civitate Bergensi, coronandum.

Et, ut veraciter percipiatis ne velimus famosam strennuitatem vestram ex hac nostra adversitate aliquatenus conturbari, transmittimus vobis, ad solatium & recreationem, per dilectos nostros, Dominum Erlendum præpositum Capellæ nostræ, Richardum servientem nostrum, duos Nobiles Gerofalcones albos, formelos: & sex Gresfeos, etiam formelos, beneplacitis vestris & honoribus omni tempore congaudentes.

Dat in Civitate Bergen. pridie Nonas Maii, anno Regni nostri septimo decimo.

Litera Erici Norwegiæ Regis, de Morte Patris: de ipso coronando; & de Confœderationibus renovandis.

Ann. D. 1280. An. 8. E. 1. Ex Autogr.

SErenissimo Principi, & Amico karissimo, Domino E. Dei gratiâ, Regi Angliæ illustri, Ericus, eâdem gratiâ, Rex Norwagiæ, salutem, & continuis virtutum & honorum incrementis potenter sublimari.

Plurima generositatis vestræ amicabilia illustrissimo Patri nostro & Domino frequenter impensa, pacem & tranquillitatem inter Progenitores vestros initam, & firmiter observatam, sollicite pensantes, & intime considerantes, recognoscimus nos Serenitati vestræ ad gratiarum actiones & honores quoslibet multipliciter obligatos.

Verùm, quia nec ætas habundat, & gementia spiritus, ac cordis anxietas, peccatis exigentibus, inopinatè emergentia, affluentiam eloquentiæ ad præsens non permittunt, imploramus fontem profluentis gratiæ, ut vobis retribuat prosperitatem vitæ præsentis & futuræ.

Nolentes siquidem referimus & coacti eventum dolorosum, & nobis ac totâ gente Noricanâ eminenter lamitabilem, illustrissimum, videlicet, Patrem nostrum & Dominum, ac Amicum vestrum specialissimum, tempore, quo Nuncios totaliter ad præsentiam vestram paraverat, ab hoc nequam seculo migravisse; qui toto conatu, dum vi-

tur, de eadem, quamvis simus insufficientes, nos intromisimus, sub spe vestri juvaminis & consilii, & maxime ut nostros filios ad seu- mendum bene in vestrum obsequium flecteremus, timebamus enim, si altera persona tutelæ prædictæ se ingessisset, filios jam dictos ad serviendum aliis Principibus indu- xisset.

Præterea, Dominorum karissime, ad memoriam revocetis, qua- liter desponsata fuimus Domino nostro, piæ memoriæ, & tradita: & quomodo id, quod nomine dotis sibi promissum fuerat, sit so- lutum.

Unde rogamus dilectionem vestram (de qua spem gerimus) qua- tinus filios nostros, in hiis necessitatibus eorum diversis, de quibus lator præsentium vos vivâ voce plene poterit expedire, taliter respi- ciatis, ut ipsi exinde voluntatem simul sentiant & profectum: per hoc enim tam nostrum, ac puerorum nostrorum obsequium, quam Domini auxilium, semper habebitis benivolum & paratum.

Cætera lator; cujus verbis, tanquam nostris, petimus ut fidem omnimodam adhibeatis.

Dors.

Serenissimo Domino Regi Angliæ.

Litera ab Hinrico (qui dictus Mirabilis) Duce de Brunf- wich, de obsequio.

Ann. D. 1280. An. 8. E. 1. Ex Autogr.

SErenissimo Domino, ac Consanguineo suo karissimo, E. Regi Angliæ, Hinr. Dei gratiâ, Dux de Brunefwich, cum debitæ dilectionis constantiâ, obsequium semper promptum cum fidei pu- ritate.

Vestræ Excellenti Magnificentiæ notum esse volumus per præsen- tes, quod nos & fratres nostri, unà cum sorore nostrâ, divina dante & aspirante pietate ac gratiâ, sumus incolumes atque sani; quod ipsum vestræ liberalitati affectu plenissimo ac largifluo exoptantes.

Et, si qua servitia aut obsequia nos vestræ Dominationi impendere volueritis aut vestris, ad hæc exsequenda nos in omnibus nobis pos- sibilibus, sicud ex debito Consanguinitatis sumus obnoxii, habe- bitis expositos, benivolos & paratos; nichil talium omnimodis ob- mittentes.

Datum Brunesw. in die beati Orbani Martiris.

Dors.

Glorioso Regi Angliæ, Domino ac Consanguineo suo karissimo, Edwardo.

Alianora Principissa Wallie, ad Regem.

Ann. D. 1280. An. 8. E. 1. Ex Autogr.

EXcellenti Domino suo, & Consanguineo prædilecto, Domino E. Dei gratiâ, Regi Angliæ, Domino Hiberniæ, & Duci A- quitaniæ, sua devota Consanguinea Alianora, Principissa Walliæ, Domina Snaudon, salutem cum eâ, quæ decet, sincerâ dilectione, Consanguineo tanto, & tam propinquo.

Noverit vestra Excellentia, quod de vestro statu bonos & pro- speros rumores scire desideramus, ideo vestram Excellentiam humi- liter rogamus & attente, quatinus, pro amore nostro, statum ve-

* II. 1077. strum, * &, si quæ penes nos volueritis quæ vestro cederint honori, lointiengne terre.

Toutes voies, pour l'amour de vous & pour vostre grace a- querre, il voudroit demourer outre les monz a touz jours, se vostre debonerete ne le rapeloit, & de ce doute il encore, pour que il n'est pas certain de trouver pleges a vostre volente.

Et vous souploie pour Dieu, & pour pitie, que vous li veilliez fere grace de leur terre.

Et, Sire, come vous nous en aiez si debonerement respondu, nous vous prioms, tant comme nous poons, comme nostre chier cousin & ami, que vous en ces choses li voulliez fere tant de gra- ce, pour l'amour de Dieu, & pour pitie, & pour l'amour de nous, que Dieus vous en scache gre: & nous vous en puissions mercier; & que il sente que nos Prieres li aient valu.

Nous soumes sain & hetie (Dieu merci) la quel chose nous de- sirrons a oir de vostre Roial Majeste.

Et vous prions que vous nous mandiez vostre escrit toutes foiz, que il vous plera, & vostre volente, la quelle nous soumes apareil- le de fere.

Done Aes. Juesdi le 26. Jour de Septembre.

Litera a Principissa Wallie pro Amalrico de Montfort sup- plicatoria.

EXcellentissimo Principi, necnon Consanguineo suo karissimo, Domino Edwardo, Dei gratiâ, Regi Angliæ, Domino Hiber- niæ, Duci Aquitanniæ, sua devota Alienora, Principissa Walliæ, Domina Snaudon. salutem, cum eâ, quæ decet, sincerâ dilectione tanto Domino, & Consanguineo tam propinquo. Ann. D. 1280. An. 8. E. 1. Ex Autogr.

Excellentiæ vestræ constare facimus, per præsentes, nos (bene- dictus Deus) bona sanitate & prosperitate gaudere, quod de vobis scire non solùm cupimus, set sitimus.

* Et quia nobis ab aliquibus est relatum quod, in instanti Parlia- mento, de karissimi fratris nostri Domini Amalrici status relevatio- ne proponitis habere tractatum, ideo complosis manibus, genibus- que flexis, ac gemitibus lacrimosis, Majestati vestræ supplicamus, * II. 1078.

Quatinus, divinam Clementiam ex vestri cordis intimo respici- entes (quæ omnibus manum pietatis extendit, præcipue hiis qui se ex toto corde requirunt) præfatum fratrem nostrum, & Consangui- neum vestrum (Benignitatem vestram, ut intelligimus, suppliciter postulantem) ad gratiam ac pacem vestram misericorditer velitis re- cipere.

Si enim Excellentia vestra, prout sæpius novimus, clementer ex- traneis condescendit, merito magis, ut credimus, naturæ vestræ tam propinquæ manum debetis porigere pietatis.

Valeat in Domino per tempora longiora.

Dat. apud Sanctum Anneir, in Festo Sancti Luci Euvangelistæ.

Dors.

Respondetur ei quod tractatum est de statu in isto Parleamento: & id quod fieri potuit, est factum; & creditur per id, quod tractatum est, deliberatio fratris sui fit multum appropinquior.

Litera

Ann. D. 1280. REX dilecto & fideli suo, Johanni de Greilly, Senescallo suo in Ducatu Aquitanniæ, & aliis qui pro tempore fuerint, salutem.
An. 9. E. 1. Sciatis quod concessimus dilecto nostro Arnaldo, Dei gratiâ, Agen. Episcopo, & Beraldo Delgot Militi fratri suo, licentiam construendi in feodo de Linrano, quod de nobis immediate tenent, Domum Fortem, circumdatam muris, turribus & fossatis sibi & hæredibus suis tenere.
Rot. Vascon. An. 9. E. 1 m. 11. Et ideo vobis mandamus quatinus eos & hæredes suos prædictam Domum construere & tenere permittatis.
* II. 1079. Ita tamen quod Domum prædictam nobis & Senescallis nostris, pacatis vel * iratis, quotienscumque indiguerimus, tradere teneantur.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Westm. 22. die Novembris.

Litera ab Adelheide Ducissa de Brunswich, de Credentia.

Ann. D. 1280. An. 9. E. 1. SErenissimo Domino E. Regi Angliæ, Consanguineo suo dilecto, Dei gratiâ, Adelheydis quondam Ducissa in Bruneswich, nunc Domina in Hertesberge, & Comitissa in Scowenberch, ad quælibet ejus beneplacita paratam & obsequiosam in omnibus voluntatem.

Ex Autogr. in Turri. Magestati vestræ in præsenti literâ graviter querulamur, quod frater noster, Verdensis Ecclesiæ postulatus, quem, bonæ memoriæ, dilectus Dominus ac Maritus noster, in horâ mortis suæ, nobis statuit in tutorem, nos atque pueros nostros tractavit, & tractat adeo & indecenter, quod suam enormitatem vobis non plenarie possumus explanare;

Sed exhibitor præsentium, vir ydoneus & discretus, Dominus Alexander Capellanus noster dilectus, vos debet de processu hujus negotii nostri, & aliorum negotiorum nostrorum singulariter per ordinem expedire.

Et rogamus quatenus verbis suis, quæ ex parte nostri vobis dixerit, fidem credulam adhibeatis.

Hinc est, cum idem Nuncius noster, jam prædictus, Gallicum nesciat, rogamus quod sibi Clericum, Latine instructum, adjungatis, ut, illo mediante, vos de toto negotio nostro taliter, sicuti nobis sit utile, valeat expedire.

Dorf.

Serenissimo Domino E. Regi Angliæ Consanguineo suo dilecto.

Conventio super Matrimonio inter Ericum Regem Norwagiæ, & Margaretam Filiam Alexandri Regis Scotiæ; ubi & de pretensionibus hinc inde ad Orchadas & Insulam Manniæ.

Ann. D. 1281. IN NOMINE PATRIS, ET FILII, ET SPIRITUS SANCTI, AMEN.
An. 9. E. 1. Hæc est finalis Conventio, facta in Festo Sancti Jacobi Apostoli, anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo primo, apud Rokesburg,
Ex Autogr. in Turri. Inter illustrem Principem, Dominum Alexandrum, Dei gratiâ, Regem Scotiæ nomine suo, & nomine Nobilis Domicellæ Marwagiæ mille & quadringintas Mercatas terræ, de Monetâ suâ Norichanâ usuali, nunc temporis, vel ad ejus valorem, si ipsa mutetur, cum Manerio competenti, in donationem, propter nuptias dictæ Domicellæ Margaretæ, per Cartam dicti Regis, eidem assignatas, &, prout ibi continetur, die Nuptiarum, vivâ voce ratificabit & confirmabit;

Ita quod, si humanitùs de dicto Rege Norwagiæ contingat, quod absit, dicta Margareta dictarum terrarum possessionem propria auctoritate, per prædictas literas Regis, possit apprehendere & tenere.

6. Et sciendum quod erit in optione Domini Regis Scotiæ, secundam medietatem dotis in pecuniâ numeratâ solvere, vel terras, ex eâ, vel ex parte ipsius, suis terminis solvenda, comparatas assignare;

Ita quod ex illis terris, pro singulis mille Marcis, centum Marcæ nomine redditûs percipiantur illo Anno, & sic ulterius annuatim; optionem siquidem habet dictus Dominus Rex Scotiæ: Dum tamen, in Festo Pentecostes, ante tempus solutionis, Regi Norwagiæ intimetur, quod terras velit omnes assignare loco competenti, & simul, vel loco vicimori, & magis ydoneo, quo poterunt ad comparandum inveniri, dicto Regi Norwagiæ, constante matrimonio, libere tenendas & habendas.

7. Dictæ vero Margaretæ, postquam terram Norwagiæ fuerit ingressa, certum Castrum, vel securum Manerium, prout ipsa & sui elegerint, statim assignabitur; in quo ipsa, cum familiâ suâ, & dictâ pecuniâ, sub custodiâ Regis Scotiæ & suorum, sumptibus Regis Norwagiæ, quousque nuptiæ celebrentur, salvo & secure possint morari:

Et Rex Norwagiæ & Regni Magnates ipsam, cum familiâ suâ, & dictâ pecuniâ, salvo & secure interim facient custodiri; ita quod nullum ad eam Rex Norwagiæ inhonestum accessum interim habeat vel carnalem:

8. Quod, si Rex Norwagiæ, post nuptias celebratas, prædecedat; dicta Margareta donationem illam, propter Nuptias, eodem Anno integre percipiet, & sic ulterius annuatim; scilicet, dictas mille & quadringentas Marcas terræ, sibi assignatas, si velit in terra Norwagiæ moram facere extra Regnum Norwagiæ, mille & quadringentas Marcas, ubicumque conversetur, de Camera Regis Norwagiæ, libere percipiet annuatim apud Bergys;

Ita quod erit in optione dictæ Margaretæ firmas illarum terrarum, sibi assignatarum, suis terminis, secundum consuetudinem Patriæ, per procuratorem suum in terra recipere, vel de Camerâ Regis, in Festo Pentecostes, anno sequenti, & sic ulterius annuatim dictam pecuniam percipere apud Bergys.

Verumptamen, in defectum solutionis, recursum habeat ad terras sibi assignatas, ratione donationis propter Nuptias:

Et nichilominus debet habere dicta Margareta quicquid Regina, dum vidua fuerit, ibidem commorans habere debet, secundum leges Patriæ & consuetudinem regionis approbatam.

9. Et præterea, habebit medietatem totius dotis infra biennium, proximo sequens post mortem Regis; ita quod una medietas illius medietatis, primo anno, in Festo Sancti Petri ad Vincula; & alia medietas, secundo anno, in eodem Festo (nisi prius in Norwagiâ soluta fuerit) apud Berewicum in Scotia persolvetur.

10. Dicta vero donatio propter nuptias, post mortem dictæ Margaretæ, ad Regem Norwagiæ redibit;

Prima vero medietas totius dotis, suis terminis solvenda, post Nuptias celebratas, in omnem eventum Regis Norwagiæ, nisi in illo casu, si à Matrimonio resilierit cum fuerit legittimæ ætatis, pleno jure efficietur;

filias procreaverit, succedent in omnibus, quæ ipsam vel ipsas contingere possunt, secundum leges & consuetudines Noricanas, etiam in Regno, si consuetudo fuerit.

18. Dicti vero Nuncii & Procuratores, nomine Regis Norwagiæ, promiserunt & manuceperunt, ipsum Regem artius obligando, quod omnia & singula, superius contenta, ex nunc rata & firma habebuntur, quousque dictus Rex Norwagiæ fuerit quatuordecim Annorum completorum, & tunc ea plene ratificabit.

19. Et, si contingat, quod absit, prædictum Regem Norwagiæ in aliquo, usque ad illud tempus, vel in illo tempore, contravenire, dicti Procuratores obligant ipsum Regem, Hæredes suos, & Regnum Norwagiæ, se ipsos, & Hæredes suos, ad solvendum & dandum dicto Regi Scotiæ, & Hæredibus suis, vel assignatis centum milia librarum, bonorum & legalium Sterlingorum, in Villa de Berewico in Scotia, nomine & ratione dampnorum, expensarum, & interesse.

20. Obligaverunt etiam dicto Regi Scotiæ illustri, pro damnis, expensis, & interesse, in illum casum tantum si Rex Norwagiæ non ratificaverit matrimonium, cum fuerit quatuordecim Annorum completorum, summam centum Marcarum, quam dictus Rex Norwagiæ ab eo percipit annuatim & totam *TERRAM ORCHADIÆ* cum omni jure, quod dictus Rex Norwagiæ habet vel habere poterit in eadem;

Ita quod prædictæ, tam summa, quàm terra, cum pertinentiis, dicto Regi Scotiæ, & Hæredibus suis ex tunc remaneant, imperpetuum, in feodo & Hæreditate, cum Rex Norwagiæ noluerit dictum Matrimonium ratificare, vel dampna, expensas, & interesse, una cum pœna prædicta centum mille librarum, Regi Scotiæ & Hæredibus suis, vel assignatis resarcire: Et Instrumenta, quæ habet penes se dictus Rex Norwagiæ, super dicta summa pecuniæ centum Marcarum, annuatim percipienda, ex tunc viribus careant, & cassa sint, & irrita ipso jure;

Instrumentis quietæ clamationis dicti Regis Norwagiæ super Insulis, penes Regem Scotiæ residentibus, in suo nichilominus robore duraturis.

21. Et sciendum est quod obligatio, de *TERRA ORCHADIÆ*, & de redditu centum Marcarum, tantùm habet locum à tempore transfretationis dictæ Domicellæ in Norwagiam, quousque dictus Rex Norwagiæ fuerit quatuordecim Annorum completorum; & solummodo in illum casum, si Rex Norwagiæ cum fuerit quatuordecim Annorum completorum, contra dictum Matrimonium reclamaverit, & illud noluerit ratificare & consummare.

22. Dictus vero Rex Scotiæ, nomine suo & filiæ suæ, ac Magnates Regni promiserunt, se artius obligando, quod omnia & singula, superiùs contenta, ex nunc rata & firma habebuntur, quousque

* II. 1082. * Rex Norwagiæ fuerit ætatis quatuordecim Annorum completorum.

23. Et, si contingat, quod absit, dictum Regem Scotiæ, vel filiam suam usque ad illud tempus, in aliquo contravenire, obligat ipse Rex Scotiæ se, & Hæredes suos, & Regnum Scotiæ, ad solvendum, & dandum dicto Regi Norwagiæ, & Hæredibus suis vel suis assignatis centum millia librarum, bonorum & legalium Sterlingorum, apud Civitatem Bergensem in Norwagia, nomine & ratione dampnorum, expensarum & interesse.

24. Obligavit etiam dictus Rex Scotiæ dicto Regi Norwagiæ (pro dampnis, expensis, & interesse in illum casum tantùm, si dicta filia Regis Scotiæ à dicto contractu resilierit, antequam dictus Rex Norwagiæ fuerit quatuordecim Annorum completorum, & matrimonium fuerit ratificatum) totam *MANNIAM* cum omni jure quod dictus Rex Scotiæ habet, vel habere poterit in eadem;

30. Item, promittunt fideliter dicti Procuratores & manucapiunt, quod Domina Regina, Mater dicti Regis Norwagiæ, & Magnates Regni Norwagiæ, qui super hoc contractu juraverunt, quamcitius præsentes haberi poterunt, in præsentia Nunciorum Regis Scotiæ juramenta sua, prius præstita, ratificabunt & omnia alia, hic contenta, secundum hujus scripturæ tenorem.

31. Dicti verò, Dominus Rex Scotiæ, & Domina Margareta filia sua, in præsentia Nunciorum Regis Norwagiæ, similiter ratificaverunt Sacramenta, per procuratores suos, videlicet, Dominum Robertum Lupellum Militem, & Magistrum Godefridum, in animas ipsorum in Norwagia præstita.

32. Item, ratificant omnia alia, in hoc Scripto contenta.

33. Item juraverunt, in præsentiâ prænominatorum Nunciorum Regis Norwagiæ,

Patricius Comes de Dunbar:	*Johannes Comin.*
Donewaldus Comes de Marr.	*Willielmus de Sulys*, tunc Justiciarius Laudon.
Gilbertus de Umfravill Comes de Aucgus.	* *Willielmus de Breyham*, & * II. 1083.
Walterus Comes de Menetheth,	*Patricius filius dicti Patricii Comitis de Dunbar,*
Duncanus Comes de Fif,	
Alexander Senescalius Scotiæ,	

Personaliter qui tunc coram Domino Rege consilio suo & dictis Nunciis Regis Norwagiæ, præsentes fuerunt;

Juraverunt etiam,

Alexander Comyn Comes de Bouchan. Constabularius Scotiæ, neonon
Maltsius Comes de Strathern,

In præsentia dictorum Nunciorum Regis Norwagiæ, per Procuratores suos, habentes ad hoc speciale mandatum, sicut patet in eorum litteris Patentibus inde confectis; videlicet,

Se curaturos & procuraturos quod omnia & singula ex parte illustris Principis Domini Alexandri, Dei gratiâ, Regis Scotiæ, & Nobilis Domicellæ filiæ suæ, super fœdere Matrimonii, inter Dominum Erycum Regem Norwagiæ & dictam Domicellam, promissa & conventa, firmiter & inviolabiliter observentur, prout in isto Instrumento pleniùs continetur, quousque dictus Dominus Rex Norwagiæ fuerit quatuordecim Annorum completorum, & matrimonium ratificaverit quantum in ipso est.

34. Præterea sciendum est quod

Vivenus Miles Frater Bernerii Militis,	*Andreas Petri,*
Johannes Filius Fuini,	*Elanus Arufinus,*
Isaac filius Gautonis,	*Auduenus de Slindon,*

Spontaneè & expressè consentientes, & tactis Sacrosanctis Euvangeliis, jurantes,

Promittunt, bona fide, quod in Scotiâ stabunt, tanquam obsides, ad voluntatem dicti Regis Scotiæ, nec à Regno Scotiæ, sine expressa licentia Domini Regis Scotiæ, recedent, quousque Rex Norwagiæ fuerit quatuordecim Annorum completorum, & matrimonium inter ipsum & dictam Margaretam ratificaverit, & quantùm in ipso est consummaverit.

Obli-

… que je, en tote vostre terre, feisse mettre en la date des chartres *REGNANTE PHILIPPO REGE FRANCIÆ*, e non pas *REGNANTE EDWARDO REGE ANGLIÆ*.

* II. 1084. * Et que le Rois cassoit, & pronuncioit por nules totes les chartres, qui contre ce feroient fetes, & que il defendist que ce ne se feist diluec en avant.

E, Sire, a ce je ne vous hobeir sanz vostre leve, e cest defendement fu allerz sein; & por ce que li Rois de France (sans que l'obeir, usoit des dates des Chartres, en vostre terre, a pres son defendement, aussi come devant) fu mout esmeutz, e manda a son Seneschal de Tolose que il feist encore la ditte defense:

Et que certains Notairs d'Agenois, qui avient feit aucunes chartes contre le dit defendement, les queles chartes li Rois de France e son conselh avoient veues, li ditz Seneschaus se feist balhier o avener a Paris a certein jor a fere sa volomte.

Les queus Notairs vindrent à Paris a cest Perlament, e, selonc semblant d'aucuns, il eussent este en grant perihl, se je neusse pris sur moi la desobeissence, en disant que je n'avoie feit nulh defendement.

E sur ce Sire je parlei au Roi, e a l'Abe Seint Denis, e a aucuns autres, si bien cum je poi, en priant qu'il i meissent le plus teinable attemprement qu'il porroient.

E lor mostre mout de chartes du Comte Raymon de Tholose, e du Comte Aufos Comte de Tholose e de Poities, qui furent, en la date des queles estoit contenu *REGNANTE RANDULPHO COMITE THOL. REGNANTE ALPHONSO COMITE THOL.*

E por ce que je a parssui aucune chose de lor volomte, je les fis aviser par autrui, qu'il se poist souffrir que lom escrit cest mot *REGNANTE*, e que lom deist *ACTUM FUIT EDWARDO REGE ANGLIÆ DUCE AQUITANIÆ*, e en ceste maniere fust samblantz qu'il ni eust pas si grant changement.

E, a la fin, après grant conselh, e grant debat eu sur ce, l'Abe Seint Denis, e aucun autre me respondirent, que il etoit acorde que la date des chartes fust tele, *ACTUM FUIT REGNANTE PHILIPPO REGE FRANCIÆ, EDWARDO REGE ANGLIÆ, TENENTE DUCATUM AQUITANIÆ.*

E que grant peine s'estoient acorde aucun du Conselh que l'om i feist mencion de nul por forque du Roi de France.

E ce me fu respondu, par le dit Abe, un poi avant que je recevise vostre letre, en la quele vos me commandietz simplement, que je feisse garder e tenir la date usee.

E por ce, Sire, que je ve vostre letre, je vos faez ce a savoir que vos si hastivement, com vos porretz, en aucune maniere sur ce me mandetz vostre volomte; quar, Sire, aussi tost cum je sere retornetz, je pais, si l'om fait contre le dit ordenement, la Cort dira que ce est contre lor comandement, e contre lor restz.

E, Sire, sachietz que por ceste doute l'om ne fist charte en Agenois, de la Feste Seint Nicholas dernier, jusques aujordui, ni fera jusque a tant quil aient sur ce aucun defendement, o comandement de moi; la quele chose est a grant domage de tote la terre.

Et sur ce fatz vos plus a savoir que par votz lettres, qe vos avetz envoie, que li Balhif s'a content a mestre Adam de Norffolk, e asoi delivrer li Balhent, ce que l'om trovera que il doient; por ce que les issues de la terre ne pueent pas fornir totes les charges

… quod ei meliori modo quo possetis muniretis; unde de hiis, quæ in partibus illis de nostro perquirere poteritis, munitioni faciatis in eisdem; quia tam pro guerra nostra Walliæ, quàm pro aliis necessariis, quæ nobis incumbunt, pecuniam ad hoc vobis ad præsens transmittere non valemus.

De draperiâ autem apud Burdegal. faciendâ, memoriter credimus vos tenere quod tam ore, quàm literis vobis alias injunximus, quod cum Civibus nostris Burdegal. tractatum & colloquium haberetis super commoditate, quam nobis accrescere poterit in hac parte, & certitudine perpetuâ nobis inde faciendâ.

De quibus adhuc nos nullatenus certioratis, per quod tamen eis super hoc, prout expedire videritis, colloquium habeatis; quia de nostro circa hoc aliquid apponere consilium non habemus, quousque de commodo & ejusdem securitate nobis constiterit evidenter; extunc enim consilium habebimus quid circa hoc facere nobis fuerit oportunum.

Cæterum, qualiter terra nostra Vascon. feodis & elemosinis oneratur, satis sumus certi; nichilominus tamen alii exinde proveniunt exitus & commoda, de quibus ea, quæ nobis incumbunt ibidem, vos posse sustentari credimus condecenter.

Teste Rege apud Rothelan. 21. die Julii.

De Militibus in auxilium Alfonsi Regis Castellæ destinatis.

EDwardus, Dei gratiâ, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, & Dux Aquitanniæ, dilecto Consanguineo, & fideli suo, Gastoni Vicecomiti Biern. salutem. Ann. D. 1282. An. 11. E. 1. Ex Autogr.

Quia intelleximus quod quidam, de terrâ Sororii nostri karissimi Domini Regis Castellæ, nequiter insurrexerunt in ipsum, & contra fidelitatis suæ debitum infideliter se gesserunt:

Idemque noster Sororius nos rogavit quod sibi contra eos auxilium faceremus;

Nos, inspecto quod eidem propter fœdus, inter ipsum &, bonæ memoriæ, Dominum H. Regem Patrem nostrum contractum (quo idem Pater noster se & Hæredes suos astrinxit) & etiam propter affinitatem inter nos & ipsum, ratione sororis suæ, quam duximus, contractam, ut scitis, deesse non possumus in hac parte; de gente nostrâ Vasconiæ sibi duximus succurrendum.

Et, quia vos dicto Domini Regi similiter estis ex diversis causis & rationibus obligati, & ipse de vobis gessit hactenus plenam fiduciam,

Vos rogamus quatinus præparetis vos ad subsidium ei nostro nomine faciendum, & de centum militibus, de terrâ nostrâ Vasconiæ & Agen. faciatis ad nostra stipendia provideri, ducendis vobiscum in auxilium dicto Regi per vias & loca quæ providerit, & quando vobis super hoc duxerit demandandum.

Et, quia non credimus vos multùm in pecuniâ habundare, nos aliquem de fidelibus nostris vobis transmittemus, qui vobis & Militibus illis liberabit stipendia, vice nostrâ.

Datum apud Rothelan. vicesimo secundo die Decembris, anno Regni nostri undecimo.

Rex respondet Regi Castellæ super negotiis per Galfridum Notarium sibi expositis.

Ann. D. 1282. An. 11. E. 1. Ex Protocollo in Tur. MAgnifico Principi, & Sororio suo karissimo, Domino A. Dei gratiâ, Castellæ, Toleti, Legionis, Galleciæ, Sibiliæ, Cordubiæ, Murciæ, Giennæ, & Algarbiæ Regi illustri, E. eadem gratiâ, Rex Angliæ, &c. & fraternæ dilectionis amplexum, ac felices ad vota successus.

Noverit vestra Magnificentia nos, & Reginam nostram Sororem vestram, liberosque nostros plenâ vigere corporis sanitate; gaudentes in inmensum super eo quod, Magistro Galfrido de Everle, Clerico vestro & nostro, referente, didicimus vos consimili gaudere sanitate.

Et, quia opinamur quod diversi, diversa forsan cogitantes, referent vobis diversa super visione & mutuo colloquio Domini Regis Franciæ & nostro nuper apud Ambianum:

Fraternitatem vestram omni, quo possumus, affectu rogamus, quatinus, si quæ sinistra, vel Serenitati vestræ displicitura, vobis relata fuerint super visione & colloquio prædicto, nullatenus eis credatis, nec in aliquo inde turbetur cor vestrum;

Quum dilectus Avunculus & fidelis noster W. de Valencia, Comes Pembrochiæ, & alii Nuncii, quos ad vestram præsentiam destinamus, prout aliàs vobis significavimus, vobis plenariè exponent omnia ea, quæ facta fuerunt inter nos, & causam visionis prædictæ.

Per ipsorum etiam expositionem, plenariè scictis responsionem verborum vestrorum, quæ posuistis in ore Clerici vestri & nostri memorati, nobis referendorum; vestræ fraternitati supplicantes ut, Nunciis nostris prædictis favorabiliter auditis, dictis eorum firmiter credatis, & exposita, intuitu Dei & nostri, effectui mancipare curetis;

Quæ si feceritis, credimus quod expediat honori vestro & utilitati totius Christianitatis.

* II. 1087. * De deductu nostro Girofalconum nostrorum, mittimus vobis quatuor Girofalcones grisos; quorum duo apti sunt & instructi ad grues & heruncellos; & residuos coaptare velitis pro vestrâ voluntate.

De albis verò Girofalconibus, amisimus jam novem; ita quod nullum album ad præsens habemus.

Misimus tamen Nuncios nostros Norwagiam, pro hujusmodi Girofalconibus quærendis.

Palefridas quidem vestros vobis non mittimus ad præsens, quìm, si Dominus permiserit fieri personaliter adinvicem nos videre, eos nobiscum ducemus, unà cum albis Girofalconibus, si qui ad nos interim reportentur.

Ad Constantiam Reginam Aragoniæ Responsio Regis.

Ann. D. 1283. An. 11. E. 1. Ex Autogr. EDwardus, Dei gratiâ, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, & Dux Aquitanniæ, Serenissimæ Dominæ & benivolæ suæ, karissimæ Dominæ Constantiæ, eâdem gratiâ, Reginæ Aragoniæ illustri, salutem & integerimæ dilectionis & Amicitiæ continuum incrementum.

Veniens ad nos, cum litteris vestris de Credentiâ, vir discretus, Magister Arnaldus de Rexaco, Canonicus Valenc. ex parte vestrâ

requeit jamais por nul, quant il sont deus ensi; mes bien coveigne l'Apostole. Ex Autogr.

Endreit de ma besogne de Provins, sachez, Sire, que la chose est terminee en forme de peis; la quel peis je vos eusse mandee par escrit, mes je lei leisse por ce, que ele est bien longue: Je l'envoi en escrit a Madame ma mere, qui la vos mosterra bien, se il la vos plesoit veoir.

Endroit de la besogne de Raulin, de Kemller, & de Jehan de Vaus, sachez, Sire, que je en parlei a lor amis, por avoir eut leur consail; & il loent que la besogne prengne onkore delai, & vaut meuz que ele soit mostree autrefoiz que ore, par bones resons: les quels il vos mosterront; Por la quel chose la besogne n'est pas onkore mostree.

* Sire, il vos sorvent ben, que je vos requis, par letre, & par boche, que vos me voussissez prester mon Sire Otes de Granzon, por aider mes besognes, es quels je auroie mestier de son consaill; & onkore vos pri, si vos plest, que vos le me prestez un poi de tens; li quels revendra a vos a vostre pleisir. * II. 1088.

Et je vos pri que de ceste requeste, que je voz faz, me mandez vestre volente, par mon messager

A Dieu soiez commande.

Donnees a Paris, le jour de Sainte Margar.

Litera Philippi Comitis Sabaudiæ de Credentia, & pro Auxilio habendo.

EXcellentissimo viro, & Domino suo karissimo, Domino E. Dei gratiâ, illustri Regi Angliæ, Domino Yberniæ, & Duci Aquitaniæ, Philippus Comes Sabaudiæ, salutem, & se semper paratum in omnibus ad sua beneplacita & mandata. Ann. D. 1284. An. 12. E. 1. Ex Autogr.

Cupientes de felici statu vestro (quem Jehu Christus sua Clementia prosperum semper faciat & jocundum) bonos & certos rumores audire frequentius; Serenitatem vestram requirimus & rogamus, quatinus de eodem statu vestro nos reddatis, per latorem præsentium, si placeat, certiores; nam, quotienscumque de felicitate vestrâ nobis prospera nunciantur, quamplurimum efficimur lætiores.

Si quid autem est, quod vobis velitis nos facturos, nobis præcipiatis; quum voluntatem vestram & beneplacitum parati sumus, & semper erimus, in omnibus pro viribus adimplere, tanquam pro Domino speciali.

Sanè ad vos mittimus dilectum Capellanum nostrum, Dominum Gregorium, latorem præsentium, pro negotiis & necessitatibus nostris vobis exponendis;

Dominationi vestræ supplicantes ut ea, quæ de negotiis nostris vobis exposuerit, audire vobis placeat: Et nobis in ipsis negotiis & necessitatibus instantibus subvenire; necnon præbere consilium, auxilium & juvamen.

Porrò, si de statu nostro rumores vobis audire placeat, noverit Dominatio vestra quod, quantum ad corpus, sumus in satis bono statu, divinâ gratiâ concedente.

Valeat bene & diu.

Datum die Veneris post quindenam Penthec. apud Montem Mel.

Lite;

1280. An. 14. E. 1. Ex Autogr. ... Edwardo, Dei gratia, Regi Angliæ illustri, Duci Aquitaniæ, & Domino Hiberniæ, Ericus, eadem gratiâ, Rex Norwegiæ, salutem & dilectionis sinceræ affectum, cum gloriæ & Honoris incrementis.

Quòm Nuncios nostros, ad vos in æstate proximâ præteritâ destinatos, multùm honorifice, non solum in curia . . . . set etiam alibi per Regnum vestrum recepistis, & pertractari fecistis; nec non & pro litteris, mutuæ societatis & amicitiæ inter vos & nos, transmissis, vestræ fraternitatis excellentiæ grates referimus speciales; attentius deprecantes ut confœderationes & amicitias antiquas, inter Progenitores vestros & nostros initas, & fideliter observatas, ... nos innovatas, observare velitis cum effectu, scituri nos easdem vice mutua firmiter servaturos.

Hinc est quod vestræ significamus magnificentiæ, quod minime . . . . quod Theotonici, quos nos & nostri Progenitores semper fovimus & plurimis privilegiis ac emunitatibus munivimus, Regnum nostrum conjurati in hac æstate intelleximus invadere disponunt;

De quorum invasionibus in Regno nostro nichil penitùs curamus, dummodo insidiæ eorum furtivæ, quas per piratas in lateribus maris contra transfretantes ad Regnum vestrum, & ad alia Regna facere proponunt, valeant coherceri.

Quare Excellentiam vestram requirimus & rogamus, quatinus omnes tales insidiantes ac Regni comodum inpedientes, quas sub ditione vestrâ repperiri contigerit, brachio potenciæ vestræ, amoris nostri intuitu, cohibere velitis; & nos in simili casu, vel majori, si emerserit, absque tergiversatione, vobis & vestris assistemus.

Voluntatem igitur vestram in hiis & aliis, unà cum statu vestro, & Regni per Dominum . . . . . exhibitorem præsentium, dilectum ac fidelem nostrum, vel per primos intervenientes nobis significare curetis.

Scientes quod nos, in recessu præsentium, benedicto altissimo, eramus in bono statu, quod de vobis, & vestris scire volumus & optamus.

Valeat vestra Magnificentia per tempora diuturna.

Teste meipso script. Bergis. Nonas Martii anno Regni.

Amadeus Comes Sabandiæ gratias agit Regi super Cura sua pro Terra Sabaudia, & persona Comitis.

Ann. D. 1286. An. 14. E. 1. Ex Autogr. A Tres haut & puissant Segnor, Mon trechier Segnor, Mon Sire Edward, par la grace de Deu, Roi d'Angleterre, Segnor d'Irlande, & Duc d'Aquitayne, li siens liges Ames de Savoe, son service, honor & reverence.

Sire, mult grant merci de toz biens, & de toz honors, que fait m'avez & feroiz, vos plait; & nomeement de la grant peine, que vos portes par vos, & par les vostres, por l'estat de la terre de Savoe, & especialment por ma parsone.

Sire, de mon Estat vos saura bien certifier Mastre Jehanz de Lasci vestre Clers, qui loialment & peniblement se travalle en les besoingnnes toz jors.

Me comandez, Comment a celi qui est toz vostres.

Don. a Belois, le Vandredi Saint devant Pasques.

Sancti Andreæ in Scotia Minister Humilis, salutem & felices ad vota successus, cum incremento gloriæ & honoris.

Sicut in præsentiâ vestrâ nuper extitit ordinatum, convenerunt Nuncii Scotiæ, qui fuerant vobis missi, necnon & aliqui proceres Regni Scotiæ apud Perth. Dominica proxima post Festum beati Michaelis Archangeli, ad audiendum responsum vestrum super his, quæ petita & tractata fuerunt per Nuncios Scotiæ coram vobis:

Quo responso vestro audito & intellecto, fideles proceres, & quædam pars Communitatis Regni Scotiæ, Celsitudini vestræ immensas referebant gratiarum actiones.

Prædicti vero Nuncii vestri & nos deinde, versus partes Orcadiæ, ad tractandum cum Nunciis Norwagiæ, ad recipiendum Dominam nostram Reginam, gressus nostros aripere disposuimus, & ad hoc paravimus iter nostrum.

Set insonuit in populo dolorosus rumor, quod dicta Domina nostra debuit esse mortua; propter quod Regnum Scotiæ est turbatum, & Communitas disperata.

Audito etiam & publicato rumore prædicto, Dominus Robertus de Brus, qui prius non intendebat venire ad congregationem prænominatam, cum magnâ potentiâ, ad interpellationem quorumdam, ibidem venit; set quid intendit facere, vel qualiter operari adhuc ignoramus.

Set Comites tamen de Marr. & Atholiæ jam eorum exercitum demandârunt: Et quidem alii Magnates terræ trahunt se ad partem suam; & idcirco timetur de gerra communi, & magna strage hominum, nisi altissimus, per industriam & ministerium vestrum, festinum remedium apponat.

* Domini, Episcopus Dunelmensis, Com. Warenniæ, & nos audivimus postmodum quod Domina nostra prædicta convaluit de infirmitate suâ, set adhuc est debilis: Et idcirco inter nos ordinavimus prope partes de Perth. moram trahere, quousque per Milites, qui sunt in Orchadiam missi, de statu ipsius Dominæ nostræ, utinam prospero & felici! certitudinem habeamus. * II. 1091.

Et, si de ipsa optatos habuerimus rumores, quos de die in diem expectamus, ad partes illas, prout ordinatum est, parati erimus proficisci, ad perficiendum, pro posse nostro, negotium memoratum.

Si Dominus Johannes de Balliolo venerit ad præsentiam vestram, consulimus quod cum ipso tractare curetis, ita quod in omni eventu honor vester & commodum conserventur.

Si vero contingat Dominam nostram prædictam ab hâc luce migrâsse (quod absit) dignetur, si placet, vestra Excellentia versus Marchiam, ad consolationem Populi Scoticani, & ut effusioni sanguinis parcatur, appropinquare; ita quod fideles Regni suum possint Sacramentum conservare illæsum, & illum præficere in Regem, qui de jure debeat hæreditare; dum tamen ille vestro consilio voluerit adhærere.

Valeat Excellencia vestra per tempora diuturna, prospera & felicia.

Dat. apud Locris, die Sabati, in crastino Sanctæ fidis Virginis, anno Domini 1290.

Dors.

Domino Edwardo, Dei gratiâ, Regi Angliæ, Domino Yberniæ, & Duci Acquitaniæ illustri, per Episcopum Sancti Andreæ in Scotiâ.

Li-

Claus. 1. E. 2. m. 18. d. le Roie, qui ore est, qui Deu gard, qe sa Pees soit tenue, & gardee per son Roialme, & tot son Poer.

Et defendoms à totes gentz, depar lui, que nul ne face chose, que encountre sa Pees soit, sur la forfeiture & le peril que i apent.

Petrus de Gavaston, mense penultimo, in Exilium ab Edwardo Rege relegatus, a Rege Filio revocatus, necdum reversus donatur toto Cornubiæ Comitatu; cum aliis Terris, Maneriis, Castris, Villis, Hundredis, & honoribus bene multis.

Ann. D. 1307. REX Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Prioribus, Comitibus, Baronibus, Justiciariis, Vicecomitibus, Præpositis, Ministris, & omnibus Ballivis, & fidelibus suis salutem.

An. 1. E. 2. Cart. An. 1. E. 2. n. 24. Sciatis nos dedisse, concessisse, & hac cartâ nostrâ confirmasse dilecto & fideli nostro, Petro de Gavaston, Militi, totum Comitatum nostrum Cornubiæ, cum Castris, Villis, Maneriis, Hundredis, Dominiis, Homagiis, & Servitiis libere tenentium, redditibus, villenagiis, villanis, eorum catallis & sequelis, feodis militum, advocationibus Ecclesiarum, Abbathiarum, Prioratuum, Hospitalium, Capellaniarum, Feriis, Mercatis, Warennis, Wrecco Maris, & omnibus aliis libertatibus, liberis consuetudinibus, juribus, & aliis rebus quibuscunque, ad prædictum Comitatum spectantibus: Ac etiam officium Vicecomitis dicti Comitatûs, Stagnariam, & omnes mineras stagminis & plumbi, quæ fuerunt Edmundi, quondam Comitis Cornubiæ, in Comitatu prædicto.

Dedimus etiam, & concessimus præfato Petro Castrum nostrum & Manerium de Lideford, cum pertinentiis:

Totam Moram & liberam Chaceam de Dertemore cum pertinentibus:

Villam Exon. cum pertinentibus:

Castrum, Villam & honorem de Knaresburgh, cum Libera Chacea de Knaresburgh, & omnibus aliis pertinentiis suis:

Maneria de Routheclyf & Aldburgh. cum membris & aliis pertinentiis:

Castrum, Villam & honorem de Walyngeford, cum pertinentiis:

Manerium de Watlington, cum pertinentiis:

* III. 2. * Manerium de Bensyngton, cum pertinentiis:

Quatuor Hundreda & dimidium Cistriæ, cum pertinentiis:

Honorem de Sancto Valerico, cum pertinentiis:

Manerium de Beckeleye, cum Membris & aliis pertinentiis suis:

Castrum & Manerium de Mere, cum Membris & aliis pertinentiis suis:

Villam Cicestriæ, cum pertinentiis:

Manerium de Neuport juxta Walden, cum Membris & aliis pertinentiis suis:

Villam de Wilton, cum pertinentiis:

Manerium de Cosham, cum pertinentiis; & centum Libratas redditûs de Manerio de Lychelad, per manus Abbatis de Hayles & successorum suorum annuatim percipiendas, cum toto servitio ejusdem Abbatis, & successorum suorum prædictorum, indè debito:

Ac etiam omnia alia Castra, Villas, Maneria, terras & tenementa, quæ præfatus Edmundus habuit & tenuit, die obitûs sui, de perquisito suo, & Antecessorum suorum, tam de donis & concessionibus Progenitorum nostrorum quondam Regum Angliæ, quàm aliorum quorumcunque, in quibuscunque Comitatibus Angliæ, cum Dominicis, Homagiis, servitiis liberè tenentium, redditibus, Villenagiis, Villanis eorum,

HABENDA ET TENENDA eidem Petro, & hæredibus suis, de nobis, & hæredibus nostris, cum omnibus ad prædicta, Comitatum, Castra, Maneria, Villas, Honores, Terras & Tenementa, Hundreda, Officium Vicecomitis, Stagnariam, Mineras & Chaceas pertinentibus, sicut prædictum est, IMPERPETUUM, adeò integrè sicut præfatus Edmundus ea tenuit die obitûs sui, & sicut ad manus, celebris memoriæ, Domini E. quondam Regis Angliæ, Patris nostri devenerunt;

FACIENDO nobis & hæredibus nostris servitium feodorum trium Militum, pro omni servitio ad nos & hæredes nostros indè pertinente.

Întereà concessimus eidem Petro, quod omnia Castra, Maneria, Villæ, Honores, Terræ, Tenementa, Redditus & Hundreda, & Officium Vicecomitis Ruteland, cum feodis Militum, advocationibus Ecclesiarum, Abbathiarum, Prioratuum, Hospitalium, Capellaniarum, servitiis liberè tenentium, Villenagiis, Villanis eorum, Catallis & sequelis, Feriis, Mercatis, Warennis, Wrecco Maris, & omnibus aliis libertatibus, liberis consuetudinibus, juribus & aliis pertinentiis suis quibuscunque, quæ Margareta, quæ fuit Uxor prædicti Edmundi, tenet in dotem de hæreditate nostrâ, & quæ, post mortem ejusdem Margaretæ, ad nos, vel hæredes nostros reverti deberent, post decessum ejusdem Margaretæ, præfato Petro & hæredibus suis remaneant IMPERPETUUM.

Et insuper concessimus eidem Petro, quod centum solidatæ redditûs, quas Willielmus le Ken, ad vitam suam: Et centum solidatæ redditûs, quas Philippus de Kant, ad vitam suam: Et decem Marcatæ redditûs, quas Henricus de Cicestr. ad vitam suam, per manus Majoris & Communitatis Londoniarum, ex dono & concessione prædicti Edmundi percipiunt, de quodam redditu quinquaginta librarum de ripa Reginæ London. debito, & quæ post mortem prædictorum, Willielmi, Philippi & Henrici, ad nos & hæredes nostros similiter reverti deberent, post decessum prædictorum, Willielmi, Philippi & Henrici, remaneant eidem Petro & hæredibus suis IMPERPETUUM.

HABENDA ET TENENDA eidem Petro, & hæredibus suis, de nobis, & hæredibus nostris, simul cum prædictis, Comitatu, Castris, Maneriis, Villis, Honoribus, Hundredis, Redditibus, Officiis Vicecomitum, Stagnariis & Mineris, & aliis quibuscunque prænominatis, per servitium supradictum.

Volumus etiam & concedimus, pro nobis, & hæredibus nostris, quòd præfatus Petrus & hæredes sui IMPERPETUUM, habeant in prædictis, Comitatu, Castris, Maneriis, Villis, Honoribus, Hundredis, redditibus, Dominicis, Officiis Vicecomitum, Chaceis, Stagnariis, Mineris, & aliis supradictis quibuscunque, omnes libertates, & liberas consuetudines, quas præfatus Edmundus, die obitûs sui, habuit, & quibus usus fuit in eisdem, & libertatibus, & liberis consuetudinibus prædictis plenè gaudeant & utantur.

Quare volumus & firmiter præcipimus, pro nobis, & hæredibus nostris, quòd prædictus Petrus habeat & teneat, de nobis, & hæredibus nostris, sibi & hæredibus suis, prædictum Comitatum * Cornubiæ cum Castris, Villis, Maneriis, Hundredis, Dominiis, Homagiis & Servitiis liberè Tenentium, Redditibus, Villenagiis, Villanis eorum, Catallis & sequelis, feodis Militum, Advocationibus Ecclesiarum, Abbathiarum, Prioratuum, Hospitalium, & Capellaniarum, Feriis, Mercatis, Warennis, Wrecco Maris, & omnibus aliis libertatibus, liberis consuetudinibus, juribus, & aliis rebus quibuscunque, ad prædictum Comitatum spectantibus: * III. 3.

Ac etiam Officium Vicecomitis dicti Comitatus, Stagnariam & omnes Mineras Stagminis & Plumbi, quæ fuerunt Edmundi quondam Comitis Cornubiæ in Comitatu prædicto:

Ac

vel hæredes nostros reverti deberent, post decessum ejusdem Margaretæ, præfato Petro & hæredibus suis remaneant IMPERPETUUM.

Et quod centum solidatæ redditûs, quas Willielmus le Ken ad vitam suam: & centum solidatæ redditus, quas Philippus de Kantia, ad vitam suam: Et decem Mercatæ redditûs, quas Henricus de Cycestr. ad vitam suam, per manus Majoris & Communitatis London. ex dono & concessione prædicti Edmundi percipiunt, ut prædicitur; & quæ post mortem prædictorum, Willielmi, Philippi & Henrici, ad nos & hæredes nostros similiter reverti deberent, post decessum prædictorum, Willielmi, Philippi & Henrici, remaneant eidem Petro & hæredibus suis IMPERPETUUM,

Simul cum prædictis, Comitatu, Castris, Maneriis, Villis, Honoribus, Hundredis, redditibus, Officiis Vicecomitum, Stagnariis, & Mineris, & aliis supradictis quibuscunque, per servitium supradictum.

Volumus insuper & firmiter præcipimus, pro nobis & hæredibus nostris, quod prædictus Petrus & hæredes sui IMPERPETUUM habeant in prædictis Castris, Maneriis, Villis, Honoribus, Hundredis, redditibus, Dominiis, Officiis Vicecomitum, Chaciis, Stagnariis, Mineris, & aliis quibuscunque prænominatis, omnes libertates, & liberas consuetudines, quas præfatus Edmundus, die obitûs sui, habuit, & quibus usus fuit in eisdem, sicut prædictum est.

* III. 4. * Hiis Testibus.

Henrico de Lacy Comite Linc.
Thoma Comite Lancastriæ.
Johanne de Warenna, Comite Surr.
Humfrido de Bouhun, Comite Hereford & Essex & Constabulario Angliæ.
Edmundo Comite de Arundel.
Johanne de Britannia, Comite Richemund.
Adomaro de Valentia, & aliis.

Dat. per manum nostram apud Dumfres, 6. die Augusti, anno regni nostri primo.

Pro Petro de Gavaston, super donatione prædicta.

Ann. D. 1307. An. 1. E. 2. P. 1. E. 2. p. 1. m. 17.

REX dilecto sibi in Christo Abbati de Hales, salutem.

Cum, per Cartam nostram, dederimus & concesserimus dilecto & fideli nostro, Petro de Gavaston militi, Comitatum Cornubiæ, cum pertinentiis, necnon omnia & singula maneria, terras & tenementa quæ Edmundus, quondam Comes Cornubiæ habuit in quibuscumque Comitatibus Angliæ, prout in Cartâ nostrâ prædictâ pleniùs continetur:

Vobis mandamus quod eidem Petro de quinquaginta Libris annuis, quas debetis pro Villa de Lichelade, quæ fuit prædicti Edmundi, & quam ad feodi firmam tenetis annuatim solvendam tanquam Domino vestro, sitis de cætero intendentes & respondentes.

Teste Rege apud Dumfres, sexto die Augusti.

Ac postmodum per venerabilem fratrem Nicholaum Episcopum Ostien. munus consecrationis impendi:

Et subsequenter Pallium, de corpore beati Petri sumptum, insigne, videlicet, * Pontificalis officii, ab eodem Waltero cum eâ, quâ decuit, instantiâ postulatum, per dilectum filium nostrum Landulfum, Sancti Angeli Diaconum Cardinalem, sibi fecimus exhiberi; * III. 5.

Firmâ spe, fiduciâque concepta, quod eadem Ecclesia, sub suo felici regimine, dexterâ Domini sibi assistente propitiâ, salubriter & prosperè dirigetur, & grata suscipiet incrementa.

Quocirca magnificentiam tuam rogamus & hortamur attentè, quatinus eundem Archiepiscopum, & commissam sibi Ecclesiam habens, pro divina dictæ sedis, & nostrâ reverentiâ propensiùs commendatos, dicto Archiepiscopo Regalia dictæ Ecclesiæ, quæ per, claræ memoriæ, Edvardum Regem Angliæ, Patrem tuum, dum viveret, tempore vacationis ipsius Ecclesiæ, detenta fuisse, & nunc per te detineri dicuntur, sine qualibet difficultate restituas.

Teque aliàs exhibeas Archiepiscopo prædicto benivolum, & in cunctis ejus oportunitatibus gratiosum; ita quod ipse, tuo favore suffultus, commissum sibi dictæ Ecclesiæ regimen possit salubriter exercere, tuque proinde concrescas meritis apud Deum, apud nos gratiâ, & apud fidelium populos clarâ famâ.

Dat. Pictavis, 8. Idus Augusti, Pontificatûs nostri Anno secundo.

G. Pro fratre Card. Eustach.

Sigillo avulso.

Ad Papæ Litteras de condolentia Responsio Regis.

SAnctissimo in Christo Patri, Domino C. Divinâ providentiâ, Sacrosanctæ Romanæ ac Universalis Ecclesiæ summo Pontifici, Edwardus, Dei gratiâ, &c. devota pedum oscula beatorum. Ann. D. 1307. An. 1. E. 2.

De sinceræ dilectionis affectu, quem erga claræ memoriæ Dominum genitorem nostrum vos realiter habuisse comperimus: necnon de litteris, quas nobis vestra benignitas destinavit, & quas, prout decuit, recepimus reverenter; per quas siquidem nostra præcordia, occasione obitûs memorati genitoris nostri, non levi dolore concussa, plurimùm confortastis: & etiam de eo, quod favoribus & auxiliis oportunis nos confovere vestra Sancta paternitas pollicitare curavit; Sanctitati vestræ grates referimus quas valemus. Rot. Rom. 1 E. 2. m. 13.

Vestræ Clementiæ intimantes, quod instructionibus & documentis vestris, in eisdem litteris comprehensis, vestrisque beneplacitis parere parati sumus, ut tenemur, etiam prout ex alto nobis fuerit inspiratum.

Conservet vos altissimus, ad regimen Ecclesiæ suæ Sanctæ, per tempora prospera & longæva.

Dat. &c. apud Comenock, 21. die Augusti.

Litteras etiam, per quas eidem Regi Franciæ scribimus quod restitutionem dicti Castri, faciendam per eum, nostro nomine, Senescallo prædicto, ita ratam & acceptam habere proponimus, ac si personæ nostræ fieret speciali:

Et alias litteras, per quas Augero præfato remittimus omnem rancorem, & ea omnia, quæ in indignationem nostram, occasione guerræ, inter memoratum Regem & Dominum genitorem nostrum motæ, forsitan attemptavit.

Quas dignetur Sanctitas vestra eorum singulis, prout ad bonum prædictæ pacis expedire cognoverit, facere assignari;

Præcipiendo nobis aliàs, sicut obedientiæ filio, parato semper in omnibus Sanctitatis vestræ beneplacitis humiliter obedire.

Conservet vos Altissimus, ad regimen Ecclesiæ suæ Sanctæ, per tempora prospera & longæva.

Dat. apud Comenock, vicesimo primo die Augusti.

Ad Regem Franciæ, super Castro Malileonis recipiendo.

Ann. D. 1307. An. 1. E. 2. Rot. Rom. 1. E. 2. m. 13.

SErenissimo Principi, Domino ac patri suo karissimo, Domino Philippo, Dei gratiâ, Regi Franciæ Illustri, Edwardus, &c. salutem & felices ad vota successus.

Super tractatibus complendæ pacis & reformandæ concordiæ, olim inter vos & bonæ memoriæ Dominum patrem nostrum habitis, cupientes ut ea, quæ, ipso vivente, minimè potuerunt expediri, per nos, auctore Domino, compleantur,

Senescallo nostro Vasconiæ recipiendi a vobis, nostro nomine, & pro nobis, Castrum Malileonis, & alia Castra in Dominio Senle existentia, cum omnibus juribus & pertinentiis suis, plenam & liberam per alias litteras nostras concessimus potestatem.

Quo quidem Castro, eidem Senescallo, nostro nomine restituto, perinde pacati erimus & contenti, ac si ipsa restitutio nostræ personæ fieret speciali.

Dat. apud Comenock, vicesimo primo die Augusti.

De Inhibitione Torneamentorum.

Ann. D. 1307. An. 1. E. 2. Claus. 1. E. 2. m. 19. d.

REX Vicecomiti Northampt. salutem.

Præcipimus tibi, firmiter injungentes, quod statim, visis præsentibus, per totam Ballivam tuam, in locis, ubi meliùs expedire videris, publicè facias proclamari, & ex parte nostrâ firmiter inhiberi, nè quis proclamationem torneamentorum, justarum, burdeuciarum, seu aliorum factorum armorum infra regnum nostrum facere: seu torneare, justas, seu burdeucias facere, aventuras quærere, seu aliàs ad arma ire præsumat quoquo modo, sine nostrâ licentiâ speciali.

Et, si quos, post hujusmodi inhibitionem, talia inveneris perpetrantes; tunc eos, sine dilatione, arestari facias, donec tibi invenerint bonam & sufficientem securitatem de respondendo nobis de transgressione illa, cum versus eos volumus indè loqui.

Et, si qui illorum hujusmodi securitatem tibi non poterunt invenire, tunc eos in prisonâ nostrâ salvò custodias, donec aliud a nobis inde habueris in mandatis.

Teste Rege apud Comenock, vicesimo sexto die Augusti.

Consimiles literæ diriguntur omnibus Vicecomitibus per Angliam.

m.

Don souz nostre prive Seal à Commenok, le 28. jour d'August, l'An de nostre Regne Premer.

A. de Valentia Custos Scotiæ.

EDwardus, Dei gratiâ, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, & Dux Aquitaniæ, Episcopis, Abbatibus, Prioribus, Comitibus, Baronibus, Militibus, liberè tenentibus, & omnibus aliis Ballivis & fidelibus suis, ad quos præsentes litteræ pervenerint, salutem. Ann. D. 1307. An. 1. E. 2. Ex Orig. Penes Camer.

Cùm assignaverimus dilectum & fidelem nostrum, Adomarum de Valentia, Custodem & locum nostrum tenentem in Scotiâ, quamdiu nobis placuerit,

Vobis, omnibus & singulis, mandamus, firmiter injungentes, quod eidem Adomaro in omnibus, quæ ad custodiam terræ prædictæ pertinent, intendentes sitis, obedientes & respondentes.

In cujus rei testimonium has litteras nostras fieri fecimus patentes.

Dat. sub sigillo nostro Scotiæ, apud Tynewald, 30. die Augusti, Anno Regni nostri primo.

Pro Radulfo de Monte Hermerii.

REX Omnibus, ad quos, &c. salutem. Ann. D. 1307. An. 1. E. 2. P. 1. E. 2. p. 1. m. 19.

Sciatis quod cum, celebris memoriæ, Dominus E. quondam Rex Angliæ, Pater noster, pro redditione, quam dilectus & fidelis noster Radulphus de Monte Hermerii fecit eidem Patri nostro de Comitatu Atholiæ in Scotia, cum terris & tenementis, pertinentibus ad eundem, quæ idem Radulphus habit ex dono dicti Patris nostri,

Concesserit eidem Radulpho quinque milia Marcarum, in auxilium, ad mille Marcatas Terræ per Annum inde emend. ad suam & Liberorum, inter ipsum & Johannam, quondam consortem suam, sororem nostram, jam defunctam, procreatorum, sustentationem,

Et in partem solutionis eorumdem * quinque milium Marcarum, concesserit ei custodiam omnium Terrarum & Tenementorum in Wallia, & in Marchia Walliæ, quæ per mortem prædictæ Johannæ, & ratione minoris ætatis Gilberti, filii & hæredis Gilberti de Clare, quondam Comitis Gloucestriæ & Hertfordiæ, in manu dicti Patris nostri extiterunt, habendam usque ad legitimam ætatem prædicti Gilberti, * III. 8.

Ac prædictus Radulphus terras & tenementa prædicta jam reddiderit in manus nostras:

Nos, Volentes eidem Radulpho satisfacere de quinque milibus Marcarum prædictarum, concessimus ei, pro eisdem quinque milibus Marcarum, quinque milia Marcarum percipiendarum ad Scaccarium nostrum; videlicet, quingentas Marcas ad Scaccarium nostrum Sancti Michaelis proximò futurum, & quingentas Marcas ad Scaccarium nostrum Paschæ proximò sequens, & sic de Anno in Annum, ad eosdem terminos, mille Marcas quousque eidem Radulpho, de prædictis quinque milibus Marcarum, ibidem plenarie fuerit satisfactum.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Dalgernok, 30. die Augusti,

Per breve de privato Sigillo.

Pro

Et mandatum est Vicecomiti Glouc. quod eidem Radulpho omnia bona & catalla sua, occasione debitorum prædictorum, per ipsum in manus ipsius Regis capta, & etiam, si quid, eadem occasione, levari fecerit, sine dilatione restituat; ipsum Radulphum inde, contra tenorem, &c. non gravans in aliquo, seu molestans.

Teste Rege ut supra.

Pro Antonio Beck, de libertate Ecclesiæ Dunelmensi restituta.

Ann. D. 1307. An. 1. E. 2. Pat. 1. E. 2. p. 1. m. 21 III. 9.

REX omnibus, ad quos præsentes literæ pervenerint, salutem.
Sciatis quod, cùm libertas Ecclesiæ Dunelmensis, nuper, quibusdam de causis, per considerationem Curiæ, celebris memoriæ, Domini E. quondam Regis Angliæ, Patris nostri, in manum ejusdem Patris nostri capta fuisset; & sic in manu suâ extitisset quousque, per mortem ejusdem, ad manum nostram devenit; &, eâ occasione, adhuc in manu nostrâ existit:

* Nos, licet libertatem illam, ratione considerationis prædictæ, toto tempore venerabilis Patris A. Patriarchæ Jerosolomitani, & Episcopi loci prædicti, in manu nostra retinere possemus,

De gratiâ nostrâ tamen speciali, ad honorem Dei, & Sancti Cuthberti gloriosi Confessoris, necnon & ob affectionem specialem, quam erga præfatum Episcopum, diu est, habuimus & habemus, reddidimus eidem Episcopo prædictam libertatem, habendam sibi & successoribus suis, Episcopis Dunolmensibus, & Ecclesiæ suæ Dunolmensi, imperpetuum; adeo integrè, sicut idem Episcopus dictam libertatem habuit ante captionem supradictam:

Salvis nobis, & hæredibus nostris, regali dignitate & potestate nostrâ:

Et salvo in omnibus jure Coronæ nostræ:

Salvis etiam nobis cognitionibus & correctionibus omnium placitorum & querelarum, in Curia libertatis prædictæ nunc pendentium, & non determinatorum:

Salvis insuper nobis cognitione & correctione cujusdam transgressionis, quam dilectus & fidelis noster Guydo de Bello Campo, Comes Warr. ante istam redditionem, nobis, graviter conquerendo, monstravit sibi per prædictum Episcopum & homines suos, infra Episcopatum prædictum, citò post mortem dicti Patris nostri, vi & armis fuisse illatam, ad dampnum ipsius Comitis, ut asserit, non modicum, & in nostri contemptum manifestum;

Cujus quidem transgressionis cognitionem & correctionem nobis specaliter reservamus, cum dictus Comes voluerit inde loqui.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Karliolum, 4. die Septembris.

De Officio Marescalciæ Angliæ commisso.

Ann. D. 1307. An. 1. E. 2. Pat. 1. E. 2. p. 1. m. 19.

REX omnibus ad quos, &c. salutem.
Sciatis quod commisimus dilecto & fideli nostro Roberto de Clifford Officium Marescalciæ Angliæ.

Habendum & custodiendum, cum omnibus ad officium illud spectantibus, quamdiu nobis placuerit.

In cujus, &c.

Teste Reg. apud Carliol. 3. die Sept.

Per breve de privato Sigillo.

quatinus (quæ præmissa sunt, benignâ consideratione pensatis,) super dicto Matrimonio contrahendo dispensare dignemini gratiosè, præmissorum intuitu, & dicti Patris nostri ac nostrorum rogaminum interventu.

Conservet, &c.

Dat. apud Bowes, 6. die Septembris.

Ad Cardinales, pro iisdem.

VEnerabili in Christo Patri, Domino A. Dei gratiâ, Tituli Sancti Marcelli Presbitero Cardinali, Amico suo karissimo, Edwardus, eadem gratiâ, Rex Angliæ, &c. salutem, & intimæ dilectionis augmentum. Ann. D. 1307. An. 1. E. 2. Ibid.

Inter cæteras studii nostri sollicitudines, &c. *Prout in superiore, usque hæc verba, viz.*

Paternitatem vestram affectuosè requirimus & rogamus, quatinus, ut dictus summus Pontifex (cui, pro assecuratione dispensationis prædictæ, nostras litteras supplicatorias destinamus) quæ præmissa sunt benigna consideratione pensatis, clementer dignetur annuere dicti genitoris nostri & nostris desideriis in hâc parte, opem velitis, si placet, ac operam apponere efficaces.

In prosperitate longævâ Dominus vos conservet.

Dat. ut supra.

Consimiles Litteræ diriguntur Domino R. Dei gratiâ, Tituli Sanctæ Mariæ Novæ Diacono Cardinali, exceptâ illâ clausâ, licet vos, &c. *usque ibi*, per quod dictum Matrimonium, &c.

Dat. ut supra.

Johannes de Britannia, Comes Richmundiæ, Custos Scotiæ constitutus.

REX omnibus, ad quos, &c. salutem. Ann. D. 1307. An. 1. E. 2. Pat. 1. E. 2. p. 1. m. 20.
Sciatis quod constituimus dilectum consanguineum & fidelem nostrum, Johannem de Britann. Comitem Richmundiæ, locum nostrum tenentem in Scotia, & custodem nostrum ejusdem Terræ quamdiu nobis placuerit:

Ità quod habeat & retineat, de propriâ familiâ suâ, in eadem Terrâ, sexaginta homines ad arma pro custodiâ Terræ supradictæ:

Et à festo Sancti Michaelis proximò futuro usque ad Festum Purificationis beatæ Mariæ proximò sequens, utroque die computato, capiat à nobis, singulis diebus, decem Marcas per manus Camerarii nostri Terræ prædictæ, qui pro tempore fuerit, pro prædictorum hominum ad Arma sustentatione.

In cujus rei, &c.

Teste Rege apud Ebor. 13. die Sept.

Per breve de privato Sigillo.

Et mandatum est Episcopis, Abbatibus, Prioribus, Comitibus, Baronibus, Militibus, Vicecomitibus, Ministris & omnibus Ballivis & fidelibus suis, ac toti communitati Terræ Scotiæ, quòd eidem Comiti, tanquam locum Regis tenenti in eadem Terrâ, & Custodi Regis ejusdem Terræ, in omnibus, quæ ad custodiam Terræ

Teste Rege apud Knaresburgh, 10. die Septembris.

Per breve de privato Sigillo.

Pro Johanne de Britannia Custode Scotiæ.

Ann. D. 1307. An. 1. E. 2. Claus. 1. E. 2. m. 19.

REX dilecto Clerico suo Eustachio de Cotesbache, Camerario suo Scotiæ, salutem.

Cùm concesserimus dilecto consanguineo, & fideli nostro, Johanni de Britanniâ, Comiti Richemundiæ, locum nostrum tenenti in eadem terrâ, & Custodi nostro ejusdem terræ, quod ipse, à festo Sancti Michaelis, proximò futuro, usque ad festum purificationis beatæ Mariæ proximò sequens, utroque die computato, capiat à nobis, singulis diebus, decem Marcas pro sustentatione sexaginta hominum ad arma, quos idem Johannes, de propriâ familiâ suâ, in eadem terrâ, per tempus prædictum, retinebit pro custodiâ ejusdem terræ:

Vobis mandamus quod eidem Comiti dictas decem Marcas diurnas de thesauro nostro liberari faciatis:

Proviso quod quadraginta libræ, quas ei, in partem solutionis dictarum decem Marcarum diurnarum, de Garderobâ nostra fecimus liberari, in solutionibus, per vos sibi inde faciendis, subtrahantur:

Et nos vobis indè in compoto vestro ad Scaccarium nostrum debitam allocationem habere faciemus.

Teste Rege apud Ebor. 13. die Sept.

Per breve de privato Sigillo.

De Terris Walteri de Langeton, Coventrensis & Lichfeldensis Episcopi, captis in manum Regis.

Ann. D. 1307. An. 1. E. 2. Fin. 1. E. 2. m. 16.

REX Vicecomiti Norh. salutem.

Propter aliquas certas causas tibi præcipimus quod, sine dilatione, capias in manum nostram omnes terras & tenementa, quæ Walterus de Langeton Coventrensis & Lychfeldensis Episcopus, nuper Thesaurarius Domini Edwardi, quondam Regis Angliæ, Patris nostri, habet de perquisito suo in Ballivâ tuâ, tàm, videlicet ea quæ habet ad certum Terminum, quàm in feodo;

Unà cum omnibus bonis & Catallis ejusdem Episcopi, in terris & tenementis prædictis existentibus:

Et ea salvò, & absque distractione aliquâ custodias, donec aliud indè præceperimus.

Teste Rege apud Clipston, vicesimo die Septembris.

Per breve nostrum de privato Sigillo.

Consimiles literæ diriguntur singulis Vicecomitibus per Angliam.

Ann. D. 1307. An. 1. E. 2. Pat. 1. E. 2. p. 1. m. 18.

De Vinis providendis pro Coronatione Regis.

REX Senescallo suo Vasconiæ, & Constabulario suo Burdegaliæ, salutem.

Mandamus Vobis quòd in Ducatu prædicto, in locis, quibus ad majus commodum nostrum expedire videritis, * de mille Doliis *III. 12.

nem dictæ Navis sibi fieri postularet; licet, ex parte Regis Castellæ, fueratis pluries requisiti, ut Navem illam quibusdam suis subditis, qui eam suam esse probare volebant, restitui mandaretis:

Super quo Excellentiæ vestræ grates & gratias referimus multiformes.

Verùm, quia super Navi illâ, per aliquem de nostris, nobis non fuit hactenus querela delata, nosque nostros subditos taliter cupimus in suâ justitiâ confoveri, ut per hoc aliis injuria minimè irrogetur,

Magnificentiam vestram Regiam attentè requirimus & rogamus, quatinus, super restitutione dictæ Navis faciendâ, regia circumspectio sic disponat, ut, si forsan aliquos de nostris, qui Navem illam vendicare voluerint, contigerit in posterum apparere, non excludantur penitùs à prosecutione sui juris, neque dicti Regis Castellæ subditis injuria ullatenus irrogetur.

Cæterùm quasdam alias vestras litteras, nobis à vestrâ Serenitate transmissas, recepimus:

Ex quarum tenore cognovimus vos, veluti salutis & honoris nostri seduli Zelatores, prosperi statûs nostri certitudinem scire desiderabiliter affectare;

De quo vobis grates admodum referimus speciales.

Celsitudini vestræ significantes, quod nos, tempore confectionis præsentium, plenâ, auctore Domino, vigebamus corporis sospitate, parati ad ea quæ vestris desideriis noverimus convenire.

Adhæc, Sublimitatis vestræ Nuncios (prædictarum litterarum portitores) quos ob aliquas causas penes nos aliquamdiu fecimus commorari, habere velitis super morâ hujusmodi quæsumus excusatos.

Dat. apud Clipston. 16. die Sept.

Pro Neapoleone Cardinale, de Pensione sua.

EDward, par la Grace de Dieu, Roi d'Engleterre, Seigneur d'Irlaunde, & Ducs d'Aquitainne, As Tresorer & Chaumberleins de notre Escheker Saluz. Ann. D. 1307. An. 1. E. 2. Ex Orig.

Nous vous mandoms que vous facez acompter od le Porter de cestes, Procurateur l'onerable Piere en Dieu Neapoleon Cardinal de la seinte Eglise de Rome, des Arrerages de l'annuelle Empension * de cynquante Marcs, q'il prist de notre Trescheir Seigneur & Pere, que Dieux assoil. *III. 131

Et, de ceo que serra trove que duz lui est, Lui facez faire paiement, ou Assignement covenable, dont in purra estre prestement Paiez.

Don. soutz notre prive seal, a Nicole le 28. Jour de Sep. L'An de notre Regne Primer.

De renunciando Clausulas, in Bullis Papalibus, Juri Regio prejudiciales.

IN Dei nomine Amen. Ann. D. 1307. An. 1. E. 2. Ex Orig. in Tur.

Per præsens privilegium, sive publicum Instrumentum, omnibus appareat evidenter, quòd, præsentatis, per Venerabilem virum, fratrem Walterum de Jorze, Archiepiscopum Ardmachanum, Excellentissimo Principi Domino Edwardo, Dei gratiâ, Illustri Regi Angliæ, litteris Sanctissimi Patris Domini Clementis Papæ quinti, inter cætera continentibus, qualiter idem Dominus Papæ præfecit eun-

Testibus ad hoc specialiter vocatis & rogatis.

Et ego Rogerus de Staunford Clericus, Lincoln. Diocesis, publicus, auctoritate Romani Imperii, Notarius, præmissis omnibus, cum dictis testibus, præsens interfui, & ea omnia scripsi, & in hanc publicam formam redegi, meoque signo consueto signavi rogatus.

---

*III.14. ** De Rebellione Scotorum refrænanda.*

Ann. D. 1307. REX dilecto Consanguineo & fideli suo, Johanni de Britanniâ Comiti Richemundiæ, Custodi suo Scotiæ, salutem.

An. 1. Quia intelleximus per litteras dilectorum & fidelium nostrorum,
E. 2. Johannis de Sancto Johanne, Donegal. &c. & totius Com. majo-
Claus. 1. rum & hominum Galewydiæ, quòd Robertus de Brus & Com-
E. 2. m. plices sui, Inimici & Rebelles nostri, ad easdem partes Galewydiæ
18. d. jam venerunt, ibidem roberias, homicidia, deprædationes, incendia & alia dampna quamplurima perpetrantes, necnon & homines partium illarum & partium adjacentium contra nos insurgere procurantes & compellentes:

Vobis mandamus quod, assumptis vobiscum hominibus illis, qui deputati sunt in vestra Comitiva moraturi, necnon & aliis fidelibus nostris in partibus Scotiæ commorantibus, versus dictas partes Galewydiæ, pro malitiâ dictorum Inimicorum nostrorum refrænandâ manu armatâ vos, quanto potentiùs poteritis, divertatis, nisi, ob majus periculum alibi duxeritis vos transferendum.

Mandavimus enim dilectis & fidelibus nostris,

Patricio Comiti de Dunbar,
Johanni de Hastinges,
Johanni le Filz Marmeduk,
Roberto de Keth.
Alexandro Dabernychi,
Henr. de Sancto Claro,
Alexandro de Balliolo,
& Johanni de Vaus,

Quod ipsi, cum equis & armis, & toto posse suo,

Et etiam dilectis & fidelibus nostris, *Johanni Baroni de Wygeton. & Richardo le Brun*, Custodibus pacis nostræ in Com. Lancastr. Cumbr. & Westmerl.

Et dilectis & fidelibus nostris, *Rogero Heroun, & Simoni Warde*, Custodibus pacis nostræ in Com. Northumbr. & libertate de Tyndale,

Quod vobis in præmissis, unà cum hominibus de eisdem Comitatibus & libertate, sint intendentes, quotiens & quando super hoc ex parte nostrâ per vos fuerint præmuniti.

Nolumus tamen ipsos homines, extra limites Comitatuum prædictorum, ad dictas partes Scotiæ adduci, nisi major necessitas id deposcat.

Teste Rege apud Lenton, tricesimo die Sept.

Ann. D.

1307.
An. 1. *Ad Papam super Guerra Franciæ.*
E. 2.
Rot. Rom. PApæ Rex, &c. devota pedum oscula beatorum.
1. E. 2. Sanctitatis vestræ litteras, nobis per discretum Virum Magi-
m. 12. strum Johannem de Ferraria Capellanum, & Nobilem Virum Gal-

ac unitate, quas inter vos & nos hinc inde crescere cupitis & augeri; & de eo præcipuè quod amicitiam, inter Nobiles Antecessores vestros & genitorem nostrum prædictum habitam, memoriter retinetis, prout litterarum vestrarum series patefecit; ac aliis rumoribus, contentis in eisdem vestris litteris & expressis, grates referentes vestræ Magnificentiæ Regiæ speciales.

De pace siquidem ab ortu solis usque ad confinia ultra mare, Deo propitio, per vos factâ, gaudemus in Domino, & efficimur valde læti.

Cæterùm super eo, quòd intelligi vobis datur, quod inter nos qui discordes fuimus citra Mare, pax & concordia reformantur, Excellentiæ vestræ Regiæ volumus esse notum, quod inter nos, firmiter credimus & speramus, super quibuscunque discordiis & controversiis, hinc inde suscitatis, in brevi, mediante Dei præsidio, finalem fieri concordiam atque pacem.

Dat. apud Norhamp. 16. die Octobr.

De Castro Malileonis recipiendo.

REX omnibus, &c. salutem.

Licet nuper dilecto & fideli nostro Johanni de Havering Se- Ann. D.
nescallo nostro Vasconiæ, recipiendi, pro nobis & nostro nomine, 1307.
a magnifico Principe Domino Phil. Rege Franciæ Illustri, Castrum An. 1.
Malileonis, & alia Castra in Dominio de Senle, cum omnibus juri- E. 2.
bus & pertinentiis suis, per litteras nostras patentes dederimus po- Rot. Rom.
testatem: 1. E. 2.

Ob aliquas tamen certas causas potestatem illam, tenore præsen- m. 12.
tium, revocantes,

Recipiendi a Rege prædicto, pro nobis & nostro nomine, prædictum Castrum Malileonis, & alia Castra prædicta, cum juribus & pertinentiis eorumdem;

Ac nobili viro Augerio de Maloleone terram de Marensim, cum suis juribus & pertinentiis universis, unà cum aliis terris, quas idem Augerius tenuit in Principio guerræ inter, celebris memoriæ, Dominum Edwardum, quondam Regem Angliæ, genitorem nostrum, & dictum Regem Franciæ motæ (optentâ prius, nomine nostro, possessione pacificâ Castrorum & suorum jurium prædictorum) restituendi, tenendas, eo modo quo eas tunc tenuit, & faciend. deveria, & servitia inde debita & consueta;

Dilecto & fideli nostro Fortunero de Batz plenam & liberam committimus potestatem.

Ita videlicet, quod si eundem Fortunerum, aliquo casu contingente, contigerit impediri quo minus dictam potestatem, in formâ superiùs annotatâ, valeat excercere, ex tunc volumus quod dilectus & fidelis noster, Garsias Arnaldi de Sparleto Miles eandem, in omnibus, & in formâ prædictâ, habeat & exerceat potestatem.

Nos enim ex nunc hujusmodi receptionem & liberationem, cum factæ fuerint, ratas habebimus & acceptas.

In cujus, &c.

Dat. apud Norhamp. 18. die Octobr.

in partibus illis, Balistis & aliis Armaturis, ac etiam ferro, acere, canabo, & aliis ad Arma inde facienda plurimùm indigemus.

Vobis præcipimus, firmiter injungentes, quòd in Ballivâ vestrâ viginti Dolia Mellis: Centum Dolia vini: Duodecim Milia ferri: Centum Garbas Asceri, quingentas Libras de filo Canabi, pro Balistis: Quingentas Libras Canabi: Centum Balistas unius pedis: quadraginta Balistas duorum pedum: viginti Balistas de Turno: Triginta milia quarellorum pro Balistis unius pedis: duodecim milia quarellorum pro Balistis duorum Pedum: duo milia & ducentos quarellos, pennitos de Cupro, pro Balistis de turno: Centum nuces pro Balistis unius pedis: quinquaginta nuces pro Balistis duorum pedum, & vinginti nuces pro Balistis de turno:

Ad opus nostrum, per visum & testimonium dilecti Clerici nostri Willielmi de Berton, (quem ad præmissa supervidenda, & cum diligentia fieri procuranda, ad vos mittimus) tàm de firma Civitatis prædictæ, quàm de exitibus ballivæ vestræ, sine dilatione emi, & de eis provideri, ac ea usque ad villam de Berewico super Twedam, cum omni festinatione, quâ poteritis, faciatis cariari, Receptori Instauri nostri ibidem liberanda.

Et Custum, quod, tàm in emptione præmissorum, quàm Cariagio eorumdem usque ad dictam villam de Berewico, posueritis, cum illud sciverimus, vobis in compoto vestro, ad scaccarium nostrum, allocari faciemus; & præmissa, sicut honorem nostrum & commodum diligitis, Indignationémque nostram vitare volueritis, nullo modo omittatis.

Teste meipso apud Westm. 27. die Octobr.

De orando pro statu Regis & Regni.

Ann. D. 1307. An. 1. E. 2. Claus. 1. E. 2. m. 17. d.

REX venerabili in Christo Patri, Willielmo, eâdem gratiâ, Ebor. Archiepiscopo, Angliæ Primati, salutem.

Quanto in magnis & arduis peragendis negotiis divinum præsidium instantius & devotius imploratur, tanto exinde speratur successus prosperior & felicior provenire.

Hinc est quod, cùm, inclitæ memoriæ, Domino Edwardo, nuper Rege Angliæ, Patre nostro, viam universæ carnis ingresso (de quo mentis amaritudine intimè premimur & turbamur) onus regiminis Regni Angliæ nobis incumbat jure hæreditario, sicut scitis, vires nostras, ad onus hujusmodi portandum, absque devotarum orationum * suffragiis, cernimus penitùs impotentes: *III.17.

Vestram igitur paternitatem affectuosis precibus requirimus & rogamus, quatenus apud eum, per quem Reges regnant & Principes dominantur, preces devotas suppliciter effundatis, & illud idem a religiosis & aliis vestris subditis universis fieri injungatis, ut regnum nostrum, & alias terras nobis subditas, semper in statu prospero & pacifico conservare, nosque ea sub ipso sic regere & tueri, per suorum semitas mandatorum, ad nostri & ipsius regni, dictarumque terrarum honorem, commodum & quietem, concedere dignetur, quod, pro temporali regno, in regno cœlesti partem hæreditarium consequamur.

Teste Rege apud Westm 28. die Octobris.

Eodem modo scribitur subscriptis, viz.

J. Karl. Episcopo,
A. Dunelm. Episcopo & Patriarchæ Jerosolimit.
J. Lincoln. Episcopo,
R. Elien. Episcopo,

Quadraginta solidos de scuto pro quolibet exercituum prædictorum, sicut per inspectionem rotulorum Cancellariæ dicti Patris nostri nobis constat;

Nos, volentes mandata dicti Patris nostri executioni debitæ demandari, tibi præcipimus quod eidem Radulpho habere facias scutagium hujusmodi, de feodis prædictis, juxta tenorem mandati dicti Patris nostri; Et hoc nullatenus omittas.

Teste R. apud Westm. 28 die Octob.

Ad Papam super Inhibitione revocanda.

PAPÆ Rex devota Pedum oscula beatorum.

Vestræ Sanctitatis litteras, nobis per discretum Virum Magistrum Johannem de Ferrera Capellanum, & Gaillardum de Agrossaco Domicellum, nuncios vestros, super revocatione cujusdam inhibitionis, — Ann. D. 1307. An. 1. E. 2. Rom. 1. E. 2. m. 12.

Nunciis vestris, pro colligendis fructibus primi Anni beneficiorum Ecclesiasticorum, in Regno & aliis terris nostris usque ad certum tempus vacantium, alisque, ratione Ecclesiæ, prosequendis negotiis deputatis, dum, celebris memoriæ, Dominus Edwardus, nuper Rex Angliæ, Pater noster, vitam duceret in humanis factæ,

Per nos faciendâ transmissas, necnon ea, quæ iidem Magister Johannes & Gaillardus nobis, super his, ex parte * vestrâ, retulerunt oraculo vivæ vocis, reverenter audivimus, & pleno concepimus intellectu. *III.18.

Super quibus per Nuncios nostros, quos in brevi ad vestram præsentiam sumus, permittente Domino, transmissuri, responsum nostrum vestræ Clementiæ seriosiùs & pleniùs exponemus.

Ad regimen Ecclesiæ, &c. altissimus vos conservet.

Dat. apud Westm. 30. die Octobris, Anno Domini 1307. Regni verò nostri primo.

Ad Regem Franciæ de facto Templariorum.

EXcellentissimo Principi, Patri & Domino karissimo, Domino Philippo, Dei gratia, Regi Franciæ Illustri, Edwardus, &c. Filius suus devotus, prosperos semper ad vota successus, cum gaudio & salute, — Ann. D. 1307. An. 1. E. 2. Rom. 1. E. 2. m. 12.

Ea, quæ continebantur in litteris vestræ Magnificentiæ nobis missis, necnon & ea, quæ discretus Vir Magister Bernardus Peleti Clericus super illâ detestabili Hæresi, de quâ mentionem eædem vestræ litteræ faciebant, exponere voluit, intelleximus:

Et per ipsum ea coram nobis, Prælatis, Comitibus, Baronibus quàm pluribus Regni nostri, ac aliis de consilio nostro, exponi fecimus seriatim:

Quæ quidem nostris, & dictorum Prælatorum, Comitum, Baronum, & aliorum, qui aderant, sensibus, ultra quam credi potest, admiranda venerunt.

Et, quia tam abhominabilibus & execrabilibus dictis, hactenus inauditis nobis, & præfatis, Prælatis, Comitibus, & Baronibus, ab initio fides facilis adhibenda minimè videbatur,

Deliberato consilio providimus Senescallum nostrum Agenesii, undè de labe hujusmodi rumores produisse dicuntur, ad præsentiam nostram fore personaliter evocandum; ut, per ipsum, super præmissis,

Ad Papam, rogatoria pro Johanne de Leek.

Ann. D. 1307. An. 1. E. 2. Rom. 1. E. 2. m. 32. * III. 19.

SAnctissimo in Christo Patri, Domino C. Divinâ Providentiâ, Sacrosanctæ Romanæ ac Universalis Ecclesiæ summo Pontifici, Edwardus, ejusdem gratia, &c. devota pedum oscula beatorum.

* Si quos variis virtutum insigniis novimus decoratos, quantumcumque à nostrâ familiaritate fuerint alieni, gratiæ & favoris nostri prærogativis attollimus: familiarium nostrorum, quos hujusmodi suffragia comitantur, eò magis sollicitè procuramus honores & commoda, quò laudabiliora, præstita per eosdem nobis obsequia favore dignos & gratiâ recommendant.

Cùm igitur dilectus & familiaris Clericus noster Dominus Johannes de Leek, vir utique prudentiâ circumspectus, & morum honestate præclarus, qui à multis retrò temporibus nostris jugiter institit, & adhuc indies insistit obsequiis, quoddam negotium suum (quod dilecto & fideli nostro, Domino Amaneno de le Bretto, paternitati vestræ, temporis oportunitate, specialiter commisimus exponendum & affectualiter prosequendum, pro reportandâ super eodem gratiæ vestræ munificentiâ) in Sacrosancta Romana Curia prosequatur; Ipsum negotium Paternitati vestræ speciali recommendamus affectu:

Humiliter supplicantes, quatinus ad exauditionem petitionis suæ, præsentibus interclusæ, aures Clementiæ vestræ dignemini gratiosiùs inclinare nostri amoris intuitu: compatientes eidem, ne spe suâ & beneficiis suis Ecclesiasticis (ut in eadem petitione suâ plenius est expressum) remaneat destitutus; quin potius per vestræ Sanctitatis gratiam, quam semper invenimus nobis propitiam, juxta cordis nostri desiderium, & suæ probitatis merita, sit promotus.

Ad regimen Ecclesiæ suæ Sanctæ Sanctitatem vestram conservet Altissimus per tempora prospera & longæva.

Dat. London. ultimo die Octobris.

Pro Ricardo de Rockesle Custode Pontivi constituto.

Ann. D. 1307. An. 1. E. 2. Pat. 1. E. 2. P. 1. m. 16.

EDward, par la grace de Dieu, Roi d'Engleterre, Seigneur d'Irland, & Dues d'Aquitaigne, à touz ceux, que cestes presentes Lettres verront, ou orront, saluz.

Nous vous fesoms savoir que nous establissoms, e avoms establiz nostre chere & foial, Monsire Richard de Rokesle, nostre Seneschal & Gardein de nostre terre de Pontif & de Monstroill, ove les aportenances,

Et lui donoms plein poer & especial maundement de requere, de demander, de defendre les causes, les resons, & la droiture apertenantz à nostre Contè de Pontif, ove les aportenances, perdevant tous Juges, & contre totes persones, à totes jornees assignees & assigner;

De ventes ottroier & affirmer quant mestier serra:

De prendre feautes en lieu è en noun de nous:

De reliefs receivre, de jurer en lalme de nous, si mestiers est:

De compromettre, de pacifier, d'assentir, de repliker, de opposer & de respondre:

De Baillifs & de Serjauntz mettre en nostre terre desusdite; è de eux oster quant il verra que mestier serra:

De mettre Visconte à Montstroill:

De noz Viscontes, & noz autres terres, & rentes bailler, liverer à ferme, à nostre profit:

De establir Lieutenant en son lieu; qui semblable è autiel poer eit que le dit Monsire Richard es choses desusdites:

Et de faire Procureurs en Parlementz, en Assises, en Provostes, & en totes autres Courtz.

Comiti Holandiæ; quod Dotem, diutius detentam, Elizabethæ sorori Regis reddi faciat.

Ann. D. 1307. An. 1. E. 2. Rom. 1. E. 2. m. 10.

REX Nobili viro, Domino W. Hanoniæ, Holandiæ & Zelandiæ Comiti, & Domino Frisiæ, amico suo karissimo salutem.

Ea, quæ nobis proposuit ex parte vestrâ Cristantius de Raephorst, Miles & Nuncius vester, super reformatione unionis & concordiæ de discordiis, contentionibus, & controversiis, inter homines & Mercatores nostros Angliæ, ac homines & Mercatores vestros dudum exortis, necnon super emendatione injuriarum, dampnorumque restitutione, hinc inde faciendis, benigne audivimus, & pleno concepimus intellectu.

Et, quia nos amorem & concordiam inter dictos nostros & vestros subditos iniri cupimus, futurisque temporibus confoveri, ut securiùs invicem convenire valeant, suosque contractus & Merchandisas utiliùs exercere,

Ad tractandum super hujusmodi discordiis, contentionibus, & controversiis, ac competentibus emendis super dampnis & injuriis, à dictis hominibus mutuò illatis, ut dicitur, hinc & inde, modo debito faciendis, plenâque concordiâ formanda favente Domino & firmandâ, diem præfato Nuncio vestro, videlicet, diem Dominicam, proximam ante Carniprivium, coram nobis, & Consilio nostro duximus assignandam;

Ad quem diem vestros Nuncios & Procuratores, cum plenâ & sufficienti potestate ad tractandum & consentiendum super præmissis, & ad faciendum & recipiendum quæ tunc ibidem contigerit ordinari, ad nostram presentiam poteritis destinare.

Verùm, quia ad hujusmodi unionem & concordiam, inter nostros & vostros subditos ineundam, firmiusque tenendam, multùm alliceret nos, & nostros; nostrum etiam animum ad annuendum hiis, quæ penes nos velletis, plurimùm inclinaret, si vos karissimæ sorori nostræ Elizabetæ, quondam Consorti, bonæ memoriæ, Johannis nuper Comitis & Domini Terrarum prædictarum, Antecessoris & Consanguinei vestri, dotem suam, ipsam, in illis partibus contingentem, ei adhuc detentam, reddi plenariè faceretis,

Amicitiam vestram attentè requirimus & rogamus, quatinus super plenâ redditione dotis illius taliter, si placet, nostri intuitu ordinare velitis, ut eadem soror nostra, absque ulterioris dilationis incommodo, dotem suam prædictam integrè habeat, sicut debet.

Scientes pro certo quod nostris affectibus non poteritis plus placere, quàm si hunc nostrum rogatum adimplere curaveritis in effectu.

De eo autem, quod inde duxeritis faciendum, nobis, ad diem prædictum, per prædictos vestros Nuncios, constare, si placet, faciatis,

Dat. apud Westm. 4 die Novembris.

Procuratoria super Matrimonio inter Regem & Isabellam, Francorum Regis Natam, contrahendo.

Ann. D. 1307. An. 1. E. 2. Rom. 1. E. 2. m. 11. * III. 21.

NOverint Universi quod nos, Edwardus, Dei gratiâ, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, & Dux Aquitaniæ,

De circumspectâ industriâ & fidelitate probatâ venerabilium Patrum,

* *Antonii Patriarchæ Jerosolimitani, & Dunelmensis*, & *Johannis Norwycensis*, Episcoporum: Ac Nobilium Virorum, dilectorum & fidelium nostrorum,

Hen-

Consimilia Procuratoria, paucis mutatis.

Ann. D. 1307. An. 1. E. 2. Ibid.

NOverint Universi quòd nos, Edwardus, Dei gratiâ, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, & Dux Aquitaniæ,

De circumspectâ industriâ, &c. *Ut supra usque ibi* in ætate nubili constitutam; *& tunc, loco illorum verborum*, NOBIS DET IN UXOREM *ponuntur ista verba* NUPTUI NOBIS TRADAT juxta formam Pronunciationis & tractatûs præmissorum, &c. *Ut supra.*

Dat. ut supra.

Et fuerunt restitutæ.

De Dote prædictæ Isabellæ assignanda.

Ann. D. 1307. An. 1. E. 2. Ibidem.

NOverint Universi quòd nos, Edwardus, Dei gratiâ, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, & Dux Aquitaniæ,

De circumspectâ industriâ & fidelitate probatâ venerabilium Patrum,

Antonii Patriarchæ Jerosolimitani, & Dunelmensis, &
Johannis Norwycensis, Episcoporum:
Ac Nobilium virorum, dilectorum & fidelium nostrorum,
Henrici de Lacy Lincolniæ, &
Adomari de Valentia Pembrochiæ, Comitum, Consanguineorum nostrorum:
Et *Ottonis de Grandisono*, &
Amanenii de Lebreto Militum;
Necnon Magistrorum, *Johannis de Berewyk*, &
Roberti de Pykering Eborum Ecclesiæ Canonicorum, plenam fiduciam optinentes,

Ipsos nostros certos, veros, & legitimos ordinamus, facimus & constituimus Procuratores & Nuncios speciales:

Dantes eisdem, vel tribus, aut duobus eorum, in solidum, plenam, generalem & liberam potestatem & mandatum * speciale dotem vel dotalitium, nostro nomine, statuendi, assignandi, & etiam assidendi Nobili Dominæ Isabellæ, natæ Serenissimi Principis Domini Philippi, eadem gratiâ, Regis Francorum illustris, aut procuratoribus, & Nunciis, pluribus vel uni, ad hoc per dictam Dominam Isabellam deputandis vel deputando, secundum formam pronunciationis, per, felicis recordationis, Dominum Bonifacium, Papam octavum olim factæ, & tractatûs postea, pro nobis & nostro nomine habiti, de matrimonio inter nos & dictam Dominam contrahendo: *III. 22.

Et de dote seu dotalitio constituendo:

Et in animam nostram quodlibet genus liciti juramenti præstandi;

Ac omnia alia & singula faciendi, quæ ad hujusmodi dotis, seu dotalitii, constitutionem & assignationem firmandam, roborandam, vallandam & assecurandam, necessaria fuerint & oportuna; etiam si mandatum exigant speciale.

Ratum & firmum habentes, & habituri quicquid per dictos procuratores nostros & Nuncios, aut tres, vel duos eorum, gestum, actum vel factum fuerit in præmissis, & quolibet præmissorum.

In quorum omnium testimonium sigillum nostrum præsentibus est appensum.

De potestate matrimonium contrahendi, per verba de præsenti, cum Isabella præfata.

Ann. D. 1307. An. 1. E. 2. ibidem.

TEnore præsentium pateat Universis, quod nos, Edwardus, &c.

De circumspectâ industriâ & fidelitate probatâ nobilium virorum, dilectorum & fidelium nostrorum, Henrici de Lacy Lincolniæ, & Adomari de Valentia Penbrochiæ, Comitum, Consanguineorum nostrorum, plenam fiduciam optinentes:

Ipsos nostros veros & legitimos facimus, ordinamus & constituimus procuratores & Nuncios speciales.

Dantes eisdem, & eorum alteri per se, in solidum, generalem & liberam * potestatem, ac mandatum speciale contrahendi matrimonium, per verba de præsenti, nostro nomine & pro nobis, cum Nobili Dominâ Isabellâ, natâ Excellentissimi Principis Domini Philippi, eadem gratiâ, Francorum Regis illustris: *III. 23.

Et in animam nostram quodlibet genus liciti Sacramenti præstandi;

Et omnia alia & singula, quæ ad hujusmodi contractum matrimonialem firmandum, roborandum & vallandum pertinent, seu quoquomodo pertinere poterunt, faciendi; etiam si mandatum exigant speciale.

Ratum & gratum habentes, & habituri quicquid per dictos procuratores nostros & Nuncios, vel eorum alterum, gestum, actum vel factum fuerit in præmissis, & quolibet præmissorum.

In quorum omnium testimonium sigillum nostrum præsentibus est apensum.

Dat. London. 6. die Novembris, Anno ut supra.

Et fuerunt postmodum restitutæ.

Ad Regem Francorum de Credentia.

Ann. D. 1307. An. 1. E. 2. Rom. 1. E. 2. m. 12.

EXcellentissimo Principi, Domino & Patri suo karissimo, Domino Philippo, Dei gratiâ, Regi Francorum Illustri, Edwardus, eâdem gratiâ, Rex Angliæ, &c. filius suus, salutem & felices ad vota successus.

Cum venerabiles patres,
Antonium Patriarcham Jerosolimitanum, & Dunelmensem, & Johannem Norwicensem Episcopos:
Ac Nobiles viros,
Henricum de Lacy Lincolniæ, &
Adomarum de Valentia Penbrochiæ Comites, Consanguineos nostros;
Necnon Ottonem de Grandisono, & Amanenum de Lebreto Milites, voluntatis nostræ conscios, pro quibusdam specialibus negotiis, nos tangentibus, vobis vivæ vocis oraculo exponendis, ad vestram præsentiam destinemus,

Magnificentiam vestram affectuosè requirimus & rogamus, quatinus eisdem nunciis nostris, aut quatuor ex ipsis, in hiis, quæ Celsitudini vestræ, super præmissis, duxerint exponenda, velitis plene credulitatis fiduciam adhibere, & ea optato effectui mancipare.

Excellentiam vestram conservet altissimus per tempora feliciter longiora.

Dat. London. 6 die Novembris, Anno Domini 1307. Regni verò nostri primo.

Pre

Per ipsum Regem.

Ad Papam de Credentia, super negotiis cum Rege Francorum.

Ann. D. 1307. An. 1. E. 2. m. 12.

PApæ Rex devota pedum oscula beatorum.

Excelsi Dei Patris sapientia, Dominus noster Jesus Christus, qui pro nostrâ redemptione, fragilitatis humanæ testâ vestitus, discipulis* suis quodam testamentali edicto pacem reliquit, beatitudinem vestram tantâ & tàm largiflua decoravit excellentiâ gratiæ specialis, quod, inter innumeras sollicitudines & assiduas mundi curas, vestro incumbentes officio, vos ea, quæ ad Catholicorum Principum & Universorum Christi fidelium tranquillitatem tendunt & pacem, auditis libenter, amplexamini gaudenter, cogitatis profundiùs, & sinceriori prosequimini caritate.

Sanè, post obitum, celebris memoriæ, Domini E. quondam Regis Angliæ, genitoris nostri, suscipientes regimen Regni nostri, id bonum, quod est pax & concordia, quæ procul depellunt odia, rancorem & livorem excutiunt, & uniunt voluntates, necnon discordiarum & guerrarum dispendia, quæ non solum propè, set longè positis ingerunt scandalum, & periculum inducunt: nedum corporum, set, quod est gravius, Animarum, frequenter reduximus ante occulos cordis nostri.

Quamobrem jam disposuimus, deliberato consilio, pro negotiis, inter Magnificum Principem Dominum Philippum Regem Francorum illustrem & nos pendentibus, sollempnes Nuncios ad Regem prædictum, ac exinde ad vestræ Sanctitatis præsentiam, Venerabilem patrem *Johannem Norwicensem Episcopum*, & dilectum Clericum nostrum Magistrum *Robertum de Pykering* Eborum Ecclesiæ Canonicum, destinare; ut ipsi Celsitudini vestræ negotia præfata referant & ostendant oraculo vivæ vocis.

Piissimam igitur paternitatem vestram filiali promptitudine rogamus obnixe, quatinus prædictorum Episcopi & Canonici, Nunciorum nostrorum, relatibus, in negotiis memoratis, firmæ credulitatis fiduciam dignemini adhibere, eisdemque apud vestram Clementiam tàm celeriter, si placet, quàm feliciter expeditis, licentiam concedere redeundi.

Conservet vos Altissimus, ad Regimen Ecclesiæ suæ Sanctæ, per tempora feliciter longiora.

Dat. London. 8 die Novembris, Anno Domini 1307. Regni verò nostri primo.

Pro Episcopis Sancti Andreæ, & Glascuensi, prisonibus de Scotia.

Ann. D. 1307. An. 1. E. 2. Claus. 1. E. 2. m. 18.

REX Vicecomiti Suth. salutem:

Præcipimus tibi quod Willielmo, Episcopo Sancti Andreæ, Prisoni de Scotiâ, in Castro nostro Wynton. & Roberto Wychard Episcopo Glasguen. similiter Prisoni de Scotiâ, in Castro Porcestr. commorantibus,

De exitibus Ballivæ tuæ habere facias vadia sua, juxta formam indenturæ, tempore, celebris memoriæ, Domini E. quondam Regis Angliæ, patris nostri, inde factæ, & penes te residentis;

Et nos tibi inde in compoto tuo, ad Scaccarium nostrum, debitam allocationem habere faciemus.

Teste Rege apud Westm. 10 die Novembris.

De Facinore per Dominos de Stagno & de Monte Olivo perpetrato.

REX venerabili in Christo Patri, Patri G. eadem gratiâ, Episcopo Valatenti, salutem & sinceræ dilectionis affectum. Ann. D. 1307. An. 1. E. 2. Rom. 1. E. 2. m. 11. d.

Intellecto facinore per Dominos de Stagno, & de Monte Olivo, & suos complices, pleniùs in vestris litteris nobis missis expresso, nequiter perpetrato; ex hoc eò gravamur acerbiùs, quò in nostris primordiis, non absque nostri contemptu, tantum scelus in nostros fideles attendimus fuisse crudeliter attemptatum.

Et, quia nobis est cordi, ut de tam enormi excessu ultio digna fiat, quam primum in dicto Ducatu nostro præfecerimus Senescallum, sibi mandabimus, & firmiter injungemus ut negotium & causam hujusmodi audiat diligenter, &, sublatis subterfugiis quibuscunque, debito fine decidat, quod justum fuerit in hac parte efficaciter exequendo; ac assignando etiam locum tutum, ad quem prosecutoribus contra malefactores prædictos pateat securus accessus, juxta quod illarum partium observantiæ & consuetudines patientur.

Dat. apud Westm. 10. die Novembris.

De Providentiis pro Rege contra Adventum in Franciam.

REX omnibus Amicis suis, ad quos, &c. salutem. Ann. D. 1307. An. 1. E. 2. P. 1. E. 2. p. 1. m. 14.

Cum mittamus dilectum Servientem nostrum, Willielmum Hathewy. Pistorem nostrum, ad partes Franciæ, ad providentias inibi faciendas de his quæ, pro officio suo, sunt necessaria pro nobis, contra Adventum nostrum & Prelatorum, Comitum, Baronum, & aliorum Nobilium, qui in Comitivâ nostrâ ad partes illas in proximo sunt venturi:

Vos affectuose requirimus & rogamus quatenus eidem Willielmo, ad hujusmodi providentias, pro denariis nostris, in dictis partibus faciendas, consulentes sitis & auxiliantes, quotiens ab ipso super hoc ex parte nostrâ fueritis requisiti.

In cujus, &c. Usque ad Festum Purificationis beatæ Mariæ proximò futurum duraturas.

Dat. apud Westm. 10. die Novembr.

Ad Papam pro Antonio Patriarcha Hierosolymitano.

PApæ Rex Devota pedum, &c. Ann. D. 1307. An. 1. E. 2. Rom. 1. E. 2. m. 10. * III. 16.

Etsi cunctos nostros familiares & benivolos, & præcipue quos in nostris obsequiis promptos invenimus & fideles, gratiosis prosequamur affectibus, ipsorum prospiciendo commodis, * & incommoda oportunis auxiliis propulsando; illos tamen, ut rependantur digna dignis, quos digniores agnovimus & ingentior commendat excellentia meritorum, quadam dilectionis prærogativâ intimiùs in nostris gerentes præcordiis, ipsos potioribus gratiis attollimus, eorumque honores & commoda amplioris desiderii studio procuramus:

Cùm itaque venerabilis pater Antonius, Patriarcha Jerusalem, & Episcopus Dunolmensis, amicus noster carissimus, quem zelatorem novimus fervidum nostri nominis & honoris, quædam negotia in Sacrosanctâ Romana Curiâ, ut accepimus, prosequatur:

Nos, cupientes ipsum in eisdem negotiis favoribus Apostolicis communiri, ac sperantes eum uberioris fructum gratiæ eo penes vestram clementiam, quæ virtuosos diligit, & gratiosam se exhibet gratiosis, invenire, quò nostris affectibus fæcundiori dilectione conjun-

N

De Providentiis pro Rege faciendis in partibus transmarinis.

Ann. D. 1307. An. 1. E. 2. Claus. 1. E. 2. m. 16.

REX Roberto de Kendale, Constabulario Castri sui Dovor. & Custodi quinque portuum suorum, salutem.

Mandamus vobis quod Reginaldum Berardi, mercatorum de societate Friscobaldorum de Florentia, ad partes transmarinas transfretare, & quingentas marcas Sterlingorum secum deferre permittatis, ad providencias contra adventum nostrum ibidem inde faciendas, ordinatione aliquâ, de monetâ vel argento in massâ extra regnum nostrum nullatenus deferendis editâ, non obstante.

Teste Rege apud Langele, 14 die Novembris.

Pro Petro Sabinensi Episcopo.

Ann. D. 1307. An. 1. E. 2. Claus. 1. E. 2. m. 16.

REX Roberto de Kendal, Constabulario Castri sui Dovor, & Custodi quinque portuum suorum, salutem.

Mandamus vobis quod venerabilem Patrem Petrum Sabinensem Episcopum, * Sacrosanctæ Ecclesiæ Romanæ Cardinalem, nuper ad celebris memoriæ, Dominum E. quondam Regem Angliæ, Patrem nostrum, per Dominum summum Pontificem destinatum & Nuntium ad eundem Dominum Papam, de nostrâ licentiâ redeuntem ad partes transmarinas, cum familiâ, equis, hernesiis, vasis suis, argenteis & aureis, jocalibus, & aliis rebus suis, nec non mille Marcis in pecuniâ numeratâ, in portu nostro Dovor. transire, absque impedimento aliquo, permittatis.

* III. 27.

Teste Rege apud Langele, 14 die Novembris.

De passagio providendo versus partes transmarinas pro servientibus Regis.

Ann. D. 1307. An. 1. E. 2. Claus. 1. E. 2. m. 16.

REX dilecto & fideli suo Roberto de Kendale, Constabulario Castri sui Dovor. & Custodi quinque portuum suorum, salutem.

Cùm mittamus dilectos & fideles nostros, Thomam Paynel, Henricum de Appelby, Thomam de Biknore, Simonem de Cokefeld, & Johannem de Castre: Et dilectos Clericos nostros, Thomam de Cantabrigg, Richardum de Bremmesgrave, & Robertum de Megre; & vallettos nostros Willielmum de Halulee, Thomam de Verley, Willielmum Hachewy, Magistrum Walterum de Godymeston, Johannem de Sumery, Willielmum le Poleter. & Andream Trewe, ad partes transmarinas ad providentias ibidem, ad opus nostrum, faciendas,

Vobis mandamus quod prædictis, Thomæ, Henrico, &c. salvum & festinum passagium habere faciatis, & ipsos, absque scrutinio, de ipsorum rebus, & hernesiis faciendo, sumptibus suis propriis, ad prædictas partes transire permittatis.

Teste Rege apud Langele, 14 die Novembris.

tis, aliquibus vel alicui de Regno nostro dictæ Cantuar. Ecclesiæ suffraganeis * vel suffraganeo, de quibus vel quo vestra Providentia decreverit ordinandum, qui in illius electionis negotio auctoritate dictæ Ecclesiæ Cantuar. in eventu consensus ejusdem Electi, sublato cujuslibet dilectionis obstaculo, procedere valeant vel valeat, dignetur committere & mandare: * III. 28.

Vestra Paternitas reverenda sic benigne, sicque gratiose personam nostram in ipso Electo dignemini contemplari, ut idem Thesaurarius noster, immo nos in personâ ejusdem, votum, ut firmiter speramus, optatum per vestræ gratitudinis gratiam consequantur, nosque propterea Clementiæ vestræ ad gratiarum actiones assurgere teneamur.

Conservet, &c.

Dat. apud Langele, 21 die Novembris, Anno Domini 1307; Regni verò nostri primo.

P. Sabinensi Episcopo, pro eodem Electo.

Ann. D. 1307. An. 1. E. 2. Rom. 1. E. 2. m. 10.

VEnerabili in Christo Patri & Amico suo karissimo, Domino P. Dei gratiâ, Sabinen. Episcopo, Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinali, Edwardus, &c. salutem & sinceræ dilectionis affectum.

Dignum merito, & gratitudinis debito conveniens arbitramur ut eorum, qui gerendis nostris negotiis, temporum suorum decursibus, insudârunt, quos variis virtutum meritis novimus insignitos, quorumque præstita nobis obsequia fructuosa reperimus, statum laudabilem eorundem quæsitis coloribus augeamus in melius, ac honores & commoda, quatenus cum Deo poterimus, feliciter procuremus.

Sane, vacante Cathedrali Ecclesiâ Wygorniensi, quæ de elemosinis Progenitorum nostrorum, quondam Regum Angliæ, fundata existit, pariter & dotata, per mortem, bonæ memoriæ, Willielmi quondam Episcopi ejusdem loci, qui apud Beluacum extremum clausisse dinoscitur diem fati, religiosi viri, & nobis in Christo dilecti, Prior & Conventus Monasterii prædicti, petitâ per ipsos à nobis, sicut moris est ab antiquo, alium sibi eligendi in Episcopum & Pastorem licentiâ, & obtentâ,

Discretum virum Walterum Reginaldi Thesaur. nostrum (qui nobis à longo tempore fideliter & utiliter deservivit, & quem ad regimen Ecclesiæ prædictæ idoneum, & nobis & Regno nostro fidelem & utilem reputamus) in futurum pastorem & antistitem suum sibi concorditer elexerunt.

Et, quia felix expeditio negotii electionis prædictæ, tùm propter jus nostrum & Coronæ Angliæ, tùm etiam propter prosperum statum Ecclesiæ prædictæ, ac promotionem electi prædicti, qui, ab infantiâ nostrâ, nostris fideliter adhæsit obsequiis, cujus etiam probata fidelitas ipsum nobis & populo Regni nostri, ex meritis suis, gratum reddidit & acceptum, ad quæ omnia nos obligari non inmeritò reputamus, multum insidet cordi nostro.

Paternitatem vestram affectuose requirimus & rogamus, quatinus erga Dominum summum Pontificem,

Ut idem Sanctissimus Pater noster examinationem, & confirmationem, totalemque dictæ Electionis expeditionem, quas per alios vel alium, quàm per administratorem spiritualitatis Archiepisc. Cantuar. ibidem per dictum Dominum Papam deputatum, ob aliquas certas causas expediri corditer affectamus, aliquibus, vel alicui de Regno nostro dictæ Cantuar. Ecclesiæ, suffraganeis, vel suffraganeo, quibus, vel cui, idem Dominus summus Pontifex duxerit ordinan-

Pat. 1. E. 2. p. m. 10. rori nostræ Mariæ, Sanctimoniali fontis Ebroldi, apud Ambresbury commoranti, annuatim, ad sustentationem Cameræ suæ; necnon & viginti Doliorum Vini, quæ eidem annuatim concesserat,

Assignâsset pro se & hæredibus suis eidem Sorori nostræ Manerium de Cosham cum pertinentiis in Comitatu Wiltoniensi: Et Burgum de Wilton & Bereford. cum pertinentiis in eodem Comitatu: Manerium de Sherstan cum pertinentiis in eodem Comitatu: Manerium de Porstok cum pertinentiis in Comitatu Dorsetensi: Manerium de Herdcote cum pertinentiis in Comitatu Somerset: Et Manerium de Freszkwatre & Whitefeld in Insula Vecta, cum pertinentiis in Comitatu Suthamptoniensi:

Habenda & tenenda eidem Sorori nostræ, ad sustentationem Cameræ suæ, quamdiu viveret, & infra regnum Angliæ moraretur:

Et quod haberet Maneria illa cum Escaetis, Wardis & Maritagiis, quæ occasione Corporum Maneriorum prædictorum accidere poterunt, salvis eidem Patri nostro & hæredibus suis hujusmodi Escaetis, Wardis & Maritagiis, quæ eidem Patri nostro vel hæredibus suis accidere possent ratione Terrarum & Tenementorum forinsecorum, & feodis Militum quæ tenentur de Maneriis supradictis:

Ac eadem Soror nostra dicta Manerium de Cosham, & Burgum de Wilton, & Bereford. quæ ad centum & unam libr. extenduntur per Annum, reddiderit in Manum nostram ad rogatum nostrum quieta de ipsa imperpetuum:

Nos, loco eorumdem Manerii de Cosham, & Burgi de Wilton & Bereford, concessimus eidem Sorori nostræ, pro nobis & hæredibus nostris, Manerium nostrum de Swayneston, cum pertinentiis in Insulâ prædictâ: exceptis Membris ejusdem Manerii, quod ad centum & quatuor Libras, sexdecim solidos, novem denarios, unum obolum, & unum quadrantem extenditur annuatim,

Habenda & tenenda eidem Sorori nostræ, unà cum Escaetis, Wardis & Maritagiis, quæ nobis, vel hæredibus nostris accidere poterunt ratione Corporis dicti Manerii de Swayneston, simul cum prædictis Maneriis de Sherstan, Porstok, Herdecote, Freskewatre & Whitefeld, ad sustentationem Cameræ suæ quamdiu vixerit, & infra regnum nostrum moram fecerit, in formâ quâ alia Maneria prædicta priùs tenuit ex concessione dicti Patris nostri; Salvis nobis & Hæredibus nostris hujusmodi Escaetis, Wardis & Maritagiis, quæ nobis & Hæredibus nostris accidere poterunt ratione Terrarum & Tenementorum forinsecorum, & feodis Militum, quæ tenentur de prædicto Manerio de Swayneston.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Langele, 21 die Novembris.

Per breve de privato Sigillo.

---

* III. 30. ** Regi, de Conductu pro Nunciis Papæ.*

Ann. D. 1307. An. 1. E. 2. Ex Autogr. CLemens Episcopus, servus servorum Dei, Carissimo in Christo Filio E. Regi Angliæ Illustri, salutem & Apostolicam Benedictionem.

Nuper Excellentiæ Regiæ scripsimus, quod, cùm super certis negotiis, nos, & Ecclesiam Romanam, teque, fili carissime, tangentibus, Venerabiles Fratres nostros Nicolaum Archiepiscopum Ravennat. & Petrum Episcopum Astoricen. Apostolicæ sedis Nuncios, viros utique profunditate scientiæ præditos, ac probitatis & circumspectionis maturitate conspicuos, ad tuæ Celsitudinis præsentiam providemus destinandos, eis oportunas litteras regias de securo conductu, ut ad eandem accedere præsentiam, ibique morari, & ad nos redire securè valerent, liberaliter eisdem, Archiepis-

Sigillo avulso.

Regi Bulla pro captione Templariorum facienda uno die; quod eodem modo processit Rex Franciæ.

CLemens Episcopus, servus servorum Dei, Carissimo in Christo Filio, E. Regi Angliæ Illustri, salutem & Apostolicam Benedictionem. Ann. D. 1307. An. 1. E. 2. Ex Autogr.

Pastoralis præminentiæ Solio, disponente illo qui cuncta disponit, licet immeriti, præsidentes, hoc præcipuè ferventer appetimus, hoc votis ardentibus affectamus ut, excusso à nobis negligentiæ somno, circa Gregis Dominici Custodiam, submovendo noxia, & agendo profutura, animas Deo lucrifacere, suâ nobis cohoperante gratiâ, valeamus

Sane dudum, circa promotionis nostræ principium ad apicem Apostolicæ dignitatis, ad nostrum quadam levi suggestione pervenit auditum, quod abolim de statu Sathanæ in Templariorum ordine, sparso pestiferi generis semine, subcrevit ex illo messis odibilis, fructus pestiferos ex sui naturâ producens, viz. quod Templarii, sub religionis * pallio militantes exteriùs, in Apostasiæ perfidiâ intus vixerunt hactenus in detestabili hæreticâ pravitate. * III. 31.

Cæterum, nunc attendentes quod Ordo ipsorum longis retro temporibus multæ refulsit nobilitatis gratiâ & decoris, ac magna fidelium devotio diu viguit apud eos, quodque tunc nullam audiveramus super præmissis suspicionem, vel infamiam contra ipsos, & nichilominus, quod à suæ Religionis exordio portaverunt publicè signum Crucis, corpora exponentes & bona contra inimicos fidei pro aquisitione, retentione, ac diffensione Terræ Sanctæ, Domini & Salvatoris nostri Jehu Christi pretioso sanguine consecratæ, suggestioni prædictæ noluimus aures credulas exhibere.

Verum postea auribus Carissimi in Christo Filii nostri Philippi Reg. Franc. Illustris insonuit, quod singuli fratres dicti Ordinis in sui professione, eum ordinem ipsum ingrediuntur, expressis verbis abnegant Dominum Jesum Christum, necnon ydolum adorant in suis Capitulis, & alia nefanda committunt, quæ ob ruborem exprimendi subticemus ad præsens;

Propter quod idem Rex, ad requisitionem Inquisitoris hæreticæ pravitatis, in Regno suo generaliter à Sede Apostolicâ deputati, de Prælatorum, Baronum, ac aliorum sapientum deliberatione sollempni, Magistrum, Majorem, & alias singulares personas dicti ordinis, quæ tunc erant in Regno suo, unâ die cum magnâ excogitatâ diligentiâ capi fecit, Ecclesiæ judicio præsentandas, & eorum bona mobilia & immobilia salva Custodiæ assignari pro Terrâ Sanctâ, si dictus Ordo dampnetur, alioquin pro ipso Ordine fideliter conservanda.

Deinde præfatus Magister dicti Ordinis spontaneè confessus est palam, præsentibus majoribus Personis Ecclesiasticis Parisius, Magistris in Theologiæ, & aliis, corruptionem erroris abnegationis Christi in Fratrum professionibus contra primam institutionem Ordinis præfati, instigante Sathanâ, introductam.

Quamplurimi etiam Fratres dicti Ordinis, ex diversis partibus dicti Regni Franc. dicta scelera sunt confessi, veram & non simulatam agentes pœnitentiam de commissis, prout hæc dictus Rex nobis per suas litteras intimavit, & ad nos etiam postmodum pervenerunt, famâ publicâ defferente.

Nos quoque Fratrem unum Militem dicti Ordinis, magnæ generositatis & auctoritatis virum, super pravitate jam dictâ personaliter examinavimus, qui dictum facinus abnegationis Jesu Christi, in ingressu dicti Ordinis, à se commissum, spontè confessus fuit plenariè coram nobis;

[illegible] & maxime dictis domibus vicinarum, inventaria facere, &, cum tempus fuerit, plenam de ipsis reddere rationem.

Quarum personarum depositariarum, propter honorem tuum, ut melius negotium sine bonorum direptionis & dissipationis suspicione procedat, nullæ sint de tuis Officialibus servientibus, vel aliis servitoribus quibuscumque.

Provisurus quod Terræ, ac Vineæ Templariorum ipsorum, eorum expensis, more solito, excolantur, ut bona ipsa dictis Templariis, si reperiantur innocentes, alioquin pro Terrâ Sanctâ integrè conserventur.

Taliter te super hiis habiturus, quod exinde, præter humanæ laudis præconium, apud Deum, cujus in hac parte negotium agitur, gratiæ tibi proveniat incrementum: Et nichilominùs ex hoc nostram, & Apostolicæ Sedis gratiam pleniùs merearis.

Quicquid autem super præmissis fieri jusseris, & quicquid fuerit executioni mandatum, nobis, quo celerius fieri possit, tuis literis intimare procures.

Dat. Pictavis, 10. Kal. Dec' Pontific. nostri Anno tertio.

De Nave ad pavilionês Regis in Franciam ducendos.

Ann. D. 1307. An. 1. E. 2. Claus. 1. E. 2. m. 16.

REX Majori & Vicecomitibus London. salutem.

Præcipimus vobis quod, sine dilatione aliquâ, habere faciatis dilecto servienti nostro, Galfrido le Taillur, sumptibus nostris, quandam bonam Navem, attilio bene & sufficienter munitam, ad Paviliones & Tentoria nostra ducenda, prout eidem Galfrido, ex parte nostrâ, pleniùs est injunctum.

Et, sicut indignationem nostram vitare, & vos indempnes conservare volueritis, nullatenus omittatis.

Teste Rege apud Langele, 25. die Novembris.

De Pontibus & Claiis pro passagio Regis providendis.

Ann. D. 1307. An. 1. E. 2. Claus. 1. E. 2. m. 14.

REX Vicecomiti Kantiæ, salutem.

Præcipimus tibi, firmiter injungentes, quod tot & tales pontes & Claias, pro instanti passagio nostro ad partes transmarinas, quot & quales dilectus & fidelis noster, Robertus de Kendale, Constabularius Castri nostri Devor. vel ejus locum tenens, aut dilectus Clericus noster, Stephanus de Wylmynton tibi ex parte nostrâ scire faciet, in Balliva tuâ, tàm infra libertates, quàm extra, sine dilatione fieri,

Et eos cum omni festinatione, quâ poteris, usque Devor. cariari facias, præfatis, Constabulario, vel ejus locum tenenti, aut dicto Stephano, vel uni eorum liberandos. Et hoc, sicut grave dampnum tuum vitare volueris, nullo modo omittas. Et custus, quos ad hoc apposueris, dictus Stephanus solvi faciet indilate.

Teste Rege apud Langele, 25. die Novembris.

Et quia Mater Ecclesia nulli negat salutis beneficium, quin potius paulo admisit gremio revertentem, nec etiam, ut mater alma, ad conversionem fidei Catholicæ vocare desunt infideles religiosi & honesti viri, ac in diversis litterarum scientiis eruditi, qui, zelo fervidæ caritatis accensi, pro fide Catholicâ ampliandâ corporum subire pericula non verentur.

Venerabilis, scilicet, Pater, frater Willielmus de ordine prædicatorum, Dei gratia, Liddensis Episcopus, multique ejusdem Ordinis, & aliorum fratres, secum ad partes vestras se transferunt, ad experiendum & temptandum si, per prædicationem verbi Dei, vel alio quovis modo, ad fidem Christi reducere possint populum infidelem (decet enim ut præcedat spiritualis gladius temporalem) quem quidem Episcopum, cum comitivâ suâ totâ, vobis pleno recommendamus affectu.

Vestram Serenitatem Regiam attentius requirentes, quatinus vos, eisdem, ob favorem fidei, benignos & favorabiles exhibentes, ipsis subsidium, cum indiguerint, impendere velitis, intuitu caritatis; & eò libentiùs & gratiosiùs, si placet, quod pro eis interveniunt preces nostræ, præfato Episcopo in hiis, quæ vobis, pro augmentatione fidei Catholicæ, duxerit exponenda, fidem credulam adhibere.

Dat. apud Langele, ultimo die Mensis Novembris, Anno Regni, &c.

Ad Papam pro præfato Episcopo.

Ann. D. 1307. An. 1. E. 2. Rom. 1. E. 2. m. 10.

SAnctissimo in Christo Patri, Domino C. Divinâ Providentiâ, Sacrosanctæ Romanæ ac Universalis Ecclesiæ summo Pontifici, Edwardus, &c. devota pedum oscula beatorum.

Illos, qui pro augmento & exaltatione fidei Catholicæ se periculis exponere non verentur, meritò decet & convenit suffragiis & favoribus prosequi gratiosis.

Cùmque venerabilis Pater, & nobis in Christo carus, frater Willielmus Liddensis Episcopus, Vir utique discretus, & aliis diversis virtutum meritis insignitus, ad partes ultramarinas, cum aliis litteratis & Religiosis viris, in multitudine copiosâ, ad temptandum & experiendum si, per Prædicationem verbi Dei, vel alio quovis modo, divinâ opitulante virtute, ad fidem Ecclesiæ reducere valeat populum infidelem, transferre, ut accepimus, se proponat, Sanctitati vestræ eundem Episcopum pleno recommendamus affectu.

Supplicantes attente, quatinus ipsum & prosecutionem negotii prædicti habentes zelo fidei specialiùs commendatos, eidem Episcopo exhibere vos dignemini, super justis & honestis suis petitionibus, in hac parte, favorabiles & benignos.

Conservet vos Altissimus ad Regimen Ecclesiæ suæ Sanctæ per tempora feliciter longiora.

Dat. apud Langele, ultima die Mensis Novembris.

---

* *Ad Imperatorem Tartarorum de Hæresi Mahometana extirpanda.* * III. 34.

Ann. D. 1307. An. 1. E. 2. Rom. 1. E. 2. m. 11.

SErenissimo Principi, Domino Tartarorum Imperatori potentissimo, Edwardus, &c. felicem regnandi gloriam, cum salute.

Reges & Principes terreni tanto magis dinoscuntur Regi cælestis gloriæ complacere, quanto simplices Christi fideles ardentiùs de-

Ann. D. **Q**Uibuſdam certis de cauſis ordinatum eſt per Dominum Regem, & Concilium ſuum, quod die Mercurii, proximo poſt
1307. feſtum Epiphaniæ Domini, proximo futurum, omnes fratres de
An. 1. ordine Militiæ Templi, in ſingulis Comitatibus Angliæ, per Vice-
E. 2. comitem eorundem Comitatuum, & per aliquos legales homines
Clauſ. 1. de eiſdem Comitatibus, per corpora ſua attachientur:
E. 2. *m.* 13. *d.*

Et quod omnes Terræ, & omnia tenementa, bona & catalla ſua, tàm Eccleſiaſtica, quàm temporalia, ſeiſiantur, & capiantur in manum dicti Regis, unà cum Cartis, Scriptis, & omnimodis munimentis ipſorum fratrum:

Et quod de bonis & catallis illis, & eorum pretio, fiant legale inventarium & indentura, in præſentiâ Cuſtodis cujuſlibet locorum eorumdem fratrum, quicumque fuerit, frater, videlicet, illius Ordinis vel alius; & in præſentia duorum legalium hominum, dicto loco vicinorum, & magis propinquorum, qui commode adeſſe poterunt: unde una pars remaneat penes dictum Cuſtodem, & altera penes Vicecomitem, ſub ſigillo illius, qui bona & catalla illa fecerit ſic ſeiſiri:

Et quod bona & catalla illa ponantur in ſalvâ & ſecurâ cuſtodia;

Et quod pecora & animalia dictorum Fratrum benè cuſtodiantur & ſuſtententur de bonis ſupradictis, prout ad majus * commodum fore videbitur faciendum: * III. 35.

Et quod Terræ eorum excolantur, & ſeminentur de exitibus earumdem ad majus commodum, quo fieri poterit, & profectum:

Et quod corpora dictorum Templariorum ſalvò, ſecurè & honeſtè cuſtodiantur, in loco competenti, alibi quàm in locis ſuis propriis; ita quod eorum Cuſtodes ſecuri ſint de corporibus eorumdem fratrum: dum tamen non ſint in durâ & vili priſonâ, donec Rex aliud inde duxerit ordinandum.

Et quòd inveniatur eiſdem fratribus rationabilis ſuſtentatio, juxta ſtatûs eorum decentiam, de rebus & bonis, ſic ſeiſiendis per mandata dicti Regis, modo competenti.

Quibus peractis, Vicecomites ſcire facient, per litteras ſuas, Theſaurario & Baronibus de Scaccario apud Weſtmonaſterium, quot fratres & quos fecerint areſtari: & nomina eorumdem: & ubi: & ſub quâ cuſtodiâ eos poſuerint; & tranſcripta indenturarum, quæ erunt indè factæ, mittant dictis Theſaurario & Baronibus:

Et quod ſcire faciant eiſdem, diſtinctè & apertè, quæ terræ, & quæ tenementa dictorum fratrum fuerint ſic ſeiſita, unà cum toto facto ſuo in hac parte; ita quod iidem, Theſaurarius & Barones, in craſtino Purificationis beatæ Mariæ, proximò futuro, per dictos Vicecomites indè ad plenum certiorentur.

Quam quidem ordinationem dictus Rex exequi fecit in hunc modum.

Primo, videlicet, mandavit brevia ſua ſingulis Vicecomitibus per Angliam, quod Vicecomites præmunirent legales homines de ballivis ſuis uſque ad certum numerum, videlicet, 10 vel 12 in quolibet Comitatu, de quibus idem Rex meliùs ſe poſſet confidere, quod eſſent apud certum locum in Comitatu, ſub foriſfacturâ omnium quæ Regi foriſfacere poſſent, & quod Vicecomes, ſub eadem foriſfacturâ, eſſet, in propriâ perſonâ ſuâ, ad eundem locum, die dominicâ, in craſtino dicti feſti Epiphaniæ Domini, ad faciendum aliqua pacem dicti Regis tangentia, & quæ idem Vicecomes in brevi Regis, ei dirigendo, inveniret contineri.

Sane nuper, ad noſtram accedens præſentiam, quidam Clericus, * III. 36.
qui ad ſubvertendum ordinem fratrum Militiæ Templi Jeroſolimitani appoſuit, ut videbatur, omni ſtudio, quo potuit, vires ſuas,

Nonnulla horrenda, & deteſtabilia, ac fidei Catholicæ repugnantia coram nobis, & Conſilio noſtro, in diffamationem fratrum Prædicatorum, proponere tunc præſumpſit; cupiens nos inducere, tùm per ea quæ ſic propoſuit, tùm etiam per litteras quorumdam, quas nobis dirigi procuraverat ex hac causâ, ut fratres ordinis prædicti, infra noſtrum Dominium commorantes, occaſione præmiſſorum, ſine debitâ cauſæ cognitione, carcerali cuſtodiæ traderemus.

Conſiderantes autem quod ordo prædictus, qui religione & honeſtate præclarus, & ab olim a Catholicis Patribus extitit, ut diximus, inſtitutus, devotionem debitam exhibet, &, à tempore ſuæ fundationis, exhibuit Deo & Eccleſiæ ſuæ Sanctæ: Necnon magnum hucuſque, pro ſalvatione fidei Catholicæ in ultramarinis partibus ſubſidium præſtitit & tutelam;

Hujuſmodi ſuggeſtioni, de fratribus ordinis prædicti propoſitæ, & hactenus inauditæ, fidem credulam adhibendam fuiſſe nobis minimè videbatur.

Veſtram igitur Regiam Majeſtatem affectuoſe requirimus & rogamus, quatinus, præmiſſis cum diligentiâ debitâ ponderatis, aures veſtras à perverſorum detractionibus, qui, ut credimus, non zelo rectitudinis, ſet cupiditatis & invidiæ ſpiritibus excitantur, avertere velitis;

Nullam indeliberatè fratribus ordinis prædicti, in Regno veſtro commorantibus, ad cujuſquam ſuggeſtionem, ſi placet, in perſonis, aut rebus eorum moleſtiam inferendo, ſeu ab aliis inferri permittendo, quouſque eos ſuper ſibi impetitis legaliter convinci, ſeu aliud contra eos ordinari contigerit in hac parte.

Dat. apud Redyng, 4. die Decembris.

Conſimiles litteræ diriguntur ſubſcriptis; videlicet,

Domino Ferando, Regi Caſtellæ & Ligionis, Conſanguineo Regis.
Domino Karolo, Regi Siciliæ, Conſanguineo Regis.
Jacobo Regi Arragoniæ, Amico Regis.

Ad Papam pro Epiſcopo Exonienſi, ſuper Appellatione ad Curiam Romanam.

PAPÆ Rex, devota pedum oſcula beatorum. Ann. D.
Habet de veſtræ affluentiâ bonitatis fiduciam Regia circumſpectio ſpecialem, quod illorum proſequetur negotia favoris præſidio potioris, pro quibus veſtram Clementiam noſtra interceſſio affectuoſius interpellat; & præcipuè quorum laudabilis vitæ merita, & elegantia morum inſignis, ipſos dignos favore & gratiâ repræſentant.

1307. *An.* 1. *E.* 2 *Rom.* 1. *E.* 2. *m.* 8. *d. dor.*

Sanè, Exonienſi Eccleſiâ ſuo nuper viduatâ Paſtore, Decanus & Capitulum ejuſdem ad electionem de futuro præficiendo Pontifice procedentes, inter cæteros, quos ad ipſius Eccleſiæ Regimen utiles fore conſpexerunt, ad perſonam dilecti viri, & nobis in Chriſto dilecti, Magiſtri Walteri de Stapeldon, juris Canonici Profeſſoris, ac Sanctitatis veſtræ Capellani, Præcentoris ejuſdem Eccleſiæ ſuæ, conſiderationis intuitum direxerunt, & ipſum elegerunt concorditer in ipſius Eccleſiæ Epiſcopum & Paſtorem.

N 3 Nos

ſit in Epiſcopum & Paſtorem: Ac quidam, ejuſdem electi profectibus invidentes, quaſdam appellationes, ut intelleximus, ad Sedem Apoſtolicam, ex odii fomite potius quàm ex zelo juſtitiæ, interpoſuerint, ad impediendum malitioſè ſuæ electionis effectum;

Nos ejuſdem electi, cujus, &c. *Ut ſupra.* Paternitatem veſtram attentè requirimus & rogamus, quatinus eundem electum, & ejus negotia, vobis ex parte ſua plenius exponenda, habentes, noſtri contemplatione rogaminis, uberius recommendata: Eidem Electo, in hujuſmodi negotiorum proſecutione, promptis favoribus, conſiliis & auxiliis, velitis aſſiſtere oportunis; eademque negotia, ubicumque neceſſarium fuerit, juxta ſperatam fiduciam, affectu benivolo promovere.

Ita, ſi placet, quòd ex veſtro ſubſidio & favore ſperatus ſibi fructus adveniat, noſque ob inde reddamur ad ea, quæ vobis & veſtris grata fuerint & accepta, meritò promptiores.

Dat. apud Langele, 6. die Decembris.

Conſimiles litteræ diriguntur Domino R. del Got, Sanctæ Mariæ Novæ Dyacono Cardinali.

Dat. ut ſupra.

Papæ pro Templariis.

Ann. D. 1307. *An.* 1. *E.* 2. *Rom.* 1. *E.* 2. *m.* 11. *dor.*

PAPÆ Rex, devota Pedum oſcula beatorum.

Graviſſimus, hiis diebus, apud nos de Magiſtro & fratribus Ordinis Militiæ Templi rumor ebullivit infamiæ, rumor quippe amaritudine plenus, cogitatu terribilis, horribilis auditu, & ſcelere deteſtabilis, cujus qualitate, ſi veritate niteretur, penſatâ eò graviori pœnâ forent plectendi, quò profundior reatûs immenſitas eſt à cunctis Chriſti fidelibus reputanda.

Et quia prædicti Magiſter & fratres, in fidei Catholicæ puritate conſtantes, à nobis, & ab omnibus de Regno noſtro tàm vitâ, quàm moribus habentur multipliciter commendati, non poſſumus hujuſmodi ſuſpectis relatibus dare fidem, donec ſuper hiis nobis plenior innotuerit certitudo.

Nos itaque, prædictorum Magiſtri & fratrum afflictionibus & jacturis, quas occaſione hujuſmodi infamiæ patiuntur, compatientes ex animo, Sanctitati veſtræ affectuoſiſſimè ſupplicamus quatinus eorumdem, Magiſtri & fratrum bonæ famæ oportunis, ſi placet, favoribus conſulentes, ſiniſtris detractationibus, & calumpniis, ac criminibus, per aliquos æmulos & reprobæ voluntatis, qui illorum merita ad perverſitatis opera, cultui divino oppoſita, reducere moliuntur, ipſis impoſitis, dignemini clementiùs obviare, quouſque hujuſmodi crimina, ut prædicitur, eis impoſita, ſi quæ fuerint, in forma juris coram vobis, ſeu vices veſtras gerentibus in hac parte, clariùs ſint detecta.

Conſervet, &c.

Dat. apud Weſtm. 10. die Decembris, Anno Regni noſtri primo.

conferebant:

De cujus Præbendæ collatione, ſic, ut præmittitur, dicto Johanni Clerico noſtro facta, & jure Coronæ Regiæ, in hoc caſu, dictus Pater noſter, dum vixit, vos ſufficienter ſuis, ut dicitur, litteris informavit.

Ac jam de novo intelleximus quod dictus Franciſcus, Sanctæ Mariæ in Coſmedyn Diaconus Cardinalis, ſuggerens vobis præfatos Walterum & Johannem in prædictis Theſaurariâ & Præbendâ ſe temerè intruſiſſe, & dictum Franciſcum Gayetani, ipſius Cardinalis Nepotem, contra juſtitiam ſpoliaſſe,

Per veri ſuppreſſionem à vobis litteras Apoſtolicas ad citandum eoſdem, ut perſonaliter compareant coram vobis infra terminum, in eiſdem litteris comprehenſum, eidem Franciſco Gayetani, ſuper præmiſſis, de juſtitia reſponſuros, per vos ſuper hoc certis executoribus deputatis, pro dicto Nepote ſuo, ſicut dicitur, impetravit.

Nos, cernentes dictam ſuggeſtionem carere primordio veritatis, eo quod dicti Clerici noſtri in Theſaurariâ & Præbendâ prædictis, ex collationibus dicti Patris noſtri, juſte, abſque intruſionis vitio, ſunt ingreſſi:

Attendentéſque quod citationes hujuſmodi, & illarum executio, ſi procederent, in enervationem juris noſtri Regii, & exhæredationem noſtram, & enormem læſionem dignitatis & Coronæ noſtræ cederent manifeſte, potiſſimè ſi eorumdem negotiorum diſcuſſio (circa quæ noſtrum ſpecialiter intereſſe verſatur) alibi quàm in dicto Regno noſtro fieret quovis modo:

Quibus etiam Waltero & Johanni, ex hac causâ, ſe veſtro conſpectui via per nos præcluditur præſentandi:

Sanctitati veſtræ devotiſſimè ſupplicamus, quatinus, præmiſſis benigna meditatione penſatis, ad jus Regium in hac parte, cujus præcipuos defenſores vos eſſe ſperamus, intuitum convertentes, ſuper dictis collationibus virtute ſuggeſtionum prædictarum, proceſſum fieri aliquem minimè permittatis; nec quod Clerici noſtri, quorum defenſioni in ipſis Negotiis deeſſe non poſſumus, ſicut nec debemus, eo * prætextu, non inquietentur indebitè, ſeu graventur. * III. 39.

Profectò, etſi nos vellemus tepeſcere in hoc facto, ſeu illud permittere ſub diſſimulatione tranſire, Magnates tamen & Proceres Regni noſtri, qui ad defenſionem dignitatis Coronæ Angliæ, ex homagii & fidelitatis vinculo, ſunt aſtricti, jus noſtrum hujuſmodi taliter deperire minimè ſuſtinerent.

Conſervet, &c.

Dat. apud Weſtm. 10. die Decembris.

De vadiis priſonibus, Scotis & Wallenſibus liberandis.

Ann. D. 1307. *An.* 1. *E.* 2. *Clauſ.* 1. *E.* 2. *m.* 14.

REX Vicecomiti Norff. ſalutem.

Præcipimus tibi quod, de exitibus Ballivæ tuæ, habere facias Patricio de Polleſworth, Priſoni de Scotiâ, Reſo fratri Malgon, Griffino fratri ejus, & Filio Reſi ap Mereduk, Walenſibus, in Caſtro noſtro Norwici commorantibus, vadia ſua; talia, videlicet, qualia tempore Domini Edwardi, quondam Regis Angliæ, Patris noſtri, percipere conſueverunt; & nos tibi inde, in compoto tuo, ad Scaccarium noſtrum, debitam allocationem habere faciemus.

Teſte Rege apud Weſtm. 10. die Decembris.

REX

E. 2. m. 9. ... memoriæ, Domini T. de Cantilupo, quondam Herefordensis Episcopi, ex illustri Anglorum prosapiâ oriundi, signa & prodigia pariens, per quæ fides roboratur Catholica, devotio populo excitatur, Ecclesiam suam lætificat miraculis gloriosis.

Quibus Dei beneficiis vestræ Sanctitati dudùm expositis, ad instantiam devoti Filii vestri, claræ memoriæ, Patris nostri defuncti (de cujus Consilio dictus Dominus Thomas, dum vixerit, extiterat) ad inquirendum de fide, vitâ, moribus, famâ & Miraculis ejusdem, Venerabilem Patrem Dominum G. Dei gratiâ, Miniatens. Episcopum, virum utique alti consilii & providentiæ circumspectæ, cum quibusdam aliis Collegis, ad Regnum nostrum Angliæ destinâstis; pro quo Clementiæ vestræ assurgimus ad laudum præconia, & gratiarum uberes actiones.

Cùm itaque dictus Pater, in commisso fidelis & diligens, solempnem inquisitionem fecerit de præmissis, processumque super hoc habitum Apostolicæ Sedi mittat;

Sanctitatem vestram devotis precibus exoramus, quatinus, visâ relatione dicti Episcopi, aliorumque Collegarum suorum, reliqua, quæ ad fælicem & celerem expeditionem istius negotii necessaria

* III.4o. * fuerint, de vestrâ clementi potentiâ, & potenti clementiâ velitis adicere:

Et dilecto Clerico nostro, Magistro Adâ de Orleton, utriusque juris perito (qui, pro hujusmodi negotii promotione, ad vestram beatitudinis præsentiam accedit) quem, nostri intuitu, vestra benignitas habere dignetur commendatum, benignam audientiam dignemini impertiri;

Ut, per promeritæ Canonizationis meritum, tanta lucerna, super candelabrum collocata, beatorum ascripta Cathalogo Confessorum, vestris temporibus honoretur in terris: Et glorificetur Altissimus in excelsis; nobisque, populo Regni nostri, ac cæteris fidelibus, ipsius precibus Dominus exoratus gratiam tribuat in præsenti, & gloriam in futuro.

Dat. apud Westm. 12 Die Decembr.

Ad Cardinalem Sanctæ Sabinæ, super præfata Canonizatione.

Ann. D. 1307. An. 1. E. 2. Rom. 1. E. 2. m. 9.

VEnerabili in Christo Patri, Domino Tho. Dei gratiâ, Tituli Sanctæ Sabinæ Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbitero Cardinali, Amico suo karissimo, Edwardus eadem gratiâ, &c. salutem & sinceræ dilectionis affectum.

Habet, & meritò, regalis Serenitas vestræ Paternitati rependere gratiarum uberes actiones, potissimè super eo quòd operam studiosam, ut accepimus, præbuistis in promovendo negotium Canonizationis, piæ memoriæ, Domini Thomæ de Cantilupo, quondam Episcopi Herefordensis:

Pro quâ à Sede Apostolicâ optinendâ, claræ memoriæ, Pater noster, dum vixit, per litteras suas & Nuncios, vitæ Sanctæ ejusdem Thomæ insignia, ipsiusque miracula attestantes, Apostolicæ Sanctitati humiliter supplicavit.

Ad cujus Patris nostri instantiam, vestro mediante juvamine, Apostolicæ Sedis benignitas ad inquirendum de fide, vitâ, moribus, famâ & Miraculis ejusdem Domini Thomæ, venerabilem Patrem Dominum G. Dei gratia, Miniaten. Episcopum, cum quibusdam aliis Collegis, ad Regnum nostrum Angliæ destinavit.

Cùm itaque, &c. *ut supra.* impendentes, ut sic, continuato vestræ magnificæ devotionis pio zelo, prædictum negotium, juxta votum nostrum commune, sortiatur effectum prosperum & felicem; nosque vobis exinde ampliores grates & gratias rependere teneamur, & vestris gratis affectibus reddamur meritò promptiores.

Dat. apud Westm. 12 die Decemb.

... relatione dicti Episcopi, ac aliorum Collegarum suorum pro celeri & felici expeditione istius negotii, erga Patrem nostrum summum Pontificem (cujus Clementiam in hac parte pulsamus prece piâ) velitis interponere, nostri interventu rogaminis, partes vestras.

Dilecto Clerico nostro Magistro Adæ de Orleton, utriusque Juris perito (qui, pro hujusmodi negotii promotione, ad vestram præsentiam accedit) quem, nostri intuitu, habere dignemini propensius commendatum, utile consilium & speratum auxilium in agendis, si placet, impendentes,

Sic prædictum negotium (cujus zelatores vos esse speramus) efficaciter promovendo, ut (præter divinæ retributionis gratiam, quam exinde poteritis plenius promereri) nos vestris gratis affectibus reddamur meritò promptiores.

Dat. apud Westm. 12. die Decembris.

Eodem modo scribitur Cardinalibus subscriptis; videlicet,

Domino N. Hostien. & Velletren. Episcopo, *Domino P. Sabinen. Episcopo,* *Domino T. Civitatis Papalis Episcopo,* *Domino L. Albanen. Episcopo.*	Episcopis Cardinalibus.
Domino G. Tituli Sanctæ Potentianæ, *Domino P. Tituli Sancti Apollinaris,* *Domino G. Tituli Sancti Marcelli,* *Domino G. Tituli Sancti Martini in Montibus,* *Domino G. Tituli Sancti Ciriaci in Termis,* *Domino N. Tituli Sanctæ Eusebiæ,* *Domino J. Tituli Sanctorum Marcellini & Petri,* *Domino B. Tituli Sanctorum Nerei & Achillei,*	Presbiteris Cardinalibus.
Domino R. Tituli Sancti Eustachii, *Domino L. Tituli Sancti Angeli,* *Domino F. Tituli Sanctæ Mariæ in Cosmedyn,* *Domino R. Tituli Sanctæ Mariæ Novæ,* *Domino L. Tituli Sanctæ Mariæ in Via Lata,* *Domino J. Tituli Sancti Georgii ad Velum Aureum,* *Domino F. Tituli Sanctæ Luciæ in Silice,* *Domino P. de Columpna,* *Domino A. Tituli Sanctæ Mariæ in Porticu.*	Diaconis Cardinalibus.

Ad Gaitanum Cardinalem, quod Coronæ Jura conserventur.

VEnerabili in Christo Patri, Domino Francisco Gaytani, Sanctæ Mariæ in Cosmedyn Dyacono Cardinali, Amico suo karissimo, Edwardus, &c. salutem & sinceræ dilectionis affectum. Ann. D. 1307. An. 1. E. 2. Rom. 1. E. 2. m. 8.

Regnantibus nobis in Hæreditario Regno Angliæ, illud occurrit præcipuè providâ deliberatione pensandum, qualiter idem Regnum in statu pacifico salubriter dirigatur, juraque Coronæ nostræ & Regiæ dignitatis conserventur illæsa, ac etiam promotores eorumdem nostræ potentiæ dexterâ protegantur; & in regiam dignitatem, di-

exhæredationem Coronæ nostræ, ac enormem Læsionem dignitatis Regiæ redundaret; potissimè si eorundem negotiorum discussio (circa quæ nostrum specialiter interesse versatur) alibi, quàm in dicto Regno nostro fieret quovis modo:

Quibus etiam prædictis Waltero & Johanni, ex hac causâ, se sedis Apostolicæ conspectui via per nos præcluditur præsentandi;

Vestram Paternitatem attente requirimus & rogamus, quatinus præfatum Nepotem vestrum ab hujusmodi impetrationibus & prosecutionibus, per vos nomine ejusdem factis, penitùs desistere faciatis; ita quod jus nostrum & dictæ collationes in aliquo non lædantur, & quod iidem Clerici nostri (quorum defensioni in hac parte deesse non possumus, sicuti nec debemus) eo prætextu non inquietentur indebite, seu graventur.

Dat. apud Westm. 12 die Decembris.

Bulla Papæ Clementis ad Regem, de Inhibitione revocanda.

Ann. D. 1307. An. 1. E. 2. Ex Autogr.

CLemens Episcopus, servus servorum Dei, Carissimo in Christo Filio E. Regi Angliæ Illustri, salutem & Apostolicam Benedictionem.

More pii Patris, Fili Carissime, ducimur ad tuum, Regnique tui statum prosperum, & tranquillum, te ad ea, quæ tuæ saluti expediunt, honori, & utilitatibus tuis ac dicti Regni tui congruunt, salutaribus exhortationibus invitando.

Attendat itaque tua devotio diligenter verba Patris ex puritate loquentis, illaque debitâ meditatione consideret, ut sicut ex sincerâ dilectione procedunt, sic devoto recipiantur auditu, & ad effectum debitum deducantur.

Nuper siquidem ad audientiam nostram pervenit, quòd licet singuli Abbates Cestertiensis ordinis ad generale Capitulum, quod in Monasterio Cestertiensi, ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis, Cabilonensis diocesis, consuevit annuatim certo tempore celebrari, juxta ipsius ordinis instituta, a longis retro temporibus observata, & auctoritate sedis Apostolicæ ex certâ scientiâ confirmata, venire personaliter teneantur, Statutis, Ordinationibus, & Mandatis dicti Capituli parituri, tamen nonnulli Abbates dicti ordinis, infra Regni tui terminos constituti, Statutorum hujusmodi transgressores, ad Capitulum prædictum accedere, ac dictis Statutis, Ordinationibus, & Mandatis parere, ut tenentur, temerariâ præsumptione contempnunt; asserentes in suæ præsumptionis fomentum, quod id est eis inhibitum per te, vel alium, de mandato tuo, in animarum suarum periculum, dicti Ordinis præjudicium, & scandalum plurimorum.

Nos igitur diligentiùs attendentes, quòd idem Ordo in agro plantatus Ecclesiæ, fructus uberes laudabiliter produxit hactenus, & assiduè in Ecclesiâ ipsâ producit, & quod honori, ac utilitatibus tuis, & dicti Regni tui congruit & saluti, si dictus Ordo & personæ ipsius in Unione caritatis, & dilectionis constantiâ perseverent;

Serenitatem Regiam rogamus & hortamur in Domino, quatinus
*III. 43. pro Divinâ, * & Apostolicæ sedis reverentiâ habens dictum Ordinem, quem nos, pro divini nominis gloriâ, benevolentiâ paternâ diligimus, necnon & præfatum Monasterium propentiùs commendata, supradictos Abbates, constitutos infra hujusmodi terminos dicti Regni, venire personaliter ad præfatum Capitulum, ut tenentur, juxta dicti Ordinis instituta, libere patiaris, quamlibet inhibitionem, siqua forsitan per te, vel per alium super hoc facta existit, penitus revocando.

Ac nichilominus concedendo eisdem, quod, sæpedictum capitulum personaliter adeuntes, hujusmodi Statutis, Ordinationibus,

no, in proximo profecturi, & ibidem aliquamdiu moraturi;

Nos, pro conservatione pacis & tranquilitate Populi Regni nostri, dum in partibus agemus supradictis, volentes aliqua tibi, quæ in brevi nostro, tibi imposterum dirigendo, continebuntur, exponi plenius & injungi; E. 2. Claus. 1. E. 2. m. 13.

Tibi præcipimus, firmiter injungentes, quod statim, visis præsentibus, advertens te de viginti & quatuor discretis & fidelibus hominibus, Comitatûs tui militibus videlicet, seu aliis, de quorum fidelitate majorem fidem geris, & etiam confidere possimus:

Ipsos præmunias, ex parte nostrâ, quod, excusatione qualibet amotâ, sint ad te apud Eborum, sub forisfacturâ omnium quæ nobis forisfacere poterunt, die dominicâ, in Crastino Epiphaniæ Domini proximo futuro, summo mane; ubi tu sub eadem forisfacturâ, omnibus aliis prætermissis, sis in propriâ personâ tuâ ad faciendum ea, quæ in dicto brevi nostro invenies contineri; necnon & ea, quæ per ipsum, qui dictum breve nostrum tibi, ad dictos diem & locum, deferet, tibi, & ipsis, ex parte nostrâ, plenius injungentur.

Ex hoc nullo modo omittas.

Teste Rege apud Westm. 15. die Decembris, anno &c. primo.

Eodem modo mandatum est Vicecomitibus subscriptis, quod advertant se de certo numero hominum, & eos præmuniant quod sint apud certa loca; videlicet,

Vicecomiti Northumbr. de decem apud Novum Castrum super Tynam.
Vicecomiti Cumberl. de decem apud Karliolum.
Vicecomiti Westmerl. de decem apud Appelby.
Vicecomiti Lancastr. de decem apud Lancastr.
Vicecomiti Lincoln. de duodecim apud Lincoln.
Vicecomiti Notingh. & Derb. de quatuordecim apud Sandyacre.
* *Vic. Salop. & Stafford. de quatuordecim apud Lichfeld.*
Vicecomiti Warr. & Leicestr. de quatuordecim apud Monkeskirby. *III. 44.
Vic. Rotland. de decem apud Ockham.
Vic. Northt. de decem apud Northt.
Vic. Cant. & Hunt. de duodecim apud Cant.
Vic. Buck. & Bedeford. de duodecim apud Woburn.
Vic. Wigorn de decem apud Wigorn.
Vic. Hereford de decem apud Hereford.
Vic. Gloucestr. de decem apud Glouceste.
Vic. Somers. & Dors. de duodecim apud Shireburn.
Vic. Devon. de decem apud Exon.
Vic. Cornub. de decem apud Lanceneton.
Vic. Wilts de decem apud Wilton.
Vic. Sutht. de decem apud Wynton.
Vic. Oxon. & Berk. de duodecim apud Abyndon.
Vic. Surr. & Sussex de duodecim apud Gildeford.
Vic. London. de duodecim apud London.
Vic. Midd. de sex apud Westm.
Vic. Kant. de duodecim apud Cantuar.
Vic. Essex & Hertford. de duodecim apud Waltham.
Vic. Norff. & Suff. de viginti apud Thetford.

Ad

abolitam incurrere potuit quovis modo, eidem Archiepiscopo, flagellis, ut credimus, emendato, remittimus ignoscentes,

Et quia Regum Angliæ Coronatio ad Archiepiscopum Cantuariensem, qui pro tempore fuerit, pertinet, & pertinuit ab antiquo; nosque in brevi coronari proponimus, Deo dante, cujus Coronationis expeditio, ut firmiter credimus, quam plurimùm insidet cordi vestro,

Vestræ Sanctitati devotissimè supplicamus, quatinus statui prædicti Archiepiscopi, compassionabili & depresso, compatientes affectu, præfatum Archiepiscopum ad Ecclesiam suam prædictam,

Ne, multiplici afflictione correptus, diutius affligatur, eo gratiosiùs & celeriùs, quo ipsa Cantuariensis Ecclesia in ipsius Archiepiscopi reditu salubria suscipere incrementa, clerique ejusdem Provinciæ sperant visione paternâ recreari, nosque Coronationis nostræ solempnia ab eodem recipere intendimus,

Dignemini remandare.

Conservet, &c.

Dat. apud Westm. 16. die Decembris, Anno Domini Millesimo, Trecentesimo, septimo, Regni, &c. primo.

• III 45. *De Templariis in Scotia, Hibernia & Wallia attachiandis.*

Ann. D. 1307. An. 1. E. 2. Claus. 1. E. 2. m. 13. d.

REX dilecto & fideli suo, Johanni Wogan, Justiciario suo Hiberniæ, & Thesaurario suo de Scaccario Dublin, salutem.

Mittimus vobis quandam ordinationem, per nos & consilium nostrum certis rationibus factam,

Quam executioni in partibus Angliæ die Mercurii, proximo post festum Epiphaniæ Domini, proximo futurum, faciendæ fecimus demandari:

Et quam in partibus Hiberniæ, sicut in cæteris Terris Dominii nostri, teneri, &, ad aliquem certum diem, per vos, cum omni celeritate, quâ commodè fieri poterit, statuendum, executioni similiter volumus demandari,

Præsentibus interclusam.

Vobis mandantes in fide, quâ nobis tenemini, firmiter injungendo, quod statim, visis præsentibus, inspectaque & diligenter intellectâ ordinatione illâ, executionem ejusdem ordinationis in singulis suis articulis, per totam Terram nostram Hiberniæ, sine dilatione aliquâ, fieri faciatis: ita quod ea, quæ in dictâ ordinatione continentur, executioni demandentur, antequam rumor a partibus Angliæ inde ad partes Hiberniæ poterit pervenire; Et hoc nullo modo omittatis.

Et de toto facto vestro, in hac parte, scire faciatis, per litteras vestras, distinctè & apertè Thesaurario & Baronibus de scaccario apud Westmonasterium.

Teste Rege apud Byflete, 20 die Decembris.

Eodem modo mandatum est Johanni de Richemund, Custodi Scotiæ, & Eustachio de Coteslache Camerario Scotiæ.

Eodem modo mandatum est Waltero de Pederton, Justiciario Westwalliæ.

Eodem modo mandatum est Hugoni de Aldithelegh, Justiciario Northwalliæ.

Eodem modo mandatum est Roberto de Holand, Justiciario Cestriæ.

Nuper siquidem, felicis recordationis, Pater noster Thesaurariam & Præbendam, in Ecclesiâ Eborum vacantes, custodiâ Archiepiscopatûs ejusdem in manu dicti Patris nostri existente, dilectis • Clericis suis & nostris, Waltero de Bedewynd, & Magistro Johanni Bush, contulit suo jure; • III 46.

Super quo, Domino summo Pontifici litteras nostras dirigimus speciales.

Et, licet idem Pater noster, dum vixerat, dicto Domino Francisco de jure suo, in hac parte, per litteras suas innotuisset ad plenum; Præfatus autem Franciscus, dictum Patrem nostrum prædictas Thesaurariam & præbendam quibusdam personis, absque causâ rationabili, pro suæ voluntatis libito, suggerens contulisse, litteras Apostolicas nobis, ad revocandum collationes easdem:

Ac subsequenter, priusquàm super præmissis litteris Apostolicis deliberassemus ad plenum, alias litteras Apostolicas citatorias, ad citandum eosdem, Walterum & Johannem, quod compareant personaliter coram dicto Domino summo Pontifice, super assecutione earumdem Thesaurariæ & Præbendæ, dicti Cardinalis nepoti de justitia responsuri, certis executoribus super hoc deputatis, impetravit dirigi jam de novo.

Unde angit cor nostrum intimius turbatio quod, dum hii, qui tenentur & debent pro jure nostro Regio se murum defensionis opponere, ipsius insurgentibus ex adverso, contrarium toleramus.

Nos igitur attendentes quod, si dictarum collationum fieret revocatio, dictique mandati Apostolici executio de citando procederet, ut mandatur, in exhæredationem Coronæ nostræ, ac enormem læsionem Regiæ dignitatis cederet manifestè, potissimè si eorumdem negotiorum discussio (circa quæ nostrum specialiter interesse versatur) alibi quàm in dicto Regno nostro fieret quovis modo:

Quibus etiam prædictis, Waltero & Johanni, ex hac causâ, se sedis Apostolicæ conspectui via per nos præcluditur præsentandi;

Vestram Paternitatem requirimus attentiùs & rogamus, quatinus erga dictum Dominum summum Pontificem, quod, virtute dictarum suggestionum, processum fieri non permittat; ac etiam quod præfati, Cardinalis neposque ejusdem, ab hujusmodi impetrationibus & prosecutionibus omnino desistant, velitis, nostri interventu rogaminis, interponere partes vestras:

Sic quod jus nostrum, & dictæ collationes in aliquo non lædantur, quòdque præfati Clerici nostri (quorum defensioni, in hac parte, deesse non possumus, sicuti nec debemus) eo prætextu, non inquietentur indebite, seu graventur.

Dat. apud Westm. 24 die Decembris, Anno Regni nostri primo.

Eodem modo scribitur Cardinalibus subscriptis; videlicet,

Domino T. Tituli Sanctæ Sabinæ, Presbitero Cardinali.
Domino A. Sanctæ Mariæ in portica, Diacono Cardinali.
Domino N. Tituli Sancti Eusebii, Presbitero Cardinali.
Domino L. Sanctæ Mariæ in Via lata, Diacono Cardinali.
Domino N. Hostien. & Vellen. Episcopo.
Domino R. del Gote Sanctæ Mariæ Novæ Diacono Cardinali.
Domino P. Sabinen. Episcopo Cardinali.
Domino W. Tituli Sancti Marcelli, Presbitero Cardinali.
Domino P. Tituli Sancti Apolinar. Presbitero Cardinali.
Domino J. Tituli Sanctorum Marcellini & Petri, Presbitero Cardinali.

Et ideo vobis mandamus quod eidem Comiti, tanquam Custodi nostro dicti Regni, & locum nostrum tenenti in eodem, in hiis, quæ ad dictam custodiam pertinent, intendentes sitis & respondentes.

In cujus, &c. quamdiu nobis placuerit duraturas.

Teste Rege apud Westm. 26 die Decembris.

Ad Papam de attemptatis per Nuncios Papales, Magnatibus Regni inconsultis, non admittendis.

Ann. D. 1307. *An.* 1. *E.* 2. *Rom.* 1. *E.* 2. *m.* 8.

PAPÆ Rex, devota pedum oscula beatorum.

Reverenter receptis, & pleniùs intellectis litteris vestris, quas nobis discreti viri, Magister Johannes de Ferariis Capellanus, & Gaillardus de Agassaco Domicellus, Nuncii vestri, nuper portârunt, & quæ nobis etiam, juxta credentiam eis commissam ex parte vestrâ, viva voce dicebant, ipsos, sicut & alios vestros Nuncios, ad nos antea venientes, benignè recepimus, & favorabiliter tractavimus ut decebat.

Sanè super eo, quod dictæ vestræ litteræ continebant, quòd per aliquos consiliarios, claræ memoriæ Domini Regis E. Patris nostri, tunc gravi infirmitate detenti, ac ipso inscio & ignaro,

Facta fuit quædam inhibitio Nunciis & familiaribus vestris (quos pro vestris & Ecclesiæ Romanæ negotiis, & etiam pro colligendis fructibus primi anni beneficiorum, usque ad certum tempus vacantium, in Regno Angliæ, ac terris aliis de ipsius Regni Dominio existentibus, transmisistis) ne ipsi de hujusmodi negotiis se in aliquo intromittere attemptarent;

Quodque dictus Dominus Pater noster inhibitionem revocavit eandem (excepto dumtaxat quodam Articulo, tangente collectionem Fructuum prædictorum) de revocatione hujusmodi suas patentes litteras concedendo:

Pater Sanctissime, datum fuit vobis aliter intelligi quàm res tunc temporis se habebat; quia constat pro certo quod, dicto Domino Patre nostro sciente, & minimè ignorante, immo sanè intelligente, ex ipsius certa scientiâ, in Parliamento suo apud Karleolum (dictis Clericis vestris & Nunciis tunc ibidem existentibus) ex parte ipsius Domini Patris nostri, Comitum, Baronum, Procerum & Magnatum, ac Communitatis dicti Regni, sub certâ formâ quædam inhibitio, certis de causis, super executione negotiorum hujusmodi facta fuit:

Qua non obstante, posteà idem Dominus Pater noster concessit, quantum in ipso fuit, quod prædicti Clerici & Nuncii vestri fructus primi Anni beneficiorum Ecclesiasticorum, vacantium in Regno suo, usque ad triennium, modo debito possent colligere; ita tamen quod ad fructus Abbatiarum & Prioratuum, vacantium in eodem Regno, nullatenus extenderent manus suas.

Per quam quidem concessionem non intendebat alicui præjudicare, seu aliorum juribus in aliquo derogare; prout per quasdam alias litteras suas, super quadam modificatione adhibita in hac parte con-
*III.48. fectas (quæ penes dictos * Clericos & Nuncios resident) evidenter apparet; scilicet,

Quod iidem Clerici & Nuncii super omnibus, quæ ad vos, & Romanam Ecclesiam, in Regno, & aliis terris suis, pertinebant, & pertinere debebant, uterentur Officio suo, sicut Clerici & Nuncii aliorum summorum Pontificum, prædecessorum vestrorum, priùs in Angliæ commorantes, Officio à Sede Apostolica ipsis commisso, ut consueverunt temporibus retroactis;

Ita tamen quod non facerent aliquid, seu etiam attemptarent, quod

touz honeurs.

Sire, nous avoms receu vos lettres de creaunce, les queles vous nous enveiastes par Monsire Mahy de Trie le Juvene, & Monsire Maingot du Merk, voz Chevaliers, Portoours de cestes: Et avoms bien entendu ce que lez ditz Chevaliers nous unt dit par leur creaunce, & requis de par vous; cest à savoir, que, come vous, *Rom.* 1. *E.* 2. *m.* 8.

Sire, eiez volu, par certeines acchesous, que la venue de vous & de nous à Boloigne, soit esloigne jusques au dimenge la veille seint Vincent, issint que vous, Sire, & nous i veignoms meismes le dimenge: Et que le fait, de la feste & des espousailles, se face le Mekerdi prechein suivant: que nous voloms agreer & assentir à cele esloignaunce:

Et fesoms savoir à vestre Seigneurie que, par les acchesons avant touchees, nous assentoms bien à cele esloignaunce, & serroms, al'aide de Dieu, à Boloigne le dit demenge, à certein entendement que le fait, de la feste & des espousailles, se face le Mekerdi prechein suivant, saunz greneur delai.

Treschier Sire, nostre Seignur vous eit en sa gard.

Don. à Cantebir. le 30. jour de Decembre.

Ad Regem Franciæ de Credentia.

Ann. D. 1308. *An.* 1. *E.* 2. *Rom.* 1. *E.* 2. *m.* 8. *III.49.

EXcellentissimo Principi, Domino & Patri suo karissimo, Domino Philippo, Dei gratiâ, Regi Francorum illustri, Edwardus, eadem gratia, &c. salutem & felices ad vota successus.

Celsitudinem vestram affectuosè requirendam duximus & rogandam, quatinus venerabili Patri A. Patriarchæ Jerosolimitano, & dilectis & fidelibus nostris, Henrico de Lacy, Comiti Lincolniæ, Consanguineo nostro, Ottoni * de Grandisono, & Amadeno de Lebreto Militibus,

Nunciis nostris, pro quibusdam Negotiis, nos tangentibus, ad vestram nuper præsentiam destinatis,

Vel dicto Comiti, & alteri dictorum Nunciorum in hiis, quæ vestræ Magnificentiæ super negotiis prædictis exposuerint vivâ voce, velitis fidem credulam adhibere, & ea opere adimplere.

Dat. apud Cantuar. 1 die Januarii.

Pro Constantia de Byern.

Ann. D. 1308. *An.* 1. *E.* 2. *Vasc.* 1. *E.* 2. *m.* 26.

REX Constabulario suo Burdegaliæ, qui nunc est, vel pro tempore erit, salutem.

Mandamus vobis quod dilectæ nobis, Constantiæ de Byern, Vicecomitissæ Marciani, id, quod percipere debet dotis suæ, de custumâ nostrâ Burdegal. solvatis extunc, eo modo, quo priùs solvi consuevit eidem:

Nos enim vobis inde, in compoto vestro, debitam allocationem fieri faciemus.

Dat. apud Cantuar. 3 die Januarii.

Per ipsum Regem.

Pro

Et hæc in valorem & usque ad valorem Trium Milium Marcarum Sterlingorum annuatim; Ità videlicet quod, si, possessione omnium prædictorum prius traditâ dicto Petro, quam sibi ante omnia tradi & liberari volumus & mandamus, inveniatur quòd valor prædictorum omnium, cum suis pertinentiis, prædictam summam trium Milium Marcarum annuarum excedat, per rationabilem & legalem æstimationem seu extentam, inde faciendam per illum, seu illos, quem, vel quos ad hoc duximus deputandos, id, quod superfuerit, remaneat nobis & hæredibus nostris: Et, si fortassis ad dictam summam non attingat, tunc id, quod inde defuerit, faciemus eidem Petro, in aliis Terris & locis nostris competentibus, in dictis partibus assignari.

*III. 50. Quam quidem Donationem facimus * ad vitam dicti Petri duntaxat; Ità quod statim, post mortem prædicti Petri, Comitatus, Castra, Præpositura, Manerium de Erbasuveyra, Born, Comtad, Salinam, Terræ, & Insula supradicta, in præsenti donatione contenta, cum omnibus suis juribus & pertinentiis, ad nos & hæredes nostros integrè revertantur:

Quam Donationem, quatenus summam quingentorum aureorum excedit, plurium Donationum vires optinere volumus, quæ omnes & singulæ infra prædictam quantitatem existant, & Donationem eandem tantum vigorem habere, ac si omnes & singulæ res donatæ, quarum qualibet non excederet quantitatem prædictam, essent specialiter expressatæ.

In cujus, &c.

Dat. apud Langeleye, 7 die Junii Anno Regni nostri primo.

ET mandatum est Guidoni Ferre, Senescallo Vasconiæ, quòd Comitatum, Castra, Præposituras, Salinam, Insulam, & Terras, supradicta, prout melius expedire viderit, æstimari seu extendi faciat, quantum, videlicet, valeant per Annum, in omnibus proficuis, juxta verum valorem eorumdem:

Et, factâ hujusmodi æstimatione, seu extentâ, præfato Petro inde, usque ad valorem dictorum trium Milium Marcarum Sterlingorum per Annum, liberet tenenda in formâ prædictâ;

Proviso quod, si dictam summam excedant, tunc id, quod inde superfuerit, Regi & hæredibus suis remaneat, sicut superius est expressum:

Et quod de toto facto suo, in hac parte, Regem distinctè & apertè reddat per suas Litteras certiorem.

Dat. ut supra.

ET mandatum est Universis & singulis Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Prioribus, Comitibus, Baronibus, Militibus, Communitatibus, Tenentibus, & subditis de Comitatu, Castris, Præposituris, Salina, & Terris prædictis, quod eidem Petro, quamdiu vixerit, de omnibus Servitiis & Deveriis suis, ratione dictorum Comitatûs, Castrorum, Præpositurarum, Salinæ, & Terrarum, ac pertinentium eorumdem debitis, sint intendentes & respondentes.

In cujus, &c.

Dat. ut supra.

* *De Protectionibus eorum qui profecturi sunt cum Rege.* *III. 51

JOhannes Spyte de Romeneé Marinarius, qui cum Rege in Obsequium Regis, per præceptum Regis, profecturus est ad partes transmarinas, habet Literas Regis de protectione, duraturas usque ad Festum Paschæ proximo futurum, cum Claus. Volumus, &c. Ann. D. 1308. An. 1. E. 2. Pat. 1. E. 2. p. 2. m. 28.

Teste Rege apud Dovor. 16 die Januarii.

Per ipsum Reg. Nunc. J. de Benstede.

Willielmus de Baggelytel de Dovor. Senior, Marinarius, habet consimiles Literas Regis de protectione duratur. ut supra.

Teste ut supra.

Richard. de Walsingham, Johannes de Dymeton, Michel de Ponyngges, Constantius de Mortuo Mari, qui in Comitiva Johannis de Warenna Comitis Surr. cum Rege, per præceptum Regis, profecturus est ad partes Franciæ, habent consimiles Litteras Regis de protectione, duraturas ut supra.

Teste Rege apud Dovor. 18 die Januarii.

MAgister Stephanus de Wylmyngton Clericus, qui cum Rege, in Obsequium Regis, per præceptum Regis, profecturus est ad partes transmarinas, habet Literas Regis de protectione, duraturas usque ad Festum Paschæ proximo futur. cum clausulâ, Volumus, &c.

Teste Rege apud Dovor. ut supra.

JOhannes Paynel, qui cum Adomaro de Valentia Com. Pembrochiæ, cum Rege, in Obsequium Regis, per præceptum Regis, profecturus est ad partes prædictas, habet Litteras Regis de protectione, duraturas usque ad Festum Paschæ proximò futur. cum Claus. Volumus, & exceptis, &c.

Teste Rege apud Dovor. 17, die Januarii.

Per testimonium prædicti Comitis.

WIllielmus Paynel, qui in Comitiva Johannis de Warenna Comitis Surr. cum Rege, per præceptum Regis profecturus est ad partes Franciæ, habet Litteras Regis de protectione, duraturas usque ad Festum Paschæ proximo futurum, cum Claus. Volumus, &c.

Teste Rege apud Dovor. 18. die Januari.

RIchardus Foliot, qui cum Rege, in Obsequium Regis, per præceptum Regis, profecturus est ad partes transmarinas, habet Literas Regis de protectione, duraturas ut supra, &c.

Teste Rege apud Dovor. 17 die Januarii.

W. Bathon. & Wellen.
H. Wynton.
R. London.
R. Herefорden.
Th. Roffen.
S. Sarum.
— Assaven.
— Meneven.
— Landaven.
— Bangoren.
Abbati Sancti Augustini Can-
Abbati de Malmesbury.
Abbati de Burgo Sancti Petri,
Abbati Sancti Petri Gloucestriæ,
Abbati beatæ Mariæ Eborum,
Abbati de Hyda Wynton,
Abbati de Evesham,
Priori Ecclesiæ Christi Cantuar.
Priori de Lewes,
Priori de Bridlyngton,
Priori Hospitalis Sancti Johannis Jerosolimit. in Anglia.

Ad Nobiles.

REx dilecto & fideli suo Johanni de Warrenna, Comiti Surr. salutem.

Quia die dominicâ, proxima post festum Sancti Valentini, proximo futurum, apud Westm. proponimus, Deo propitio, coronari;

Vobis mandamus, firmiter injungentes, quatenus, die & loco prædictis, coronationis nostræ prædictæ celebrandis solempniis personaliter interfitis.

Et hoc, sicut honorem nostrum diligitis, nullatenus omittatis.

Teste Rege apud Dovor. 18 die Jan.

Eodem modo mandatum est subscriptis,

Roberto de Umfravill, Comiti de Anegos,
Gilberto de Clare, Comiti Glouc. & Herff.
Petro de Gavaston, Comiti Cornub.
Roberto de Veer, Comiti Oxon.
Guidoni de Bello Campo, Comiti Warr.
Edmundo, Comiti Arundell.
Humfrido de Bohun, Comiti Heref. & Essex.
Adomaro de Valentia, Comiti Pembr.
Henr. de Lacy, Comiti Lincoln.
Tho. Comiti Lancastr.
Roberto de Monte Alto,
Roberto de Toney.
Willielmo le Vavassur,
Henrico de Lancastr.
Johanni de Sudley.
Henrico de Percy,
Waltero de Faucomberge,
Roberto filio Rogeri.
Hugoni de Courtenay.
Johanni filio Reginaldi,
Willielmo de Ros de Hamelak,
Johanni de Ferar.
Roberto de Clyford,
Johanni de Hastings,
Tho. de Furnivall.
Simoni de Monte Acuto;
Willielmo de Ferar.
Willielmo de Grandi Sono,
Philippo de Kyme
Johanni de Moubun,
Roberto filio Pagani,
Johanni Engayne,
Fulconi filio Warini,
Tho. de Berkley,
Johanni la Warre.
Rogero de Mortuo Mari de Wygemor.
Edmundo Baroni Staff.
Alano la Zusche,
Johanni ap Adam.
Johanni de la Mare.
Tho. de Multon de Gillesland,
Willielmo de Leyburn,
Willielmo de Brewosa.
Willielmo de Cantilupo,
Johanni de Ripariis,
Henrico Tregoz.
Johanni de Bello Campo de Sumerset,
Johanni Extraneo.
Nicholao de Segrave,
Roberto Scales.
Petro Corbet,
Tho. de Latymer,
Radolpho Basset de Drayton.
Hugoni de Veer,
Roberto filio Walteri,
Hugoni le Despenser,
Johanni de Segrave,
Petro de Malo Lacu,
Willielmo le Latymer.

Tibi præcipimus quod diem illum, pro nostræ Coronationis prædictæ celebrandis Solempniis ordinatum, in Civitatibus, Burgis, Villis Mercatoriis, in ballivâ tuâ, ubi videris expedire, publicè & solemniter proclamari, *Ibidem.*

Et Milites, Cives, Burgenses, ac alios de Com. prædicto; quos fore videris invitandos, ut, dictis die & loco, Solemnizationi prædictæ personaliter intersint, ex parte nostrâ facias invitari.

Et hoc nullo modo omittas.

Teste Rege apud Dovor. 18 die Jan.

Consimiles literæ diriguntur singulis Vicecomitibus per Angliam.

Pro Petro de Gavaston, de licentia conferendi Beneficia, & ordinandi de Custodiis & Maritagiis, absente Rege.

REX omnibus, ad quos, &c. salutem. Ann. D. 1308.

Sciatis quod nos, de fidelitate & industriâ dilecti & fidelis nostri, Petri de Gavaston Comitis Cornubiæ (quem Custodem nostrum Regni nostri, dum nos in partibus transmarinis (ad quas jam profecturi sumus) morari contigerit, vel aliud inde ordinandum duxerimus, constituimus) specialiter confidentes, *An. 1. E. 2. Pat. 1. E. 2. p. 2. m. 28.*

Eidem Comiti concedendi, vice nostrâ, licentiam eligendi omnibus illis, qui licentiam hujusmodi ad futuros, videlicet, sibi eligendi Pastores, tàm in Ecclesiis Cathedralibus, quàm Conventualibus, quas interim pastorum solatio distitui contigerit, in formâ debitâ petierint:

Et postmodùm electionibus illis assensum, nostro nomine, adhibendi:

Necnon ab electis hujusmodi, cum electiones, de ipsis faciendas, confirmari contigerit, fidelitates capiendi:

Ac eisdem temporalia, quæ ipsis restituenda fuerint, restituendi:

Et similiter Præbendas, Ecclesias, & alia beneficia quæcumque, interim vacantia, quæ ad nostram collationem, seu præsentationem pertinuerint, nostro nomine conferendi, seu ad ea præsentandi:

Et etiam ordinandi de custodiis & Maritagiis, quæ nobis interim accidere * contigerit, prout sibi per nos plenius est injunctum: necnon fidelitates hæredum illorum, qui de nobis tenent in capite, vel alio modo, & quos interim decedere contigerit, cum hæredes illi plenæ ætatis fuerint, capiendi; & eis terras & tenementa sua, prout justum fuerit, nostro nomine reddendi; * III 54.

Plenam tenore præsentium concedimus & committimus potestatem.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Dovor. 18 die Januarii.

Per ipsum Regem.

Ad A. de Pelagrue, Cardinalem Nepotem, Rex queritur de gestu Papæ.

VEnerabili in Christo Patri, Domino A. Sanctæ Mariæ in porticu, Diacono Cardinali, Amico suo karissimo, Edwardus, &c. salutem & sinceræ dilectionis affectum. Ann. D. 1308. *An. 1. E. 2.*

Omnium Patris nostri Apostolici, cui litteras nostras [illegible] per Nuncios nostros, quod Paternitatem vestram credimus non latere, nuper direximus speciales, pro electionis examinatione, *Rom. 1. E. 2. m. 8.*

ga prædictum sanctissimum Patrem nostrum efficaciter, ex parte nostrâ, insistere velitis & instare, ut petitionem nostram primam (per quam, ex affectu intimo, pro prædilecto Clerico & Thesaurario nostro prædicto, preces eidem porrigimus iteratas) ad optatam exauditionis gratiam effectualiter admittere; & Nuncium nostrum cum efficaci effectu, juxta fiduciam nostram, ut speramus, indubitatam, absque moræ dispendio, benevolentiâ gratiosa remittere dignetur feliciter expeditum; sic enim Ecclesiæ Wigorniensi de nobis grato & accepto fore provisum, nostrum reputamus ad votum.

Opem & operam in præmissis taliter exhibentes, ut vobis imposterum reddamur merito promptiores.

Dat. apud Dovor. 20 die Januarii.

•III.55. *• Contra Novitates & Invasiones Papales.*

Ann. D. 1308. Ao. 1. E. 2. Rom. 1. E. 2. m. 8.

SAnctissimo in Christo Patri, &c. devota pedum oscula beatorum.

Fervens amoris indicia, quæ vestra exhuberans bonitas in receptione benevola Nunciorum nostrorum, cum literis nostris ad vestræ Sanctitatis præsentiam, maximè pro negotio electionis Wigorniensis, venientium, & ad nos, cum vestræ Beatitudinis literis, super eodem negotio, redeuntium, ad nos prætendebat, sicut eorum assertio nobis patefecit;

Ac etiam ex eo quod petitiones, a tempore promotionis vestræ ad apicem Apostolicæ dignitatis, ex parte, inclitæ memoriæ, Patris nostri & nostrâ porrectas, exaudire benigniùs curavistis;

Ac in petendis, ex parte nostrâ, a Sanctitate vestra, cum expeditionis gratiâ, spem firmatissimam præbuistis;

Ad condigna merita nos astringunt, tanquam filium dilectum Patri sibi propitio & benigno.

Sanè, intellecto de reservatione Ecclesiæ Wygorniensis, nostri patronatus, pro promotione carissimi Consanguinei nostri P. de Sabaudia, per vos factâ in Ecclesiis Cathedralibus quæ nostri patronatûs existunt, vacantibus in Regno nostro, penitùs inaudita, utpote novitate quadam, non modicum mirabamur quod vos, juris nostri Regii præcipui, ut credimus, defensores, per hujusmodi reservationem, potestatem futurum prælatum eligendi in dictâ Ecclesiâ Wygorniensi adimere voluistis.

Cum electiones, de futuris prælatis, in dictis Ecclesiis faciendæ, fieri non habebant absque licentia nostra de eligendo, petitâ a nobis primitùs & optentâ,

Quâ præhabitâ electiones si fuerint celebratæ, nisi super illis personæ electæ regalis præbeatur assensus, nequeunt confirmari; quæ in singulis vacationibus, ut præmittitur, nobis, de Regni nostri consuetudine, competunt hactenus approbata.

Quæ quidem reservatio, si procederet, in nostræ dignitatis Regiæ præjudicium cedere videretur, quod vos velle credere non valemus.

Cumque tenor litterarum vestrarum expressè contineat quod (si idem P. dictæ provisioni, de ipso faciendæ, consentire non vellet, sicut nec vult, ut ad vestrum pervenit auditum, nec eidem per vos ullo modo provisum extiterat) electionem futuri pastoris Ecclesiæ prælibatæ remittere Priori & Conventui ejusdem loci, vel ad votum nostrum ipsi Ecclesiæ de Præsule providere vestræ placuit Sanctitati; necnon quod vestra Paterna Benignitas vestram intentionem, super præmisso negotio, priusquam vestra Consistoria resumerentur, quæ in adventu Nunciorum nostrorum ad vos fuerint suspensa, nobis remittere distulerit, sicut ex litteris colligitur memoratis: quam dilationem morosam & quamplurimum periculosam in dictâ electione Wygorniensi non immeritò reputamus.

Quodque ... quod, constante sibi de vacatione dictæ Ecclesiæ Wygorniensis, provisionem ipsius, pro promotione carissimi Consanguinei nostri, Petri de Sabaudiâ, nostri intuitu, reservavit: Et, si idem Petrus eidem provisioni, de se faciendæ, consentire non vellet, electionem futuri Episcopi Ecclesiæ prædictæ remitteret Priori & Conventui ejusdem loci, vel ad votum nostrum provideret eidem Ecclesiæ de pastore, sicut ipsemet vobis dixerat vivâ voce:

Quodque dicti, Prior & Conventus, hujusmodi reservatione non obstante, ad electionem futuri pastoris processerunt:

Unde super supplicatione nostrâ, in hac parte, idem Pater cum confratribus suis deliberare voluit: ac, suis resumptis consistoriis, quæ tunc temporis suspensa fuerint per eundem, intentionem suam nobis curaret pleniùs intimare.

Cùm igitur electiones, de futuris prælatis, in Ecclesiis Cathedralibus, & Conventualibus, nostri patronatûs, in Regno nostro faciendæ, fieri non habeant absque licentia nostra de eligendo, petitâ primitus & optenta:

Quâ præhabitâ ipsæ electiones procedere nequeunt, nisi regalis super hoc habeatur assensus;

Sustinere non possumus quod hujusmodi reservationes, insolitæ penitùs & inauditæ, in prædictis electionibus, in Regno nostro, vendicent sibi locum absque læsione juris nostri Regii manifestâ.

Ea propter vestram benivolentiam, quam nobis & Regno nostro novimus esse gratam, pro dicto electionis negotio pulsimus precibus iteratis, quatinus erga dictum Dominum summum Pontificem, pro commissione prædictâ optinendâ, in formâ superius annotatâ, velitis interponere, nostri interventu rogaminis, partes vestras.

Quod, si nostræ intercessionis instantia idem Summus Pontifex duxerit concedendum, ad votum nostrum fore provisum eidem Ecclesiæ Wygorniensi reputamus.

Ad hæc, erga eundem summum Pontificem, si placet, insistatis, ne novitates aliquas in Regno nostro faciat introduci, nisi quatenus prædecessores sui hactenus facere consueverunt.

In præmissis, si placet, auxilium & consilium taliter impendentes, ut ad grata merita vobis non immeritò teneamur.

Dat. apud Dovor. 20. die Januarii.

Eodem modo, quo superiùs, scribitur Domino A. Sanctæ Mariæ in Porticu, Diacono Cardinali.

Consimiles Literæ diriguntur Cardinalibus subscriptis; videlicet,

Domino P. Sabinen. Episcopo; *Domino W. Tituli Sanctæ Potentianæ,* *Domino W. Tituli Sancti Marcelli,*	} Presbiteris Cardinalibus.
Domino R. Sanctæ Mariæ Novæ, *Domino L. Sanctæ Mariæ in Via lata,*	} Diaconis Cardinalibus.

De Rege in Partes transmarinas transfretante.

MEmorandum quod, die Dominica, proximâ ante festum Sancti Vincentii Martiris, Anno Regni Regis Edwardi primo, apud Dovor. in Camera ipsius Regis, in Prioratu Sancti Martini, in crepusculo noctis (præsentibus Dominis, Willielmo Inge Milite, Willielmo de Melton, & • Adam de Osgodby, clericis) Dominus Johannes de Langeton, Cicestriæ Episcopus, & prædicti Regis Cancellarius, liberavit, sub sigillo suo, eidem Regi magnum sigillum suum. Ann. D. 1308. Ao. 1. E. 2. Claus. 1. E. 2. m. 11. •III. 57.

Aumarico, de Sancto Amando.

De Protectione, Teste P. de Gavaston.

Ann. D. 1308. An. 1. E. 2. Pat. 1. E. 2. p. 1. m. 28.

GUillotus le Santreour, qui cum Margaretâ Reginâ Angliæ, in partibus transmarinis, de licentiâ Regis, moram facit, habet Literas Regis de protectione, duraturas usque ad Festum Paschæ proximò futurum, cum Clausulâ volumus & exceptis, &c.

Teste Petro de Gavaston apud Ledes, 26. die Januraii.

Per Breve de privato sigillo.

De Protectione Pagani Tybotot. Johannis de Bracebrig. Johannis de Haulo, in Obsequium Regis.
Teste 22. die Januarii.

Concordia reformata & ratificata inter Reges Angliæ & Franciæ, & de homagio Boloniæ præstito.

Ann. D. 1308. An. 1. E. 2. Alem. 22. usque 31. E. 1. m. 1.

A Touz ceux, qi ces presentes lettres verront & orront,

Amez Cuens de Savoie,
Henri Cuens de Nicole, &
Ottes de Grantzon Chivaler.

Messages & Procureurs de Tresexcellent Prince Edward, par la grace de Dieu, Roi d'Engleterre, Seignor d'Irland, & Duc d'Acquitaine, Establi & envoiez especiaument a ceo, salutz.
Nous feisons à savoir que,
Come tresexcellent Prince Philip, par cele mesme grace, Roi de France, *&c. prout de Dat. Paris 20. Maii.*

Don. a Paris, le vintisme jour de May, L'an de grace Mill. Trois Centz, & Trois.

* III. 58. ET nous Philip, Roi de Fraunce desusdit, toute la tenour des dites lettres pleinement entenduz & considere, * & eue diligente deliberation sur toutes les choses desusescrites, contenues es dites lettres, voloms, looms, ratifioms, approvoms, & confermoms de certein Science:

Et totes è chescune de celes choses innovoms per cestes presentes lettres, & promettoms pur nous, pur nos heires, & pur nos Successours, Rois de France, totes è chescune des choses desusdites acompler, tener, & garder, à touz jours, loiaument & firmement; sanz james venir encontre per nous, ou per autre,

Et ceo avoms nous promis, & prometoms expressement, loiaument, è en bone foi, & per Serment, fait sur ceo en l'alme de nous, è en nostre presence, per nostre amez & feal Johan Comte de Dreues, present, è eant de nous sur ceo expressement plein poeir, & especial maundement.

Et est uncore assavoir, que nostre chere & feal filz Edward, per la grace de Dieu, Roi d'Engleterre, Seigneur d'Irland, è Duc d'Acquitaigne devant nometz, nous ad fait personalment homage, solonc les formes des Pees, è des Acordes, faites per Messages, ou Procureurs, ou autrement, entre nous, è nos devantiers Rois de France, è nostre treschere cosen Edward jadis Roi d'Engleterre, Seigneur d'Irland è Duc d'Aquitaigne, Pere dudit Edw. Roi d'En-

1308. An. 1. E. 2. Vasc. 1. E. 2. m. 23. d. in Cedula.

VEnerabili in Christo Patri, Domino ... riæ novæ Diacono Cardinali, amico suo karissimo, Edwardus, &c. salutem & sinceræ dilectionis affectum.

Fœcundæ dilectionis integritas, quam ad personam, dilecti nobis Garsionis Comitis Fuxi gerimus, nos excitat & inducit ut ea, quæ status ipsius & honoris incrementum contingunt, sedulò procuremus.

Cùm igitur Comes, nobiscum, certis de causis, per aliqua tempora moraturus, excommunicationis Sententiâ, eo quod, contra ordinationem Domini Papæ terram Comitis Armaniensis intravit, sit, ut dicitur innodatus: Terraque ejusdem, auctoritate Apostolicâ, supposita interdicto;

Vestram Paternitatem omni affectione, quâ possumus, requirimus & rogamus, quatinus erga dictum Dominum summum Pontificem, pro præfatis excommunicationis & interdicti Sententiis relaxandis, dum idem Comes nobiscum moram fecerit personalem (pro quâ relaxatione optinendâ, prædicto Patri nostro litteras nostras dirigimus * speciales) velitis interponere, nostri interventu rogaminis, partes vestras; ut ad ea, quæ vobis & vestris grata fuerint & accepta, promptiores reddamur specialiter ex hac causâ. * III. 59.

Dat. apud Whitfand, 5 die Februarii, Anno Domini 1307, Regni vero nostri primo.

De Rege & Regina, quam Bononiæ duxerat, applicantibus apud Durovernum.

MEmorandum quòd, die Mercurii, proximâ post festum Purificationis beatæ Mariæ Virginis, Anno Regni Regis Edwardi, filii Regis Edwardi, primo. Ann. D. 1308. An. 1. E. 2. Fin. 1. E. 2. m. 9.

Idem Rex, rediens à partibus transmarinis, videlicet, de Bononiâ supra mare, ubi Dominam Isabellam filiam Regis Franciæ duxerat in uxorem, applicuit apud Dovorr. in Bargiâ suâ circa horam nonam, Domino Hugone le Dispenser, & Domino de Castellione de Vasconia, secum in eadem Burgiâ existentibus, in Comitivâ:

Et Domina Regina parum post horam nonam applicuit ibidem cum quibusdam Dominabus, sibi facientibus Comitivam.

Et, quia magnum Sigillum Regis, quod cum ipso portatum fuerat ultra mare, tunc in Custodia Custodis Garderobæ, qui illo die Mercurii portum Dovorr. arripere non potuit, remanserat; non erat ab horâ, quâ Dominus Rex applicuit, ut prædictum est, usque in diem Veneris sequentem breve aliquod sigillatum.

Set, eodem die Veneris, Dominus Cicestren. Episcopus, Domini Regis Cancellarius, circa horam nonam liberavit dicto Regi in Castro Dovorr. in Camera suâ ibidem, illud Sigillum quo utebatur in Angliâ, dum Rex extra Regnum fuit:

Et idem Rex, Sigillum illud recipiens, illud tradidit Domino Willielmo de Melton, Contrarotulatori Garderobæ suæ, & magnum Sigillum suum prædictum statim ibidem, sub Sigillis Domini J. de Benstede Custodis Garderobæ suæ, & Magistri Johannis Fraunceis, dicto Cancellario manu suâ propriâ liberavit,

Præsentibus,

Dominis, *Thomæ Comite Lancastriæ*, &c.
Petro Comite Cornubiæ:
Et similiter, *Domino Hugone le Despenser*,
Willielmo Martyn, &
Willielmo Inge, Militibus: Et
Adam de Osgodby, Clerico:

Et

Regin. de Cobham & Conforti suæ,
Tho. de Baillol & Conforti suæ,
Johanni de Northwode, jun. & Conforti suæ,
Johanni Abel & Conforti suæ,
Radolpho de Sandwico & Conforti suæ,
Johanni de Campania & Conforti suæ,
Henrico de Leyburn. & Conforti suæ, } Kant.
Radolpho Sauvage & Conforti suæ,
Galfrido de Say & Conforti suæ,
Richardo de Rokesle & Conforti suæ,
Tho. de Bykenore & Conforti suæ,
Willielmo de Basyng & Conforti suæ,

Margaretæ quæ fuit uxor Edmundi quondam Comitis Cornubiæ,
Comitissæ Oxon.
Dominæ de Insula,
Comitissæ Arundell.
Agn. de Sumery,
Henrico de Lancastr. quod ipse & Consort, &c.
Johanni de Hamme, quod ipse & Consort, &c.

Henrico de Grey & Conforti suæ,
Hugoni de Veer, & Conforti suæ,
Willielmo de Hamfeld & Conforti suæ,
Willielmo de Wauton & Conforti suæ,
Alic. Dominæ de Beaumond,
Johanni de Dagworth & Conforti suæ,
Tho. de Belhus & Conforti suæ,
Tho. de Burgo & Conforti suæ,
Johanni Fillol, sen. & Conforti suæ,
Johanni Fillol, jun. & Conforti suæ, } Essex.
Petro de Sutebireche & Conforti suæ,
Johanni de Praeres & Conforti suæ,
Johanni de Ovedale & Conforti suæ,
Radolpho de Hamenhale & Conforti suæ,
Roberto de Rochford & Conforti suæ,
Nicholao de Wokyndon & Conforti suæ,
Mauricio le Brun & Conforti suæ,
Johanni Joce & Conforti suæ.

Willielmo Paynell & Conforti suæ,
Willielmo de Echyngham & Conforti suæ,
Rogero de Sancto Johanne & Conforti suæ,
Nicholao Malemeyns & Conforti suæ,
Henrico de Tregoz & Conforti suæ,
Rogero Bavent & Conforti suæ,
Tho. de Leukenore & Conforti suæ, } Suffex.
Henrico Hosee & Conforti suæ,
Radulpho Saintzaver & Conforti suæ,
Michaeli de Ponyngg & Conforti suæ,
Roberto de Echyngham & Conforti suæ,
Radulpho de Cammoys & Conforti suæ,

Johanni de Fryvill & Conforti suæ,
Johanni de Bassingburn. & Conforti suæ,
Radulpho de Monte Caniso & Conforti suæ,
Johanni de Sancto Lig. & Conforti suæ, } Hertf.
Johanni de Nevill & Conforti suæ,
Johanni de la Mare & Conforti suæ,
Nicholao de Bosco & Conforti suæ.

tuam, ubi expedire videris, publice proclamari, & ex parte nostrâ firmiter inhiberi facias, E. 1. Claus. 1. E. 2. m. 11. d

Ne quis Miles, Armiger, seu alius quicunque, sub* forisfacturâ omnium, quæ nobis forisfacere poterunt, apud Croydon, seu alibi, infra eandem Ballivam tuam, ante coronationem nostram, torneare, justas seu Burdeicias facere, seu aliàs ad arma ire præsumat quoquo modo.

Et hoc nullo modo omittas.

Teste Rege apud Dovor. 9. die Feb.

De interessendo Coronationi Regis.

Ad Archiepiscopum Cantuariensem, quod, si Coronationi Regis interesse nequit, cuivis de suis Suffraganeis vices suas committat.

REX venerabili in Christo Patri R. eadem gratiâ, Cantuar. Archiepiscopo, totius Angliæ Primati, salutem. Ann. D. 1308. An. 1. E. 2. Claus. 1. E. 2. m. 11. d.

Quia Coronationis nostræ solempnia, jam diu est, de Consilio Prælatorum, Comitum, Baronum, & aliorum Nobilium de regno nostro, in instanti die Dominicâ, proximâ post festum Sancti Valentini, apud Westm. ordinavimus, disponente Domino, celebranda, quod ad vestram notitiam satis credimus pervenisse,

Vobis, firmiter injungendo, mandamus rogantes quatinus gressus vestros ad partes illas taliter festinetis, quod die & loco prædictis solemnizationi prædictæ possitis personaliter interesse.

Et, si forte, aliquo casu contingente, vos, quod absit, contigerit impediri, ita quod die & loco prædictis non poteritis vestram præsentiam exhibere, tunc vices vestras alicui de vestris suffraganeis committatis, qui officium, quod in coronatione nostrâ prædictâ vobis incumbit, exequatur, & exerceat vice vestrâ.

Et, quod super hoc duxeritis faciendum, nobis, cum omni celeritate, quâ poteritis, rescribatis per præsentium portitorem; & hoc, sicut de vobis confidimus, nullatenus omittatis.

Dat. apud Dovor. 9. Februar.

---

* *Regi Franciæ pro Galfrido Rudelli Domino Blaniæ.* * III. 62.

SErenissimo Principi ac Domino, Patrique suo carissimo, Domino Philippo, Dei gratiâ, Francorum Regi, Edwardus, &c. salutem & felicium successuum incrementa. Ann. D. 1308. An. 1. E. 2. Rom. 1. E. 2. m. 8. dors.

Licet non debeat dubitari quin illis, qui Domino Progenitori nostro, recordationis inclitæ, in guerrâ proximò præteritâ adhæserunt, si quid rancoris vel indignationis vestra Regia Celsitudo ex hoc conceperat contra eos, juxta formam pacis, inter vos & ipsum Progenitorem initæ, sit remissum;

Ex habundanti tamen pro dilecto & fideli nostro Galfrido Rudelli, Domino Blaniæ, Magnificentiæ vestræ duximus supplicandum, quatinus, si ex eo, quod idem Galfridus dicto Progenitori nostro, vel ejus mandato Castrum de Blania tradidisse, & eidem in guerrâ prædictâ noscitur adhæsisse, quicquam in vestrâ mente regiâ contra eum (quod non credimus) indignationis remanserit seu rancoris, sibi à vestra gratiosa mansuetudine remittatur, & ad vestram gratiam & regalem benivolentiam, juxta pacis prædictæ formam, precum nostrarum optentu, favorabilius admittatur, necnon & securitas per Regnum vestrum eundi, & ubilibet in eodem morandi tra-

tantes, adjornaverint, ut dicitur, quod sint die Veneris, in Crastino Sancti Petri in Cathedrâ proximò futuri, apud Wyndesore ad faciendum & recipiendum quod Curia nostra consideraverit in præmissis:

Ac iidem Justiciarii ad dictos diem & locum accedere nequeant, propter solempnizationem Coronationis nostræ, die Dominica post festum prædictum apud Westmon. celebrandæ, ubi volumus ipsos personaliter interesse;

Volentes placita, coram dictis Justiciariis inde inchoata, in statu, quo nunc sunt, usque ad diem Lunæ in medio quadragesimæ continuari,

Dedimus vobis potestatem adjornandi partes prædictas usque ad
diem Lunæ prædictum apud Wyndesore, ità quod tunc sint ibi
* III.63. coram præfatis Justiciariis * nostris, vel tribus eorum, quos adesse
contigerit, facturæ & recepturæ ulteriùs in præmissis quod Justitia suadebit:

Et ideo vobis mandamus quod, ad diem prædictum, usque Wyndesore accedentes, partes prædictas adjornetis in formâ prædictâ.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Eltham, 19. die Februarii.

Per ipsum Regem, Nunc. W. de Bereford.

Coronatio Regis, & Forma Juramenti per Regem præstiti.

Ann. D. MEmorandum quod die dominicâ, proximâ post festum Sancti
1308. Petri in Cathedrâ, Anno Domini Millesimo, Trescentesimo,
An. 1. septimo, Anno, videlicet, bisextili, concurrente literâ dominicali
E. 2. F. coronatus fuit in Regem, & inunctus Dominus Edwardus, fi-
Claus. 1. lius Regis Edwardi, Anno Regni sui primo, in Ecclesiâ beati Pe-
E. 2. tri Westmonasterii, ante magnum Altare, per manus venerabilis
m. 10. *d.* Patris Henrici Wintoniensis Episcopi; cui venerabilis Pater Robertus Archiepiscopus Cantuariensis, tunc agens in partibus transmarinis, commiserat, quoad hoc, vices suas.

Et Prælati, Comites, & alii Nobiles subscripti, deferebant Regalia infrascripta, viz.

Willielmus le Mareschall portavit Calcaria magna deaurata.

Post eum veniebant,

Comes Hereford, portans Sceptrum Regale, in cujus summitate erat Crux:

Henricus de Lancastre, portans Virgam Regalem, in cujus summitate erat Columba.

Post eos venerunt Comes Lancastriæ, Comes Lincolniæ, & Comes Warwyk, portantes tres Gladios.

Et Gladium, qui vocatur Curtens, portavit Comes Lancastriæ.

Posteà portabatur unum Scaccarium magnum, super quod erant Vestes Regales, quod portabant Comes Arundell, Thomas de Veer filius & hæres Comitis Oxoniæ, Hugo le Despenser, & Rogerus de Mortuo Mari de Wygemor.

Postea sequebatur Thesaurarius Regis, portans Patenam de Calice Sancti Edwardi;

Deinde venit Cancellarius Regis, portans ipsum Calicem;

Deinde venit Petrus de Gavaston Comes Cornubiæ, portans Coronam Regalem;

Deinde sequebatur ipse Coronandus;

Et, cum venisset Rex ad Magnum Altare, optulit super illud unam libram auri.

Justas facere, aventuras quærere, seu aliàs ad arma ire præsumatis 2. *m.* 26.
quoquo modo. * III.64.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Westm. 25. die Februarii.

ET mandatum est Vic. London. per breve clausum, quòd in eadem Civitate publicè proclamari, & ex parte Regis firmiter inhibere faciat ne quis ad dictum diem, apud Stebenheth, vel alibi, &c. torneare, &c. Et hoc nullo modo omittat.

Teste ut supra.

EOdem modo mandatum est Vic. Middlesex, quòd apud Stebenheth & in locis aliis, in Balliva suâ, ubi expedire viderit, publicè proclamari, &c. ut supra.

De debitis Amadeo Comiti Sabaudiæ.

REX Baronibus suis de scaccario, salutem. Ann. D.
Allocate Nicholao Fermband, nuper Custodi Episcopatûs 1308.
Bathon. & Wellen. vacantis, & in manu domini Edwardi, quon- *An.* 1.
dam Regis Angliæ, patris nostri, existentis, in compoto suo ad *E.* 2.
scaccarium prædictum, quadraginta libras, quas de exitibus Episco- *Liberat.*
patûs prædicti, per præceptum ejusdem patris nostri, liberavit 1. *E.* 2.
Amadeo Comiti Sabaudiæ, Consanguineo prædicti patris nostri, in *m.* 3.
partem Satisfactionis illarum decem millium Marcarum, quas idem pater noster concessit eidem Comiti pro grato & laudabili servitio, quod ipse Comes ei impendit.

Et ducentas & viginti libras, octo solidos, unum denarium, & unum obolum, quos, similiter per præceptum ejusdem patris nostri, de exitibus ejusdem Episcopatûs prædicti, liberavit Magistro Bernardo de Mercato, Attornato prædicti Comitis, in partem Satisfactionis dictarum decem millium marcarum, nisi priùs inde allocationem habuerit in toto, vel in parte.

Et recipiatis ab eo brevia dicti patris nostri de præcepto, per quæ præmissa fecit, nec non Literas patentes ipsius Comitis, Johannis Vanne, & Paganelli de Podio, Mercatorum de Luca, receptionem dictarum quadraginta librarum, & litteras patentes Magistri Bernardi de Mercato receptionem dictarum ducentarum & viginti librarum, octo solidorum, unius denarii, & oboli testificantes.

Teste Rege apud Westm. vicesimo septimo die Februarii.

Per Billam de scaccario.

Regi Franciæ, pro Johanne le Latimer, juxta formam pacis, ad possessiones restituendo.

SErenissimo Principi, Patri ac Domino suo karissimo, Domino Ann. D.
Philippo, Dei gratiâ, Regi Francorum, Edwardus, eadem gra- 1308.
tiâ, &c. salutem & prosperos ad vota successus. *An.* 1.
Cum Willielmus le Latimer Miles, Primogenitus & Hæres no- *E.* 2.
bilis quondam viri Willielmi le Latimer Militis defuncti, & Tho- *Rom.* 1. *E.*
mas le Latimer Miles, frater ejusdem Primogeniti, filiusque quon- 2. *m.* 8. *d.*
dam dicti defuncti, in nostra præsentia constituti, quandam domum di-

... in intimis & turbamur.

Verùm, quia, claræ memoriæ, Dominus Edwardus Rex Angliæ, Pater noster, viam universæ carnis est ingressus, quamobrem ejusdem Regni regimen suscepimus: & coronationis nostræ solempnia celebrari fecimus non est diu; diversaque & ardua, ex hiis causis, nobis incumbunt negotia hiis diebus; dictorum negotiorum requisitionibus, ex parte vestra nobis factis, annuere non possumus in præsenti; set, cum tempora nobis ad hoc advenerint opportuna, libenter adhibebimus, cum Dei præsidio, super requisitionibus prædictis, consilium, quod poterimus, bono modo.

De exennio siquidem, quod vestra munificentia nobis misit, vestræ Serenitati grates referimus speciales; Parati semper ad ea facienda quæ vestris utilitatibus noverimus convenire.

Dat. apud Westm. tertio die Martii.

REX religioso viro & sibi in Christo karissimo, Fratri Johanni, de Ordine Minorum, Leonis, quondam Regis Armenorum Illustris, filio Primogenito, salutem cum dilectione sincerâ.

Litteras vestras de credentiâ, *&c. ut supra usque ibi*, quod poterimus bono modo, *sine illâ clausulâ*, de exennio, &c.

Dat. ut supra.

Pro Petro de Gavaston Comite Cornubiæ.

Ann. D. 1308. An. 1. E. 2. Claus. 1. E. 2. m. 8.

REX dilecto sibi, Thomæ de la Hide, nuper Senescallo Cornubiæ, & Vicecomiti nostro ibidem, salutem.

Cum, sexto die Augusti, proximò præterito, per cartam nostram, dederimus & concesserimus dilecto & fideli nostro Petro de Gavaston, militi, Com. Cornubiæ cum pertinentibus: necnon & omnia & singula Maneria, terras, & tenementa, quæ Edmundus quondam Comes Cornubiæ habuit in quibusdam Comitatibus Angliæ, prout in Cartâ nostrâ pleniùs continetur;

Vobis mandamus quod Firmas, Redditus, & omnes alios Exitus, de termino Sancti Michaelis præterito, provenientes de dicto Comitatu, & de maneriis, terris & tenementis, quæ fuerunt præfati Edmundi, & quæ in custodia vestra nuper extiterunt, præfato Comiti liberetis; & nos vos inde, ad scaccarium nostrum, exonerari faciemus.

Teste Rege apud Westm. 6. die Martii.

Pro Comite Armaniaci.

Ann. D. 1308. An. 1. E. 2. Vasc. 1. E. 2. m. 21. * III. 66.

REX dilecto & fideli suo, Senescallo suo Vasconiæ, qui nunc est, vel qui pro tempore fuerit, salutem.

Significavit nobis dilectus & fidelis noster. B. Comes Arman. & Fezen. quod Augerius de Larce donationem * Castri de Larce, & pertinen. ejusdem, cum jure possessionis, & proprietatis, sibi fecit, ex quibus prædicta, viginti annis, vel circa aslerit se tenuisse;

Supplicans idem Comes ut vellemus donationem hujusmodi confirmare, ipsumque Comitem ad prædicta admittere, sibique de eisdem facere obediri, prout prædicto Augerio, & ejus prædecessoribus fieri consuevit:

Nos itaque volentes præfato Comiti gratiam facere specialem, supplicationem ejusdem Comitis, salvo jure alterius in hac parte, quantum ad nos pertinet, duximus concedendam; ita tamen quod idem Comes faciat nobis inde servitia & alia deveria, quæ dictus

Tom. I. P. IV.

... diu nobis placuerit. Pat. 1. E. 2. p. 1. m. 22.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Westm. 12. die Martii.

ET mandatum est militibus, liberis hominibus, & omnibus aliis, tenentibus de Castro prædicto, quòd eidem Hugoni tanquam Conestabulario Regis Castri prædicti, in omnibus, quæ ad Custodiam illam pertinent, intendentes sint & respondentes.

In cujus, &c.

Teste ut supra.

ET mandatum est Johanni Bluet, quod eidem Hugoni Castrum prædictum liberet, custodiendum in formâ prædicta.

Teste ut supra.

REX omnibus ad quos, &c. salutem.

Sciatis quod commisimus dilecto & fideli nostro Hugoni le Despenser Castrum nostrum de Maleberge, quod Margareta Regina Angliæ mater nostra karissima tenet in Dotem, custodiendum quamdiu nobis placuerit.

In cujus, &c.

Teste ut supra.

ET mandatum est militibus, liberis hominibus, & omnibus aliis, tenentibus de Castro prædicto, quod eidem Hugoni, tanquam Constabulario Regis Castri Regis prædicti, in omnibus, quæ ad custodiam illam pertinent, intendentes sint & respondentes, in forma prædictâ.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Westm. ut supra.

* ET mandatum est Johanni Abel, Senescallo Margaretæ Reginæ Angliæ, matris Regis karissimæ, quod eidem Hugoni Castrum prædictum liberet custodiendum in formâ prædictâ. * III. 67.

Teste ut supra.

De Officio Marescalciæ Angliæ commisso.

Ann. D. 1308. An. 1. E. 2. Pat. 1. E. 1. p. 1. m. 23.

REX omnibus, ad quos, &c. salutem.

Sciatis quod commisimus dilecto & fideli nostro, Nicholao de Segrave, officium Marescalciæ Angliæ,

Habendum & custodiendum, cum omnibus ad officium illud spectantibus, quamdiu nobis placuerit.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Westm. duodecimo die Martii.

ET mandatum est Thesaurario & Baronibus de Scaccario, quòd ipsum, quem præfatus Nicholaus loco suo deputaverit ad faciendum ea, quæ ad officium illud pertinent, in eodem Scaccario, loco ipsius Nicholai, recipiant in formâ prædictâ.

Teste ut supra.

P Pro

rum, in personis aut rebus suis, in veniendo ad regnum nostrum, sicut prædictum est, ibidem morando, & exinde ad propria redeundo, sicut prædictum est, non inferatis, seu, quantum in vobis est, inferri permittatis injuriam, molestiam, dampnum, impedimentum aliquod vel gravamen.

In cujus, &c. usque ad festum Pentecostes proximò futurum.

Teste Rege apud Westm. decimo quarto die Martii.

---

*111.68. *Ad Regem Franciæ de negotio Terræ Pontivi.*

Ann. D. 1308. An. 1. E. 2. P. 1. E. 2 p. 2. m. 10.

EXcellentissimo Principi, Patri ac Domino suo carissimo, Domino Philippo, Dei gratiâ, Franciæ Regi illustrissimo, Edwardus, eadem gratiâ, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, & Dux Aquitanniæ, Comes Pontivi & Mostreoli, salutem.

Regiæ Majestati vestræ significamus quod nos,

In omnibus causis, querelis & negotiis, terram seu Comitatum nostrum Pontivi & Mostreoli qualitercumque tangentibus, quas habemus, vel habituri sumus contra quascumque personas Ecclesiasticas vel seculares, tàm pro nobis, quàm contra nos, coram vobis, vel Parlamentum, seu locum vestrum tenentibus, in vestro proximo futuro Parlamento, post instans clausum Pascha,

Magistrum Radulphum de Lesthean, Nicholaum de Gayton, Petrum dictum le Cat, & quemlibet eorum in solidum (ita quòd non sit melior conditio occupantis; set, quod per unum eorum fuerit inceptum, per alium valeat prosequi & terminari) fecimus, constituimus, & ordinavimus Procuratores nostros:

Dantes & concedentes dictis Procuratoribus, & cuilibet eorum in solidum, ut prædictum est, potestatem & speciale mandatum agendi pro negotiis terræ seu Comitatûs prædicti: petendi & defendendi jura, & libertates ejusdem requirendi: & advocandi pro nobis, & nomine nostro compromittendi & pacificandi: auditores petendi: commissiones revocandi: diem seu dies prorogandi: alium vel alios, Procuratorem vel Procuratores, loco sui substituendi (qui talem & consimilem, qualem Procuratoribus nostris prædictis concessimus, in omnibus habeat, vel habeant potestatem) & omnia alia faciendi, quæ veri & legitimi Procuratores, seu substituti facere possent; vel quæ nos faceremus, seu facere possemus, si præsentes essemus:

Ratum habituri, gratum & firmum, quicquid per dictos Procuratores, vel quemlibet eorum, ut prædictum est; vel per substitutum, vel substitutos eorum actum fuerit, dictum, seu etiam procuratum.

Promittentes rem ratam haberi, & judicatum solvi, sub ypothecâ rerum & bonorum nostrorum, terræ seu Comitatûs nostri Pontivi supradicti.

Quod vobis, vel Parlamentum seu locum vestrum tenentibus, & omnibus aliis, quorum interest vel interesse potest, tenore præsentium, sigillo nostro sigillatarum, significamus.

Dat. apud Westm. 14. die Martii.

Pro Nunciis Regis Armeniæ.

Ann. D. 1308. An. 1. E. 2. Claus. 1. E. 2. m. 8.

REX dilecto & fideli suo, Roberto de Kendale, Constabulario Castri sui Dovorr. & Custodi quinque portuum suorum, salutem.

Mandamus vobis quod Leonem & Baldewynum, Nuncios Regis Armeniæ, nuper in Anglia ad nos missos, ad partes transmarinas ... di, ea occasione, adhuc existunt:

Nosque eidem Arnaldo, de duobus Milibus & quingentis libris Turon. satisfecerimus:

Volentes dilecto Consanguineo nostro Gastoni Comiti Fuxi, primogenito filio Margaretæ Comitissæ Fuxi & Vicecomitissæ de Byern, filiæ & hæredis prædicti Gastonis, gratiam facere specialem,

Pardonavimus ei, de dictâ summâ quinque milium librarum Turonensium, duas Mille & quingentas libras Turonenses; & ei prædicta, Castrum, Villam, & Terram, reddimus & restituimus, cum suis pertinentiis universis;

Mandantes & præcipientes quod litteræ & instrumenta quæcumque, dicto Patri nostro, super obligatione & impignoratione eorumdem, Castri, Villæ, & terræ confecta, & penes nos, seu penes prædictum Arnaldum remanentia, præfato Comiti liberentur.

Ita tamen quod idem Comes præfato Arnaldo, de residuis duobus Milibus & quingentis libris Turon. primò satisfaciat; seu sibi inde inveniat sufficientem securitatem, de quâ idem Arnaldus reputet se contentum.

In cujus, &c.

Dat. apud Westm. 15. die Martii.

De executione Judiciorum, contra Lychfeldensem Episcopum redditorum, facienda. Ann. D. 1308. An. 1. E. 2. Claus. 1. E. 2. m. 6.

REX dilectis & fidelibus suis, Rogero le Brabazun, & sociis suis, Justiciariis suis, ad querelas omnium & singulorum, de Waltero Coventr. & Lychf. Episcopo conqueri volentium, audiendas & terminandas assignatis, salutem.

Licet Temporalia Episcopatûs prædicti in manu nostrâ existunt; quia tamen pluribus personis, quæ coram vobis de diversis transgressionibus, ipsis per præfatum Episcopum illatis, conquestæ sunt, diversa dampna, per considerationem Curiæ nostræ, coram vobis hactenus sunt, pro transgressionibus illis, ut accepimus, adjudicata:

Nolentes aliquibus eâ de causâ justitiam prorogari, vobis mandamus quod judicia, coram vobis reddita, quo ad dampna prædicta, de temporalibus prædictis levanda, faciatis, secundum legem & consuetudinem regni nostri, executioni debitæ demandari.

Teste Rege apud Westm. 18. Martii.

De Seneschallo in Comitatu Pontivi constituto.

EDward, par la grace de Dieu, &c. d'Aquitaine, Counte de Pontif. & de Mustroill, a touz ceus, qui ces lettres verront ou orront, salutz. Ann. D. 1308. An. 1. E. 2. Vasc. 1. E. 2. m. 14. d.

Sachetz que nous avoms establi, e mis en nostre lieu nostre chere & feal, Richard de Rokelle, nostre Seneschal de Puntif, e fet nostre leal Procureur pur prendre, e receivre les Serment, e les feautez des Maieurs, des Eskivins, e des Communes des bones Villes de la dit Counté; Cestassaver,

De Abbevill, Rue, Waben, Mareskeneter, Crotoi, Cressy, Seint Gioce, Mustroill, Areins, Arguel, Port & Tranleel:

E de fere a eus Serment, pur nous, e en nostre noun, tiel come nous sumes tenu a faire, e que nos Auncestres, Countes de Puntif, leur

Dum tamen legales exerceant Mercandisas, & inde debitas & usitatas solvant consuetudines, ut prædictum est.

Teste Rege apud Westm. 15. die Martii.

De Margareta quæ fuit uxor Edmundi quondam Comitis Cornubiæ.

Ann. D. MAndatum est Vicecomiti Devon. quod Margaretam, quæ fuit
1308. uxor Edmundi, quondam Comitis Cornub. defuncti, liber-
An. 1. tatibus, quibus idem Edmundus & Richardus quondam Rex Ale-
E. 2. mann. Pater ipsius Edmundi, uti consueverunt, in terris & tene-
Claus. 1. mentis suis, in vitâ suâ, uti & gaudere permittat, in terris & tene-
E. 2. m. mentis, quæ eadem Margareta tenet, in dotem, de hæreditate di-
9. d. cti viri sui, in ballivâ dicti Vicecomitis, de gratiâ Regis speciali.

Teste Rege apud Westm. 20. die Martii.

Ad Regem Franciæ super deprædationibus emendandis.

Ann. D. EXcellentissimo Principi, Patri & Domino suo karissimo, Do-
1308. mino Philippo, Dei gratiâ, Regi Francorum illustri, Edwar-
An. 1. dus, &c. & felices ad vota successus.
E. 2. Accedentes ad nos Hugo de Beketon, Willielmus de Fewell, &
Claus. 1. Adam Seel, Mercatores nostri de Magnâ Jernemuthâ, nobis con-
E. 2. m. querendo monstraverunt, quod ipsi nuper quandam navem suam in
8. d. portu Villæ Rothomagensis in Normannia, pannis laneis & lineis, ferro, canevacis, cabulis, ac auro & argento ad valentiam quadraginta librarum Sterlingorum, ducendam in Angliam, onerari fecissent:

Quidam Pyratæ & deprædatores, portum de Lere in Normannia, prima Dominica præsentis Quadragesimæ, post solis occubitum, exeuntes, & se ad dictam navem Mercatorum nostrorum prædictorum, tunc prope Villam, quæ vocatur Chef de Cauz, in Normannia anchoratam, hostiliter divertentes, homines, in eadem navi existentes, invaserunt, & navem illam procul in mare abduxerunt, & ibidem pecuniam & omnia bona prædicta, in dicta navi
* III. 71. inventa, * hominibus prædictis violenter abstulerunt & secum abduxerunt; homines ipsos suis vestibus spoliando, in ipsorum Mercatorum nostrorum & hominum suorum prædictorum dispendium maximum & jacturam.

Vestram igitur Serenitatem Regiam affectuose requirimus & rogamus quatinus super deprædatione prædictâ veritatem inquiri, & præfatis Mercatoribus nostris inde fieri jubeatis celeris justitiæ complementum.

Dat. apud Westm. 20. die Martii.

Pro Johanne Duce Brabantiæ.

Ann. D. REX omnibus Ballivis, &c. ad quos, &c. salutem.
1308. Cum Mercatores Nobilis viri, Johannis Ducis Brabantiæ,
An. 1. Lothering. & Lymborg. plures habeant debitores in Regno nostro,
E. 2. qui in diversis debitis eisdem Mercatoribus tenentur, & ea sibi
Pat. 1. reddere contradicunt, ut dicitur, minus juste:
E. 2. p. Nos, ob affectionem specialem, quam erga præfatum Ducem
2. m. 19. gerimus & habemus, ipsos Mercatores, quatenus cum justitiâ possumus, favore prosequi volentes gratioso;

Vobis mandamus, quod eisdem Mercatoribus sitis in auxilium

partis, ante diem prædictum, à Castro nostro de Wyndesor, in quo per præceptum nostrum detinebatur, ex certâ causâ amoveri, & usque Turrim nostram London. mitti fecimus, propter quod adjornamenta prædicta penitus deficerent, ita quod vos ad justitiam, ad dictum diem Lunæ, loco prædicto, dictis partibus faciendam, procedere nequivistis, secundum legem & consuetudinem Regni nostri:

Nos igitur, qui omnibus & singulis, de Regno nostro, sumus in exhibenda justitia debitores, nolentes quod Justitia querelantibus prædictis, per hujusmodi ignorantiam, aliqualiter deferatur,

Vobis mandamus quod, vocatis coram vobis partibus prædictis, apud Turrim prædictam, in querelis, coram vobis pendentibus, ad justitiam partibus inde faciendam, juxta potestatem vobis prius inde commissam, procedatis; eo non obstante quod adjornamenta prædicta, per amotionem corporis prædicti Episcopi à Castro prædicto, ut prætenditur, deficerent.

Teste Rege apud Wyndesor. 26. die Martii.

---

* *De Donatione Terrarum in Francia Amadeo Comiti Sabaudiæ, per Hugonem le Despenser.* * III. 72.

REX omnibus, ad quos, &c. salutem. Ann. D.
Volentes veritati testimonium perhibere, Universitati vestræ 1308.
notum facimus per præsentes nos vidisse & inspexisse quoddam An. 1.
publicum Instrumentum, manu Gerardi de Sesiriaco, auctoritate E. 2.
Apostolica publici Notarii, ut dicitur, scriptum, Sigilloque dilecti P. 1. E. 2.
& fidelis nostri Hugonis le Despenser consignatum: p. 2. m.
In quo quidem Instrumento, inter cætera in eodem inserta, con- 16.
tinetur dictum Hugonem donasse & concessisse, pro se, Hæredibus, Successoribus, Executoribus, Assignatis, & aliis causam ab eodem Hugone habentibus,

Dilecto Consanguineo nostro Amadeo Comiti Sabaudiæ, recipienti pro se, Hæredibus, & Successoribus suis, domos suas de Gentiliaco & Urercato, de Artuel & de Parisius, sitas ad Portam quæ dicitur Sancti Marcelli, cum earumdem juribus & pertinentiis universis, nec non omnes Terras, Vineas, Prata, Nemora, Pascua, Piscaria, Homines, Feoda, Redditus, Census, Servitia, Usagia, Jura, Jurisdictiones universas & singulas, quæ idem Hugo habet, tenet, & possidet per se, seu per alium in locis prædictis, & territoriis eorumdem, & in tota Parisiensi Diocesi, & quæ prædictus Hugo ex dono & concessione bonæ memoriæ Johannis, Dei gratiâ, Episcopi Wyntoniensis, habuit;

HABENDA ET TENENDA ac pacificè perpetuò possidenda, & quod idem Hugo de universis & singulis prædictis se, Hæredes & Executores suos devestiverit, ipsumque Comitem, per traditionem unius Curtelli, investivit; nichil Juris, Actionis, Possessionis, Proprietatis, seu Dominii, sibi vel suis retinens in præmissis:

Ac etiam quod promisit dicto Comiti reddere & deliberare, infra Calendas Maii proximò instantes, omnes & singulas Cartas, Literas, Instrumenta & Munimenta, quæ & quas idem Hugo habuit & habere potuerit, supradicta donata tangentia:

Et quod donatio & concessio prædictæ factæ fuerant Londoniis, in Capitulo Domûs Fratrum Sancti Augustini, Anno à Nativitate Domini Millesimo, Trescentesimo, octavo: Indictione Sexta: Mensis Marcii die vicesimo quinto:

Præsentibus,

Humberto de Bozosello;
Johanne Artandi;
Humberto de Basceyns,
Americo de Friscombald,

Et

dem reformatione dignemini apponere remedium opportunum.

Conservet, &c.

Dat. apud Wyndesor. 1. die Aprilis.

Pro Richardo de Sudbury Electo Abbate Westmonasteriensi.

Ann. D. 1308. An. 1. E. 2. Rom. I. I. 2. m. 8. dor.

SAnctissimo in Christo Patri Domino C. Divinâ Providentiâ, Sacrosanctæ Romanæ, ac Universalis Ecclesiæ summo Pontifici, Edwardus, &c. devota Pedum oscula beatorum.

Operam studiosam circa Ecclesias & earum Ministros, ut à noxiis præserventur, & adversis, adhibere, ipsorumque honoris & commodi augmentum, de quorum industriâ Ecclesia, præsertim quæ de nostro patronatu existit, suscipere poterit salubria incrementa, sedulò nos convenit procurare.

Dudum siquidem Monasterio Sancti Petri Westmonasterii, Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ immediatè subjecto, Abbatis regimine destituto, Monachi ejusdem loci, petitâ à nobis eligendi licentiâ, prout moris est, & optentâ, Richardum de Sudbury Monachum ejusdem Monasterii, virum utique vitâ & scientiâ commendatum, in Abbatem unanimiter elegerunt.

Cui quidem electioni, nobis imposterum præsentatæ, nostrum præbuimus assensum:

Et quia intelleximus à nonnullis, quod quidam, ipsius electi æmuli, per appellationes suas, ad Sedem Apostolicam ex malignitatis fomite, ut dicitur, interjectas, ipsam electionem nituntur pro viribus impugnare,

Vestræ Sanctitati devotissimè supplicamus, quatinus, intuentes incommoda, quæ ex vacatione dicti Monasterii diutinâ poterunt imminere, ipsum Electum, in præfatæ Electionis negotio, ad exauditionis gratiam admittere: Et, juxta speratam fiduciam, eo celeriùs, quo præfatum Monasterium, per ipsius Electi industriam circumspectam, in spiritualibus & temporalibus utilia subvenire poterint incrementa, dignemini expedire.

Conservet, &c.

Dat. apud Wyndesor. 8. die Aprilis, Anno Domini 1308.

De Episcopis liberandis, de Ecclesiasticis per Regis Ministros gravatis, & de speciali affectione Papæ erga domum Regiam.

Ann. D. 1308. An. 1. E. 2. Ex Autogr.

CLemens Episcopus, servus servorum Dei, Carissimo in Christo Filio Edwardo, Regi Angliæ Illustri, salutem & Apostolicam Benedictionem.

Rem Deo gratam, tibi, Fili benedictionis & gratiæ, utilem, honorabilem & acceptam facere credimus, si ad imitanda vestigia Progenitorum tuorum,

Qui propter plenitudinem devotionis & fidei, quam erga Deum & Romanam Ecclesiam inviolabiliter obtinentes, in bellis fortes & strenui, honorabiles hominibus, & Deo amabiles, inclitum Regnum tuum ampliare Terris & Regionibus, multiplicare populis, augere honoribus, & accumulare divitiis, à multis retrò temporibus meruerunt,

Et ad illa tollenda de medio, & penitùs extinguenda, per quæ inter Ecclesiam ipsam, & te, ac Regnum tuum prædictum, materia dissensionis & scandali, aut scintilla turbationis posset quomodolibet suboriri,

Sed idem Sabinensis Episcopus illos tunc, ex certa causa, recipere distulit, intendens eos secum adducere, cum ad nostri præsentiam Apostolatûs rediret.

Quos postmodum, eodem Patre tuo viam universæ carnis ingresso, eidem Episcopo Sabinensi, qui ad nos illos volebat adducere, requisitus instanter restituere noluisti, dicens quod tu super hoc nobis, per tuos speciales Nuntios, responderes, ut nobis retulit Episcopus memoratus: quos numquam postmodum ad nostram præsentiam destinasti.

An ignoras, Fili Carissime, quod, ad devotionem & reverentiam per fideles & Principes ad Dei Ministros & Sacerdotes habendam, percutitur Maria murmurans contra Moysen, & ipsa voce Domini durissime increpatur? Ingemiscit David, Rex Sanctus, & Electus a Domino, quod Sauli, etiam a Domino reprobati, persequentis ipsum, fimbriam vestimentorum noscitur præcidisse: immo ipse idem David, contra Abysay, volentem extendere manum in ipsum, verbo usus est jugiter memorando, dicens, quis extendet manum suam in Christum Dominum, & innocens erit?

Ad Romani siquidem, Fili Carissime, Pontificis spectat Officium personas Ecclesiasticas, quomodolibet delinquentes, & negotia Ecclesiastica judicare: servus enim suo Domino stat, aut cadit; multo fortiùs autem liquet quod summi Sacerdotes, id est Episcopi, qui Apostolorum in Ecclesia vices gerunt, a solo Deo sunt & Dei Vicario judicandi.

Oza Levita, manus suas ad Archam Domini sustentandam, quæ inclinari videbatur, extendens, a Domino percussus interiit, eo quod sacerdotale ministerium temerè usurpavit.

Ozias etiam Rex, devotionis zelo motus, Domino incensum thurificare voluit in altari thymiamatis, &, increpatus a Sacerdotibus audivit, non est tui Officii, Ozia, sed Sacerdorum, ne contempseris, quia non reputabitur tibi in gloriam a Domino Deo tuo: &, contemptens verbum hujusmodi, nec resipiscens, a Domino leprâ percussus est, & fletit, usque ad diem sui obitûs, ab aliis separatus.

Nec illud sub silentio duximus relinquendum, quod, cum Collationes dignitatum, vel beneficiorum Ecclesiasticorum aliquibus personis, sufficientibus atque dignis, in Regno tuo, sicut jure divino facere possumus & humano, & Prædecessores nostri facere consueverunt frequenter, super certis hujusmodi Collationibus, more solito Executoribus deputatis, facere nos contingit quandoque.

Gentes & Officiales ac Ministri tui, nescimus quo ducti spiritu, cum in talibus nulla sit eis a Deo, vel ab homine, qui hoc facere valeat, attributa potestas, quos obsequendi manet necessitas, non auctoritas imperandi, executoribus eisdem inhibent nè ad injunctas sibi a nobis executiones procedant, nec Processus aliquos faciant super eis, seu factos publicent, seu faciant publicari.

* Et, accumulantes etiam mala malis, cum super aliquibus negotiis, ad Ecclesiæ forum spectantibus, citationes aliquæ in Regno tuo adversus aliquos dicti Regni fieri nostra auctoritate mandantur, * III. 75.

Ministri & Officiales prædicti Commissariis, seu executoribus, a quibus, auctoritate nostrâ, seu Delegatorum nostrorum, sunt citationes hujusmodi faciendæ, ne citationes ipsas faciant, seu fieri faciant: Tabellionibus quoque, ne super hiis publica conficiant instrumenta: & citatis, ne ad curiam veniant, & citationibus pareant, inhibent sub pœnis corporum atque rerum; per hoc jurisdictionem Ecclesiasticam impedientes patenter; non attendentes quod talia Impedimenta præstantes, & ad hæc facienda præbentes consilium, auxilium vel favorem, in Excommunicationis laqueum incidunt ipso jure.

Et insuper prædicti Officiales, Ministri & Gentes, hujusmodi excessibus non contenti, quo minus annalia aliquarum Ecclesiarum &

... in Domino requirimus, & propensius exhortamur, quatinus circa liberationem dictorum Lichefeldensis, Sancti Andreæ, & Glasguensis Episcoporum; vel missionem ipsorum ad nos, ad cujus judicium pertinere dinoscitur; & circa revocandos Errores tuorum Officialium qui in prædictis commiserunt, & in quibuslibet aliis, contra Ecclesiam & Ecclesiasticam libertatem aliquid deinceps attemptarent, sic zelo devotionis & fervore reverentiæ velis exurgere, correctis hiis, quæ correctionis limâ indigere noscuntur, quod, præter humanæ laudis præconium, tibi apud Deum exinde spiritualis gratiæ proveniet incrementum.

Nos enim tàm de Lichefeldensi, quàm Sancti Andreæ, & Glasguensi Episcopis, supradictis, sic celeriter, & sic plenario de hiis, quæ invenientur in tuum vel subditorum tuorum dampnum, seu tuam injuriam commisisse, faciemus justitiæ complementum, etiam infra limites, si expedire videbitur, Regni tui, quod tua exinde Serenitas merito contentari debebit.

Nichilominus autem Dilectum Filium Magistrum Sicardum de Vauro, Archidiaconum Carbariæ in Ecclesiâ Narbonensi, Capellanum nostrum, Latorem præsentium, ad tuam præsentiam destinamus; cui, super præmissis, & hiis, quæ circa ea tibi, ex parte nostrâ, duxerit referenda, adhibeas plenam fidem.

Dat. Pictavis, 5. Idus Aprilis, Pontificatûs nostri Anno tertio.

Sigillo avulso.

---

*III. 76. * Bulla directa Episcopo Wigorniensi ad inducendum Regem Angliæ pro reformandis excessibus Officialium suorum.*

Ann. D. 1308. *An. 1. E. 2. Ex Autogr.*

CLemens Episcopus, servus servorum Dei, dilecto Filio Waltero Electo Wigorniensi, salutem & Apostolicam benedictionem.

Quanto, inter cæteros mundi Principes, Carissimum in Christo Filium nostrum Edwardum Regem Angliæ Illustrem specialis dilectionis affectione diligimus, gerimus in visceribus caritatis, & ad ejus honorem pro viribus promovendum, tam natura, & naturalis origo, quam nutritura longa & familiaris ardentius nos inducit, tanto amplius dolemus, affligimur, & turbamur, cum eum audimus aliqua facere, per quæ inter Romanam Ecclesiam & Regem eundem Regnumque suum, materia dissensionis & scandali, aut scintilla turbationis possit quomodolibet suboriri, vel quæ ipsum notent, vel notare valeant aliqualiter a Progenitorum vestigiis deviare suorum, qui propter plenitudinem devotionis & fidei, quam erga Deum & Romanam Ecclesiam inviolabiliter obtinentes, in bellis fortes & strenui, honorabiles hominibus, & Deo amabiles, inclitum Regnum suum ampliare terris & Regionibus, multiplicare populis, & augere honoribus, & accumulare divitiis, a multis retro temporibus meruerunt.

Porro auditu multiplici, non sine cordis amaritudine, jamdudum audivimus, Venerabilem Fratrem nostrum Walterum Lichefeldensem Episcopum per Officiales Regios, manus ad indebita & illicita extendentes, captum fuisse temere, &, non sine offensâ Dei, & contemptu Ecclesiæ, & diruptione Ecclesiasticæ libertatis, usque adhuc in Carcere detineri, quod non tàm ratione personæ, quàm honore Dei & Ecclesiæ, per ipsum jamdudum voluissemus esse correctum, & adhuc corrigi, sine ulterioris moræ dispendio, eum in Domino exhortamur, ne ex hujusmodi, quod absit, illicitis non dicamus actibus, sed tolerantiis, irreverentiam & indevotionem ad Deum & Ecclesiam sapientibus, sui clari nominis præconia denigrescant.

Tuam siquidem discretionem credimus non latere, quod licet, claræ memoriæ, Edvardus Rex Angliæ, ut sibi capiendi Venerabiles Fratres nostros, Willielmum Sancti Andreæ, & Robertum Glasguensem Episcopos, *&c. prout in Bulla superiore, usque hac verba, viz.*

ET mandatum est Vicecomiti Staffordiæ quod in singulis locis, in Balliva sua, ubi expedire viderit, & præcipue in Villa Staffordiæ, publicè proclamari, & ex parte Regis firmiter inhibere faciat nè quis Comes, Baro, Miles, seu alius quicumque, in eadem Ballivâ suâ, vel alibi in Regno, seu potestate Regis, torneare, &c. ut supra, sine licentia Regis speciali.

Et, si quos, post hujusmodi Proclamationem & inhibitionem, invenerit hujusmodi facta in Ballivâ suâ exercentes, tunc eos arestet, & in Prisonâ Regis salvò custodiat, donec aliud inde Rex præceperit.

Teste ut supra.

Papæ, quod negotium Canonizationis Thomæ de Cantilupo celeriter expediret.

PAPÆ Rex. — Ann. D. 1308. *An. 1. E. 2. Rom. 1. E. 2. m. 8. dorf.*

Quam benignè vestræ Paternæ Circumspectionis Industria dilectum Clericum nostrum, Magistrum Adam de Orleton, Litteras nostras pro Canonizatione, recolendæ memoriæ, Thomæ de Cantilupo, quondam Herefordensis Episcopi, vestræ Paternitati præsentantem, recipere, ipsumque in propositione ejusdem negotii dignabatur audire, intelleximus intervenientium assatibus nunciorum; pro quo vestræ Beatitudini ad laudum præconia assurgimus & gratiarum uberes actiones.

Verùm, Pater Sancte, quia summo desiderio ducimur, & votis ferventibus affectamus ut præfatus Thomas, quem Altissimus merito sanctitatis coronat in cælis & honorat, dignæ venerationis Officio laudetur in Terris, vestris temporibus & glorificetur,

Vestræ Sanctitati iterato precibus supplicamus, quatenus præfatæ Canonizationis negotium cum celeritate, quâ convenit, precum nostrarum Instantiâ, dignemini expedire.

Speramus etenim quòd, per hujusmodi Canonizationis meritum, Altissimus vobis Gratiam in præsenti, & Gloriam tribuet in futuro.

Conservet, &c.

Dat. apud Wyndes. decimo quinto die Aprilis, Anno. &c. 1308.

Thomæ Sanctæ Sabinæ Cardinali pro dicta Canonizatione.

VEnerabili in Christo Patri Domino, Sanctæ Sabinæ Presbitero Cardinali, amico suo carissimo, Edwardus, &c. salutem & sinceræ Dilectionis affectum. — Ann. D. 1308. *An. 1. E. 2. Rom. 1. E. 2. m. 8. d.*

Summo desiderio ducimur, & votis ferventibus affectamus, ut, recolendæ memoriæ Thomas de Cantilupo, quondam Herefordensis Episcopus, quem Deus merito Sanctitatis coronat in Cœlis & honorat, dignæ venerationis Officio, vestro mediante juvamine, laudetur in Terris & glorificetur.

Cum igitur Dominus Summus Pontifex examinandi præfati Thomæ Canonizationis negotium, pro cujus promotione erga eundem Patrem nostrum ante hæc tempora eratis solliciti, vestræ circumspectionis Industriæ, ut intelleximus, commiserit potestatem;

Vestram Paternitatem attentius requirimus & rogamus, quatenus Magnificæ devotionis Zelum, quem ad hujusmodi negotium hactenus habuistis & geritis, ut speramus, continuetis pro celeri & fælici expeditione prælibati negotii; Curam, operam & diligentiam, nostrorum interventu precaminum, apponatis sic ut vestris gratiis affectibus perpetuis temporibus reddamur meritò promptiores.

 Dat.

occasione nominatis prædictæ, nobis non præstita, ceperitis, ut dicitur, in manum nostram, si, ei occasione, & non aliâ, in manu nostrâ existunt, liberetis; ipsum ratione fidelitatis prædictæ, de cæteris nullatenus distringentes.

Teste Rege apud Westmonasterium, secundo die Maii.

Eodem modo mandatum est Rogero Sauvage Escaetori ultra Trentam, de Terris & tenementis ipsius Archiepiscopi in Balliva sua, eidem Archiepiscopo liberandis.

Teste ut supra.

De vadiis Prisonibus Scotiæ & Walliæ liberandis.

Ann. D. 1308. An. 1. E. 2. Claus. 1. E. 2. m. 4.

REX Vicecomiti Ebor. salutem.
Præcipimus tibi quod, de exitibus Ballivæ tuæ, habere facias Galfrido Edger, & Richardo Dunser, prisonibus Scotiæ, in Castro nostro Ebor. commorantibus, id quod eis a retro fuerit de vadiis suis, quæ tempore Domini Edwardi, quondam Regis Angliæ, Patris nostri, percipere consueverunt; & etiam vadia hujusmodi ex nunc, quousque aliud inde a nobis habueris in mandatis:
Et nos vobis inde, in compoto vestro, ad Scaccarium nostrum, debitam allocationem fieri faciemus.

Teste Rege apud Westm. 8. die Maii.

Eodem modo mandatum est Vicecomiti Norffolciæ de vadiis hujusmodi liberandis Patricio de Palefdacche, Prisoni de Scotia, Reso fratri Malgon, Griffino fratri ejus, & Filio Resi ap Mereduk, Wallensibus, in Castro Norwici commorantibus.

Teste ut supra.

De Senescalcia Angliæ Comiti Lancastriæ concessa in perpetuum.

Ann. D. 1308. An. 1. E. 2. Pat. 1. E. 2. p. 2. m. 12. *III. 79.

REX omnibus, ad quos, &c. salutem.
Sciatis quod, cum celebris memoriæ, Dominus H. quondam Rex Angliæ, avus noster, per Cartam suam dederit, & concesserit Edmundo Filio suo, Avunculo nostro, Comitatum Leicestriæ, cum omnibus ad Comitatum illum spectantibus,
HABENDUM ET TENENDUM eidem * Edmundo & hæredibus suis, de corpore suo legitime procreatis, de ipso avo nostro, & hæredibus suis, IMPERPETUUM, per certa servitia, inde dicto avo nostro & hæredibus suis facienda:
Nos, volentes dilecto Consanguineo & fideli nostro, Thomæ Comiti Lancastriæ, Filio & Hæredi prædicti Edmundi gratiam in hac parte facere specialem,
Dedimus ei & concessimus pro nobis & Hæredibus nostris, Senescalciam Angliæ, ad prædictum Comitatum Leicestriæ ut dicitur pertinentem.
HABENDAM ET TENENDAM eidem Comiti & Hæredibus suis de corpore suo legitime procreatis de nobis & hæredibus nostris cum omnibus ad Senescalciam illam spectantibus, IMPERPETUUM, sicut Simon de Monte-forti, quondam Comes Leicestriæ, & cæteri Comites Comitatûs ejusdem loci, antea Senescalciam prædictam habuerunt & tenuerunt.
In cujus, &c.

Teste Rege apud Westm. 9. die Maii.

lielmus de Sancto Paulo, Johannes de Beries, Raymundus de Artisalung, Johannes de Seiguans, & Vincentius de Langues, Cives dictæ Civitatis Baion,
In Curiâ vestri postmodum pluries consecuti, asserentesque ipsos de bonis & mercimoniis suis, ad valentiam Trium Milium, Quadringentarum, & quinquaginta, & septem Marcarum, sex solid. & octo denar. Sterlingorum, per subditos dicti Patris vestri, & de mandato ejusdem, in ipsorum oppressionem & jacturam manifestam, spoliatos fuisse,
Nec inde satisfactionem aliquam, nisi de Centum, & sexaginta, & sex libris Sterlingorum consecutos fuisse,
Nobis instanter supplicârunt ut eis inde curaremus de remedio providere;
Nos, oppressionibus dictorum Civium compatientes, affectantesque eis in præmissis, quatenus bono modo poterimus, subvenire, vestram amicitiam affectuosis precibus duximus requirendam, quatenus præfatis, Arnaldo, Johanni, Willielmo, Johanni, Raymundo, Johanni, & Vincentio, ac eorum cuilibet, vel Attornatis, seu Hæredibus eorundem, de bonis & Mercimoniis suis, per subditos dicti Patris vestri, sicut prædictum est, quatenus rationabiliter ostendere poterunt, vel poterit, bona sua, & mercimonia capta & abducta * fuisse per subditos dicti Patris vestri, & eis restitui debere, debitam satisfactionem, nostris precibus, fieri faciatis, prout de jure, & secundum vim & effectum dictæ Compositionis, de assensu prædicti Patris vestri factæ, sicut superiùs est expressum, fuerit faciendum. *III. 80.
Et de eo, quod inde, ad nostri rogatum, duxeritis faciendum, velitis, si placet, nobis rescribere per præsentium portitorem.

Dat. apud Westmonasterium, 14. die Maii.

De Terra Pontivi, pro expensis in Camera sua, Reginæ assignata.

REX omnibus, ad quos, &c. salutem.
Volentes karissimæ Consorti nostræ Isabellæ, Reginæ Angliæ, de omnibus expensis pro camera suâ, ut in jocalibus, donis, & aliis rebus sibi pro ipsâ camerâ necessariis, decenter & honorificè providere. Ann. D. 1308. An. 1. E. 2. Pat. 1. E. 2. p. 2. m. 8.
Totam Terram nostram Pontivi & Monstroll. cum omnibus exitibus & proficuis de prædictâ Terrâ, ultra rationabiles reprisas ejusdem, provenientibus, quamdiu nobis placuerit, eidem Consorti nostræ, pro expensis hujusmodi, committendam duximus & etiam assignandam.
In cujus, &c.

Teste R. apud Westm. 14. die Maii.

Et mandatum est universis & singulis subditis Regis de Terrâ prædictâ, quod præfatæ Consorti Regis, & Ministris suis, quos ad custodiam Terræ prædictæ duxerit deputandos, intendentes sint & respondentes.
In cujus, &c.

Teste ut supra.

Et mandatum est Ricardo de Rokesle Senescallo Pontivi & Monstroill. quod Terram prædictam præfatæ Consorti Regis liberet in forma prædicta.

Teste ut supra.

De

Teste Rege apud Westm. 21 die Maii.

Pro Comite Atholiæ.

Ann. D. REX dilecto & fideli suo David Comiti Atholiæ, salutem.
1308. Ex relatu dilecti Consanguinei & fidelis nostri, Johannis de
An. 1. Britannia Comitis Richemundiæ, Custodis Terræ nostræ Scotiæ,
E. 2. ad nos nuper personaliter venientis, intelleximus quod, in obsequio
Claus. 1. nostro, in partibus prædictis, bene & fideliter vos gessistis; de quo
E. 2. *m.* vobis referimus multas grates.
4. *d.* Vos attente rogantes quatenus, bonum & laudabile servitium, celebri memoriæ, Domino E. quondam Regi Angliæ, Patri nostro, & nobis ibidem per vos impensum, jugiter continuando, Consilium & Auxilium oportunum circa negotia nostra in partibus prædictis, cum omni efficacia & diligentia, quibus poteritis, adhuc more solito apponatis, sicut diligitis nos, & honorem nostrum & commodum Regni nostri.

Et vos in præmissis taliter habeatis, quòd, super præmissis, vestræ fidelitatis constantiam commendare, & ad vestrum bonum & utile servitium in hac parte, cùm ad partes illas nos declinare contigerit, bonam considerationem habere merito debeamus.

Teste meipso apud Westmonasterium, 20. die Maii.

Consimiles literæ diriguntur subscriptis; videlicet,

Davidi de Breghyn,	*Roberto de Keth,*
Davidi de Graham,	*Patricio de Dunbar Comiti March.*
Reginaldo de Chien,	*Patricio Filio ejusdem Comitis,*
Willielmo Comiti de Ros,	*Johanni de Kyngeston,*
Hugoni Filio ipsius Comitis,	*Adæ de Swynburn,*
Henrico de Sancto Claro,	*Henrico de Haliberton.*

De Cuneis & Monetariis Archiepiscopi Cantuariensis.

Ann. D. REX Everico de Friscombald, Custodi Cambii sui Cantuarien-
1308. sis, salutem.
An. 1. Ex parte venerabilis Patris, R. Cantuariensis Archiepiscopi, to-
E. 2. tius Angliæ Primatis, nobis est ostensum, quod, cum ipse, per
Claus. 1. Cartas Progenitorum nostrorum Regum Angliæ, habere debeat
E. 2. *m.* Tres Cuneos, & Tres Monetarios, ad Monetam in Civitate Can-
3. tuariensi fabricandam; ipseque & Prædecessores sui, Archiepiscopi ejusdem loci, Tres Cuneos & Tres Monetarios in eadem Civitate semper hactenus, a tempore confectionis Cartarum prædictarum, habuerunt successivè,

Vos nichilominus præfatum Episcopum quo minus Cuneos & Monetarios prædictos in eadem Civitate habere possit, sicut hactenus fieri consuevit, jam de novo, a tempore Commissionis nostræ, vobis de dicto Cambio factæ, impedivistis, & adhuc impeditis voluntarie & injuste, in ipsius Archiepiscopi dampnum non modicum, & Ecclesiæ suæ Cantuariensis exhæredationis periculum manifestum:

Et, quia nolumus quod præfato Archiepiscopo injurietur in hac parte, vobis mandamus quod ab hujusmodi impedimento, eidem

---

Pro Johanne de Britannia Comite Richemundiæ, de Comitatu Richemund concesso.

REX Thesaurario & Baronibus suis de Scaccario salutem. Ann. D.
Cùm, celebris memoriæ, dominus Edwardus, quondam Rex 1308.
Angliæ, Pater noster, per Cartam suam dedit & concessit, pro se *An.* 1.
& hæredibus suis, dilecto consanguineo & fideli nostro, Johanni *E.* 2.
de Britanniâ Comiti Richemund, Comitatum de Richemund & *Claus.* 1.
de Bowes, & omnes terras & tenementa, quæ Johannes, quondam *E.* 2. *m.*
Dux Britanniæ, defunctus in Anglia tenuit, & quæ per mortem 3.
dicti Ducis ad manum dicti Patris nostri devenerunt:

HABENDA ET TENENDA, de nobis & hæredibus nostris eidem Johanni & hæredibus suis cum feodis militum, advocationibus Ecclesiarum, & omnibus aliis, ad Com. Castra, terras & tenementa prædicta pertinentibus, prout in Cartâ prædictâ plenius continetur.

Vobis mandamus quod præfatum Johannem pro debitis, in quibus idem Dux die obitûs sui dicto Patri nostro tenetur, nullatenus distringatis: Et districtionem, si quam ei, eâ occasione, feceritis, sine dilatione relaxari faciatis.

Teste Rege apud Westmonasterium 24. die Maii.

De Manucaptione pro Willielmo Olyfart.

REX dilecto & fideli suo, Johanni de Crumbwell, Constabula- Ann. D.
rio Turris suæ London. salutem. 1308.
Quia dilecti & fideles nostri, Walterus de Burghdon, & Edar- *An.* 1.
dus Heyron, de Comitatu Northumbriæ, Thomas de Richemund, *E.* 2.
& Ivo de Aldeburgh, de Comitatu Eboraci, manuceperunt coram *Claus.* 1.
nobis, videlicet, quilibet eorum corpus pro corpore, *E.* 2. *m.*
Ad habendum coram nobis ad voluntatem nostram Willielmum 3.
Olyfart Scotum, in Castro de Stryvelyn per Dominum Edwardum, quondam Regem Angliæ, Patrem nostrum, contra eundem Patrem nostrum, nuper captum, & in prisonâ nostrâ in Turri prædicta, ea occasione, nunc existentem;

Et quod idem Willielmus erga nos benè & fideliter se geret, & ad pacem & fidem nostram se habebit.

* Vobis mandamus quod prædictum Willielmum a prisonâ præ- *III. 83.
dicta, per manucaptionem supradictam, deliberetis.

Teste Rege apud Westm. 24. die Maii.

Per ipsum Regem nuntiante H. le Dispenser.

Pro Johanne de Britannia Comite Richemundiæ, de Bonis & Catallis Patris sui, in Anglia, sibi donatis.

Ann. D.
REX Thesaurario & Baronibus suis de Scaccario, salutem. 1308.
Sciatis quòd cum, celebris memoriæ, Dominus Edwardus, *An.* 1.
quondam Rex Angliæ, Pater noster, omnia bona & Catalla, quæ *E.* 2.
fuerunt Johannis, quondam Ducis Britanniæ & Comitis Richemun- *Claus.* 1.
diæ in Angliâ, die quo obiit, pro debitis, in quibus idem Dux die *E.* 2. *m.*
obitûs 2.

De termino tractandi super discordia cum Mercatoribus Hollandiæ prorogato.

Ann. D. 1308. *An.* 1. E. 2. *Claus.* 1. E. 2. *m.* 4. *dor.*

REX Nobili viro, & Amico suo kariſſimo, Domino W. Hanoniæ, Hollandiæ, & Zelandiæ Comiti, ac Friſlandiæ Domino, ſalutem, cum ſinceræ dilectionis affectu.

Nuper, ad requiſitionem veſtram, Chriſtiano de Raphurſt, Militi veſtro, tunc ad nos veſtras literas deferenti, aſſignavimus diem pro vobis & hominibus veſtris, diem, videlicet, dominicum proximum ante Carniprivium ultimò tranſactum, coram nobis & Concilio noſtro,

Ad tractandum de concordiâ inter homines & Mercatores noſtros Angliæ ex parte unâ, & homines & Mercatores veſtros ex alterâ, ſuper diverſis contentionibus, diſcordiis & controverſiis, dudum inter eos exortis, reformandâ; ac etiam emendis de dampnis & injuriis, hinc inde illatis, modo debito faciendis:

*III. 84. * Et vos, adveniente die illo, iteratò nos requiſiſtis, per literas veſtras, & per veſtrum Militem antedictum, ut vos & homines veſtros, ſuper eo quod nullus eorum ad dictum diem, ut præmittitur, aſſignatum, certo interveniente impedimento, ad noſtram venit præſentiam pro negotio memorato, habere vellemus uſque ad diem alium, quo commodiùs ad nos pro negotio prædicto poſſent accedere, excuſatos:

Quamobrem, veſtris precibus annuentes, diem prædictum, uſque a die Paſchæ proximò præterito, in tres ſeptimanas ad veſtram prorogavimus inſtantiam, ſub tali ſcilicet formâ:

Quod Waltero de Ken. Civi & Mercatori noſtro Civitatis noſtræ Lincoln. & ſociis: & Richardo Wake, Johanni Wype, & eorum Sociis Mercatoribus Regni noſtri; necnon Waltero Flemenk Civi & Mercatori noſtro Civitatis noſtræ Eborum, de dampnis & jacturis ipſis Civibus Mercatoribus per homines de poteſtate veſtra illatis (de quibus ſatis clarè & liquidè nobis & concilio noſtro conſtat, & quæ coram nobis in curia noſtra per præfatum Militem veſtrum fuerint recognita & conceſſa) interim ſatisfieret competenter:

Et quod ad diem prædictum aliquos de hominibus veſtris, ſuper diſcordiis, contentionibus, & controverſiis prædictis ſufficienter inſtructos, & bene informatos, cum plenâ & ſufficienti poteſtate tractandi de concordiâ, ut prædictum eſt, ſuper controverſiis, diſcordiis & contentionibus illis, ac Satisfactiones & emendas Mercatoribus Regni noſtri de bonis, ab eis ablatis, dampniſque & injuriis, ipſis per homines veſtros illatis, prout juſtum foret, faciendi; necnon Satisfactiones & emendas de dampnis & injuriis, quæ hominibus veſtris per homines noſtros illata fuiſſent, recipiendi, modis omnibus mitteretis: ita quod negotium prædictum non eſſet ulteriùs prorogatum, prout literæ noſtræ, tunc vobis per prædictum Militem veſtrum indè miſſæ, pleniùs continebant.

Set vos præfatis, Waltero le Ken, vel Richardo Wake, Johanni Wype, aut eorum Sociis, vel etiam Waltero le Flemyng, de dampnis & jacturis prædictis, quæ ſatis clarè, ut præmittitur, eſſe noſcuntur, juxta formam Prorogationis prædictæ, ut ex querela ipſorum accepimus, ſatisfieri non feciſtis; de quo plurimùm admiramur.

Et licet ad nos uſque Weſtmonaſterium, citò poſt tres ſeptimanas prædictas, præfatum Militem veſtrum, & quoſdam alios Burgenſes veſtros tranſmiſeritis pro negotio memorato, juxta prædictarum noſtrarum continentiam literarum: & ipſis, coram nobis in curia noſtra conſtitutis, plenam & celerem juſtitiam, ac competentes & rationabiles emendas de dampnis & injuriis, ſi quæ per

[illegible]
modelam.

Attendentes itaque vitæ meritum, morumque honeſtatem, quibus dilectus nobis, Johannes de Leek, Elemoſinarius noſter, eſſe dinoſcitur inſignitus: necnon labores multiplices, quos, a noſtræ primævæ ætatis exordio, in noſtris ſubiit obſequiis, dignè credimus agere ſi vota ipſius votivis præveniamus affectibus, operamque ſtudioſam impendamus ut ſui commodi & honoris incrementum ſedulò procuremus.

Quocircà Sanctitati veſtræ devotiſſimè ſupplicamus, quatinus eidem Clerico noſtro, de veſtrâ liberali munificentiâ, diſpenſationis gratiam, juxta formam petitionis ſuæ, quam dilecto & fideli noſtro, Amaneno de Lebreto commiſimus, veſtræ Paternitati porrigendam, & effectualiter proſequendam, veſtra dignetur concedere Paternitas reverenda.

Profectò, Pater Sancte, hujus requiſitionis exauditio grata nobis erit admodùm & accepta, ſi, noſtri conſideratione, ſuorumque intuitu meritorum, idem Clericus ſpei ſuæ in hac parte fructum aſſequi valeat peroptatum.

Ad regimen Eccleſiæ ſuæ Sanctæ Sanctitatem veſtram conſervet Altiſſimus per tempora proſpera & longæva.

Dat. apud Weſtmonaſterium, 25. die Maii, anno Domini 1308.

Pro A. Patriarcha Jeruſalem & Epiſcopo Dunelmenſi.

REX omnibus, ad quos, &c. ſalutem. Ann. D. 1308. *An.* 1. E. 2. *Pat.* 1. E. 2. *p.* 2. *m.* 8.

Sciatis quòd, cùm nuper reddiderimus venerabili Patri Antonio Patriarchæ Jeruſalem & Epiſcopo Dunelmenſi libertatem Eccleſiæ ſuæ Dunelmenſis (dudum quibuſdam de cauſis per Conſiderationem Curiæ, celebris memoriæ, Domini Edwardi, quondam Regis Angliæ, Patris noſtri, in manum ejuſdem Patris noſtri captam) habendam ſibi & Succeſſoribus ſuis, Epiſcopis Dunelmenſibus, & Eccleſiæ ſuæ Dunelmenſi imperpetuum; ſalvis nobis & hæredibus noſtris cognitionibus & correctionibus diverſorum Placitorum & querelarum, & aliorum, tàm ſtatum noſtrum, quàm aliorum tangentium;

Nos, volentes eidem Patriarchæ & Epiſcopo gratiam uberiorem facere in hac parte, volumus, & concedimus quòd ipſe libertatem prædictam habeat & teneat ſibi & Succeſſoribus ſuis, Epiſcopis Dunelmenſibus, & Eccleſiæ ſuæ prædictæ, adeo integrè ſicut eam habuit & tenuit ante Captionem ſupradictam; ſalvâ tamen nobis cognitione placiti inter Radulphum filium Willielmi & Galfridum de Hertelpol, coram nobis in Curia noſtra inchoati; hiis etiam, quæ nos tangunt, ſeu tangere poterunt, ſimiliter nobis ſalvis.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Wyndeſ. 27. die Maii.

Per breve de privato Sigillo.

De Conceſſionibus dicto Patriarchæ.

REX omnibus ad quos, &c. ſalutem. Ann. D. 1308. *An.* 1. E. 2. *Pat.* 1. E. 2. *p.* 2. *m.* 8.

Sciatis quòd,

Cùm, celebris Memoriæ, Dominus Edwardus, quondam Rex Angliæ, Pater noſter, in Curiâ ſuâ coram ipſo, per conſiderationem ejuſdem Curiæ, nuper recuperavit ſeiſinam ſuam de Manerio de

E qeconque chose les avantditz John & Nichole, ou un, Procureurs, ou Procureur, par eus estably, ou estable, averont dit, fet, ou procure en les choses avantnomez, nous avoms, e averoms ferme e stable

En testmoignance de queu chose nous avoms fet fere cestes nos lettres overtes.

Don. a Langeleie, le primer Jour de Juyn, l'An de nostre Regne primer.

Pro Archiepiscopo Ardmachano in Hibernia super Bajulatione Crucis.

Ann. D. 1308. An. 1. E. 2. Pat. 1. E. 2. p. 2. m. 6.

REX dilecto & fideli suo Justiciario suo Hiberniæ, salutem.

Supplicavit nobis venerabilis Pater Walterus, Archiepiscopus Ardmachanus Hiberniæ Primas, quod,

Cum inter Prædecessores suos, Archiepiscopos loci prædicti, Hiberniæ Primates, ex parte unâ, & Casselensem & Dublinensem Archiepiscopos, qui pro tempore fuerint, ex alterâ, super Bajulatione Crucis ipsorum Primatum, infra prædictorum Casselensis & Dublinensis Archiepiscoporum Provincias, Contentio extiterit ab antiquo:

Ac Justiciarii & alii Ministri Progenitorum nostrorum, quondam Regum Angliæ, Prædecessores suos prædictos, in singulis Summonitionibus Exercituum, Convocationum, ac quorumdam Placitorum, ipsos contingentium, apud Dublin & alibi, infra Casselensem & Dublinensem Archiepiscopatus, fecerint personaliter evocari, quousque iidem Prædecessores sibi, super hoc, a Progenitoribus prædictis, de Attornatis suis, per suas Patentes Litteras constitutis, loco ipsorum, ad omnia præmissa & singula admittendis, gratiam impetrarunt,

Consimilem gratiam concedere velimus eidem:

Nos igitur, perpendentes quod, ex personali adventu prædicti Archiepiscopi ad Summonitiones & evocationes hujusmodi, cum bajulatione Crucis suæ, grave dampnum & periculum non modicum possent de facili provenire, nisi super hoc remedium apponamus; volentesque eidem Archiepiscopo subvenire, quatenus cum Justitia poterimus in hac parte,

Vobis mandamus quod Attornatos, quos idem Archiepiscopus, loco suo, per Litteras suas patentes sufficienter duxerit faciendos, ad

* III. 87. præmissa & omnia * alia, Personam ipsius Archiepiscopi tangentia, ubi ipse propter impedimentum prædictum personaliter venire non potest, coram vobis admittatis, & coram aliis Justiciariis nostris partium prædictarum, tàm de Banco nostro Dublinensi, quàm itinerantibus, cæterisque Ministris nostris, ibidem admitti faciatis, quamdiu nobis placuerit, de nostra gratia speciali.

Teste Rege apud Langelye, 5. die Junii. Et fuerunt Patentes.

Pro Petro Gavaston & Margareta Uxore ejus nepte Regis Concessiones.

REX Archiepiscopis, &c. salutem.

Sciatis nos, pro grato & laudabili servitio, quod dilectus & fidelis noster Petrus de Gavaston nobis hactenus impendit, dedisse & concessisse præfato Petro, & Margaretæ Uxori ejus, nepti nostræ karissimæ, Manerium de Brustwyk, cum membris & aliis pertinentiis suis: Ann. D. 1308. An. 1. E. 2. Cart. 1. E. 2. n. 7.

Castrum & Manerium de Skipton in Craven, cum membris & aliis pertinentiis suis, in Comitatu Ebor.

Castrum & Honorem de alto Pecco, cum membris & aliis pertinentiis suis, in Comitatu Derb.

Castrum, Manerium & Honorem de Cokermue, cum pertinentiis suis, in Comitatu Cumb.

Maneria de Torpel & de Upton, cum pertinentiis suis, in Comitatu Northampt.

Castrum de Caresbrok, & omnes alias Terras & Tenementa nostra, cum * suis pertinentiis, in Insula Vecta, in Comitatu Suthampt. & omnes alias terras & tenementa nostra cum pertin. suis in Insula Vecta in Com. Suth. * III. 88.

Quæ fuerunt Isabellæ de Fortibus, quondam Comitissæ Albemarl, & quæ sunt in manu nostrà,

HABENDA ET TENENDA præfatis, Petro & Margaretæ, & Hæredibus de Corporibus ipsorum Petri & Margaretæ exeuntibus, de nobis & Hæredibus nostris, cum feodis Militum, Advocationibus Ecclesiarum, liberis Chaceis, Warennis, Libertatibus, & omnibus aliis, ad prædicta Maneria, Membra, Castra, Honores, Terras, & Tenementa qualitercunque spectantibus, per servitia inde, antequam ad manum Domini E. quondam Regis Angliæ, Patris nostri, vel nostras devenerunt, debita & consueta, IMPERPETUUM, in valorem trium Millium Marcarum annuarum,

Ita videlicet quod, si annuus valor prædictorum Castrorum, Maneriorum, Membrorum, Honorum, Terrarum, & Tenementorum, cum pertinentiis suis, prædictam summam trium Millium Marcarum annuarum excedat, per rationabilem extentam inde faciendam, tunc id, quod superfuerit, remaneat nobis & hæredibus nostris: Et, si fortassis ad dictam summam non attingat, tunc id, quod inde defuerit, faciemus eisdem Petro & Margaretæ, in aliis Terris nostris, locis competentibus, assignari:

Ita etiam quod, si prædicti, Petrus & Margareta, obierint sine hærede, de corporibus ipsorum exeunte, tunc prædicta Maneria, Membra, Castra, Honores, Terræ & Tenementa, cum omnibus pertinentiis suis, statim post mortem prædictorum, Petri & Margaretæ, ad nos & hæredes nostros integrè revertantur.

Quare volumus & firmiter præcipimus, pro nobis & hæredibus nostris, quod prædicti, Petrus & Margareta, habeant & teneant sibi & hæredibus suis, de corporibus ipsorum exeuntibus, de nobis & hæredibus nostris omnia prædicta Maneria, Membra, Castra, Honores, Terras & Tenementa, cum feodis Militum, advocationibus Ecclesiarum, & aliis pertinentiis suis quibuscunque, per servitia prædicta, IMPERPETUUM, in valorem trium millium Marcarum annuarum;

Ita, viz. quod, si annuus valor prædictorum Castrorum, Maneriorum, Membrorum, Honorum, Terrarum, & Tenementorum, Q cum

& Honorem de Cokermue liberet, &c.

Clementi de la Ford, quod prædicta Castrum & Honorem de alto Pecco cum Membris & aliis pertinentiis suis, liberet, &c.

Abbati de Burgo, quod prædicta Maneria de Torpel & Upton, cum pertinentiis, liberet, &c.

Nicholao de Bosco, quod prædicta, Terras & Tenementa, cum pertinentiis, in Insula Vecta, liberet, &c.

• III. 89. • REX dilecto & fideli suo Henrico de Lacy Comiti Lincoln. salutem.

Quia volumus quod Castrum nostrum & Manerium de Skipton in Craven, cum Membris, quæ tenetis in custodiâ ex commissione nostrâ, dilecto & fideli nostro Gerardo Salvayn Escaetori nostro ultra Trentam liberentur, custodienda prout sibi ex parte nostra plenius est injunctum; vobis mandamus quod eidem Gerardo prædicta, Castrum, Manerium & Membra, cum pertinentiis, Armaturis, victualibus, & omnibus aliis rebus nostris, in dicto Castro existentibus, per Chirographum inter vos & ipsum inde conficiendum liberetis custodienda in forma prædicta.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Langele, 7. die Junii.

ET mandatum est præfato Gerardo quod prædicta, Castrum, Manerium, & Membra, cum pertinentiis suis, cum ea à præfato Comite sic receperit, præfatis Petro & Margaretæ liberet, habenda & tenenda in formâ prædictâ.

Teste Rege, ut supra, & fuerunt Claus.

ET mandatum est Militibus, liberis hominibus, & omnibus aliis, Tenentibus de prædictis Castris, Maneriis, Membris, Honoribus, Terris, & Tenementis, quod præfatis, Petro & Margaretæ, de fidelitatibus & aliis servitiis suis, ratione eorumdem Castrorum, Maneriorum, Membrorum, Honorum, Terrarum, & Tenementorum, debitis, sint intendentes & respondentes sicut prædictum est.

In cujus, &c.

Teste Rege, ut supra.

ET mandatum est Roberto le Sauser, Custodi Forestæ de Parkhurst, in Insula Vecta, quod de firmâ, quam pro Forestar. prædicta, virtute concessionis per Dominum Edwardum, quondam Regem Angliæ, Patrem Regis, sibi inde factæ, ad terminum vitæ suæ habendam, Regi solvere tenetur, præfatis, Petro & Margaretæ, de cætero sit intendens & respondens; vult enim ipsum inde de cætero exonerari.

Teste Rege, ut supra.

Pro Johanne Russel, de donationibus in Aquitania sibi factis.

Ann. D. 1308. An. 1. E. 2. Vasc. 1. E. 2. m. 20.

REX omnibus, ad quos, &c. salutem.

Sciatis quod, pro grato & laudabili servitio, quod dilectus & fidelis noster, Johannes Russell Miles, claræ memoriæ, Domino Edwardo, quondam Regi Angliæ, genitori nostro, & nobis impendit,

Concessimus eidem Johanni, pro nobis & hæredibus nostris, bire, vigere percepimus, Comitatum ipsum de voluntate, consilio, & consensu, & ad procurationem Comitum, Baronum, & Procerum Regni prædicti, sibi absenti & ignoranti, gratiose duximus concedendum.

Sed demum iidem Comites, Barones ac Proceres, hujusmodi voluntatem, consilium, & consensum in contrarium immutantes, ac ipsi, & quidam Regni & terrarum ipsorum Incolæ, contra nos graviter insurgentes, nobis infestos multipliciter & molestos se reddere non verentur; ex quo scandala & pericula graviora suboriri posse in Regno & terris eisdem verisimiliter formidantur.

Cùm itaque de Paternitate vestrâ, ut in hiis & aliis nobis occurrere valeat, specialiter confidamus, Paternitati prædictæ reverentiâ Filiali eo affectuosiùs, quo possumus, supplicamus, quatinus zelum paternæ affectionis ad nos, & Regnum prædictum, & Terras celeriter dirigentes, hujusmodi occurrere dignemini scandalis, & periculis obviare, & vias & modos exquirere, quibus super hiis provideri possit de remedio salutari;

Aliquam, vel aliquas personas de vestris, pacem & tranquillitatem nostram & ejusdem Regni appetentes, ad Regnum destinando prædictum:

Super hiis enim, si placet, cum sanctissimo Patre nostro Domino C. Divinâ Providentiâ, summo Pontifice, colloquentes; & eidem, cui super hoc scribimus, supplicantes ut sibi super præmissis placeat interponere partes suas, & aliquos viros providos, unà cum illis, quos vos pro prædictis ad Regnum nostrum prædictum & Terras missuros credimus, mittere; qui, inspecta qualitate negotii, præmissa valeant suæ prudentiæ virtute sedare, & ad statum reducere pacificum & tranquillum:

Ita quod nos, dictaque Regnum & Terræ, per vestræ Paternæ sollicitudinis salubria studia, scandalis & periculis repressis eisdem, in pacis & tranquillitatis dulcedine quiescamus.

Dat. apud Wyndesor. 16. die Junii, Anno Regni nostri primo.

Ad Papam super Negotio antedicto.

SAnctissimo in Christo Patri, Domino C. Divinâ Providentiâ Sacrosanctæ Romanæ ac Universalis Ecclesiæ summo Pontifici, Edwardus ejusdem gratiâ, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, & Dux Aquitaniæ, cum omni reverentiâ & honore, devota Pedum oscula Beatorum.

Ann. D. 1308. An. 1. E. 2. Rom. 1. E. 2. m. 11. dor. in Cedula.

Sacrosancta Romana Ecclesia, ex affluentis benignitatis affectu, velud Mater provida, & Gubernatrix avida Filiorum, ad Regnum, & Terras, ac Progenitores nostros, & Regni ac Terrarum Incolas eorumdem, sicut ad Filios prædilectos, semper direxit maternæ considerationis intuitum, semper ipsos oculo ferventis dilectionis inspexit, & extirpans vitia, & virtutes inserens, in eisdem præcisit discordias, summovit scandala & dissensiones ab illis, semper pacis ibidem seminavit Consilia, semperque, ut ipsa, Regnum & Terræ, felici exaltatione concrescerent, desiderabiliter concupivit.

Vosque, qui eidem Ecclesiæ, disponente Domino, præfuistis, claræ memoriæ, Dominum Edwardum, genitorem nostrum, & nos, quamvis inmeritos, paternæ dilectionis vinculo astringentes, desideria vestra convertistis & studia per effectum, ac indefessos labores & sollicitudines subiistis, ut Regnum & Terra prædicta pacis dulcedine potirentur; &, extirpatis radicitùs guerrarum turbinibus ab eisdem, ejusdem genitoris, ac nostri, & eorumdem Regni & terrarum status persisteret quietis assiduæ felicitate jocundus, circumspectionis Apostolicæ studium efficaciter impendistis.

Prop-

suscipiat incrementum.
Conservet, &c.

Dat. apud Wyndesor. 16. die Junii, Anno Regni nostri primo.

Ad Papam de sententia Excommunicationis, contra Petrum de Gaveston prolata, revocanda.

Ann. D. 1308. An. 1. E. 2. Rom. 1. E. 2. m. 11. d. in Cedula.

SAnctissimo in Christo Patri, Domino C. &c. Edwardus, &c. cum omni reverentiâ & honore, devota Pedum oscula Beatorum.

Anget nos turbationis novæ macula, & causa recentis commotionis inducit contra venerabilem Patrem —— Archiepiscopum Cantuar. cæterosque Episcopos Regni nostri Angliæ, ad Clementiam Apostolatûs vestri perferre querelam: Et quo processus eorum, qui non deberent a timore Domini & viâ rectitudinis deviare, æquitatis vel justitiæ minimine fulciantur, ad notitiam Apostolicæ deducere pietatis, ut ipsi, vestro examine justo librati, & in statera æquitatis appensi, Apostolicæ limâ correctionis in statum debitum reducantur.

Nuper siquidem, post Gubernacula dicti Regni Angliæ per nos, Deo disponente, suscepta, virtutibus multiplicis probitatis, quibus Nobilem virum P. de Gavaston, Comitem Cornubiæ, abolim insignitum agnovimus, sollicita meditatione discussis, ei, absenti & ignoranti, Comitatum Cornubiæ, ad hoc Comitum, Baronum ac Procerum dicti Regni accedente Consilio & consensu, & ad procurationem eorumdem duximus de speciali gratiâ concedendum.

Demùm verò præfati, Archiepiscopus & Episcopi, in memoratum Comitem, non monitum, non citatum, non confessum, nec super aliquâ fraude convictum, excommunicationis sententiam, nisi, infra Crastinum Sancti Johannis Baptistæ proximò futurum, dicti Regni Angliæ fines exiret, contra justitiam promulgârunt;

Quam idem Comes, considerans nequiter & injuste prolatam, ab illa dinoscitur ad Sedem Apostolicam appellâsse.

Cùm itaque singuli, quos professio Christianæ Religionis includit, ex potestate vobis cælitus attributâ, vos defensores justitiæ recognoscant, ac judicium & justitia præparatio Sedis Apostolicæ fore noscantur, Beatitudinis vestræ Clementiæ, devotione ac reverentiâ Filiali, eo affectuosiûs, quo possumus, supplicamus, quatinus scandalis & periculis, quæ possent ex processibus & sententiâ hujusmodi provenire, salubriter obviantes, processus & sententiam hujusmodi dignemini revocare, vel saltem summarie de plano, sine
*III. 92. * strepitu & figurâ judicii, exhiberi facere, super hiis, celeris justitiæ complementum; & interim, ad cautelam, dictam Excommunicationis sententiam relaxare.

Conservet vos Altissimus, ad Regimen Ecclesiæ suæ sanctæ, per tempora prospera & longæva.

Dat. apud Wyndesor. 16. die Junii, anno Regni nostri primo.

Ad Cardinalium Cœtum de prædicta sententia retractanda.

Ann. D. 1308. An. 1. E. 2. Rom. 1. E. 2. m. 11. d. in Cedula.

SAcrosanctæ Romanæ Ecclesiæ cœtui Cardinalium Venerando Edwardus, &c. salutem.

Anget, *&c. ut supra, mutatis mutandis*, venerandam vestram prudentiam, quæ consilio & auxilio oppressis contra justitiam consuevit occurrere, & ut scandalis & periculis possit obviari prædictis, eo affectuosiûs, quo possumus, requirimus & rogamus, quatinus

Memorandum quod omnes litteræ suprascriptæ lectæ fuerunt coram Domino Rege die & loco supradictis, & consignatæ, ipso Domino Rege præcipiente dictas litteras consignari, in præsentia Dominorum, Johannis de Britannia Comitis Richemundiæ, Henrici de Percy, Hugonis le Despenser, Willielmi de Melton, & Adæ de Osgodby.

Pro Petro de Gavaston Locumtenente Regis in Hibernia constituto.

REX Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Prioribus, Comitibus, Baronibus, Militibus: Capitali Justiciario, Cancellario, Thesaurario: Vicecomitibus, Ballivis, Constabulariis, Ministris; & aliis fidelibus suis quibuscumque, de terrâ Hiberniæ, salutem. Ann. D. 1308. An. 1. E. 2. Pat. 1. E. 2. m. 3.

De fidelitate & circumspectione dilecti & fidelis nostri, Petri de Gavaston, Comitis Cornubiæ, necnon & de grato servitio, quod idem Petrus nobis hactenus * fideliter impendit, plenarie confidentes: *III. 93.

Ipsum Petrum mittimus ad dictas partes Hiberniæ, & ipsum constituimus locum nostrum tenentem in eisdem, quamdiu nobis placuerit.

Et ideo vobis mandamus in fide, homagio, & dilectione, quibus nobis tenimini, firmiter injungentes, quod eidem Petro, dum locum nostrum ibidem sic tenuerit, tanquam nobis ipsis, sitis obedientes, intendentes, & respondentes, sicut prædictum est.

Damus insuper præfato Petro, tenore præsentium, plenariam potestatem Justiciarios, Vicecomites, Ballivos, & alios Ministros nostros quoscumque, in dictis partibus, cujuscumque conditionis existant, quotiens opus fuerit, amovendi: & alios, loco eorum, prout ad honorem & utilitatem nostram expedire videbitur, constituendi: necnon & ordinandi & faciendi, nomine nostro, de omnibus quæ in dictis partibus nos contingunt, prout faceremus si præsentes essamus.

In cujus, &c. quamdiu nobis placuerit duratur'.

Teste Rege apud Redyng, 16. die Junii.

REX omnibus, ad quos, &c. salutem.

De fidelitate & circumspectione dilecti & fidelis nostri, Petri de Gavaston, Comitis Cornubiæ, quem ad partes Hiberniæ mittimus, & locum nostrum tenentem in eisdem constituimus, quamdiu nobis placuerit, plenam fiduciam obtinentes,

Eidem Petro præsentandi ad Ecclesias, necnon & conferendi alia beneficia, nomine nostro, ad nostram præsentationem seu collationem in dictis partibus spectantia, cum ea vacare contigerit, dum in partibus illis locum nostrum sic tenuerit, vel donec aliter inde ordinaverimus, plenam, tenore præsentium, concedimus & committimus potestatem.

In cujus, &c. quamdiu nobis placuerit duratur'.

Teste Rege apud Redyng, 16. die Junii.

Pro Bertrando del Gout Papæ Nepote.

REX omnibus, ad quos, &c. salutem. Ann. D. 1308.

Sciatis quod nos, ob amorem, quem erga sanctissimum in Christo Patrem, Dominum Clementem summum Pontificem, gerimus: & etiam ob fervens desiderium quod habemus faciendi ea, quæ ejus desideriis noverimus fore grata: & ut ipse in hiis, quæ penes An. 1. E. 2. Pat. 1. E. 2. p. 2. m. 3.

Teste Rege apud Stanlegh, 21. die Junii.

Et mandatum est Episcopis, Abbatibus, Prioribus, Comitibus, Baronibus, Militibus, Vicecomitibus, Ministris, & omnibus Ballivis & fidelibus suis, & toti Communitati, terræ Scotiæ, quod eisdem Comiti & Willielmo, tanquam locum nostrum tenentibus in eadem terrâ, & Custodibus nostris ejusdem terræ, in omnibus, quæ ad custodiam terræ illius pertinent, intendentes sint & respondentes, sicut prædictum est.

In cujus, &c.

Teste ut supra.

Ad Johannem Comyn, de Rebellione Roberti de Brus reprimenda.

Ann. D. 1308. An. 1. E. 2. Claus. 1. E. 2. m. 2. d.

REX dilecto & fideli suo, Johanni Comyn, Comiti de Boghan, salutem.

Cum nuper vos rogaverimus quod, infra custodiam, vobis in partibus Scotiæ ex parte nostra commissam, moram faceretis usque ad festum Sancti Petri ad vincula proximò futurum:

Ac jam summoneri fecerimus totum servitium nostrum, ita quod sit ad nos apud Karliolum in Octabis Assumptionis beatæ Mariæ virginis proximò futuræ, ad proficiscendum exinde nobiscum ad dictas partes Scotiæ, ad rebellionem Roberti de Brus & Complicum suorum, Inimicorum & Rebellium nostrorum, ad nostram & vestram, ac aliorum fidelium nostrorum utilitatem & honorem, cum Dei adjutorio, reprimendam;

Vos attente requirimus & rogamus quatenus, infra custodiam prædictam, velitis usque ad dictas Octobas moram facere, & circa negotia nostra ibidem omne auxilium & consilium oportuna, quæ poteritis, efficaciter & diligenter apponere, prout hactenus apposuistis; unde grates vobis referimus speciales.

Et hoc, sicut nos, & honorem nostrum & vestrum, ac commodum diligitis, cum omni diligentiâ, quâ poteritis, faciatis; in præmissis taliter vos habentes, quod fidelitatis vestræ constantiam & circumspectionis industriam debeamus meritò commendare.

Volumus insuper quod in custodiâ illâ usque ad dictas Octabas, pro rata temporis, a nobis percipiatis, prout in eadem hactenus percepistis.

Teste Rege apud Stanlegh, 21. Junii.

Eodem modo scribitur subscriptis; videlicet,

Johanni de Moubray,	*Johanni filio Marmaduci,*
Alexandro de Abernythy,	*Duncano de Ferendraght &*
Edmundo de Hasting,	*Gilberto Pecche.*

Eodem modo scribitur subscriptis, quos Rex nuper rogavit quod moram facerent in custodiis, eis commissis in Scotiâ, usque ad Octabas Sancti Johannis Baptistæ, proximo futuras; videlicet,

Ingelramo de Umfraunvill,	*Ebuloni de Montibus,*
Johanni de Sancto Johanne,	*Petro de Luband &*
Richardo Syward,	*Henrico Beaufiz.*
Roberto de Malo lacu,	

REX Thesaurario & Camerariis suis, salutem. Ann. D. 1308. An. 1. E. 2. Liber 2. E. 2. m. 6.

Liberate de Thesauro nostro dilectis nobis in Christo Abbatissæ & Conventui Fontis Ebraudi, vel earum procuratori in hac parte, trescentas & triginta libras, & sexdecim denarios, videlicet,

In Festo Sancti Michaelis, proximò futuro, quinquaginta libras:

Et in Festo Paschæ, proximò sequenti, quinquaginta libras:

Et in Festo Sancti Michaelis, proximò sequenti, quinquaginta libras:

Et in Festo Paschæ, proximò sequenti, quinquaginta libras:

Et in Festo Sancti Michaelis, proximò sequenti, quinquaginta libras:

Et in Festo Paschæ, proximò sequenti, quinquaginta libras:

Et in Festo Sancti Michaelis, proximò sequenti, triginta libras & sexdecim denarios:

Qui eis a retro sunt a Mense Maii, Anno Regni Domini E. quondam Regis Angliæ, Patris nostri, tricesimo primo (quo tempore inter eundem Patrem nostrum & Philippum Regem Franciæ, super Guerrâ, inter eos dudùm motâ, pax fuit reformata) usque ad diem obitûs ejusdem Patris nostri; videlicet per quatuor Annos integros, de illis quaterviginti & duabus libris, decem solidis, & quatuor denariis, quos, ex concessione Antecessorum nostrorum percipiunt per Annum, ad Scaccarium nostrum, de elemosinâ constitutâ.

Teste Rege apud Wyndesor, 14. die Julii.

Per breve de privato Sigillo.

De Fine facto per Episcopum Enachdunensem pro licentia non obtenta.

REX dilecto & fideli suo Johanni Wogan, Justiciaro suo Hiberniæ, vel ejus locum tenenti, salutem. Ann. D 1308. An. 1. E. 2. P. 1. E. 2. p. 2. m. 25.

Cùm Reginaldus Taff, nuper Vicarius generalis, bonæ memoriæ, Johannis Taff, quondam Archiepiscopi Armachensis, totius Hiberniæ Primatis, ipso Archiepiscopo in remotis agente, electionem, dudum factam in Ecclesiâ Cathedrali Enachdunensi, Provinciæ Tuamensis, de dilecto nobis in Christo, Fratre Gilberto, de ordine Fratrum Minorum (cujus quidem electionis negotium ad Curiam Armachensem per appellationem, jure Primatiæ, extitit devolutum) confirmaverat, ac eundem Gilbertum in Episcopum loci illius & Pastorem fecerit consecrari, sicut per Litteras Patentes ejusdem Vicarii, nobis inde directas, nobis constat:

Nos, licet Decanus & Capitulum Enachdun. processerint ad electionem hujusmodi celebrandam, non petitâ licentiâ a Domino Edwardo, quondam Rege Angliæ, Patre nostro, vel * optentâ, nec præfatum Electum dicto Patri nostro præsentaverint pro assensu Regio optinendo, nec cætera, quæ in talibus requiruntur, observaverint; & constet nobis, per inspectionem rotulorum Cancellariæ Domini Henrici Regis, avi nostri, quòd prædicti, Decanus & Capitulum, hujusmodi licentiam & assensum ab eodem avo nostro petere consueverunt: * III. 96.

Attendentes tamen diutinam vacationem præfatæ Ecclesiæ Enachdun. ac volentes ipsius utilitati prospicere gratiosè, per finem trescentarum librarum, quem præfatus Episcopus fecit nobiscum, pro gratiâ nostrâ, pro se & Decano & Capitulo prædictis, in hac parte optinendâ, cepimus fidelitatem ejusdem Episcopi, & temporalia Episcopatûs prædicti restituimus eidem.

Et ideo vobis mandamus quod, receptis à præfato Episcopo Literis

Conservet, &c.

Dat. apud Wyndesor. 23. die Julii.

Ad Papam Responsoria super Liberatione Episcoporum, & de Annalibus in Anglia colligendis.

Ann. D. 1308. *An.* 2. *E.* 2. *Rom.* 2. *E.* 2. *m.* 7.

PAPÆ Rex, &c.

Odit Filialis devotio, quam ad prædictam Romanam Ecclesiam, Martem nostram, gerimus, quicquam facere, per quod inter ipsam & nos, Regnumque nostrum, ulla materia posset quomodolibet suboriri, dissidium & odium paritura.

Ad hanc autem devotionem, ac ipsius Piæ Matris honoris conservationem, unitatemque pacis & concordiæ, faciendas pro viribus, & servandas, tàm nostrorum Progenitorum memoranda prioritas, quàm Sedis Apostolicæ benignitas, in nostris agendis exuberans, nos excitant propensius & inducunt.

Pater Sanctissime, pridem vestræ Beatitudinis Litteras, per Venerabilem Virum, Magistrum Sicardum de Vauro, Archidiaconum Corbariæ, in Ecclesiâ Narbonensi, Capellanum vestrum, nobis missas, honore, quo decuit, recepimus; Paternæ dulcedinis exhortationes & credentiam, quam idem Archidiaconus nobis ex parte vestrâ exposuit, * audivimus, & intelleximus quam benignè. * III. 97.

Porrò super, eo, quod dictæ litteræ vestræ continebant, quod ad nunciandum vestræ Clementiæ nostræ intentionis propositum super deliberatione W. Sancti Andreæ, & R. Glasguensis, Episcoporum: Ac etiam super eo, quod Executores vestri ad annalia aliquarum Ecclesiarum & beneficiorum Ecclesiasticorum, in dicto Regno vacantium, colligenda deputati, ipsa annalia colligere per nostros Ministros impediuntur; Nuncios nostros ad vestram præsentiam non misimus, sicut Dominus Sabinensis Episcopus & Magister Johannes de Ferreriis vobis vivæ vocis referebant oraculo;

Vestram Paternitatem cupimus non latere, quod, a tempore nostræ Coronationis, cum proceribus Regni nostri, super præfatis negotiis, aut aliis, statum Regni nostri tangentibus, ob quasdam causas habere colloquium nequivimus, nec tractatum, quamquam id quamplurimùm affectaverimus.

Verùm, licet, fælicis memoriæ, Pater noster prædictos Sancti Andreæ & Glasguensis Episcopos verbo restituerit, & restitui mandaverit, Sedi Apostolicæ præsentandos, ut litteræ indicant memoratæ; tamen, cùm Robertus de Brus, publicus hostis noster, contra nos in Scotiâ hostiliter jam insurgat (ad cujus suorumque complicum rebellionem, cum Dei adjutorio, reprimendam versus dictas partes Scotiæ gressus nostros dirigimus) præfatusque Glasguensis Episcopus, qui incolas terræ nostræ Scotiæ contra præfatum Patrem nostrum, spreto homagii & fidelitatis ejusdem juramento, sæpius præstito, incitavit: Ac etiam W. Lychf. Episcopus in nostra Custodia, non absque dictorum Procerum & Nobilium conventientiâ, sint detenti;

Nos, de præteritis ipsorum Episcoporum actibus illicitis, verisimiliter præsumentes quod, si idem Glasguensis Episcopus, dictâ guerrâ durante, præfatusque Lychf. Episcopus, absque deliberatione cum dictis Magnatibus habendâ, quorum interesse specialiter in hoc versatur, extra nostram custodiam ponerentur, proditionaliùs solito, sicut assueta relinquere non valentes, nephandis nephandiora opera cumularent.

Ad quæ evitanda securitatem, quam iidem Episcopi, vel alii pro eorum liberatione præstare voluerint, prædictis causis durantibus, fragilem reputamus, &, ut refert fama publica, reputat totum Regnum præfatum.

Ad Regem Franciæ pro præfato Frederico, Manfredi Filio, ad summum Pontificem profecturo.

Ann. D. 1308. *An.* 2. *E.* 2. *Rom.* 2. *E.* 2. *m.* 7.

EXcellentissimo Principi, Domino ac Patri suo, Domino Philippo, Dei gratiâ, Regi Francorum Illustri, Edwardus, eadem gratiâ, &c. salutem, & successus semper ad vota prosperos & felices.

Cùm Nobilis Vir Fredericus, natus quondam Manfredi Regis Siciliæ, qui ad nos ad partes Angliæ nuper venit, jam sit ad Dominum summum Pontificem pro quibusdam negotiis accessurus;

Nos, affectantes eundem Fredericum favoribus prosequi gratiosis, Celsitudinem vestram attente requirimus, & rogamus, quatinus eundem Fredericum habentes, si placet, nostri intuitu, specialiter commendatum, ei litteras vestras de salvo & securo conductu, per Regnum & potestatem vestram, concedere dignemini, cum ex parte ejusdem Frederici fueritis super hoc requisiti.

Dat. apud Northamptoniam, 6. die Augusti.

Ad Cardinales pro eodem Frederico.

Ann. D. 1308. *An.* 2. *E.* 2. *Rom.* 2. *E.* 2. *m.* 7.

REX Venerabili in Christo Patri R. del Gote, Dei gratiâ, Sanctæ Mariæ Novæ Dyacono Cardinali, amico suo karissimo, Edwardus, &c. salutem, cum sinceræ dilectionis affectu.

Efficit nos grandis fiducia, quam de vestrâ amicitiâ gerimus, & gessimus à jam diu, pro nostris & nostrorum amicorum negotiis, vobis frequentiùs porrigere preces nostras.

Cùm itaque attendentes graves persecutiones & angustias, quas Nobilis Vir Fredericus, Natus quondam Manfredi Regis Siciliæ, non sui reatûs merito, set sævientis potiùs Fortunæ injuriâ, divino nutu, diutius est perpessus, ut vestram prudentiam credimus non latere; ac cupientes ipsius indigentiæ subveniri, nè tanti Regis Filius cogatur egere, Domino summo Pontifici nostras litteras supplicatorias duxerimus destinandas, ut ipse circa statûs ejusdem Frederici relevationem, Dei & nostri intuitu, agere sic dignetur, quod ex nostra intercessione uberioris gratiæ fructum se sentiat reportasse:

Paternitatem vestram affectuosè requirimus & rogamus, quatinus, ut idem Dominus Summus Pontifex preces nostras favorabiliter exaudiat in hac parte, nostri intuitu, opem velitis & operam apponere efficaces.

Dat. apud Northamptoniam, 6. die Augusti.

Consimiles Litteræ diriguntur,

Domino P. Sabinensi Episcopo,
Domino Thomæ Jorz, Tituli Sanctæ Sabinæ Presbitero Cardinali,
Domino Alphonso Infanti, Consobrino Regis.

timus Juramentum, fideque media obligamur.

Ad hæc promittimus, sub debito ejusdem juramenti, quod fines Episcopatûs Dunelmensis, quos idem Dominus noster Rex, ad interpellationem nostram instantem, pro morâ nostrâ ad nostri securitatem concessit, sine licentiâ ejusdem Domini Regis speciali, minimè transgrediemur.

In cujus rei testimonium sigillum nostrum præsentibus apposuimus.

Dat. apud Norhampton. 11. die mensis Augusti.

Ad Regem, pro Concordia cum Baronibus habenda, hortatoria.

Ann. D. 1308. An. 2. E. 2. Ex Autogr.

CLemens Episcopus servus servorum Dei, Carissimo in Christo Filio Edvardo Regi Angliæ Illustri, salutem & Apostolicam benedictionem.

Zelus comedit nos, Fili Carissime, inclitæ domûs tuæ, & paterna dilectio, quâ te inter cæteros Reges & Principes Orbis terræ Catholicos sincerius gerimus in visceribus caritatis, pulsat hostium cordis nostri, animi vires solicitat vigilanter, & nostræ mentis excitat cogitatus, quod de sui statûs prosperitate pensantes assiduè, indesinenter nostræ sollicitudinis studia convertamus, ut domus ipsa prosperis semper fulciatur eventibus, pacis assiduæ ubertate lætetur, vigeat incrementis magnificis, & eximiis honoribus attollatur, & nullius in domo ipsâ succrescat vastabilis herbæ contagium, quæ semen dissensionis producere valeat, aut amaritudinis fructus, vel nocumenti cujuslibet in eâdem.

Romana quidem Ecclesia, Mater tua, domum ipsam, velut Filiam prædilectam semper fide præclaram invenit, devotionis reperit integritate conspicuam, & sibi gratam & acceptam cognovit multiplicibus virtutibus meritorum.

Ex his enim, quæ in Sacrario pectoris ejusdem Ecclesiæ, velut Scriptum perempne, recondita conservantur, provenire dignoscitur quod te, tantæ & tam benedictæ domûs germen egregium, in medio pectoris Apostolici gerimus prædilectum, & personam tuam assiduæ mentis obtuitibus intuemur, ad tuæ ac Regni tui, velut terræ ipsius peculiaris, Ecclesiæ paternis & sollicitis studiis cumulum intendentes.

Sanè auditui nostri Apostolatûs, tam per litteras tuas, quam alias innotuit, quod hoste pacis, Satore discordiæ, Regnum tuum suæ versutiæ malleis impetente, & in ipso nequitiæ solitæ diffundente venena, ad gravem cum ipsius Regni Baronibus discordiam devenisti.

Ex quo tanto graviores percepimus, & sentimus in animo punctiones, tantoque majoris amaricationis effusio intima nostra perfudit, quanto delectabiliùs in tuâ quiete quiescimus, & quanto tuorum Successuum sinistrorum emersio, nos duriùs turbant in intimis, & nobis quietem animi vix indulgent.

Profectò, dilectissime Fili, si Magnitudo tua prudenter considerat, & discutit diligenter, tibi patentibus apparebit indiciis, quòd omnia in pace concrescunt, & omnia in discordiâ dilabuntur,

• III. 100. * quodque si dissensionis vitabis materiam, fugabis discordias, odia procul pelles, & guerrarum impetuosis impulsibus libellum dabis repudii; in terris, tuæ ditioni subjectis, gratiam tibi vendicabis Altissimi, & tui latiùs dilatabis culmina Principatûs, si pacis quæsiveris commoda, & quæsita, pro divini nominis gloriâ, prosequaris.

Nec indignè tuam oportet Celsitudinem tenaciter habere memoriâ,

Episcopum Pictavensem, honoris Regii fervidum zelatorem, utpote qui de Ducatu tuo traxit originem, ad te duximus destinandum, qui super præmissis tibi nostram aperiet voluntatem.

Tu vero ea, quæ super prædictis ibidem Episcopus tibi ex parte nostrâ retulerit, indubitanter credere, & efficaciter adimplere procures; Rescripturus nobis per ipsum, & litteras tuas ad nos deferendas, quicquid super præmissis duxeris faciendum, & videris expedire.

Dat. Pictavis, 3. Idus Augusti, Pontificatûs nostri anno tertio.

Sub filis canabeis.

Pro Radulpho de Monte Hermerii, de licentia fugandi in forestis.

REX omnibus, ad quos, &c. salutem.

Sciatis quod, de gratiâ nostrâ speciali, concessimus dilecto & fideli nostro, Radulpho de Monte Hermerii, quod ipse, quotienscumque, & quandocunque per forestas, seu chaceas nostras, tam citra Trentam, quàm ultra, transierit,

In eisdem forestis & chaceis, pro voluntate suâ, fugare & feras capere, & asportare possit, sine occasione, vel impedimento nostri Justiciarii, Forestarii, Viridarii, aut aliorum Ministrorum nostrorum Forestæ quorumcunque.

Ann. D. 1308. An. 2. E. 2. Pat. 2. E. 2. p. 2. m. 24.

In cujus, &c. quamdiu nobis placuerit duraturas.

Teste. Rege apud Northampton. 11. die Augusti.

Per ipsum Regem.

Bulla qua Inquisitores super Negotio Templariorum assignantur & deputantur. • III. 101.

Ann. D. 1308. An. 2. E. 2. Ex Registro Winchelsey in Bibl. Lamb.

CLemens Episcopus, servus servorum Dei, Venerabilibus Fratribus, Archiepiscopo Cantuariensi, & suis Suffraganeis, salutem & Apostolicam benedictionem.

Faciens misericordiam cum servo suo Dei filius, Dominus Jesus Christus, ad hoc nos voluit in speculâ eminenti Apostolatûs assumi: ut gerentes, licet immeriti, vices ejus in terris, in cunctis actibus & processibus, ipsius vestigia, quantum patitur humana fragilitas, imitemur.

Sanè dudùm, circa nostræ promotionis ad Apicem Summi Pontificatûs initium, etiam antequam Lugduni, ubi recepimus nostræ Coronationis insignia, veniremus; & post etiam, tàm ibi, quàm alibi, secreta quorundam nobis insinuatio intimavit, quod Magister, Præceptores, & alii Fratres Ordinis Militiæ Templi Jerosolymitani, & etiam ipse Ordo (qui, ad defensionem Patrimonii ejusdem Domini nostri Jesu Christi, fuerant in transmarinis partibus deputati) contra ipsum Dominum, IN SCELUS APOSTASIÆ NEPHANDUM, DETESTABILE IDOLOLATRIÆ VITIUM, EXECRABILE FACINUS SODOMORUM, ET HÆRESES VARIAS erant lapsi

Quia verò non erat verisimile, nec credibile videbatur, quòd Viri tàm religiosi (qui præcipuè pro Christi nomine suum sæpe sanguinem effundere, ac personas suas mortis periculis frequenter exponere credebantur; quique multa & magna, tam in divinis Officiis,

sent, & etiam ascendissent, tàm contra ipsum Ordinem, quàm contra personas singulares ejusdem, quod sine gravi scandalo * præteriri non poterant, nec absque imminenti periculo tolerari: * III. 102.

Nos illius, cujus Vices, licet immeriti, in terris gerimus, vestigiis inhærentes, ad inquirendum de prædictis, ratione prævia, duximus procedendum; multosque de Præceptoribus, Presbyteris, militibus, & aliis Fratribus dicti Ordinis, reputationis non modicæ, in nostrâ præsentia constitutos (præstito ab eis Juramento, quòd super præmissis meram & plenam nobis dicerent veritatem) super prædictis interrogavimus, usque ad numerum septuaginta duorum (multis ex Fratribus nostris nobis assistentibus diligenter) eorumque Confessiones, per publicas manus in autenticam Scripturam redactas, illicò in nostrâ & dictorum Fratrum nostrorum præsentiâ, ac deinde, interposito aliquorum dierum spatio, in Consistorio legi fecimus coram ipsis, & illas in suo vulgari cujuslibet eorum exponi; qui, perseverantes in illis, eas expressè & spontè, prout recitatæ fuerant, approbârunt,

Postque, coram Magistro, & Præceptoribus præcipuis præfati Ordinis, intendentes super præmissis inquirere per nos ipsos, ipsum Magistrum, & Franciæ, Terræ ultramarinæ, Normanniæ, Acquitanniæ, ac Pictaviæ, Præceptores Majores nobis, Pictavis existentibus, mandavimus præsentari.

Sed, quoniam quidam ex eis sic infirmabantur, tunc temporis, quod equitare non poterant, nec ad nostram præsentiam quoquo modo adduci; nos cum eis scire volentes de præmissis omnibus veritatem; & an vera essent quæ continebantur in eorum Confessionibus & Depositionibus, (quas coram Inquisitore pravitatis Hæreticæ in Regno Franciæ, præsentibus quibusdam Notariis publicis, & multis aliis bonis Viris, dicebantur fecisse) nobis & Fratribus nostris per ipsum Inquisitorem, sub manibus publicis, exhibitis & ostensis,

Dilectis Filiis nostris, Berengario, titulo Sanctorum Nerei & Achillei, & Stephano, titulo Sancti Ciriaci in Termis, Presbyteris, ac Landulpho Sancti Angeli Diacono, Cardinalibus (de quorum providentia, experientiâ, & fidelitate, indubitatam fiduciam obtinemus) commisimus & mandavimus, ut ipsi, cum præfatis, Magistro & Præceptoribus, inquirerent, tàm contra ipsos, & alias singulares personas dicti Ordinis generaliter, quam contra ipsum Ordinem, super præmissis, cum diligentiâ, veritatem; & quicquid super his invenirent nobis referre, ac eorum Confessiones & Depositiones, per manum publicam in scriptis redactas, nostro Apostolatui deferre, ac præsentare curarent;

Eisdem, Magistro & Præceptoribus, Absolutionis beneficium a Sententiâ Excommunicationis (quam pro præmissis, si vera essent, incurrerant) si Absolutionem humiliter & devotè peterent, ut debebant, juxta formam Ecclesiæ impensuri:

Qui Cardinales, ad ipsos Magistrum & Præceptores personaliter accedentes, eis sui adventûs causam exposuerunt;

Et (quoniam personæ ipsorum, & aliorum Templariorum, in Regno Franciæ consistentium, nobis traditæ fuerant) quòd liberè, absque metu cujusquam, plenè & purè, super præmissis omnibus, ipsis Cardinalibus dicerent Veritatem, eis auctoritate Apostolicâ injunxerunt.

Qui Magister, & Præceptores Franciæ, Terræ ultramarinæ, Normanniæ, Acquitanniæ, ac Pictaviæ, coram ipsis tribus Cardinalibus (præsentibus quatuor Tabellionibus publicis, & multis bonis aliis Viris) ad Sancta Dei Evangelia, ab eis corporaliter tacta,

Fraternitati vestræ, de Fratrum nostrorum Consilio, per Apostolica Scripta mandamus, quatinus vos, vel quilibet vestrûm, videlicet, in suis Civitate & Diocesi,

Unà cum venerabilibus Fratribus nostris, Patriarchâ Jerosolymitano: ac Archiepiscopo Eboracensi: Lincolniensi, Cicestriensi, & Aureleanensi Episcopis: Et dilectis Filiis, de Lathiniaco, Parisiensis Diocesis, & S. Germani de Pratis juxta Parisius, Monasteriorum Abbatibus; ac Magistris, Sicardo de Vauro, Canonico Narbonensi, Capellano nostro, nostrique Palatii Auditore Causarum, & Guidone de Vichio, Rectore Ecclesiæ de Hoshe, Londoniensi Diocesis; vel octo, septem, sex, quinque, quatuor, tribus, duobus, aut uno ex ipsis, quos vobis in hac parte, propter Negotii magnitudinem, duximus adjungendos,

Vocatis, per publicum Citationis Edictum, per vos, & ipsos adjunctos, vel eorum aliquos, seu aliquem, in locis, de quibus vobis & eis videbitur faciendum, qui fuerunt evocandi,

Contra singulares Personas, & Fratres dicti Ordinis, in Civitatibus & Diocesibus vestris degentes, etiamsi aliunde venerint, vel illuc adducti forsan extiterint, super Articulis (quos vobis, sub Bulla nostrâ inclusos, transmittamus) & super aliis, de quibus prudentiæ vestræ videbitur expedire, veritatem cum diligentia inquiratis.

Volumus insuper quod, Inquisitione, seu Inquisitionibus hujusmodi factis, per Provinciale Concilium, contra ipsos, singulares Personas, & Fratres, qui in eadem Provincia fuerint, seu pro eis, super hiis, de quibus contra eos inquisitum extiterit, absolutoria, seu condempnatoria Sententia, juxta Juris exigentiam, proferatur; Inquisitore nichilominus, seu Inquisitoribus ejusdem pravitatis Hæreticæ, in ipsa Provincia per Sedem Apostolicam deputatis, tàm ad dictas Inquisitiones, quàm ad hujusmodi prolationem Sententiæ admissis, si ad eas vobiscum voluerint interesse.

Proviso quòd, de inquirendo vel sententiando contra Magistrum, Præceptorem dicti Ordinis, in Regno Angliæ constitutum, contra quos, per certas personas, inquiri mandavimus, vos intermittere nullatenus præsumatis.

Dat. Pictavis, secundo idus Augusti, Pontificatus nostri Anno tertio.

Pro Johanne de Britannia Comite Richemundiæ, de Terris Johannis de Balliolo concessis.

REX Archiepiscopis, &c. salutem. Ann. D. 1308.

Sciatis quod, cùm claræ memoriæ, Dominus Eduardus, quondam Rex Angliæ, Pater noster, nuper concessisset dilecto Consanguineo & fideli nostro, Johanni de Britanniâ, Comiti Richemundiæ, Castrum, Villam, Maneria, Terras & Tenementa subscripta, cum pertinentiis, quæ fuerunt Johannis de Balliolo, in manu dicti Patris nostri existentia, viz. *An.* 2. *E.* 2. *Cart.* 2. *E.* 2. *n.* 45.

Castrum de Fodringeye, cum Hameletis de Nastington & Yarwelle, ac aliis pertinentiis suis in Comitatu Northampt.

Villam de Torkeseye, cum pertinentiis, in Comitatu Lincolniensi:

* Viginti & octo solidatas annui redditûs, cum pertinentiis, in Alkebarwe in eodem Comitatu: * III. 104.

Sexaginta & septem solidatas annui redditûs, cum pertinentiis, in Belteford in eodem Comitatu:

Duas

Nos, pro bono & laudabili servitio, quod idem Johannes de Britannia nobis hactenus impendit, & impendet in futurum, concessimus, pro nobis & hæredibus nostris, quod idem Johannes HABEAT ET TENEAT Castrum, Villam, Maneria, Tenementa, & dimidium Hundredi prædicta, sibi & hæredibus suis, de corpore suo legitimè procreatis, de nobis & hæredibus nostris, unà cum servitiis liberè tenentium, feodis Militum, advocationibus Ecclesiarum, Abbatiarum, Prioratuum, Capellarum, Hospitalium, visibus Franci Plegii, Feriis, Mercatis, Parcis, Warrennis, Chaceis, & omnibus aliis libertatibus, ad prædicta, Castrum, Villam, Maneria, Terras, Tenementa, & dimidium Hundredi spectantibus; adeo libere & integre sicut prædictus Johannes de Balliolo ea tenuit, antequam ad manus dicti Patris nostri devenerunt: Faciendo inde servitia, quæ idem Johannes de Balliolo, dum ea sic tenuit, indè facere consuevit.

Concessimus etiam, pro nobis & hæredibus nostris, quod omnes Terræ & Tenementa, cum pertinentiis, quæ Agnes de Valentia, quæ fuit Uxor Hugonis de Balliolo, & Alianora de Geneure, quæ fuit Alexandri de Balliolo, tenent in dotem in Comitatibus prædictis, de hæreditate quæ fuit prædicti Johannis de Balliolo, & quæ, post mortem earundem, ad nos & hæredes nostros reverti deberent, post decessum ipsarum Agnetis & Alianoræ, remaneant præfato Johanni de Britannia, & hæredibus suis, de corpore suo legitimè procreatis; HABENDA ET TENENDA, unà cum servitiis liberè tenentium, feodis Militum, advocationibus Ecclesiarum, Abbatiarum, Prioratuum, Capellarum, Hospitalium, visibus Franci Plegii, Feriis, Mercatis, Parcis, Warrennis, Chaceis, & omnibus aliis libertatibus, ad prædicta Terras & Tenementa, quæ sic tenentur in dotem, spectantibus; simul cum prædictis, Castro, Villa, Maneriis, Terris, Tenementis & dimidio Hundredo, de nobis, & hæredibus nostris, per servitia supradicta:

Ita quod, si idem Johannes de Britannia obierit sine hærede, de corpore suo legitime procreato, tunc Castrum, Villa, Maneria, Terræ, Tenementa, & dimidium Hundredi, prædicta, post mortem ejusdem Johannis: Et Terræ & Tenementa, quæ dictæ Agnes & Alianora tenent in dotem, sicut prædictum * est, post decessum earundem, Agnetis & Alianoræ, & prædicti Johannis de Britannia, ad nos & hæredes nostros integrè revertantur.

* III. 105.

Quare volumus, & firmiter præcipimus, pro nobis & hæredibus nostris, quod prædictus Johannes de Britannia HABEAT ET TENEAT sibi & hæredibus suis, de corpore suo legitimè procreatis, Castrum, Villam, Maneria, Terras, Tenementa, & dimidium Hundredi, prædicta, de nobis & hæredibus nostris, unà cum Servitiis liberè tenentium, feodis Militum, advocationibus Ecclesiarum, Abbatiarum, Prioratuum, Capellarum, Hospitalium, visibus Franci Plegii, Feriis, Mercatis, Parcis, Warrennis, Chaceis, & omnibus aliis libertatibus, ad prædicta, Castrum, Villam, Maneria, Terras, Tenementa, & dimidium Hundredi spectantibus; adeo liberè & integrè, sicut prædictus Johannes de Balliolo ea tenuit, antequam ad manus dicti Patris nostri devenerunt: Faciendo inde servitia, quæ idem Johannes de Balliolo, dùm ea sic tenuit, indè facere consuevit.

Et quod omnes Terræ & Tenementa, quæ præfatæ, Agnes & Elianora, tenent in dotem, in Comitatibus prædictis, de hæreditate, quæ fuit prædicti Johannis de Balliolo, & quæ, post earundem mortem, ad nos & hæredes nostros reverti deberent, post decessum ipsarum, Agnetis & Elianoræ, remaneant præfato Johanni de Britannia, & hæredibus suis, de corpore suo legitime procreatis,

HABENDA ET TENENDA, unà cum Servitiis liberè tenentium, feodis Militum, advocationibus Ecclesiarum, Abbatiarum, Prioratuum, Capellarum, Hospitalium, visibus Franci Plegii, Feriis, Mercatis, Parcis, Warennis, Chaceis, & omnibus aliis libertatibus, omnes terras, & omnia tenementa, quæ fuerunt præfati Johannis de Balliolo, in Comitatibus prædictis,

HABENDA ET TENENDA sibi, & hæredibus suis, de corpore suo legitimè procreatis, de nobis & hæredibus nostris (unà cum feodis Militum, advocationibus Ecclesiarum, servitiis liberè tenentium, & omnibus aliis libertatibus, ad prædicta, terras & tenementa pertinentibus) adeò liberè & integrè, sicut prædictus Johannes de Balliolo ea tenuit, antequam ad manus dicti Patris nostri devenerunt, faciendo inde servitia quæ idem Johannes de Balliolo inde facere consuevit; prout in Cartâ * nostrâ prædictâ plenius continetur:

* III. 106.

Vobis mandamus quod eidem Comiti, de fidelitatibus, & aliis servitiis vestris, quæ debetis ratione terrarum & tenementorum, quæ tenetis de terris & tenementis prædictis, intendentes sitis & respondentes.

Teste Rege apud Northampton, 15. die Augusti.

Procuratorium Regis & Reginæ pro Terra Pontivi.

REX, & Isabella, eadem gratiâ Regina Angliæ, Domina Hiberniæ, Ducissa Aquitaniæ, Consors sua, omnibus, ad quos præsentes literæ pervenerint, salutem. Ann. D. 1308. An. 2. E. 2. Pat. 2. E. 2. p. 1. m. 20.

Noveritis quod, in omnibus causis, negotiis & querelis, motis, & movendis a nobis in Curia Excellentissimi Principis, Domini & Patris nostri, Domini Philippi, Dei gratia, Regis Francorum illustris, & coram omnibus & singulis judicibus, & auditoribus, deputatis & deputandis, ab ipso, vel Curia suâ;

Nec non coram quibuscunque aliis Justiciariis, Ballivis & Præpositis suis, contra Episcopos, Abbates, Capitula & Conventus, Villas & alias Universitates, Milites, Laicos & Clericos, & alios nobiles & ignobiles, cujuscunque dignitatis, status, aut conditionis existant:

Et ab ipsis contra nos, occasione terræ de Pontivo;

Pro nobis, ad omnes dies assignatos, & assignandos, facimus, constituimus, & ordinamus Procuratorem nostrum, dilectum & fidelem nostrum, Johannem de Alneto Militem:

Dantes & concedentes eidem Procuratori nostro potestatem & speciale mandatum agendi, defendendi, requirendi, & supplicandi: Jurandi de calumpnia, & de veritate dicendâ: & subeundi cujuslibet alterius generis juramentum: Testes producendi, pacificandi, & in arbitros compromittendi: Et omnia alia & singula faciendi, quæ verus & sufficiens Procurator facere potest & debet, & quæ nos faceremus, vel facere possemus, si præsentes essemus.

Nec non constituendi, sive substituendi alium, vel alios Procuratores, loco sui, in omnibus supradictis, qui consimilem in præmissis habeat, vel habeant potestatem; & revocandi eosdem quandocunque, & quotiescunque ipse hoc duxerit faciendum.

Promittimus nihilominus, pro prædicto Procuratore nostro, & substituto, vel substitutis ab eo, rem ratam haberi, & judicatum solvi, sub ipoteca rerum & bonorum terræ nostræ de Pontivo.

Et hoc omnibus, quorum interest, vel interesse potest, significamus.

In cujus rei testimonium præsentibus literis Sigilla nostra duximus apponenda.

Dat. apud Langele, 16. die Augusti, Anno Domini millesimo, trescentesimo, octavo.

Pro

An. 1. E. 2. Ex Autogr. Exultamus & lætamur in Domino, & delectatione multiplici præcordia nostra recreantur, quod, in Te Filium devotionis habentes, ad ea dirigis desideria mentis tuæ, quæ nostris affectibus conspicis esse grata.

Hoc enim evidentiâ facti manifestè palpamus, & operum evidentiâ patenter advertimus, dum Castrum & Castellaniam de Blancaforti Diocesis Burdegalensis, cum suis juribus, & pertinentiis universis, & quædam alia dilecto Filio Nobili viro Bertrando Deugod nepoti nostro, quamvis ad id non accederet consideratio mentis nostræ, gratiosè & liberaliter concessisti; ex quo tibi tanto magis ad gratiarum actiones assurgimus, quanto id ex tua liberalitate animi novimus processisse.

Et, licet ante concessionem hujusmodi, Te portaremus in armario nostri pectoris prædilectum, tuique honoris & prosperitatis augmentum vellemus paternâ sollicitudine promovere, sicut retroactis temporibus potuisti percipere evidenter; ipsa tamen concessio ad Personam tuam eo ferventioris dilectionis zelo nos afficit, & ad procuranda, quæ tuum Statum magnificent, nos reddit meritò promptiores, quo magis devotionem sinceritatis & fidei, quam ad nos habere dinosceris, per gratas actiones & placidas experimur, nosque magis in concessione ipsâ conspicimus honorari.

Cum itaque litteræ, super hujusmodi concessione confectæ, propter Scriptoris errorem, non in substantiâ, sed potiùs in dictamine, & nostri conservatione honoris defectum aliquem patiantur, Celsitudinem Regiam paterno rogamus affectu, quatinus præfatas litteras plenè corrigi facias, prout venerabilis Frater noster Arnaldus Pictavensis Episcopus & dilectus Filius Bertrandus Calculi, Familiaris noster & tuus, Latores præsentium, vel alter eorundem, quos ad tuam præsentiam specialiter destinamus, ex parte nostrâ tuæ Magnitudini referabit.

Dat. Lugusiaci Pictaven. Dioc. 15. Kalendas Septembris, Pontificatus nostri Anno tertio.

Sub filis canabeis.

Ad Dionysium Regem Portugalliæ, de Fœdere inter Mercatores utriusque Regni.

Ann. D. 1308. An. 1. E. 2. Rom. 2. E. 2. m. 6. MAgnifico Principi Domino D. Dei gratiâ, Portugalliæ & Algarbiæ Regi Illustri, Edwardus, eadem gratia, &c. salutem & felices semper ad vota successus.

Celsitudinis vestræ litteras, quas nobis Nuncius vester, præsentium Bajulus, nuper detulit, lætanter recepimus, & quæ continebantur in eisdem benignè audivimus, ac pleno concepimus intellectu; Serenitati Regiæ intimantes quod nos de fœdere unionis & amoris, quod inter vestros & nostros Mercatores hactenus extitit, prout in litteris vestris prædictis pleniùs expressistis, visceraliter congaudemus; illudque inter eos perpetuis temporibus cupimus indissolubiliter permanere.

Quamobrem, licet super deprædationibus & inmanibus flagitiis, Mercatoribus de Regno nostro, ut dictæ testantur litteræ, dudum factis per Mercatores de Regno Castellæ, qui, dum dicta facinora perpetrabant, vexilla sua, vestra insignia & Arma repræsentantia, dolosè erigebant, se Portugallos falsè & malitiosè proclamando, ut sic Mercatores nostros, falsitatis velamine, contra Mercatores vestros ad inimicitias provocarent, ante hæc tempora quicquam non audivimus, nec ulla nobis ex parte dictorum Mercatorum nostrorum * fuerit inde hactenus querela delata. * III. 108.

Ad vestræ tamen requisitionis instantiam, Mercatoribus vestris prædictis litteras nostras de salvo & securo conductu veniendi in

REX Vicecomiti Kantiæ, salutem. Ann. D. 1308. An. 2. E. 1. Claus. 2. E. 2. m. 20. d.

Præcipimus tibi quod, per totam Ballivam tuam, in Civitatibus, Burgis, & Villis Mercatoriis, & locis aliis, tàm infra libertates, quàm extra, ex parte nostrâ publicè proclamari, & firmiter inhiberi facias indilatè; nè quis miles, vel alius, cujuscunque status, seu conditionis existat, sub forisfacturâ Terrarum & Tenementorum, & omnium aliorum, quæ nobis forisfacere poterit, torneamenta, burdeicias, justas, seu aliquod aliud genus facti armorum de pace proclamari faciat:

Nec, ad hujusmodi factum, alicubi, infra Regnum, seu potestatem nostram, ire:

Nec etiam ad partes transmarinas, pro hujusmodi facto armorum, ibidem excercendo, transire:

Vel ad partes illas, sub colore peregrinationis, vel aliâ causâ quacunque, extra Regnum nostrum Angliæ, præterquam ad partes Scotiæ, ducere præsumat.

Præcipimus insuper tibi, quod in singulis locis prædictis, in Balliva tua, ex parte nostrâ publicè proclamari, & firmiter facias inhiberi, nè quis de potestate nostrâ, ad fidem nostram existens, cujuscumque status aut conditionis existat, sub forisfacturâ corporis, terrarum, tenementorum, & omnium aliorum, quæ nobis forisfacere poterit, ad instans Parliamentum nostrum, quod apud Westmonasterium, a die Sancti Michaelis proximò præterito, in tres septimanas, habituri sumus, Domino concedente, cum equis, aut armis, venire; seu equos, aut arma ex aliquâ causâ, seu quocunque colore ibidem, sub forisfacturâ prædictâ, ducere præsumat; set quod illi, qui ad Parliamentum nostrum prædictum sunt venturi, modo debito veniant ibidem, prout ad Parliamenta, celebris memoriæ, Domini E. quondam Regis Angliæ, Patris nostri, venire consueverunt.

Et hoc, sicut indignationem nostram vitare volueris, & te, & tua diligis, ac teipsum indempnem servare volueris, non omittas.

Teste Rege apud Westmonasterium, 4. die Octobris.

Consimiles Literæ diriguntur singulis Vicecomitibus per Angliam.

---

* *Bulla super liberatione Episcoporum Glasg. Sancti Andr. & Lychfeld. & de bonis Templariorum.* * III. 109.

CLemens Episcopus, servus servorum Dei, Carissimo in Christo Filio Edvardo, Regi Angliæ Illustri, salutem & Apostolicam Benedictionem. Ann. D. 1308. An. 2. E. 2. Ex Autogr.

Attende, Fili, & diligenter intellige verba Patris, Magnitudinis Regiæ profectus uberes, & exaltationis incrementa felicia diligentis.

Cogit nos quidem debitum Pastoralis Officii, & vincimur a dilectione nimiâ, quâ, Fili carissime, inter cæteros Christianæ Religionis Principes, specialiter nobis conjungeris, & portaris in Apostolicæ Sedis visceribus caritatis, ut personam Regiam ad actiones laudabiles, operaque salutis, per quæ gratia summi Regis acquiritur, nomen Regium magnificatur in populis, & præcelsæ tuæ famæ præconium exaltationis multiplicis suscipiat incrementa, teque instantiùs, cùm velut homo ab hiis quæ justa sunt devias, & quæ oculos Divinæ Majestatis offendunt, salutis tuæ commodis obviant, derogant Regalibus titulis, sollicitè paternis verborum oraculis revocemus.

Optamus enim, dilectissime Fili, ut quemadmodum in orbe terrarum, inter cæteros Catholicos Principes, generosi Sanguinis fulgore præcrutilas, sic laudabilium claritate resplendeas actionum, & men-

R

ditientis Episcopi relatione percepimus, te velle nobis super hoc per speciales Nuncios respondere.

Cumque postmodum Dilectum Filium Magistrum Siccardum de Vauro, Archidiaconum Corbariæ in Ecclesiâ Narbonensi, Capellanum nostrum, pro ipsorum Episcoporum liberatione, & certis aliis negotiis, ad te cum nostris litteris specialiter misissemus, tu demum hujusmodi litteris nostris, tibi præsentatis per ipsum, receptis, nobis per Regias litteras respondisti, quod super liberatione, vel missione dictorum Episcoporum ad nostram præsentiam, cum Proceribus Regni tui, quorum præsentiam, propter Guerram tuam

* III. 110. in Scotiâ * suscitatam, nequibas habere, quam citiùs posses, intendebas habere colloquium & tractatum:

Supplicans, ut molestam dilationem, & consilii deliberationem hujusmodi non ferremus;

Quoniam habito, quam citiùs fieri posset, consilio de prædictis, quicquid inoffensâ Regiâ dignitate, & absque exhæredatione & gravi præjudicio subditorum tuorum, & tuo fieri posset, Filiali efficere promptitudine procurares.

Sicque adhuc Episcopos ipsos, quod dolentes referimus, non sine tuæ salutis dispendio, & æterni Regis obprobrio carceratos diceris detinere.

Præterea alia cordi nostro de tuis actibus non indignè materia grandis turbationis accrevit, quod sicut notitiæ nostræ ex relatione plurium Magnatum innotuit, bona quæ Templarii in Regno tuo habent, quæ ad ordinem ipsius Templi pertinent, si bonus reperiatur; Et aliàs ad dictæ Sedis dispositionem plenariam pertinere noscuntur, & quæ ad manus tuas de mandato nostro posueras, non absque Divinæ Majestatis offensâ, & dictæ Sedis injuriâ, diversis distribuisti personis, pro tuæ libito voluntatis.

Verùm ut ordinatio de prædictis & aliis bonis Templariorum ipsorum, consistentibus per singulas partes orbis, per nos de Fratrum nostrorum consilio, præsente Carissimo in Christo Filio nostro Philippo Rege Francorum Illustre, facta, dum adhuc Pictavio residentiam faceremus, tuis sensibus fiat nota, Regiam Magnitudinem volumus non latere, quod per dictum Regem personis dictorum Templariorum ac mobilibus & immobilibus bonis ipsorum in Regno suo consistentibus, nobis liberaliter redditis, & dimissis, & manu suâ ab eis ad nostram requisitionem amotâ, ac injuncto, per suas Patentes & diversas Litteras, omnibus suis Justitiariis, & subditis, ut illis, quos ordinaremus ad recipiendum prædicta, personas, & bona Templariorum ipsorum, quam citiùs essent requisiti per eos, traderent integraliter absque fraude, ordinavimus quod certæ personæ ydoneæ pro inquisitione faciendâ contra ordinem, & Templarios memoratos, super execrandis excessibus qui per ipsos commissi dicuntur, ac bonis recipiendis eorum, unà cum Prælatis ad hoc specialiter deputatis a nobis ad idem Regnum tuum, & Universas alias partes Orbis specialiter mitterentur, in quibus dicti Templarii aliquid habere noscuntur, intendentes ut ordinationi prædictæ in brevi debitus subsequatur effectus.

Cùm itaque ab intimis cupiamus, quod Progenitorum tuorum, qui erga Deum & Romanam Ecclesiam zelo devotionis accensi, cultum in Regnis suis augmentare Divinum, tueri Ecclesiasticam libertatem, Ecclesias & personas Ecclesiasticas fovere Regnorum ipsorum, & protegere curaverunt, salubria eligas vestigia imitari, teque offendas æmulatorem fervidum, per effectum, ac, ejusdem tui Genitoris exemplo, qui, fide præclarus, in dictæ terræ subsidium, transfretando pro terræ defensione prædictæ, & nostri Salvatoris injuriâ ulciscendâ, in terrâ ipsâ plagas sustinuit diras & vulnera, seque mortis periculis offerre devotis affectibus non expavit, tuas dirigas actiones;

Regalem magnificentiam rogamus & hortamur in Filio Dei Patris, quatinus super dictorum liberatione Prælatorum in Parliamen-

Consimilis Bulla Electo Wigorniensi directa.

CLemens Episcopus, servus servorum Dei, dilecto Filio Electo Wigorniensi, salutem & Apostolicam Benedictionem. Ann. D. 1308. An. 2. E. 2. Ex Autogr.

Paternæ caritatis affectio, quâ Carissimum in Christo Filium nostrum Edwardum Regem Angliæ Illustrem ferventer amplectimur, nostros excitat cogitatus ut personam suam ad actiones laudabiles operaque salutis, per quæ gratia summi Regis acquiritur, nomen Regium magnificatur in populis, & præcelsæ suæ famæ præconium exaltationis multiplicis suscipit incrementa, eumque instantius, cum, velut homo, ab hiis quæ justa sunt deviat, & quæ oculos Divinæ Majestatis offendunt, salutis suæ commodis obviant, & derogant regalibus titulis, solicitè paternis verborum oraculis revocemus.

Dudum siquidem Venerabilis Frater noster, Petrus Episcopus Sabinensis, ad Regnum Angliæ, pro quibusdam negotiis, statum pacificum & tranquillum, Claræ memoriæ, Edwardi Regis Angliæ, Genitoris sui & dicti Regni tangentibus, accedens, &c. *Prout in Bullâ superiori, mutatis competenter mutandis.*

Dat. apud Silvam Majorem, Burdegalen. Dioces. 4. Nonas Octobris, Pontificatûs nostri Anno tertio.

Sub filis canabeis.

De inhibitione torneamenti apud Leycestriam.

REX Comitibus, Baronibus, Militibus, & omnibus aliis fidelibus suis, ad quos, &c. salutem. Ann. D. 1308.

Cùm in singulis Comitatibus Regni nostri publicè proclamari, & firmiter inhiberi fecerimus, nè quis, cujuscunque status seu conditionis existat, sub forisfacturâ Terrarum & tenementorum & omnium aliorum, quæ nobis forisfacere poterit, Proclamationem aliquam de Torneamentis, Burdeiciis, seu justis, facere: An. 2. E. 2. Pat. 2. E. 2. p. 2. m. 22

Seu ad aliquod factum Armorum ire præsumat quoquo modo, sine nostra licentiâ speciali:

Ac jam intelleximus quòd vos Torneamentum, apud Leycestriam, fecistis in proximo proclamari, in nostri contemptum, & contra inhibitionem nostram prædictam; de quo miramur, nec immeritò, & movemur.

Vobis adhuc, sicut priùs, sub forisfacturâ prædictâ firmiter inhibemus, ne apud dictam Villam Leycestriæ, seu alibi, infra Regnum, aut potestatem nostram, torneare, burdeare, justas facere, seu aliquod aliud genus facti Armorum excercere præsumatis, sine nostrâ licentiâ speciali.

Teste Rege apud Cantuariam, 13. die Octobris.

Ad Comitem Fuxi super discordiis inter ipsum & Amanenum de Lebreto componendis.

REX dilecto & fideli suo Comiti Fuxi, salutem. Ann. D. 1308.

Pridem ex relatu intelleximus fide digno quod, propter contentiones & dissidia, inter vos & dilectum & fidelem nostrum Amanenum de Lebreto, procurante humani generis inimico, suscitata, vos hinc inde ad conflictus bellicos præparâstis; de quo miramur, non immeritò, & movemur, eo potissimè quòd, ex hujus- An. 2. E. 2. Rom. 2. E. 2. m. 6. d.

modi

citamini continuis quod præfata dilectio inter nos semper in melius prosperetur: Quam commodius non creditis confoveri, quàm inter homines vestros & nostros pax & concordia observetur;

O quàm ardenti desiderio & avidius affectamus, ut inter nos, subditosque vestros & nostros, pacis claritas illucescat, vigeat, & futuris temporibus perseveret! Hoc est gaudium quod ferventius peroptamus: Hoc enim in nostris desideriis gerimus, ut erga cunctos Christi fideles, præsertim illos quibus ex Consanguinitatis debito sumus alligati, dissentionis materiam totis viribus amputemus.

Cùm igitur vestros speciales Nuncios, ad referendum nobis, ex parte vestrà, excessus hominum vestrorum & Civium nostrorum de Baionà (qui ex utraque parte processerunt taliter, Deo dante, quòd, satisfactionibus intervenientibus, pax & concordia inter præfatos homines plenius reformetur) ad nostri præsentiam in brevi mittere jam disposueritis;

Volentes votis vestris nos reddere corpore & in corde conformes, & ut pacis consilia cogitantes, & desiderantes quod inter præfatos homines inire concordiam valeamus, tractatum pacis gratanter duximus admittendum.

Et, ut vera pacis indicia ex parte nostrâ se prodeant, mandavimus præfatis Civibus nostris, sub forisfacturâ omnium, quæ nobis forisfacere poterunt, firmiter inhibentes, ne hominibus vestris dampnum, injuriam vel molestiam inferant quovismodo: Consimile præceptum per vos fieri petimus vestris hominibus memoratis.

Dat. apud Westmonasterium, 12. die Mensis Novembris.

---

* III. 113. * *De sustentatione eorum, quorum Terræ erant per Francos captæ in nupera guerra Vasconiæ.*

Ann. D. 1308. An. 2. E. 2. Vasc. 2 E. 2. m. 16.

REX Constabulario suo Burdegaliæ, qui nunc est, vel pro tempore fuerit, salutem.

Mandamus vobis quod Willielmo Reymundi de Gensak Militi, Centum & sexdecim libras & decem solidos, Chipotensium, qui eidem Willielmo, de illis quingentis libris annuis Chipotensium, quas Dominus E. quondam Rex Angliæ, Pater noster, per Litteras suas Patentes, jam in Cancellaria nostra restitutas, & cancellatas, eidem Willielmo concessit, ad Scaccarium suum Angliæ, pro sustentatione suâ, percipiendas quousque Terræ & Tenementa ipsius Willielmi (quæ, occasione guerræ, inter dictum Patrem nostrum, & Regem Franciæ, nuper motæ, in manu ipsius Regis Franciæ capta fuerunt) eidem Willielmo fuissent restituta,

A retrò sunt, sicut per compotum cum eodem Willielmo, per dilectum Clericum nostrum Johannem de Sandale, per præceptum nostrum, inde factum, est compertum:

Vel certo Attornato, seu Procuratori ipsius Willielmi, has litteras deferenti, de exitibus Ducatûs prædicti persolvatis:

Et nos vobis inde, super compotum vestrum, debitam allocationem habere faciemus.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Westm. 14. die Novembris.

Per Petitionem de Consilio.

Per manus J. de Sandale.

Arnaldus de Podio, de viginti & duabus libris, & sex solidis Chipotensium, qui, &c. de illis decem libris annuis Chipotensium, &c.

*Amanenus de Lesger Miles, de triginta & tribus libris, decem solidis, & sex * denariis Chipotensium, qui, &c. de illis quindecim libris annuis Chipotensium, &c.* * III. 114.

Bernardus de Podio de Aquis, de sexaginta & tresdecim libris, decem & novem solidis, & octo denariis Chipotensium, qui, &c. de illis quadraginta libris annuis Chipotensium, &c.

Dominus de Sanctâ Cruce, de Centum & undecim libris, tresdecim solidis, & quatuor denariis Chipotensium, qui, &c. de illis quinquaginta libris annuis Chipotensium, &c.

Betz de Betzandum Miles, de Centum & undecim libris, & quatuordecim solidis Chipotensium, qui, &c. de illis quinquaginta libris annuis Chipotensium, &c.

Arnaldus Seguin de Aquis, de decem & novem libris, decem & septem solidis, & decem denariis Chipotensium, qui, &c. de illis septem libris annuis Chipotensium, &c.

Bernardus de Seint Sevard Miles, de quinquaginta & quinque libris, quindecim solidis, & decem denariis Chipotensium, qui, &c. de illis viginti & quinq; libris annuis Chipotensium, &c.

Bertrandus de Campaniâ, de quinquaginta & septem libris, & duodecim denariis Chipotensium, qui, &c. de illis viginti libris annuis Chipotensium, &c.

Elias Estak, de Centum, viginti & septem libris, & sexdecim denariis Chipotensium, qui, &c. de illis quinquaginta libris annuis Chipotensium, &c.

Bernardus de Blanchaford Dominus Daudenge, de quingentis, quinquaginta & octo libris, quinque solidis, & quatuor denariis Chipotensium, qui &c. de illis ducentis & quinquaginta libris, &c.

Rostandus de Rokerio, de quingentis, quinquaginta & octo libris, quinque solidis, & quatuor denariis Chipotensium, qui, &c. de illis ducentis & quinquaginta libris annuis Chipotensium, &c.

Willielmus Arnaldi de Villa nova Miles, de Centum & undecim libris, tresdecim solidis, & quatuor denariis Chipotensium, qui, &c. de illis quinquaginta libris annuis Chipotensium, &c.

Dominus de Gyes, de Centum & undecim libris, tresdecim solidis, & quatuor Denariis Chipotensium, qui, &c. de illis quinquaginta libris annuis Chipotensium, &c.

Magister Bernardus de Riuncio, de quatervigiinti & undecim libris, sexdecim solidis, & octo denariis Chipotensium, qui &c. de illis quinquaginta libris annuis Chipotensium, &c.

Johannes Assaillit, de quadraginta sex libris, & quinque solidis Chipotensium, qui, &c. de illis viginti quinque libris annuis Chipotensium, &c.

Willielmus Shak, de quatervigiinti & duodecim libris, novem solidis, & quatuor denariis Chipotensium, qui, &c. de illis quinquaginta libris Chipotensium, &c.

Amanenus de Sis, de quinquaginta & tribus libris, & duodecim solidis Chipotensium, qui, &c. de illis triginta libris Chipotensium, &c.

Johannes Funtaynes, de quadraginta & sex libris, quatuor solidis, & octo denariis Chipotensium, qui, &c. de illis viginti & quinque libris Chipotensium, &c.

Dominus de Casaliz, de Centum, sexaginta & una libris, tresdecim solidis, & quatuor denariis Chipotensium, qui, &c. de illis quinquaginta libris Chipotensium, &c.

Willielmus Bern, Senther de Mount Bed. de sexaginta & quatuor libris, duodecim solidis, & decem denariis Chipotensium, qui, &c. de illis viginti libris, &c.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Westmonasterium, 14. die Novembris.

Per Petitionem de Consilio, & per manus J. de Sandale.

Consimiles litteras habent subscripti; videlicet,

Petrus Vital de Sheroye, Emericus Bussell, & Willielmus de Ponte de Insula Oleronis, de Ducentis & duodecim libris, & duobus denariis Sterlingorum, qui restant, &c. de debito ducentarum, viginti & trium librarum, trium solidorum, & sex denariorum Sterlingorum, in quo, &c. pro vadiis suis & Comitivæ suæ, &c.

Teste, ut supra.

Per petitionem de Consilio, & per manus J. de Sandale.

Willielmus de Balenbitz, de quatuordecim libris, & viginti & tribus denariis Sterlingorum, qui, &c. de debito viginti & quinque libris, viginti & tribus denar. in quo, &c. pro vadiis suis, &c. de tempore sufferentiæ guerræ, &c. prout in litteris, &c. quas quidem, &c. Willielmus Servat, Attornatus prædicti Willielmi, &c.

Reymundus de Balenzon Domicellus, de Sexaginta & quinque libris, & decem solidis Sterlingorum, qui, &c. de debito sexaginta & decem libris & sexdecim solidis, in quos, &c. pro vadiis suis & Comitivæ suæ de tempore quo stetit, &c. tempore guerræ prout, &c. quas idem Reymundus, &c.

Guillielmus Arnaldus de Poillou Scutifer de la Burd. de tresdecim libris, decem & octo solidis, & sex denariis Sterlingorum, qui, &c. de debito viginti & duarum librarum & sexdecim solidorum Sterlingorum, in quo, &c. pro vadiis suis & Comitivæ suæ, &c. tempore guerræ, &c. prout &c. quas, &c. Willielmus Servat, Attornatus prædicti Guillielmi, &c.

Petrus le Porter, Petrus Natali, & Petrus Gaynguard de Insula Oleronis, de quindecim libris, duodecim solidis, & duobus denariis Sterlingorum, qui, &c. de debito decem & octo libris & quindecim solidis Sterlingorum in quo, &c. pro vadiis suis & Comitivæ suæ de tempore, &c. tempore guerræ prout &c. quas Willielmus Servat, Attornatus prædictorum Petri, Petri & Petri, &c.

Arnaldus Dominus de Moume Miles, de ducentis quadraginta & tribus libris, octo solidis, & quatuor denariis Sterlingorum, qui, &c. de debito trescentarum librarum Sterlingorum, in quo, &c. pro vadiis suis & Comitivæ suæ, &c. tempore guerræ prout, &c. quas, &c. Menaldus de Goudz, Attornatus prædicti Arnaldi, &c.

Arnaldus Dominus de Montmiye Miles, de quadraginta & octo libris, septemdecim solidis, & septem denariis Sterlingorum qui, &c. de debito quinquaginta & duarum librarum, septem solidorum, & septem denariorum Sterlingorum in quo, &c. tempore guerræ prout, &c. quas, &c. dictus Menaldus, &c. ut supra.

Hurtinus Peritz de quaterviginti decem & novem libris, tribus solidis, & decem denariis Sterlingorum qui, &c. de debito Centum & tresdecim libris, tresdecim solidis, & decem denariis.

Bernardus de Casa nova Domicell. de quatuordecim libris, decem & novem solidis, & uno denario Sterlingorum qui, de debito

In cujus, &c.

Teste Rege apud Westmonasterium 14. die Novembris.

Per petitionem de Consilio, & per manus J. de Sandale.

De Manucaptione Comitis de Stratherne.

SAchent touz, qui ceste lettre verront, ou orrount, qe nous, Patric de Donbarre Counte de la Marche, Robert de Thouny, Alisander de Abberneth, e Henry de Saynclere, Chevalers, avoms meynpris, e meynprenoms envers nostre Seigneur le Roi d'Engleterre, sur tere & tenement, & quant que nous puoms forfaire envers luy, pur Malis Counte de Strattherne; Ann. D. 1308. *An.* 2. *E.* 2. *Scot.* 2. *E.* 2. *m.* 13. *d.*

Qe bien & loialment se tendra a la foi nostre seignur le Roi, e qil demora en Engleterre, saunz aler es parties d'Escoce, ou nul part aillours hors d'Engleterre, si il ne seit par le Cungie, & la volente nostre Seignur le Roy avantdit.

En tesmoignance de queu chose, a ceste presente lettre avoms mis nos Seals.

Escrites a Londres le 18. jour de Novembre, l'Ane du Regne n stre Seignur le Roi Edward avantdit Seconde.

Pro Maria sorore Regis.

REX Vicecomiti Suthamptoniæ, qui est, & qui pro tempore fuerit, salutem. Ann. D. 1308. *An.* 2. *E.* 2. *P.* 2. *E.* 2. *p.* 2. *m.*

Cum Dominus E. quondam Rex Angliæ, Pater noster, dudum concesserit karissimæ sorori nostræ Mariæ Sanctimoniali Fontis Ebroldi, commoranti apud Ambresbury, viginti robora in foresta de Chur, singulis annis, ad focum suum in Camerâ sui, quamdiu moram fecerit apud Ambresbury, de dono suo:

Idemque Pater noster, postmodum volens eidem sorori nostræ gratiam facere uberiorem, concesserit eidem sorori nostræ decem robora, ultra prædicta viginti robora, in eâdem forestâ singulis annis, ad focum suum in Camerâ suâ prædictâ, quamdiu moram fecerit apud Ambresbury, de dono suo percipienda:

Et Vicecomiti Comitatûs prædicti, qui tunc fuit, præcepit quod tam prædicta decem robora, quàm dicta viginti robora in forestâ prædictâ prosterni, & ea usque Ambresbury singulis annis, * ad opus dictæ sororis nostræ, quamdiu morem fecerit ibidem, cariari faceret: * III. 117.

Nos, volentes hujusmodi mandata, & concessiones dicti Patris nostri executioni debitæ demandari, tibi præcipimus quod tàm prædicta decem robora, quàm dicta viginti robora, in forestâ nostrâ prædictâ prosterni, & ea usque Ambresbury singulis annis, ad opus dictæ sororis nostræ, quamdiu moram fecerit ibidem, cariari facias: Et custum, quod ad hoc posueris, cùm illud sciverimus, tibi, in compoto tuo, ad Scaccarium nostrum, allocari faciemus.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Wyflet, 21. die Novembris.

Super

An. 2. E. 2. Vasc. 2. E. 2. m. 17. Cum per litteras nostras patentes, commiserimus personis subscriptis, Castra, Maneria, loca, præposituras, seu Ballivias, Vicecomitatum, & Salinam infrascripta; videlicet,

Petro Poleti domicello, Castrum de Malo Leone, cum exitibus & pertinentiis Vicecomitatûs Castri illius:

Arnaldo de Marsano Domicello, loca de Herbafaveria, & de Berne, cum præposituris, seu Balliviis dictorum locorum:

Lupo Burgundi de Claveria, & Arnaldo Fratri ejus, Ballivias seu præposituras de Gosa, Seas, & de Scoyt, cum suis pertinentiis:

Petro Cozmi Domicello, præposituram Baionæ, cum suis pertinentiis:

Guillielmo Aymerici de Borkotano Domicello, Castrum Tantalonis, & præposituram de Campariano, quæ vocatur la Compral; cum suis pertinentiis:

Bertrando de Audirans Domicello, Maneria de Condato, Marempne, & Lancras, cum Balliviis, seu præposituris locorum prædictorum, & pertinentiis eorumdem:

Petro de Marsano Domicello, Castrum Thalamonis, & insulam Oleronis, cum suis pertinentiis:

Johanni de Marsano, Castrum Summi Podii, cum Balliviis Florentiæ, Regalis Montis, & Salvitatis, quæ sunt in Comitatu de Gaure, cum omnibus juribus, Foresttis, & pertinentiis totius Comitatûs de Gaure;

Et Petro Cambis Clerico, Salinam Agenesii, cum suis pertinentiis & juribus quibuscunque,

Tenenda quamdiu nobis placuerit; ita quod de exitibus inde provenientibus, nobis respondeant & intendant, prout in litteris nostris prædictis pleniùs continetur:

Vobis mandamus quod præfatis, Petro Arnaldo, Lupo, Arnaldo, Petro, Guillielmo, Bertrando, Petro, Johanni & Petro, Castra, Maneria, loca, præposituras, seu Ballivias, Vicecomitatum,

* III. 118. & * Salinam prædicta, liberetis, juxta tenorem litterarum nostrarum prædictarum, tenenda & custodienda.

Et omnes redditus & proficua de prædictis Castris, Maneriis, locis, præposituris, Balliviis, Vicecomitatu, & Salinâ provenientia, dilectis & fidelibus nostris, Petro de Gavaston, & Arnaldo Guillielmi de Marsano, Militibus, seu Johanni de Marsano Clerico, procuratori & Attornato prædictorum Petri & Arnaldi, seu alteri per ipsum Petrum super hoc destinando, vel assignando, liberetis, quousque aliud inde a nobis habueritis in mandatis.

Et nos vobis indè, in compoto vestro, debitam allocationem fieri faciemus.

Dat. apud Westmonasterium, 27 die Novembris.

Per Billam signatam de privato Sigillo.

De proficuis præfatis, assignatione alia quacunque non obstante, liberandis.

Ann. D. 1308. An. 2. E. 2. Ibidem. REX Constabular. Burdegal. &c. ut supra, salutem.

Cum, per litteras nostras Patentes, dederimus, & concesserimus dilectis & fidelibus nostris, Petro de Gavaston & Arnaldo Guillielmi de Marsano, Militibus, diversa Castra, Maneria, Villas, præposituras, terras & tenementa, cum suis juribus & pertinentiis, in Ducatu prædicto, ad totam vitam ipsorum, Petri & Arnaldi, habenda, prout in litteris nostris prædictis, eisdem Petro & Arnaldo, utrique, videlicet, per se confectis, plenius continetur:

Ac ipsi exitus & proficua, de prædictis Castris, Maneriis, villis, præposituris, terris & tenementis provenientia, non percipiant, prout juxta tenorem dictarum litterarum prædictarum deberent, set

---

Ad Regem Franciæ de processu super negotio interprisiarum differendo. * III. 119.

Ann. D. 1308. An. 2. E. 2. Vasc. 2. E. 2. m. 17. EXcellentissimo Principi, & Patri suo karissimo, Philippo, Dei gratia, Regi Franciæ, Edwardus, ejusdem gratiâ, Rex Angliæ, &c. salutem, & sinceræ dilectionis affectum.

Serenitatem vestram Regiam affectuose requirimus & rogamus, quatenus negotium interprisiarum & supprisiarum,

Pro quo Nuncios vestros usque Monsterolum supra mare, ad vicesimum diem post instans festum Nativitatis Domini, mittere disposuistis, ad resumendum & continuandum, unà cum Nunciis nostris, ibidem mittendis, processum, super dicto negotio inchoatum,

Differre velitis, si placet, quousque nos insimul videamus, & nobis indè rescribere vestræ beneplacita voluntatis.

Dat. apud Westmonasterium, 1. die Decembris.

De Ludovico fratre Regis Franciæ, in Nuncium ad Regem misso.

Ann. D. 1308. An. 2. E. 2. Vasc. 2. E. 2. m. 17. A Tresnoble & tresexcellent Prince, & son treschere & tresame Pere Philip, par la grace de Dieu Roi de France, Edward, par la mesme grace, Roi d'Engleterre, Seignour d'Irlaund, & Ducs d'Aquitaigne, saluz & cheres amisthez.

Sire, nous receumes vos lettres de creaunce, les queles vous nous envoiastes par le noble & haut home Monsire Loys Conte d'Eureus vostre frere, nostre treschere Uncle, & l'onurable pere Guy Evesque de Sessons.

E nous vous mercioms, Sire, si de cuer come nous poums, de ce q'il pleust a vostre Hauteice de envoier a nous vostre dit frere, qui bien & diligeaumment se est porte en les busoignes, d'ont il esteit charge, & de qui nous looms molt.

E en ce e en autres choses veoms bien, que vous avez nos busoignes molt a queor, si comme bon Pere doit avoir les bosoignes de son fuiz.

E, sire, quant as choses, que les ditz Conte & Evesque nous ont dist & avisez, nous les avoms bien oi, e entendu, e y sumes acordes, si come ils vous porront plus pleinement dire.

Don. a Westmoster, le primer jour de Decembre, l'an de nostre Regne second.

Ad Papam pro Johanne le Breton commendatoria, & de Maria sorore Regis.

Ann. D. 1308. An. 2. E. 2. Rom. 2. E. 2. m. 7. d. PAPÆ Rex devota pedum oscula beatorum.

Attendentes gratum & laudabile obsequium, quod dilectus nobis Johannes le Breton, karissimæ sorori nostræ Mariæ, Monasterii Fontis Ebroldi Sanctimoniali, a longis impendit temporibus, & adhuc indies jugiter impendere non desistit, ad ipsius honoris & commodi incrementa, penes vestram beatitudinem, efficaciter procuranda inducimur non immeritò & movemur.

Quamobrem eundem Johannem & ipsius negotia, quæ penes vos habet persequenda, Paternitati vestræ speciali recommendamus affectu, devotis precibus supplicantes, quatinus cum eodem Johanne sic dignemini de vestrâ solitâ benignitate agere gratiosè, ut ipse effectum

mus:

Ratum habituri, gratum & firmum quicquid per prædictos Procuratores, vel quemlibet eorum, ut prædictum est, vel per substitutum vel substitutos eorum, actum fuerit, dictum, seu etiam procuratum:

Promittentes rem ratam haberi, & judicatum solvi, sub ypothecâ rerum & bonorum nostrorum, terræ seu Comitatûs nostri Pontivi; Quod vobis, vel Parlamentum, seu locum vestrum tenentibus, & omnibus aliis, quorum interest, vel interesse potest, tenore præsentium, sigillo nostro sigillatarum, significamus.

Dat. apud Westmonasterium, 4 die Decembris.

De Episcopo Lichfeldensi ad respondendum pro temporalibus.

Ann. D. 1308. An. 2. E. 2. m. 11.

REX Vicecomitibus Salopiæ & Staffordiæ, salutem.

Cùm nuper tibi præceperimus, quod temporalia Episcopatûs Coventriensis & Lychfeldensis, cum pertinentiis, quæ ex certâ causâ capta fuerant in manum nostram, & quæ in custodiâ tuâ extiterunt, Waltero Episcopo loci illius, sine dilatione, liberares:

Volentes eidem Episcopo gratiam facere ampliorem, tibi præcipimus, quod omnes carucas, in temporalibus illis existentes, cum bobus & Affris, & toto Attilio carucarum earumdem, sine dilatione aliquâ, liberes eidem Episcopo, cum temporalibus supradictis:

Et omnia blada & alia bona, in eisdem temporalibus existentia, sine dilatione appreciari, & ea præfato Episcopo, per certum pretium, & indenturam inter ipsum & te inde conficiendam, liberari facias; ita quod inde nobis respondeat ad voluntatem nostram.

Teste Rege apud Westmonasterium, 4. die Decembris.

Eodem modo scribitur Justiciario Cestriæ, vel ejus locum tenenti:

Et Vicecom. Notingham & Derbiæ,

Et Vicecomiti Warwick.

Et Petro Picot, nuper Vicecomiti Notinghamiæ & Derbiæ.

Et Rogero Truymwyne, nuper Vicecomiti Salopiæ & Staffordiæ.

* III. 121. * Et Executori Testamenti Galfridi de Segrave, nuper Vicecomiti Warwick.

REX Vicecomiti Essex, salutem.

Quia Manerium Walteri Coventrensis & Lychfeldensis Episcopi de Theyden, Montfichet in Balliva tua, quod ex certa causâ nuper capi fecimus in manum nostram, eidem Episcopo duximus de gratia nostra liberandum,

Tibi præcipimus quod omnia Blada & alia bona, in eodem Manerio existentia, sine dilatione appreciari: Et, captâ sufficienti securitate a præfato Episcopo, de pretio illo, ad voluntatem nostram, nobis reddendo; Manerium prædictum, cum Bladis & bonis prædictis, & aliis pertinentiis suis, liberari facias indilatè, per securitatem & appreciationem prædictas.

Teste ut supra.

Eodem modo scribitur Vicecomiti Surriæ, pro Manerio de Waleton.

Et Vicecomiti Middlesexiæ pro Maneriis de Greneford & Cornhull.

Teste ut supra.

Stolâ, Loricam pro Albâ, Galeam pro Mitrâ, Lanceam pro Baculo Pastorali, inter inimicorum dicti Patris nostri & nostrorum consortia, contra ipsum Patrem nostrum, in guerrâ suâ Scotiæ, ordine turbato, assumens; contra ipsius juramenti debitum hostiliter, ut proditor, insurgebat; quem, sic armis indutum, ad privatam & honestam custodiam bellicus eventus adduxit.

Et, quia hæc habet nostra consideratio, quòd Romana Mater Ecclesia, solerter exequens quæ sunt Dei, illi non parcet, quem reddit culpabilem tantæ temeritatis præsumptio deliquendi, præfatum Episcopum,

Utpote dicti Patris nostri proditorem, ipsiúsque inimicum capitalem & nostrum, ac universalis dissidii seminatorem, & de crimine læsæ Majestatis, & conspirationis publicæ initæ, necnon de perjurio notoriè diffamatum sæpius, & convictum, unà cum quibusdam transumptis publicis, litterarum & instrumentorum publicorum, ipsius nefanda opera tangentibus, pœnam pro tam horrendis sceleribus subiturum, quæ aliis cedere poterit in exemplum, sine spe habendi a nobis licentiam ad dictas partes Scotiæ redeundi, nè * nos ac populum dictæ terræ Scotiæ commaculet labe suâ, * III. 122.

Præfato Episcopo Pictavensi liberandum duximus per ipsum Sedis Apostolicæ conspectui præsentandum.

Cæterùm, quoad bona Templariorum, nichil hucusque fecimus, nec quicquam aliud facere intendimus quàm debemus, & Altissimò noverimus fore gratum.

Ad Regimen, &c.

Dat. apud Westmonasterium, 4 die Decembris.

Ad Regem Castellæ, de Justitia habenda.

MAgnifico Principi, Domino Fernando, Dei gratiâ, Castellæ, Legionis, Toleti, Galleciæ, Ysipalis, Cordubiæ, Murziæ, Jehennis & Algarbiæ Regi Illustri, ac Comitatûs Molinæ Domino, Consanguineo suo carissimo, Edwardus, eadem gratiâ, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, & Dux Aquitaniæ, salutem & felices ad vota successus. Ann. D. 1308. An. 2. E. 2. Claus. 2. E. 2. m. 15. d.

Dum Reges & Principes (qui regimini populi præsidere noscuntur) super suorum excessibus subditorum, commissis in subditos aliorum, justitiæ complementum, prout negotii qualitas exegerit, non differunt, nec dissimulant exhibere; fovent inter eos hinc inde, & corroborant concordiam atque pacem.

Cùm itaque plures Marinarii & Piratæ de Villis Sanctæ Auder. Urdealis, de Laredo, & aliunde de Dominio & potestate vestrâ, qui in Crastino Sancti Bartholomei proximò præterito, in portu nostro de Maritima in Terrâ nostrâ Xanton. ubi jurisdictio omnimoda & pacis conservatio ad nos spectant, a quibusdam hominibus nostris de Baiona tres naves suas, necnon bona & mercimonia sua magni pretii, in eisdem Navibus inventa, nequiter abstulerant;

Hujusmodi facinore non contenti, ad Hospitium Guillielmi Arnaldi de Campania, servientis nostri ibidem,

Pro eo quod idem Guillielmus ipsis inhibuit nè hominibus nostris prædictis dampnum aliquod inferrent, & præcepit similiter ex parte nostrâ, sicut ei bene licuit, & facere debuit ex officii debito incumbentis eidem, quod Naves & alia bona, per ipsos, ut præmittitur, ablata, hominibus nostris prædictis restituerent indilate,

Armati hostiliter, accedentes, eidem Guillielmo ibidem insultum dederint, & quendam nepotem suum interfecerint, & ab eodem Guillielmo, qui vix ab eorum manibus vivus evasit, bona sua, ad valen-

Et quia transumpta publica litterarum & Instrumentorum publicorum, & prædicti Glasguensis Episcopi nepharia & detestabilia opera tangentia, vobis non misimus, juxta nostrarum continentiam litterarum, per præfatum Pictavensem Episcopum, vestræ Beatitudini directarum, super quo nos, si placeat, benignè & favorabiliter habeat excusatos vestra Paternitas Sacrosancta, dilectos & fideles nostros Magistrum Martinum de Rymhiaco, Priorem de Wangesford, & Andream Sapiti de Florentia, cum Litteris & Instrumentis prædictis, ad informandum vos plenius super præfati Glasguensis Episcopi factis illicitis atque gestis, vestramque in hac parte conscientiam serenandam, ad vestræ Sanctitatis præsentiam destinamus;

Benignitati vestræ omni affectione quâ possumus supplicantes, quatinus habitâ super statu & conditione dicti Glasguensis Episcopi, tàm per dictos Nuncios nostros, quàm per Litteras & Instrumenta prædicta informatione pleniori, ulterius de personâ ipsius Episcopi taliter dignemini ordinare, quod ad Episcopatum Glasguensem, undè multipliciter reddidit se indignum, seu etiam ad terram nostram Scotiæ, aut alibi infra potestatem nostram non redeat quovismodo: præsumatur siquidem verisimiliter, & timeatur quod idem Episcopus, si ad moram alicubi infra nostrum Dominium faciendam fuerit restitutus, priora prioribus committere non cessaret.

Quocirca, ad regimen prædictæ Glasguensis Ecclesiæ, præfato Roberto amoto, & absoluto penitus ab eodem, de persona discreti viri, & nobis in Christo dilecti, Magistri Stephani de Segrave, juris Canonici Professoris, ejusdem Glasguensis Ecclesiæ Decani, & Clerici nostri familiaris (qui nobilitate generis, morum honestate, ac aliis virtutum præconiis, quæ ipsum reddunt meritò commendandum, noscitur insignitus) dignetur quæsumus, Dei & nostri intuitu, vestra Clementia providere.

Credimus etenim firmiter, & speramus quod, per ipsius circumspectionem & industriam, ac amicorum suorum potentiam, pax nostra in partibus prædictis meliùs & inviolabiliùs conservabitur in futurum: dictaque Glasguensis Ecclesia, in spiritualibus & temporalibus, votivis prosperabitur incrementis.

Supplicamus insuper vestræ Beatitudini, quod præfatos Nuncios nostros in his & aliis, nos & Regnum nostrum tangentibus, habere dignetur taliter commendatos, quòd negotia in personis, & personæ in negotiis feliciter prosperentur.

Conservet, &c.

Dat. apud Langele, 10. die Januarii.

Ad Cardinales super Negotio antefato.

Ann. D. 1309. An. 2. E. 2. Rom. 2. E. 2. m. 6.

VEnerabili in Christo Patri, Domino Arnaldo, Dei gratiâ, Sanctæ Mariæ in Porticu Diacono Cardinali, Amico suo karissimo, Edwardus, &c. salutem & sinceræ dilectionis affectum.

Cum dilectos & fideles, Magistros Martinum de Rymhiaco Priorem de Wangesford, & Andream Sapiti de Florentiâ, Clericos nostros, cum quibusdam Litteris & Instrumentis publicis, ad præsentiam Domini Summi Pontificis transmittamus, ad ipsum informandum & instruendum super factis illicitis Roberti Glasguensis Episcopi atque gestu:

Quem quidem Episcopum, tanquàm, bonæ memoriæ, Domini E. quondam Regis Angliæ, Patris nostri, & nostrum proditorem inimicumque capitalem, & quasi totius dissidii inter dictum

Domino Jacobo de Columpna Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, *Domino Guillielmo Sancti Nicholai in Carcere.*	libus.
Domino J. Tituli Sanctorum Marcellini & Petri, *Domino T. Tituli Sanctæ Sabinæ.*	Presbiteris Cardinalibus.
Domino Bertrando Albiensi Episcopo, Domini Papæ Camerario. *Domino P. Episcopo Sabinen.*	

De inhibitione Torneamenti apud Staunford.

REX, dilectis & fidelibus suis, Gilberto de Clare Comiti Gloucestriæ & Hertfordiæ, Humfrido Comiti Hereford & Essex, & singulis aliis Comitibus, Baronibus, Militibus, & omnibus aliis, ad instans Carniprivium, ad Torneandum apud Staunford conventuris, salutem. Ann. D. 1309. An. 2. E. 2. Pat. 2. E. 2. p. 1. m. 15.

Cùm per totum Regnum nostrum publicè proclamari, & firmiter fecerimus inhiberi, ne quis, cujuscunque status seu conditionis existat, sub forisfacturâ Terrarum & Tenementorum, & omnium aliorum, quæ nobis forisfacere possit, torneare, burdeare, justas facere, aventuras quærere, seu aliquod genus facti Armorum de pace, exercere præsumat quoquo modo, sine nostrâ licentiâ speciali:

Vobis, super forisfacturâ prædictâ, firmiter injungendo, mandamus, nè in dicto termino Carniprivii, seu aliàs apud dictam Villam Staunfordiæ, vel alibi, infra Regnum, aut potestatem nostram, torneare, burdeare, justas facere, aventuras quærere, seu aliquod genus facti Armorum de pace, exercere præsumatis, quousque per nos, & consilium nostrum indè fuerit ordinatum.

Teste Rege apud Guldeford, secundo die Februarii.

Per breve de privato Sigillo.

De dextrariis in Lumbardia emendis.

REX omnibus amicis & fidelibus suis, ad quos, &c. salutem. Ann. D. 1309. An. 2. E. 2. Pat. 2. E. 2. p. 2. m. 15. * III. 125.

Cùm mittamus dilectos nobis, Bynde Bonaventure, & Philippum fratrem suum, ad partes Lumbardiæ, pro viginti dextrariis, & duodecim jumentis, ibidem emendis, ad opus nostrum, & ad nos in Angliam ducendis, prout ipsis per nos pleniùs est injunctum.

* Vos amicos rogamus, vobis fidelibus mandantes, quatinus præfatis, Bynde, vel Philippo, seu eorum hominibus, in eundo ad partes prædictas, ibidem morando, dextrarios & jumenta prædicta emendo, & ea ad nos in Angliam ducendo, non inferatis, seu, quantum in vobis est, ab aliis inferri permittatis, in personis, aut rebus suis, injuriam, molestiam, dampnum, impedimentum aliquod vel gravamen; set eis potiùs salvum & securum conductum habere, nostri intuitu, faciatis, quotiens per ipsos, vel eorum aliquem, super hoc, ex parte nostrâ fueritis requisiti.

In cujus, &c.

Per

De transgressionibus contra Petrum de Gavaston puniendis.

Ann. D. 1309. REX, dilectis & fidelibus suis, Johanni de Foxle, & Johanni de Baresford, salutem.

An. 2. Ex gravi querelâ dilecti & fidelis nostri, Petri de Gava-
E. 2. ston, accepimus quod quidam Malefactores, & pacis nostræ per-
Pat. 2. turbatores, liberam Chaceam ipsius Petri apud Parkhurst in Insulâ
E. 2. p. Vectâ, & liberam Warennam suam ibidem, & apud Thornle,
1. m. 13. Westrugge, & Bordwod, in eadem Insulâ vi & armis intraverunt, & in eisdem, Chacea & Warenna, sine licentiâ & voluntate ipsius Petri, fugaverunt, ac arbores in boscis suis, ibidem nuper crescentes, succiderunt: & arbores illas, nec non feras, lepores, & cuniculos, in Chacea & Warenna prædictis, ceperunt, & asportaverunt, & alia enormia ei intulerunt, ad dampnum ipsius Petri viginti librarum, & contra pacem nostram.

Et, quia transgressiones prædictas, si perpetratæ fuerint, relinquere nolumus impunitas, assignavimus vos, &c. ad inquirendum, per Sacramentum proborum, &c. de Comitatu Suthampton, per quos, &c. de nominibus Malefactorum prædictorum, & de transgressionibus prædictis pleniùs veritatem, & ad transgressiones prædictas audiendas & terminandas, secundum legem, &c.

Et ideo vobis mandamus quod, ad certos, &c. inquisitionem illam faciatis, & transgressiones prædictas audiatis & terminetis, in forma prædictâ, facturi &c. salvis, &c.

Mandavimus enim Vicecomiti nostro Comitatus prædicti quod, ad certos &c. quos ei scire faciatis, venire faciat coram vobis tot & tales probos, &c. per quos &c. in præmissis meliùs sciri poterit & inquiri.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Westmonasterium, 26. die Februarii.

---

* III. 116. * *De intendendo negotiis, Regem Francorum tangentibus.*

Ann. D. 1309. REX dilecto Clerico suo Bernardo Piletti, Priori de Manso, salutem.

An. 2. Pridem Excellentissimus Princeps, Dominus Philippus, Rex
E. 2. Francorum illustris, Pater noster carissimus, litteratoriè nos roga-
Rom. 2. vit ut negotiis, ipsum super Comitatibus & Terris Marchiæ, En-
E. 2. golismæ, & Fengeriæ, tangentibus, intendendi licentiam vobis
m. 5. d. demus:

Nos igitur, dicti Patris nostri precibus volentes annuere in hac parte, cupientesque præfata sua negotia, sicut nostra propria, prosperari, vobis mandamus quod prædictis negotiis, quotiens commodè vacare poteritis, intendatis; ita tamen quod nostrorum negotiorum prosecutio, per vos inchoata & inchoanda, nullatenus negligatur, seu aliqualiter dimittatur:

Dat. apud Westmonasterium, secundo die Martii.

Ann. D. 1309. *Ad Regem Francorum, super Terra de Gaverdano, quæ ad Comitem Armaniaci dicitur pertinere.*

An. 2. E. 2. Rom. E. 2. m. 5. EXcellentissimo Principi & Domino, Philippo, Dei gratiâ, Regi Francorum Illustri, Patri suo karissimo, Edwardus, eadem gratiâ, &c. salutem, & felices ad vota successus.

Intelleximus jam de novo vobis, ex parte dilecti & fidelis nostri Comitis Armaniaci, expositum fuisse, terram de Gaverdano, cum

Cardinalis & Archidiaconus Richemundiæ, qui moratur in 1309.
partibus transmarinis, habet Literas Regis de Attornato, sub nomi- An. 2.
ne *Rogeri de Hibern.* per Biennium duratur. &c. E. 2.

Teste Rege apud Westmonasterium, 4. die Martii. P. 2. E. 2. p. 1. m. 11.

---

* *De Conductu pro Nunciis Regis Franciæ ad Scotiam.* * III. 117.

REX omnibus Ballivis & fidelibus suis, ad quos, &c. salutem. Ann. D. 1309.
Cum Magnificus Princeps, Dominus Philippus, Rex Fran- An. 2.
corum illustris, Pater noster Carissimus, Oliverum de Roches Nun- E. 2.
cium suum, ad partes Scotiæ, ad venerabilem Patrem --- Sancti Pat. 2.
Andreæ Episcopum & Robertum de Brus, de nostrâ licentiâ jam E. 2. p.
transmittat, rogans nos ut de salvo & securo Conductu providere 1. m. 11.
velimus Nuncio memorato;

Dilectum nobis Willielmum de Hull, servientem nostrum ad Arma, prædicto Olivero ad ipsum conducendum & reducendum duximus liberandum:

Et ideo vobis mandamus quòd eisdem Olivero & Willielmo in eundo ad partes prædictas, ad præfatos Episcopum & Robertum, ibidem morando, & exinde redeundo, non inferatis, seu, quantum in vobis est, ab aliis inferri permittatis, in personis, aut rebus eorum injuriam, molestiam, dampnum, impedimentum aliquod vel gravamen.

In cujus, &c. usque ad Festum Sancti Michaelis proximò futurum duratur.

Teste Rege apud Westmonasterium, 4. die Martii.

Ad Regem Francorum de Credentia pro Nunciis ad Pontificem Romanum destinatis.

MAgnifico Principi, Domino ac Patri suo karissimo, Domino Ann. D.
Philippo, Dei gratiâ, Regi Francorum Illustri, Edwardus, 1309.
&c. salutem, cum honoris & Gloriæ felicibus incrementis. An. 2.

Lætantes quamplurimum de prosperitate status vestri, de quo, ad E. 2.
nostræ recreationis solatium, sæpius reddi quæsumus certiores; vo- Rom. 2.
bis significamus quod nos ac Isabella filia vestra, Consors nostra ka- E. 2. m.
rissima, tempore confectionis præsentium, sospitate corporeâ, Deo 5.
propitio, fruebamur.

Et quia dilectos & fideles nostros, venerabiles in Christo Patres, Walterum Wygorniensem Thesaurarium nostrum, Johannem Norwicensem, Episcopos: Johannem de Britannia Richemundiæ, Adomarum de Valentia Pembrochiæ, Comites, nostros Consanguineos karissimos; necnon Magistrum Bonifacium de Saluciis Archidiaconum Bukyngham. Ottonem de Grandisono, Amanenum Dominum de Lebreto, & Robertum filium Pagani nostri Hospitii Senescallum, ad Domini Summi Pontificis præsentiam destinamus pro quibusdam negotiis, nos tangentibus, eisdem Domino ex parte nostrâ per eosdem plenius intimandis;

Regiam Magnitudinem requirimus & rogamus, quatinus præfatos Nuncios nostros, qui ad vestri accedunt præsentiam, habere nostri intuitu specialiter commendatos; ac ipsius omnibus, septem, sex, quinque, quatuor, tribus, vel duobus eorum, in his, quæ vobis ex parte nostrâ duxerint intimanda, velitis fidem credulam adhibere.

Conservet Altissimus statum vestrum per tempora longiora.

Dat. apud Westmonasterium, 4. die Martii.

De

quibusdam nostris negotiis, piæ Paternitati vestræ ex parte nostrâ pleniùs exponendis,

Beatitudini vestræ devotis precibus supplicantes, quatinus præfatos Nuncios nostros paternâ benevolentiâ habere, nostri intuitu, specialiter commendatos, ac ipsis septem, sex, quinque, quatuor, tribus, vel duobus eorum in hiis, quæ vestræ Clementiæ ex parte nostrâ duxerint referenda, benignum auditum præbere, fidemque plenariam eisdem adhibere, & relata hujusmodi per eosdem votivo effectui dignemini mancipare.

Conservet, &c. ut supra.

Dat. apud Westmonasterium, 4. die Martii.

Ad Papam, de quibusdam, eidem secretius intimandis.

Ann. D. 1309. An. 2. E. 2. Rom. 2. E. 2. m. 5.

SAnctissimo in Christo Patri, Domino C. Divinâ providentiâ, Sacrosanctæ Romanæ ac Universalis Ecclesiæ Summo Pontifici, Edwardus, &c. salutem & devota pedum oscula beatorum.

Quædam negotia, nos specialiùs tangentia, dilectis nobis Venerabili in Christo Patri W. Wygorn. Episcopo Thesaurario nostro, & Johanni de Britannia Comiti Richemundiæ Consanguineo nostro karissimo, vestræ Clementiæ per ipsos ex parte nostrâ secretiùs intimanda, commisimus:

Sanctitati vestræ devotissimè supplicantes, quatinus præfatos Episcopum & Comitem, ad exauditionis gratiam in præmissis admittere, ac ipsis, sicut organo vocis nostræ, super eisdem fidem credulam adhibere, & relata per ipsos votivo effectui dignemini mancipare.

Conservet vos Altissimus, ad regimen Ecclesiæ suæ sanctæ, per tempora prospera & longæva.

Dat. apud Westmonasterium, 4. die Martii.

Ad Cardinales Commendatoria pro Nunciis, ad Pontificem Romanum destinatis.

Ann. D. 1309. An. 2. E. 2. Rom. 2. E. 2. m. 5.

VEnerabili in Christo Patri, Domino S. Dei gratiâ, tituli Sancti Ciriaci in Termis, Presbitero Cardinali, Amico suo karissimo, Edwardus, eadem gratiâ, &c. salutem & sinceræ dilectionis affectum.

Dum vestræ circumspectionis industriam, circa prosecutionem negotiorum nostrorum in Curiâ Romanâ sæpiùs exhibitam, infra pectoris nostri scrinium revolvimus, meritò vestræ Paternitati grates & gratias ab intimis exsolventes, vestris votis conspicimus fortiùs nos teneri.

De solitâ igitur vestrâ benignitate, quam continuari quæsumus in futurum, plenam fiduciam optinentes, vestram Paternitatem requirimus attentiùs & * rogamus, quatinus dilectos & fideles nostros, venerabiles in Christo Patres, W. Wygorn. Thesaurarium nostrum, J. Norwicensem, Episcopos, Johannem de Brittanniâ Comitem Richemundiæ, Adomarum de Valentia Pembrochiæ Comitem, Consanguineos nostros karissimos; necnon Magistrum Bonifacium de Saluciis Archidiaconum Bukyngh. Ottonem de Grandisono, Amanenum Dominum de Lebreto, & Robertum fi- * III. 129.

Memorandum, quod omnes litteræ prædictæ liberatæ fuerunt Thesaurario Domini Regis.

Per Breve de privato Sigillo.

De pensionibus concessis Cardinalibus.

REX omnibus ad quos, &c. salutem.

Ann. D. 1309. An. 2. E. 2. Pat. 2. E. 2. p. 1. m. 12.

Attendentes affectionis sinceritatem, & diligentiam pervigilem, quam venerabilem patrem Dominum Thomam Jorsce, Tituli Sanctæ Sabin. Presbiterum Cardinalem, circa prosecutionem & expeditionem negotiorum nostrorum in Curiâ Romanâ habuisse novimus & impendisse, & quam per ipsum continuari in futuro speramus,

Centum Marcas Sterlingorum annuatim, per æquales portiones, ad festa Sancti Michaelis & Paschæ, duximus concedendas eidem.

Dat. apud Westmonasterium, 4. die Martii.

Consimiles litteras, de diversis pecuniarum Summis, habent subscripti; videlicet,

Dominus Arnaldus de la Pelagrue, Sanctæ Mariæ in Porticu Diaconus Cardinalis, de quinquaginta Marcis Sterlingorum.

** Dominus Petrus de Columpna, Diaconus Cardinalis, de quinquaginta Marcis Sterlingorum,* * III. 130.

Dominus Lucas de Flysk, Sanctæ Mariæ in via lata Diaconus Cardinalis, de quadraginta Marcis Sterlingorum.

Dominus Willielmus Ruffati, Tituli Sanctæ Potentianæ, Presbiter Cardinalis, de quadraginta Marcis Sterlingorum.

Dominus Betrandus de Bordes, Episcopus Albinensis, Domini Summi Pontificis Camerarius, de triginta Marcis Sterlingorum.

MEMORANDUM, quòd istæ litteræ liberatæ fuerunt Domino Waltero Wygomiensi Episcopo, Thesaurario Domini Regis, per ipsum præfatis Cardinalibus deferendæ, de mandato dicti Regis.

Per breve suum de privato Sigillo.

De auro Reginæ levando.

REX dilecto & fideli suo, Roberto de Holand, Justiciario suo Cestriæ, salutem.

Ann. D. 1309. An. 2. E. 2. Claus. 2. E. 2. m. 7.

Mandamus vobis quod de omnibus finibus, in Ballivâ vestrâ factis a tempore, quo Isabellam Reginam Angliæ Consortem nostram carissimam desponsavimus, & ex nunc faciendis, aurum ipsius Reginæ, per ministros nostros partium illarum, levari, & aurum illud usque Scaccarium nostrum Westm. dilecto Clerico nostro Petro de Colynburn, custodi auri prædicti, ibidem liberandum, mitti faciatis, Thesaurarium & Barones nostros Scaccarii prædicti de finibus prædictis, & de nominibus illorum, de quibus aurum prædictum levatum fuerit, sub sigillo vestro dictinctè & apertè certificantes.

Teste Rege apud Westm. 4. die Martii.

De

* III. ratis, seu ab aliis, quantum in vobis est, inferri permittatis injuriam,
131. * molestiam, dampnum, impedimentum aliquod seu gravamen; set ei potius salvum & securum conductum, nostrorum interventu rogaminum, habere faciatis quotiens ex parte nostrâ super hoc fueritis requisiti.

In cujus, &c. Usque ad Festum Sancti Michaelis proximò futur. dur.

Teste Rege apud Westm. 4. die Martii.

De ordinando super Controversiis inter Cives Baione & Gentes Regis Castelle.

Ann. D. REX, dilectis & fidelibus suis, venerabili in Christo Patri, W.
1309. Wygorn. Episcopo, Thesaurario suo, ac Johanni de Britanniâ
An. 2. Richemundiæ, & Adomaro de Valentia Pembrochiæ, Comitibus,
E. 2. Consanguineis suis carissimis, salutem.
Vasc. 2. De vestris circumspectione & industriâ plenam fiduciam optinen-
E. 2. m. tes, ad ordinandum & faciendum quod nostræ utilitati conveniens
13. fuerit & honori, super Controversiis & Discordiis, inter Cives nostros Baionæ & gentes Magnifici Principis Regis Castellæ, Consanguinei nostri carissimi, suscitatis, ac aliis quibuscunque negotiis, dictum Ducatum & homines nostros ejusdem tangentibus, vobis, & duobus vestrûm (vocatis ad hæc Senescallo nostro Ducatûs ipsius, & aliis qui fuerint evocandi) plenam & liberam, tenore præsentium, concedimus potestatem.

In cujus, &c.

Dat. apud Langele, 16. die Martii.

An Comitem Namurcensem de Credentia contra Esterlingos.

Ann. D. REX Nobili viro, Domino J. Comiti Namurcensi, Amico suo
1309. carissimo, salutem, & sinceræ dilectionis incrementum.
An. 2. Vestram amicitiam affectuosè requirimus & rogamus, quatinus
E. 2. dilecto Valletto nostro, Egidio de la Mote, in hiis, quæ vobis ex
Rom. 2. parte nostrâ, super quibusdam dampnis & gravaminibus, per quos-
E. 2. m. dam nautas, qui dicuntur Esterlinges, & alios, qui cum Navibus
5. d. suis Cogges, videlicet, in Portu de Swyn jam existunt, ut intelleximus, tàm per Mare, quàm per Terram, in Scotiâ & alibi, nobis datis, duxerit exponenda, fidem plenariam adhibere, & relata per ipsum, precum nostrarum instantiâ, opere adimplere velitis.

Dat. apud Langel. 29 die Martii.

EOdem modo scribitur Magistris, Scabinis, Consulibus, ac toti Communitati Villæ de Bruges, *usque ibi, fidem plenariam adhibere, &c.* relata per ipsum votivo effectui mancipentur, opem & operam, precum Regis instantiâ, præbere velint; pro quo eis ad speciales gratiarum actiones teneri, & in hiis, quæ erga Regem habuerint facienda, effici Rex vult promptior.

Dat. ut supra.

ciales:

Vestram amicitiam requirentes attente, quatinus quod vestra benevolentia gratanter inchoavit, instanter continuare velit modis & viis, quibus meliùs viderit expedire.

Dat. apud la Grave, 13. die Aprilis.

Ad Regem, a Rege Castelle, super discordiis inter subditos utriusque Regis.

MAgnifico & Potenti Principi, Domino Edvardo, Dei gratiâ, Ann. D.
Illustri Regi Angliæ, Domino Hiberniæ, ac Aquitaniæ Du- 1309.
ci, Carissimo Avunculo suo, Fernandus, eadem gratiâ, Castellæ, An. 2.
Legionis, Toleti, Galliciæ, Sibiliæ, Cordubæ, Murciæ, Gihen- E. 2.
næ, & Algarbii Rex, ac Comitatus Molinæ Dominus, cum sin- Ex Orig.
ceræ dilectionis affectu, salutem, & totius semper honoris & Glo- in Turr.
riæ incrementa.

Sicut nuper Amicitiæ vestræ, per alias nostras litteras, duximus intimandum, libenter cogitamus, & operam dare semper intendimus qualiter inter vestros subjectos & nostros constans, bona & perpetua vigeat pax & amor; Ita quod, sicut nos unum & idem sumus, & magis semper erimus Domino concedente, sic ut ipsi existant, & non solum ab injuriis abstineant hinc & inde, sed ad invicem, mutuâ & fraternâ vicissitudine, cum expedit, sibi præstent oportunum consilium, auxilium & favorem.

Hinc est quod super facto contentionis & discordiæ, jam aliquamdiu habitæ, diabolo instigante, inter vestros homines de Bayona & quosdam alios de terra Dominii vestri ex parte unâ, & homines nostros de Castro de Sancto Emeterio & de Larenio, & quosdam alios de Regnis nostris, discretos viros, Johannem Didaci de Gudalfajaria Militem & Vassallum nostrum, ac Fernandum Gonsalvi de Frias familiarem nostrum, exhibitores præsentium, voluntatis nostræ conscios, in hac parte, cum pleno mandato nostro, ad Serenitatem vestram duximus transmittendos; quibus per Excellentiam vestram rogamus & petimus in hiis, quæ super præmissis ex parte nostrâ referenda duxerint, fidem credulam & plenariam adhiberi.

Dat. Toleti, die 15 Aprilis, Anno Domini 1309.

Magister Armannus de Cremona, de mandato Domini Regis, scripsit.

Pro Johanne de Britannia.

REX dilecto & fideli suo, Roberto Filio Rogeri, salutem. Ann. D.
Cùm, celebris memoriæ, Dominus E. quondam Rex An- 1309.
gliæ, Pater noster, nuper per Cartam suam dederit & concesserit, An. 2.
pro se & hæredibus suis, dilecto Nepoti & fideli nostro Johanni de E. 2.
Britanniâ, Comiti Richemundiæ, Comitatum Richemundiæ, Ca- Pat. 2.
stra de Richemundiâ & de Bowes, & omnes Terras, & omnia E. 2. p. 1.
Tenementa, quæ fuerunt Johannis, quondam Ducis Britanniæ, in 1. m. 9.
Angliâ, defuncti, quæ per mortem prædicti Ducis ad manus dicti Patris nostri devenerunt,

* HABENDA ET TENENDA eidem Johanni, & hæredi- * III.
bus suis, de ipso Patre nostro, & hæredibus suis (Comitatum præ- 133.
dictum, nomine Comitis: Castra, & omnia Terras & Tenementa præ-

Per breve de privato Sigillo.

Ad Regem Franciæ Responsoria.

Ann. D. EXcellentissimo Principi, Domino ac Patri suo karissimo, Do-
1309. mino Philippo, Dei gratiâ, Regi Franciæ Illustri, Edwar-
An. 2. dus, eâdem gratiâ, &c. salutem, & felices semper ad vota suc-
E. 2. cessus.
Rom. 2. Vestræ Serenitatis Litteras, quas nobis ex parte vestrâ Matheus
E. 2. de Varennes, Miles vester, præsentavit, recepimus, & earum teno-
m. 5. rem ac ea, quæ idem Miles per suam Credentiam nobis exposuit, intelleximus diligenter.

Super quibus dilectis, & fidelibus nostris, Rogero le Sauvage Militi, & Johanni de Benstede Clerico, quos ex hac causâ ad vestram præsentiam destinamus, voluntatem & intentionem nostram aperuimus, vobis ex parte nostrâ vivæ vocis oraculo referandam:

Supplicantes quatinus præfatis Nunciis nostris, super præmissis, & ea tangentibus, fidem indubiam adhibere, & ea velitis effectui mancipare; beneplacitum vestrum, in hac parte, nobis per dictos Nuncios nostros, si placeat, rescribentes.

Dat. apud Langele, 28. die Aprilis.

De inquirendo pro Rege de Maneriis Templariorum.

Ann. D. REX dilectis & fidelibus suis, Radulpho de Monte Caniso, &
1309. Johanni de Kirketon, salutem.
An. 2. Quia, quibusdam certis de causis, certiorari volumus in quo sta-
E. 2. tu dilectus & fidelis noster, Willielmus Inge, recepit Maneria fra-
Pat. 2. trum de ordine Militiæ * Templi in Anglia, de Dynneslee & Lan-
E. 2. p. genok, in Comitatu Hertford, necnon & Terras, & Tenementa
1. m. 4. d. in Therleton, Weston, Gravele, Wilien, Leccheworth, Baldock,
* III. Dacheworth, Russenden, Codreth, Sumershale, Buntynford, ac
134. etiam Ecclesiam de Weston in eodem Comitatu, quæ idem Willielmus habet ex commissione nostrâ, ut in Domibus, Boscis, Gardinis, & omnibus aliis, ad prædicta Maneria, Terras, Tenementa & Ecclesiam spectantibus;

Vobis mandamus quòd, ad eadem Maneria, Terras, Tenementa & Ecclesiam accedentes, ea supervideatis, & inde, si necesse fuerit, diligentem faciatis inquisitionem.

Et de eo, quod indè inveneritis, Thesaurario & Baronibus nostris de Scaccario, distinctè & apertè, sub sigillis vestris, constare faciatis: Mittentes eis hoc breve.

Teste Rege apud Westm. 16. die Maii.

Ann. D.
1309.
An. 2.
E. 2.
Pat. 2.
E. 2. p.
1. m. 8.

De Terris, quæ fuerunt Johannis de Balliol, nuper Regis Scotiæ, datis Comiti Richmundiæ.

REX Militibus, Liberis Hominibus, & omnibus aliis Tenentibus de Castro de Fodrynggeye Villa de Torkeseye, Maneriis & omnibus Terris & Tenementis, quæ fuerunt Johannis de

Nuper siquidem, Decanatu Ecclesiæ Sancti Pauli Londoniarum, quæ de nostro Patronatu existit, per consecrationem Domini R. London. Episcopi, tunc Decani ejusdem Ecclesiæ, in Curiâ Romanâ vacante, Dominus summus Pontifex vobis de eodem, ut intelleximus, duxerat providendum.

Verùm cum Curæ magnitudo, elemosinæ, & cantariæ præfato Decanatui incumbentes, ac alia onera diversa, quæ per Decanos jugiter fieri habeant in Ecclesiâ memoratâ, propter Decani absentiam cessent, & indies subtrahentur; * quæ vobis seriosius volu- * III.
mus aperire, 135.

In primis, videlicet, requiritur quod ---- Decanus in Sacerdotali sit ordine constitutus:

Et ad faciendum ibidem personalem residentiam juramentum subeat corporale:

Quodque missarum solempnia in præfatâ Ecclesiâ, ad magnum altare, in majoribus Festis, ac aliis diebus multis per Annum, Anniversariis dictorum Progenitorum nostrorum, in personâ propriâ celebret:

Hospitalitatem congruam teneat:

Pauperibusque elemosinas, per dictos Progenitores nostros olim eidem Decanatui impositas, eroget;

Et quod cantarias pro animabus eorumdem inveniat & sustentet;

Ad quæ omnia & singula facienda, exercenda, & sustentanda iidem Progenitores nostri dictum Decanatum Ecclesiis, Capellis, Terris & Possessionibus dotaverunt, inmunitatumque & libertatum cirographâ sunt largiti:

De quibus oneribus, sic eidem Decanatui impositis, si, ante assecutionem ejusdem, vobis aliqualiter constitisset, vos, ut credimus, minime recepissetis eundem, quæ revera per vos, dum agitis in remotis, nequeunt, ut convenit, supportari.

Paternitatem vestram affectuosius requirimus & rogamus, quatinus, intuentes attentius quot & quanta pericula, quæ ex Decani prædicti absentiâ, prædicta onera subire valentis & implere, verisimiliter poterunt imminere, sic efficax procuretis remedium adhiberi, quod vobis exinde ad gratiarum actiones specialiùs teneamur.

Profectò scire vos volumus quod, secundum legem & consuetudinem Regni nostri, Possessiones, Ecclesiis & locis religiosis collatæ, si ad usum, fundatorum & donatorum voluntati & intentioni contrarium, applicentur, certissimè per ipsos fundatores, & donatores, aut eorum Hæredes poterunt revocari.

Dat. apud Westm. 12. die Maii.

De Torneamentis per certum tempus inhibitis.

REX Vicecomiti Buck. salutem.
Quia nolumus quod Torneamenta, Burdeiciæ, seu aliqua alia Ann. D.
facta armorum (justis dumtaxat exceptis) in Regno nostro excer- 1309.
ceantur citra Festum Nativitatis Beatæ Mariæ Virginis proximò An. 2.
futurum; E. 2.
Tibi præcipimus, firmiter injungentes, quod in singulis locis, in Claus. 2.
Ballivâ tuâ, ubi expedire videritis, publice proclamari & firmiter in- E. 2.
hiberi facias ne quis, Comes, Baro, Miles, Armiger, seu alius qui- m. 4. d.
cunque, sub forisfacturâ omnium, quæ nobis forisfacere poterunt, in Balliva tua, citra dictum Festum Nativitatis Beatæ Mariæ, Tor-

vel circiter, se extendunt,

Attendentes bonam voluntatem, quam idem Dominus noster Rex erga Dominum summum Pontificem prædictum, & omnes suos habere dinoscitur, & etiam laudabilia servitia, quæ prædictus Dominus Ramundus Guillielmi, & sui, Domino nostro Regi, & suis Prædecessoribus, retroactis temporibus, impenderunt, & quæ ab ipso, & suis successoribus eidem Domino Regi & Duci, & suis successoribus adhuc impendi imposterùm sperantur, ac commodum & honorem dicti Domini Regis in hac parte versari;

Præsentibus,

Reverendo in Christo Patre, Domino Johanne, Dei gratiâ, Norwycen. Episcopo;

Domino Bonifacio de Salutis Archidiacono Bokyng.

Domino Roberto Filio Pagani, Senescallo Hospitii dicti Domini Regis; &

Domino Guidone Ferre Milite, Senescallo Ducatûs Acquitaniæ;

Domino Amaneno Domino de Lebreto;

Dominis, Hothone de Casanavo,

Johanne Rofelli, &

Arnaldo de Caupena, Militibus;

Magistro Jordano Morandi, &

Johanne Guytardi, Clericis;

Et, de communi ipsorum Consilio, dictum altum & bassum justitiatum, proprietatem, & omnia alia & singula jura, & deveria, cum omnibus pertinentiis suis, quæ idem Dominus Rex & Dux habet in dicta Parochia de Budos Dyoc Burdegal.

Eidem Domino Ramundo Guillielmi de Budos, suisque Hæredibus de corpore suo legitimè procreatis, nomine dicti Domini Regis, quantum in nobis est, concedimus & assignamus; Resorto & omni aliâ superioritate Domino nostro Regi, & suis Successoribus, super præmissis, salvis & retentis, cum homagio ligio, dicto Domino Regi & suis Successoribus, Hæredibus Ducatûs Aquitaniæ, faciendo: Et unâ lanceâ, cum ferro novo deaurato, pro spoliâ, in mutatione Domini, semper solvendâ:

Promittentes bonâ fide quod præsentem concessionem & assignationem, quamcito ad prædicti Domini Regis præsentiam pervenerimus, per ipsum Dominum nostrum Regem, cum Litteris suis Patentibus, salvo jure cujuslibet, ratificari procurabimus, ac etiam confirmari.

In quorum omnium fidem & testimonium præmissorum, præsentes Litteras Sigillorum nostrorum munimine fecimus roborari.

Dat. Avinon. 15. die Mênsis Maii, Anno Domini Millesimo, Trecentesimo, nono.

Constat nobis de rasurâ factâ in dictionibus, supra, videlicet, super præmissis, salvis & retentis, cum homagio ligio, dicto Domino Regi & suis.

Dat. ut supra.

Ann. D. 1309. An. 2. E. 2. Pat. 2. E. 2. p. 2. m. 6.

Pro Petro de Gavaston, de Castris & Maneriis commissis.

REX omnibus, ad quos, &c. salutem.

Sciatis quod dedimus, & concessimus dilecto & fideli nostro, Petro de Gavaston, custodiam Terrarum & Tenementorum quæ fuerunt Richardi de Estheton, Henrici de la Sale, Petri de Goutle & Stephani de Oultwyk, defunctorum, qui de nobis te-

Suscepimus in salvum & securum Conductum nostrum prædictos homines & Nuncios Comitis supradicti, in veniendo in Regnum nostrum pro expeditione negotiorum nostrorum, ibidem morando, & exinde ad propria redeundo;

Et ideo vobis mandamus quòd hominibus & Nunciis prædictis, in veniendo in Regnum nostrum, ibidem morando, & exinde redeundo, sicut prædictum est, non inferatis, in personis aut rebus eorum, seu ab aliis, quantum in vobis est, inferri permittatis injuriam, molestiam, dampnum, impedimentum aliquod vel gravamen.

In cujus, &c. duratur. usque ad Festum Assumptionis Beatæ Mariæ Virginis.

Teste Rege apud Westmonasterium, decimo quinto die Maii.

Pro Custode & Scolaribus Domus Sancti Petri Cantebrigiæ.

Ann. D. 1309. An. 2. E. 2. Pat. 2. E. 2. p. 2. m. 6.

REX omnibus, ad quos, &c. salutem.

Licet, de communi consilio Regni nostri, statutum sit quod non liceat viris Religiosis, seu aliis, ingredi feodum alicujus, ita quod ad manum mortuam deveniat, sine licentiâ nostrâ, & capitalis Domini, de quo res illa immediatè tenetur:

Volentes tamen, dilectis nobis, Custodi & Scolaribus Domûs Sancti Petri Cantebrigiæ, gratiam facere specialem,

Concessimus, & licentiam dedimus, pro nobis, & hæredibus nostris, quantum in nobis est,

Johanni de Herwardstok, & Roberto de Lirling, quod ipsi unum Mesuagium, cum pertinentiis, in Cantebrigiâ, quod fratres de pœnitentia Jesu Christi Cantebrigiæ inhabitare solebant, & quod de nobis tenetur in capite, in Burgagio, per servitium unius denarii per annum;

Et Richero de Aylesham, & Johanni de Felmyngham, quod ipsi unum Mesuagium, cum pertinentiis, in eâdem villâ, dare possint, & assignare præfatis, Custodi & Scolaribus, HABENDUM ET TENENDUM sibi & Successoribus suis IMPERPETUUM.

Et eisdem, custodi & Scolaribus, quod ipsi Mesuagia prædicta, cum pertinentiis, a præfatis, Johanne, Roberto, Richero, & Johanne, recipere possint, & tenere sibi & successoribus suis, sicut prædictum est, tenore præsentium, similiter licentiam dedimus specialem:

Nolentes quod prædicti, Johannes, Robertus, Richerus, & Johannes, vel hæredes sui: aut præfati, Custos & Scolares, seu Successores sui, ratione statuti prædicti, per nos, vel hæredes nostros, indè occasionentur in aliquo, seu graventur;

Salvis tamen nobis & hæredibus nostris, ac aliis capitalibus Dominis, feodorum illorum servitiis inde debitis & consuetis.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Westmonasterium, 15. die Maii.

Per ipsum Regem, nunciante fratre Johanne de Benham.

De

fato Patri nostro concessit, reddidit, remisit, & quietum clamavit, sicut prædictum est, IMPERPETUUM, prout in Cartâ prædictâ pleniùs continetur:

Nos, quia, per inspectionem Rotulorum Scaccarii nostri, evidenter nobis constat quod quadraginta libræ, decem solidi, & decem denarii prædicti, per manus Vicecomitis Essex, non pro honore dicti Comitatûs: & similiter, quod viginti libræ residuæ, per manus Vicecomitis Herefordiæ, non pro Constabulariâ prædictâ, ut in dictâ Cartâ continetur, set pro tertio denario utriusque Comitatuum prædictorum percipi debent, & percipi consueverunt; per quod in Cartâ illâ manifestum errorem perpendimus contineri:

Et, propter hoc, errorem illum modo debito corrigi & emendari volentes,

Concessimus, pro nobis & hæredibus nostris, præfatis, Humfrido & Elizabethæ, quod ipsi & hæredes, de corpore prædicti Humfridi procreati, quadraginta libras, decem solidos, & decem denarios prædictos, per manus Vicecomitis Essex, qui pro tempore fuerit, pro tertio denario Comitatûs ejusdem; & prædictas viginti libras per manus Vicecomitis Herefordiæ, qui similiter pro tempore fuerit, pro tertio denario Comitatûs illius, nomine Comitis dictorum Comitatuum, PERCIPIANT ET HABEANT, a tempore confectionis dictæ Cartæ, patris nostri prædicti, IMPERPETUUM; & quod Vicecomites prædicti ad Scaccarium nostrum allocationem indè habeant annuatim.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Westmonasterium, 18. die Maii.

Per ipsum Regem.

De Rege a perpetratis tempore Guerrarum absolvendo.

Ann. D. 1309. An. 2. E. 2. Ex Autogr. * III. 139.

CLemens Episcopus, servus servorum Dei, Carissimo in Christo Filio Edwardo, Regi Angliæ Illustri, salutem & Apostolicam Benedictionem.

Serenitatis tuæ præcelsa Devotio erga nos & Sedem Apostolicam, sub vigore sinceritatis excrescens, ante mentis nostræ oculos clara consistit: quam, dum * animo contemplamur, eo magis efficimur in tuæ salutis augmento jocundi, quo potius illam paternis zelamur affectibus, & libentius Apostolicæ sollicitudinis ministerio promovemus.

Habet siquidem expositæ nobis tuæ Petitionis assertio, quod, occasione guerrarum, quas pro hæreditatis tuæ defentione, ac tuorum prosecutione jurium, contra tuos subditos, & Rebelles ex permissione juris dudùm exercuisse dinosceris, per te, ac tuos, & tibi adhærentes, in sacris & privatis locis nonnulla homicidia, incendia, Sacrilegia, deprædationes, & aliæ violentiæ fuerunt, sicut guerrarum ipsarum exigebat necessitas, pro pace cum eisdem assequenda subditis sæpius perpetrata.

Quare pro parte tuâ fuit nobis humiliter supplicatum, ut providere tibi super hoc de oportunæ absolutionis beneficio dignaremur;

Nos igitur, qui personam Regiam, velut Filii prædilecti, sinceriùs gerimus in visceribus caritatis, & desiderantes appetimus ut salutem animæ, extirpatis vitiis peccatorum, Deo propitio, consequaris, tuis Supplicationibus inclinati, te a prædictorum incendiorum, Sacrilegiorum, deprædationum, & violentiarum, prout Ecclesias & personas Ecclesiasticas contingebant, reatibus, & Excommunicationis sententiâ, quam propter hoc incurristi, de gratiâ speciali, auctoritate Apostolicâ duximus absolvendum.

Tibique nichilominus, animæ tuæ volentes consultiùs providere

Privilegium ne Rex possit suspendi vel excommunicari.

Ann. D. 1309. An. 2. E. 2. Ex Autogr.

CLemens Episcopus, servus servorum Dei, Carissimo in Christo Filio Edwardo, Regi Angliæ Illustri, salutem & Apostolicam Benedictionem.

Tuæ devotionis, &c. Ut igitur ex devotione hujusmodi benivolentiam Apostolicæ Sedis & nostram tibi sentias accrevisse, tibi, auctoritate præsentium, indulgemus ut nullus Delegatus Apostolicæ Sedis, vel Subdelegatus ab eo, auctoritate Sedis ejusdem, possit in personam, aut Capellas tuas excommunicationis, vel suspentionis, sive interdicti sententias promulgare absque speciali mandato Sedis ejusdem, faciente plenam & expressam, ac de verbo ad verbum, de indulto hujusmodi mentionem.

Nos enim omnes excommunicationis, suspensionis, & interdicti sententias, quas in te & Capellas easdem, contra indulti prædicti tenorem, forsan * promulgari contigerit, ex nunc irritas decernimus & inanes. * III. 140.

Nulli ergo, &c.

Dat. Avinion. 12. Kalendas Junii, Pontificatûs nostri anno quarto.

Sub filis sericis crocei rubeique color.

Pro Comitibus infra nominatis, de secure veniendo ad Regem.

Ann. D. 1309. An. 2. E. 2. P. 2. E. 2. m. 6.

LE Roi as touz ceux, qui cestes lettres verront, salutz.

Nous fesoms asaver a tous que nous donoms plein poer, par cestes lettres, a nos cheres & foiaux Monsire Gilbert de Clare Count de Gloucestre & de Hertford nostre chere Neveu, Monsire Henry de Lacy Count de Nichole, Monsire Johan de Bretaigne Count de Richemund, nos cheres Cousins, & Monsire Edmond Conte de Arundel, de asseurer, en tutes les covenables maneres q'il verront, que face afaire,

Nos cheres & foiaux Monsire Thomas Conte de Lancastre nostre chere Cousin, Monsire Aymar de Valence Counte de Pembroke, Monsire Humfray de Bohun Count de Hereford & Essex, & Monsire Guy de Beauchamp Count de Werrewyk, q'il puissent sauvement & seurement venir a nous a Kenynton, illoeques demorer, pur parler od nous, & dilloeqes returner.

En tesmoignance de qeu chose avoms fet faire cestes nos lettres ouertes, a durer jusqes a cest Joedy prechein avenir.

Don. a Kenynton le 24. jour de May.

De licentia equos, aurum & argentum, in Terra Sanctæ subsidium, exportandi.

Ann. D. 1309. An. 2. E. 2. Rom. 2. E. 2. m. 4.

REX venerandæ Religionis Viro, & in Christo sibi karissimo, fratri Fulconi de Vilareto, Magistro Sanctæ Domûs Hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani, salutem, cum dilectione sincerâ.

Oppressiones & angustias varias, quas Terra Sancta, redemptoris nostri sanguine rubricata, quæ infidelium jugo premitur, & impiorum impietate detestabili opprimitur Paganorum, lugere dinoscitur incessanter, fidelis quilibet non indignè tenetur intimæ compassionis oculis intueri, & ad ejusdem Terræ festinum succursum subsidium efficaciter impertiri.

Cum itaque Sanctissimus in Christo Pater Dominus C. divinâ pro-

Regia præclaritas, affectione paterna recepimus, & vultibus benivolentia gratiosa, & Petitionibus, quas nobis ex parte Regiâ porrexerunt, ad exauditionis gratiam introductis, super hiis, quæ proposuerunt dicti Nuntii coram nobis, dictæque litteræ continebant, eis responsionem, ex parte nostrâ faciendam, tuæ Celsitudini duximus imponendam.

Et quia, dilectissime Fili, paternis desideriis concupimus ut apud Regem Regum, cujus imperio vivis & regnas, crescas cumulo meritorum, Excellentiam Regiam paterno rogamus & hortamur affectu quatinus in devotione dictæ Matris Ecclesiæ, quæ te brachiis maternæ dilectionis amplectitur, sicut Filium prædilectum, stabiliter perseverans, Ecclesias & personas Ecclesiasticas, maximè Regni tui, pro divinâ, & apostolicæ Sedis, ac nostrâ reverentiâ, propitiis habeas favoribus commendatas, ipsasque, quantum in te fuerit, a quibuslibet adversis & noxiis tuearis.

Speramus enim quod, si votis nostris tua in hac parte desideria conformabis, ille, qui Regibus dat salutem, quique pro minimis, de suæ habundantiâ largitatis, grandia recompensat, tui diffundet latiùs culmina Principatûs, tibique misericordi pietate concedet fælicium Successuum prosperitate lætari, & in retributione justorum, cælestis Regni præmium, quod omne desiderium superat, misericorditer largietur.

Præterea super quibusdam negotiis, quæ nos & magnitudinem tuam specialiter contingere dinoscuntur, certos & speciales Nuntios, in brevi, proponimus ad tuam Celsitudinem destinare.

Dat. Avinon. 7. Kal. Junii, Pontificatûs nostri anno quarto.]

Sub filis canabeis.

De officio Judicaturæ Judæorum commisso.

Ann. D. 1309. *An.* 2. *E.* 2. *Vasc.* 2. *E.* 2. *m.* 10.

REX omnibus, ad quos, &c. salutem.[1]

Sciatis quod commisimus dilecto nobis, Alberto Medici, Clerico, Officium Judicaturæ Judæorum in Senescalcia nostrâ & Terrâ Agenesii.

Habendum & exercendum, modis rationalibus, quamdiu nostræ placuerit voluntati, dum tamen Officium illud modo non sit in propriâ manu dilecti & fidelis nostri Arnaldi Guilielmi de Marsano, Senescalli nostri Agenesii, set alii incenseatur; ita videlicet, quod idem Albertus, pro eodem Officio, si alii incenseatur, tantam firmam annuam nobis solvat, quantam ille, qui modo illud tenet, pro eodem solvit per annum.

In cujus, &c.

Data apud Kenyngton, 27. die Maii.

Et mandatum est Thesaurario Agenesii, qui nunc est, & qui pro tempore fuerit, quod, si dictum Officium in propriâ manu dicti Arnaldi non existat, set alii incenseatur, ut est dictum, tunc eidem Alberto officium illud liberet, habendum in forma prædicta.

Dat. ut supra.

Ann. D. 1309. *An.* 2. *E.* 2. *Claus.* 2. *E.* 2. *m.* 4. *d.*

De Navibus spoliatis, Philippo, Thietiæ & Loretta Comite, Flandriam regente.

REX Nobili Viro Roberto Comiti Flandriæ, salutem.

Ex insinuatione Gerardi Farsis, Johannis Sirers, Gilberti de Portesham, & Willielmi Welifed, Mercatorum nostrorum de

Pro Universitate Cantebrigiæ contra Torneatores.

Ann. D. 1309. *An.* 2. *E.* 2. *Pat.* 2. *E.* 2. *p.* 1. *m.* 3.

REX Vicecomiti Cantebrig. qui pro tempore fuerit, salutem.

Cum, celebris Memoriæ, Dominus H. quondam Rex Angliæ, Avus noster, per Cartam suam (quam Dominus E. nuper Rex Angliæ, Pater noster, confirmavit, & quam nos postmodum confirmavimus) concesserit Magistris & Scolaribus Universitatis Cantebrig. quod Torneamenta aliqua, Aventuræ, Justæ, seu hastiludia non fierent in Villa Cantebr. seu per quinque Miliara circumquaque: Et, super gravem forisfacturam suam, inhibuerit ne quis de Regno suo apud eandem Villam seu alibi infra prædicta quinque Miliaria circumquaque, Torneare, justa facere, seu aventuras, vel alia hastiludia quærere, seu excercere præsumeret:

Nos, tranquillitatem ibidem Studentium affectantes; & concessionem & inhibitionem prædictas inviolabiliter observari volentes, tibi præcipimus quod, quotiencumque Torneamenta aliqua, Aventuras, Justas, seu hujusmodi hastiludia in eâdem Villâ, seu alibi, infra prædicta quinque Milaria circumquaque, proclamari contigerit, ad requisitionem Magistrorum & Scolarium ejusdem Universitatis, ne quis Toneamenta aliqua, Justas, Aventuras, seu hastiludia aliqua ibidem, seu infra prædicta quinque Miliaria, excercere præsumat ex parte nostra publicè proclamari facias, & firmiter inhiberi.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Westm. 5 die Junii.

Per ipsum Regem.

Pro Mercatoribus de Societate Circulorum Alborum de Florentia.

Ann. D. 1309. *An.* 2. *E.* 2. *Pat.* 2. *E.* 2. *p.* 1. *m.* 2. * III. 143.

REX omnibus, ad quos, &c. salutem.

Sciatis quòd, cùm Manentus Francisci, & Jacobus Reynerii, Mercatores de Societate Circulorum Alborum de Florentia, London. comorantes, in Garderobâ nostrâ dilecto Clerico nostro de Brokenesford, * Custodi ejusdem, ducentas Libras Sterlingorum ex mutuo liberaverunt ad opus nostrum;

Nos, eisdem Mercatoribus de pecuniâ prædictâ volentes satisfieri, ut tenemur, assignavimus eis Ducentas Libras, recipiendas de dilecto & fideli nostro Roberto de Holand, Justiciario nostro Cestriæ, tàm de Arreragiis firmæ suæ, quàm etiam de firmâ suâ de termino Sancti Michaelis proximò futuro, in satisfactionem pecuniæ supradictæ.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Westm. 11. die Junii.

Per Billam de Scaccario.

ET mandatum est præfato Roberto, Justiciario Cestriæ, quòd ducentas Libras, tam de Arreragiis firmæ suæ, quàm etiam de firmâ suâ de termino prædicto, præfatis Mercatoribus, vel ipsorum Attornato, dictas Regis Patentes Literas deferenti, liberet; recipiens ab eis Literas suas Patentes, receptionem pecuniæ prædictæ testificantes, & similes Literas Regis prædictas, cum dictæ ducentæ Libræ ipsis ad plenum fuerint persolutæ, & Rex sibi inde, in firma prædicta, debitam Allocationem fieri faciet.

Teste ut supra.

De

Ut tamen de ipsis vobis appareat luculentiùs, dilectos nobis in Christo, Magistrum Richardum de Haveryng, Electum Dublinensem, Johannem de Crombewell, & Magistrum Walterum de Thorp, ad vestri præsentiam destinamus; rogantes attentè quatinus prædictis, Richardo, Johanni, & Waltero, vel duobus eorum, in hiis, quæ vobis ex parte nostrâ super præmissis causis duxerint referenda, fidem velitis plenariam adhibere.

Dat. apud Langele, 19. die Junii.

III. 144. * *Ad Papam, pro Johanne de Elsefeld, ad Terram Sanctam profecturo, Commendatoria.*

Ann. D. SAnctissimo in Christo Patri, Domino C. Divinâ providentiâ,
1309. Sacrosanctæ Romanæ ac Universalis Ecclesiæ Summo Pontifi-
An. 2. ci, Edwardus, ejusdem gratiâ, &c. devota pedum oscula beato-
E. 2. rum.
Rom. 2. Inter illorum opera, qui Christianâ professione censentur, ad hæ-
E. 2. m. reditatem Dominicam, quam inimicorum Christi nephanda teme-
4. d. ritas miserabiliter detinet occupatam, intuitum convertere, & pro liberatione ejusdem ab iniquis manibus eorum corpora exponere non vereri, altissimo gratum fore credimus & acceptum, ipsosque, eo prætextu, reputamus dignos specialis gratiæ & favoris munere.

Cùm igitur prædilectus & familiaris Miles noster, Johannes de Elsefeld, ad Terram Sanctam, pro eorumdem inimicorum rebellione reprimendâ, se divertat, ipsum vestræ Beatitudini specialiter commendamus; affectuosis precibus supplicantes, quatinus eidem Militi nostro in hiis, quæ erga vestram Sanctitatem habet facienda, dignemini, nostrorum rogaminum interventu, Apostolicæ gratiæ munificentiam impertiri.

Conservet vos, &c.

Dat. apud Cestr. 29 die Junii, Anno Domini Millesimo, trecentesimo, nono, Regni verò Regis secundo.

Super depradationibus, tempore quo Comes Thietiæ Flandriæ regimini præsidebat.

Ann. D. REX Nobili viro, Domino R. Comiti Flandriæ amico suo ca-
1309. rissimo, salutem.
An. 2. Suggessit nobis Johannes de Balay, Civis & Mercator Civitatis
E. 2. nostræ Baionæ, quod, cum Dominus Philippus, Comes de Thie-
Claus. 5. te, & Laurethe, frater vester, tempore, quo regimini Terræ Flan-
E. 2. m. driæ præsidebat (guerra inter homines de Flandria, & homines de
1. d. Selandia tunc mota) quandam Navem ipsius Johannis, & bona & Catalla sua in eadem inventa, a præfato Johanne, absque satisfactione aliquâ sibi inde faciendâ, in expeditionem guerræ prædictæ capi, & Litteras suas Patentes de captione illâ, ac de solutione ducentarum & sexaginta librarum (ad quas Naves & bona prædicta æstimabantur) dicto Johanni facienda, fieri fecisset; prout hæc in eisdem Litteris seriosiùs continentur:

Vos Navem & bona illa dicto Johanni restitui, vel sibi de dictâ pecuniæ summâ satisfieri facere (licet ea, diu est, sibi solvi debuis-

Et sexaginta & duodecim solidos, quos similiter, per præceptum ejusdem Patris nostri, liberavit Willielmo Episcopo Sancti Andreæ, commoranti in Prisonâ in Castro Wyntoniensi, & uni Valetto, uni Capellano, & uni Garcioni, sibi ministrantibus.

Et Roberto Episcopo Glasguensi, commoranti in prisonâ in Castro de Porcestriâ, & uni Valetto, uni Capellano, & uni Garcioni, sibi ministrantibus, pro expensis suis, a vicesimo quinto die Augusti, prædicto Anno tricesimo quarto, usque diem Sancti Michaelis proximò sequentem, per triginta & tres dies, utroque die computato; videlicet, utrique Episcoporum, per diem, sex denarios, utrique Valettorum per diem tres denarios, & cuilibet Capellanorum & Garcionum prædictorum unum denarium, & unum obolum.

Nisi prius, &c.

Et recipiatis ab eo brevia prædicti Patris nostri de præcepto per quæ præmissa fecerit: Necnon Litteras Patentes præfatæ Mariæ, expensas tredecim librarum, quindecim solidorum, & quatuor denariorum prædictorum, in prostratione & cariago dictorum roborum appositorum, testificantes.

Teste Rege apud Langele, 15 die Julii.

Per billam de Scaccario.

Pro Johanne de Sandale, de Jure Coronæ manutenendo contra Bullas Papales.

REX Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Prioribus, Deca- Ann. D.
nis, Archidiaconis, Cancellariis, Sacristis, Præbendariis in 1309.
Ecclesiis Cathedralibus seu Collegiatis, & omnibus aliis personis Ec- An. 2.
clesiasticis, in quacumque dignitate vel officio constitutis, ad quos E. 2.
præsentes litteræ pervenerint, salutem. Pat. 3.
Ad conservationem juris Coronæ nostræ eò diligentiùs extendi- E. 2.
mus mentem nostram, quò ad hoc juramenti vinculo astricti sumus, m. 43.
necnon & alios conspicimus dictum jus nostrum nitentes pro viribus impugnare.

Cùm igitur Archidiaconatum Richemundiæ, in Ecclesiâ beati Petri Eborum vacantem, & ad nostram donationem spectantem, dilecto Clerico nostro Johanni de Sandale pleno contulerimus jure nostro:

Et quosdam, effectum collationis nostræ prædictæ impedientes, indè, secundum legem & consuetudinem Regni nostri, in Curiâ nostrâ fecerimus summoneri;

Ac jam intellexerimus quod quidam jura Coronæ nostræ prædictæ enervare, & cognitionem hujusmodi, quæ ad nos mere jure nostro pertinet, impedire præsumentes, Commissiones, per quas nobis de facili præjudicari, & effectus collationis nostræ prædictæ, ac cognitio supradicta minùs justè impediri poterit, alicui vestrûm fieri procurârunt:

Nos, volentes jura nostra prædicta in omnibus manutenere, quatenus bono modo poterimus, & tueri, vobis, omnibus & singulis injungendo, firmiter inhibemus nè, prætextu alicujus Commissionis, vobis, vel alicui vestrûm per quemcumque factæ, vel faciendæ, super Archidiaconatu prædicto, aut aliquibus ad eum pertinentibus, quicquam, nobis inconsultis, facere præsumatis, per quod juri Co-

ronæ

ferit & inquiri.
In cujus, &c.

Teste R. apud Langele, 16. die Julii.

Pro eodem Episcopo de Malefactoribus in Comitatu Northampton.

Ann. D. 1309. An. 3. E. 2. Pat. 3. E. 2. m. 43. d. REX, dilectis & fidelibus suis, Henrico Spigurnel, & Thomae de Burnham, salutem.

Ex querelâ Venerabilis Patris Antonii Episcopi Dunelmensis, & Patriarchae Jerosolimitani, accepimus, quod quidam Malefactores, & pacis nostrae perturbatores, arbores ipsius Episcopi in Bosco suo apud Colynweston, in Comitatu Northamptoniae nuper crescentes, vi & armis succiderunt, & asportaverunt, & alia enormia eidem Episcopo ibidem intulerunt, ad dampnum ipsius Episcopi centum librarum, & contra pacem nostram.

Et, quia trangressionem hujusmodi, si perpetrata fuerit, transire nolumus impunitam, assignavimus vos Justiciarios nostros ad inquirendam per Sacramentum Proborum, &c. de Comitatu praedicto, per quos, &c. de nominibus Malefactorum praedictorum, & de transgressione illa plenius veritatem:

Et ad transgressionem illam audiendam & terminandum, secundum legem, &c.

Et ideo vobis mandamus quod, ad certos, &c. quos ad hoc provideritis, inquisitionem illam faciatis, & transgressionem praedictam audiatis & terminetis in formâ praedictâ.

Facturi, &c.

Salvis, &c.

Mandavimus enim Vicecomiti nostro Comitatûs praedicti quod, ad certos, &c. quos ei scire fac. venire fac. coram vobis tot & tales probos, &c. de Balliva sua, per quos, &c. in praemissis meliùs sciri poterit & inquiri.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Langele, 16. die Julii.

---

* III. 147. * *Pro diversis Abbatibus de licentia transfretandi ad Capitulum generale.*

Ann. D. 1309. An. 3. E. 2. Claus. 3. E. 2. m. 25. REX, dilecto & fideli suo, Roberto de Kendale, Constabulario Castri sui Dovorr. & Custodi quinque portuum suorum, salutem.

Mandamus vobis quòd, dilectum nobis in Christo, Abbatem de Bello loco Regis, cum decem libris, pro expensis suis & familiae suae, in Portu nostro Dovorr. ad Capitulum suum generale, apud Cistersium in proximo celebrandum, transire permittatis: Dum tamen aliquod apportum ad partes praedictas secum non deferat, seu deferri faciat extra idem Regnum, nec aliquid aliud attemptet contra formam ordinationis, nuper per Dominum Edwardum Patrem nostrum indè provisae.

Teste Rege apud Staunford, 29. die Julii.

hoc, sicut nos & honorem nostrum & vestrum, ac commodum Regni nostri diligitis, nullo modo omittatis.

Teste Rege apud Staunford, 30. die Julii.

Eodem modo scribitur subscriptis; videlicet,

Henrico de Lacy Comiti Lincolniae,
Thomae Comiti Lancastriae,
Johanni de Warenna Comiti Surriae,
Petro Comiti Cornubiae,
Johanni de Britannia Comiti Richemundiae,
Humfrido de Bohun Comiti Herefordiae & Essexiae,
Guidoni de Bello Campo Comiti Warr.
Edmundo Comiti Arundell.
Roberto de Veer Comiti Oxoniae,
* *Adomaro de Valentia Comiti Pembrochiae.*
Roberto de Umframvill Com. de Angos,
Mauritio de Berkele,
Theobaldo de Verdun,
Nicholao de Astele,
Johanni de Sancto Johanne,
Radolpho de Monte Hermerii,
Willielmo de Ros de Hamelak,
Roberto filio Walteri,
Willielmo de Leyburn.
Willielmo Martyn,
Thomae de Multon. de Egremund,
Thomae de Multon. de Gillesland,
Johanni de Ferrars,
Roberto de Monte Alto,
Hugoni de Courteney,
Hugoni Despenser,
Hugoni de Veer,
Henrico de Percy,
Radolpho de Freschevill.
Johanni Ingham,
Roberto filio Radolphi,
Johanni Segrave,
Richardo Basset de Willedon,
Philippo de Columbar.
Johanni Beyland,
Warino de Maduc,
Hugoni de Nevill,
Johanni de Herecurt,
Johanni de Nevill,
Johanni de Erle,
Waltero de Pavely,
Reginaldo de Sancto Martino,
Johanni de Insula,
Rogero de Somervill,
Johanni Sauvage,
Magistro Willielmo de Bosco,
Henrico Sturmy,
Simoni de Monte Acuto,
Johanni de la Mare de Bradewell,
Radolpho Paynell,
Johanni de Herbury,
Johanni de Fenes,
Andreae de Estele,
David de Fletewyk,
Nicholao de Meynill,
Willielmo de Zouche,
Johanni de Moubray,
Thomae Bardolfe,
Roberto Tony,
Thomae de Berkele,
Johanni Louell de Tychemershe, * III. 148.
Roberto filio Rogeri,
Roberto de Clyfford,
Richardo de Grey,
Johanni de Sumery,
Johanni de Grey,
Johanni de Orreby,
Thomae de Cailly,
Marmaduco de Twenge,
Radolpho de Gorges,
Radolpho filio Willielmi,
Alano la Zousche,
Thomae de Fournevall,
Willielmo de Brewes,
Petro de Malo Lacu,
Johanni de Bello Campo de Somers.
Henrico de Bello monte,
Radolpho Basset de Drayton.
Philippo de Kyme,
Pagano Tybetot,
Johanni de Mohun,
Willielmo de Grandisono,
Edmundo de Eyncurt,
Johanni de Buttecurt,
Johanni Lestraunge de Knokyn,
Johanni de Sudle,
Johanni d'Aubenye,
Roberto de Reymes,
Johanni de Northwode, Sen.
Henrico de Urtiaco,
Johanni filio Johannis,
Adomaro de Nodar.
Alexandro de Balliolo,
Ingelramo Berng,
Johanni de Maundevill,
Richardo Lovel,
Richardo de Cropes,
Andreae de Grymstede,
Willielmo de Cauntvil,

Ob-

Nicholao de Pointz, *Johanni Clynton,*
Willielmo de Chauncy, Baroni de *Johanni Spryngs.*

REX venerabili in Christo Patri, W. eadem gratia, Archiepiscopo Eborum, Angliæ Primati, salutem.

Quia Treuga, &c. ut supra, viriliter reprimend.

Vobis mandamus, in fide & dilectione quibus nobis tenemini, firmiter injungentes, quod dicto die habeatis apud dictam Villam de novo Castro super Tynam, totum Servitium, quod nobis debetis, promptum & paratum ad proficiscendum exinde nobiscum, in dictam expeditionem nostram, contra Inimicos & Rebelles nostros supradictos; & hoc, sicut nos, &c. ut supra.

Teste ut supra.

Eodem modo scribitur subscriptis; videlicet,

J. Karliolensi Episcopo,	*Abbati de Hida Winton.*
A. Dunolmensi Episcopo,	*Abbati de Michelneye,*
J. Lincolniensi Episcopo,	*Abbati de Rameseye,*
J. Norwicensi Episcopo,	*Abbati de Burgo Sancti Petri,*
H. Eliensi Episcopo,	*Abbati de Thorneye,*
R. Londoniensi Episcopo,	*Abbati de Certes,*
W. Coventriensi & Lichefeldensi Episcopo,	*Abbati de Abbotesbury,*
	Abbati de Pershor.
R. Herefordensi Episcopo,	*Abbati de Evesham,*
S. Sarum Episcopo,	*Abbati Sancti Benedicti de Hulmo.*
J. Cicestriensi Episcopo,	
W. Exoniensi Episcopo,	*Abbati Sancti Petri Gloucestriæ,*
J. Bathoniensi & Wellensi Electo,	*Abbati de Malmesbury,*
	Abbati de Shireburn.
W. Wigorniensi Episcopo,	*Priori de Coventr.*
H. Wintoniensi Episcopo,	*Priori de Bromholm.*
Abbati Sancti Augustini Cantuar.	*Abbatissæ de Wynton.*
Abbati Sancti Edmundi.	*Abbatissæ Sanctæ Mariæ Wynton.*
Abbati de Wynchecumbe,	
Abbati de Cerne,	*Abbatissæ Shafton.*
Abbati de Glaston.	*Abbatissæ Berking,*
Abbati de Abyndon.	*Abbatissæ de Romeseye.*

Ad Regem Franciæ de mutua visione, propter Scotos, impedita.

Ann. D. 1309. *An.* 3. E. 2. *Rom.* 3. E. 1. *m.* 3. *in Cedula.* * III. 150.

A Tresexcellent & trespuissaunt Prince, son trescher & tresamez Pere, Ph. par la grace de Dieu, noble Roy de France, Edward, par la meisme grace, &c. saluz & treschiers amistez.

* Treschier Sire, nous avoms bien entendu les lettres de creaunce, que vous nous enveastes par Monsire Mahen de Varennes vostre Chevalier, Portour de cestes, & ce que Monsire Mahen nous ad dit depar vous.

E de ce, Sire, q'il nous ad dit, par meisme la Creaunce, que vous voudriez savoir si nous vousissiens prendere autre journee de la veue de vous & de nous.

Vous, Sire, sauez, par nos messages, qui étoient a vous plus tardes que n'estoit le dit Monsire Mahen, que noz busoignes d'Escoce sont en tiel estat, que nous ne nous porroms bonement treire vers autres parties tant que autre consail y soit mys:

De quoi vous nous avez mandez par voz lettres, que vous nous en tenez pour excusez, dont nous vous mercioms cherement.

les deux certes, les queles Monsire Mahen de Varennes, vostre Chyvaler, qui nous porta vos lettres escrit de sa mein propre a sire Robert de Brus; dont l'une est escrite a lui, come au Counte de Carryk, & l'autre aussint, come au Roi d'Escoce; sicome piert plus pleinement par meismes les lettres: E. 2. *Rom.* 3. E. 2. *m.* 3. *in Cedula.*

E cele lettre, qe est escrite au dit Robert, come a Counte de Carrik, le dit Mahen envoia en une boiste overtement; & l'autre fist il cloustre en brael le Portur de lettres avanndites.

A queu chose, Sire, nous tenoms suspecionouse ausibien pur la manere del Envoi, come pur les choses contenues en l'une de iceles lettres;

A quei, Sire, si vous plest, voillez aver regard pur le honeur de vos & de nous.

Et, Sire, par cest enchefon, fust le dit Monsire Mahen delay de nostre respouns aver as deraneres lettres, que vous nous envoiastes par lui.

Don. a Staumford, le 3 jour du Moys d'August.

Ad Comitem Hollandiæ de discordiis hinc inde inter subditos pacificandis.

Ann. D. 1309. *An.* 3 E. 2. *Claus.* 3. E. 2. *m.* 24. *dor.* * III. 151.

REX nobili Viro, Domino Willielmo, Hanoniæ, Holandiæ & landiæ Comiti, ac Frisiæ Domino, amico suo carissimo, salutem.

Cùm vos Christianum de Raphurst militem ad nos, cum plenâ potestate * tractandi (unâ cum quibusdam aliis de potestate vestrâ, similiter ad nos missis) nomine vestro, super diversis discordiis & contentionibus, inter gentes nostras ex parte unâ, & gentes de potestate vestrâ, ex alterâ suscitatis: & ad discordias & contentiones illas pacificandas, nuper duxeritis transmittendum;

Tandem, in Parliamento nostro, apud Staumford, habito diligenti tractatu cum illis de consilio nostro, & præfato Christiano, ac cæteris secum missis, super discordiis & contentionibus memoratis, inter ipsos ibidem ordinatum & concordatum extitit in hunc modum; videlicet,

Prædicti, Chistianus & socii sui statim, antequam ad alia procedatur, inveniant sufficientem securitatem de satisfaciendo illis de Regno nostro (quorum dampna clara & recognita esse noscuntur) viz. Waltero le Ken de Lincolnia, & sociis suis, de nongentis, & quadraginta, & quatuor libris: & Richardo Wak, & Johanni Wype, de ducentis, & quadraginta, & novem libris, certis inter eos terminis concordatis:

Et quod vos, infra potestatem vestram, certos assignabitis Justiciarios, ad querelas hominum nostrorum, de hominibus vestris, infra potestatem vestram, conqueri volentium, audiendas; & ad plenam & celerem Justitiam hujusmodi conquerentibus exhibendam:

Et quod nos similiter hujusmodi assignabimus Justiciarios, qui querelas hominum vestrorum, de hominibus nostris, infra potestatem nostram, conqueri volentium, potestatem habeant audiendi, & plenam ac celerem inde justitiam querelantibus faciendi:

Quodque vos hominibus nostris infra potestatem vestram, ad querelas suas inibi prosequendas, venire volentibus, salvum & securum Conductum præstare debetis, dum fecerint ibi moram:

Quod etiam nos hominibus vestris, querelas suas infra Regnum nostrum prosequi volentibus, faciemus.

Præterea, concordatum est quod arestationes, pro dampnis non claris, hinc inde faciendæ, cessent; & si quæ factæ sint, interim revocentur.

• III. 152. plaindre des gentz du poer le dit Conte, qi des gentz le dit Roi le vourdront pleindre a hastiff dreit e amendes faire sur les dites pleintes.

E, en mesme la manere, le dit Conte assignera certains Justices, dans son poer, a oyer les dites pleintes des gentz d'Engleterre, qi des gentz le dit Conte se vodront pleindre, & a hastif dreit & amendes faire a tieu manere de pleintes des gentz d'Engleterre.

Et le dit Cont fera doner sauf & seur conduyt a touz les gentz d'Engleterre, qi dentz son poer vodrent venir, por leur pleintes suyr vers nul de ses gentz.

E, en autiele manere, fera le Roi d'Engleterre a les gentz du poer le dit Cont.

E deyvent les gentz d'Engleterre, qe se vodront pleindre des gentz le dit Cont, monstrier leur pleintes, & commencer leur suit devant les Justices, qi le dit Conte assignera, quele oure q'il vodront, entre cy e la Chandelour prochein avenir.

Et les gentz le dit Conte, qi ausi se vodront pleindre des gentz d'Engleterre, devient monstrer leur pleintes, e leur suite comencier, quel houre quil vodront, entre cy e la Paske, devant les Justices que le dit Roi assignera.

E est acorde qe les gentz du poer le dit Cont, qe se vodront pleindre des gentz d'Engleterre de nul manere de roberie, prise ou arest, devient monstrer leur pleintes devant les Justices, qe le dit Roi assignera sicome est avantdit.

E par les gentz d'Engleterre deit estre fait la pruve de celes pleintes, nomeement des biens pris des gentz le dit Conte par les gentz d'Engleterre, e en Engleterre recettes, e ausint des biens par aillours recettes, si avant come la pruve se peusse faire par Engleys; e si, par cas, la pruve ne se peusse mie faire par Engleys, le dit Roi maundera au Seignur du lieu la, ou les biens furent pris, ou recettes, en priant qil enquerge, e certefie del fait, e le Roi, apres ceo qil en serra certefie ou par temoignance soubz seal commun dascun Comunalte, ou par pruve prise en due manere, en ferra droit.

E, en mesme la manere, serra fait des gentz d'Angleterre, qe se vodront pleindre des gentz du poer le dit Conte, si la pruve de leur pleintes ne se puisse mye faire par les gentz de mesme celi poer, sicome est avant dit.

Et devient les arestz, faitz dune part e dautre, por choses noun cleres, endemettiers cesser: e, si nul en soit fait, doit estre repelle; e devient endemettiers les Marchandes du poer le dit Roi, e les Marchandes du poer le dit Conte sauvement & seurement venir, d'une part e d'autre, od leur biens & Marchandes, & leur Marchandies user seurment, sanz desturbance ou empeschement.

Et, memorandum quod, virtute Indenturæ prædictæ, directæ sunt litteræ Ballivis & Vic. subscriptis in formâ subscriptâ.

De potestate tradita Justiciariis ad faciendam hominibus de Holandia justitiam.

Ann. D. 1309. An. 3. E. 2. Pat. 3. E. 2. m. 41. d.

REX, dilectis & fidelibus suis, Johanni de Thorp. & Willielmo de Ormesby, salutem.

Cùm nobilis Vir Willielmus Hanoniæ, Holandiæ, & Selandiæ Comes, ac Frislandiæ Dominus, Christianum de Raphurst Militem suum, ad nos, cum plena potestate tractandi (unà cum quibusdam aliis de potestate dicti Comitis similiter ad nos missi) nominis, Tolleti, Galliciæ, Sevillæ, Cordubiæ, Murciæ, Jehennæ, & Algarbiæ, Regi illustri, ac Domino de Molinis, Consanguineo suo karissimo, Edwardus, eadem gratiâ, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, Dux Aquitaniæ, salutem, & prosperos ad vota successus.

1309. An. 3. E. 2. Claus. 3. E. 2. m. 24. d.

Accedens ad nos Guillielmus Perri de Fonte, Civis noster Baionæ, nobis exposuit, graviter conquerendo, quòd,

Cùm ipse nuper, durante tempore Treugarum (inter Cives nostros Baionæ, & homines vestros de Castro Sancti Emeterii, & de Leredo, de assensu, bonæ memoriæ, Domini Edwardi, quondam Regis Angliæ, Patris nostri, ad requisitionem vestram initarum) quandam Navem suam, cum diversis bonis & mercimoniis suis oneratam, ad Civitatem Ulixbon ducere voluisset, ad negotiandum ibidem de eisdem: Ac Navis illa, impulsu venti contrarii, usque ad portum Villæ vestræ de Vivero agitata fuisset, & ibidem applicata,

Quidam homines vestri, Villarum prædictarum de Castro de Sancto Emeterio, & de Leredo, Navem illam vi & armis fuerunt aggressi, & in homines, in eadem Navi existentes, insultum fecerunt, & quosdam ex illis interfecerunt, & quosdam alios vulneraverunt, & malè tractaverunt, ac bona & mercimonia ejusdem Guillielmi, in eadem Navi inventa, ceperunt, & asportaverunt, ac eandem Navem, bona & mercimonia prædicta, ad valorem Octingentarum librarum Sterlingorum, adhuc ei detinent taliter occupata, in ipsius Guillielmi grave dispendium, & depauperationem manifestam.

Et, quamvis idem Willielmus litteras Majoris & Communitatis prædictæ Civitatis Baionæ diversis vicibus vobis tulerit, supplicando ut vos, habito respectu ad treugas prædictas, ei de Nave & bonis prædictis restitutionem fieri faceretis, & penes vos, pro justitiâ super hoc optinendâ, institerit cum diligentiâ oportunâ; nichil tamen inde potuit hactenus consequi, aut super hoc aliqualiter exaudiri:

Unde nobis instanter supplicavit, ut suæ paupertati & inopiæ compati, & ei in hac parte providere de remedio curaremus:

Ac nos, qui præfato Guillielmo, sicut & cæteris de Dominio & potestate nostrâ, sumus in exhibitione justitiæ debitores, hujusmodi dampna tàm enormia, & tàm atroces injurias, si ei taliter illata fuerint, nequeuntes sub dissimulatione pertransire;

Escabinos, Consules, ac Communitates Villarum prædictarum, de Castro de Sancto Emeterio, & de Leredo, per nostras litteras speciales duximus requirendos, ut ipsi, auditâ querelâ ipsius Guillielmi super præmissis, ac habitâ consideratione ad treugas supradictas, super restitutione Navis, bonorum, & mercimoniorum prædictorum, ac dampnorum, quæ ipsum rationabiliter constiterit, occasione detentionis prædictæ, incurrisse, exhibeant justitiæ complementum; ita quod, in ipsorum defectu, non oporteat, pro ipso, de alio remedio provideri.

Vestram igitur magnificentiam attentè requirimus & rogamus, quatinus, si contingat præfatos Scabinos, Consules, & Communitates, in justitiâ, præfato Guillielmo in hac parte exhibendâ, negligentes existere & remissos, tunc vos, si placet, in ipsorum defectum, querelam ipsius Guillielmi audiri, & ei super restitutione Navis, & bonorum, necnon & dampnorum prædictorum, * talem jubeatis justitiam exhiberi, quod non oporteat ipsum, ex hac causâ, ad nos recurrere iteratò, per quod de alio, pro ipso, remedio providere debeamus. • III. 153.

Dat. apud Staunford, 5. die Augusti.

De

justitiam exhibere.

Data apud Staunford, quinto die Augusti.

Ad Regem Franciæ de Procuratoribus pro Comitatu Pontivi.

Ann. D. 1309. An. 3. E. 2. Rom. 3. E. 2. m. 3. in Cedula.

EXcellentissimo Principi, Patri ac Domino suo carissimo, Domino Philippo, Dei gratiâ, Francorum Regi illustrissimo, Edwardus, eadem gratiâ, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, Dux Aquitaniæ, Comes Pontivi & Mostreoli, salutem.

Regiæ Majestati vestræ significamus quod nos in omnibus causis, querelis & negotiis, terram seu Comitatum nostrum Pontivi & Mostreoli qualitercumque tangentibus, quas habemus vel habituri sumus contra quascumque personas, Ecclesiasticas vel seculares, tàm pro nobis, quàm contra nos, coram vobis, vel Parliamentum, seu locum vestrum tenentibus, in vestro proximo futuro Parliamento post instans Festum omnium Sanctorum,

Magistrum Radulfum de Lesseu, Nicholaum de Gayton, Egidium Morel, & quemlibet eorum in solidum, ita quod non sit melior conditio occupantis, set, quod per unum eorum fuerit inceptum, per alium valeat prosequi & terminari, fecimus, constituimus & ordinavimus Procuratores nostros:

Dantes & concedentes dictis Procuratoribus, & cuilibet eorum in solidum, ut prædictum est, potestatem & speciale mandatum agendi pro negotiis Terræ, seu Comitatûs prædicti: Petendi & defendendi jura & libertates ejusdem: Requirendi, advocandi pro nobis, & nomine nostro compromittendi & pacificandi: Auditores petendi: Commissiones renovandi: Diem seu dies prorogandi: Alium vel alios Procuratorem vel Procuratores loco sui substituendi, qui talem & consimilem, qualem Procuratoribus nostris prædictis concessimus, in omnibus habeat, vel habeant potestatem; & omnia alia faciendi quæ veri & legitimi Procuratores, seu Substituti facere possent, vel * quæ nos faceremus, seu facere possemus si præsentes essemus:

* III. 155.

Ratum habituri, gratum & firmum quicquid per dictos Procuratores, vel quemlibet eorum, ut prædictum est, vel per Substitutum, vel Substitutos eorum, actum fuerit, dictum, seu etiam procuratum;

Promittentes rem ratam haberi, judicatum solvi, sub ypothecâ rerum & bonorum nostrorum Terræ seu Comitatûs nostri Pontivi supradicti:

Quod vobis, vel Parlamentum, seu locum vestrum tenentibus, & omnibus aliis, quorum interest, vel interesse potest, tenore præsentium, sigillo nostro sigillatarum, significamus.

Dat. apud Staunford, 5. die Augusti, Anno Domini 1309, Regni verò nostri tertio.

Ratificatio Conventionum cum Majore & Scabinis Abbatis Villa.

Ann. D. 1309. An. 3. E. 2. Rom. 3. E. 2. m. 3. in Cedula.

EDward, par la grace de Dieu, Rois d'Engleterre, Sires d'Irlande, & Ducs d'Aquitayne, Counte de Pont. & de Monstruil, & Isabel sa Compaigne, par meisme cele grace, Royne, Dame, Duchesse & Contesse des liex devant nomez, à touz ceux, que ces Lettres verront ou orront, salutz.

Savoir fesoms à touz, que la pais & l'acord,

En tesmoignance, &c. ut supra.

Don. ut supra.

Ratificatio Concessionis factæ Raymundo Guillielmi de Budos Nepoti Papæ.

REX omnibus, ad quos, &c. salutem. Ann. D. 1309. An. 3. E. 2. Vasc. 3. E. 2. m. 9.

Inspeximus quasdam Patentes Literas sigillis Venerabilis Patris W. Wygorniensis Episcopi, & dilectorum & fidelium nostrorum, Johannis de Britannia Richemundiæ, & Adomari de Valentia Pembrochiæ, Comitum, * signatas, formam quæ sequitur, continentes;

* I. 156.

Universis Christi Fidelibus, tam præsentibus, quam futuris, Walterus, Dei gratiâ, Wyggorn. Episcopus, Johannes de Britannia Richemundiæ, & Adomarus de Valentia Pembrokiæ, Comites, per Dominum nostrum Edwardum, Dei gratiâ, Regem Angliæ, Ducem Aquitaniæ, &c. *prout supra de 15. die Maii, A. secundi, usque hæc verba, videlicet,*

Nos igitur dictas Concessionem & assignationem in formâ, superiùs nominatâ, factas, tenore præsentium, ratificamus & etiam confirmamus, cujuslibet jure salvo;

In quarum ratificationis & confirmationis testimonium, has Literas nostras fieri fecimus Patentes.

Dat. apud Staunford, quinto die Mensis Augusti.

De intendendo præfato Raymundo super Concessione prædicta.

REX Senescallo suo Vasconiæ, vel ejus locum tenenti, salutem. Ann. D. 1309. An. 3. E. 2. Vasc. 3. E. 2. m. 9.

Cùm Venerabilis Pater, W. Wygorniensis Episcopus, & dilecti & fideles nostri, Johannes de Britannia Richemundiæ, & Adomarus de Valentia Pembrochiæ, Comites.

Nuper ad Curiam Domini Summi Pontificis in Nuncium nostrum missi, habentesque potestatem a nobis concedendi, & faciendi super quadam supplicatione, quam Reimundus Guillielmi de Budos Miles nobis fecerat, de alto & basso justiciatu & proprietate, cum omnibus aliis & singulis juribus, deveriis, & suis pertinentiis universis, quæ habemus in Parochia de Budos, Burdegalensis Diocesis, eidem Reimundo per nos dandis, & concedendis, quæ ad honorem & commodum nostrum possent cedere in hac parte,

Dictum altum & bassum justitiatum, proprietatem, & omnia alia & singula jura, & deveria, cum omnibus pertinentiis suis, quæ habuimus in dictâ Parochiâ de Budos, præfato Reymundo Guillielmi suisque Hæredibus, de corpore suo legitimè procreatis, nomine nostro concesserint & assignaverint: Resorto, & omni aliâ superioritate nobis & Successoribus nostris, super præmissis, salvis & retentis, cum Homagio ligio nobis, & nostris Successoribus, Hæredibus Ducatûs Aquitaniæ, faciendo, & unâ Lanceâ, cum ferro novo deaurato, pro Sporla, in mutatione Domini, semper solvendâ:

Ac nos dictas, concessionem & assignationem, per nostras Patentes Litteras, ratificaverimus & confirmaverimus cujuslibet jure salvo, prout in Litteris nostris prædictis pleniùs continetur;

Vobis mandamus quod eidem Reymundo dictum altum & bassum justiciatum, ac proprietatem, in Parochiâ prædictâ, sine dilatione liberetis; ipsumque Reimundum & Hæredes suos prædictos omni-

De partibus de Anglesey quadringentos:
De partibus de Meryonnith & Ardudo trescentos:
De Comitatu de Kaernervan ducentos;
Et de partibus de Meillorsfnek Centum,
De validioribus & potentioribus partium illarum:

Ita videlicet quod, si aliqua locorum illorum numero peditum fuerint nimis onerata, tunc numerum illum ibidem diminui, & alia loca inde onerari faciatis, prout juxta discretionem vestram melius videritis faciendum; hoc semper observato quod numerus prædictus, videlicet, mille & quadringentorum peditum, de dictis partibus habeatur.

Assignavimus etiam vos, præfati, Griffine & Yerwarde, ad dictos pedites,

Simul cum ducentis hujusmodi peditibus, de hominibus dilecti & fidelis nostri Johannis de Grey, de partibus de Diffrencleyt: Et ducentis de hominibus dilecti & fidelis nostri Henrici de Lacy Comitis Lincolniæ, de partibus de Ros & Rowennok: Et trescentis de hominibus dilecti & fidelis nostri Johannis de Warrenna Comitis Surriæ, de partibus de Bromfeld & Yial: Et Centum de hominibus dilecti & fidelis nostri Roberti de Monte Alto, de partibus de Mohautdale; quibus quidem, Johanni, Comitibus, & Roberto, mandavimus, rogando, quod prædictos homines pedites, de partibus suis prædictis, in expeditionem nostram prædictam eligi, & vobis, aut uni vestrum nomine nostro faciant liberari,

Ad nos usque Berewycum super Twedam ducendos, ita quod sint ibidem in Octabis Sancti Michaelis, proximo futuris ad ultimum, armis competentibus bene muniti, ac prompti & parati ad proficiscendum exinde nobiscum in dictam expeditionem nostram, contra inimicos & rebelles nostros supradictos.

Et ideo vobis mandamus quod prædictos mille & quadringentos homines pedites, de dictis partibus de Englefeld, Englefeye, Meryonnith, Ardudo, Comitatu de Kaernervan, & de partibus de Meillorsfnek eligatis; & vos prædicti, Griffine & Yerwarde, eos, simul cum dictis peditibus, hominibus prædictorum Johannis, Comitum, & Roberti, ad nos, ad dictos diem & locum, ducatis, sicut prædictum est.

Et in negotio isto vos taliter habeatis, quod expeditio nostra prædicta, per vestri defectum, quod absit, nullatenus retardetur; set quod diligentiam vestram, & sollicitudinem, in hac parte, debeamus meritò commendare.

Mandavimus enim Camerario nostro de Kaernervan, quod omnibus peditibus prædictis vadia sua solvat, a die, quo de dictis partibus se moverint, quousque venerint usque Cestriam:

Et dilectum Clericum nostrum, Robertum de Haliwell, assignavimus ad solvendum eisdem peditibus vadia sua, ab eadem Villâ Cestriæ, quousque ad nos venerint apud dictam Villam de Berewico.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Staunford, 5. die Augusti.

EOdem modo assignantur Rogerus de Mortuo Mari, Justic. Walliæ, Walterus de Pederton, Philippus ap Howell, Morganus ap Mereduk, Stephanus de la More, & Walterus Hakelut, quinque, quatuor, tres, & duo eorum, ad eligendum duo Milia hominum peditum in partibus Suthwalliæ; videlicet,

De Comitatu Kaermerdyn quadringentos: Et de partibus de Powys quingentos: Et de partibus de Buelt & Elvail ducentos: Et de partibus de Straddewy quadringentos: Et de partibus de Cardygan dictis eligatis, & vos, præfate Thoma, eos ad nos, ad dictos diem & locum, ducatis in formâ prædictâ:

Et in negotio isto, &c.

Assignavimus autem dilectum Clericum nostrum, Richardum de Duffeld, ad solvendum prædictis peditibus vadia sua a die, quo a Comitatibus prædictis se moverint, quousque ad nos venerint apud dictam Villam de Berewyco.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Staunford, 5. die Augusti.

Eodem modo assignantur subscripti, in Comitatibus subscriptis, ad eligendum homines pedites; videlicet,

Robertus de Holand Justiciarius Cestriensis, Walterus de Beyssy, & Thomas de Tyrneleye, & duo eorum, ad eligendum in Comitatu Cestriæ Centum homines pedites; & prædictus Walterus eos ducet, &c.

Iidem, Walterus & Thomas, & Vicecomes Staffordiæ, & duo eorum, ad eligendum in Comitatu Staffordiæ ducentos & quinquaginta homines: & idem Walterus eos ducet, &c.

Iidem, Walterus & Thomas, & Vicecomes Herefordiæ & duo eorum, ad eligendum in Comitatu Herefordiæ ducentos homines pedites; & idem Walterus eos ducet, &c.

Iidem, Walterus & Thomas, & Vicecomes Salopiæ, & duo eorum, ad eligendum in Comitatu Salopiæ Centum & quinquaginta homines pedites; & idem Walterus eos ducet, &c.

Robertus de Marchumleye est ibi, Clericus.

Matheus de Redeman, Willielmus de Clifton, & Vicecomes Lancastriæ, & duo eorum, ad eligendum in Comitatu Lancastriæ quingentos homines; & idem Matheus eos ducet, &c.

Johannes de Creppyng, Galfridus de Hothum, & Robertus de Bonynton, & Vicecomes Eborum, & duo eorum, ad eligendum in Comitatu Eborum Mille homines pedites, & idem Johannes eos ducet, &c.

Johanne de Geyregrave, Clerico.

Willielmus de Felton, Richardus de Horsle & Vicecomes Northumbriæ, & duo eorum ad eligendum in Comitatu Northumbriæ, quadringentos homines; ita quod sint apud Villam de Novo Castro super Tynam tertio die Octobris, proximo futuro ad ultimum, armis * competentibus bene muniti, ac prompti & parati ad proficiscendum exinde usque villam Regis de Berewico super Twedam; & ab eadem villa de Berewyco ulterius cum Rege, in dictam expeditionem Regis, contra inimicos & Rebelles Regis supradictos: & prædictus Willielmus eos ducet usque dictam villam de Novo castro, & exinde, &c. * III. 159.

Rex autem mittet quendam Clericum suum usque dictam villam de Novo Castro prædicto, tertio die Octobris, ad solvendum prædictis hominibus vadia sua a die, quo a partibus suis, *&c.* quousque, *&c.* apud dictam villam de Berewyco.

In cujus, &c.

Teste, ut supra.

REX Vicecomiti Cumbriæ, salutem.

Quia Treuga sive sufferentia, *&c. ut supra.*

Tibi præcipimus quod in dicto Comitatu tuo, tam infra libertates,

In hac parte taliter vos habentes, quod diligentiam vestram debeamus indè meritò commendare.
In cujus, &c.

Teste ut supra.

De Comitum & Baronum sigillis Literis, Papæ mittendis, appendendis.

Ann. D. 1309. An. 3. E. 2. P. 3. E. 2. m. 40. REX dilectis & fidelibus suis, Comitibus & Baronibus suis, salutem.

Cùm, pro utilitate Regni nostri in Parliamento nostro, apud Staunford pridem congregato, de consensu nostro inter vos extiterit concordatum quod litteræ Domino Summo Pontifici, pro remedio habendo super oppressionibus & gravaminibus, quæ dictum Regnum patitur hiis diebus, vestro nomine transmittantur; quæ quidem litteræ sunt confectæ, & ipsis aliquorum vestrorum sigilla, ut intelleximus, sunt appensa:

* III. 160. * Vobis mandamus quòd hujusmodi litteris, vobis per latorem præsentium exhibendis, sigilla vestra, pro commodo dicti Regni nostri, apponi faciatis.

Teste Rege apud Staunford, 6. die Augusti.

Pro Bathon. & Wellen. electo ad Papam commendatoria.

Ann. D. 1309. An. 3. E. 2. Rom. 3. E. 2. m. 4. SAnctissimo, &c. ut supra, Edwardus, eadem gratiâ, devota pedum oscula beatorum.

Laudabilia & meritoria obsequia, quæ dilectus Clericus noster Johannes de Drokeneford, permissione ejusdem, Bathoniensis & Wellensis Ecclesiarum electus confirmatus, bonæ memoriæ, Domino Edwardo, Patri nostro, vixerat, & nobis diu & fideliter præstitit, nos excitant & inducunt ut ea propensius cogitemus, quæ sibi, in suis necessitatibus, subvenire & cedere poterunt in honoris augmentum.

Attendentes igitur quod dictus noster Clericus, propter graves & immoderatas expensas, quas ipse, dum Patri nostro prædicto, ut præmittitur, deservivit, tàm in missionibus longinquis negotiorum, pro periculis guerrarum evitandis, quàm in retentione multitudinis armatorum, in diversis partibus guerrarum, ob tutelam corporis sui, de suo apposuit, & alia diversa sumptuosa onera, quæ sibi illis temporibus, & etiam ab illo tempore sæpius evenerunt, ære alieno est graviter oneratus:

Et ad hæc, pro consecratione suâ, jam instanti, & in duobus solempnibus ingressibus, quos in Episcopatu prædicto, in duabus Ecclesiis, secundum earumdem consuetudinem, est facturus, ipsum multo majus debitum pro diversis sumptubus & expensis incurrere oportebit:

Ad quæ debita solvenda & onera supportanda nichil de Episcopatu prædicto quoad annum futurum percipiet; quin, circa semen & culturam terrarum, & statûs Episcopatûs reformationem in multis & variis, quæ requiruntur, percepta, & multa majora de suo refundet;

Vestræ Sanctæ & reverendæ Paternitati ex corde supplicamus ...genda:

* Et hoc, sicut nos, & honorem, ac commodum nostrum & vestrum diligitis, cum omni diligentia, quâ poteritis, faciatis. * III. 161.

In cujus, &c. quamdiu nobis placuerit duratur'.

Teste Rege apud Langele, 16. die Augusti.

Eodem modo assignantur subscripti, in locis subscriptis; videlicet,

Johannes de Moubray & Alexander de Abbernythy, ultra mare Scotiæ.

Ingelramus de Umframvill, Johannes de Sancto Johanne, & Richardus de Syward in partibus Galewidiæ,

Willielmus de Ros de Hamelak, Robertus de Keth, & Henricus de Bello Monte, citra mare Scotiæ, inter Villam de Berewico super Twedam in aquam de Ford, necnon & Marchias Vallis Anandi, de Carryk, & de Galwydia, si Robertus Umframvill assumat custodiam totius terræ Scotiæ.

Et mandatum est Roberto de Umframvill, Comiti de Anegous, quod præfatam custodiam, unà cum præfatis, Willielmo & Henrico, assumat, & unà cum eis ad eandem intendat, prout ad majorem quietem & salvationem hominum, ad pacem & fidem Regis in Terra prædictâ existentium, necnon & repulsionem dictorum inimicorum fore viderit faciendum; & prout Magister Johannes de Weston, & Alexander le Convers, quos ad partes prædictas Rex mittit ex hac causâ, vel unus eorum ei plenius scire facient, vel faciet ex parte Regis; in hac parte taliter se habens, quod fidelitatis suæ constantiam & circumspectionis industriam Rex debeat inde meritò commendare.

Teste Rege, ut supra.

Eodem modo mandatum est cuilibet prædictorum, Willielmi, Henrici, Roberti de Keth, Johannis, Alexandri, Ingelrami, Johannis & Ricardi, mutatis mutandis.

Ad Papam, cui grates refert de beneficiis sibi factis.

PApæ Rex devota pedum oscula beatorum. Ann. D. 1309. An. 3. E. 2. Rom. 3. E. 2. m. 3. d.

De immensis gratiarum & beneficiorum largitionibus, de vestræ Paternitatis munificentiâ, nobis factis, & specialiter de negotio illo, pro quo Magistrum Reymundum de Pynibus, Clericum vestrum & nostrum, ad nostram præsentiam transmisistis, beatitudini vestræ ad uberes gratiarum assurgimus actiones:

Intimè supplicantes quatinus præfatum Clericum, quem, licet invitum, ut vos, qui honorem nostrum & commodum, sicut experimento didiscimus, affectatis, de statu nostro & negotiorum nostrorum possit apertiùs reddere certiores, nobiscum retinuimus usque modo, habere dignetur vestra clementia super morâ suâ hujusmodi excusatum.

Et, quia de statûs vestri continentiâ prosperos audire rumores corditer affectamus, vestræ placeat Sanctitati nos inde frequenter, ad nostri consolationem, per litteras & per Nuncios reddere certiores.

Conservet, &c.

Dat. apud Langele, 19. die Augusti.

Teste ut supra.

Et mandatum est Roberto de Umframvill Comiti de Anegos, Willielmo de Ros de Hamelak, & Henrico de Bello Monte, quos Rex assignavit Custodes citra mare Scotiæ, inter Villam de Berewico super Twedam, & aquam de Forde, necnon & Marchias Vallis Anandi, de Carryk, & Galwidia, quod præfato Roberto de Clifford, tanquam Capitaneo, & Capitali Custodi Regis Terræ Scotiæ, in hiis, quæ ad repulsionem dictorum inimicorum, & ad quietem & Salvationem hominum, ad pacem & fidem Regis in eadem Terrâ existentium, pertinere poterunt, sint intendentes, consulentes & auxiliantes, quotiens & quando idem Robertus eis scire fecerit ex parte Regis:

Et hoc, sicut Regem, & honorem Regis, & commodum diligunt, cum omni diligentiâ, quâ poterunt, faciant.

Teste ut supra.

Eodem modo mandatum est Ingelramo de Umframvill, Johanni de Sancto Johanne, & Ricardo Syward, partium Galewidiæ.

Eodem modo mandatum est Johanni de Moubray & Alexandro de Abbernythy, Custodibus partium ultra mare Scotiæ.

Et mandatum est Vicecomitibus Northumbriæ, Cumbriæ & Westmerlandiæ quod præfato Roberto de Clifford in hiis, quæ ad salvationem hominum, ad pacem & fidem Regis in Terrâ Scotiæ existentium, nec non & ad repulsionem dictorum inimicorum & rebellium fieri poterunt, cum toto posse, sint intendentes & respondentes, consulentes & auxiliantes, quotiens & quando idem Robertus eis scire fecerit ex parte Regis.

Et hoc, sicut Regem, & honorem Regis & commodum & suum diligunt, cum omni diligentiâ, quâ poterunt, faciant.

In cujus, &c.

Et mandatum est eidem Roberto de Clifford, quod custodiam prædictam assumat, & eidem custodiæ, cum omni diligentiâ, quâ poterit, intendat; ita quod fidelitatis suæ constantiam, & circumspectionis suæ industriam Rex indè debeat meritò commendare.

Teste Rege, ut supra.

Consimiles Commissiones, de verbo ad verbum, fiunt, sub nomine Roberti de Umframvill, Comitis de Anegos, de custodiâ Terræ prædictæ.

Teste ut supra.

Et mandatum est eidem Roberto, quod custodiam illam assumat, & eidem intendat, *&c. ut supra.*

Et mandatum est Willielmo de Bevercote, Cancellario Scotiæ, quòd, cum Rex, per litteras suas patentes assignaverit Robertum de Clifford Capitaneum & Capitalem Custodem totius Terræ Scotiæ, quamdiu Regi placuerit;

Et Roberto de Umframvill, Comiti de Anegos, de custodiâ ejusdem Terræ consimilem Commissionem fieri fecerit, ignorans quis eorum custodiam illam admittere debeat,

eorum alteri, seu aliis, quos prædictus Robertus ad præfatum Comitem transmiserit, ut prædictum est, aut eorum famulis, in personis, aut rebus suis, non inferatis, seu, quantum in vobis est, ab aliis inferri permittatis injuriam, molestiam, dampnum, impedimentum aliquod, vel gravamen.

In cujus, &c. usque ad quindenam Sancti Michaelis proximò futuram duraturas.

Teste Rege apud Langele, 21. die Augusti.

Pro hominibus Hanoniæ, Holandiæ & Selandiæ, de non molestando.

REX, dilecto & fideli suo, Roberto de Kendale, Constabulario Castri sui Dovorræ & Custodi quinque Portuum suorum, salutem. Ann. D. 1309. An. 3. E. 2. Claus. 3. E. 2. m. 23.

Ex parte nobilis viri, Willielmi Hanoniæ, Holandiæ, & Selandiæ Comitis, Frisiæque Domini, nobis est conquerendo monstratum, quod, cum homines, de potestate dicti Comitis, allec, piscem, & alia bona, & mercimonia, infra Ballivam vestram, ad negotiandum inde ibidem ducant, seu duci faciant; hospites sui, & alii similiter, de eadem Ballivâ, allec, piscem, & alia bona, & mercimonia sua prædicta, ab ipsis hominibus, contra voluntatem ipsorum, & sine aliquâ conventione de pretio inde solvendo, capiunt, & asportant.

Et postmodum, quando voluerint, & quantum eis placuerit, prædictis hominibus pro allece, pisce, & bonis & mercimoniis illis solvunt, in ipsorum hominum dispendium non modicum & gravamen.

Et, quia nolumus quod eisdem hominibus injurietur taliter in hac parte, vobis mandamus quod per singulos Portus prædictos publice proclamari, & firmiter ex parte nostra inhiberi faciatis, ne qui de portubus prædictis, hospites vel alii, quicunque fuerint, sub gravi forisfacturâ, ab hominibus prædictis allec, piscem, vel alia bona, aut mercimonia sua, contra voluntatem ipsorum, & sine certâ conventione de pretio, ipsis certo tempore solvendo, de cætero capiant, seu præsumant capere quovismodo;

* Set quod erga homines prædictos, & quoscumque alios extraneos Mercatores, infra Ballivam vestram venientes, taliter se habeant, quod homines, & Mercatores prædicti de ipsis non habeant justam materiam conquerendi: Et hoc nullatenus omittatis. * III 164.

Teste Rege apud Langele, 21. die Aug.

Eodem modo scribitur Vicecomitibus subscriptis; videlicet, Eboraci, Northumbriæ, London, Norfolciæ, & Suffolciæ.

Teste ut supra.

De Terris, ex ampliori gratia, Petro de Gavaston concessis. Ann. D. 1309.

REX omnibus, ad quos, &c. salutem. An. 3.

Sciatis quòd, cum nos nuper dederimus dilecto & fideli nostro, Petro de Gavaston Comiti Cornubiæ, & Margaretæ Uxori ejus, totum Comitatum Cornubiæ, cum Castris, Villis, Maneriis, Ter- E. 2. Pat. 3. E. 2. m. 35.

Ann. D. 1309. An. 3. E. 2. Rom. 3. E. 2. m. 3.

... devota populi oblata beatorum.

Ex gratiæ Paternæ munificentiâ, quæ Filii procurandis set & perficiendis, honoribus indesinenter exuberat, in laudes Patris resultat devotio filialis ad explananda cordis sui desideria, sub spe certâ susceptionis liberæ petitorum, confidentiùs animata.

Sanè Dunkeldensi Ecclesiâ, in Terrâ nostrâ Scotiæ, pastorali nuper regimine destitutâ, convenientes ipsius Ecclesiæ Decanus & Canonici, nostræ fidelitatis & Dominii zelatores, in loco, quem pro tuitione corporum & rerum, propter hostiles insidias declinandas, assumpserunt, virum providum Clericum nostrum Johannem de Leek, Elemosinarium nostrum (quem morum honestas, conversationis laudabilitas, & merita gratiosa virtutum, quæ ab adolescentiæ nostræ primordiis, quibus actenus nostris laudabiliter insudavit obsequiis, in eo vigere dinovimus, dignum favoris & gratiæ specialis prærogativâ commendant) in Episcopum Ecclesiæ prædictæ concorditer elegerunt.

Attendentes igitur quod promotio Clerici nostri prædicti, in Ecclesiâ prædictâ, utilitati hominum partium prædictarum plurimùm expediret, præsertim cum per exercitium curæ suæ pastoralis in subditos & propinquos, apud quos caritatis & pacis munera, per

* III. 165.

prælatorum * insolentias, ut facti series evidenter insinuat, aliquamdiù siluerunt, inter Terras nostras prædictas, & ipsorum incolas concordiæ, & unitatis, & pacis fœdera citiùs firmarentur,

Sanctitati vestræ supplicamus humiliter & devotè, quatinus, indempnitati nostræ, & tranquillitati populi nostri super præmissis paternis affectibus consulentes, Electum prædictum, se pro negotio suo prædicto vestris affectibus præsentantem, dignemini, si placet, benignè suscipere, & benignius expedire.

Conservet vos, &c.

Dat. apud Westm. 28. die Augusti.

Ad Cardinales pro eodem Johanne de Leeke.

Ann. D. 1309. An. 3. E. 2. Rom. 3. E. 2. m. 3.

VEnerabili in Christo Patri, Domino R. Tituli Sanctæ Mariæ Novæ Diacono Cardinali, amico suo karissimo, Edwardus, &c. salutem.

Indubia sinceræ dilectionis fiducia, quâ vos nostris oneribus supportandis humeros vestros supponere, causas nostras & negotia defensionis vestræ tutelâ protegere, & eorum, quæ cordi nobis sunt, effectus prosequendos libenter assumere velle credimus & speramus, pro negotiis, quorum prosperos eventus nobis maximè fructuosos appetimus, nos invitat vota nostra vobis fiducialiùs explicare, & efficaciùs committere prosequenda.

Sanè, vacante nuper Ecclesiâ Dunkeldensi in Terrâ nostrâ Scotiæ, & prædilecto Clerico nostro Johanni de Leek, ipsius Ecclesiæ Canonico (viro utique plerisque virtutibus insignito, de quo non minus famæ vulgaris præconium, & de moribus suis & honestate laudabile testimonium, quàm diutina notitia personalis nos, qui comodiferis suis, ab adolescentiæ nostræ primordiis, uti sumus obsequiis, expertos indesinenter hactenus reddidere) licentiâ nostrâ, quæ de jure nostro requiritur in hac parte, præoptentâ, in Pastorem ipsius Ecclesiæ Dunkelden. electo:

Considerantes cum deliberatione congruâ quod, super Doctrinâ mutuæ caritatis & pacis, ad quam populi, suo commissi regimini, cordibus inserandam bonus Pastor incessanter invigilat, aliquamdiu in partibus Scotiæ siluit, ter & defuit totaliter officium pastorale, &, quod deterius est, Rebellionis & Discordiæ per prædicationes especiales semen sparsum convaluit; de quo etiam, in præfectione aliorum Nationis ejusdem, versimiliter est timendum:

diligentia plenam fiduciam reportantes, de negotiis, quorum, per prosperos eventus, appetimus salubres effectus, vos confidentius oneramus rogantes, &, sub spe percipiendæ actionis meritò gratiarum, familiarius injungentes, quatinus dilecto Clerico nostro, Johanni de Leek, Elemosinario nostro, Canonico Dunkeldensi, in ipsius Ecclesiæ Patrem & Pastorem electo (quem, multis virtutibus insignitum, & plerisque dignum honoribus, renitentem, ut poterat, & invitum ad acceptandum Electionem ipsam, ob comoda, quæ nobis, & populo partium illarum, ex confirmatione suâ provenire posse credebatur, induximus) in Sacrosanctâ Curiâ, in prosecutione negotii electionis suæ, velitis tantùm, amore nostri, consiliis & auxiliis indefessis assistere, quod ipsius negotii consummatio nos, nova placida de eodem præstolantes, edoceat quid nostra, penes vos, instantia fuerit operata.

E. 2. Rom. 3. E. 2. m. 3.

Dat. apud Westm. 28. die Augusti.

Eodem modo scribitur Magistro Grimerio, in Sacrâ Romanâ Curiâ Advocato.

Protectio pro Margareta Vicecomitissa Bearnii; & de Testamento Patris exequendo.

REX Senescallo suo Vasconiæ, vel ejus locum tenenti, & omnibus Ballivis, & fidelibus suis, in Ducatu prædicto, salutem.

Ann. D. 1309. An. 3. E. 2. Vasc. 3 E. 2. m. 8.

Dilectam nobis Margaretam, Vicecomitissam Bearnii, volentes prosequi gratiose, suscepimus eam in protectionem nostram, & gardiam specialem.

Et ideo vobis mandamus quod ipsam Vicecomitissam in suis justis (*) ——— ——— possessionibus manuteneatis, protegatis, & etiam defendatis, secundum foros & consuetudines partium prædictarum; salvo in omnibus jure nostro & alterius quibuscunque.

In cujus, &c. Quamdiu Regi placuerit durat'.

Dat. apud Westmonasterium, 28. die Augusti.

REX præfato Senescallo, vel ejus locum tenenti, salutem.

Supplicavit nobis Margareta, Vicecomitissa Bearnii, quod, cùm quondam Gasto de Bearn, Pater suus, defunctus, suum condidisset testamentum, & ipsius testamenti executio hucusque impedita fuerit per aliquos indebite & tardata, velimus super impedimento hujusmodi apponere remedium oportunum:

Vobis igitur mandamus quod executionem testamenti prædicti, quatenus ad nos, seu ad Curiam nostram pertinet, fieri faciatis secundum foros & consuetudines partium prædictarum; &, si forte aliquem inveneritis, qui executionem testamenti prædicti conatus fuerit indebitè perturbare, ipsum ad desistendum ab impedimento hujusmodi debite compellatis; salvo in omnibus jure nostro & alterius cujuscumque.

Dat. ut supra.

(*) *Memorand. quod verbum*, & pacificis, *depositum fuit de protectione, de mandato Regis, per breve sub privato sigillo.*

& Episcopatuum in Regno nostro, in singulis vacationibus eorumdem, jure suo Regio hactenus habuerunt; quo quidem jure ad ipsos spectabat collatio, seu præsentatio Præbendarum, & aliorum beneficiorum Ecclesiasticorum, de advocatione seu patronatu Archiepiscopatuum & Episcopatuum eorumdem existentium, & durantibus custodiis prædictis vacantium quoquomodo.

Cùm itaque nos Præbendam prædictam, quam, celebris memoriæ, Dominus E. quondam Rex Angliæ, Pater noster, dum vixit, jure suo Regio potuit contulisse, cui nos in universum jus successimus, ut est notum, nec tempus in talibus nobis currat, ratione Archiepiscopatûs Eborum, dudum vacantis, & in manu dicti Patris nostri tunc existentis, jure nostro Regio, ad quod manutenendum & conservandum astricti sumus vinculo juramenti, præfato Clerico nostro duxerimus conferendam;

Amicitiam vestram affectuosè requirimus & rogamus, quatinus, præmissis, si placet, diligenter pensatis, amotàque admirationis & contradictionis materiâ in hac parte, molestè non feratis quod rogatui vestro, per dictas vestras Litteras nobis facto, propter præmissa, ad præsens annuere non valemus; scientes quòd in hiis, quæ absque exhæredatione nostrâ, & juris Coronæ nostræ læsione, pro vobis facere poterimus bono modò, libenter adquiescere volumus votis vestris.

Dat. apud Langele, 3. die Septembris.

Ad Papam de absolvendo Petrum de Gavaston a Juramento.

Ann. D. 1309. An. 3. E. 2. Rom. 3. E. 2. m. 3.

SAnctissimo in Christo Patri, Domino C. Divinâ Providentiâ, &c. Edwardus, ejusdem gratia, &c. devota Pedum oscula Beatorum.

De Magnificentiæ vestræ gratiâ, nobis in personâ Nobilis & karissimi nostri Comitis Cornubiæ factâ, super absolutione ejusdem, vestræ Beatitudini ad gratiarum multiplices assurgimus actiones.

Sanè, cùm in Litterâ absolutionis prædictæ contineatur, quod Bertrandus Calculi, tanquàm Procurator dicti Comitis, obligavit se, & per juramentum promisit quod idem Comes parebit mandatis Ecclesiæ, & stabit viro cuilibet, de se conqueri volenti, super eo, pro quo per Prælatos Regni nostri Angliæ excommunicationis sententia lata fuerat contra Comitem memoratum,

Sanctitati vestræ affectuosis precibus supplicamus, quatinus præfatum Comitem & dictum procuratorem suum de prædictâ promissione seu obligatione, amore & honore nostri absolvere & perpetuò quietare velitis, si placet.

Et, sicut dictum negotium amore nostri assumpsistis, & vestri gratiâ perfecistis, pro indempnitate dicti Comitis super hoc de remedio oportuno dignemini providere.

Conservet, &c.

* III. 168. Dat. sub privato sigillo apud Langele, 4. die Septembris.

Ann. D. 1309. An. 3. E. 2. Claus. 3. E. 2. m. 21. d.

** Ordinatio super examinatione Templariorum.*

ACordez est que toutz les Templers d'Engleterre soient mesnez en trois lieus, pur y estre examinez par les Inquisitours, a ce assignez par l'Apostoille, & par les Ordinaires; Cestassaver,

aliquid, vel gravamen; set eis potiùs salvum & securum conductum habere faciatis, cùm super hoc per prædictos, Abbatem & Canonicum, vel eorum alterum, ex parte nostrâ fueritis requisiti.

In cujus, &c. Usque ad Festum Pentecostes proximò futurum duraturas.

Teste Rege apud Westmonasterium, 13. die Septembris.

De inquisitionibus, super Templariis faciendis, secundum Ordinationem antedictam.

REX Venerabili in Christo Patri, J. eadem gratiâ, Lincolniensi Episcopo, salutem. Ann. D. 1309. An. 3. E. 2. Claus. 3. E. 2. m. 21. d.

Cum Dominus --- Summus Pontifex venerabiles, Patrem --- Patriarcham Jerosolimitanum, ac -- Archiepiscopum Eborum: & vos, necnon --- Cicestriensem & Buchanen. Episcopos: & --- de Lathiniaco, Parisien. Dioc. & --- Sancti Germani de Pratis, juxta Paris. Monasteriorum Abbates; ac etiam Magistrum Sicardum de Vauro Canonicum Narbonensem, & Guidonem de Vichio Rectorem Ecclesiæ de Heshe Londoniensis Diocesis,

Ad inquirendum super certis Articulis, ipsis sub Bulla Apostolica missis, ac aliis, de quibus ipsis Inquisitoribus videbitur expedire, contra ordinem Templariorum, & contra magnum Præceptorem dicti Ordinis, in Regno nostro Angliæ constitutum, & similiter * contra singulares personas & Fratres ordinis memorati, nuper per literas Apostolicas sub certâ formâ duxerit assignandos, * III. 169.

Ac nos, ex certis causis, velimus quòd vos Inquisitionibus, super dictis Articulis, in Civitate nostra Lincoln. faciendis, sitis in propriâ personâ vestrâ, unà cum Inquisitoribus deputatis,

Vobis mandamus, in fide & dilectione, quibus nobis tenemini, firmiter injungentes, quòd Inquisitionibus illis, in Civitate nostra prædictâ, ut præmittitur, faciendis, quotiens Inquisitores prædictos, vel aliquos, seu aliquem ipsorum ibidem, ad Inquisitiones hujusmodi faciendas procedere contigerit, modis omnibus personaliter intersitis; & hoc nullatenus omittatis.

Teste Rege apud Westm. 13. die Septembris.

Consimiles Literæ diriguntur,

W. Archiepiscopo Eborum Primati.
R. London. Episcopo.

De tractando cum Regis Castellæ Nunciis super Concordia reformanda.

REX dilectis & fidelibus suis, Arnaldo de Cava Penna, Gailhardo de Sancto Paulo Domino de Seros, Guillielmo Arnaldi de Podeucs, Militibus, & Magistro Petro Arnaldi de Vico Clerico nostro, salutem. Ann. D. 1309. An. 3. E. 2. Vasc. 3. E. 2. m. 7.

Vobis & duobus vestrûm, qui melius & facilius interesse poteritis, committimus & mandamus quatinus Dominica proximâ in quadragesima sitis, cæteris negotiis prætermissis, in medio Pontis Fontis Rapidi, super filum Aquæ, ubi alii duo esse debent missi pro Serenissimo Principe Domino Fernando, Dei gratiâ, Castellæ, Toleti, Legionis, Sebilliæ, Murciæ, Cordivæ, Algarbii & Gebennæ Rege, ac Comitatus de Molines Domino, karissimo Consanguineo

ancitau, & voluntate illorum de Baiona, alios duos ydoneos viros illis de Baiona, ad dictum negotium exequendum, assignetis, qui benè & fideliter dictum negotium, ut citiùs poterunt, exequantur, & omnia alia & singula faciant, quæ in prædictis nostris litteris continentur.

Dat. apud Westm. 14. die Septembris.

---

*III. 170. * *De Concordia facta coram Rege inter Procuratores Regis Castellæ & Procuratores Civitatis Bayona.*

Ann. D. 1309. An. 3. E. 2. Vasc. 3. E. 2. m. 4. REX omnibus, ad quos, &c. salutem.

Notum facimus universis quod, cum graves Controversiæ ac Discordiæ forent exortæ,

Inter Homines de Castro de Ordehales, de Sancto Auderio, & de Laredo, & aliquos alios subditos illustris Principis Domini Fernandi, carissimi Consanguinei nostri, eadem gratiâ, Castellæ, Legionis, Tholeti, Galeciæ, Sebiliæ, Cordivæ, Murciæ, Gihen. & Algarbii Regis, ac Comitatus Molinæ Domini, ex parte unâ,

Et Cives nostros Baionæ ac aliquos subditos nostros dampnificatos ex altera,

Ex quibus multiplices hominum interfectiones, captiones, & alia dampna fuerunt subsecuta, & multa majora subsequi credebantur:

Tandem in nostrâ præsentiâ constituti, Johannes Didaci de Guadalfayra Miles, & Fernandus Gundisalui de Fries, Procuratores dicti Domini Regis Castellæ, cum litterâ ipsius apertâ & in pendenti sigillatâ:

Et Raymundus Durandi de Villâ, & Arnaldus de Muta, Cives nostræ Baionæ, & Communitatis Civitatis nostræ Baionæ Procuratores,

Literas Procuratorias prædictas exhibuerunt, quarum tenores inferiùs continentur:

Et nos, volentes æquanimiter procedere, cum voluntate ipsarum Partium & assensu, ipsis Partibus Tractatores dedimus & assignavimus, qui ipsas partes, ut melius possent, facerent concordare:

Et, audito tractatu, concordi auctoritate Procurationum prædictarum, super omnibus Controversiis & Discordiis, quæ universaliter vel singulariter esse poterant inter ipsas partes, inducias, sive treugas inivimus, hinc ad proximum Festum Nativitatis beati Johannis Baptistæ, & ab illo Festo, usque ad aliud sequens Festum Nativitatis ejusdem beati Johannis, anno revoluto, totâ ipsâ die nichilominus interclusâ, duraturas, sub modis & condictionibus quæ sequuntur, videlicet,

Quod, ad inducias, seu treugas hujusmodi, & omnia & singula, præsentibus litteris contenta, tenenda & servanda, quæcumque dictarum partium, ex quo hæc sciverint, vel audiverint, teneantur.

Et, nè aliqui se possint per ignorantiam excusare, quod præsentes inducias, sive treugas, & alia, tenore præsentium declarata, præfatus Dominus Rex Castellæ omnibus de parte suâ, & Procuratores dictæ Communitatis Baionæ illis de Baiona, & nos aliis de terra nostra, infra proximum Festum Nativitatis Domini faciant nunciari, seu etiam publicari; ita quod extunc nullus, in contrarium veniens, excusetur, nisi propter magnam locorum distantiam, & absentiæ diuturnitatem evidens excusatio appareret.

Et quod extunc, a tempore datæ præsentium, per aliquam dictarum partium contra alteram aliqua non capiantur, usurpentur, vel arestentur scienter vel ignoranter; &, si fieret, quod illa, sine

subsequens Nativitatis Domini; & extunc neutra partium audietur, nec probatio admittetur;

Et restitutio eorum, quæ probata fuerint coram ipsis quatuor, fiet ad tardius infra festum Nativitatis beati Johannis Baptistæ; in quo festo finire deberent, ut prædicitur, treugæ seu induciæ supra dictæ.

Verùm illa, quæ interim clare probari poterunt & emendari, ipsi quatuor emendari facient, quamcitius fieri poterit bono modo.

Et, ad hoc, illi quatuor fidelitatem & diligentiam adhibebunt, sub virtute præstiti juramenti, quantum ad homicidia, commissa tempore dictarum Treugarum, seu sufferentiarum priminis initarum.

Propter Multitudinem, tàm Committentium, quàm Receptantium, vix, secundum tenorem ipsarum sufferentiarum posset fieri justitia seu vindicta, &, si fieret, Pax, ad quam intendimus, de difficili sequeretur; & ideo est ordinatum per nos, quod quatuor homines de parte illâ de Baionâ magis culpabiles, qui primò inceperunt frangere Treugas; & alii quatuor de Tribus Villis de Hispaniâ prædictis, qui primò post eos, vel ante inceperunt frangere ipsas treugas, & sunt magis culpabiles, capiantur, & puniantur secundum judicium, cognitionem, seu Arbitrium illorum quatuor, electorum, seu eligendorum per nos & Dominum Regem Castellæ prædictum.

De hiis verò, quæ facta fuerunt, finito tempore dictarum Treugarum, tempore guerræ inter ipsas partes, seu adhærentes eis, fiat recompensatio hinc & inde, & nulla sequatur punitio nec emenda.

Et, quia injustum esset quod illi, qui non sunt in culpâ, essent in pœna: & quod innocentes, qui non fuerunt de guerrâ, propter aliorum malitiam punirentur: & sit notorium quod illi de Hispaniâ, factâ flotâ, congregato exercitu, more hostili, cum armis, & de die intraverunt Terram nostram de Xanctonia: & murtriverunt multos homines: & deprædaverunt Bajulum nostrum, bonis, quæ habebat, spoliaverunt, & locum suum tenentem ceperunt, &, sine aliquâ culpâ, viliter murtriverunt, in magnum opprobrium nostrum: & plures Anglicos homines nostros, qui non erant, nec sunt de guerrâ, in mari & in Terrâ deprædaverunt; quæ omnia, ob honorem dicti Domini Regis Castellæ, carissimi consanguinei nostri, usque nunc sustinuimus patienter;

Ordinavimus quod hæc & omnia alia consimilia, quæ ubicumque, per subditos dicti Regis Castellæ, & nostros, invenientur esse taliter facta, occupata, vel etiam attemptata, videlicet, contra illos qui non erant de guerrâ, vel non adhærebant illis de guerra, seu ipsos non fovebant aut juvabant, quæ probata sunt vel probari possunt, sine magno moræ diffugio emendentur hinc inde, juxta judicium seu cognitionem dictorum quatuor;

Et ad hoc dictus Dominus Rex Castellæ compellat suos, & nos compelli faciemus nostros, videlicet, de Baiona, per Majorem loci ejusdem, & alios per Officiales nostros:

Et quia aliquas antiquas querelas audivimus, de tempore genitoris dicti Domini Regis Castellæ, Consanguinei nostri, & etiam genitoris nostri, propter quas dictus Genitor suus misit ad genitorem nostrum, Magistrum Johannem Judicem Curiæ suæ, & Gundisalvum Martini cum litterâ suâ apertâ; & illi de Baionâ Arnaldum de Villario, & Johannem Dader, Cives Baionæ cum litterâ Communitatis apertâ; & quod dictus genitor noster super hiis ordinavit; quam Ordinationem idem genitor suus, per litteram suam, totaliter approbavit; volumus quod dicta Ordinatio observetur, si placeat Domino Regi Castellæ prædicto; aliter contentiones erunt inter subditos, nisi sequatur * emenda de omnibus quæ facta fuerunt in pace utrimque, de tempore antiquo & præsenti, & sic Pax non habebit effectum. *III. 171.

Et ideò, quia multùm volumus & desideramus, propter fœdus

tent ac finire,

Ad tractandum, ordinandum, faciendum, & firmandum, pro nobis & nomine nostro, ac nomine subditorum nostrorum de Castro de Ordeales, de Sancto Emeterio, de Laredo, & cæterorum locorum Domini nostri, pacem, concordiam, & compositionem cum hominibus Civitatis Baionæ, & aliorum locorum omnium de Dominio illustris Principis Domini Edwardi, Dei gratiâ, illustris Regis Angliæ, Domini Hiberniæ, ac Aquitaniæ Ducis, carissimi Avunculi nostri, de omni discordiâ, seu super omnibus dampnis & injuriis, hinc inde datis, receptis, & factis olim per homines antedictos;

Et ad cætera faciendum, tractandum, & firmandum nomine supradicto, tàm cum illustri Rege præfato, seu quibuscumque Procuratoribus suis, ad hæc specialiter deputatis, seu etiam deputandis, quàm cum præfatis hominibus de Baiona, & aliis omnibus Regni & Dominii sui, omnia & singula quæ super præmissis, & præmissorum quolibet, vel tangentibus quoquo modo præmissa, seu aliquod præmissorum, necessaria fuerint seu etiam oportuna;

Dantes & concedentes eisdem Procuratoribus nostris, & eorum cuilibet, ut est dictum, ad prædicta & eorum quodlibet, plenam, liberam, & omnimodam potestatem, & generale mandatum;

Ac etiam promittentes, nomine quo supra, nos firmum, ratum, & gratum habere perpetuo & tenere quicquid per præfatos Procuratores nostros, vel eorum alterum, actum, gestum, tractatum, firmatum & procuratum fuerit in præmissis, & quolibet eorum, & nunquam per nos, aut per præfatos homines nostros, vel eorum aliquem contra facere, vel venire.

In cujus rei Testimonium & fidem præsentes litteras fieri mandavimus, & nostri pendentis sigilli robore communiri.

Actum & Datum Toleti, Anno Nativitatis Domini Millesimo, Trescentesimo, Nono: die quinto decimo Aprilis.

* III. 173. * Et ego Magister Armannus de Cremona, de mandato speciali Domini Regis, scripsi.

MAgnifico Principi, & eorum Domino karissimo, Naturali Domino Edwardo, Dei gratiâ, Regi Angliæ, Domino Hiberniæ, & Duci Acquitanniæ, Major, Jurati & Consilium suæ Civitatis Baionæ, seipsos ad pedes suos Regios, cum salute, humiliter inclinatos.

Excellentiæ vestræ, per præsentes litteras, significamus quod nos facimus, constituimus, & etiam ordinamus nostros veros, & certos Procuratores, & Nuncios speciales, discretos viros, Reymundum Durandi de Villa, & Arnaldum de Meuta, Concives nostros, præsentium exhibitores, quemlibet eorum in solidum, ita quod non sit melior conditio occupantis, coram Serenissimâ Regiâ Magestate vestra.

Ad tractandum de reformatione pacis & Treugæ, iniendæ seu faciendæ cum Procuratoribus Excellentissimi Principis, Domini Regis Castellæ, & cum Procuratoribus de Castro Durdiales, de Sancto Auderio, & de Leredo, & quibuscumque aliis personis, ad hoc mandatum seu potestatem habentibus, necnon etiam cum aliis gentibus Regni Domini Regis Castellæ:

Dantes & concedentes dictis Procuratoribus nostris, & eorum cuilibet in solidum, plenam & liberam potestatem agendi, defendendi, excipiendi, probandi, recusandi, tractandi, componendi, pacificandi, pacem seu treugas iniendi, & arbitrum seu arbitros eligendi, & in ipsum vel eos compromittendi semel vel plures, quotienscumque & ubicumque ipsis vel eorum alteri visum fuerit faciendum, compromissum pœna, juramento, vel aliis vallandi, quitandi, transigendi, instrumentum seu instrumenta quietacionis conce-

qui aliàs, ad mandatum nostrum, in eadem Ballivâ tuâ capti fuerunt, salvò & securè London. duci facias, sine morâ, Constabulario Turris nostræ ibidem liberandos:

Cui mandavimus quod ipsos a te recipiat, & in Turri nostra prædictâ custodiat; prout sibi per nos plenius est injunctum.

Teste Rege apud Westm. 14. die Septembris.

* Eodem modo mandatum est Vicecomitibus subscriptis, viz. * III. 174.

Northumbriæ,	*Notinghamiæ*,
Cumbriæ,	*Derbiæ*,
Westmerlandiæ,	*Salopiæ*,
Lancastriæ,	*Staffordiæ*.
Eboraci,	

Quod ipsi omnes Templarios in Ballivis suis, qui nondum capti sunt, sine dilatione capiant, & eos, unà cum illis qui alias, ad mandatum Regis, in eisdem Ballivis suis capti fuerunt, salvò & securè usque Eboracum duci faciant, Constabulario Castri Eboraci, ibidem liberandos, *&c. ut supra*.

Teste ut supra.

Warwici,	*Norhampton*,
Leycestriæ,	*Rotelandiæ*,
Cantebrigiæ,	*Lincolniæ*,
Huntingdon,	

Quod ipsi omnes Templarios, *ut supra*, usque Lincolniam duci faciant, Constabulario Lincolniæ ibidem liberandos, *&c.*

Teste ut supra.

Gloucestriæ,	*Bedfordiæ*,
Sumersettiæ,	*Bucks*,
Dorsettiæ,	*Essexiæ*,
Wiltes,	*Hertfordiæ*,
Devoniæ,	*Norfolciæ*,
Cornubiæ,	*Suffolciæ*,
Suthampton,	*Surriæ*,
Exoniæ,	*Sussexiæ*,
Berks,	*London*.

Quod ipsi omnes Templarios in Ballivis suis, *&c.* usque London, Constabulario Turris prædictæ ibidem liberandos, *&c.*

Teste ut supra.

Et mandatum est Constabulario de Marleberge, pro Waltero de Roucle Templario, mittendo Turri prædictæ.

Teste Rege apud Westmonasterium, 18. die Februarii.

De

Teste ut supra.

* III. 175. Et Johanni de Crumbewell, Constabulario Turris suæ London. quod omnes Templarios, quos Vicecomites Cornubiæ, * Devoniæ, Herefordiæ, Gloucestriæ, Somersetiæ, Dorsettiæ, Wiltes, Suthampton, Oxoniæ, Berks, Surriæ, Sussexiæ, Hertfordiæ, Middlesex, Cantebrigiæ, Huntingdoniæ, Norfolciæ, & Suffolciæ, unà cum illis, qui aliàs, ad mandatum Regis, &c. usque London. duci faciant, &c. ut supra.

Teste ut supra.

Gilbertus de Clare, Nepos Regis, Capitaneus Exercitus Scotiæ constitutus.

Ann. D. 1309. An. 3. E. 2. Scot. 3. E. 2. m. 7.

REX omnibus, ad quos, &c. salutem.

De fidelitate, circumspectione, & industriâ dilecti nepotis & fidelis nostri, Gilberti de Clare Comitis Gloucestriæ & Hertfordiæ, pleniùs confidentes,

Ipsum Capitaneum exercitûs nostri Scotiæ, tàm videlicet citra mare, quàm ultra, necnon & hominum nostrorum ad arma, tàm peditum, quàm equitum, in totâ terrâ nostrâ prædictâ,

Ad resistendum Roberto de Brus, & Complicibus suis, Inimicis & Rebellibus nostris, & ad faciendum ea, quæ ad repulsionem dictorum Inimicorum & Rebellium, & salvationem hominum, ad pacem nostram existentium, fuerint opportuna, prout melius expedire videbitur,

Tenore præsentium duximus assignandum.

In cujus, &c. quamdiu Regi placuerit duraturas.

Teste Rege apud Westm. 14. die Septembris.

Per ipsum Regem; nunciante Comite Lincolniæ.

ET mandatum est Comitibus, Baronibus, Militibus, Vicecomitibus, Ballivis, Ministris, & omnibus aliis de Comitatibus Northumbriæ, Cumbriæ, Westmerlandiæ, Lancastriæ, & Eborum, tàm infra libertates, quàm extra, quod eidem Comiti, & ejus mandatis, in hiis, quæ ad expeditionem præmissorum pertinere poterunt, cum equis & armis, & toto posse suo, sint intendentes & respondentes: facientesque viriliter & diligenter ea, quæ idem Comes eis scire fecerit in præmissis, quotiens & quando per ipsum Comitem, super hoc, ex parte nostrâ, fuerint præmuniti.

Et hoc, sicut nos, & honorem nostrum & vestrum diligitis, cum omni diligencia, qua poteritis, faciatis.

Rex dat autem præfato Comiti, tenore præsentium, plenariam potestatem puniendi omnes illos, de Comitatibus prædictis, quos in hac parte contrarios invenerit, & rebelles, prout pro meliori expeditione negotii prædicti fore viderit faciendum.

In cujus, &c. quamdiu Regi placuerit duraturas.

Teste ut supra.

ET mandatum est Cancellario, Camerario, & aliis Ministris Regis Scotiæ, quod eidem Comiti, tanquam Capitaneo exercitûs Regis prædicti, in omnibus, quæ ad expeditionem negotii prædicti pertinent, sint intendentes & respondentes, quotiens & quan-

Pro Radulpho de Montehermerii, & pro Thomâ & Edwardo filiis ejus, Nepotibus Regis.

REX Archiepiscopis, &c. salutem. Ann. D. 1309. An. 3. E. 2. Cart. 3. E. 2. m. 9.

Sciatis nos dedisse, concessisse, &, hâc cartâ nostrâ, confirmâsse dilecto & fideli nostro, Radulpho de Monte Hermerii, & Thomæ, & Edwardo, filiis ejus, Nepotibus nostris, Manerium de Stoke in Hamme, cum Burgo de Chedelyngton. & Hundredo de Colrigg. & aliis pertinentiis suis, in Comitatu Devon.

Duas partes Manerii de Okford. & Maneria de la Sterte, & Pyworthy, cum pertinentiis, in eodem Comitatu:

Manerium de Hunton. cum pertinentiis, in Comitatu Southamptoniæ:

Et Manerium de Erlestok, cum pertinentiis, in Comitatu Wiltes: exceptis quibusdam terris & tenementis, in eodem Manerio de Erlestok, Alianoræ, quæ fuit Uxor Mathei, filii Johannis, defuncti, per nos in dotem assignatis: de quibus quidem Maneriis, Burgo, Hundredo, dictus Matheus, per Cartam suam, Dominum E. quondam Regem Angliæ, Patrem nostrum, & Alianoram, tunc Reginam Angliæ, Consortem suam, Matrem nostram, feoffavit, & quæ iidem, Pater noster & Mater nostra, per scriptum suum, præfato Matheo postmodum, concesserunt HABENDA ad totam vitam ipsius Mathei; quæ etiam, post mortem ejusdem Mathei, ad manus nostras devenerunt:

HABENDA ET TENENDA eisdem, Radulpho, Thomæ, & Edwardo, & Hæredibus de corpore ipsius Thomæ procreatis, cum feodis Militum, Advocationibus Ecclesiarum & omnibus aliis, ad prædicta Maneria, Burgum, & Hundredum, spectantibus quoquo modo (exceptis dictis Terris & Tenementis in Erlestok, præfatæ Alianoræ sic in Dotem assignatis) de nobis, & Hæredibus nostris, & aliis capitalibus Dominis feodorum illorum, per eadem servitia, per quæ idem Matheus ea tenuit, antequam ad manus dictorum, Patris nostri & Matris nostræ, per feoffamentum prædictum devenerunt, IMPERPETUUM.

Ita quod, si idem Thomas obierit sine Hærede, de corpore suo procreato, tunc prædicta Maneria, Burgus, & Hundredum, cum Feodis Militum, Advocationibus Ecclesiarum, & aliis pertinentiis suis quibuscunque (exceptis dictis Terris & Tenementis, in dicto Manerio de Erlestock, præfatæ Alianoræ in Dotem assignatis, ut est dictum) post mortem dictorum, Radulphi, Thomæ, & Edwardi, remaneant Hæredibus, de corpore ipsius Edwardi procreatis, TENENDA de nobis & Hæredibus nostris, & aliis Capitalibus Dominis feodorum illorum, per servitia prædicta IMPERPETUUM.

Concessimus insuper, pro nobis & Hæredibus nostris, quod Manerium de Yhalampton, cum Burgo de la Nasse, & aliis pertinentiis suis, in dicto Comitatu Devon. tertia pars dicti Manerii de Okford: dictæ Terræ & Tenementorum in Erlestok: tertia pars trium feodorum Militum, cum pertinentiis;

Exceptâ decimâ parte feodi unius Militis in Torryng. Parvâ, Modbury, Lopruge Parvâ, Boltesbury, & Wyndesore, in dicto Comitatu Devon. quintâ parte feodi unius Militis in Yatesbury, in dicto Comitatu Wiltes: & advocatione Ecclesiarum de Warblyngton. in dicto Comitatu Suthamptoniæ, & de Okford. in dicto Comitatu Devon. quæ præfata Alianora tenet in Dotem ex assignatione nostrâ.

Et quod Manerium de Warblyngton, cum pertinentiis, quod Robertus le Ewer tenet, ad terminum vitæ suæ, ex concessione nostrâ; & quæ post mortem prædictorum, Alianoræ & Roberti, ad nos & Hæredes nostros reverti deberent post decessum eorumdem, Alianoræ & Roberti, remaneant præfatis, Radulpho, Thomæ, & Ed-

Ita quod, si idem Thomas obierit sine Hærede, de corpore suo procreato, tunc prædicta Maneria, Burgus, & Hundredum, cum Feodis Militum, Advocationibus Ecclesiarum, & aliis pertinentiis suis quibuscunque (exceptis dictis Terris & Tenementis, in dicto Manerio de Erlestok, præfatæ Alianoræ in Dotem assignatis, ut est dictum) post mortem dictorum, Radulphi, Thomæ, & Edwardi, remaneant Hæredibus, de corpore ipsius Edwardi procreatis, TENENDA de nobis, & hæredibus nostris, & aliis Capitalibus Dominis feodorum illorum, per servitia prædicta IMPERPETUUM.

Et etiam quod prædicta, Manerium de Yhalampton, cum Burgo de la Nasse, & aliis pertinentiis suis, tertia pars dicti Manerii de Okford, Terræ & Tenementa in Erlestok, Feoda & Advocationes (quæ præfata Alianora tenet in Dotem) ac Manerium de Warblyngton, cum pertinentiis (quod dictus Robertus tenet ad terminum vitæ suæ) & quæ, post mortem dictorum, Alianoræ, & Roberti, ad nos & Hæredes nostros reverti deberent, post decessum ipsorum, Alianoræ & Roberti, remaneant præfatis, Radulpho, Thomæ, & Edwardo, & Hæredibus, de corpore ipsius Thomæ procreatis, si qui fuerint:

Et, si hujusmodi Hæredem non habuerit, tunc, post mortem ipsorum, Alianoræ & Roberti, & prædictorum, Radulphi, Thomæ, & Edwardi, remaneant Hæredibus, de corpore prædicti Edwardi procreatis.

HABENDA ET TENENDA, simul cum prædictis Maneriis de Stoke, la Sterte, Pyworthy, Hunton, Erlestok, Burgo de Chedelyngton, Hundredo, & duabus partibus dicti Manerii de Okford, de nobis, & Hæredibus nostris, & aliis Capitalibus Dominis feodorum illorum, per servitia prædicta, IMPERPETUUM.

Et, si præfatus Edwardus obierit sine Hærede, de corpore suo procreato, tunc eadem Maneria de Stoke, la Sterte, Pyworthy, Hunton, Erlestok (exceptis Terris & Tenementis præfatis, Alianoræ, in eodem Manerio, in Dotem, ut prædicitur, assignatis) Burgus de Chedelyngton, Hundredum, & duæ partes dicti Manerii de Okford (post mortem dictorum, Radulphi, Thomæ, & Edwardi) & prædicta, Manerium de Yhalampton, cum Burgo de la Nasse, tertia pars Manerii de Okford, Terræ & Tenementorum in Erlestok, Feoda & Advocationes (post mortem ipsius Alianoræ,
* III. 178. * & prædictorum, Radulphi, Thomæ, & Edwardi) ac prædictum Manerium de Warblyngton, (post mortem dicti Roberti, & eorumdem, Radulphi, Thomæ, & Edwardi) ad nos, & Hæredes nostros integrè revertantur, sicut prædictum est.

His Testibus,

Venerabilibus Patribus,

J. Cicestrensi Episcopo, Cancellario nostro;
W. Wygorniensi Episcopo, Thesaurario nostro;
Gilberto de Clare, Comite Gloucestriæ & Hertfordiæ;
Henrico de Lacy, Comite Lincolniæ;
Johanne de Britannia, Comite Richemundiæ;
Edmundo Comite Arundelliæ;
Roberto, Filio Pagani, Senescallo Hospitii nostri;

Et aliis.

Dat. per manum nostram apud Langele, 16. die Septembris.

Per breve de privato Sigillo.

Dat. apud Langele, 18. die Sept.

De inquirendo super bonis Templariorum elongatis.

REX, dilectis & fidelibus suis, Alano de Goldyngham, & Johanni de Medefeld, salutem. Ann. D. 1309. An. 3. E. 2. Pat. 3. E. 2. m. 35. d.

Quia intelleximus quod nonnulli, de Comitatibus Essexiæ & Hertfordiæ, diversa bona & Catalla, quæ fuerunt Templariorum, in Comitatibus prædictis, postquam ad manus nostras devenerunt, ceperunt & elongaverunt, contra voluntatem nostram, & in nostri præjudicium manifestum:

Assignavimus vos ad inquirendum, per Sacramentum Proborum & legalium hominum, de Comitatibus prædictis, per quos rei veritas meliùs sciri poterit, de nominibus hominum prædictorum, qui bona & Catalla aliqua, quæ fuerunt prædictorum Templariorum, in Comitatibus illis, elongaverunt: Et quæ, & cujusmodi bona & Catalla, & de valore eorumdem, & ad * quorum manus devenerunt, & in quorum manibus nunc existunt, & qualiter, & quo modo. * III. 179.

Et idem vobis mandamus quod, ad certos diem & locum, quos ad hoc provideritis, inquisitionem prædictam faciatis in formâ prædictâ, & eam, distinctè & apertè factam, nobis, sub sigillis vestris & sigillorum eorum, per quos facta fuerit, sine dilatione mittatis, & hoc breve.

Mandavimus enim Vicecom. nostro Comitatuum prædictorum quod, ad certos, &c. venire fac. coram vobis, tot & tales probos, &c. de Comitatibus illis, per quos rei veritas in præmissis meliùs sciri poterit & inquiri.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Langele, 22. die Septembris.

Per breve de privato Sigillo.

De intendendo Præposito Umbrariæ Burdegal.

REX Senescallo suo Vasconiæ salutem. Ann. D. 1309. An. 3. E. 2. Vasc. 3. E. 2. m. 6.

Suggessit nobis Præpositus noster Umbreriæ Burdegal quod, licet in Civitate nostra Burdegaliæ, jurisdictio & cognitio de omnibus extraneis personis, tàm in Terrâ, quàm in Aquâ, ad nos pertineat immediate: inhibitumque fuerit ——— Majori nostro & Juratis Civitatis prædictæ, per Johannem de Bourne Militem, Locum nostrum nuper tenentem in dicto Ducatu, ne ipsi, vel aliquis eorum dictum Præpositum nostrum, Locum ejus tenentem, vel servientes nostros, in excercendo, nomine nostro, jurisdictionem prædictam in aliquo perturbarent, prout in litteris Patentibus dicti Johannis evidenter apparet,

Major tamen noster, & Jurati Civitatis prædictæ, non obstante inhibitione prædicti, dictum Præpositum nostrum, Locum ejus tenentem, & servientes nostros, in exercitio jurisdictionis & cognitionis prædictæ, perturbare ac molestare indebitè conantur, in nostræ jurisdictionis enervationem manifestam:

Quare vobis mandamus quatinus, visis litteris prædictis, super hoc fieri faciatis quod de jure, & secundum tenorem litterarum earum-

1309. ** Cum Venarabiles Patres - - - Patriarcha Jerosolymitanus, &
An. 3. - - - Ebor. Archiepiscopus, ac - - - Lincoln. & - - - * Cicestriæ,
E. 2. Episcopi, necnon discreti viri Abbas de Lathiniaco, Parisien-
Pat. 3. sis Dyocesis, & Magister Sicardus de Vauro Canonicus Narbo-
E. 2. m. nensis,
33. Ad inquirendum, unà cum quibusdam aliis certis personis, super
* III. certis Articulis, ipsis sub Bullâ Apostolicâ missis, & aliis de quibus
180. eis videbitur expedire, contra ordinem Templariorum, & contra magnum Præceptorem ejusdem Ordinis, & similiter contra singulares personas, & fratres Ordinis illius, in dicta Terrâ nostrâ Hiberniæ constitutos, per Dominum —— Summum Pontificem assignati,

Ad præmissa, loco suo, in terrâ nostrâ prædictâ facienda, Thomam Decanum Dublin. & Buidum de Bandmeil, Sancti Pauli, Florenc. Dyocesis, ac Johannem Balla, Conferten. Ecclesiarum, Canonicos, jam per suas Patentes Litteras duxerint assignandos:

Nos, ipsos Decanum & Canonicos, OB SEDIS APOSTOLICÆ REVERENTIAM, favore benivolo prosequentes vobis mandamus quod eosdem, Decanum & Canonicos, & eorum famulos, cum eos per partes vestras transitum facere contigerit, recommendatos habentes, eisdem in personis, equis, Hernesiis, aut aliis rebus suis non inferatis, seu, quantum in vobis est, ab aliis inferri permittatis injuriam, molestiam, impedimentum aliquod, vel gravamen; set eis potiùs salvum & securum conductum habere faciatis, cùm super hoc, per prædictos, Decanum & Canonicos, vel eorum aliquem, ex parte nostrâ fueritis requisiti.

In cujus, &c. Usque ad Festum Pentecostes proximò futurum duraturas.

Teste Rege apud Wyndesor. 29. die Septembris.

De Templariis, in Hibernia, ducendis usque Dublinum, & præsentandis Clerico Dublinensi.

Ann. D. REX, dilecto & fideli suo, Johanni Wogan Justiciario suo Hiberniæ, salutem.
1309.
An. 3. Cùm venerabiles Patres, Patriarcha Jerosolymitanus, &
E. 2. Eboracensis Archiepiscopus, ac Lincolniensis & Cicestriensis Epi-
Claus. 3. scopi, nec non discreti viri —— Abbas de Lathiniaco, Paris.
E. 2. m. Diocesis, & Magister Sicardus de Vauro, Canonicus Narbonensis,
20. ad inquirendum, &c. *ut supra usque hæc verba, viz.*

Vobis mandamus quod omnes Templarios, in Terrâ nostrâ prædictâ, qui nondum capti sunt, sine dilatione capi; & eos, unà cum illis qui aliàs ad mandatum nostrum in eadem Terrâ capti fuerunt, salvò & securè usque Dublinum duci & in Castro nostro ibidem custodiri faciatis, repræsentandos coram venerabili Patre —— Electo Dublinensi, vel ejus Vicario, ac præfatis Inquisitoribus deputatis, cum per ipsos, vel eorum aliquem super hoc fueritis requisiti.

Teste Rege apud Wyndesor. 29. die Septembris.

Eodem modo mandatum est Johanni de Segrave Custodi Scotiæ.

bus Regis Castelle factam, examinandis.

REX Venerabili in Christo, H. eadem gratiâ, Wintoniensi Episcopo, salutem. Ann. D.
1309.
Cùm ad exequendam quandam Ordinationem, per nos & Con- An. 3.
silium nostrum factam, super discordiis & contentionibus inter gen- E. 2.
tes nostras ex parte unâ, & gentes Magnifici Principis F. Regis Pat. 3.
Castellæ, Consanguinei nostri carissimi, ex alterâ, occasione bo- E. 2. m.
norum hinc inde captorum, 33. d.

Dilectos & fideles nostros, Arnaldum de Caua Penna, Gailardum Dominum de Saros, ac Guillielmum Arnaldi de Podenx, Milites, & Magistrum Petrum Arnaldi de Vico, Clericum nostrum, & duos ipsorum, qui meliùs & faciliùs possint ad hoc vacare, per Litteras nostras Patentes, pro parte nostrâ, duxerimus assignandos;

Et dictus Rex Castellæ, pro parte suâ, ad dictam Ordinationem, unà cum deputatis per nos similiter exequendam, duos alios assignare teneatur, prout in ordinatione prædicta plenius continetur;

Cùmque Robertus de Stone, Johannes de Stone, Imbertus Strangman, & Robertus Ponte, Mercatores Villæ nostræ Suthamptoniæ, se bonis & mercimoniis suis, ad valentiam Centum, Sexaginta, & Septem librarum Sterlingorum, per gentes dicti Regis Castellæ, in Costera Britanniæ, nuper deprædatos fuisse:

Et testes, infra Regnum & potestatem nostram, per quos deprædationem illam, & valorem bonorum, ab ipsis sic captorum, necnon dampnorum, quæ occasione illa sustinuerunt, sufficienter probare poterunt, asserant se habere:

Et quod ipsi, occasione deprædationis prædictæ, adeò pauperes sunt effecti, quod bona eorum non sufficiunt ad inveniendum expensas necessarias testibus memoratis, si oporteret eos, testes ipsos extra Regnum prædictum ducere pro perhibendo testimonio in hac parte;

Per quod nobis cum instantia supplicârunt, ut alicui certæ personæ, infra dictum Regnum, potestatem examinandi testes ipsos velimus concedere gratiosè:

Nos, nolentes quod Mercatoribus nostris prædictis, super præmissis, probationum copia propter eorum inopiam subtrahatur, vobis, de assensu Procuratorum dicti Regis Castellæ, committimus & mandamus, quatinus testes, quos prædicti, Robertus, Johannes, Imbertus, & Robertus, ad deprædationem & dampna prædicta probanda, producere voluerint, coram vobis diligenter examinetis; si, videlicet, deprædatio præfatis, Roberto, Johanni, Imberto, & Roberto, ut præmittitur, facta fuit; &, si sic, tunc ubi: Et per quos: Et de quibus bonis: Et quantum bona illa tunc temporis valuerunt: Et quantum temporis est elapsum post deprædationem illam factam: Necnon de dampnis, quæ iidem Mercatores nostri, occasione dictæ deprædationis, sustinuerunt; & similiter super omnibus aliis & singulis articulis & circumstantiis, quæ necessaria, vel utilia ad probationem videritis præmissorum.

Depositiones verò testium prædictorum, publica manu scriptas, & sub vestro Sigillo inclusas, per dictos Mercatores nostros, vel eorum aliquem, præfatis, Arnaldo, Gailardo, Guillielmo, & Petro, ac duobus eorum, unà cum vestris Litteris Patentibus tenorem præsentium continentibus, transmittatis; ut per ipsos & illos, quos ad hoc per dictum Regem Castellæ assignari contigerit, ulteriùs inde fiat quod de jure, & secundum formam Ordinationis prædictæ fuerit faciendum.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Wyndesor. 1. die Octobris.

Teste Rege apud la Grove, 6 die Octobris.

De excessibus contra Comitem Fuxi perpetratis.

Ann. D. 1309. An. 3. E. 2. Vasc. 3. E. 2. m. 6.

REX Senescallo suo Vasconiæ, salutem.

Exposuit nobis dilectus & fidelis noster Gasto Comes Fuxi, quod nonnulli malefactores, inimici sui, magnos excessus & injurias, tùm sibi, quàm Margaretæ Vicecomitissæ Bearn, matri suæ, intulerunt, in terris, locis & possessionibus suis, sub districtu nostro Ducatûs prædicti existentibus:

Quos quidem excessus & injurias, si eis taliter illati fuerunt, prout nobis datur intelligi, non debemus conniventibus oculis pertransire; sintque dicti Malefactores, ut dicitur, propter enormitatem & detestationem criminum & excessuum prædictorum, coram vobis declarandorum, de fugâ suspecti;

Vobis injungendo mandamus, quatinus de dictis malefactoribus & eorum bonis, per —— Comitem & Vicecomitissam prædictos vobis exponendis, taliter sitis securi, quod de ipsis, & eorum quolibet, juxta qualitatem criminum & excessuum, quos vobis liquebit eosdem perpetrâsse, possitis, secundum foros & consuetudines Patriæ, facere justitiæ complementum; jure nostro in omnibus semper salvo.

Teste Rege apud la Grove, 6. die Octobris.

De guerra, inter Comites Fuxi & Armaniaci.

Ann. D. 1309. An. 3. E. 2. Rom. 3. E. 2. m. 3.

EXcellentissimo Principi, Patri ac Domino suo karissimo, Domino Philippo, Dei gratiâ, Regi Franciæ illustri, Edwardus, eadem gratiâ, Rex Angliæ, &c. salutem, & successus ad vota semper prosperos & felices.

Pro quibusdam negotiis,

Factum cujusdam cognitionis & condempnationis, habitæ in Curia vestrâ, occasione guerræ, inter Comites Fuxy & Armaniaci, nuper motæ, ac factum terram de Gaureto & de Gauardano, & etiam factum cujusdam citationis, factæ per Senescallum vestrum

* III. 183. Thol. de Vicecomitissâ * Bearn, contingentibus,

Dilecto & fideli nostro, Johanni de Havering, Senescallo nostro Vasconiæ, & dilecto Clerico nostro, Magistro Jordano Morandi, votum aperuimus mentis nostræ,

Celsitudini vestræ Regiæ attentiùs supplicantes, quatinus eisdem, Johanni & Jordano, quos ad vestram Magnitudinem pro prædictis negotiis specialiter destinamus, in hiis, quæ vobis super eisdem ex parte nostrâ duxerint exponenda, fidem velitis indubiam adhibere, & ea optato effectu, juxta animi nostri desiderium, mancipare.

Dat. apud la Grove, sexto die Octobris.

Per Breve de privato Sigillo.

Pro Constantia de Biern.

Ann. D. 1309. An. 3. E. 2. Pat. 3. E. 2. m. 31.

REX omnibus, ad quos, &c. salutem.

Sciatis quod, de gratiâ nostrâ speciali concessimus dilectæ no-

Et præterea concessimus, pro nobis, & Hæredibus nostris, quod omnes Terræ, & omnia Tenementa, cum servitiis, & aliis pertinentiis suis, quæ Isabella, quæ fuit Uxor Domini Johannis de Vescy Senioris, & Isabella, quæ fuit Uxor dicti Willielmi de Vescy, tenent in Dotem de Baroniâ prædictâ, & quæ, post mortem prædictarum, Isabellæ & Isabellæ ad nos, & Hæredes nostros reverti deberent, post decessum cujuslibet ipsarum, Isabellæ & Isabellæ, præfato Domino Henrico, Hæredibus & assignatis suis remaneant, TENENDA, simul cum Baroniâ, & omnibus Terris & Tenementis prædictis, de Domino Rege, & Hæredibus suis, per servitia, inde debita & consueta IMPERPETUUM.

Et nos, præfatus Antonius, & Hæredes nostri, prædicto Domino Henrico, Hæredibus, & assignatis suis, prædictam Baroniam, cum Castro, Villis, Membris, Maneriis, & aliis Pertinentiis, Juribus, Libertatibus, Proficuis, & aliis rebus quibuscumque, in omnibus, sicut prædictum est, contra omnes Gentes warantizabimus, & defendemus IMPERPETUUM.

In cujus rei testimonium præsenti Cartæ sigillum nostrum est appensum.

* Hiis testibus, Nobilibus Viris, Dominis, * III. 184.

Henrico de Lacy Lincolniæ, *Roberto de Umfravill de Anegos*, } Comitibus.

Dominis,

Roberto de Clifford, *Roberto de Hilton*, *Johanne de Cambhou*, *Richardo Marmeduk*, *Ada de Benton*, *Johanne de Dudden*, *Willielmo de Gosewyk*, & aliis. } Militibus.

Dat. apud Kenyton, in Manerio Nobilis Viri, Domini Johannis, Comitis Warennæ, nono decimo die Mensis Novembris, anno Domini millesimo, trescentesimo nono, Patriarchatûs nostri quarto, & Consecrationis nostræ vicesimo sexto.

Pro W. Archiepiscopo Eborum, de Hospitatione non trahenda in consequentiam.

Ann. D. 1309. An. 3. E. 2. Pat. 3. E. 2. m. 31.

REX omnibus, ad quos, &c. salutem.

Sciatis quòd, cùm venerabilis Pater, W. Archiepiscopus Eborum, Mansum suum de Thorp, juxta Eborum, dilecto Nepoti & Fideli nostro, Gilberto de Clare, Comiti Gloucestriæ & Hertfordiæ, qui ad nos usque Eborum, ad tractandum nobis, unà cum quibusdam aliis fidelibus nostris, super quibusdam specialibus negotiis, nos & Regnum nostrum tangentibus, de mandato nostro jam venit, ad nostri rogatum accommodaverit ibidem ad præsens, dum prope nos, occasione negotiorum prædictorum, moram fecerit, hospitaturo:

Nos, indempnitati præfati Archiepiscopi, & Ecclesiæ suæ Sancti Petri Eborum (ne quis futuris temporibus hospitium in Manso præ-

* III. 185. * *Pro Henrico de Percy, de Conventionibus cum Episcopo Dunelmensi.*

Ann. D. 1309. An. 3. E. 2. Pat. 3. E. 2. m. 30. REX omnibus, ad quos, &c. salutem.

Quia intelleximus quòd, inter venerabilem Patrem A. Dunelmensem Episcopum, & dilectum & fidelem nostrum, Henricum de Percy, quaedam Conventiones praetactae & praelocutae sunt; videlicet,

Quod idem Episcopus praedictum Henricum de Castro & Manerio de Alnewyk, cum pertinentiis, feoffabit:

Nos, eidem Henrico volentes in hac parte, gratiam facere specialem, concedimus exnunc, & licentiam damus pro nobis, & Haeredibus nostris, quantum in nobis est, eidem Henrico quod, si contingat ipsos --- Episcopum & Henricum super Conventionibus praedictis adinvicem concordare, & quod idem Episcopus ipsum Henricum de Castro & Manerio praedictis cum pertinentiis, voluerit feoffare, quod idem Henricus Castrum illud & Manerium, cum pertinentiis, ingredi possit;

Ita quod ipse & Haeredes sui Castrum & Manerium praedicta, cum pertinentiis, teneant de nobis, & Haeredibus nostris, per servitia indè debita & consueta, IMPERPETUUM:

Nolentes quod praedicti, Episcopus & Henricus, vel eorum Haeredes, ratione praemissorum, per nos, vel Haeredes nostros, aut Ballivos, seu Ministros nostros quoscunque, occasionentur, molestentur in aliquo, vel graventur.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Eborum, 26. die Octobris.

Per ipsum Regem, nunciante Comite Cornubiae.

Ad Papam, de Juribus Coronae illaesis conservandis.

Ann. D. 1309. An. 3. E. 2. Rom. 3. E. 2. m. 2. PAPAE Rex devota pedum oscula beatorum.

Cogit nos suscepti cura regiminis jura Coronae nostrae Dignitatis conservare illaesa, & vincimur paternâ dilectione, quâ vobis, inter caeteros Christianae Religionis Principes, conspicimus nos injungi, & portari in Apostolicae Sedis visceribus caritatis, ut, pro dictorum jurium conservatione, piam Paternitatem vestram saepius excitemus.

Nuper igitur, Pater Sanctissime, Archidiaconatum Richemundiae, in Ecclesiâ beati Petri Eborum vacantem, dilecto Clerico nostro, Johanni de Sandale contulimus jure nostro:

Set subsequenter, ut intelleximus, nonnullae litterae Apostolicae, de citando praefatum Clericum, quod extra Regnum nostrum personaliter compareret, jus, si quod credat se habere, ad Archidiaconatum praedictum, ostensurum, a vestrae Sanctitatis Curiâ emanârunt:

Et quia hujusmodi citatio, si sortiretur effectum, in exhaeredationem Coronae nostrae, & Regiae Dignitatis laesionem cederet manifestè, praecipuè si juris collationis nostrae praedictae discussio alibi quàm in dicto Regno nostro fieret, eidem Johanni, ad ostendendum seu deducendum jus collationis praedictae, extra idem Regnum, per se, aut per alium praeclusimus omnem viam.

Vestrae igitur Sanctitati devotissimè supplicamus, quatinus ad jus nostrum Regium, cujus praecipuum defensorem vos esse speramus, paternum intuitum convertentes, quicquam in hoc casu, in laesionem ipsius juris nostri, seu Regiae Dignitatis minime attemptare curetis; nec processum aliquem, occasione collationis nostrae praedictae, ... modo gravetur.

Profectò, etsi nos vellemus tepescere in praemissis, vel ea permittere sub dissimulationis umbrâ transire, Magnates tamen & proceres Regni nostri, qui ad defensionem Coronae Angliae juramenti vinculo sunt astricti, jus nostrum hujusmodi taliter deperire minime sustinerent.

Dat. ut supra.

REX venerabili in Christo Patri, Domino W. Dei gratiâ, Tituli Sanctae Potentianae, Sacrosanctae Romanae Ecclesiae Diacono Cardinali, Amico suo karissimo, Edwardus, &c. salutem, & sincerae dilectionis affectum. Ibid.

Cogit nos suscepti cura regiminis jura Coronae & nostrae Dignitatis Regiae conservare illaesa, pro quorum conservatione nos, de vestrâ praeconceptâ dilectione confisi, speramus vos velle impendere opem & operam efficaces.

Nuper igitur, *&c. ut supra, usque ibi, viz.*

Requirimus & rogamus attentè, quatinus erga Dominum Summum Pontificem, quem super his requirimus prece piâ, sic velitis interponere, nostrorum interventu precaminum, partes vestras, quòd dictum jus nostrum Regium in aliquo non laedatur, nec idem Clericus, cujus defensioni in hoc negotio deesse non possumus, sicuti nec debemus, praetextu dictae collationis, quovis modo gravetur.

Dat. ut supra.

Consimiles Litterae diriguntur Cardinalibus subscriptis, videlicet;

Domino P. de Columpna,
Domino L. Sanctae Mariae in Via lata,
Domino A. Sanctae Mariae in Porticu, } Diaconis Cardinalibus.

Domino L. Albinen. Episcopo,
Domino P. Sabinen. Episcopo,
Domino J. Portuen. Episcopo.
Domino T. Civitatis Papalis Episcopo,
Domino T. Tituli Sanctae Sabinae Presbitero, } Cardinalibus.

Domino B. Episcopo Albinen. & Domini Pontificis Camerario.
Domino A. Albinen. Fontis Frigidi & Domini Summi Pontificis Vicecancellario.

Ad Papam, ne quid in Regiae Dignitatis laesionem attemptetur.

PAPAE Rex devota pedum oscula beatorum.

Pensantes amoris affectum, quem ad nos, Regnumque nostrum, ex quodam speciali favore, hactenus direxistis: cernentesque quòd tàm natura, & vestra naturalis origo, quàm longa familiaris nutritura ad hoc specialiter vos inducunt, nequimus animo comprehendere, nec credimus utique vos quicquam velle facere, quod in exhaeredationem Coronae nostrae, aut Regiae Dignitatis laesionem poterit redundare. Ann. D. 1309. An. 3. E. 2. Rom. 3. E. 2. m. 2.

Ad vestrae igitur Sanctitatis praesentiam * dilectos & fideles nostros, Willielmum Inge, & Henricum Spigurnel, Milites, praesentium portitores, pro quibusdam negotiis, nos & Regnum nostrum specialiter tangentibus, vestrae Beatitudini ex parte nostrâ exponendis, duximus destinandos: * III. 187.

Vestrae Paternitati devotissime supplicantes, quatinus praefatis, Willielmo & Henrico, & eorum alteri, super praemissis negotiis, be-

tatus: & ad hoc labores subimus diurnos assiduè; & ad hoc insompnes deducimus horas noctis, ut sui decoris gloriam & honorem, suæque pulcritudinis dotes amplissimas, immaculatas illi, qui speciosus est præ filiis hominum, conservemus.

Sanè, jam dudum ad nostri apostolatûs auditum, non sine grandi admiratione, relatio fide digna perduxit, quod nonnulli Officiales & Ministri carissimi in Christo filii nostri Edwardi Regis Angliæ illustris, eorem finibus non contenti, nec attendentes quòd venerabilibus Fratribus nostris, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, quos cœlestis Altitudo consilii in Apostolicæ sollicitudinis partem assumpsit, velut capitis ejusdem Ecclesiæ Membris Nobilibus, & qui nostri lateris individua pars existunt, a cunctis Ecclesiæ filiis debetur reverentiæ plenitudo;

Sed, extendentes potius ad illicita, in eorum injuriam, manus suas, dilectis filiis nostris, Neapoleoni Sancti Adriani, & Francisco Sanctæ Mariæ in Cosmedin, Diaconis Cardinalibus, & nonnullis, ex dictis aliis Cardinalibus, quorum aliqui, necnon & Progenitores ipsorum de terrâ dicti Regis originem traxisse noscuntur:

Et Procuratoribus eorumdem, quibus, pro dictæ Sedis & nostrâ reverentiâ, deberent in agendis, ratione beneficiorum Ecclesiasticorum, quæ obtinent, in Regno prædicto incumbentibus, ferventer assistere;

Graves injurias & duras molestias irrogare præsumunt, quamvis Cardinales ipsi ad promotionem eorum, quæ dicti Regis statum magnificarent honoris, ac impediendum contrarium, si, quod absit, evenire posse prospicerent, promptis animis sint parati.

Præterea sensibus nostris alia profundæ turbationis causa consurgit, quòd cùm interdum de Dignitatibus & Beneficiis Ecclesiasticis Regnorum & Terrarum prædictorum, per nos sufficientibus personis & dignis, sicut divino & humano jure licitè possumus, in hoc Prædecessorum nostrorum Romanorum Pontificum, qui in Regnis & Terris eisdem, sicut & in aliis partibus orbis de Beneficiis Ecclesiasticis providerunt, laudabilia vestigia imitantes, provi-

* III. 188. deri * contingit, certis eis super hoc, juxta morem quem Apostolica Sedes servare in talibus consuevit, Executoribus deputatis, nonnulli ex dictis Officialibus & Ministris, qui gloriantur in malitiâ, in iniquitate potentes, licentiæ laxatis habenis, quamvis nulla in talibus a Deo vel ab homine, cui hoc justè competat vel jurisdictio sit, eisdem Executoribus ipsis temerariè inhibere præsumunt, nec commissæ ipsis hujusmodi Ministerium executionis exerceant, aut processus aliquos faciant super illis, seu factos publicent, vel faciant publicari, in excommunicationum sententias, quas, ut plurimùm, Executores hujusmodi gratiarum in quoslibet impeditores, quo minus præfatæ gratiæ debitum sortiantur effectum, proferunt; dampnabiliter incidendo.

Et nichilominus, coacervare pejora prioribus non verentes, citationes, cùm super aliquibus negotiis, sive causis ad Ecclesiasticum forum spectantibus, in eisdem Regnis & Terris, auctoritate dictæ Sedis, etiam si contra Ecclesiasticas Personas emanant, Commissariis & Executoribus concessis super illis, & subdelegatis ab eis, nè ad citationes procedant easdem, aut illas fieri quoquo modo permittant, aut aliquem extra dictum Regnum earumdem litterarum auctoritate conveniant:

Tabellionibus quoque, nè super ipsis publica conficiant instrumenta: Citatis etiam, nè ratione citationum hujusmodi, ad Sedem accedant præfatam, vel citationibus eisdem pareant & intendant, sub personarum & bonorum pœnis gravissimis, contra Canonem, eo ipso excommunicationis sententiam suis contemptoribus, inferentem, inhibere præsumptione dampnabili non formidant.

Nec ex eo sufficimus admirari, dirasque sentimus in animo pun-

ctius interdicunt; quod, si contra interdictum hujusmodi, cui minimè parere tenentur, eos venire contingat, bona eorum indebitè iidem Officiales & Ministri capi faciunt; impediendo per hoc jurisdictionem Ecclesiasticam manifestè, quam deberent, pro reverentiâ divinâ & eorum salutis augmento, intentis studiis defensare.

Ordinarii etiam supradicti aliquam personam Ecclesiasticam, quantumcumque grave delictum commiserit, non audent, ut de ipsa per ipsos fiat justitiæ * debitum, dictorum Ministrorum minis * III. 189.
perterriti, capere vel tenere.

Et insuper, dicti Officiales & Ministri, non attendentes quòd laicis in Clericos nulla prorsus est attributa potestas:

Et aliæ Gentes ipsius Regis, ac seculares potestates per suam Celsitudinem deputatæ, Clericos, etiam in Sacerdotii ordine constitutos, & alias personas Ecclesiasticas, tàm religiosas, quàm Seculares, etiamsi Pontificali præfulgeant dignitate, absque nostrâ, vel superiorum suorum licentiâ, in dicti Regis derogationem honoris, amerciant, ut juxta Patriæ vulgare loquamur, in pœnâ pecuniariâ: Et alias condempnant injustè, pro eorum libito voluntatis; ipsasque, per captionem personarum & bonorum suorum, ex eorum officio; & alias, ad instantiam quorumcumque, tàm super criminalibus, quàm personalibus, & aliis actionibus quibuscumque, renitentes, & invitas, & etiam eorum forum declinantes, & Clericale privilegium allegantes, coram se respondere compellunt.

Et, cùm per Officiales & Ministros prædictos, aliquos Clericos, etiam in dicto Sacerdotii ordine existentes, accusatos pro quovis delicto, quamvis indebitè, capi contingit, ipsos coram se, nudis pedibus, capite discoperto, in solâ tunicâ vel camisiâ, sicut homicidas vel latrones Laicos, dampnandos ad mortem, in supremi Regis offensam, qui Christos suos per quemcumque secularem Potentatum tangi prohibuit, in ipsius Matris Ecclesiæ & totius Ordinis Clericalis opprobrium, quantumcumque se Clericos asserant, & tonsuram & habitum deferant Clericales, certumque aliàs sit eisdem quod Clerici sint, omnino coram se faciunt præsentari, ipsosque turpissima morte dampnantes, eos, nisi per ipsorum Ordinarios requirantur, mandant suspendi patibulis, vel capitibus detruncari, licet, cùm per eosdem Ordinarios, ut prædicitur, requiruntur, restituantur eisdem Ordinariis condempnati.

Si verò in casu absolutionis existant, per Officiales ipsius Regis absolvuntur, & extunc non permittunt quod ipsi Ordinarii se de ipsis Clericis intromittant.

In casu autem hujusmodi contra dictos Clericos duodecim laici admittuntur in testes, qui, si dicant se credere illos, super quo accusantur, commisisse delictum, testibus creditur indubitanter eisdem, & ex hoc ad mortem, ut præmittitur, condempnantur; propter quæ non est dubium eos excommunicationis sententiam incurrere ipso facto.

Bona etiam Prælatorum & Clericorum Regni prædicti, eorumque fructus, redditus, & proventus, Officiales, Ministri, & Gentes, prædicti, eis invitis, recipiunt, pro eorum libito voluntatis, illis satisfactione de ipsis aliquâ non impensâ:

Et nichilominus tàm iidem Officiales & Ministri, quam Nobiles Regni præfati, prætendentes quod Ecclesiæ & Monasteria omnia fundata fuerunt ab ipsis, domos Religiosorum, & aliarum personarum Ecclesiasticarum ejusdem Regni, eundo sæpius, & etiam redeundo, adeò gravant & opprimunt, sicque duras exactiones recipiunt ab eisdem, quod vix possunt sufficere sibi ipsis; ab eis quandoque mediam, & interdum quartam, vel aliam certam partem bonorum ipsorum, per violentiam extorquendo.

Quod, si forte ipsorum aliquis in hoc eis contradicere quoquomodo

ipsos Officiales & Ministros eosdem cogeret lenire, quamvis hujusmodi precibus & hortationibus nostris nullus extiterit subsecutus effectus, nec preces & exhortationes ipsæ apud magnitudinem suam efficaciam invenerint postulatam.

Et, licet postmodùm idem Rex, per suas nobis Litteras, rescripsisset, quod ad præmissa nobis erat per speciales Nuncios responsurus, nullum tamen dictus Rex, si bene recolar, de responsione hujusmodi ad nostram præsentiam Nuncium destinavit, vel misit Litteras per quas super prædictis nostro Apostolatui responderet; quamvis nuper tibi, Venerabili Fratri nostro Norwicensi Episcopo, & dilectis Filiis, Nobilibus viris, Johanni de Britanniâ, Richemundiæ, & Adomaro de Valentia, Pembrochiæ, Comitibus, quos dictus Rex ad nostram destinavit præsentiam, duximus injungendum ut super præmissis, velut plurimum insidentibus cordi nostro, sibi prædictum nostræ mentis desiderium explicarent.

Propter quæ preces easdem timor domini nos iterare, & ejusdem Matris Ecclesiæ, inclitæ Sponsæ suæ, quam nobis, licet insufficientibus meritis, custodiendam commisit, affectio, ne libertatis suæ gloria, sibi cœlestis muneris dono concessa in eisdem Regnis & Terris, ipso dissimulante, in ipsius salutis & honoris dispendium, maculetur, exhortationes easdem paternis affectibus renovare nostros compellunt & excitant cogitatus.

Prætérque ipsius Regis Magnificentiam rogamus, monemus & hortamur in illo, qui Regibus dat salutem, quatinus a nobis, & Apostolicâ Sede, cui, disponente Domino, præsidemus, & qui eundem Regem paternâ & sincerâ dilectione prosequimur, super hiis sumat consilium: sumptum exequatur; Ac, devotus illud adimplens, non patiatur gravamina, injurias, & molestias hujusmodi per Officiales & Ministros eosdem præfatis Ecclesiis & personis aliquatinus irrogari; quinimmo Ecclesias & personas ipsas, pro divinâ, dictæ Sedis, & nostrâ reverentiâ, oportuni favoris ope confoveat, & Regiæ protectionis munimine tueatur.

Præterea, ut nichil de hiis, quæ ad præsens nobis occurrunt, securitati & præservationi dicti Regis, Honoris, & Status, & per quæ, adversus eandem Ecclesiam, alicujus irreverentiæ, vel ingratitudinis notam, aut offensæ materiam Magnificentia Regalis posset incurrere, omittamus intactum, suam notitiam volumus non latere, quod, cum, claræ memoriæ, Edwardus Rex Angliæ, Genitor suus, dum Lugduni moram, pro recipiendis nostræ Coronationis solempniis, traheremus, prædictum Norwicensem, ac Venerabiles Fratres nostros, Conventrensem & Cicestrensem, Episcopos, & dilectos Filios, Nobiles viros Comitem Lincolniæ, Hugonem le Despenser, & Oddonem de Grandison, & quosdam alios, Nuncios suos ad nostram præsentiam destinâsset; nos, de securitate Status Regis ejusdem ac salute solliciti, eisdem Nunciis, inter cætera, duximus injungendum, quòd, cùm idem Genitor a solutione Mille Marcharum argenti, in quibus, annui census nomine, memoratæ Ecclesiæ tenebatur, per Quindecim Annos, tunc proximè transactos, vel circa, cessâsset, ipsaque cessatio sibi posset non modicum afferre periculum, præfatum Genitorem cautum redderent & attentum, quod sibi super hoc curaret, per promptæ satisfactionis exhibitionem congruam, providere.

Et, licet præfati Nuncii coram nobis assererent quod idem Rex, qui dicta pericula cogitabat, firmum haberet propositum de censu prædicto Ecclesiæ præfatæ satisfactionem plenariam exhibere: Et saltem majorem partem prædictorum arreragiorum, si totam summam non posset, infra Festum Beati Michaelis, tunc proxime secuturum, persolvere; nulla tamen nobis, vel eidem Ecclesiæ fuit super hoc satisfactio subsecuta.

Cumque postmodum, per Venerabilem Fratrem nostrum, Petrum Episcopum Sabinensem, & dilectum Filium, Nobilem virum Amanenum Dominum de Lebreto, qui, de mandato nostro, pro quibusdam arduis negotiis Regis & Regni prædictorum, ad
* III. 191. partes illas * accesserant, idem Genitor super hoc sollicitatus ex parte nostrâ fuisset, ipse, sicut postmodùm auditui nostri Apostolatûs innotuit, pericula gravia & jacturas, quæ per cessationem solutionis census ejusdem poterat formidare, diligenter & attentè con-

gere, & indubitata fiducia repromittit quod vigorem libertatis ipsius, prout tua interesse dinoscitur, desideranter affectas, dictorumque Regis & Regni votiva prosperitas delectat multipliciter intima cordis tui, quodque, ut ipsi in ejusdem Ecclesiæ stabili devotione persistant, accedit gratissimum votis tuis,

Fraternitatem tuam monemus & hortamur attentius, tibique nichilominus per Apostolica Scripta mandamus, quatenus præmissa pericula, & alia plurima, quæ Regi & Regno præfatis possent ex præmissis provenire, dispendia eidem Regi diligenter exponens, cum, quod a gravaminibus supradictis abstineat, ac Officiales & Ministros eosdem resilire compellat, & alias præfatas Ecclesias & personas suæ protectionis munimine tueatur, & censum prædictum integraliter persolverit, pro nostrâ & Apostolicæ Sedis reverentiâ, sic efficaciter exhortens, quod super prædictis, quæ specialiter insident cordi nostro, cui salubris Ministerii operante virtute, desiderii nostri celerem & expectatum consequamur effectum; nosque tuæ fraternitatis sollicitudinem vigilem, quam in hac parte duxeris adhibendam, commendare dignis in Domino laudibus valeamus.

Quicquid autem factum fuerit, & tu etiam egeris in præmissis, nobis per tuas Litteras, eidem Episcopo Pictavensi, latori præsentium, tradendas, & per eum nobis deferendas, fideliter intimare procures.

Dat. in Prioratu de Grunsello prope Malausanam Vasionen. Dioc. 5. Kalendas Novembris, Pontificatûs nostri Anno Quarto.

Sub filis canabeis.

De Antiqua Prisa de Vinis data Petro de Gavaston.

REX omnibus, ad quos, &c. salutem. Ann. D. 1309.

Sciatis quòd, de gratiâ nostrâ speciali, dedimus & concessimus, pro nobis & hæredibus nostris, dilecto & fideli nostro, Petro de Gavaston Comiti Cornubiæ, & Margaretæ Uxori suæ, nepti nostræ carissimæ, antiquam & debitam prisam nostram de Vinis, quæ in portu de Dertmuth, * & in pola aquæ de Esshe, in Comitatu Devoniæ applicare contigerit; videlicet, *An. 3. E. 2. Pat. 3. E. 2. m. 27.* * III. 192.

De qualibet navi, cum vinis in dictis locis applicante, duo dolia vini:

Ita tamen quod, pro quolibet hujusmodi dolio vini, solvant Mercatoribus, quorum vina illa fuerint, viginti solidos sterlingorum, prout temporibus antecessorum nostrorum, quondam Regum Angliæ, fieri consuevit,

Habendam præfatis, Comiti & Comitissæ, & Hæredibus suis, de corporibus ipsorum procreatis, Imperpetuum adeò plenè, sicut nos, & Antecessores nostri prædicti, prisam prædictam habuimus temporibus retroactis.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Burton Episcopi, 15. die Novembris.

De sufferentia Scotis, ad instantiam Regis Franciæ, concedenda.

EDward, &c. a touz ceux, qui ceste lettre verront, ou orront, salutz en Dieu. Ann. D. 1309.

Sachez qui, come Tresnoble & Tresexcellent Prince, nostre treschere Piere, Philip, par la grace de Dieu, Roi de Fraunce, eit envoi a nous Nobles & haut home, Monsire Loys, son frere, Counte d'Evereux nostre treschere Uncle, & honurable Pier Guy Evesque de Sessons, par lettres de creaunce, par la quele il nous ont requis, depar le dit Roi, que nous a celes gentz d'Escoce, a qui nous avoms guerre, voisissions doner Trieue. *An. 3. E. 2. Scot. 3. E. 2. m. 12.*

Nous, a la requeste de mesmes celui Roi, come de nostre tres-

Nous, a tot ce, donons & commettons a mesmes ceux, Count Johan, Johan, & Johan, ou as trois, ou as deux de eaux (dont le un soit un des avantditz Johan Wogan & Johan Benstede) d'assigner, d'establer, & de faire jurer certeines persones de nous, suffisantz & covenables, por la dite Trieue, ou Suffrance en touz pointz, tant come il apartient a nostre partie, garder & faire tenir bien & loialment:

• III. 193. • Et ensement pur deliverer les gentz d'Escoce, qui ont, ou averont este pris en temps des Trieues, ou des Souffraunces, acordees, avant ces hores, entre noz gentz d'une part, e ceux d'Escoce d'autre.

Et por amender lor trespas, & les entreprises, qui ont, ou averont este feites par les noz, dedenz cel temps, contre la forme de mesmes les Trieues.

Et nous, pour nous, & pur toux ceux de nostre partie, tendroms firm & estable quant que les avanditz Counte, Johan, Johan, & Johan, ou les trois ou le deux de eux, sicome est avantdit, averont ordenez & fait sor les choses avantdites, & chescun de elles.

En tesmoignance de queu chose, nous auoms fait faire cestes doz lettres overtes, sealees de nostre Seel.

Donees a Westmostier le 29. jour de Novembre.

Gilbertus Comes Glocestriæ Capitaneus pro Expeditione Scotiæ.

Ann. D. 1309. An. 3. E. 2. Scot. 3. E. 2. m. 12.

REX omnibus, ad quos, &c. salutem.

Sciatis quod, cùm mittamus quosdam Nobiles & Magnates, & Fideles de Regno nostro, cum equis & armis, in expeditionem nostram, ad partes Scotiæ, ad obsidionem Castri nostri de Rotherglen amovendam, & ad Rebellionem & Proterviam Inimicorum & Rebellium nostrorum in partibus Scotiæ, cum Dei adjutorio, reprimendas:

Nos, de circumspectione, probitate, & industriâ dilecti Nepotis & Fidelis nostri, Gilberti de Clare Comitis Gloucestriæ & Hertfordiæ, plenam fiduciam optinentes, ipsum Capitaneum nostrum expeditionis prædictæ, & munitionum nostrarum in partibus illis constituimus per præsentes.

In cujus, &c. quamdiu Regi placuerit duraturas.

Teste Rege apud Westm. tertio die Decembris.

De placito, pridem reservato Regi, coram Episcopo Dunelmensi audiendo.

Ann. D. 1309. An. 3. E. 2. Pat. 3. E. 2. m. 26.

REX omnibus, ad quos, &c. salutem.

Sciatis quòd, cùm nuper reddiderimus venerabili Patri, Antonio Patriarchæ Jerosolimitano, & Episcopo Dunolmensi; libertatem Ecclesiæ suæ Dunolmensis (dudum quibusdam de causis, per considerationem Curiæ, celebris memoriæ, Domini E. quondam Regis Angliæ, Patris nostri, captam) habendam sibi, & Successoribus suis, Episcopis Dunolmensibus, IMPERPETUUM adeo integrè, sicut eam habuit & tenuit, ante captionem supradictam; salvâ tantùm nobis cognitione placiti, inter Radulphum filium Willielmi, & Galfridum de Hertelpol, coram nobis in Curiâ nostrâ inchoati; hiis etiam, quæ nos tangunt, vel tangere poterunt, similiter nobis salvis:

Ac jam præfatus Radulphus nobis supplicaverit, ut nos cognitio-

dum consuetudinem Terræ nostræ Scotiæ, per mortem ipsius Episcopi, debentur, Pat. 3. E. 2. m. 25.

Dilectum Clericum, & Elemosinarium nostrum, Johannem de Leek, Procuratorem nostrum & Attornatum facimus, ordinamus, & constituimus per præsentes:

Dantes eidem Johanni potestatem liberam, nomine nostro, omnia alia & singula, præmissa contingentia, faciendi & excercendi, quæ per verum & legitimum Procuratorem poterunt expediri, etiamsi mandatum exigant speciale:

Ratum & gratum habituri quicquid idem Johannes, in præmissis, nomine nostro, duxerit faciendum.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Westmonasterium, 14. die Decembris.

Per Breve de privato Sigillo.

Pro Guilielmo le Latimer.

PAPÆ Rex devota pedum oscula beatorum. Ann. D. 1309. An. 3. E. 2. Rom. 3. E. 2. m. 1.

Quàm favorabilis dilecto & fideli Militi nostro, Willielmo le Latimer, in ipsius negotiis, in Curiâ vestrâ pendentibus, pro quibus vestræ Beatitudini nuper preces porreximus speciales, extitit vestra Paternitas reverenda, intelleximus, Pater sancte; pro quo vestræ Clementiæ ad laudum præconia assurgimus & gratiarum uberiores actiones:

Vestræ Sanctitati devotissimè supplicantes, quatinus in eundem Militem nostrum, Apostolici favoris gratiam quâ in prædictis suis negotiis non modicum noscitur indigere, continuare velitis nostri rogaminis interventu.

Conservet, &c.

Dat. apud Westmonasterium, decimo quarto die Decembris.

Per breve de privato Sigillo.

REX venerabili, &c. Domino R. Dei gratiâ, Sanctæ Mariæ Novæ Diacono Cardinali, salutem. *Ibid.*

Quam benigne negotia dilecti & fidelis nostri, W. le Latimer Militis, erga Dominum Summum Pontificem hactenus promovistis, nobis ipsius Willielmi litterarum missio patefecit; pro quo vobis grates & gratias referimus speciales: vestram Paternitatem rogantes attentè, quatinus favoris gratiam, per vos erga præfatum Militem nostrum in dictis suis expediendis negotiis inchoatam, continuare velitis nostri rogaminis interventu.

Dat. ut supra.

REX venerabili, &c. Domino Th. Sanctæ Sabinæ Presbitero Cardinali, Amico suo karissimo, salutem. *Ibid.*

Negotia dilecti & fidelis nostri, W. le Latimer Militis, in Curiâ Romanâ pendentia, vobis ex cordis intimo commendamus; vestram amicitiam rogantes attentè, quatinus, pro felici & celeri expeditione eorumdem, quæ multum insidet cordi nostro, instare velitis nostri rogaminis interventu.

Dat. ut supra.

De

Northampton.	*Staffordiæ,*
Rotelandiæ,	*Lincolniæ.*

Item eodem modo scribitur Vicecomitibus subscriptis, de Apostatis hujusmodi, usque Castrum Eboraci mittendis, videlicet,

Northumbriæ,	*Lancastriæ,*
Cumbriæ,	*Notinghamiæ,*
Westmerlandiæ,	*Eboraci.*

De Custodibus Templariorum, quod sint intendentes Inquisitoribus.

Ann. D. 1309. An. 3. E. 2. Pat. 3. E. 2. m. 15.

REX Universis & singulis Ministris suis, Custodibus Templariorum, ad quos, &c. salutem.

Mandamus vobis quod Prælatos & Inquisitores, ad inquirendum contra Ordinem Templariorum, & contra Magnum Præceptorem dicti Ordinis, in Regno Angliæ constitutum, & similiter contra singulares Personas & Fratres Ordinis illius nuper per litteras Apostolicas deputatos, de ipsis Templariis & eorum corporibus, quotiens voluerint, ordinare & facere permittatis id quod eis, secundum legem Ecclesiasticam, videbitur faciendum.

Et, ad hæc facienda, sitis Prælatis & Inquisitoribus intendentes.

Teste Rege apud Westmonasterium, 15. die Decembris.

Sub eodem tenore consignata fuerunt septem.

Robertus Clifford Custos Scotiæ.

Ann. D. 1309. An. 3. E. 2. Scot. 3. E. 2. m. 4.

REX omnibus, ad quos, &c. salutem.

De fidelitate & circumspectionis industriâ, dilecti & fidelis nostri, Roberti de Clifford, pleniùs confidentes, constituimus ipsum Custodem totius Terræ nostræ Scotiæ, quamdiu nobis placuerit; ita quòd idem Robertus centum homines ad arma, equites, & trescentos homines pedites, continuè in Comitivâ suâ retineat, pro custodiâ Treugæ seu sufferentiæ in terrâ prædictâ, quamdiu custodiæ intenderit supradictæ.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Westmonasterium 15. die Decembris.

Et mandatum est Comitibus, Baronibus, Militibus, Vicecomitibus, Ballivis, & omnibus aliis de Comitatibus Northumbriæ, *&c. prout supra de 14 Sept*

---

* III. 196.

* *Ad Comitem Flandriæ de Justitia exhibenda.*

Ann. D. 1309. An. 3. E. 2. Claus. 3. E. 2. m. 15. d.

REX Nobili Viro, Domino R. Comiti Flandriæ, Amico suo karissimo, salutem.

Satis novit, ut credimus, vestra Prudentia circumspecta, quòd Dominus E. quondam Rex Angliæ Pater noster, & nos similiter, postquam suscepimus regimen Regni nostri, pro diversis Mercatoribus dicti Regni, per Gentes de vestro Dominio dampna passis, ut ipsis Mercatoribus de dampnis, illis illatis, emendæ fierent competentes, pluries direximus literas atque preces.

Set preces illæ fructum modicum, ut videtur, hactenus attule-

dictorum, prædictis Mercatoribus nostris, citra Octabas Purificationis Beatæ Mariæ Virginis, proximò futuræ, super recuperatione pecuniæ suæ prædictæ, vel valoris ejusdem, exhiberi faciat, absque ulterioris dilationis incommodo, justitiæ complementum, ne sollicitari nos oporteat amplius ex hac causâ: Ex tunc autem dissimulare non poterimus, quin ipsis Mercatoribus nostris in præmissis provideamus, in vestri defectum, de remedio competenti.

Nimis enim injuriosum esset quod iidem Mercatores nostri, per fraudem, vel malitiam dicti communis Ministri Villæ prædictæ (cum quo, ratione cujusdam præconizationis, in eâdem Villâ publicè factæ, de pecuniâ eidem Custodi ad Cambium liberandâ audaciùs contraxerunt) taliter defrauderentur de suâ pecuniâ memoratâ.

Et quid, ad hunc rogatum nostrum, decreveritis faciendum, nobis rescribere curetis citra terminum antedictum.

Dat. apud Westmonasterium, 16. die Decembris.

Ad Papam, excusatoria pro Episcopo Wygorniensi, ne ejusdem Concilio personaliter intersit.

Ann. D. 1309. An. 3. E. 2. Rom. 3. E. 2. m. 1. * III. 197.

PAPÆ Rex devota pedum, &c.

Dum Paternæ mansuetudinis gratiam erga nos & Regnum nostrum vigere conspicimus affluenter, ipsam pro nobis & nostris, piâ prece, requirere non cessamus.

* Cùm igitur Venerabilis Pater W. Wygorniensis Episcopus, Thesaurarius noster (qui, a nostro ætatis primordio, nostris insistens obsequiis, secreta præ cæteris nostra novit) ad interessendum personaliter vestro Concilio, per Litteras Apostolicas jam sit, ut intelleximus, præmunitus:

Ac idem Episcopus, propter diversitatem multiplicium agendorum, quæ in dies imminere noscuntur, nobis & dicto Regno adeò utilis, immo veriùs necessarius existit, quod ipsius præsentiâ carere nequivimus absque gravi incommodo status nostri, quod attendat favor Apostolicus;

Quæsumus, Pie Pater, vestram Paternitatem devotis precibus exorantes, quatinus absentiam præfati Episcopi in dicto Concilio habere dignemini, precum nostrarum obtentu, de vestræ bonitatis affluentiâ, excusatam; super quo nobis velitis rescribere vestræ, si placeat, beneplacita Sanctitatis.

Dat. apud Westmonasterium, 18. die Decembris.

De Johanne de Britannia Comite Richemundiæ acquietando.

Ann. D. 1309. An. 3. E. 2. Claus. 3. E. 2. m. 15.

REX Thesaurario & Baronibus suis de Scaccario, salutem.

Cùm, vicesimo sexto die Novembris, Anno Regni nostri secundo, de gratiâ nostrâ speciali, remiserimus & pardonaverimus dilecto Consanguineo & fideli nostro, Johanni de Britannia Comiti Richemundiæ, omnimoda debita, in quibus nobis tenebatur, tàm de pecuniâ, sibi, tempore Domini Edwardi, quondam Regis Angliæ, Patris nostri, & nostro, in garderobâ ipsius Patris nostri, seu nostrâ de præstito, in Vasconia, Scotiâ, seu alibi liberatâ, quàm de victualibus ipsius Patris nostri, & nostris dicto Comiti similiter liberatis: Nec non & omnia alia debita, quæ dictus Johannes nobis debuit, usque ad Festum omnium Sanctorum, tunc proximo præteritum, ex quacunque causâ, prout in Literis nostris Patentibus, eidem Comiti inde confectis, pleniùs continetur:

Vobis mandamus quod ipsum Johannem de debitis prædictis, ad

Scac-

* III. 198.

* De Procuratorio prædicto.

Ann. D. 1310. An. 3. E. 2. Vasc. 3. E. 2. m. 3.

REX discretis viris, dilectis & fidelibus suis, Domino Bernardo Peleti Priori de Manso, juris utriusque Professori, & Magistro Thomæ de Grava Clerico, salutem.

Litteras vestras, quas dilectus Clericus noster, Magister Thomas de Lugoure, nobis nuper detulit ex parte vestrâ, recepimus, & ad plenum intelleximus continentiam earumdem; undè Procuratorium quoddam, pro negotiis nostris dicti Ducatus, in Curiâ Franciæ agitandis, sub formâ, quam nobis misistis, vobis transmittimus consignatum.

Et quia, dilecto & fideli nostro, Johanni de Hastinges, nunc Senescallo nostro Vasconiæ, constituendi Procuratores, nomine nostro, in Curiâ prædictâ, jam de novo commisimus potestatem, volumus quod, si sufficientes Litteras Procuratorias ab eodem Senescallo nostro, cui super hoc dirigimus Litteras nostras, habere poteritis tempestivè, antequam, videlicet, oporteat, per vos, nostro nomine, Procuratorium aliquod exhiberi, tunc Litteris hujusmodi Senescalli nostri prædicti utamini, nostras proprias Litteras Procuratorias nullatenus exhibendo.

Potius enim volumus quod vos utamini, in Curiâ prædictâ, Procuratorio, vobis per dictum Senescallum nostrum faciendo, sicut hactenus fieri consuevit, quam Procuratorio Magno Sigillo nostro Regio consignato.

Super negotiis verò, vos tangentibus, vobis responsum faciemus per proximum Nuncium, quem ad nostram præsentiam missuri estis, sicut prædictæ vestræ Litteræ continebant.

Dat. apud Sanctum Albanum, primo die Januarii.

1310. An. 3. E. 2. Pat. 3. E. 2. m. 23.

REX ... Inspeximus Cartam, quam Venerabilis Pater, Antonius Patriarcha Jerosolomitanus, & Episcopus Dunelmensis, fecit dilecto Consanguineo & fideli nostro, Henrico de Percy, in hæc verba:

Universis Christi Fidelibus, ad quos præsens Scriptum pervenerit, Antonius, permissione divina, Sanctæ Jerosolomitanæ Ecclesiæ Patriarcha, & Episcopus Dunelmensis, salutem in Domino sempiternam.

Noveritis me dedisse, concessisse, & hac Carta nostra confirmâsse Nobili viro, Domino Henrico de Percy, *&c. prout supra de 19. Oct. usque hæc verba, videlicet*, Nos autem Donationem, Concessionem, & Confirmationem prædictas, ratas habentes & gratas, eas, pro nobis & hæredibus nostris, quantum in nobis est, concedimus & confirmamus, sicut Carta prædicta rationabiliter testatur.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Shene, 23. die Januarii.

Per breve de privato Sigillo.

Et mandatum est Johanni de Hothum, Escaetori Regis ultra Trentam, quod, cùm Rex Donationem & Concessionem prædictas per Literas suas Patentes confirmaverit, & Homagium prædicti Henrici inde ceperit, prout in eisdem Literis Regis plenius continetur, ipsum Henricum inde non occasionet, seu molestet in aliquo, contra tenorem Literarum Regis prædictarum.

Teste ut supra.

Ad Hollandiæ Comitem de Conventionibus observandis.

Ann. D. 1310. An. 3. E. 2. Claus. 3. E. 2. m. 14. d.

REX Nobili viro, & amico suo karissimo, Domino Willielmo Hanoniæ, Hollandiæ, & Sellandiæ Comiti, ac Frisiæ Domino, salutem, cum dilectione sincerâ.

Cùm nuper, in Parliamento nostro apud Staunford, habito diligenti tractatu cum illis de consilio nostro, & Cristiano de Raphurst Milite vestro, ac aliis, quos, unà cum ipso, ad nostram præsentiam destinastis, cum potestate sufficienti tractandi de pace & concordia, super diversis discordiis & contentionibus, inter Gentes nostras ex parte unâ, & Gentes de potestate vestrâ ex alterâ suscitatis, ordinatum fuerit, &, inter cætera, concordatum, quòd nos certos Justiciarios, infra potestatem nostram, assignaremus, ad querelas omnium & singulorum de potestate vestrâ, de aliquibus de Regno nostro conqueri volentium, audiendas, & ad plenam & celerem justitiam conquerentibus faciendam:

Et quod vos hujusmodi Justiciarios', infra potestatem vestram, ad quercias omnium & singulorum de potestate nostrâ, de aliquibus subditis vestris conqueri volentium, audiendas, deberetis cum potestate consimili assignare; prout hæc & alia in quadam Indenturâ, super ordinatione prædictâ confectâ (undè una pars residet penes nos in Cancellariâ nostrâ, & altera præfato Militi & Nuncio vestro extitit liberata) plenius continentur:

Ac Petrus Attesee, & Johannes Filius ejus, Walterus de Cakhowe, Johannes de Bradele, Thomas de Stamelmere, Ricardus Trunk, & Johannes Trenthemer, Burgenses & Mercatores nostri de Ravenesere,

Qui nuper, per quosdam homines de potestate vestrâ, bonis & mercimoniis suis, ad valentiam quadringentarum, sexaginta, & unius librarum, quatuordecim solidorum, & octo denariorum Ster-

Litera Regis Franciæ pro Matheo Caraczoli super Prebenda.

Ann. D. 1310. An. 3. E. 2. Ex Orig. in Turr.

PHilippus, Dei gratiâ, Franciæ Rex, carissimo Filio E. eadem gratiâ, Regi Angliæ Illustri, Duci Aquitaniæ, fideli nostro, salutem & prosperos ad vota successus.

Venerabilis vir, Magister Matheus Caraczoli de Neapoli, Apostolicæ Sedis Notarius, dilectus Clericus noster, nobis confidenter exposuit quod vos, suggesto auribus Regiis, minùs veraciter, quod ipse rebus erat humanis exemptus, Præbendam, quam in Ecclesia Salisberiensi obtinet, & quam per tempus non modicum pacificè & quietè possedit, suggestique hujusmodi circumventi, Magistro Thomæ de Lingor Clerico de facto noviter contulistis; qui Præbendam eandem, prætextu talis Collationis, pro suæ voluntatis arbitrio, detinet occupatam. Cum autem Notarius ipse, qui pro Templariorum, & aliis Negotiis arduis, ad partes Regni nostri, ad nostræ requisitionis instantiam, ab Apostolicâ Sede missus, negotia ipsa prosequitur laudabiliter & sollerter, corporeâ vigeat sospitate;

Nos, perhibentes super hoc fidele testimonium veritati, Filiationem vestram * affectuose requirimus & rogamus, quatinus eundem Notarium, quem, obtentu devotionis eximiæ, quam ipse & Domus sua, ab olim, ad nos gerunt & solium Regni nostri, necnon ob suorum magnitudinem meritorum, speciali dilectione prosequimur, habentes propensius commendatum, sibi, vel Procuratori suo pro eo, Præbendam prædictam, unà cum fructibus perceptis, & qui percipi potuerunt ex eâ, integrè, sine cujuslibet difficultatis objectu, & dilationis morosæ dispendio, restitui faciatis. * III. 200.

Dat. Parisius, die septimo Mensis Februarii, Anno Domini Millesimo, Trecentesimo, Nono.

Inhi-

[illegible] en maniere qu'il devient, &

E. 2. m. 22. soleient venir en temps de nostre Pere:

Par quei nous, eu sur ceo Consail, defendoms a tourz, sur quant qil porront forfaire devers nous, que nul ne soit si hardi de venir a nostre Parlement, qui nous avoms ja fait somondre a Westmostier, si come bien saverz, as Chivaus, ne Armes; mes q'il veignent en due manere, si come il devient, & soleient en temps du dit nostre Pere, pur treiter & nous conseiller sur les busoignes, que touchent nous, & l'amendement de l'estat de nostre Roialme:

Car nous asseuroms tourz de sauvement venir, demorer, & repairer.

Et avoms, sur ceo, comande as nos chiers & foials, les - - - Countes de Gloucestre, de Nicole, de Garenne, & de Richemund, por plus grant seurtee de tourz ceux, qi y vendront, q'il empreignent cestre busoigne, si que tourz y peussent sauvement & securement venir, demorer, & repairer.

Et, si par aventure ausquns, ou ausqun y viegnent autrement, que n'est susdit, avoms ordeine que les ditz Countes soient en eide, contre ceaux, qui averont ensi trespasse, que les choses soient adrescees a nostre honeur; la quele chose meismes les - - - Countes ont empris.

Et voloms, que si nule medle surde, entre queux qil soient, durant nostre dit Parlement, que les ditz Countes le facent adrescer, & punir les trespasseurs, selom ceo q'il verront que face a faire: Et sur ceo les avoms done plein Poer.

En tesmoigne de quele chose, nous vous enveoms cestes nos Lettres Patentes.

Dones a Westmostier, le septisme jour de Feb.

Autieles lettres furent maundez as Countes sutz escritez, cest a savoir,

Al Counte de Hereford,
Al Counte de Pembrok,
Al Counte de Warr.

• III. 201. * *Pro Petro de Gavaston.*

Ann. D. 1310. REX dilectæ sibi Margaretæ, quæ fuit Uxor Edmundi, quondam Comitis Cornubiæ, defuncti, salutem.

An. 3. E. 2. Pat. 3. E. 2. m. 21. Cùm, celebris memoriæ, Dominus E. quondam Rex Angliæ, Pater noster,

Pro remissione & quietâ clamatione, quas eidem Patri nostro fecistis de dote vestra, quam in Curiâ ipsius Patris nostri, coram Justiciariis de Banco, per brevia sua petivistis versus diversos homines de libero tenemento, quod fuit prædicti Edmundi, quondam viri vestri; quos quidem homines dictus Pater noster, tanquam Hæres ipsius Comitis, voluit warantizare:

Concessisset vobis Centum libratas terræ & redditûs per Annum, habendas nomine dotis vestræ prædictæ; & inter cætera, quæ vobis in hac parte assignavit, assignâsset vobis Maneria de Kenton, cum Henetre, Wyke, & Suthtenge, quæ fuerunt prædicti Comitis, habenda nomine dotis, ut est dictum; ita quod redderetis eidem Patri nostro, & Hæredibus suis, singulis Annis, ad Scaccarium suum, ad totam vitam vestram, de prædictis Maneriis de Kenton, cum Henetre, Wyke, & Suthtenge, quadraginta & sex libras, quatuordecim solidos, & undecim denarios, qui excedunt dictas Centum libratas terræ & redditûs, unam, videlicet, medietatem, ad Scaccarium Sancti Michaelis, prout in Litteris Patentibus ipsius Patris nostri, vobis indè confectis, pleniùs continetur:

Ac nos, quinto die Augusti, proximò jam præterito, per cartam nostram, dederimus, & concesserimus dilecto & fideli nostro, Fraunk Poer, & special maundement, de treter, en noun de nous, & pur nous, ovesques les gentz d'Escoce, a qui nous avoms guerre, de Treue, ou de Souffraunce entre nous, nos homes, nos surzmis, & nos aidantz d'une part, & eaux, & lour aliez & aidauntz d'autre part, sur les guerres, dissensions, & discordz, que sont entre nous & ceux, selonc ce q'il verrount que meutz soit a faire al honur de nous, & profit de nostre Roialme:

De meisme celle Trewe, ou Suffraunce ottroier, doner, affermer, & de jurer, en nostre alme, de cele Trewe ou Suffraunce firmement garder & tenir, & de tutes autres choses faire & complir, qui a cele Trieue, ou Souffrance * serront bosoignables ou • III.
covenables, tot soit il qu'il requergent especial maundement: 202.

E nous averoms pur ferme, e pur estable, quant qe les avantditz, Evesque, Cont, Johan, Johan, William, Johan, & Alisaundre, sis, cink, ou quatre d'eux averont treite, e ordene, fait, & ferme, en noun de nous, & pur nous, pur nos homes, pur nos surzmys, & pur nos aidantz, sur les choses avantdites, & chescun de elles.

En tesmoignance des queux choses nous avoms fait faire cestes nos lettres overtes.

Dones a Westmoster le 16. jour de Feverer, l'an de nostre Regne tierz.

De intendendo Inquisitoribus super Separatione Templariorum.

REX Constabulario Turris suæ Londoniarum salutem. Ann. D.
Cum concesserimus Prælatis & Inquisitoribus, ad inquiren- 1310.
dum contra Ordinem Templariorum, & contra Magnum Præcep- An. 3.
torem ejusdem Ordinis, in Regno nostro Angliæ constitutum, & E. 2.
similiter contra singulares Personas & Fratres Ordinis illius, nuper Claus. 3.
per literas Apostolicas deputatis, quod iidem Prælati & Inquisito- E. 2.
res, de ipsis Templariis, & eorum corporibus, quotiens voluerint, m. 11.
ordinent & faciant id, quod eis, secundum legem Ecclesiasticam, videbitur faciendum:

Et mandaverimus universis & singulis Ministris nostris, Custodibus Templariorum, quod Prælatis & Inquisitoribus ipsis, in separatione dictorum Templariorum, ab invicem faciendâ, & in aliis similiter, quæ iidem Prælati & Inquisitores, in hac parte, secundum legem prædictam, facienda viderint, intendant:

Ac assignaverimus dilectum & fidelem nostrum, Willielmum de Diene, ad præmissa supervidenda, & quod ad ea facienda & complenda diligenter assistat Prælatis & Inquisitoribus antedictis:

Vobis mandamus, sicut aliàs mandavimus, quod Prælatis & Inquisitoribus ipsis, in separatione Templariorum prædictorum, ut præmittitur, faciendâ, ac etiam in aliis, quæ iidem Prælati, & Inquisitores in negotio prædicto, secundum legem prædictam, facienda viderint, intendatis, vel causam nobis, sine dilatione significetis quare mandato nostro, aliàs vobis inde directo, minimè paruistis; remittentes nobis hoc breve.

Teste Rege apud Westmonasterium, primo die Martii.

De Separatione prædicta.

Ann. D.
REX Vicecomiti Eboraci salutem. 1310.
Cùm concesserimus Prælatis & Inquisitoribus, *&c. prout* An. 3.
supra. E. 2.

Claus. 3.
Teste Rege apud Westmonasterium, tertio die Martii. E. 2.
Eodem modo mandatum est Vicecomiti Lincolniæ. m. 9.

latis & Inquisitoribus ipsis, in separatione dictorum Templariorum, ab invicem facienda, & in aliis, quæ iidem Prælati & Inquisitores in hac parte, secundum legem prædictam, facienda viderint, intendatis.

Teste Rege apud Westmonasterium, octavo die Martii.

Per ipsum Regem & Concilium.

Pro Johanne de Segrave Custode Scotiæ.

Ann. D. 1310. An. 3. E. 2. Scot. 3. E. 2. m. 11.

REX omnibus, ad quos, &c. salutem.

De fidelitate, circumspectione, & industriâ dilecti & fidelis nostri, Johannis de Segrave, plenam fiduciam optinentes, ipsum constituimus Custodem nostrum totius Terræ nostræ Scotiæ, tam citra mare, quàm ultra, quamdiu nobis placuerit:

Ita quod habeat & retineat de propria familia sua in eadem terra, pro custodia ejusdem, dum custodiam illam sic habuerit, sexaginta homines ad arma continue:

Et pro sua, ac prædictorum hominum sustentatione, ut pro vadiis, restauro equorum, & aliis, a nobis percipiat, usque ad Festum Sancti Michaelis proximò futurum, si custodiam illam tanto tempore tenuerit, mille & trescentas Marcas; de quibus quingentas Marcas sibi præ manibus fecimus liberari, & residuas octingentas Marcas per manus Camerarii nostri Scotiæ sibi mandavimus liberari:

Et, si minore tempore custodiam prædictam habuerit, vel dictos sexaginta homines secum continuè non retinuerit, tunc minùs, pro ratâ temporis, necnon numero hominum, qui sibi de dicto numero defecerint, de summâ percipiat antedictâ.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Langele, decimo die Martii.

De Templariis, per Vicecomitem Eboraci vagari permissis, salvo custodiendis.

Ann. D. 1310. An. 3. E. 2. Claus. 3. E. 2. m. 7.

REX Vicecomiti Eboraci salutem.

Cùm Dominus Summus Pontifex certos Inquisitores, ad inquirendum contra Ordinem Templariorum, & contra Magnum Præceptorem ejusdem Ordinis, in Regno nostro Angliæ constitutum, necnon contra singulares personas Ordinis illius, super certis Articulis, ipsis Inquisitoribus sub Apostolica Bulla missis, & aliis quibus eis videbitur expedire, jam duxerit assignandos:

Nosque nuper præcepimus Vicecomitibus nostris Northumbriæ, Cumbriæ, Westmerlandiæ, Lancastriæ, Notinghamiæ, Derbiæ, Salopiæ, & Staffordiæ, per diversa brevia nostra, quod ipsi omnes Templarios in Balliviis suis, sine dilatione capi, & eos usque Castrum nostrum Eboraci duci facerent, per te in Castro prædicto custodiendum: tibique præcepimus quod omnes præfatos Templarios a præfatis Vicecomitibus reciperes, & in Castro prædicto sub salvâ & securâ custodiâ faceres custodiri:

Ac jam intellexerimus quòd, Templarios prædictos, sub custodiâ tuâ existentes, vagari permittis, in contemptum mandati nostri prædicti; per quod de fuga ipsorum verisimiliter timeri poterit, nisi citiùs super hoc aliud remedium apponatur;

* III. 204. * Tibi præcipimus, sicus aliàs præcepimus, firmiter injungentes, quod omnes Templarios prædictos, in custodia tua existentes, puissent les dites ordenances perfaire; que adonqes bien tyt a eux, qui serront presentz pur mesmes les ordenances faire, d'aler avant en les d tes ordenances, par eux, ou appeller autres a eux a celles ordenances faire, solonc ce qu'il verront, que ce soit plus a honur de nous, & au profit de nous, & de nostre poeple.

En tesmoignance de queu chose, nous avoms fet faire cestes noz lettres overtes.

Don. a Westm. le 16. jour de Marz.

De excambio Mariæ De Brus, pro Waltero Comyn in Prisona Scotorum.

Ann. D. 1310. An. 3. E. 2. Claus. 3. E. 2. m. 8.

REX dilecto & fideli suo, Henrico de Bello Monte, Constabulario Castri sui de Rokesburgh, salutem.

Quia, ad requisitionem dilecti & fidelis nostri, Galfridi de Moubray, & aliorum amicorum Walteri Comyn, in Prisonâ Scotorum, Inimicorum & Rebellium nostrorum, existentis, concessimus quod Maria de Brus, Priso de Scotia, in Castro nostro prædicto existens, pro prædicto Waltero deliberetur;

Vobis mandamus quod ipsam Mariam a Castro prædicto, pro præfato Waltero, deliberetis.

Teste Rege apud Westmonasterium, tricesimo die Martii.

Ad Papam, quod paratus est facere quicquid sine exhæredatione & læsione Coronæ & Juris Regii fieri potest.

Ann. D. 1310. An. 3. E. 2. Rom. 3. E. 2. m. 1. * III. 205.

SAnctissimo in Christo Patri, Domino C. Divinâ Providentiâ, Sacrosanctæ Romanæ, ac Universalis Ecclesiæ, Summo Pontifici, Edwardus, &c. devota pedum oscula beatorum.

Quanto specialiùs in Paterni Amoris * dulcedine, prout nostra tenet opinio, nos portamur, tanto torquemur amariùs si quicquam, quod absit, agi contingeret, quod in irreverentiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, Sponsæ Patris nostri, cedere posset quomodolibet, aut offensam.

Receptis itaque vestræ Sanctitatis litteris, per venerabilem Patrem Dominum--- Pictavensem Episcopum, latorem præsentium, præsentatis, auditâque ipsius credentiâ, pleniùs & intellectis, nos, ad nostri memoriam reducentes quod, a tempore nostri suscepti regiminis, super negotiis, nos & Regnum nostrum tangentibus, cum nostris proceribus, quorum Consilium in talibus adeo nobis necessarium existit, quod sine ipsis quicquam super hiis agere non valemus, propter aliqua impedimenta, quæ ad vestri Apostolatûs auditum credimus pervenisse, licet ad hæc ammovenda curam adhibuissemus sæpius diligentem, habere nequivimus colloquium ut decebat:

Et quod responsum super aliquibus, quod a nobis vestra Clementia litteratorie ante hæc tempora postulavit, in suspenso positum extitit;

Hac de causâ, cupientesque votis paternis filiali devotione, quantum possumus, annuere absque juris nostri Regii læsione, quosdam de Consilio nostro, nobilium tunc temporis existentes, ad tractandum super contentis in dictis litteris vestris duximus assignandos:

Qui, examinatis & recensitis hujusmodi, absque Comitum & Baronum dicti Regni, tunc absentium, pleniori Consilio, asserebant nobis super hiis consulere se non posse.

Et

Ann. D. 1310. An. 3. E. 2. Pat. 3. E. 2. m. 10.

REX, dilecto & fideli suo, Waltero de Gloucestriâ, Escaetori suo citra Trentam, salutem.

Licet dilectus nobis in Christo, Frater Robertus Putot, quem Dominus Summus Pontifex in Abbatem Fiscamp. præfecit (sicut per litteras ejusdem Summi Pontificis bullatas, dicto Roberto directas, apparet) litteras ipsius Summi Pontificis, nobis inde directas, ut est moris, non detulerit;

Volentes tamen præfato Roberto gratiam, istâ vice, facere specialem, cepimus fidelitatem ipsius Abbatis, nobis debitam in hac parte, & temporalia Abbatiæ prædictæ, infra Regnum nostrum existentia, restituimus eidem:

Ita, videlicet, quod idem Abbas litteras ipsius Summi Pontificis bullatas, nobis dirigendas, sub datâ litterarum prædictarum, infra
• III. 106. Festum Omnium Sanctorum, proximò futurum, nobis * deferat, vel mittat in formâ debitâ, & consuetâ; alioquin nos temporalia prædicta in manum nostram resumamus, & de exitibus, medio tempore inde perceptis, nobis respondeatur.

Et ideo vobis mandamus quod eidem Roberto temporalia prædicta liberetis, tenenda in formâ prædictâ.

Teste Rege apud Westmonasterium primo die Aprilis.

Per Consilium.

De Petitionibus diversorum hominum de Scotia ratione servitii admittendis.

Ann. D. 1310. An. 3. E. 2. Scot. 3. E. 2. m. 3.

REX dilectis & fidelibus suis, Roberto de Clyfford Custodi suo, Willielmo de Bevercote Cancellario suo, & Magistro Johanni de Weston Camerario suo Scotiæ, salutem.

Mittimus vobis, sub pede Sigilli nostri quasdam Petitiones, per diversos homines, de dictâ Terrâ Scotiæ nobis in Parliamento nostro, quod apud Westmonasterium jam tenuimus, porrectas, mandantes quòd,

Habitâ consideratione diligenti ad servitium dictorum hominum, nobis impensum, necnon ad portionem debiti, quod eis debemus pro servitio illo, quemlibet eorumdem hominum, quibus diem præfiximus de præmissis (videlicet, quod sint coram vobis, apud Berewicum super Twedam, a die Paschæ proximo futuro, in unum mensem) juxta merita singulorum, & portionem debiti, in quo sibi tenemur, sicut prædictum est,

De denariis & victualibus nostris, in dictis partibus Scotiæ nunc existentibus, & de aliis, quæ ad partes illas tunc mittemus, respiciatis, prout pro honore nostro, & statu dictorum hominum, uberiùs in obsequio nostro sustentando, meliùs fore videritis faciendum:

Et de denariis & victualibus nostris, quæ præfatis hominibus liberaveritis in hac parte, vobis, præfate Camerarie, in compoto vestro debitam allocationem habere faciemus.

Teste R. apud Westm. 1. die Aprilis.

Per Consilium.

Ann. D. 1310. An. 3. E. 2. Scot. 3. E. 2. m. 3.

De Custode Scotiæ constituto, & de eidem intendendo.

REX omnibus, ad quos, &c. salutem.

De fidelitate, circumspectione, & industriâ dilecti & fidelis nostri, Johannis de Segrave, plenam fiduciam optinentes, ipsum constituimus Custodem nostrum totius Terræ nostræ Scotiæ, tàm citra mare, quàm ultra, quamdiu nobis placuerit.

ET mandatum est Comitibus, Baronibus, Militibus, Vicecomitibus, Ballivis, Ministris, & omnibus aliis de Comitatibus Northumbriæ, Cumbriæ, Westmerlandiæ, Lancastriæ, & Eborum, tàm infra libertates, quàm extra, quod præfato Johanni in hiis, quæ ad securam custodiam Terræ prædictæ pertinere poterunt, cum equis & armis, & toto posse suo, si necesse fuerit, intendentes sint & respondentes, &c. *ut supra.* Et hoc sicut Rex, &c. *ut supra.*

REX dat autem præfato Johanni, tenore præsentium, plenariam potestatem, modo debito puniendi omnes illos de Comitatibus prædictis, quos in hac parte contrarios invenerit & Rebelles, prout, pro custodiâ Terræ prædictæ, & conservatione pacis Regis ibidem, meliùs viderit faciendum.

In cujus, &c.

Teste ut supra.

Per breve de privato Sigillo.

De Archidiacono Glasguensi mittendo usque Cestriam, & inde ad Turrem London.

REX, dilecto & fideli suo, Willielmo de Cytons, Constabulario Castri sui de Coneweye, salutem. Ann. D. 1310. An. 3. E. 2. Claus. 3. E. 2. m. 6.

Mandamus vobis quod Johannem Wychard, quondam Archidiaconum Glasguensem, quem in Prisonâ nostrâ, in Castro prædicto, detinetis, usque Cestriam salvò & securè duci faciatis;

Ibidem liberandum dilecto & fideli nostro Pagano de Tybotot, Justiciario nostro Cestriæ, vel ejus locum tenenti;

Cui mandavimus quod eundem Johannem a vobis recipiat, & usque Turrim nostram Londonii duci faciat indilatè.

Teste Rege apud Wyndesor. decimo sexto die Aprilis.

Per Consilium.

REX, dilecto & fideli suo, Pagano Tybotot, Justiciario suo Cestriæ, vel ejus locum tenenti, salutem.

Cum mandaverimus dilecto & fideli nostro, Willielmo de Cytons, Constabulario Castri nostri de Coneweye, quod Johannem Wychard, quondam Archidiaconum Glasguensem, quem in Prisonâ nostrâ, in Castro prædicto, detinet, usque Cestriam duci faceret, vobis ibidem liberandum:

Vobis mandamus quod ipsum Johannem a præfato Constabulario recipiatis, & usque Turrim nostram Londonii salvò & securè duci faciatis; ita quod sit ibidem citrà Festum Ascensionis Domini, proximò futurum, dilecto & fideli nostro Johanni de Crumbewell, Constabulario Turris illius, liberandum: cui mandavimus quod eundem Johannem a vobis recipiat, & in Prisona, in eadem Turri, faciat custodiri.

Teste ut supra.

De injuriis hinc inde inter Gentes Comitis Hollandiæ, & Angliæ audiendis. Ann. D. 1310. An. 3. E. 2. Pat. 3. E. 2. m. 8.

REX omnibus, ad quos, &c. salutem.

Sciatis quod, cum nuper, in Parleamento nostro, apud Staun-

Ann. D. 1310. An. 3. E. 2. Rom. 3. E. 2. m. 1. d.

PAPÆ Rex devota pedum oscula beatorum.

Dona favoris & gratiæ, quibus vestræ Beatitudinis clementia nos & nostros pluries fuerat prosecuta, non latent in abditis, set claris operibus satis patent; pro quibus vestræ Sanctitati ad laudum præconia assurgimus, & gratiarum uberiores exsolvimus actiones:

Et quia, Pater Sancte, in vestræ bonitatis affluentiâ, quam continuari quæsumus piâ prece, in hiis, quæ nos aut nostros tangunt nostræ spei firma devotio requiescit, nostraque affectio sic exuberat erga dilectum Clericum nostrum Willielmum de Melton, qui, a nostræ ætatis primordiis, nostris insistebat obsequiis, quod ipsius honores & commoda eò affectuosius peroptamus, quò ipsum vitæ conversatio, morum honestas, ac alia decorant gratiarum munera & virtutum;

Vestræ Sanctitati prece, quâ possumus, supplicamus, quatinus præfatum Clericum nostrum, qui penes nos habetur multipliciter, & potissime ex causis prævîis, gratiosus, ipsiusque negotia, per Venerabilem Patrem, Dominum Thomam tituli Sanctæ Sabinæ Presbiterum Cardinalem, vobis, si placet, exponenda, habere velitis paternis affectibus commendata, ac ea & celeriùs & gratiosiùs votivo affectui mancipare, quo ob felicem expeditionem eorumdem reputabimus nos quamplurimùm honoratos.

Conservet, &c.

Dat. apud Wyndesor. 20. die Aprilis.

De Protectione pro Nunciis Papæ, ea conditione quod nihil in prejudicium Coronæ aggrediantur.

Ann. D. 1310. An. 3. E. 2. Pat. 3. E. 2. m. 7.

REX Vicecomitibus, & omnibus aliis Ballivis & fidelibus suis, ad quos, &c. salutem.

Volentes, ob Sedis Apostolicæ reverentiam, Nuncios & Ministros, pro negotiis Domini Summi Pontificis exequendis, ad Regnum nostrum venientes, curialiter recipi & tractari, ipsos in protectionem & defensionem nostram suscepimus specialem.

Et ideo vobis mandamus quod præfatis Nunciis & Ministris in veniendo in dictum Regnum nostrum, ibidem morando, & hujusmodi negotia prosequendo, injuriam, molestiam seu impedimentum nullatenus inferatis, seu, quantum in vobis est, inferri permittatis;

Dùm tamen quicquam non attemptent, quod in nostri, seu Coronæ nostræ præjudicium poterit redundare; quod, si secus facere præsumpserint, ac ipsos, eâ occasione, per vos attachiari contingat, tunc nobis de modo & causâ attachiamenti hujusmodi distinctè & apertè, sub sigillis vestris, constare absque moræ dispendio faciatis.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Wodestoke, 3. die Maii.

Per ipsum Regem.

---

* III. 209.

Ann. D. 1310. An. 3. E. 2. Ex Orig. in Turr.

** De Injuriis a Bayonensibus, Maclonienſibus illatis.*

PHilippus, Dei gratiâ, Franciæ Rex, carissimo Filio Edwardo, eâdem gratiâ, Regi Angliæ illustri, Duci Acquitaniæ, fideli nostro, salutem & dilectionem.

Ex parte Civium & Habitatorum Macloniensium nobis fuit conraunt, possessionem Thesaurariæ Ecclesiæ Wellensis, virtute collationis nostræ, sibi indè pleno jure factæ, Canonicè sit adeptus:

Ac intellexerimus, jàm de novo, quod quidam, jura Coronæ nostræ volentes pro viribus impugnare, Commissiones ac Executiones, per quas dictus Clericus noster, super possessione suâ Thesaurariæ prædictæ, sic adeptæ, posset de facili indebite inquietari, aliquibus, seu alicui vestrûm fieri, seu mandari procurârunt:

Nos, volentes jura prædicta in omnibus & singulis, manutenere, & conatus illicitos illorum, qui jura illa impugnare voluerint, quatenus poterimus, refrænare, vobis, omnibus & singulis injungendo, firmiter inhibemus, ne, prætextu cujuscumque mandati alicujusve Commissionis, vobis, vel alicui vestrûm per quemcunque factæ, seu faciendæ, super Thesaurariâ prædictâ, aut aliquibus, ad eam pertinentibus, quicquam, nobis inconsultis, facere præsumatis, per quod dictus Clericus noster, super possessione Thesaurariæ prædictæ, seu aliquorum, ad eandem spectantium, indebitè perturbari, aut juri Coronæ nostræ derogari valeat quoquo modo.

Scientes pro certo quod, si secus feceritis, ad vos, tanquam ad Violatores juris nostri Regii, nec immeritò, graviter capiemus.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Reygate, 1. die Junii.

Pro Johanne Comite Richemundiæ.

REX dilecto Clerico suo Johanni de Hothum Escaetori suo ultra Trentam, salutem. Ann. D. 1310. An. 3. E. 2. Claus. 3. E. 2. m. 3. * III. 210.

Cùm nuper, inter cæteras Terras & Tenementa, in Comitatibus Northumbriæ, Eboraci, Lincolniæ, Derbiæ, * Huntington, Northampton, Roteland, Bedeford, Middlesex, & Suffolciæ, quæ fuerunt Johannis de Balliolo, & quæ, in manu Domini Edwardi, quondam Regis Angliæ, Patris nostri, existentia, idem Pater noster dilecto Consanguineo & fideli nostro, Johanni de Britannia Comiti Richmundiæ, concessit ad voluntatem suam HABENDA.

Quæ etiam nos, postquam Regni nostri Gubernacula suscepimus, concessimus eidem Comiti, pro nobis, & Hæredibus nostris HABENDA sibi & Hæredibus suis, de Corpore suo legitimè Procreatis;

Concesserimus, pro nobis & Hæredibus nostris, quod omnes Terræ & Tenementa, cum pertinentiis, quæ Agnes de Valentia, quæ fuit Uxor Hugonis de Balliolo, jam defuncta, tenuit in dotem, in Comitatibus prædictis, & quæ, post mortem ejusdem Agnetis, ad nos & Hæredes nostros reverti debuissent, post decessum ejusdem Agnetis, remanerent præfato Johanni de Britannia, & Hæredibus suis, de Corpore suo legitime procreatis,

HABENDA, unà cum Feodis Militum, Advocationibus Ecclesiarum, & omnibus aliis, ad Terras & Tenementa prædicta, quæ sic tenebantur in dotem, spectantibus, prout in Cartâ nostrâ, præfato Comiti inde confectâ, plenius continetur;

Vobis mandamus quod eidem Comiti Terras & Tenementa, quæ præfata Agnes tenuit in dotem, de Hæreditate prædictâ, in Ballivâ vestrâ, die quo obiit, & quæ, occasione mortis ejusdem, cepistis in manum nostram, (si, eâ occasione, & non aliâ, in manu nostra existant) unà cum exitibus, indè perceptis, a tempore captionis eorundem in manum nostram, sine dilatione, liberetis,

HABENDA juxta tenorem Cartæ nostræ supradictæ.

Teste Rege apud Westm. 12. die Junii.

De

nos:

Et decem libras, duodecim solidos, & quatuor denarios, quos similiter, per præceptum nostrum, liberavit eisdem, Willielmo, Guilcrist, & Adæ, pro consimilibus vadiis suis, a dicto Festo Sancti Michaelis, Anno Regni nostri secundo, usque idem Festum, Anno Regni nostri tertio.

Et quadraginta solidos, quos similiter, per præceptum nostrum, habere fecit Willielmo quondam Archidiacono Thevidal, prisoni de Scotiâ, in Castro nostro de Shirburn commoranti, pro vadiis suis, & arreragiis eorumdem, a prædicto quintodecimo die Aprilis, Anno Regni nostri primo, usque dictum diem Sancti Michaelis, Anno Regni nostri secundo; videlicet, per Centum,
*III. * sexaginta, & octo dies, utroque computato; videlicet, per
299. diem tres denarios.

Et viginti & septem solidos, & sex denarios, quos similiter, per præceptum nostrum, liberavit eidem Willielmo, pro consimilibus vadiis suis, a crastino dicti Festi Sancti Michaelis, Anno Regni nostri secundo, usque decimum octavum diem Januarii proximò sequentem (quo die liberavit eundem Willielmum Johanni de Crumbewell, Constabulario Turris London. custodiendum in prisona in eadem Turri, & per indenturam ejusdem Johannis, consignatam de receptione) per Centum & decem dies, primo die computato.

Et viginti & quinque libras, & quinque solidos, quos similiter per præceptum nostrum, liberavit quatuor hominibus ad arma, quatuor balistariis, & quatuor sagittariis in munitione Castri de Shirburn commorantibus, pro salvâ & securâ Custodiâ ejusdem, a vicesimo primo die Aprilis, Anno Regni nostri primo, usque tricesimum diem Julii, proximò sequentem, per Centum & unum dies, utroque die computato pro vadiis suis, per idem tempus; videlicet, cuilibet dictorum hominum ad arma, per diem, decem denarios: cuilibet Balistariorum, per diem, tres denarios: & cuilibet sagittariorum per diem, duos denarios.

Et quatuor libras, & sex solidos, quos similiter, per præceptum nostrum, posuit in emptione duodecim Balistar. duodecim Bauder. & mille & sexcent. quarell. pro munitione Castri prædicti, Anno prædicto; pretium Balistæ tres solidos & octo denarios: pretium cujuslibet Bauder. decem & octo denariorum: & pretium cujuslibet Centenæ quarell. decem & octo denariorum;

Nisi prius, &c.

Et recipiatis ab eo brevia nostra de præcepto, per quæ præmissa fecit.

Teste Rege apud Westm. 15 die Junii.

De Capitaneo Flota contra Scotos.

Ann. D. REX omnibus, ad quos, &c. salutem.
1310. Sciatis quod assignavimus dilectum & fidelem nostrum, Johannem de Caunton, Capitaneum & Gubernatorem Flotæ nostræ
An. 3. Navium, quas, a diversis partibus Regni nostri, remittere jam or-
E. 2. dinavimus usque ad Villam Sancti Johannis de Perth, in Scotiâ,
Scot. 3. pro munitione ejusdem, & ad ea, quæ ad gravamen inimicorum
E. 2. & Rebellium nostrorum, in partibus illis, pertinere poterunt, fa-
m. 2. cienda.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Westm. 15 die Junii.

Per ipsum Regem.

ET mandatum est Magistris, Marinariis Flotæ Navium, quas, a diversis partibus Regni Regis usque ad Villam Sancti Johannis de Perth in Scotia, pro munitione ejusdem Villæ, mitti

in hac parte taliter ipsos habeant, quod fidelitatem illorum & constantiam inde Rex debeat merito commendare.

In cujus, &c.

Teste ut supra.

Per ipsum Regem.

ET mandatum est Johanni filio Marmaduci Custodi Regis Villæ Sancti Johannis de Perth, quod præfatum Alexandrum & homines de Comitiva sua, pro quibus respondere voluerit cum ipsos ad Villam prædictam accedere contigerit, eandem Villam ingredi, & in eadem morari, ac exinde liberè exire permittat.

Teste ut supra.

De Trengis per Robertum de Brus violatis: Et de Navibus parandis.

LE Roi a ses feaux & leaux, Baillifs e prodes homes de la Ville Ann. D.
de Shorham, e des membres de mesme la ville, saluz. 1310.
Nous entendoms que vous, & les autres bones gentz de nostre *An.* 3.
Roialme, sauetz ben coment Robert de Brus, nostre treitre e ene- *E.* 2.
mi, e ses alietz, e fautours, ca en arere, e nomement durantz les *Scot.* 3.
trewes qe nous leur grantasmes ore, e autre foitz treitresment ont *E.* 2.
fet a nous, e a noz feaux, totes maneres de maus e desceites q'il *m.* 1.
poaint, e uncore ne cessent de fere de jour en autre, a lour poer, en desheritaunce de nous, & de nouz ditz feaux,

Par quei a refreindre, al eide de Dieu, la maveiste de noz ditz enemis, avoms ordene & biens destre si Dieu plest, en la Fest de la Nativite de nostre Dame prochein avenir, a Berewyk sur Twede, as Chivaus e armes e tout le Service, que nous est deu daler diloeqes contre noz ditz enemis, a queu chose faire avoms mester de eide de vostre Navie.

E pur ceo vous prioms & requeroms que en vostre dite ville, a voz costages, nous vuillerz eider de une nief de guerre bien eskippez des gentz suffisauns & defensables, e des autres choses necessaires ben garnie en eide de lespleit de nostre guerre avantdit, e la facetz enveer jesqes a Dyvelyn en Irland, issint qe le y soit as Octaves de l'assumption nostre Dame prochein avenir au plus tart, prest e apparaille a cond   dilloeqes jesqes en Escoce nostre feal e loial Monsire Richard de Burgh Counte de Ulnestre, & autres nos feauz d'Irland, qi sunt avenir en nostre Service es dites parties d'Escoce, a demorer illoeques sur noz enemis, jesque la Fest de Seint Michel, prochein avenir ensemblement ovesque nostre autre Navie d'Engleterre, qe nous y enveoms, solonc ceo qe nous cher Clerk Elys Pugeys, e nostre Visconte de Sussex, les queus nous enveoms a vous par cest acheson, ou lun de eaux vous requirront, ou requirra de par nous ac   vuellerz crere es choses avantdites.

A cestes choses nostre priere, & sicome vous amerz lonur de nous e le profist de nostre Roiaume, en nule manere ne lessez, & que vous en vodretz feste, de ceste nostre requeste, en cest grant haste, nous facetz suer par voz lettres patentes saunz delai; e voloms e grantoms que ce, que vous nous feste a nostre requeste, ne curge a prejudice de vous ne de vos heires, ne se feit tret en usage en temps avenir.

En tesmoignance, &c.

Donez a Westm. le 16. jour June.

De Feriis & Mercatis Comiti Richmundiæ concessis.

Ann. D. 1310. An. 3. E. 2. Cart. 3. E. 2. n. 1. REX Archiepiscopis, &c. salutem.

Sciatis nos concessisse, & hâc Cartâ nostrâ confirmâsse dilecto Consanguineo & fideli nostro, Johanni de Britannia, Comiti Richemundiæ, quod ipse, & Hæredes sui IMPERPETUUM, habeant unum Mercatum, singulis septimanis, per diem lunæ, apud Manerium suum de Newebiggyng, in Comitatu Northumbriæ, & unam Feriam ibidem, singulis annis, per quatuor dies duraturam, videlicet, in vigiliâ, & in die Sanctæ Trinitatis, & per duos dies sequentes.

Et quod habeant unum Mercatum, singulis septimanis, per diem Veneris, apud Manerium suum de Boghes, in Comitatu Eborum:

Et unam Feriam ibidem, singulis annis, per quatuor dies duraturam, videlicet, in die Translationis Sancti Swethini, & per duos dies sequentes.

Et quòd habeant unum Mercatum, singulis septimanis, per diem Mercurii, apud Manerium suum de Burghersh, in Comitatu Sussexiæ, & duas Ferias ibidem, singulis annis, per octo dies duraturas; unam, videlicet, in Vigiliâ, & in die Apostolorum Philippi & Jacobi, & per duos dies sequentes; & unam aliam, in Vigiliâ, & in die Sancti Bartholomæi Apostoli, & per duos dies sequentes:

Et quòd habeant unum Mercatum, singulis septimanis, per diem Lunæ, apud Manerium suum de Bulewarhithe, in eodem Comitatu Sussexiæ: & unam Feriam ibidem, singulis annis, per quatuor dies duraturam; videlicet, in Vigiliâ & in die Annunciationis Beatæ Mariæ Virginis, & per duos dies sequentes;

Nisi Mercata illa & Feriæ illæ sint ad nocumentum vicinorum Mercatorum, & vicinarum Feriarum.

Quare volumus, &c. nisi, &c. sicut prædictum est.

Hiis Testibus, venerabilibus Patribus,

R. Londoniensi, &
W. Wygorniensi, Episcopis,
Gilberto de Clare Comite Gloucestriæ & Hertfordiæ,
Henrico de Lacy Comite Lincolniæ,
Johanne de Warenna Comite Surriæ,
Edmundo Comite Arundell,
Henrico de Percy,
Roberto de Clifford,
Roberto filio Pagani, Senescallo Hospitii nostri, & aliis.

Dat. per manum nostram apud Westmonasterium, 16 die Junii.

Per ipsum Regem, nunciante Thesaurario.

De Comite Ultoniæ Ductore Hybernicorum ad partes Scotiæ.

Ann. D. 1310. An. 3. E. 2. Scot. 3. E. 2. m. 2. REX omnibus, ad quos, &c. salutem.

De fidelitate, circumspectione, & industriâ dilecti & fidelis nostri, Ricardi de Burgo Comitis Ultoniæ, pleniùs confidentes,

Ipsum Comitem, Capitaneum & Ductorem omnium hominum ad arma, tàm equitum, quàm peditum, qui a partibus Hiberniæ,

riæ, Philippi Regis Francorum, prior Uxor tua, fili Johannes, tibi, filia, Isabellis, in tertio consanguinitatis gradu dum viveret attinebat, vestrum, in hac parte, non potest, absque dispensatione Sedis Apostolicæ, desiderium adimpleri.

Quare nobis humiliter supplicâstis, ut providere vobis, super hoc, de opportunæ dispensationis beneficio dignaremur.

Nos igitur, vestris, in hac parte, supplicationibus benigniùs annuentes, vobiscum, ut impedimento affinitatis, quod ex consanguinitate hujusmodi provenit, non obstante, matrimonium invicem contrahere licitè valeatis, auctoritate Apostolicâ, de speciali gratiâ dispensamus.

Nulli ergo, &c.

Dat. Avinion. undecimo Kalendas Julii, Pontificatûs nostri anno quinto.

Sub filis sericis crocei rubeique coloris.

Bulla pro Priore & Conventu Monasterii de Sancta Fredeswyda.

CLemens Episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis Priori & Conventui Monasterii de Sanctâ Fredeswydâ Oxonii, per Priorem soliti gubernari, Ordinis Sancti Augustini, Lincolniensis Diocesis, salutem & Apostolicam benedictionem. Ann. D. 1310. An. 3. E. 2. Ex Autogr.

Cùm a nobis petitur quod justum est & honestum, tàm vigor æquitatis, quàm ordo exigit rationis, ut id, per solicitudinem Officii nostri, ad debitum perducatur effectum.

Ea propter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu, Personas vestras, & Locum, in quo estis divino obsequio mancipati, cum omnibus bonis, quæ impræsentiarum rationabiliter possidetis, aut in futurum justis modis, præstante Domino, poteritis adipisci, sub Beati Petri & nostrâ protectione suscipimus.

Specialiter autem Decimas, Terras, Domos, Ortos, Prata, Nemora, Molendina, & alia Bona, sicut ea omnia justè & pacificè possidetis, vobis & per vos Monasterio vestro auctoritate Apostolicâ confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus; salvâ in prædictis * decimis moderatione Concilii generalis. * III. 215.

Nulli ergo, &c.

Dat. Avinion. 4. Nonas Julii, Pontificatûs nostri anno quinto.

Sub filis sericis flavi rubeique coloris.

Ad Regem a Rege Franciæ de mutua visione, necnon de Treugis, per Scotos violatis.

Ann. D. 1310. An. 27. E. 2. Rom. & Fr. 4. E. 2. m. 22. PHilippus, Dei gratiâ, Franciæ Rex, Magnifico Principi, E. eâdem gratiâ, Regi Angliæ illustri, filio nostro karissimo, salutem in eo, qui dominatur super omnes Principes orbis terræ, & felicium ad vota successuum continuum incrementum.

Dilectissime fili, cùm tàm per Nuncios, quàm per litteras vos attentiùs rogâssemus, ut ad quindenam, sive ad tres septimanas Festi

ftrum, tempestate maritimâ agitata, & in eodem Portu confracta fuisset:

Ac Willielmus Barel, Magister Navis prædictæ, videns hujusmodi periculum iminere, certam Conventionem cum Here Peterdire, Ballivo prædictæ Villæ de Malestrond, & Eyrico Gunnorellione fecisset, ut ipsi Bona & Mercimonia prædicta ad Terram deferri, & ea ad opus dicti Magistri, absque aliqua distractione, salvari facerent;

Idem Here Peterdire & Eyricus, aggregatâ sibi multitudine malefactorum de partibus illis, Bona & Mercimonia prædicta, postquam ad terram ibidem delata fuerant, vi & armis ceperunt, & asportaverunt, omnes servientes de Navi prædictâ ibidem ceperunt, & eos carceri manciparunt, ipsosque sic sub custodiâ carcerali per dimidium annum & amplius detinendo, in prædicti Mercatoris grave dampnum & depressionem manifestam.

Et quia eidem Mercatori nostro, sicut & cæteris de Regno nostro, volumus, ut tenemur, in suis oppressionibus subvenire, Excellentiam vestram requirimus & rogamus, quatenus, auditâ præ-
* III. 216. fati Mercatoris nostri in hac parte * querelâ, sibi de Bonis & Mercimoniis suis, sic asportatis, plenam & debitam restitutionem, vel competentem satisfactionem, & etiam de dampnis suis, quæ sustinuit in hac parte, emendas rationabiles fieri faciatis nostris precibus & amore; ita quòd, pro defectu justitiæ, non oporteat nos sibi super hoc de alio remedio providere.

Et, quid ad hunc rogatum nostrum duxeritis in hac parte faciendum, nos per litteras vestras dignemini reddere certiores.

Teste Rege apud Westmonasterium, nono die Julii.

Ad Papam, contra Citationes Personales.

Ann. D. 1310. An. 4. E. 2. Rom. 4. E. 2. m. 24.

PAPÆ Rex devota pedum oscula beatorum.

Pridem, intellecto quod Frater Henricus de Herryfeld, Magister Hospitalis nostri Dovorr. per quosdam ipsius æmulos, tibi & famæ suæ laudabili detrahentes, apud vestram Sanctitatem, non sine excogitatâ maliciâ, super quibusdam criminibus, eidem impositis, nequiter diffamatur:

Quódque vestra Paternitas jam præcepit ut idem Magister, qui tàm utilis, tamque necessarius dicto Hospitali, infirmis & pauperibus, ibidem confluentibus, existit, quod ipsius præsentia diu carere non poterunt absque dampno, infra certum tempus vestro conspectui personaliter se præsentet, poenam pro demeritis recepturum, certis executoribus super hoc deputatis:

Ad nostri reduximus memoriam, quod nuper, per venerabilem Patrem Dominum Episcopum Pictavensem, litteras nostras vobis transmisimus, continentes quod super hujusmodi citationibus, executionibus, & aliis articulis, in litteris Apostolicis contentis, quas nobis detulit Episcopus memoratus, duximus ordinandum quod Consilium nostrum super omnibus & singulis, in dictis litteris contentis, ad plenum deliberet, ac ea diligentiâ examinet pervigili, ut, scrutatis pleniùs scrutandis, responsum super his, citra vestrum Consilium celebrandum, per Nuncios nostros proprios vestræ Clementiæ, auctore Domino, transmittere valeamus, quódque hujusmodi dilationem, & Consilii deliberationem vestra Beatitudo molestè non ferat.

Ea propter, Pater sancte, quæsumus piâ prece, quatinus hujus-

In cujus, &c.

Teste Rege apud Westmonasterium, decimo septimo die Julii.

Per breve de privato Sigillo.

ET mandatum est Hugoni le Despenser, Constabulario Castri prædicti, quod Castrum prædictum, cum pertinentiis, unà cum armaturis, victualibus, & omnibus aliis necessariis, in eodem Castro existentibus, præfato Roberto, per indenturam, inter ipsos inde faciendam, liberet custodiendum in formâ prædictâ.

Teste ut supra.

Pro Thoma & Edmundo Fratribus Regis.

REX omnibus, ad quos, &c. salutem. Ann. D. 1310.

Sciatis quòd concessimus & assignavimus Thomæ & Edmundo, Fratribus nostris karissimis, omnia Castra, Villas, Maneria, Terras, & Tenementa, quæ fuerunt Rogeri de Bygod, quondam Comitis Norfolciæ, & Mareschalli Angliæ, & quæ in manu nostrâ existunt; An. 4. E. 2. Pat. 4. E. 2. p. 1. m. 21.

HABENDA eisdem Fratribus nostris, pro sustentatione sua, quamdiù nobis placuerit, cum Feodis Militum, Hundredis, Wardis, Releviis, Maritagiis, & Escaetis, cum acciderint, ac aliis pertinentiis suis quibuscumque.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Westmonasterium, 18. die Julii.

Ad Regem Franciæ de mutua visione, propter Scotos Inimicos retardata.

AU Roi de France, &c. Ann D. 1310.

Treschier & Tresamez Sire & Pere, nous sumes molt lez & joyous des bones noveles, que nous avoms entenduz par voz messages, porturs de cestes lettres, de vostre bon estat, le quel Dieu, par sa grace, voille touz jours meyntenir. An. 4. E. 2. Rom. & Fr. 4. E. 2. m. 23. in Cedula.

Et avoms bien entenduz les autres choses, que voz ditz Messages nous ont dit de par vous, quant au desir que vous avez de la veue d'entre vous & nous; de quei nous vous mercioms si cherement, come nous poums.

Et vous fesoms saver, trescher Sire & Pere, que, si vous desirez molt la dite veue, nous la desirroms molt plus, si come faire doivoms, come chose dont nous serriens molt reconfortez, & par la quele nous entendoms certeinement & fiablement, que totes noz bosoignes se merroient plus honurablement & profitablement pur nous.

Et sachez, treschire Sire & Pere, que, por le tresgrant desir, que nous avoms eu de vous veer, si avoms, avant ces houres, plusors foiz grantez trieue & suffrance de guerre a les Escotz, qui se tienent de nostre enemiste, ja soit ce que ce fust a grant damage & deshonur de nous; &, par meisme la reson, grantasmes nous n'ad-

traitie, en la dite Duchee.

Et nous prioms, treschier Sire & Pere, que vous voillez ordener aucuns de voz, qui a ce soint convenables, pur y aler, ensemblement ove les noz, pur les busoignes avantdites, quant noz dirz messages vous vendront.

Treschier Sire & Pere, nostre Seignur vous gardez.

Don. a Westm. le 18. jour de Jul.

De Conventionibus cum Drocarum Comite confirmandis.

Ann. D. 1310. An. 4. E. 2. Rom. & Fr. 4. E. 2. m. 22.

LE Roi & la Royne a tous chiaus, qui ches lettres verront & orront, saluz.

Comme plusor contensions & debat aient este, par ehi devant, entre nous, & nostres Anchisors, Contes de Pontiu d'une part, & nobles hommes les Contes de Dreuwes, Signorus de Saint Walery, d'autre part (li quel debat sont contenu en une Cedule annexee a ches presentes Lettres, sealee de nostree seel de Pontiu) & traities de pais, acord, & amiable composition soient fait entre Noble homme, Robert Conte de Dreuwe, & Signor de Saint Walery, d'une part, & nostre ame Seneschal de Pontiu pur nous & en nostre noun d'autre part, en cele manere;

Que Monsire Willaumes d'Esques Chivaliers, & Nicholas de Gaytonne nostre Clerk, limiteront, bouneront, & detrengeront les fines de Pontiu, & les fines de Seint Walery, par tout la, ou debat sont entre nous & le dit Conte de nostres fief as tiens, & par tout ou il verront que il serra a fere, & apprisieront les contentions & debas desuidirz.

Nous les dis traite, accord, & amiable composicion volons, greens, otrions, & approuvons en la manere dessus devisee.

E, pur les ehoses dessus dites faire, & parfaire, nous donnons as devant dites personnes auctorite, pooir, & mandement especial, tant come en nous est, & que a nous poet, & doit apertenir:

Et tout chou, que les dites personnes feront, & aront fait es choses dessus dites, nous arons ferme, & tenrons estable; soit pour nous, ou contre nous.

En tesmoing, &c.

Don. a Northampton, le primer jour d'Aust. l'An de grace 1300 & dis.

De contentionibus cum Religiosis de Loncvilers in Pontivo terminandis.

Ann. D. 1310. An. 4. E. 2. Rom. & Fr. 4. E. 2. m. 22. in Cedula. * III. 219.

LE Roi e la Royne a tous chiaus, &c. saluz.

Comme traities de pais amiables soit fait entre nostre ame Seneschal de Pontiu, pur nous, & en nostre non d'une part, & religieuses personnes l'Abbe & le Covent de Loncvilers d'autre part,

Sour toutes manieres de contensions & debas, qui sont, & ont este, el temps * passe, entre nous & nostres Ancisurs, & eus & lor Predecesseurs:

Par le quel traitie nostres dis Seneseaus, por nous, & li dit Religieus, pour aus, soient assenti que deus preudes hommes, non soupechonne de l'une partie ne del autre, prinses & esleues (li vns par nostre dit Seneschal pour nous, & li autres par les dis Religious pour aus) orront les raisons que nous, ou nostres gens, pour

Ad Papam de Prabenda, pro Bernardo Peleti.

Ann. D. 1310. An. 4. E. 2. Rom. 4. E. 2. m. 24.

PAPÆ Rex devota Pedum oscula beatorum.

Ad illum in agendis libenter recurrimus, per quem, quod appetimus, feliciter expediri speramus.

Ea propter, cùm dilectus Clericus noster & fidelis, ac nobis præcarus, Magister Bernardus Peleti, Prior Mansi, Capellanus vester, jamdudum, inclitæ recordationis, Domino Progenitori nostro, & nobis fideliter serviverit & diligenter, nec in præsentiarum nobis occurrat remunerandi facultas,

Reverendam vestræ Celsitudinis Sanctitatem attentiùs duximus deprecandam, quatinus, amore nostri pariter & honore, præfato Magistro Bernardo, de Grangia de Cabinos & de Tilheto, cum pertinentiis suis, quarum una dependet ab alterâ, Agennensis Diocesis, vel de proximò vacaturâ Præbendâ in Ecclesia Parisiensi cum dignitate, quam duxerit acceptandam; donec eidem, secundum decentiam status sui, ad honorem vestrum & nostrum, quod, auctore Domino, futurum speramus in brevi, de majori dignitate, in loco nobis grato, provideritis, provideri curetis.

Pro firmo tenentes, quod quicquid, & nunc, & alias, eidem feceritis gratiæ & honoris, tanquam de nobis caro servitori, nostræ personæ titulo specialiter ascribemus.

Præfatumque Priorem, si placet, excusatum habentes, si, nostris perquam arduis occupatus negotiis, quibus ipsum oneravimus, se præsens personaliter vestræ Clementiæ præsentare non possit.

Altissimus personam vestram incolumem, ad regimen Ecclesiæ suæ Sanctæ, per tempora longiora conservet.

Dat. apud Westmonasterium, primo die Augusti.

** De Terris recipiendis invicem & restituendis per Reges Angliæ & Franciæ.* * III. 220.

Ann. D. 1310. An. 4. E. 2. Vasc. 4. E. 2. m. 18.

REX, dilectis & fidelibus nostris, Venerabili in Christo Patri J. eidem gratiâ, Norwycensi Episcopo: Johanni de Britannia Comiti Richemondiæ, karissimo Consanguineo nostro: Guidoni Ferre, & Willielmo Inge, Militibus; salutem.

De vestris fidelitate, & industriâ, ac probatâ experientiâ plenius confidentes, vobis, & duobus vestrûm, qui præsentes fueritis, plenam, tenore præsentium, concedimus & committimus potestatem, ac speciale mandatum petendi & recipiendi, nostro nomine, Assisias terrarum, quæ nobis debent assideri, & usurpatorum, sive surprisorum, ac in nostri præjudicium detentorum, restitutiones; & de receptis quitantias faciendi:

Necnon ad assidendum, tradendum, & restituendum quicquid per nos, aut Antecessores nostros, seu Gentes nostras, aut Antecessorum nostrorum, indebitè inveneritis surprisum, detentum, seu etiam usurpatum:

Et ad faciendum omnia quæ, inter Dominum Philippum Regem Franciæ illustrem, Patrem nostrum carissimum, & suos, ac nos, & nostros, invicem sunt facienda;

Ratum & gratum perpetuo habituri quicquid per vos, aut duos vestrûm, cæteris absentibus, circa præmissa factum fuerit, seu etiam ordinatum:

Dantes, tenore præsentium, in mandatis omnibus nostris Justiciariis, Officialibus, Subditis, & Vassallis, ut, in Præmissis, & ea tangentibus, vobis, & duobus vestrûm, qui præsentes fuerint, quibus in hac parte vices nostras committimus, ita quod non sit

comme ele doit avoir.

Derechief, ordeine est, que la Pees le Roi soit fermement gardee par tut le Roialme, issuit que chescun puisse sauvement aler, venir, & demorer solom la ley e l'usage du Roialme; e ke les gentz (qe sont esluz & assigneez par le Roi, e par la communaute de la terre, pur l'ostel le Roi & l'estat du Roialme ordener)
* II.221. demurgent en la Ville de Loundres, pur les dites * choses ordener e treter; ou il poent plus convenablement demorer, que par aillors, par diverses resouns, cest a saver, pur conseil des Justices, & des autres Sages plus prestement avoer: E pur les remembrances de la Chauncelerie, e dil Eschekier, & autres avisementz plus prestement trouer la, que aillors: E sur ceo soit maunde, par le Roi, au Maire, & as Audremantz, e as Viscountes de la dite Cite, que eux la facent si sauvement garder, ke mal, ne damage, ne destorbance ne aveigne as ditz Ordenours, ne a leurs, duraunt le temps de lor Ordeinaunce.

Derechief, ordine est, pur les dettes le Roi aquiter, & son estat relever, e le plus honurablement meintenir, que nul doun de Terre, ne de Rente, ne de Fraunchise, ne de Eschete, ne de Garde, ne Mariage, ne Baille se face a nul des ditz Ordenours, duraunt le Poer dil dit Ordeinement: Ne a nul autre, sanz conseill & assent des ditz Ordenours, ou de la greinore partie de eux, ou sis de eux ou meins, mes totes les choses, des queux profit poet sourdre, soient enproez au profit le Roi, jesques que son estat soit avenantment releve, & autre chose soit sur ceo ordine al bonur & profit du Roi.

Derechief, ordine est, que les Custumes du Roialme soient gardeez, & resceues par gentz du Roialme meismes, e non pas par aliens: E que les issues, e les profitz de meisme les custumes, ensemblement oue totes autres issues e profitz, issauntz du Roialme, des queux choses que ceo soient, entierment viegnent a l'Escheker le Roi, e par le Tresorer, e les Chaumberleins soient liveres, pur l'Ostel le Roy meyntenir, e aillors a son profit; issuit que le Roi puisse vivere du soen: sanz prises fere autres que aunciens dues & acustumees, e totes autres cessent.

Derechief, ordine est, que tuz les Marchauntz aliens, que unt receu les profitz des Custumes du Roialme, ou des autres choses, apurtenauntes au Roi, puis la mort le Roi Edward, Piere nostre Seignur le Roi, que hore est, soient arestez, oue tuz lour biens, ou quil soient troves, denz le Poer le Roi d'Engleterre, jusque il eient rendu resnable acounte de quant qu'il eient resceu des issues du Roialme, denz le temps avantdit, devant le Tresorer, & les Barons del Escheker, e autres jointz a eux par les ditz Ordeinours.

Derechief, ordine est, que la grante Charte soit gardee en tuz ses pointz, en tieu manere que, s'il y eit en la dite Chartre nul point oscur ou dotif, soit declare par les ditz Ordenours, & autres qil verront a eux a ceo apeler, quant il verront temps & hore, duraunt lor Poer.

Nous, eantz regard a nostre Grant avantdit, voloms & grantoms que celes Ordenances, en tant come eles se acordent au dreit & a reson, a la fourme de nostre dit Grant, soient fermement gardees:

Save Gardes, e Mariages avant nomes, e Custumes des leins, quirs, e peux lanutz; les queux nous voloms que seient en suffrance, tant que nous eioms sur ceo plus pleinement parle, & tretee ovesque les Ordenours avant ditz; la que chose nous ne poyoms fere, quant a ore, pur nostre hastif aler vers Escoce, a refreindre la malice de noz enemis illoeques; qui, de jour en autre, assegient noz Chasteux & noz Villes, & tuent nos gentz, noun contreesteance la sufferance a eux par nous grantee.

E pur ceo vous commaundoms, fermement enionantz, que en Citees, Burghs, Villes Merchaundes, & autres leux, en vestre

... prædicta, cum pertinentiis, post mortem ejusdem Johannis, ad præfatum Arthurum & Hæredes suos integrè revertantur, Tenenda de nobis & Hæredibus nostris, per servitia prædicta, Imperpetuum:

Nolentes quod prædictus Comes vel Hæredes sui, de corpore suo legitimè procreati, aut præfatus Arthurus, vel Hæredes sui, ratione præmissorum per nos, vel Hæredes nostros, Justiciarios, Escaetores, aut alios Ballivos seu Ministros nostros, occasionentur, molestentur in aliquo, seu graventur.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Northampton, secundo die Augusti.

Per breve de privato Sigillo.

Duplicat.

De proficiscendo cum Rege ad Berewicum super Twedam.

Rex dilecto & fideli suo Gilberto de Clare, Comiti Glouce- Ann. D.
striæ & Hertfordiæ, salutem. 1310.
Quia Robertus de Brus, Inimicus & Proditor noster, suique An. 4.
Complices & Fautores, Terras nostras & Fidelium nostrorum, E. 2.
in partibus Scotiæ, per Machinationes subdolas, durantibus Treu- Claus. 4.
gis, eis per nos concessis, proditionaliter occupârunt, & de die E. 2. m.
in diem invadere, &, contra nos, & fideles nostros prædictos, 23. dor.
occupare non desistunt, Castra nostra ibidem obsidendo, ac homicidia, incendia, depredationes, & diversa alia Scelera inhumaniter committendo, ad vestram & aliorum fidelium nostrorum notitiam novimus pervenisse:

Et, quia ad dictorum Inimicorum insolentiam & proterviam, cum Dei auxilio, viriliter reprimendas, & pro recuperatione terrarum nostrarum, & aliorum Fidelium nostrorum, de manibus eorumdem Inimicorum, ordinavimus, & modis omnibus esse proponimus, Domino concedente, apud Berewicum super Twedam in Festo Nativitatis beatæ Mariæ Virginis proximò futuro, cum equis & armis, & toto servitio nobis debito, sicut aliàs vobis mandavimus ad proficiscendum exinde contra Inimicos nostros prædictos;

Vos rogamus attentè quatenus, dictis die & loco, sitis ad nos in propria persona vestra, cum equis & armis, quanto potentius potentis, prompti & bene muniti ad proficiscendum exinde nobiscum, in auxilium nostrum, contra Inimicos nostros prædictos, ad dictas terras nostras, & aliorum fidelium nostrorum de ipsorum manibus, per Dei adjutorium, recuperandas, & ad eorumdem Inimicorum superbiam & maliciam viriliter conterendas; & hoc, sicut nos, & honorem nostrum & vestrum, ac commodum Regni nostri diligitis, nullatenus omittatis.

Teste Rege apud Northamptoniam, secundo die Augusti.

Consimiles Literæ diriguntur Comitatibus, Baronibus, & aliis subscriptis, &c.

De summonitione servitii Navium contra Scotos. Ann. D.
1310.
Rex, dilectis & fidelibus suis, Majori, Baronibus, & Ballivis An. 4.
Portûs sui Dovorr. salutem. E. 2.
Licet nuper vobis mandaverimus, per breve nostrum, quod to- Scot.
tum servitium Navium, quod nobis debetis, haberetis apud Du- 4. E. 2.
blin. m. 14.

De Wynchelse,
De Romenhale,
De Hethe,

Shoram,
Portesmuth,
Suthampt.
Lymyuton,
Ermuth,
La Pole,
Warham,
Weymuth,
Melecombe,
Lyme,
Exmuth,
Excestr.
Tegmuth,
Dertmuth,
Plymuth,

Colecestr.
Herwiz,
Gippeswic.
Donewyc.
Orford,
Magnâ Jernemuth,
* *Jernemuth parvâ*,
Snyterlee,
Burnham,
Holkam,
Lenn,
Sancto Botulpho,
Grymmesby,
Ravenes.
Hull,
Scardburgh,
Hertelpol,
Novo Castro super Tynam,
Neubygging.

De Gubernatore Flotæ Navium contra Scotos assignato.

Ann. D. REX omnibus, ad quos, &c. salutem.
1310. Sciatis quod assignavimus dilectum & fidelem nostrum, Si-
An. 4. monem de Monte-Acuto, Capitaneum & Gubernatorem flotæ
E. 2. nostræ Navium, quas, a diversis partibus Regni nostri Angliæ,
Scot. duci mandavimus usque ad partes Scotiæ, ad Inimicos & Rebelles
4. *E.* 2. nostros, in eisdem partibus Scotiæ, persequendos, &, cum Dei
m. 12. adjutorio, refrænandos.

In cujus, &c. quamdiu nobis placuerit duraturas.

Teste Rege apud Notingham, sexto die Augusti.

ET mandatum est Magistris & Marinariis Navium flotæ Regis, quod eidem Simoni, tanquam Capitaneo & Gubernatori Regis flotæ prædictæ, intendentes & respondentes sint in formâ prædictâ.

In cujus, &c. duratur. ut supra.

Teste ut supra.

ET mandatum est Vicecomitibus, Ballivis, & omnibus Ministris, tàm infra libertates, quàm extra, ad quos, &c. quod eidem Simoni, tanquam Capitaneo & Gubernatori Flotæ Regis
* III. prædictæ, in omnibus, quæ ad officium * illud pertinent, inten-
224. dentes sint, consulentes, & auxiliantes, quotiens & quando per ipsum Simonem, ex parte Regis, fuerint requisiti.

In cujus, &c. duratur. ut supra.

Ann. D.
1310.
An. 4.
E. 2.

De Bannimento remittendo.

Rom. & REX, dilecto & fideli suo, Johanni de Alneto, Senescallo suo
Fr. 4. *E.* Pontivi, salutem.
2. *m.* 23. Supplicavit nobis Johannes Petitz Afroses, Burgensis Villæ no-
in Sched. stræ de Abbatis Villâ, quòd, cùm ipse nuper ab eâdem Villâ, pro
dorf.

inde præceperimus) per vos, ... vel eorum a-
latis & Inquisitoribus prædictis, quotiens per ipsos, vel eorum a-
liquem fueritis requisiti.

Teste Rege apud Beverlacum, 26 die Augusti.

De Templariis recipiendis a Constabulario Turris London, & de sustentatione dispensanda.

REX Vicecomitibus London. salutem. Ann. D.
Cùm nuper, OB REVERENTIAM SEDIS APOSTO- 1310.
LICÆ, *&c. ut supra usque ibi :* Et mandaverimus Johanni de *An.* 4.
Crumbewell, Constabulario Turris nostræ London, vel ejus Lo- *E.* 2.
cum tenenti, quod omnes Templarios, in Turri prædictâ, sub *ibidem.*
suâ Custodiâ existentes, vobis liberet custodiendos (quousque aliud inde præceperimus) & per vos, sub formâ prædictâ, repræsentandos Prælatis & Inquisitoribus prædictis; quotiens per ipsos, vel eorum aliquem super hoc fueritis requisiti,

* Vobis mandamus, quòd Templarios prædictos a præfato Con- * III.
stabulario, vel ejus Locum tenente, recipiatis, & custodiatis, seu 225.
custodiri faciatis per Custodes, ad hoc ex electione Episcoporum & Inquisitorum prædictorum deputandos, in carceribus, seu locis convenientibus in Civitate London. quos prædicti Episcopi, vel eorum aliqui, & Inquisitores prædicti ad hoc viderint expedire; & eosdem permittatis de corporibus prædictorum Templariorum facere id quod eis, secundum legem Ecclesiasticam, videbitur faciendum.

Insuper volumus quod sustentatio, per nos aliàs assignata Templariis supradictis, a gentibus nostris ad hoc deputatis, per manus prædictorum Custodum, recipiatur, & dispensetur eisdem.

Teste ut supra.

De Comite Lincolniæ Custode Regni constituto.

REX Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Prioribus, Comi- Ann. D.
tibus, Baronibus, Militibus, libere Tenentibus, Communitati- 1310.
bus, Vicecomitibus, & omnibus aliis Ministris, Ballivis & fideli- *An.* 4.
bus suis, ad quos, &c. salutem. *E.* 2.
Sciatis quod, cùm nos, pro expeditione guerræ nostræ Scotiæ, *Pat.* 4.
sumus ad partes illas, favente Domino, cum exercitu nostro *E.* 2. *p.* 1.
profecturi, & ibidem, quamdiu Dominus disposuerit, mora- *m.* 18.
turi,

Nos, de circumspectione, industriâ, & fidelitate dilecti Consanguinei & fidelis nostri, Henrici de Lacy Comitis Lincolniæ, specialiter confidentes,

Ipsum Comitem, Custodem nostrum dicti Regni, ac Locum nostrum in eodem Regno tenentem, pro pace & tranquilitate populi dicti Regni nostri melius conservandâ, constituimus per præsentes, quamdiu in dictis partibus Scotiæ moram fecerimus, vel aliud inde duxerimus ordinandum.

Et ideò vobis mandamus quod eidem Comiti, tanquam Custodi nostro dicti Regni, & locum nostrum tenenti in eodem, in hiis, quæ ad dictam Custodiam pertinent, intendentes sitis, obedientes, & respondentes.

In cujus, &c. quamdiu nobis placuerit duraturas.

Teste

Fin. 4. E. 2. m. 17. * III. 226. Custodiam illam spectantibus, ad totam vitam suam; dum tamen benè & fidelitèr in omnibus se * haberet erga nos & Hæredes nostros, & quod de exitibus & aliis, ad nos inde spectantibus, nobis ad Scaccarium nostrum responderet, prout alii Constabularii ejusdem Castri respondere consueverunt:

Ac idem Johannes Custodiam illam jam nobis reddiderit, concessimus dilecto & fideli nostro, Petro de Gavaston Comiti Cornubiæ, Custodiam Castri prædicti, cum pertinentiis, HABENDAM, cum omnibus ad custodiam illam spectantibus, ad totam vitam ipsius Comitis; dùm tamen benè & fidelitèr in omnibus se habuerit erga nos & hæredes nostros; ita videlicet quod, de exitibus & aliis ad nos inde spectantibus, nobis ad Scaccarium nostrum respondeat, prout alii Constabularii ejusdem Castri respondere consueverunt.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Byger, primo die Octobris.

Per breve de privato Sigillo.

ET mandatum est Militibus, liberis hominibus, & omnibus aliis, tenentibus de Castro prædicto, quod eidem Comiti, tanquam Constabulario Castri prædicti, in omnibus, quæ ad Custodiam ejusdem Castri pertinent, intendentes sint & respondentes, sicut prædictum est.

In cujus, &c.

Teste Rege ut supra.

ET mandatum est præfato Johanni de Segrave, quod Castrum prædictum, unà cum armaturis, victualibus,& omnibus aliis rebus Regis, infra idem Castrum existentibus, præfato Comiti, vel ejus Attornato, quem ad hoc per suas patentes litteras deputaverit loco suo, per cirographum, inter ipsos inde conficiendum, liberet custodiendum in formâ prædictâ.

Teste Rege, ut supra.

Per breve de privato Sigillo.

De Justiciaratu Forestæ citra Trentam dicto Petro concesso.

Ann. D. 1310. An. 4. E. 2. Fin. 4. E. 2. m. 17. REX omnibus, ad quos, &c. salutem.

Sciatis quòd, cùm nuper concesserimus dilecto & fideli nostro, Johanni de Segrave Seniori, Custodiam Officii Justiciarii Forestæ nostræ citra Trentam, cum pertinentiis, HABENDAM, cum omnibus ad Custodiam illam spectantibus, ad totam vitam suam; dùm tamen benè & fideliter se haberet erga nos & Hæredes nostros:

Ac idem Johannes Custodiam Officii prædicti jam nobis reddiderit, concessimus dilecto & fideli nostro, Petro de Gavaston Comiti Cornubiæ, Custodiam Officii prædicti, HABENDAM, cum omnibus ad Custodiam illam spectantibus, ad totam vitam suam; dùm tamen benè & fideliter in omnibus se habuerit erga nos & Hæredes nostros; ita videlicet quod Ballivi & Ministri (quos idem Comes, de exitibus & aliis, ad nos ratione Officii illius spectantibus, onerabit) nobis inde respondeant ad Scaccarium nostrum: & quod idem Comes Rotulos suos, in fine cujuslibet anni, ad dictum Scaccarium nostrum deferat, & eos ibidem liberet, ut est moris.

partibus Scotiæ steterimus, pro expeditione guerræ nostræ ibidem, vel aliud de Custodiâ illâ duxerimus ordinandum) homines, terras, res, redditus, & omnes possessiones suas in Chestershire. m. 14.

Et ideo vobis mandamus, &c. non inferentes, &c. & si quid, &c.

In cujus, &c. duraturas usque ad Festum Paschæ proximò futurum.

Volumus etiam, &c. & ultimæ præsentationis; præsentibus minimè valituris, post reditum nostrum in Angliâ, si citra dictum Festum Paschæ ibidem redierimus, vel aliud de Custodiâ prædictâ interim duxerimus ordinandum.

Teste Rege apud Byger, sexto die Octobris.

Per Consilium.

De inquirendo, ob reverentiam Sedis Apostolicæ, contra Templarios, & de sustentatione liberanda.

REX dilecto & fideli suo Johanni de Crumbewell, Constabulario Turris suæ London, vel ejus locum tenenti, salutem. Ann. D. 1310. An. 4. E. 2. Claus. 4. E. 2. m. 20.

Cùm nuper, OB REVERENTIAM SEDIS APOSTOLICÆ, concesserimus Prælatis & Inquisitoribus, ad inquirendum contra Ordinem Templariorum, & contra Magnum Præceptorem ejusdem Ordinis, in Regno nostro Angliæ, *&c. prout de 26. Aug. supra usque hæc verba, viz.*

Vobis mandamus quòd, quando ex parte dictorum Prælatorum, & Inquisitorum, vel alicujus Prælati, cum uno saltem Inquisitore, fueritis requisiti, omnes dictos Templarios, in Turri prædictâ existentes sub custodiâ vestrâ, vel illuc adducendos, Vicecomitibus London, simul, vel particulatim, prout, & quotiens ex parte eorundem Prælatorum, & Inquisitorum, vel eorum alicujus, cum uno saltem Inquisitore, requisiti fueritis, liberetis, per eosdem Vicecomites in Carceribus nostris, viz. in quatuor Portis London. & Domibus quondam Johannis de Bakwell, & Domibus quondam Fratrum de pœnitentiâ, seu aliis locis convenientibus, in Civitate London. vel de propè (dùm tamen Dominorum locorum hujusmodi, vel inhabitantium in eisdem ad id accedat assensus) custodiendos, exhibendos, & repræsentandos Prælatis, & Inquisitoribus, seu alicui eorum, cum uno saltem Inquisitore:

Et eosdem Templarios recipiatis, ad custodiam vestram in dictâ Turri nostrâ, a Vicecomitibus supradictis, quando, & quotiens per prædictos Prælatos, vel eorum aliquos, fueritis requisiti.

Volumus insuper, & vobis mandamus, quod sustentationem, aliàs per nos assignatam Templariis supradictis, faciatis per illos, quos ad hoc deputavimus, dictis Vicecomitibus liberari, per ipsos cuilibet Templario, pro ratâ temporis, ipsum Templarium contingente, ministrandam.

Mandavimus enim Vicecomitibus prædictis, ut dictos Templarios, & sustentationem ipsis assignatam, a vobis recipiant, & eosdem Templarios vobis retradant, custodiendos in formâ prædictâ.

Teste Rege apud Byger, sexto die Octobris.

De

Innovantur Literæ de Conductu pro Abbate de Lathiniaco & Sicardo de Vauro.

Ann. D. 1310. REX omnibus Ballivis & fidelibus suis, ad quos, &c. salutem.

An. 4. E. 2. Cùm discreti viri Abbas de Lathiniaco, Paris. Dioces. & Magister Sicardus de Vauro Canonicus Narbonen.

Pat. 4. Ad inquirendum, *&c. prout de A. 3. Sept. 13.*

E. 2. p. 1. m. 10. In cujus, &c. duraturas usque ad Festum Pentecostes proximò futurum.

Teste Rege apud Lynlisca in Scotiâ, 13. die Octobris.

De Inquisitoribus prædictis, OB REVERENTIAM SEDIS APOSTOLICÆ, *intendendo.*

Ann. D. 1310. REX, dilecto & fideli suo, Johanni de Crumbwell, Constabulario Turris suæ London. vel ejus Locum Tenenti, salutem.

An. 4. E. 2. Claus. 4. E. 2. m. 18. Cùm nuper, OB REVERENTIAM SEDIS APOSTOLICÆ, concesserimus Prælatis & Inquisitoribus,

Ad inquirendum contra Ordinem Templariorum, & contra magnum Præceptorem ejusdem Ordinis, in Regno nostro Angliæ constitutum, & similiter contra singulares personas & fratres ordinis illius, de Hæresi defamatos, dudum per Literas Apostolicas deputatis,

Quod iidem, Prælati & Inquisitores, de ipsis Templariis, & eorum corporibus, in quæstionibus, & aliis ad hoc convenientibus, ordinent & faciant, quotiens voluerint, id quod eis, secundum legem Ecclesiasticam, videbitur faciendum:

Nos, ut commodiùs & efficaciùs, procedi possit ad Inquisitionem, de ipsis Templariis faciendam, vobis mandamus quod, quando ex parte dictorum Prælatorum & Inquisitorum, vel alicujus Prælati, cum uno saltem Inquisitore, fueritis requisiti, omnes dictos Templarios, in Turri prædictâ existentes sub custodiâ vestrâ, vel illuc adducendos, Vicecomitibus London. simul, vel particulatim, prout, & quotiens ex parte eorundem, Prælatorum & Inquisitorum, vel eorum alicujus, cum uno saltem Inquisitore, requisiti fueritis, liberetis, per eosdem Vicecomites in carceribus nostris (viz. in quatuor portis London. & domibus quondam Johannis de Bankwell, & domibus quondam Fratrum de pœnitentia, seu aliis Locis convenientibus in Civitate London. vel de prope; dum tamen dominorum locorum hujusmodi, vel habitantium in eisdem, ad id accedat assensus) custodiendos, & repræsentandos

* III. 229. Prælatis & Inquisitoribus, seu alicui * eorum, cum uno saltem Inquisitore; & eosdem Templarios recipiatis, ad custodiam vestram in dictâ Turri nostrâ, a Vicecomitibus supradictis, quando & quotiens per dictos Prælatos, seu eorum aliquos fueritis requisiti.

Volumus insuper & mandamus quod sustentatio, per nos alias assignata Templariis antedictis, per dilectum Clericum nostrum, Rogerum de Wyngefeld, quem ad hoc deputamus, dictis Vicecomitibus, pro rata temporis, quo ipsos Templarios in custodiâ eorundem Vicecomitum morari contigerit, liberetur; per ipsos Vicecomites cuilibet Templariorum, pro rata temporis, ipsum Templarium, contingente, ministranda.

Mandavimus enim eisdem Vicecomitibus, quod ipsos Templarios recipiat, in Turri Regis prædicta custodiendos, cum per prædictos Prælatos, aut eorum aliquos fuerit requisitus.

Teste Rege apud Linlisca in Scotiâ, 23. die Octobris.

EOdem modo, quo mandatum fuit, *ut supra*, Constabulario Turris London. mandatum est Constabulario Castri Lincolniæ de Templariis, in eodem Castro existentibus, sub Custodiâ suâ, & illuc adducendis Majori & Ballivis Lincolniæ, simul, vel particulatim, in formâ prædictâ liberandis per eosdem, Majorem & Ballivos, in Carceribus Regis Civitatis prædictæ, in portâ de Claxelede, seu aliis locis convenientibus, in Civitate prædictâ, vel de prope, dum tamen dominorum locorum, *&c.*

Teste Rege apud Berewyc. super Twedam, xxij. die Novembr.

ET mandatum Majori & Ballivis Lincolniæ, quod ipsos Templarios, simul, vel particulatim, a præfato Constabulario recipiant, & custodiant, seu custodire faciant in carceribus Regis Civitatis prædictæ, viz. in porta prædictâ, seu aliis locis convenientibus, *&c. ut supra.*

ET mandatum est Rogero de Wyngefeld, quod sustentationem prædictam, præfatis, Majori & Ballivis, pro numero personarum & pro ratâ temporis, *&c. ut supra.*

Et Rex sibi, &c.

---

* *De Templariis prosequendis, & pro sustentatione eorundem.* • III. 230.

REX dilecto Clerico suo, Rogero de Wyngefeld, Custodi Terrarum Templariorum, in manu nostrâ existentium, vel Willielmo Plummer, Sub-custodi suo Manerii de Cresting, salutem. Ann. D. 1310.

Quia, certis de causis, ordinavimus quod Constabularius Turris nostræ London. omnes Templarios, in custodiâ suâ, in Turri prædictâ, existentes, vel illuc adducendos, Vicecomitibus London. liberet, simul, vel particulatim, prout & quotiens ex parte Prælatorum & Inquisitorum, ad inquirendum contra ordinem Templariorum & eorum personas assignatorum, vel alicujus eorum, cum uno saltem Inquisitore fuerit requisitus, per eosdem Vicecomites in Carceribus nostræ London. custodiendos: An. 4. E. 2. Claus. 4. E. 2. m. 18.

Et, juxta requisitionem dictorum Prælatorum & Inquisitorum, ad custodiam in Turri nostrâ prædictâ retradendos:

Et quod sustentatio, per nos prius dictis Templariis assignata, & per dictum Constabularium liberanda pro numero personarum, & pro ratâ temporis, quo ipsos Templarios in custodiâ eorundem Vicecomitum morari contigerit, per vos ipsis Vicecomitibus liberetur, per ipsos cuilibet ipsorum Templariorum, pro ratâ ipsum Templarium contingente, ministranda:

Vobis mandamus quod sustentationem prædictam præfatis Vicecomitibus, pro numero personarum, & ratâ temporis prædicti, sine dilatione liberetis:

Et nos vobis inde debitam allocationem habere faciemus.

Teste Rege apud Linlisca in Scotiâ, 25. die Octobris.

Al

potestate & Dominio vestris, quos de Feloniis & Roberiis prædictis culpabiles inveniri contigerit, ulterius infra terram vestram receptare, considerationis intuitu, non curantes, tale & tam competens remedium super præmissis nobis & nostris fieri faciatis, quòd inter vos & nos, hominésque nostros & vestros, pacis & concordiæ tranquillitas foveatur, quódque homines vestri contra nos, aut nostros consimilia perpetrare de cætero non præsumant.

Dat. apud Berewicum super Twedam, 10. die Novembris.

---

* III. 231. ** De quatuor Portis Londoniæ liberandis Vicecomitibus pro Custodia Templariorum.*

Ann. D. 1310. An. 4. E. 2. Claus. 4. E. 2. m. 17.

REX, Majori & Vicecomitibus Civitatis suæ London. salutem.

Cùm nuper, OB REVERENTIAM SEDIS APOSTOLICÆ, concesserimus Prælatis, & Inquisitoribus,

Ad inquirendum contra ordinem Templariorum, & contra Magnum Præceptorem ejusdem Ordinis, in Regno Angliæ constitutum, & similiter contra singulares personas & fratres Ordinis illius, de Hæresi desfamatos, dudum per literas Apostolicas deputatis,

Quod iidem Prælati, & Inquisitores, de ipsis Templariis, & eorum corporibus in quæstionibus, & aliis ad hoc convenientibus ordinent, & faciant, quoties voluerint, id quod eis, secundum legem Ecclesiasticam, videbitur faciendum:

Et mandaverimus Majori, Aldermannis, & Communitati Civitatis nostræ prædictæ, quòd quatuor portas nostras Civitatis ejusdem vobis, præfati Vicecomites (quibus omnes Templarios, in Turri nostra London. existentes, vel illuc adducendos, per Constabularium nostrum ejusdem Turris, vel locum suum tenentem, simul, vel particulatim, nuper mandavimus liberari) pro præmissis, in eisdem portis commodiùs & securiùs faciendis, habere faciant quotiens necesse fuerit, & super hoc ex parte Prælatorum, & Inquisitorum prædictorum, vel unius eorum, cum uno saltem Inquisitore, fuerint requisiti:

Vobis mandamus quod, si per Prælatos, & Inquisitores prædictos, vel eorum aliquem, cum uno saltem Inquisitore, vobis constare poterit, quod Turris nostra London. & portæ nostræ prædictæ, ad præmissa facienda non sufficiant, tunc de aliquibus domibus in Civitate prædictâ, vel de prope, pro præfato negotio convenientibus, faciatis modis omnibus provideri.

Et sumptus, si quos forsitan in conductione domorum hujusmodi apponere vos contigerit, unà cum expensis Ministrorum per vos, Vicecomites prædicti, circa dictorum Templariorum custodiam deputandorum, vobis, præfati Vicecomites, cum nobis inde constiterit, allocari faciemus.

Teste Rege apud Berewycum super Twedam, 22. die Novembris.

Ad Majorem, Aldermannos, & Communitatem Londoniæ.

Ann. D. 1310. An. 4. E. 2. Ibidem.

REX Majori, Aldermannis, & Communitati Civitatis London. salutem.

Cum nuper, OB REVERENTIAM, &c. videbitur faciendum:

Et mandaverimus Constabulario Turris nostræ London. vel ejus Locum tenenti, quod omnes Templarios, in Turri prædicta sub sua custodia existentes, vel illuc adducendos, Vicecomitibus nostris London. liberaret, simul, vel particulatim, custodiendos, & per ipsos, sub formâ prædictâ, repræsentandos Prælatis & In-

---

Ad Majorem & Vicecomites Londoniæ de Templariis examinandis.

REX, Majori & Vicecomitibus Civitatis suæ London. salutem. Ann. D. 1310.

Cùm nuper, OB REVERENTIAM SEDIS APOSTOLICÆ, concesserimus Prælatis & Inquisitoribus, *&c. prout supra usque hæc verba, viz.* An. 4. E. 2. Claus. 4. E. 2. m. 8.

Et postmodum quatuor portas nostras Civitatis prædictæ vobis, præfati Vicecomites (quibus omnes Templarios, in Turri nostra London. tunc existentes, vel illuc adducendos, per Constabularium nostrum ejusdem Turris, vel Locum suum tenentem, liberari mandavimus) pro præmissis in eisdem portis commodiùs & securiùs faciendis, per vos, præfate Major, & Aldermannos, ac Communitates Civitatis illius, fecimus liberari:

Ac jam, de novo, plures Templarios, a Castro nostro Lincolniensi, usque ad dictam Turrim venire fecerimus, in dicta Civitate London. per Prælatos & Inquisitores prædictos, super crimine prædicto, strictiùs examinandos:

Et mandaverimus vobis, præfate Major, ac Aldermannis, & Communitati, prædictis, quod, si prædictæ quatuor Portæ pro custodia & examinatione Templariorum prædictorum, juxta Ordinationem dictorum Prælatorum & Inquisitorum, faciendis, non sufficiant, tunc vobis, præfati Vicecomites, alias portas ejusdem Civitatis pro præmissis faciendis faciant liberari:

Nos, OB HONOREM DEI, ET EXALTATIONEM CATHOLICÆ FIDEI, ut, super diffamatione prædictâ, veritas pleniùs sciatur, corditer affectantes, vobis mandamus quod, si prædictæ quatuor portæ (aliàs per vos, præfate Major, ac prædictos Aldermannos, & Communitatem, vobis, præfati Vicecomites, liberatæ) nec non & aliæ portæ vobis, præfati Vicecomites, in dicta Civitate per vos, præfate Major, ac prædictos Aldermannos, & Communitatem liberandæ, pro custodia & examinatione Templariorum, vobis, præfati Vicecomites, per — Constabularium Turris prædictæ, & ejus Locum tenentem, liberatorum, & exnunc liberandorum, juxta Ordinationem hujusmodi faciendam, non sufficiant, tunc de aliis domibus, in Civitate prædicta, pro præfato negotio convenientibus, faciatis modis omnibus provideri.

Et Templarios prædictos, vobis per prædictum — Constabularium, seu ejus Locum tenentem liberandos, ab ipsis recipiatis, & ipsos in prædictis portis & domibus, separatim in carceribus, compedibus custodiri, & coram præfatis Prælatis & Inquisitoribus, seu eorundem Prælatorum aliquo, ac uno saltim Inquisitore, repræsentari faciatis, cum per ipsos Prælatos, vel eorum aliquem, cum uno saltim Inquisitore, super hoc fueritis requisiti.

Et, ut dictis Prælatis & Inquisitoribus constet de diligentiâ vestrâ, præfati Vicecomites, circa custodiam dictorum Templariorum adhibendâ, & ut liberiùs facere valeant quod erit faciendum,

Vobis, præfati Vicecomites, mandamus quod illos, quos dicti Prælati & Inquisitores, seu aliquis eorum, cum uno saltim Inquisitore, deputaverint ad supervidendum quod dicta custodia bene fiat, id supervidere: & corpora dictorum Templariorum in quæstionibus & aliis, ad hoc convenientibus, ponere; & alia, quæ in hac parte, secundum legem Ecclesiasticam, fuerint facienda, facere permittatis.

Et, cùm dicti Templarii coram dictis Prælatis & Inquisitoribus fuerint examinati, tunc eos resumatis, & in portis & domibus prædictis salvò custodiri faciatis, juxta tenorem Mandati nostri, aliàs vobis super hoc directi:

Et sumptus, si quos forsitan in conductione domorum hujusmodi * apponere vos contigerit, unà cum expensis ministrorum per vos Vicecomites prædictos, circa dictorum Templariorum Custodiam, * III. 233.

poteritis, insistatis.

Dat. apud Berewicum super Twedam, vicesimo secundo die Novembris.

De inhibitione facienda ne quis, sub forisfactura, auxilium Scotis ducat.

Ann. D. 1310. An. 4. E. 2. Claus. 4. E. 2. m. 18. dor.

REX Majori & Ballivis, & toti Communitati Villæ suæ de Sandwico, salutem.

Nuper, pro eo quòd nobis, in partibus Scotiæ, ad Inimicorum nostrorum ibidem Rebellionem & malitiam, cum Dei adjutorio, reprimendas existentibus, ad nostrum pervenit auditum, quòd diversi homines victualia, equos, arma, & diversas res alias, de quibus in eisdem partibus potuimus subveniri, ducebant a diversis partibus Regni nostri ad Inimicos nostros prædictos, in retardationem expeditionis guerræ nostræ ibidem, & Inimicorum nostrorum subsidium prædictorum;

Volentes indempnitati nostræ in hac parte prospicere, ac super hoc remedium congruum adhibere, singulis Vicecomitibus nostris per Angliam, per diversa brevia nostra firmiter duximus injungendum, ut ipsi in Civitatibus, Burgis, & aliis locis, ubi expedire viderent, in Ballivis suis, publicè proclamari, & districtè inhiberi facerent, ex parte nostrâ, ne quis, sub forisfacturâ vitæ & membrorum, victualia, equos, armaturas, seu quascumque res alias duceret, seu duci faceret ad Inimicos nostros supradictos, nec eis auxilium præberet seu succursum, nec in aliquo communicaret cum eisdem, sub pœnâ forisfacturæ prædictæ.

Et, quia dicta expeditio, pro communi utilitate Regni nostri, multùm insidet nobis cordi, vobis mandamus firmiter injungentes, quòd, per totam Villam prædictam, publicè proclamari, & districtè ex parte nostrâ inhiberi faciatis, ne quis, sub pœnâ forisfacturæ prædictæ, & omnium quæ nobis forisfacere poterit, dictis Inimicis nostris, per * terram, aut per aquam, solamen, auxilium, seu succursum aliquem, de aliquibus victualibus, equis, armaturis, seu rebus aliis quibuscumque, facere præsumat quovis modo. * III. 134.

Et, ut prædictæ proclamatio & inhibitio firmiùs & inviolabiliùs, sub pœna prædicta, observentur, volumus, & vobis, firmitèr injungendo, mandamus, quod quatuor de discretioribus & legalioribus hominibus, de Villa prædicta, pro quibus volueritis respondere, ad prædictas proclamationem & inhibitionem, in Villa prædicta, in omnibus & singulis Articulis prædictis inviolabilitèr observandas, sine dilatione aliqua assignetis & deputetis.

Præmissa autem omnia & singula, sicut nos, & honorem nostrum diligitis, & forisfacturam prædictam evitare volueritis, cum omni diligentiâ & festinatione, qua poteritis, firmiter observari faciatis; ita quòd, per vestri negligentiam aut defectum, expeditio nostra, in partibus prædictis, nullatenus retardetur, per quod ad vos & vestra meritò capere debeamus.

Teste Rege apud Berewicum super Twedam, 9. Dec.

Consimiles Litteræ diriguntur Majoribus, Ballivis, &c.

SENTENTIAM ABSOLUTORIAM, VEL CONDEMPNATORIAM, SUPER CRIMINIBUS, SIBI IMPOSITIS, AUDITURI:

Nosque, ob honorem Dei, & pro negotio Fidei promovendo, præfato Constabulario mandaverimus, quod omnes Templarios prædictos, ad suam Custodiam, in Castro nostro prædicto, retraditi fuerint, & postmodum per Prælatos & Inquisitores prædictos, vel aliquem ipsorum, cum uno saltem Inquisitore, esset requisitus, tibi liberet, ducendos per te London. & ibidem Constabulario Turris nostræ London. liberandos;

Tibi præcipimus quod, cùm per Prælatos & Inquisitores prædictos, vel aliquem ipsorum, cum uno saltem Inquisitore, fueris requisitus, omnes dictos Templarios a præfato Constabulario recipias, & eos, sub tutâ & salvâ custodiâ London. duci, ipsosque * Constabulario Turris nostræ prædictæ facias liberari: * III. 135.

Cui mandavimus quod ipsos a te recipiat, & in Turri nostrâ prædictâ custodiat, & eos coram præfatis Prælatis & Inquisitoribus, in proximo Provinciali Concilio, ibidem, ut præmittitur, celebrando, ad audiendam super præmissis sibi impositis, ABSOLUTORIAM vel CONDEMPNATORIAM SENTENTIAM, repræsentet.

Mandavimus autem dilecto Clerico nostro, Rogero de Wyngefeld, quod tibi expensas, pro sustentatione dictorum Templariorum versus London. necnon Ministrorum eos ducentium, & alios sumptus, in hac parte necessarios; & similiter præfato Constabulario Turris nostræ prædictæ, pro morâ dictorum Templariorum in Custodiâ suâ, postquam a te receperit, faciat liberari

Teste Rege apud Berewycum, duodecimo die Decembris.

De sustentatione pro dictis Templariis liberanda.

ET mandatum est Rogero de Wyngefeld, quod Vicecomiti Regis Lincolniæ, cùm dictos Templarios a Constabulario Castri Regis Lincolniæ prædicti receperit, ducendos per ipsum London. ut prædictum est, expensas, per Regem priùs pro dictis Templariis assignatas, pro sustentatione ipsorum, versus London. & similiter Ministrorum eos ducentium, ac etiam Constabulario Turris Regis prædictæ, pro morâ Templariorum prædictorum in Custodiâ suâ, liberari faciat: Et Rex sibi inde debitam allocationem habere faciet.

Ann. D. 1310. An. 4. E. 2. Claus. 4. E. 2. m. 17.

Teste Rege apud Berewicum super Twedam, 12. die Decembris.

De injuriis, hinc inde illatis, in Ducatu Acquitaniæ emendandis.

Ann. D. 1310. An. 4. E. 2. Vasc. 4. E. 2. m. 18.

REX dilectis & fidelibus nostris, venerabili in Christo Patri J. eâdem gratiâ, Norwicensi Episcopo, Johanni de Britanniâ Comiti Richemundiæ, karissimo Consanguineo nostro: Guidoni Ferre, & Willielmo Inge, Militibus, salutem.

Super injuriis, dampnis, & gravaminibus, nuper, durantibus sufferentiis, seu treugis inter Excellentissimum Principem Dominum Philippum, Dei gratiâ, Francorum Regem illustrem, Patrem nostrum carissimum, &, claræ memoriæ, Dominum E. quondam Regem Angliæ, Genitorem nostrum, per Gentes ipsorum

Dat. apud Berewycum super Twedam, 12. die Decembris.

De eodem negotio Aquitaniæ.

Ann. D. REX eisdem, salutem.
1310. De vestris fidelitate & industriâ pleniùs confidentes, vobis,
An. 4. & duobus vestrûm, qui præsentes fueritis,
E. 2. Petendi nomine nostro, & recipiendi ab Excellentissimo Princi-
Ibidem. pe Domino Philippo, Rege Francorum illustre, Patre nostro karissimo, vel illis, quos idem Rex ad hoc duxerit deputandos, satisfactiones & emendas de usurpationibus, surprisis, dampnis, injuriis & gravaminibus, Domino E. nuper Regi Angliæ, Genitori nostro, & suis, ac nobis postmodùm, & nostris, per dictum Regem Franciæ & suos illatis;

Necnon ad hujusmodi satisfactiones & emendas præfato Regi Franciæ, de hujusmodi usupationibus, surprisis, dampnis, injuriis, & gravaminibus (siqua per dictum Genitorem nostrum, aut suos, vel nos, aut nostros, eidem Regi, aut suis illata fuerint) modo debito faciendas,

Plenam tenore præsentium concedimus & committimus potestatem.

Et ideò vobis mandamus quod, ad præmissa facienda & complenda, intendatis in formâ prædictâ.

Nos enim ratum imperpetuum habebimus atque gratum, quicquid per vos, aut duos vestrûm, cæteris absentibus, factum fuerit in præmissis.

Dantes, &c. ut supra.

In cujus, &c.

Dat. ut supra.

REX eisdem, salutem.
De vestris fidelitate, *&c. ut supra usque ibi*, Domino E. nuper Regi Angliæ Genitori nostro & suis, tàm ante tempus Guerræ inter ipsos Reges motæ, quàm etiam post tempus Pacis inter eos reformatæ, & similiter nobis & nostris postmodum per dictum Regem Franciæ & suos illatis; necnon ad hujusmodi satisfactiones & emendas præfato Regi Franciæ de hujusmodi usurpationibus, surpriis, dampnis, injuriis, & gravaminibus, si qua per dictum Genitorem nostrum, aut suos, vel nos, aut nostros eidem Regi aut suis, temporibus prædictis, illata fuerint, modo debito faciendas, plenam, &c. ut supra.

De præfato negotio.

Ann. D. REX eisdem, salutem.
1310. A nonnullis intelleximus fidedignis, quod, post reformatio-
An. 4. nem pacis, inter Dominum Philippum, eâdem gratiâ, Regem
E. 2. Francorum illustrem, karissimum Patrem nostrum, &, inclitæ re-
Vasc. 4. cordationis, Dominum Edwardum, quondam Progenitorem no-
E. 2. strum, Angliæ Regem illustrem, pro ipsis & eorum Hæredibus
m. 18. factam, idem Rex Franciæ, & sui, Civitates, Castra, Villas, Terras, Libertates, & multa alia, quæ ad nos in Ducatu prædicto pertinere noscuntur, tàm tempore dicti Patris nostri, quàm nostro, usurpârunt & occupârunt; & ea, sic usurpata & occupata, detinent minùs justè.

Nos igitur, de vestris fidelitate & industriâ pleniùs confidentes, vobis, & duobus vestrûm, qui præsentes fueritis,

Ad petendum & recipiendum, nomine nostro, a præfato Rege Franciæ, vel illis, quos idem Rex ad hoc duxerit deputandos, restitutionem Comitatuum, Castrorum, Villarum, Terrarum, Li-

Nos, de vestris fidelitate & industria plenius confidentes, vobis, & duobus vestrûm, qui præsentes fueritis,

Petendi, & recipiendi, nomine nostro, a præfato Rege Franciæ, vel illis, quos idem Rex ad hoc duxerit deputandos, assisias terrarum, quæ nobis, ratione Pacum prædictarum, assideri debent: necnon complementum & perfectionem Pacum earumdem; & omnia & singula, quæ per ipsum Regem, ratione Pacum ipsarum, facienda & complenda restant, & quæ ad nos, virtute Pacum earumdem, debent, vel poterunt quomodolibet pertinere:

Et etiam complendi & perficiendi pro nobis & nomine nostro, quantum ad nos attinet, paces prædictas; necnon omnia & singula faciendi & complendi, quæ, ratione Pacum ipsarum, per nos, facienda & complenda restant, & quæ ad ipsum Regem Franciæ, ratione Pacum earumdem, pertinere debent,

Plenam, tenore præsentium, concedimus, & committimus potestatem:

Et ideo vobis mandamus quòd, ad præmissa facienda & complenda, intendatis in forma prædicta.

Nos enim ratum imperpetuum habebimus atque gratum, quicquid per vos, aut duos vestrûm, cæteris absentibus, factum fuerit in præmissis:

Dantes, tenore præsentium, in mandatis omnibus nostris Justiciariis, Officiariis, Subditis & Vassallis, ut in præmissis, & ea tangentibus, vobis & duobus vestrûm, qui præsentes fueritis, quibus in hac parte vices nostras committimus, ita quod non sit melior occupantium conditio, sicut nobis, pareant & intendant.

In cujus, &c.

Dat. ut supra.

Ad Regem Franciæ de processu, super usurpatis hinc inde, usque ad mutuam Visionem differendo.

EXcellentissimo Principi, Domino & Patri karissimo, Domi- Ann. D.
no Philippo, Dei gratiâ, Regi Franciæ illustri, Edwardus, 1310.
eâdem gratiâ, &c. salutem in eo, per quem Reges regnant, & An. 4.
Principes dominantur, cum honoris & prosperitatis votivæ conti- E. 2.
nuo incremento. Vasc. 4.

Litteras venerabilis Patris, Johannis Norwycensis Episcopi: & E. 2.
dilecti Consanguinei & fidelis nostri, Johannis de Britannia, Co- m. 18.
mitis Richemundiæ; cæterorumque Nunciorum nostrorum (quos ad vestræ Regiæ Celsitudinis præsentiam, & exinde ad dictum Ducatum nostrum Aquitaniæ, pro variis & arduis negotiis nostris expediendis ibidem, nuper destinavimus) recepimus, inter cætera continentes,

Quòd eisdem amicabilitèr respondistis, & benignè, vos paratos existere ea, quæ tangunt complementum Pacum, factarum inter vos & Antecessores vestros ex unâ parte, & nos & Antecessores nostros ex alterâ, quatenus ad vos attinet, facere perfici & compleri; quódque vestræ intentionis non existit, ut de usurpationibus & supprisis, ante guerram, inter vos, &, claræ memoriæ, Dominum E. Genitorem nostrum dudum motam, habitis hinc indè & factis, per deputandos a vobis, & per nostros, ad * hoc * III.
per nos deputandos, insimul; set dumtaxat per vestros, ratione su- 238.
perioris vestri Dominii, procedatur.

Et, licet intentionis nostræ extiterit & existat, quod hujusmodi usurpata hinc inde & surprisa, tàm per vestros, quàm per nostros, ad hoc deputandos, corrigantur & reformentur; nichilominus volumus & intendimus, super vestræ & nostræ intentionis diversitate, per nobiles Viros, Lincolniæ & Pembrochiæ Comites, Otto-

E. 2. Intelleximus a nonnullis quòd Robertus de Brus, Inimicus &
Scot. 4. Proditor noster, nititur pro viribus, & proponit totum navigium
E. 2. suum, de Insulis Forinsecis, usque ad Insulam nostram de Man, in
m. 8. præsenti Hieme, transmittere, ad Insulam illam destruendam: & ad receptamentum inibi, pro se, & Complicibus suis, Inimicis & Rebellibus nostris, habendum: & etiam omnia victualia, & alia necessaria in Insula de Man prædicta, ad opus suum, & sustentationem Complicum suorum prædictorum, capienda: & ad Navigium suum prædictum inde muniendum; quod in nostri dispendium, & totius Regni nostri dedecus & obprobrium, ac expeditionis nostræ Scotiæ retardationem, si permitteretur, cederet manifestè.

Et, quia volumus hujusmodi malitiæ modis & viis, quibus poterimus, obviari, vobis, omnibus & singulis, mandamus, firmiter injungentes, quod, dilecto & fideli nostro, Gilberto Mak Asky, Senescallo venerabilis Patris Antonii Patriarchæ Jerosolymitani, & Episcopi Dunelmensis, de Insula prædicta, ad navigium, cum victualibus, & aliis necessariis, in partibus vestris providendum, & usque ad dictam Insulam de Man mittendum, præbeatis consilium & juvamen, cum per ipsum Gilbertum, ex parte nostra, fueritis requisiti.

Et omnes illos, qui, cum hujusmodi Navigio, ad prædictam Insulam de Man, cum præfato Gilberto, sumptibus ipsius Gilberti, se divertere voluerint, liberè abire permittatis; quibus ad dictam Insulam eundi licentiam concedimus specialem.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Berewycum super Twedam, 15. die Decembris.

Per breve de privato Sigillo.

---

* III. 239.

* *De Adhærentibus Roberto de Brus in Anglia, Hybernia & Wallia arestandis.*

Ann. D. 1310. An. 4. E. 2. Scot. 4. E. 2. m. 9.

REX omnibus Ballivis, Ministris, & fidelibus suis in Angliâ, ad quos, &c. salutem.

Quià intelleximus quod quamplures Malefactores, de Insulâ de Man, qui, parti Roberti de Brus, inimici & proditoris nostri, adhærentes, dispendia quamplurima nobis & fidelibus nostris perpetrarunt in Anglia, tàm infra libertates, quàm extra morantur, & ibidem receptantur:

Nos, eorum protervia obviare volentes, vobis mandamus quod omnes hujusmodi Malefactores, de quorum nominibus dilectus & fidelis noster Gilbertus Mac-Askel vobis constare faciet, ubicunque inventi fuerint in Ballivâ vestrâ, infra libertatem, vel extra, sine dilatione arrestari, & in Prisona nostra salvò custodiri faciatis, donec aliud a nobis indè habueritis in mandatis.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Berewicum super Twedam, 16. die Decembris.

Per breve de privato Sigillo.

Consimiles Litteræ diriguntur Ballivis, &c. in Hibernia, & Ballivis, &c. in Wallia.

Teste ut supra.

Per breve de privato Sigillo.

Ad paternæ præsidia bonitatis, pro illorum augendis honoribus, An. 4.
& incommodis propulsandis, quos, inter nostris obsequiis adhæ- E. 2.
rentes, nobis utiliora novimus præstitisse obsequia, & ingentiori Rom. &
commendatos excellentiâ meritorum, devotiùs flagitanda eò nos ad Fr. 4.
id & gratitudo reddit obnoxios, & speramus a vestrâ clementiâ, E. 2.
ob intentionis nostræ rectitudinem, gratiosiùs exaudiri: m. 14.
Cupientes itaque ut, prædilectus ac * familiaris Clericus noster, dor.
Johannes de Sandale, Thesaurarius noster, qui, claræ memoriæ, * III.
Domini E. genitoris nostri longis temporibus adhæsit obsequiis, ac 240.
omni tempore, tàm laudabiliter, quam utiliter, se habuit in eisdem; quique jam, inter cæteros nostris insistentes servitiis, locum tenens præcipuum, pro nostris augendis utilitatibus labores & expensas non leves subire non deserit, hiis diebus, in negotiis, quæ pro sui honoris augmento, penes vestræ Sanctitatis benivolentiam, quæ virtuosos diligit, & gratiosam se exhibet gratiosis, in præsentiarum prosequitur, ipsam inveniat in favore benivolam, & in gratia liberalem,

Vestræ Beatitudini totis desideriis supplicamus, quatinus eundem Clericum nostrum (quem multarum virtutum enitens probitas, decor morum & conversationis, ac ingens meritorum prærogativa dignum omni favore & gratiâ repræsentant) habere dignemini, nostri contemplatione, propentius commendatum:

Et ipsius negotia, vestræ clementiæ, si libeat, ex parte sua seriosiùs exponenda, ad speratæ exauditionis gratiam, juxta animi nostri desiderium, admittere, de plenitudine vestræ Apostolicæ Sanctitatis.

Nos etenim (cùm dictorum negotiorum felix expeditio, ob specialem affectionem, quam ad dictum Clericum nostrum, suis exigentibus meritis, optinemus, specialiter insideat nobis cordi) in hiis, quæ vestris beneplacitis novimus convenire, obligatiores exinde effici volumus, utique cum viderimus oportunum.

Dat. apud Berewycum super Twedam in Scotia, 16. die Decembris.

Ad Cardinales pro prædicto Johanne.

REX Venerabili in Christo Patri, Domino P. de Columpna, Ann. D.
Dei gratia, Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Diacono Cardina- 1310.
li, amico suo karissimo, salutem cum intimæ dilectionis affectu. An. 4.
Illorum negotia, qui nostris affectibus intimiùs conjunguntur, E. 2.
& quorum felices eventus optamus desiderio ampliori, eo fidentiùs Rom. &
vestræ amicitiæ commendamus, quo de vestræ dilectionis puritate Fr. 4.
fiduciam gerimus ampliorem, quod pro nostris adimplendis deside- E. 2.
riis velitis solicitiùs laborare. m. 23.
Cum itaque, *&c. ut supra*, tàm fideliter, quàm utiliter, ut rei dor.
evidenter probavit exitus, se habuit in eisdem, quemque inter cæteros, nostris insistentes servitiis, locum tenentem præcipuum, laudabilia nobis novimus præstare obsequia, ac non leves, hiis diebus, labores & expensas pro nostris augendis utilitatibus & honoribus sustinere, quædam negotia penes Dominum Summum Pontificem in præsenti habeat prosequenda,

Nos, desiderabiliter affectantes eundem Clericum nostrum, circa felicem expeditionem dictorum negotiorum, Apostolicam munificentiam invenire, in exhibitione gratiæ, liberalem,

Paternitatem vestram, quanta possumus affectione, requirimus & rogamus, quatinus eundem Clericum nostrum (quem morum & conversationis decor ac innumera virtutum insignia dignum omni

Ann. D. REX omnibus, ad quos, &c. salutem.
1310. Inspeximus cartam, quam Venerabilis Pater, Antonius Patriarcha
An. 4. Hierosolomitanus, & Episcopus Dunelmensis, fecit dilecto
E. 2. & fideli nostro Henrico de Percy, in hæc verba:
Pat. 4.
E. 2.
p. 1. m. 7. Antonius, permissione divinâ, Sanctæ Jerosolimitanæ Ecclesiæ Patriarcha, & Episcopus Dunolmensis, omnibus, hoc scriptum visuris, vel audituris, salutem in Domino sempiternam.

Sciatis nos dedisse, concessisse, & hac præsenti Cartâ nostrâ confirmâsse, dilecto nobis in Christo, Domino Henrico de Percy, Manerium nostrum de Langeleye, cum omnibus suis pertinentiis,

TENENDUM ET HABENDUM prædictum Manerium dicto Domino Henrico, & Hæredibus suis, & assignatis, liberè, quietè, benè, in pace, & hæreditariè IMPERPETUUM,

Cum omnibus suis pertinentiis, tàm in servitiis liberorum, quàm villanorum, cum eorum servitiis, Eschaetis, Wardis, Releviis, Parcis, Vivariis, Stagnis, Silvis, Molendinis, Aquis, & omnibus aliis, ad prædictum Manerium pertinentibus, sine ullo retenemento,

Reddendo inde annuatim nobis & Hæredibus nostris, ad Natale Domini, pro omnibus servitiis debitis indè & consuetis.

Et nos, & Hæredes nostri, prædictum Manerium, cum suis pertinentiis, ut prædictum est, dicto Domino Henrico, & Hæredibus suis, & Assignatis, contra omnes homines warantizabimus IMPERPETUUM.

In cujus rei testimonium præsenti Cartæ sigillum nostrum speciale duximus apponendum,

Hiis Testibus,

Dominis, Roberto de Hilton,
Thoma Tochet,
Richardo Filio Domini Johannis Filii Marmenduti,
Hugone de Louther, &
Roberto Tochet, Militibus,
Gilberto de Stareshech,
Richardo de Stanlowe, & aliis.

Nos autem, donationem, concessionem, & confirmationem prædictas, ratas habentes & gratas, eas, pro nobis & Hæredibus nostris, quantum in nobis est, concedimus & confirmamus, sicut carta prædicta rationabiliter testatur.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Berewicum super Twedam, 19. die Decembris.

Per Breve de privato Sigillo.

Ad Papam, Rogatoria pro Johanne & Philippo de Friscobaldis.

Ann. D. PAPÆ Rex devota pedum oscula beatorum.
1310. In Apostolicæ mansuetudinis bonitate, cum firmâ fiduciâ,
An. 4. recumbit devotio Filialis, quod ipsa, velud Mater avida zeli gra-
E. 2. tuiti, radios expergens in Filium, ad preces Filii, pro illis, qui
Rom. 4. Regiis affectibus specialiter conjunguntur, porrectas, aures beni-
E. 2. gnas inclinabit, & ipsos, supplicantis intuitu, prosequetur gratiæ
m. 24. amplitudine & favoris.

Venerabilem Patrem Episcopum Sarum, ac Magistrum Richardum de Bello, & inter prænominatum Philippum & Petrum de Monte Spertuli, Archipresbiterum Vulteranum, inibi pendentibus,

Prosecuntur, haberi speciali benivolentia commendatos,

Beatitudini vestræ devotis precibus supplicamus, quatinus eisdem Johanni & Philippo, *&c. ut supra, usque ibi, viz.* favorem cum justitiâ exhiberi.

Ita si placet, *&c. ut supra usque ibi, viz.* iidem Johannes & Philippus, *&c. ut supra.*

Conservet, &c.

Dat. ut supra.

Ad P. de Columpna Cardinalem de eisdem Friscobaldis.

VEnerabili in Christo Domino P. de Columpna, Dei gratiâ, Ann. D.
Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Diacono Cardinali, amico suo 1310.
karissimo, Edwardus, &c. & sinceræ dilectionis affectum. An. 4.
Dilectioni vestræ illorum negotia, quos regius affectus peculiari E. 2.
favore prosequitur, eò propensiùs recommendar, quò de ipsa fidu- Rom. 4.
ciam gerit pleniorem, quod pro felici expeditione eorumdem, ad E. 2.
nostri instantiam, more solito, opem & operam velitis apponere m. 24.
efficaces.

Quamobrem pro dilectis Clericis nostris Johanne de Friscobaldis, *&c. ut supra, usque ibi, viz.* Vestram Paternitatem speciali affectione requirimus & rogamus, quatinus ut negotia ipsos, Johannem & Philippum contingentia, super quibusdam quæstionibus, inter ipsos & alios, & præcipue inter dictum Johannem, *&c. ut supra ibi, viz.* in Curia Romana pendentibus indecisis, cum favore & speciali gratia maturentur, & optato effectui mancipentur, velitis, si placet, nostri contemplatione, erga Sanctissimum in Christo Patrem Dominum Summum Pontificem, cui super his dirigimus nostras preces, cum efficaciâ, partes vestras interponere, & alia circa eorumdem expeditionem negotiorum, juxta vestræ providæ circumspectionis arbitrium, auxilium & consilium apponere oportunum.

Dat. ut supra.

Ad Dominum de Got, precatoria pro præfatis, Johanne & Philippo.

REX Nobili Viro & suo prædilecto Domino, Bernardo de Go- Ann. D.
te, Marchioni de Aucon, salutem. 1310.
Honoris & utilitatis augmentum dilectorum Clericorum nostro- An. 4.
rum Johannis de Friscobald. *&c. ut supra, usque * ibi, viz.* totis E. 2.
desideriis affectantes, ipsos Johannem & Philippum, & negotia, Rom. 4.
quæ ipsi in Romana Curia, super quibusdam quæstionibus, inter E. 2.
ipsos, *&c. ut supra usque ibi, viz.* vestræ circumspectionis indu- m. 24.
striæ sinceris affectibus duximus commendanda: * III.
Rogantes obnixè quatinus, ut ipsa negotia, cum favoris & gra- 243.
tiæ ubertate, maturentur, & felici effectui, juxta votum, mancipentur, velitis, nostri contemplatione, modis & viis, quibus expedire videritis, efficaciter interponere partes vestras; ita quod ipsi, ex hac nostra intercessione, vestræ circumspectionis præsidium sibi in effectu sentiant affuisse: unde vobis ad gratiarum actiones uberes teneri merito debeamus.

Dat. ut supra.

Tefte Rege apud Berewycum fuper Twedam, 15. die Januarii.

Per Breve de privato Sigillo.

De Litteris mittendis in Vasconiam.

Ann. D. 1311. An. 4. E. 2. Claus. 4. E. 2. m. 13.

REX dilecto Clerico fuo, Johanni de Sandale, Thefaurario fuo, falutem.

Literas noftras, Venerabili Patri Johanni Norwicenfi Epifcopo, Johanni de Britannia Comiti Richemundiæ, & eorum fociis directas, vobis mittimus per præfentium portitorem;

Mandantes quod Litteras illas, per aliquem Vallettum, qui laborare bene poffit, in Vafconiam celeriter tranfmittatis.

Et, ut fuper tenore Literarum earundem, & negotiis, quæ tanguntur in eifdem, poffitis melius informari, tranfcriptum literarum ipfarum vobis mittimus, præfentibus interclufum.

Mandantes quòd omnes Literas originales (conventiones, & facta, inter dictos Reges habita, qualitercunque tangentes, & in Thefaurariâ noftrâ exiftentes) diligenter fcrutari interim faciatis:

Et nos vobis, in brevi, mandabimus per Literas noftras id, quod facere debebitis fuper negotio memorato.

Tefte Rege apud Berewicum fuper Twedam, 1. die Januarii.

---

* III. 244.

** De Templariis, Vagabundis, fub falva & fecura cuftodia detinendis.*

Ann. D. 1311. An. 4. E. 2. Claus. 4. E. 2. m. 15.

REX Vicecomiti Eboraci, falutem.

Quia datum eft nobis intelligi quod tu Templarios, quos in diverfis Comitatibus, per diverfa brevia noftra, capi, & ufque Caftrum noftrum Eboraci duci, ac per te in eodem Caftro falvò & fecurè cuftodiri mandavimus, vagare permittis, in mandati noftri, tibi inde directi, contemptum:

Per quod de fugâ ipforum verifimiliter timeri poterit, nifi citiùs fuper hoc remedium apponatur;

Tibi præcipimus, firmiter injungentes, quod omnes Templarios prædictos, in cuftodia tua exiftentes, fub tàm falvâ & fecurâ cuftodiâ facias detineri, quod de ipforum corporibus refpondere poffis ad mandatum noftrum.

Et hoc, ficut te indempnem fervare volueris, nullo modo omittas.

Tefte Rege apud Berewicum fuper Twedam, 4. die Januarii.

De Ricardo de Havering Archiepifcopatum Dublinenfem refignante.

Ann. D. 1311. An. 4. E. 2. Fin. 4. E. 2. m. 13.

REX, dilecto & fideli fuo, Johanni Wogan, Juftitiario fuo Hiberniæ, falutem.

Quia Venerabilis Pater, Magifter Richardus de Haveryng, electus & confirmatus in Archiepifcopum Dublinenfem, Archiepifcopatum prædictum in manibus Domini Summi Pontificis refignavit, ut accepimus,

Vobis mandamus quòd temporalia Archiepifcopatûs prædicti, cum pertinentiis, fine dilatione capiatis in manum noftram, & ea falvò cuftodiri faciatis, donec aliud inde a nobis habueritis in mandatis; ita quod de exitibus, indè provenientibus, nobis refpondeatur ad Scaccarium noftrum Dublinenfem.

Tefte Rege apud Berewycum fuper Twedam, 6. die Januarii.

De Inhibitione Torneamenti apud Northampton.

REX, dilectis & fidelibus fuis, Comitibus, Baronibus, Militibus, & omnibus aliis hominibus ad arma, hac inftanti die Mercurii apud Northamptoniam conventuris, falutem. Ann. D. 1311. An. 4. E. 2. Pat. 4. E. 2. p. 1. m. 5.

Nuper, propter expeditionem guerræ noftræ Scotiæ, publicè proclamari, & diftrictè fecimus inhiberi, ne quis, fub forisfacturâ noftrâ, dum nos in dictis partibus, ad repulfionem inimicorum noftrorum, ibidem morari contingeret, torneare, burdeare, juftas facere, aventuras quærere, feu alias præfumeret ad arma ire, fine licentiâ noftrâ fpeciali:

Ac jam intelleximus quod vos, dicto die Mercurii, apud dictam Villam de Northamp. intenditis torneare, non obftantibus Proclamatione & inhibitione prædictis, de quo miramur quamplurimùm & movemur;

Vobis igitur mandamus, fub forisfacturâ Terrarum & Tenementorum, & omnium aliorum, quæ nobis forisfacere poteritis, firmiter inhibentes, ne apud dictam Villam de Northampton. feu alibi, infra Regnum noftrum, torneare, burdeare, juftas facere, aventuras quærere, feu aliàs ad arma ire præfumatis contra formam proclamationis & inhibitionis noftrarum prædictarum.

Tefte Rege apud Berewicum fuper Twedam, 18. die Januarii.

ET mandatum eft Vicecomiti Northamptoniæ, quòd in Villa prædicta publicè proclamari, & diftrictè inhiberi faciat, ex parte Regis, ne quis Comes, Baro, Miles, feu alius quicumque torneare, burdeare, juftas facere, aventuras quærere, feu aliàs ad arma ire præfumant, contra Proclamationem & inhibitionem prædictas.

Tefte ut fupra.

Ad Papam, rogatoria quod Epifcopus Glafcuenfis nunquam impofterum ad Terram Scotiæ redeat.

PAPÆ Rex devota pedum ofcula beatorum. Ann. D. 1311. An. 4. E. 2. Rom. & Fr. 4. E. 2. m. 24.

Tenet pro firmo noftra fiducia filialis, quod veftræ Paternitatis providentia, circa noftrum & Regni noftri ftatum profperum & tranquillum, affectione paterna jugiter invigilans, ad tollendas occafiones, ex quibus in Regno, feu aliis terris noftris, difcordiæ, feu diffidii materia poterit fufcitari, opem apponere defiderat efficacem indeficientis potentiæ fuæ viribus, ac remediis oportunis.

Dudum fiquidem Robertum Glafguenfem Epifcopum, utpote, claræ memoriæ, Domini E. quondam Regis Angliæ, Patris noftri, & noftrum proditorem ac inimicum capitalem, & quafi totius diffidii inter dictum genitorem noftrum & nos, ac populum terræ noftræ Scotiæ feminatorem, necnon de crimine læfæ mageftatis, ac confpirationis publicè, & de perjurio notoriè diffamatum, frequentiùs & convictum,

Venerabili Patri Arnaldo Pictavenf. Epifcopo, tunc ad nos, pro quorundam Epifcoporum deliberatione, ac quibufdam aliis negotiis, cum veftræ Sanctitatis litteris venienti, fecimus liberari, confpectui Sedis Apoftolicæ præfentandum, ut ibidem, fine fpe habendi

Conservet, &c.

Dat. apud Berewycum super Twedam, primo die Februarii.

Ad Cardinales contra præfatum Episcopum.

Ann. D. 1311. An. 4. E. 2. Rom. & Fr. 4. E. 2. m. 23.

REX Venerabili in Christo Patri, Domino B. Dei gratiâ, tituli Sanctorum Johannis & Pauli Presbytero Cardinali, amico suo karissimo, salutem cum dilectione sincerâ.

Robertum Glasguensem Episcopum, utpote, claræ memoriæ, Domini E. quondam Regis Angliæ, Patris nostri, & nostrum proditorem & inimicum capitalem, & quasi totius dissidii inter dictum Genitorem nostrum & nos, ac populum terræ nostræ Scotiæ seminatorem, ac de crimine læsæ Majestatis, conspirationisque publicè, & de perjurio diffamatum, frequentius & convictum, Venerabili Patri Arnaldo Pictavensi Episcopo, dudum ad nos, ex parte Domini Summi Pontificis, in Nuncium venienti, Sedis Apostolicæ conspectui præsentandum, ob reverentiam Sedis ejusdem, fecimus liberari, ut ibidem sine spe habendi a nobis licentiam ad partes Scotiæ redeundi, pœnam subiret pro demeritis condecentem: pro informatione conscientiæ Domini Summi Pontificis super prædicti Episcopi factis illicitis atque gestu,

Dilectos nobis Magistros, Martinum de Rynhiaco Priorem de Wangeford, & Andream Sapiti de Florentia, cum Litteris & Instrumentis Publicis, prædicti Glasguensis Episcopi nephanda & detestabilia opera tangentibus, ad ipsius Domini Summi Pontificis præsentiam transmittendo;

Set, quia ad nostrum jam pervenit auditum quod prædictus Glasguensis Episcopus sperat, in brevi, in statu pristino, per amicorum suorum in Curia subsidium, redire ad terram nostram Scotiæ supradictam,

Nos, qui sumus hiis diebus circa expeditionem guerræ nostræ in partibus illis contra Robertum de Brus, nostrum & Regni nostri proditorem, suosque fautores & complices, occupati,

Considerantes, ac, ex præteritis, verisimiliter præsumentes quod idem Episcopus, si contingeret ipsum, quod absit, ad statum pristinum restitui, & in dictâ terrâ nostrâ Scotiæ, aut alibi infra potestatem nostram morari, nobis & fidelibus nostris seditiones, insidias & dissidia, pejora prioribus, suis fraudulentis Machinationibus procuraret, ex quibus expeditio nostra prædicta retardari, & nobis in Regno nostro dampna & pericula non modica de facili poterunt provenire,

Vestram amicitiam affectuosè requirimus & rogamus, quatinus erga dictum Dominum Summum Pontificem, cui super hoc jam dirigimus preces nostras, apponere velitis, amore nostri, & pro tantis malis & periculis evitandis, opem & operam efficaces, ut dictus Dominus Summus Pontifex de statu prædicti Glasguensis Episcopi disponere * sic dignetur, quod idem Episcopus nunquam imposterùm redeat ad terram nostram Scotiæ memoratam.

* III. 247.

Dat. apud Berewicum super Twedam, primo die Februarii.

Eodem modo scribitur Cardinalibus subscriptis; videlicet,

Domino Fratri N. Hostiensi & Velletrensi Episcopo Cardinali,
Domino A. Episcopo Sabinensi,
Domino Fratri J. Portuensi & Sanctæ Ruffinæ Episcopo,
Domino A. Tituli Sancti Marcelli Presbitero Cardinali,
Domino B. Tituli Sanctorum Johannis & Pauli Presbitero Cardinali,.

Dat. apud Berewycum super Twedam in Scotiâ. 6 die Februarii.

Ad A. Cardinalem deprecatoria pro præfato Thesaurario.

REX Venerabili in Christo Patri, Domino A. tituli Sanctæ Sabinæ Presbitero Cardinali, Domini Papæ Vicecancellario, amico suo karissimo, salutem & sinceræ dilectionis affectum. Ann. D. 1311. An. 4. E. 2. Rom. & Fr. 4. E. 2. m. 24.

Negotia, quæ prædilectus Clericus, Thesaurarius noster, Johannes de Sandale, erga Sanctissimum in Christo Patrem Dominum Summum Pontificem inpræsentiarum habet prosequenda, pro quorum felici expeditione, per vestri sani consilii maturitatem, impetrandâ vobis aliàs direximus preces nostras,

Vestræ dilectionis puritati adhuc plenis affectibus duximus commendanda,

Affectuosis precibus supplicantes quatinus, ut negotia ipsius Clerici nostri effectum optatum, juxta nostri desiderium, sortiantur, velitis, si placet, precum nostrarum instantiâ, erga dictum Dominum Summum Pontificem cum efficacia interponere partes vestras; ita quod memoratus Clericus noster, per vestri auxilium, uberiorem expeditionem negotiorum suorum sibi sentiat affuisse; per quod vobis ad grates teneri debeamus meritò speciales.

Dat. apud Berewycum super Twedam in Scotiâ, 6. die Februarii.

Eodem modo scribitur Domino B. tituli Sanctorum Johannis & Pauli Presbytero Cardinali.

De litibus Abbatisvillæ terminandis. * III. 248.

REX, dilectis & fidelibus suis, Venerabili in Christo Patri J. eâdem gratiâ, Norwicensi Episcopo: Johanni de Britanniâ Comiti Richemundiæ, Consanguineo suo karissimo: & Guidoni Ferre Militi, salutem. Ann. D. 1311. An. 4. E. 2. Vasc. 4. E. 2. m. 15.

Quia, ex querelâ — Majoris, Scabinorum, & totius Communitatis Villæ nostræ de Abbatisvilla, ad nostram audientiam jam pervenit, quod inter ipsos — ex parte unâ, super administratione, seu custodiâ Villæ nostræ prædictæ (quam iidem — Major, Scabini, & Communitas ad se de jure asserunt pertinere) & quosdam alios, qui grossæ personæ nuncupantur, & qui de Communitate ejusdem Villæ, ut dicitur, non existunt, ex alterâ, lites, controversiæ, & dissensiones plurimæ sunt exortæ:

Nos, hujusmodi litibus, controversiis, & dissensionibus finem debitum ponere cupientes, ad inquirendum viis & modis, quibus meliùs expedire videritis, super toto negotio memorato, vocatis coram vobis partibus, & aliis qui fuerint evocandi, & ad plenam & celerem justitiam, super litibus, controversiis, & dissensionibus prædictis, præfatis partibus nostro nomine faciendam, prout de jure, & secundum legem & consuetudinem Villæ prædictæ faciendum fuerit, vos, tenore præsentium, duximus assignandos:

Et ideo vobis mandamus quod, in reditu vestro de Vasconiâ, ad prædictam Villam nostram personaliter accedentes, præmissa faciatis & expleatis ibidem in formâ prædictâ.

Mandavimus autem Senescallo nostro Pontivi, necnon Majori, Scabinis, & toti Communitati Villæ nostræ prædictæ, quod vobis in præmissis pareant & intendant.

In cujus, &c.

Dat. apud Berewycum super Twedam, 6. die Februarii.

Per Breve de privato Sigillo.

De

* III. 249. * *Ad Papam quod, mortuo Thoma Jorz Anglo, Johannes de Lenham, Regis Confessor ad Cardinalatus apicem evehatur.*

Ann. D. 1311. An. 4. E. 2. Rom. & Fr. 4. E. 2. m. 24. dor.

PAPÆ Rex devota pedum oscula beatorum.

Rem honestam & Deo gratam agere credimus, dum circa promotionem illorum intendimus diligenter, quos vitæ honestas, litterarum scientia, aliaque virtutum & morum præconia recommendant.

Hinc est quod, cùm, bonæ memoriæ, Frater Thomas Jorz Anglicus, nuper Sedis Apostolicæ Cardinalis, jam carnis ergastulo sit exutus,

Nos, de vestræ piæ Paternitatis dulcedine specialiter confidentes, quadamque spe, certi & firmâ fiduciâ tenentes quod preces nostræ, quæ honestate fulciuntur, in vestræ Sanctitatis præsentiâ, ad optatæ exauditionis gratiam admittentur,

Vestram clementiam devotis precibus exoramus, quatinus ad personam religiosi & discreti viri Fratris Johannis de Lenham, de Ordine prædicatorum, Confessoris nostri, qui vitæ honestate, litterarum scientiâ, ac moribus & virtutibus gratiosis, sicut jam per experientiam, ex ipsius conversatione diutinâ, nobiscum habitâ, novimus, multipliciter insignitur, vestræ benigne considerationis intuitum dirigentes,

Ipsum Sanctorum Patrum dictæ Sedis Cardinalium venerando Cœtui sociare, & ad Cardinalatûs dignitatem & apicem assumere, & promovere dignetur vestra providentia paternalis, quam in singulis necessitatibus nostris semper invenimus propitiam & benignam:

Speramus siquidem quod, si dictum Fratrem Johannem ad dignitatem Cardinalatûs vestra sanctitudo duxerit assumendum, ipsius promotio ad honorem Dei, & ad commodum universalis Ecclesiæ cedet, totiusque populi Christiani.

Ut igitur optatum nostrum in hac parte citiùs & feliciùs consequi valeamus, ad dictum negotium cum debitâ diligentiâ prosequendâ Religiosum virum, & nobis in Christo dilectum, Fratrem Johannem de Wrotham,

Dudum de domo & familiâ, claræ memoriæ, Domini E. quondam Regis Angliæ, genitoris nostri, existentem, & per dictum Patrem nostrum & nos aliàs in Nuncium ad Apostolicam Sedem missum, qui Conventûs Fratrum Prædicatorum London. postmodùm Prior fuit, in officio illo modo debito & laudabili se gerendo, quique conditiones, & mores, ac merita præfati Confessoris nostri, novit evidentius aperire,

Ad vestræ piæ Paternitatis præsentiam destinamus; cui, tanquàm illi de quo plenam confidentiam optinemus, in his, quæ super statu & conditionibus ipsius Confessoris nostri vestræ Beatitudini duxerit exponenda, fidem indubiam dignemini adhibere.

Conservet, &c.

Dat. apud Berewycum super Twedam, 15. die Februarii.

Ad Cardinales de Credentia.

Ann. D. 1311. An. 4. E. 2. Rom. & Fr. 4. E. 2. m. 24.

REX Venerabili in Christo Patri Domino B. Dei gratiâ, tituli Sanctorum Johannis & Pauli, Presbitero Cardinali, Domini Summi Pontificis Camerario, salutem cum dilectione sincerâ.

Cùm dilectos & fideles nostros, Henricum Spigurnel, & Johannem de Benstede, Milites, pro quibusdam negotiis, nos & sta-

Per breve de privato Sigillo.

Ad Papam, pro dicto Petro commendatoria.

Ann. D. 1311. An. 4. E. 2. Rom. & Fr. 4. E. 2. m. 24. d.

PAPÆ Rex devota pedum oscula beatorum.

Carum Valettum nostrum, Petrum Auger, ad vestræ Sanctitatis præsentiam de nostrâ licentiâ venientem cupientes in suis agendis, propter ipsius bonum & laudabile servitium nobis impensum, feliciter prosperari, ipsum vestræ Clementiæ specialiter duximus commendandum:

Supplicantes, cum affectu, quatinus eundem Vallettum nostrum super negotiis, quæ pro se & amicis suis vestræ Sanctitati duxerit exponenda, benigne audire, sibique, super expeditione negotiorum eorumdem, favorem & gratiam dignemini nostris precibus impertiri.

Conservet, &c.

Dat. apud Berewycum super Twedam in Scotiâ, 17. die Februarii.

Ad Papam de Credentia.

Ann. D. 1311. An. 4. E. 2. Rom. & Fr. 4. E. 2. m. 24.

PAPÆ Rex devota pedum oscula beatorum.

Quædam negotia, nos & statum Regni nostri tangentia, injunximus, dilectis & fidelibus nostris, Henrico Spigurnel & Nicholao de Benstede Militibus, quos ad vestræ Beatitudinis præsentiam destinamus, vestræ Clementiæ ex parte nostrâ vivæ vocis oracula exponenda;

Piæ Paternitati vestræ humiliter supplicantes, quatinus eosdem, Henricum & Nicholaum, recommendatos habentes, ipsis, vel eorum alteri, in his, quæ super præmissis vestræ exposuerint, vel exposuerit Sanctitati, fidem credulam adhibere, & exposita per eosdem, vel alterum eorumdem, benigne dignemini exaudire.

Conservet, &c.

Dat. apud Berewycum super Twedam, 18. die Februarii.

Ad Cardinales de Credentia pro Johanne de Wrotham, in quodam speciali negotio.

Ann. D. 1311. An. 4. E. 2. Rom. & Fr. 4. E. 2. m. 24. dor. * III. 251.

REX Venerabili in Christo Patri Domino B. Dei gratiâ, Dyacono Cardinali, amico suo karissimo, salutem cum dilectione sincerâ.

Cùm Religiosum virum, & nobis in Christo dilectum, Fratrem Johannem de Wrotham, dudum de domo & familia, claræ memoriæ, Domini E. * quondam Regis Angliæ, Patris nostri, existentem,

Qui Conventûs Fratrum Prædicatorum London. postmodum Prior fuit, gerendo se in Officio illo laudabiliter & honeste,

Pro quodam speciali negotio, cujus felix & festina expeditio non modicùm insidet cordi nostro, ad Sanctissimi Patris nostri in Christo Domini Summi Pontificis præsentiam destinemus,

Amicitiam vestram affectuosè requirimus & rogamus, quatinus eundem fratrem Johannem recommendatum habentes, sibi in his, quæ vobis ex parte nostra super negotio prædicto duxerit intimanda,

quæ fuerunt ipsius Episcopi die quo obiit, ubicunque ea inveniri contigerit, & ad ea salvò custodienda quousque nobis de dictis debitis plenariè fuerit satisfactum, vel aliud indè duxerimus ordinandum.

Et ideo vobis mandamus, firmiter injungentes, quod præfatis, Waltero & Johanni, & eorum alteri, in præmissis sitis intendentes & auxiliantes, quotiens & quando per ipsos, Walterum & Johannem, vel eorum alterum, indè fueritis præmuniti.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Berewycum super Twedam, 3. die Martii.

Per breve de privato Sigillo.

De Terris ejusdem captis in manum Regis.

Ann. D. 1311. *An. 4. E. 2. Ibidem.* QUIA Antonius, nuper Dunolm. Episcopus, diem clausit extremum, ut Rex accepit, mandatum est Roberto de Wodehous, Escaetori citra Trentam, quod temporalia Episcopatûs prædicti, cum pertinentiis, sine dilatione capiat in manum Regis, & ea salvò custodiri faciat, donec aliud inde Rex præceperit; ita quod de exitibus, inde provenientibus, respondeat ad Scaccarium Regis.

Teste ut supra.

* III. 252. QUia idem Antonius, qui de Rege tenuit in capite, diem clausit extremum, ut Rex accepit, mandatum est Waltero de Gloucestriâ, Escaetori ultra Trentam, quod omnes Terras & Tenementa, de quibus idem Antonius fuit seisitus in Dominico, &c. sine dilatione capiat in manum Regis, & ea salvò, *&c.* donec, *&c.*

Teste ut supra.

REX eidem Escaetori salutem.

Quia Antonius, nuper Patriarcha Hierosolimitanus, & Episcopus Dunolmensis, jam defunctus, nobis in diversis debitis, tàm de tempore Domini E. quondam Regis Angliæ, Patris nostri, quàm nostro, die quo obiit tenebatur:

Vobis mandamus quod omnia bona & Catalla, quæ fuerunt ipsius Antonii, in Balliva vestra, die quo obiit, sine dilatione capiatis in manum nostram, & ea salvò custodiri facias, donec aliud inde præceperimus.

Teste Rege apud Berewycum super Twedam, quarto die Martii.

Eodem modo mandatum est Roberto de Wodehous Escaetori citra Trentam.

Teste, ut supra.

De Custodia Episcopatus Dunelmensis commissa.

Ann. D. 1311. *An. 4. E. 2. Ibid.* REX omnibus, ad quos &c. salutem.

Sciatis quod commisimus dilecto & fideli nostro, Roberto Baignard, & Roberto de Barton Episcopatum Dunolmensem, cum Castris, & omnibus aliis pertinentiis suis, vacantem, & in manu nostrâ existentem, custodiendum quamdiu nobis placuerit; ita

Vobis mandamus, quod omnia Bona & Catalla, quæ fuerunt ipsius Antonii, in Episcopatu prædicto, die quo obiit, per visum & testimonium proborum & legalium hominum, in manum nostram capiatis, & ea salvò, & absque distractione aliquâ, custodiri faciatis, donec aliud a nobis inde habueritis in mandatis, & de bonis & catallis id quod pro terris Episcopatus prædicti excolend' & seminand' in instanti festina quadragesimali necessarium fuerit, per Indenturam, inter vos, & Executores Testamenti præfati Episcopi, vel unum eorum, inde conficiendam, capiatis.

Volumus enim eisdem Executoribus de eo, quod sic ceperitis ad opus nostrum, debitam allocationem fieri in debitis supradictis.

Teste ut supra.

*Et memorandum, quod prædictus Robertus Baignard fecit Sacramentum coram Dominis, Cancellario & Thesaurario apud London. dicto quarto die Martii, * quod benè & fideliter se habebit in Custodia Episcopatûs prædicti:* * III. 253.

Et data est potestas eidem Roberto Baignardo, per Breve Regis, recipiendi hujusmodi Sacramentum a præfato Roberto de Barton.

De Comite Gloucestriæ Custode Regni constituto.

REX Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Prioribus, Comitibus, Baronibus, Militibus, liberè Tenentibus, Communitatibus, Vicecomitibus, & omnibus aliis Ministris, Ballivis, & Fidelibus suis, ad quos, &c. salutem. Ann. D. 1311. *An. 4. E. 2. Pat. 4. E. 2. p. 1 m. 19.*

Sciatis quòd nos, de circumspectione, industriâ, & fidelitate dilecti Nepotis & Fidelis nostri, Gilberti de Clare Comitis Gloucestriæ & Hertfordiæ, specialiter confidentes,

Ipsum Comitem, Custodem nostrum dicti Regni, ac locum nostrum in eodem Regno tenentem, pro pace & tranquillitate populi dicti Regni nostri meliùs conservandâ, constituimus per præsentes, quamdiù in partibus Scotiæ, in quibus, pro expeditione guerræ nostræ ibidem, jam sumus, moram fecerimus, vel aliud inde duxerimus ordinandum.

Et ideò vobis mandamus quod eidem Comiti, tanquam Custodi nostro dicti Regni, & locum nostrum tenenti in eodem, in his, quæ ad dictam Custodiam pertinent, intendentes sitis, obedientes & respondentes.

In cujus, &c. quamdiu nobis placuerit duraturas.

Teste Rege apud Berewycum super Twedam, quarto die Martii.

Per Breve de privato Sigillo.

Ad Papam Responsoriæ, & quod jura Coronæ, Juramenti vinculo, tueri Rex tenetur.

PAPÆ Rex devota pedum oscula beatorum. Ann. D. 1311. *An. 4. E. 2. Rom. & Fr. 4. E. 2. m. 13. dor.*

Dudum, Pater Sanctissime, suggesto Apostolatui vestro, veritate tamen suppressâ, dilectum Clericum nostrum, Walterum de Bedewynde, se in Thesaurariam Ecclesiæ beati Petri Eborum intrusisse, & Franciscum Gaietani ab eadem contra justitiam spoliasse, ut collationem, dicto Clerico nostro factam per, claræ memoriæ, Dominum E. Genitorem nostrum, de Thesauraria prædicta revocaremus, & dictum Franciscum ad ipsam Thesaurariam resti-

Per Breve de privato Sigillo.

Consimiles litteræ diriguntur eidem Summo Pontifici, pro Magistro Johanne Bussh, de Præbenda de Stynelyngton, *&c. ut supra usque ibi*, explanand. *&c. ut supra*, de verbo ad verbum.

Ad F. Cardinalem, quem Rex aspere redarguit quod, ad ejus suggestionem, literæ citatoria a Curia Romana prodierunt, pro Nepote suo.

Ann. D. 1311. *An.* 4. *E.* 2. *Rom. & Fr.* 4. *E.* 2. *m.* 23. *dor.*

VEnerabili in Christo Patri, Domino F. Dei gratiâ, Sanctæ Mariæ in Colmedyn Diacono Cardinali, Edwardus, &c. salutem.

Admiramur non modicùm, & gravis anxietatis puncturis variis conturbamur, dum illos, quos Regiis affectibus specialiter conjunximus, & honoribus ac utilitatibus prosperis per nos & nostros desideravimus augmentari, malum pro bono, & odium pro dilectione nobis reddentes, jura nostra Regia, quorum ipsos conservatores benivolos & defensores præcipuos sperabamus, conspicimus pro viribus impugnare.

Sanè, ut intelleximus, ad vestri suggestionem, licet per veri suppressionem, quædam litteræ de citando dilectum Clericum nostrum Walterum de Bedewynde, quod coram Domino Summo Pontifice, infra certum terminum, compareat, super collatione, sibi factâ per, claræ memoriæ, Dominum E. Genitorem nostrum, de Thesaurariâ, in Ecclesia beati Petri Eborum, Francisco Gayetani Nepoti vestro responsurus, jam de novo a Romanâ Curiâ emanârunt.

De quo, aliis non modicùm admirantibus, graviùs cogimur admirari, præsertim quòd vos,

Cui super citatione hujusmodi, aliàs per vestri consimilem suggestionem procuratâ, dampna & præjudicia intolerabilia, quæ ex citatione prædictâ, & ejus executione, si processissent, nobis, & Coronæ, ac Regiæ Dignitati nostræ evenissent, vobis, velud Regii honoris & commodi zelatori, significavimus:

Cui etiam Archidiaconatum Richemundiæ in Ecclesia prædicta, quem dilecto Clerico & Thesaurario nostro, Johanni de Sandale, mero jure nostro, contuleramus, ob vestri promotionem & honorem, & ut exinde ad nostri & nostrarum utilitatum augmentationem procurandam essetis strictiùs obligati, ex nostrâ collatione recipiendum, vobis duximus concedendum, vobis super præmissis nostras literas specialiter dirigentes,

Velletis tam gravia, & Coronæ & Juri nostro Regio ita præjudicialia, nullâ responsione nobis per vos prius factâ, in hac parte, fieri procurare.

Quocirca vos duximus deprecandos, quatinus ab hujusmodi impugnatione juris nostri Regii, & indebitâ vexatione dicti Clerici nostri velitis desistere, & desisti ab aliis procurare; ut sic in hiis, quæ erga Regiam benivolentiam desideraveritis prosperari, efficiamur in gratia favorabiliùs liberales.

Nolumus enim vos latere, quod defensioni dicti Clerici nostri in præmissis deesse non possumus ullo modo, eò quod ad conservationem dicti juris nostri vinculo juramenti astricti sumus, & nostrum interesse specialiter versatur in negotio antedicto.

Dat. apud Berewicum super Twedam in Scotia, nono die Martii.

Per Breve de privato Sigillo.

apud vestram beatitudinem peculiari favore & gratia continuatur.

Sanctitati vestræ affectuosis precibus supplicamus, quatinus dictam gratiam vestram dignemini efficaciter defensare, & prædicto Consanguineo nostro, nè super præmissis indebitè fatigetur, aut gratia, qua eum vestra pietas in hac parte prævenit, frustretur, in sua justitia Patrocinium favorabile impertiri; sic in eundem Consanguineum nostrum oculos liberales gratiæ, nostri & dictæ Consortis nostræ optentu, si placeat, convertentes, quod, per effectum laudabilem, preces nostras, quas vestræ paternitati Sacrosanctæ ex corde porrigimus pro eodem, sibi sentiat fructuosas.

Conservet, &c.

Dat. apud Berewycum super Twedam in Scotia, 10. die Martii.

Per Breve de privato Sigillo.

Ad Papæ Camerarios pro præfato Guidone.

REX Venerabili in Christo Patri, Domino B. tituli Sanctorum Johannis & Pauli, Presbitero Cardinali, Domini Papæ Camerario, amico, &c. salutem & sinceræ dilectionis affectum. Ann. D. 1311. *An.* 4. *E.* 2. *Rom. & Fr.* 4. *E.* 2. *m.* 23. *dor.*

Dudum Sanctissimus in Christo Pater, Dominus Summus Pontifex, ex suâ gratiâ munificâ, uni personæ idoneæ per Isabellam Reginam Angliæ, Consortem nostram karissimam nominandæ, de beneficio Ecclesiasticico, ad collationem Venerabilis Patris Archiepiscopi Cantuariensis pertinente, in Civitate vel Diocese Cantuariensi, quod persona sic nominanda duceret acceptandum, quamprimùm ad id offerret se facultas, voluit provideri, certis ad hoc per Apostolicum rescriptum Executoribus deputatis;

Qui quidem Executores de Ecclesia de Maidenstan dictæ Diocesis, ad collationem dicti Archiepiscopi pertinente, & postmodum vacante, dilecto Clerico & Consanguineo nostro Magistro Guidoni de la Vale, & ad hoc nominato, auctoritate Sedis Apostolicæ, eis in hac parte commissâ, providerunt, & ipsius Procuratorem in possessionem prædictæ Ecclesiæ induxerunt.

Jamque, ut intelleximus, quidam Magister Stephanus de Haselingfeld, nitens provisionem prædictam pro viribus impugnare, & prædictum Clericum & Consanguineum nostrum effectu provisionis prædictæ defraudare, fingensque se ad dictam Ecclesiam jus habere, contra dictum Consanguineum nostrum ad Curiam Romanam appellationem interposuit super negotio antedicto:

Et quia gratia hujusmodi, ex Apostolicâ benevolentiâ, ob præfatæ Consortis nostræ honoris augmentum emanavit, & ad promotionem præfati * Consanguinei nostri prædilecti, per prædictos * III. 256.
Executores jam deducitur in effectum, propter quod felicem eventum negotii illius totis desideriis anelamus,

Nos, de vestræ probatæ dilectionis puritate plenam fiduciam reportantes, sperantesque quod circa optatam expeditionem eorum, quæ Regiis affectibus sic specialiter conjunguntur, velitis, juxta assuetam benivolentiam, operam apponere diligentem,

Vestram Paternitatem affectuosis precibus requirimus & rogamus, quatinus, ut dicta gratia Sedis Apostolicæ ejusdem favoris benivoli præsidio defensetur, & ut memoratus Consanguineus Clericus noster effectu provisionis prædictæ non defraudetur, velitis, si placet, nostri intuitu, erga dictum Dominum Summum Pontificem, cui super hiis nostras preces dirigimus, speciales partes vestras efficaciter interponere, & aliter ad hoc juxta vestram circumspectionem auxilium apponere oportunum; ita quòd vobis exinde ad grates teneri debeamus meritò speciales.

Dat.

1311. Philippo, Dei gratiâ, Regi Franciæ Illustri, Edwardus, &c.
An. 4. salutem, & ad vota successus prosperos ac felices.
E. 2. Cùm mittamus dilectum & fidelem nostrum Gerardum de Sal-
Rom. & vayn Militem, & dilectum Clericum nostrum Magistrum Roge-
Fr. 4. rum de Heslarton, ad vestræ Serenitatis præsentiam, pro quibus-
E. 2. m. dam negotiis, nos specialiter tangentibus, vobis ex parte nostrâ
23 dor. seriosius exponendis,
In Credul. Vestræ gratuitæ Paternitatis benevolentiæ affectuosis precibus supplicamus, quatinus præfatis, Militi & Clerico, ac eorum alteri, in hiis, quæ vobis ex parte nostrâ exposuerint, vel exposuerit vivâ voce, velitis fidem credulam adhibere, & exponenda per ipsos, vel eorum alterum favorabiliter exaudire.

Dat. apud Berewycum super Twedam in Scotiâ, 18. die Martii.

Per Breve de privato Sigillo.

De non Torneando apud Leycestriam.

Ann. D. REX Vicecomiti Leycestriæ, salutem.
1311. Cùm nuper, antequam iter arripuimus versus partes Scotiæ,
An. 4. ad Rebellionem Scotorum, Inimicorum & Rebellium nostrorum,
E. 2. cum Dei adjutorio, reprimendam, in singulis Comitatibus Regni
Claus. 4. nostri fecerimus publicè proclamari, nè quis, Comes, Baro, Mi-
E. 2. m. les, seu alius quicunque, torneare, burdeare, * justas facere, a-
11. d. venturas quærere, seu aliàs ad arma ire præsumeret, dùm moram
* III. faceremus in partibus Scotiæ supradictis:
257. Ac jam intellexerimus quod quidam, ad burdeandum apud Leycestriam, sunt in proximo conventuri;
Tibi præcipimus quòd, in dictâ Villâ de Leycestriâ, & locis aliis in Balliva tua, ubi expedire videris, publicè proclamari, & ex parte nostra firmiter inhiberi facias, ne quis, Comes, Baro, Miles, seu alius quicunque, sub forisfactura Terrarum & Tenementorum, & omnium quæ nobis forisfacere posset, apud dictam Villam de Leycestriâ, vel alibi, infra Regnum nostrum, torneare, burdeare, justas facere, aventuras quærere, seu aliàs ad arma ire præsumat, quamdiu in dictis partibus Scotiæ steterimus; sicut superius est expressum.

Teste Rege apud Berewycum super Twedam, 20. die Martii.

Per Breve de privato Sigillo.

Pro Henrico de Percy Custode Episcopatus Dunelmensis constituto.

Ann. D. REX omnibus, ad quos, &c. salutem.
1311. Sciatis quod commisimus dilecto Consanguineo & fideli no-
An. 4. stro, Henrico de Percy, Episcopatum Dunelmensem, vacantem,
E. 2. & in manu nostra existentem, cum Castris, & omnibus Terris
Fin. 4. & Tenementis, ad prædictum Episcopatum pertinentibus, custo-
E. 2. m. dienda durante vacatione Episcopatûs prædicti; percipiendo, pro
10. custodia illa, de exitibus Episcopatûs prædicti, trescentas Marcas per Annum, si tanto tempore duraverit vacatio prædicta:
Et, si maiori, vel minori tempore duraverit quàm per Annum, tunc idem Henricus de dicta summa percipiat pro rata temporis, quo duraverit vacatio supradicta:

Ita quod idem Robertus de exitibus illis, per rationabilem computationem, indè, ad Scaccarium nostrum reddendam, & per testimonium prædicti Henrici, nobis ad plenum respondeat.
Et, in Officio illo, per annum, si tanto tempore dicta vacatio duraverit, vel si majori tempore, vel minori duraverit quàm per Annum, tunc pro ratâ temporis quo duraverit, & Officium illud tenuerit, percipiat a nobis tale * feodum, quale ille, qui, tempo- * III.
re A. nuper Episcopi loci illius, ultimò dictum Officium habuit, 258.
in Officio illo, ab eodem Episcopo percipere consuevit.
In cujus, &c.

Teste Rege ut supra.

Per Breve de privato Sigillo.

ET mandatum est Henrico Beaufiz, & Roberto de Welle; quod Episcopatum prædictum, cum Castris & aliis pertinentiis suis, præfato Henrico, per Cirographum, inter ipsos inde conficiendum, simul cum omnibus bonis & Catallis, quæ fuerunt Antonii, quondam Episcopi loci illius, & quæ, pro quibusdam debitis, in quibus idem Antonius Regi die quo obiit tenebatur, in manum Regis capta, eis Rex mandavit liberari, liberent:
Et prædicto Roberto omnes exitus Episcopatûs prædicti, cum pertinentiis, qui ad manus suas qualitercunque devenerunt, similiter liberent; ita quod idem Robertus Regi inde ad Scaccarium Regis valeat respondere.

Teste ut supra.

Per Breve de privato Sigillo.

Rex gratias agit Papæ, quod Johannem de Lek in Archiepiscopatum Dublinensem exaltasset.

PAPÆ Rex devota pedum oscula beatorum. Ann. D.
Frequens beneficiorum & gratiarum collatio, quâ nos, & 1311.
nostros, vestræ Paternitatis dextra largiflua prosequitur, indicat An. 4.
evidenter quod nostrum, & Regni nostri commodum & honorem E. 2.
vestræ affectionis plenitudo, zelo caritatis succensa, desiderat feli- Rom. &
citer augmentari. Fr. 4.
Considerantes itaque, & ante mentis nostræ oculos reducentes E. 2. m.
illam vestræ benignitatis & gratiæ munificentiam, quam in perso- 23.
nam discreti Viri Johannis de Lek, Capellani nostri karissimi, nuper Dunkeldensis Ecclesiæ Electi, pro cujus expeditione votivâ vestræ Sanctitati aliàs direximus preces nostras, Dei intuitu, & nostri contemplatione, liberaliter effudistis; ipsum ex Apostolicæ potestatis plenitudine promovendo in Ecclesiæ Dublinensis Archiepiscopum & Pastorem, prout idem promotus, per suas Litteras, nobis inde directas, quas læto animo & corde jocundo recepimus, nostris auribus patefecit,
Vestræ Clementiæ speciales ex hoc gratiarum referimus actiones; confidentes in Domino firmiter, & sperantes quod, ex promotione prædictâ, condigna merita reportabitis coram Deo, quòdque prædicta Ecclesia Dublinensis per circumspectionem & industriam præfati Johannis, tàm in Spiritualibus, quàm in Temporalibus, fructuosa & utilia suscipiet incrementa.

Conservet, &c.

Dat. apud Berewycum super Twedam, 5. die Aprilis.

li, defectu pecuniæ seu Victualium artati (quod absit) infecto dicto negotio ad partes Angliæ rediremus;

De qualibet Marca Spiritualium, in Provincia Cantuariensi duodecim denarios, vel aliud Subsidium, pro nobis competens, velitis, in auxilium expeditionis dicti negotii, nobis concedere, & ad opus nostrum colligi facere & levari:

Ita quod idem negotium, in statu prospero, pro nostri honore, benedicto Altissimo, jam existens, optato effectui, vestro mediante juvamine, mancipetur; per quod, præter grates speciales, vobis per nos indè exsolvendas, vestris gratis affectibus, in futurum, effici debeamus meritò promptiores.

Quid autem, super præmissis, duxeritis faciendum, nobis per vestras Literas, præfate Archiepiscope, quàm citò commodè poteritis, mittetis.

Teste Rege apud Berewycum super Twedam, 14. die Aprilis.

Per Breve de privato Sigillo.

Ad Regem Franciæ de Mercatoribus, contra formam pacis, spoliatis.

Ann. D. 1311. An. 4. E. 2. Rom. & Fr. 4. E. 2. m. 23. dor. in Cedula.

EXcellentissimo Principi, Domino ac Patri karissimo, Domino P. Dei gratiâ, Regi Francorum Illustri, Edwardus, ejusdem gratiâ, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, & Dux Aquitaniæ, salutem, & ad vota successus prosperos ac felices.

Ex querela & clamore nonnullorum Mercatorum, & aliorum de Regno & potestate nostrâ, ab eodem Regno versus partes Franciæ, & exinde ad dictum Regnum nostrum per portum de Whitsand transeuntium, intelleximus,

Quod Ballivi & Officiales vestri, in eodem portu, ipsos Mercatores & homines nostros, Florenos, Sterlingos, seu aliam monetam argenteam, vel argentum in massa, ad dictum Regnum nostrum, seu versus dictas partes Franciæ, per dictum Portum, deferre non permittunt;

Set hujusmodi monetas & argentum a præfatis Mercatoribus & nostris hominibus auferunt, ullam sibi indè recompensationem nullatenus facientes, in ipsorum Mercatorum & hominum nostrorum dampnum non modicum, & aliquorum eorumdem depauperationem manifestam;

De quibus eo graviùs cogimur admirari, quo talia, si fiant, formæ pacis, inter vos, &, claræ memoriæ, Dominum E. Genitorem nostrum, ultimò initæ, noscuntur quamplurimùm obviare.

Quocirca vestram Paternitatem carissimam affectuosis precibus requirimus & rogamus, quatinus de hujusmodi gravaminibus, Mercatoribus & hominibus nostris inferendis, velitis facere desisti, & de illatis satisfactionem fieri competentem; super præmissis vestram voluntatem nobis, si placeat, rescribentes.

Dat. apud Berewycum super Twedam in Scotiâ, 20. die Aprilis.

• III. 260

✱ De Templariis examinandis.

Ann. D. 1311. An. 4. E. 2. Claus. 4. E. 2. m. 8.

REX Majori, & Aldermannis, ac Communitati Civitatis suæ London, salutem.

Cum nuper, OB REVERENTIAM SEDIS APOSTOLICÆ, conces-

De exitibus Archiepiscopatus Cantuariensis, in manum Regis capti, ad usum Papæ liberandis.

REX Thesaurario & Camerariis suis, salutem. Ann. D. 1311. An. 4. E. 2. Liber. 4. E. 2. m. 2.

Liberate, de Thesauro nostro, Magistro Willielmo Testa, Clerico Domini Summi Pontificis, ad opus ejusdem Summi Pontificis, ducentas, & decem, & septem libras, decem & septem Solidos, & unum obolum, quos dilectus & fidelis noster Humfridus de Waleden,

Cui Dominus E. quondam Rex Angliæ, Pater noster, dudùm custodiam Archiepiscopatûs Cantuariensis, in manu ipsius Patris nostri, quibusdam de causis, tunc existentis, commisit habendam; ita quod de exitibus, indè provenientibus, eidem Patri nostro responderet,

De exitibus ejusdem Archiepiscopatûs in Thesaurario dicti Patris nostri liberavit, antequam idem Pater noster, per breve suum, dicto Humfrido postmodùm mandavit quod Archiepiscopatum prædictum, unà cum omnibus exitibus inde, a tempore captionis ejusdem in manum ipsius Patris nostri, perceptis, præfato Willielmo, & Petro Almanino, tunc Socio ejusdem Willielmi, a Clerico prædicti Domini Summi Pontificis, ad opus ejusdem Summi Pontificis, integrè liberaret.

Teste Rege apud Berewicum super Twedam, primo die Maii.

Per præceptum Regis factum Cancell. & Thes.

✱ De portione Cambii Cantuariæ, Archiepiscopum contingente, ad opus Papæ tradenda. • III. 261.

REX eisdem, salutem. Ann. D. 1311. An. 4. E. 2. Ibidem.

Liberate de Thesauro nostro, Magistro Willielmo Testa, Clerico Domini Summi Pontificis, ad opus ejusdem Summi Pontificis, quadringentas & duodecim libras, quas dilectus Clericus noster Magister Johannes de Everdon, nuper, tempore Domini E. quondam Regis Angliæ, Patris nostri, ad custodiam Cambii Cantuariensis, per ipsum Patrem nostrum, deputatus,

A tempore quo idem Pater noster Archiepiscopatum Cantuariensem, quibusdam de causis, cepit in manum suam, usque ad tempus, quo postmodum dictum Archiepiscopatum, unà cum omnibus exitibus, a tempore captionis ejusdem in manum suam, inde perceptis, præfato Willielmo & Petro Almanini, tunc Socio ejusdem Willielmi, & Clerico prædicti Domini Summi Pontificis, ad opus ejusdem Summi Pontificis, mandavit integrè liberari,

De portione, Robertum Archiepiscopum loci prædicti, de exitibus dicti Cambii, tunc contingente, recepit, in & Thesauro prædicti Patris nostri liberavit.

Teste ut supra.

Per Præceptum Regis factum Cancell. & Thesaur.

Ad

Et, quia, ex iteratâ & gravi querelâ prædicti Mercatoris nostri, accepimus jam de novo, quod vos, spretis & obauditis nostris precibus supradictis, aliquam restitutionem seu satisfactionem, de Bladis & Bonis, seu etiam de dampnis prædictis, eidem Mercatori nostro adhuc facere non curastis; set, pejora prioribus cumulando, Galfridum le Taverner de Grymesby, qui vobis dictas nostras literas præsentavit, statim jussistis duro carceri mancipari, in quo adhuc detinetur, in vitæ suæ periculum manifestum; de quo quamplurimùm admiramur, præsertim cum omnes, de Regno vestro,
* III. & præcipuè literas vestras Regias deferentes, ubicunque * volue-
262. rint, infra Regnum nostrum liberè & absque impedimento aliquo valeant se transferre.

Vestram amicitiam requirimus cum affectu, quatinus præfatum Galfridum a carcerali Custodia liberari; & dicto Mercatori nostro, vel ejus Attornato, de Bladis & Bonis suis prædictis, restitutionem, vel aliam satisfactionem competentem, ac de dampnis prædictis emendas rationabiles ad præsens fieri jubeatis; ita quod homines & Mercatores, de Regno vestro, infra Regnum & potestatem nostram, cum suis Bonis & Mercimoniis venientes, pertractari faciamus favorabilius & gratiosius ex hac causâ.

Et quid, ad hunc rogatum nostrum, faciendum decreverit vestra Regia Magnitudo, nobis rescribere velitis per præsentium portitorem.

Dat. apud Berewycum super Twedam, quinto die Maii.

De attemptatis per Ministros Franciæ in Aquitania: De deliberatione inde habenda, & de Gentibus ad Concilium Generale mittendis.

Ann. D. 1311. An. 4. E. 2. Vasc. 4. E. 2. m. 14.

LE Roi a ses foiaus & loiaus, le honurable Pere Jehan, par la meisme grace, Evesque de Norwiz: Monsieur Jehan de Bretaign Counte de Richemond nostre treschier Colin: Monsieur Gui Ferre, & Monsieur William Inge, Chivalers, salutz.

Les Articles, proposez contre nous, en la Duschee de Guienne, par les gentz le Roi de France, les queus vous nous envoiastes, por conseil & avisement sur celes choses avoir, fousmes liverer a bones gentz de nostre conseil, que mieurz se deivent conustre en tieu chose, por examiner, & nous aviser du meillor conseil, & defens por nous sur les choses avantdites.

Et eus, apres grant deliberation & traitiz euz sur les ditz Articles, & autres Remembrances que nous lui foismes bailler, nous respundirent, que eus ne nous poaint pas pleinement conseiller, s'il ne eussent conisantz des faitz, coment les bosoignes sont menetz devers vous, & des usages du pais.

Mes il nous ont dit, por le meillor conseil, q'il en scuent quant a ore, que nous faceoms requere le Roi de France, qil en voille soeffrir, e mettre en suspens la conisance sur les Articles avantditz, tant que a la veue de lui & de nous.

Par quei nous avoms ordeine d'envoir, en nostre Message au Roi de France, certeines gentz de nostre Conseil, Clercs & Chevalers, que pleinement sont enformetz del consail, que nous avons par decea sur les choses avantdites.

Et, pur ceo que nous voloms que noz ditz Messages soient auffint enformetz, sur l'estat des dites busoignes devers vous, & del avisement & du Conseil d'entre vous de nostre Conseil celes parties, si qil puissent la dite requeste plus seurement & plus aviseement faire, al honur de nous;

Vous mandons que aucuns devers vous, de plus avisetz, & mieurz conisantz de l'estat des dites bosoignes, facetz pleinement enformer de vestre conseil & avisement en celes bosoignes, & peril, damage, ne deshonur, que Dieu ne voille, ne y puissent avenir.

E de ceo, que vous averetz fait de tutes les choses avant nomees, nous certifietz, distinctement, & apartement, par voz lettres, a plus en hast que vous purretz.

D'autre part vous mandons que, veues cestes lettres, hastivement santz deslay, enveietz arere devers Engleterre, par le portur de cestes lettres, ou autre que puisse mieurz travailler, por encontrer noz ditz Messages, avant qil veignent a Parys.

E les facetz garnir, par nos lettres, si mester est, q'il aillent au Roi de France, ou noun; car nous pensoms bien, que par aventure, les bosoignes purroient estre en tiel estat, que ceo serroit plus grant mal & damage a nous de faire le Message, qe de lesser.

E auffint, pur ceo que nous avons entendu, que ceo Concil general se tendra ore, a la Seint Michel, a Avinion: & il nous covent illoeques aver bones gentz & suffisantz de nostre consail, pour les bosoignes que touchent nous & nostre Roiaume; vous mandons que vous nous certifietz, par vos lettres, & par le portur de cestes od tute la haste que purretz, si entre vous quatre, santz tote manere de damage, & des perils de nous & de noz, puissetz purchacer & ordeiner de mettre en respit les bosoignes, que vous avetz ore entre meyns, & venir a ceo Concil avantdit, come noz messages, emsemblement ovesques ascuns autres grant seignurs, que nous enveirom illoeques de par nous.

Car nous entendons bien q'il y avera illoeques parle de l'estat de Gascoigne, auxi bien come d'autre terres; & nous entendons aussint, que nules gentz ne sont ore si bien enformetz de l'estat de nostre terre de Gascoigne, come d'entre vous.

Don. Berewyk sur Twed. le 7. Jour de May.

Pro Hæredibus, Executoribus & Successoribus Antonii, Patriarchæ Hierosolymitani, & Episcopi Dunelmensis.

REX omnibus, ad quos, &c. salutem. Ann. D. 1311.
Sciatis quod, licet nuper, pro magnis & diversis debitis, in An. 4.
quibus, bonæ memoriæ, Antonius, quondam Patriarcha Jerusalem, & Episcopus Dunelmensis, claræ memoriæ, Domino Ed- E. 2.
wardo Regi Angliæ, Patri nostro, & nobis, diversimodè tene- Pat. 4.
batur, omnia Bona & Catalla, quæ fuerunt prædicti Patriarchæ E. 2. p.
& Episcopi, die quo obiit, capi fecerimus in manum nostram: 2. m. 6.

Nos tamen, ad bonum & laudabile servitium, quod idem Patriarcha & Episcopus dicto Patri nostro impendit: & ad grandem affectionem, quam erga nos habuit; ac etiam ad immensas donationes, per eundem Patriarcham & Episcopum, dum vixit, liberaliter nobis factas, nostræ considerationis intuitum dirigentes,

Remisimus & pardonavimus, de gratiâ nostrâ speciali, hæredibus prædicti Patriarchæ & Episcopi, & Executoribus Testamenti ipsius Patriarchæ & Episcopi, pro ipsis Hæredibus & Executoribus, & omnibus aliis hominibus, qui Familiares ejusdem Patriarchæ & Episcopi extiterunt, necnon pro Successoribus suis, Episcopis Ecclesiæ Dunelmensis, omnia debita, quæ idem Patriarcha & Episcopus dicto Patri nostro & nobis debuit; tam, viz. de denariis & rebus aliis, per prædictum Patriarcham & Episcopum, in Garderobâ ipsius Patris nostri & nostrâ, de præstito receptis, quàm de finibus, forisfactis, & amerciamentis quibuscumque; ac etiam omnimoda alia debita, quæcumque fuerint, * & ex qua- * III.
cumque causâ, seu quocumque modo, per præfatum Patriarcham 264.
& Episcopum dicto Patri nostro, aut nobis, aliquo tempore debebantur.

Et hoc, pro aliquo mandato contrario, ubi prius inde facto, nullatenus omittat.

Teste ut supra.

Eodem modo mandatum est Roberto de Wodehous Escaetori Regis, citra Trentam, *&c.* adeo plenè, *&c. ut supra.*

Teste ut supra.

De non molestando Henricum de Percy propter debita Antonii, quondam Patriarchæ de Jerusalem.

Ann. D. 1311. An. 4. E. 2. Pat. 4. E. 2. p. 2. m. 6.

REX omnibus, ad quos, &c. salutem.

Cùm, de gratiâ nostrâ speciali, remiserimus & perdonaverimus Hæredibus Antonii, quondam Patriarchæ Jerusalem, & Episcopi Dunelmensis, defuncti; ac etiam Executoribus Testamenti ipsius Patriarchæ & Episcopi, omnimoda debita, in quibus idem Patriarcha & Episcopus, celebris memoriæ, Domino Edwardo, quondam Regi Angliæ, Patri nostro, vel nobis, ex quacunque causâ, seu quocunque modo, aliquo tempore tenebatur:

Et concesserimus, pro nobis, & Hæredibus nostris, quod Hæredes prædicti Patriarchæ & Episcopi, & Executores prædicti, de omnibus & singulis debitis prædictis, omnino IMPERPETUUM sint quieti, prout in literis nostris patentibus, inde confectis, pleniùs continetur:

Ac, dilectus consanguineus & fidelis noster, Henricus de Percy teneat Castrum & Honorem de Alnewyk, cum pertinentiis, quæ aliquo tempore in seisina prædicti Patriarchæ & Episcopi extiterunt;

Nos, prædicto Henrico volentes, in hac parte, gratiam facere specialem,

Volumus & concedimus, pro nobis & Hæredibus nostris, quod idem Henricus, vel Hæredes sui, pro debitis prædictis, vel aliquo eorundem, ratione Castri seu honoris prædictorum, per nos, vel Hæredes nostros, seu Ministros nostros quoscunque, imposterùm non molestentur in aliquo, seu graventur.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Berewicum super Twedam, vicesimo die Maii.

Per Breve de privato Sigillo.

• III. 265.

** De Proclamatione contra Torneamenta.*

Ann. D. 1311. An. 4. E. 2. Claus. 4. E. 2. m. 6.

REX Vicecomiti Lincolniæ, salutem.

Cùm nuper, per singulos Comitatus Regni nostri, fecerimus publicè proclamari, & ex parte nostrâ firmiter inhiberi, ne quis, Comes, Baro, Miles, seu alius quicunque, sub forisfacturâ Terrarum & Tenementorum, & omnium aliorum, quæ nobis forisfacere posset, torneare, burdeare, justas facere, aventuras quærere, seu alia facta armorum exercere præsumeret, dùm nos in partibus Scotiæ moraremur:

Ac jam intelleximus quòd plures justas clàm facere jam de novo intendunt;

Tibi præcipimus, firmiter injungentes, quod in locis in Ballivâ tuâ, ubi expedire videris, adhuc publicè proclamari, & ex parte

Per Breve de privato Sigillo.

De Nunciis mittendis ad Concilium Generale.

REX Venerabili in Christo Patri, W. eâdem gratiâ, Archiepiscopo Eboracensi, Angliæ Primati, salutem. Ann. D. 1311. An. 4. E. 2. Claus. 4. E. 2. m. 4.

Quia ordinavimus vos, ac cæteros Magnates, & Fideles nostros de Regno nostro, ad instans Concilium Generale, in nostrum Nuncium destinare,

Vobis mandamus, in fide & dilectione, quibus nobis tenemini, firmiter injungentes, quod de proficiscendo in dictum Nuncium vos paretis,

Et, aliis prætermissis, sitis apud Londonias a die Nativitatis Sancti Johannis Baptistæ, proximò futuro, in tres septimanas, coram dilecto Nepote & Fideli nostro Gilberto de Clare Comite Gloucestriæ & Hertford, Custode dicti Regni nostri, & locum nostrum in eodem Regno tenente, & venerabili Patre W. Wygorniensi Episcopo, Cancellario nostro, ac cæteris de Concilio nostro, ad tractandum super hiis, quæ tangent Nuncium antedictum; & hoc nullo modo omittatis.

Teste Rege apud Berewycum super Twedam, primo die Junii.

Per Breve de privato Sigillo.

* Eodem modo mandatum est subscriptis; videlicet, • III. 266.

W. Exoniensi Episcopo, *Henrico de Percy Consanguineo Regis,* *Roberto Filio Pagani,* *Johanni de Grey,* *Edmundo Deyncurt,*	In fide & homagio, *&c.*
Alexandro de Bykenore Thesaurario Hiberniæ, *Magistro Waltero de Thorp,* *Magistro Gilberto de Middleton,* *Willielmo de Bereford,* *Henrico Spigurnel.*	Clericis firmiter injungentes.

Pro Constantia de Biarn, quæ fuit Uxor Henrici de Alemannia, super Dote sua.

REX omnibus, &c. salutem. Ann. D. 1311. An. 4. E. 2. Vasc. 4. E. 2. m. 13.

Sciatis quòd, cùm dilecta nobis Constantia de Bearn, Vicecomitissa de Marsan, quæ fuit Uxor Henrici de Alemanniâ, trescentas libras Sterlingorum, nomine Dotis, ex assignatione Domini E. Genitoris nostri, de exitibus Custumæ nostræ Burdegalensis percipiat annuatim, prout per Litteras, quas eadem Constantia inde habet, evidenter apparet:

Ac eadem Constantia nos requisierit, ut loco assignationis prædictæ, Custumam Salinæ nostræ, in Civitate nostrâ Agennesii, ad totam vitam suam habendam pro tanto pretio, quanto eadem Custuma unquam, aliquo tempore, ad plus ascensata fuit per annum; & id, quod, ultra ascensam hujusmodi, sibi defuerit de dictis trescentis libris Sterlingorum, de Firmâ Agennesii, per manus Ballivi nostri ibidem, qui pro tempore fuerit, percipiendum assignare velimus eidem:

Nos,

Ann. D. 1311. An. 4. E. 2. Ibidem.

REX Constabulario suo Burdegalensi, vel ejus locum tenenti, qui nunc sunt, vel qui pro tempore erunt, salutem.

Quia datum est nobis intelligi, quod de trecentis libris Sterlingorum annuis, quæ dilectæ nobis Constantiæ de Biarne, quæ fuit Uxor Henrici de Alemanniâ, assignatæ sunt, nomine dotis, de exitibus Custumæ nostræ Burdegalensis percipiendis, sexcentæ libræ Sterlingorum à retrò existunt:

* III. 267.

Nos, volentes eidem Constantiæ gratiam in hac parte facere specialem, vobis mandamus, quod, si vobis constare poterit ita esse, tunc eidem Constantiæ * firmam & exitus Balliviæ nostræ de Florence, pro tanto pretio per Annum, pro quanto, ante hæc tempora, unquam per Annum dimitti consueverunt, in manu suâ, tenenda, quousque eidem Constantiæ de dictis sexcentis libris Sterlingorum, si sibi debeantur, de firmâ & exitibus prædictis, plenariè fuerit satisfactum, nostro nomine committatis.

Teste ut supra, primo die Junii.

De intendendo Constantiæ de Biern & Senescallo suo.

Ann. D. 1311. An. 4. E. 2. Vasc. 4. E. 2. m. 13.

REX, dilectis & fidelibus suis, Johanni de Britannia, Comiti Richemondiæ, Consanguineo suo karissimo, Senescallo suo Vasconiæ; & —— Constabulario suo Burdegaliæ, salutem.

Volumus, & vobis mandamus, quatinus gratias & assignationes, quas dilectæ nobis Constantiæ de Bierne, Vicecomitissæ de Marsan, quæ fuit Uxor Henrici de Alemanniâ, & Fortemerio de Lescu fecimus, prout per Litteras nostras, quas indè habent, poteritis informari, absque eis contraveniendo in aliquo, observari & firmiter teneri faciatis.

Teste Rege apud Berewycum super Twedam, 5. die Junii.

Per Breve de privato Sigillo.

Ad Regem Franciæ de conductu pro Nunciis euntibus ad Concilium generale.

Ann. D. 1311. An. 4. E. 2. Rom. & Fr. 4. E. 2. m. 23. dor. in Cedula.

EXcellentissimo Principi, Domino ac Patri suo karissimo, Domino Philippo, Dei gratiâ, Regi Francorum Illustri, Edwardus, ejusdem gratiâ, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, & Dux Aquitaniæ, salutem, & ad vota successus prosperos ac felices.

Quia Nuncios nostros ad instans Concilium generale, prout decet, proponimus destinare,

Vestram Paternitatem karissimam affectuosis precibus deprecamur, quatinus Litteras vestras Patentes, pro dictis Nunciis nostris, quod ipsi & eorum familiæ, cum equis, jocalibus, vasis, monetâ, quam secum deferent, & aliis rebus suis versus dictum Concilium, per potestatem vestram, absque impedimento, transire valeant, & exinde ad nos redire, velitis fieri facere, & eas nobis mittere per præsentium portitorem, simul cum vestris beneplacitis, quæ parati erimus adimplere promptitudine filiali.

Dat. apud Berewycum super Twedam in Scotiâ, 7. die Junii.

Teutonicorum vulgariter nuncupatur, in hæc verba: Pat. 4 E. 2. p. 2. m. 7.

EDwardus, Dei gratiâ, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, & Dux Aquitaniæ, Omnibus, ad quos Præsentes Literæ pervenerint, salutem.

Cum, celebris memoriæ, Dominus Henricus Rex, Pater noster, *&c. prout Tom. 2. pag. 161.* * *usque hæc verba, viz.*

* *Scil. Editionis Londinensis, cujus paginarum numeri ad marginem hujus editionis asterisco notati sunt.*

Nos autem, licet virtute earumdem literarum dicti Patris nostri, pro eo quod Literæ ipsæ de ejusdem Patris nostri Hæredibus non faciunt aliquam mentionem, ad præmissa præfatis Mercatoribus observanda minimè teneamur;

Volentes tamen eisdem Mercatoribus, per finem, quem nobiscum fecerunt, uberiorem facere gratiam in præmissis,

Volumus & concedimus, pro nobis & Hæredibus nostris, quod Mercatores prædicti, universi & singuli, & eorum Successores, domum prædictam in Civitate prædictâ habituri, in omnibus eisdem libertatibus & liberis consuetudinibus, quibus ipsi Mercatores, nostris, & prædicti Patris nostri, ac aliorum Progenitorum nostrorum, temporibus, usi sunt & gavisi, manuteneantur IMPERPETUUM & serventur.

Nosque, vel Hæredes nostri prædicti ipsos Mercatores extra hujusmodi libertates & liberas consuetudines non trahemus, nec, quantum in nobis est, trahi aliqualiter permittemus.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Berewicum super Twedam, 7. die Junii.

Per finem centum Librarum.

Dupl.

De potestate ad Tractatum cum Francia ineundum.

REX dilectis & fidelibus suis, Magistro Thomæ de Cobham, Juris Canonici & Sacræ Theologiæ Professori, & Gilberto Peche Militi, salutem. Ann. D. 1311. An. 4. E. 2. Claus. 4. E. 2. m. 2. d.

Ad inquirendum super dampnis, post pacem initam, seu durantibus treugis, habitis super discordiis olim inter, claræ memoriæ, Dominum E. quondam Regem Angliæ, genitorem nostrum, & Excellentissimum Principem, Dominum Philippum, Regem Francorum illustrem, Patrem nostrum carissimum, suscitatis, Mercatoribus & aliis, in Franciæ & Angliæ Regnis, aliisque Terris ipsorum Regnum, & nostris commorantibus, vel transeuntibus per eadem, per Gentem dicti Patris nostri & nostras datis, hinc inde,

Veritatem; & super omnibus aliis dampnis, gravaminibus, & injuriis, de quibus secundum formam pacis & concordiæ supradictarum satisfactio fieri debet: Ac unà cum illis, quos idem Rex Franciæ unà vobiscum, ad hoc duxerit deputandos: Et ad faciendum de dampnis hujusmodi, de quibus liquidò vobis constiterit, seu quæ manifesta fuerint, satisfactionem debitam exhiberi: Super dubiis verò seu ambiguis, siqua in præmissis emerserint, ad ipsum Regem Franciæ & nos recurrendum, nobisque eadem fideliter referendum, prout coram Sanctissimo Patre, Domino Clemente, Divinâ Providentiâ, Summo Pontifice extitit concordatum; & ad resumendum & continuandum processum, nuper per certas personas assignatas apud Monsterolle supra mare inchoatum, super omnibus querelis, ibidem coram ipsis propositis,

Vos tenore præsentium deputamus & specialiter assignamus; Dantes vobis, pro parte nostra, plenam potestatem faciendi omnia, quæ ad hujusmodi negotii expeditionem oportunam poterunt pertinere.

Mandamus enim omnibus Ballivis, Ministris & fidelibus nostris quod

quatinus præfatis Nunciis nostris, vel duobus eorum, super hiis, quæ vobis sic exposuerint in præmissis, fidem credulam adhibere, & exposita per eosdem, vel duos ipsorum velitis, amore nostri, benigne & favorabiliter exaudire.

Dat. apud Berewycum super Twedam in Scotiâ, 20. die Julii.

Ad eundem Regem, de Custuma, per Mercatores concessa, non relaxanda.

Ann. D. 1311. An. 4. E. 2. Rom. & Fr. 4. E. 2. m. 22. dor.

EXcellentissimo Principi, Domino Philippo, Dei gratiâ, Regi Francorum Illustri, Patri suo karissimo, Edwardus, &c. salutem, &, ad vota, successus prosperos & felices.

Litteras vestras pro Mercatoribus Regni vestri, & præcipuè pro illis de Ambian. cum bonis & Merchandisis suis in Regnum nostrum venientibus, nobis directas recepimus, inter cætera, continentes ut ab exactione trium denariorum, quos dicti Mercatores vestri, de qualibet librâ Merchandisarum suarum, infra dictum Regnum nostrum solvunt, contra consuetudinem, hactenus ibidem usitatam, desisti faceremus.

Verùm, quia concessio custumæ prædictæ dudùm, claræ memoriæ, Domino E. Genitori nostro, in quodam generali Parliamento suo, per Mercatores de Regno vestro, & aliis Terris externis, pro pluribus libertatibus & immunitatibus specialibus, eis per dictum Genitorem nostrum concessis, infra Regnum & potestatem suam imperpetuùm optinendis (ex quarum usu dicti Mercatores indies commodum non modicum reportant) ad dictorum Mercatorum instantiam facta fuit,

Certum & finale responsum in hac parte, sine Communi Consilio Regni nostri, vobis facere non possumus quoad præsens; set in proximo Parliamento nostro, quod jam fecimus summoneri, super hoc ordinari, & fieri faciemus quod nobis & Consilio nostro consultius videbitur faciendum.

Dat. apud Berewycum super Twedam, 20. die Junii.

* III. 270.

** De Episcopo Lichfeldensi, a Carcere Regio apud Eborum deliberando, & in Carcerem Archiepiscopi tradendo.*

Ann. D. 1311. An. 4. E. 2. Ex Regist. Greenfeild. in Archivis Archiep. Ebor.

WIllielmus, permissione, &c. Venerabili Fratri nostro, Domino Thomæ, Dei gratiâ, Candidæ Casæ Episcopo, salutem, & Fraternam in Domino Caritatem.

De vestrâ sincerâ Devotione & Industriâ confidentes,

Ad petendum coram serenissimo Principe & Domino nostro Domino Edwardo, Dei gratiâ, Rege Angliæ illustri, ipsiusque Justiciariis quibuscumque, ad Incarceratorum Deliberationem apud Eborum assignatis, vel etiam assignandis, & ibidem sedentibus,

Venerabilem in Christo Patrem Dominum Walterum, Dei gratiâ, Coventriensem & Lichfeldensem Episcopum, apud Eborum Regio Carceri mancipatum,

Et ad recipiendum eundem, juxta libertatem & Consuetudinem Ecclesiæ Anglicanæ, nostræ carcerali Custodiâ liberandum,

Vobis, cum potestate Coercionis Canonicæ, committimus Vices nostras.

Dat. apud Berewycum super Twedam, primo die Julii.

Ad Papam, de Hospitiis, pro Nunciis ad Generale Concilium destinatis, providendis.

PAPÆ Rex devota pedum oscula beatorum. Ann. D. 1311. An. 4. E. 2. Rom. & Fr. 4. E. 2. m. 23.

Quoniam Apostolatui vestro placuit Concilium statuere generale apud Vienn. in proximo celebrandum, ad quod nos, velud vester & * Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Filius devotus, nostros Nuncios proponimus destinare, * III. 271.

Vestræ Sanctitati affectuosis precibus supplicamus quatinus, pro mora dictorum Nunciorum nostrorum in Concilio prædicto, liberationem hospitiorum, quæ statum Nunciorum regiorum decet, & vestræ mansuetudinis benevolentiæ placuerit jubere, dignemini, nostri intuitu, dilecto Clerico nostro Magistro Adæ Orleton facere assignari; ut iidem Nuncii nostri, dum ipsos in eodem Concilio morari contigerit, hospitiis competentibus recreati, melius prosequi valeant ea, quæ nos in prædicto Concilio tangere dinoscuntur.

Conservet, &c.

Dat. apud Berewycum super Twedam in Scotia, sexto die Julii.

Ad Papæ Camerarium pro dictis Hospitiis assignandis.

Ann. D. 1311. An. 4. E. 2. Rom. & Fr. 4. E. 1. m. 23.

VEnerabili in Christo Patri, Domino B. Dei gratiâ, Tituli Sanctorum Johannis & Pauli Presbitero Cardinali, Domini Papæ Camerario, Amico suo karissimo, Edwardus, &c. salutem & sinceræ dilectionis affectum.

Liberalitatis præsitæ gratia, quam circa nostra negotia in Romanâ Curiâ promovenda, hactenus utiliter impendistis (unde vobis ad grates assurgimus speciales) nobis audaciam repræsentat, ut vos pro hiis, quæ apud Apostolicam benignitatem exaudiri cupimus, cum firmâ fiduciâ excitemus.

Vestram igitur Paternitatem affectuosis precibus deprecamur, quatinus ut, pro Nunciis nostris, quos ad instans Concilium generale usque Vienn. missuri sumus, liberatio hospitiorum competentium assignetur, velitis erga Sanctissimum in Christo Patrem, Dominum Summum Pontificem, cui super hoc litteras deprecatorias dirigimus speciales, cum omni efficacia interponere partes vestras.

Dat. apud Berewycum super Twedam in Scotiâ, 6. die Julii.

De protervia Scotorum reprimenda.

Ann. D. 1311. An. 4. E. 2. Scot. 5. E. 2. m. 5. d.

REX dilecto, & fideli suo, Roberto de Umframvill, Comiti de Anegos, salutem.

Nuper, per litteras nostras, sub Privato Sigillo nostro, vos rogavimus speciales, quod, in auxilium expeditionis guerræ nostræ Scotiæ, equis & armis decenter muniti, ad partes Scotiæ accederetis, ita quod essetis apud Rokesburgh, in Festo Nativitatis beati Johannis Baptistæ, ad proficiendum exinde contra Scotos, Inimicos

Johanne de Claveryng, Thomæ de Richemund,
Ranulpho de Nevill, Roberto de Wylghby.
Philippo de Kyme,

Ad Papam quod aliquis Nationis Anglicanæ ad Cardinalatus Dignitatem elevetur.

Ann. D. 1311. An. 5. E. 2. Rom. & Fr. 5. E. 2. m. 23.

PAPÆ Rex devota pedum oscula beatorum.

More devotissimi filii, Pater Sanctissime, inducimur ut gratiarum actiones multiplices vestræ beatitudini persolvamus, ex eo quod ad ea, quæ honori & utilitatibus nostris convenerint, ac Regno nostro expediunt, studia Paternæ sollicitudinis applicatis: hoc autem evidentiâ facti palpamus, & operum experientiâ satis patet, dum, bonæ memoriæ, Fratrem Thomam Jorz Anglicum, in Cardinalem vestra præfecit providentia Paternalis; ex cujus præfectionis famâ nostrum, & omnium corda Incolarum Regni nostri, admirabili exultationis gaudio replebantur, ac nobis, & eidem Regno accreverat grandis honor.

Nos igitur, sperantes quod, per assumptionem alicujus honestæ personæ, de Regno nostro Angliæ oriundæ, ad Cardinalatûs apicem, & in sollicitudinis vestræ partem, universali Ecclesiæ (cujus regimini, disponente Domino, præsidetis; cujusque pars nobilis Ecclesia fore dinoscitur Anglicana) nobisque, ac Regno nostro honoris cumulus, & incrementa salubria poterunt provenire,

Vestram Clementiam devotis precibus exoramus, quatinùs solitæ benignitatis affectum erga nos, & Regnum nostrum continuantes, si placet, aliquem Anglicum ad Cardinalatûs Dignitatem, citra instans Concilium generale assumere dignetur Paternitas vestra Sancta;

Præsertim cum hujusmodi creatio seu assumptio, in tam solempni Cleri & Populi convocatione, nobis, & dicto Regno ad non modicum cederet commodum & honorem.

Preces verò, quas aliàs vobis, super hoc, per litteras nostras, pro fratre Johanne de Lenham, Ordinis Prædicatorum, Confessore nostro, meminimus nos fecisse, ad vestræ Sanctitatis memoriam reducere velitis; ipsum fratrem Johannem (cujus promotio specialiter insidet cordi nostro) vel, si de ipso vobis non placuerit, aliquem alium de nostrâ Natione Anglicanâ, nostri Regni intuitu, ad statum hujusmodi promovendo.

Conservet, &c.

Dat. apud Berewycum super Twedam, vicesimo die Julii.

Ad Cardinales super præfato negotio.

Ann. D. 1311. An. 5. E. 2. Rom. & Fr. 5. E. 2. m. 23. d.

REX Venerabili in Christo Patri, A. Tituli Sanctæ Mariæ in Porticu Diacono Cardinali, amico suo carissimo, salutem.

Expertæ bonitatis affluentia, quam ad nostri & Regni nostri commodum & honorem sæpius prætendistis, prout per operum experientiam tam satis liquet, nos excitat propensiùs & inducit, ut in hiis, quæ nostrum ac Regni nostri honorem & utilitatem concernunt, vestram frequenter benevolentiam excitemus.

Sperantes itaque quòd, per assumptionem alicujus honestæ personæ, de Regno nostro Angliæ oriundæ, ad Cardinalatûs apicem & honorem, universali Ecclesiæ (cujus pars nobilis Ecclesia fore dinoscitur Anglicana) nobisque ac Regno nostro honoris cumulus & incrementa salubria poterunt provenire,

* III. 273. * Vestram amicitiam rogamus attente, quatinus erga Dominum Summum Pontificem, cui super hoc dirigimus preces nostras, interponere velitis efficaciter partes vestras, ut aliquem, de Regno

... Cum Dominus Summus Pontifex, Ecclesia Dublinensi prædictâ nuper, per resignationem vestram, in manibus ipsius Summi Pontificis factam, vacante, eidem Ecclesiæ de dilecto Clerico nostro, Johanne de Lek, tunc Canonico Dunkeldensi, duxerit providendum, ipsumque in loci illius Archiepiscopum præfecerit & Pastorem, sicut per literas ipsius Summi Pontificis bullatas, nobis indè directas, nobis constat, Pat. 5. E. 2. p. 1. m. 24.

Nos, licet in litteris prædictis aliqua, nobis & Juri Coronæ nostræ præjudicialia, contineantur, propter quæ temporalia Archiepiscopatûs prædicti in manum nostram possemus rationabiliter retinere, ob specialem tamen affectionem, quam ad personam præfati Johannis gerimus, & gessimus a jamdiù: ac pro eo quod Magister Willielmus de Brisson, Procurator prædicti Johannis, specialem habens ad hoc potestatem, omnibus, nobis, & Juri Coronæ nostræ præjudicialibus in dictâ Bulla contentis, nomine Domini sui prædicti, omnino renuntiavit, & eundem Dominum suum nostræ gratiæ submisit totaliter in hac parte, volentes eidem Johanni gratiam facere specialem, fidelitatem ipsius Johannis, nobis debitam in hac parte, usque ad adventum suum ad partes Angliæ, duximus respectuandam, & temporalia Archiepiscopatûs prædicti restituimus eidem de gratiâ nostrâ speciali.

Et ideo vobis mandamus, quod eidem Archiepiscopo, vel ipsius Procuratori seu Attornato, temporalia prædicta, cum pertinentiis, liberetis in formâ prædictâ.

Teste Rege apud Berewycum super Twedam, 20. die Julii.

ET mandatum est Militibus, liberis hominibus, & omnibus aliis, Tenentibus de Archiepiscopatu prædicto, quod eidem Johanni, tanquam Archiepiscopo & Domino suo, in omnibus, quæ ad Archiepiscopatum illum pertinent, intendentes sint & respondentes, sicut prædictum est.

In cujus, &c.

Teste ut supra.

ET mandatum est Johanni Wogan, Justiciario Hiberniæ, quod præfato Archiepiscopo, vel ejus Procuratori, seu Attornato in hac parte, Temporalia Archiepiscopatûs prædicti liberet habenda in formâ prædictâ.

Teste ut supra.

* *Ad Papam excusatoria pro Episcopo Sancti Andreæ, ne Generali Concilio personaliter intersit.* * III. 274.

Ann. D. 1311. An. 5. E. 2. Rom. & Fr. 5. E. 2. m. 21.

PAPÆ Rex devota pedum oscula beatorum.

Dum innumera animarum pericula, quæ ex dirâ guerræ commotione in terrâ nostrâ Scotiæ, instigante humani generis Inimico, præteritis temporibus evenerunt, interiùs recensemus, inter cæteras sollicitudines, nobis incumbentes, ad hoc nostros specialiter dirigimus cogitatus, ut hujusmodi periculis animarum obvietur, & securitati populi nostri terræ prædictæ tutius prospiciatur.

Cùm itaque venerabili in Christo Patri, W. Dei gratiâ, Episcopo Sancti Andreæ, cujus exhortationibus Gens Scoticana plus hiis diebus cæteris adquiescens, per ipsum, ut speramus salubriùs dirigi poterit in præsenti, diversa negotia ardua, statum terræ prædictæ, & præcipuè tranquilitatem & quietem Populi ejusdem Terræ tangentia, ibidem exequenda & promovenda, diu est, duximus committendum,

Eidemque tunc injunxerimus ut, propter pericula animarum, quæ per absentiam suam ab eâdem terra, quod absit, evenire possent, se abinde ad partes alias non divertat,

Ann. D. 1311. An. 5. E. 2. Claus. 5. E. 2. m. 28.

REX Vicecomiti Eboraci, salutem.

Præcipimus tibi quod omnes Templarios, apud Eboracum sub tuâ Custodiâ existentes, dilecto Clerico nostro, Magistro Roberto de Pykeryng, venerabilis Patris W. Eboracensis Archiepiscopi, in remotis agentis, Vicario generali; vel illi, quem idem Vicarius ad hoc deputaverit loco sui, liberes indilatè, ad ordinandum de ipsis, prout secundum Legem Ecclesiasticam fuerit faciendum; & hoc nullo modo omittas.

Teste Rege apud London. 18. die Augusti.

---

* III. 275.

** Ad Papam pro Episcopo Wygorniensi, ne Generale Concilium personaliter accedat.*

Ann. D. 1311. An. 5. E. 2. Rom. & Fr. 5. E. 2. m. 21.

PAPÆ Rex devota pedum oscula beatorum.

Operum experientia didicit devotio filialis, quod vos, a tempore, quo Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ regimini, divinâ disponente Clementiâ, præfuistis, in, claræ memoriæ, Dominum E. Genitorem nostrum, & nos, velud in filios prædilectos, zeli gratuiti radios expergentes, pro ipsius Genitoris nostri & nostrarum utilitatum augmento, indefessas sollicitudines subiistis:

Propter quod firma spes nobis suggerit, & indubitata credulitas repromittit, quod Apostolicæ benignitati placeret si ea, quæ honorem nostrum & statum Populi Regni nostri contingunt, prosperè dirigantur.

Sanè inter cæteros, nostris obsequiis insistentes, venerabilis Pater W. Wygorniensis Episcopus, Cancellarius noster, non solum nobis, verùm etiam populo, nostro regimini commisso, locum tenet præcipuum, nostraque, & Regni nostri negotia per ipsum in eodem Regno felicius credimus prosperari.

Propter quæ, ipsius Episcopi & Cancellarii nostri præsentiâ carere commodè non valentes, nuper pro excusatione ejusdem Episcopi, in instanti Concilio generali, per vos celebrando, nostras preces direximus iteratas; per quas, inter cætera, rogavimus, nobis & memorato Episcopo super excusatione hujusmodi rescribi vestræ beneplacita Sanctitatis; de quibus nos aut ipse nondum super hoc fuimus consolati.

Cùm itaque præsentia prænotati Episcopi & Cancellarii nostri in dicto Regno nostro nobis & populo ejusdem Regni utilis & necessaria sic existat, Beatitudini vestræ humiliter supplicamus, quatinus, præmissis paternâ affectione pensatis, litteras Apostolatûs vestri præfato Episcopo, super hujusmodi excusatione, dignemini, nostrorum interventu rogaminum, dirigere; vel saltem eundem Episcopum, si ipsum ad dictum Concilium personaliter accedere oporteat, quod nollemus, specialiter commendatum habere, & ad nos, cum festinatione gratiosâ, remittere feliciter expeditum.

Conservet, &c.

Dat. London. vicesimo die Augusti.

Ann. D. 1311. An. 5. E. 2. Rom. & Fr. 5. E. 2. m. 21.

Ad Papæ Camerarium super excusatione absentiæ prædicti Episcopi.

VEnerabili in Christo Patri, Domino B. Dei gratiâ, Tituli Sanctorum Johannis & Pauli, Presbitero Cardinali, Domini Papæ Camerario, amico suo karissimo, Edwardus, &c. salutem & sinceræ dilectionis affectum.

sub debitæ religionis honestate hactenus se gesserunt, & adhuc gerunt in præsenti.

Vestræ igitur Sanctitati devotis precibus supplicamus, quatinus prænominatos Fratres, & eorum Ordinem, ac ejusdem Ordinis antiquitatem, intuitu prænotatæ Virginis gloriosæ, nostrorumque rogaminum interventu, peculiari favore commendatos habere; & eundem Ordinem, in instanti Concilio Generali, per vos, Divinâ suffragante Clementiâ, celebrando, de Apostolatûs vestri liberalitate munificâ, confirmare ac perpetuare; ut, sicut ipsa gloriosa, a Domino præelecta, est in cœlis præ cæteris collocata, sic præfati Fratres, qui obsequiis ejusdem in Terris sunt astricti, Apostolicæ benignitatis gratia suffulti, quietiùs & devotiùs Deo poterunt famulari.

Conservet, &c.

Dat. London. vicesimo quarto die Augusti.

Pro Cancellario Regis ad Generale Concilium proficiscente.

Ann. D. 1311. An. 5. E. 2. Claus. 5. E. 2. m. 28.

MAndatum est Roberto de Kendale, Constabulario Castri Regis Dovorr. & Custodi quinque Portuum Regis, vel ejus locum tenenti in Portu Dovorr. quod venerabilem Patrem W. Wygorniensem Episcopum, Cancellarium Regis, qui ad instans Concilium Generale, per Dominum Summum Pontificem in partibus transmarinis celebrandum, de licentia Regis, se divertat, & totam Familiam suam, cum equis, hernesiis, vasis aureis & argenteis, pecuniâ numeratâ, & omnibus aliis rebus suis, absque impedimento & scrutinio indè faciendo, in prædicto Portu Dovorr. ad partes prædictas transire permittat, ac eidem Episcopo & Familiæ suæ salvum & securum passagium in eodem Portu habere faciat.

Teste Rege apud London. 2. die Augusti.

Memorandum de Passagio Cancellarii ad Concilium prædictum.

Ann. D. 1311. An. 5. E. 2. Claus. 5. E. 2. m. 27. d.

MEmorandum quòd die Veneris, proximo post Festum Sancti Bartholomæi Apostoli, Anno Regni Regis Edwardi, Filii Regis Edwardi, quinto, venerabilis Pater, Walterus Wygorniensis Episcopus, Cancellarius Domini Regis, profecturus ad Concilium Generale, liberavit Sigillum ipsius Regis eidem Domino Regi in Camerâ dicti Regis infra Clausum Domûs Fratrum Prædicatorum London:

Qui quidem Rex Sigillum prædictum recepit, & illud tradidit Domino Adæ de Osgodeby, custodiendum, sub sigillo Dominorum, Roberti de Bardelby, & Willielmi de Ayremynum; ita quod iidem, Adam, Robertus, & Willielmus, facerent quæ ad officium dicti sigilli pertinent, quousque idem Rex aliud indè duceret ordinandum:

Qui quidem Adam dictum Sigillum, sub Sigillo dicti Cancellarii, recepit, & eodem die, in hospitio suo, apud Domum Conversorum London. illud in præsentiâ dictorum, Roberti & Willielmi, aperuit, qui inde statim brevia consignârunt.

Pro

In cujus, &c.

Teste Rege apud London. 27. die Augusti.

Per Breve de privato Sigillo.

Pro eodem Ricardo, de illis arestandis qui Citationes faciunt.

Ann. D. 1311. An. 5. E. 2. Ibidem.

REX Vicecomitibus, Ballivis, Ministris, & omnibus aliis fidelibus suis, tàm infra libertates, quàm extra, ad quos, &c. salutem.

Jura nostra Regia, *&c. ut supra usque*, pro viribus impugnare, provocationes & citationes facere, ac appellationes interponere procurant, per quas dictus Consanguineus & Clericus noster super possessione prædictæ Præbendæ, sic rite adeptâ, posset de facili indebite inquietari:

Nos volentes, *&c. ut supra usque*, refrænare:

Vobis præcipimus, firmiter injungendo, quod dictum Consanguineum & Clericum nostrum in possessione Præbendæ prædictæ manuteneatis, protegatis & defendatis; non permittentes ipsum indè inquietari indebite seu turbari.

Et, siqui fuerint, qui provocationes, seu citationes facere, aut appellationes, seu alia impedimanta quæcunque interponere præsumpserint, per quæ nobis, aut juri Coronæ nostræ præjudicium fieri, seu dictus Consanguineus & Clericus noster super possessione suâ Præbendæ prædictæ indebitè valeat perturbari, tunc hujusmodi provocantes, citantes, & appellantes, seu alio modo impedientes, arestari, & in prisonâ nostrâ salvò custodiri faciatis, donec aliud a nobis habueritis in præceptis.

Teste ut supra.

Per Breve de privato Sigillo.

Pro Executoribus Testamenti Antonii Dunelmensis.

Ann. D. 1311. An. 5. E. 2. Pat. 5. E. 2. p. 1. m. 20. * III. 278.

REX omnibus, ad quos, &c. salutem.

Noveritis nos teneri Executoribus Testamenti Antonii, quondam Episcopi Dunelmensis defuncti, in mille, trescentis, quaterviginti, & * sex libris, tresdecim solidis, & quatuor denariis,

Pro ciphis, & ollis aureis, tentoriis, & uno panno broudato, ab ipsis Executoribus emptis ad opus nostrum, solvendis eisdem Executoribus,

Unâ, videlicet, medietate in Festo Purificationis Beatæ Mariæ Virginis proximò futuro:

Et aliâ medietate in Festo Nativitatis Sancti Johannis Baptistæ, proximò sequenti.

In cujus, &c.

Teste Rege apud London. 28. die Augusti.

Per Billam Ingelardi Custodis Garderobæ Regis.

Ann. D. 1311. An. 5. E. 2. Scot. 5. E. 2. m. 5.

De Scotis ad pacem Regis recipiendis.

REX omnibus, ad quos, &c. salutem.

De fidelitate & circumspectionis industriâ, dilecti & fidelis nostri, Gilberti de Bohun, Constabularii Castri de Loghmaban,

REGI Castellæ Rex Angliæ, salutem & sinceræ dilectionis affectum.

Ann. D. 1311. An. 5. E. 2. Claus. 5. E. 2. m. 23. d.

Litteras vestras de Credentiâ, nobis per Dominum Ferrandum Gundesalumi, latorem præsentium, directas, recepimus non est diu; idemque Ferrandus, credentiam, sibi in hac parte commissam, seriatim exponens, inter cætera, nos, ex parte vestrâ, cum instantiâ requisivit ut, in subventionem expeditionis guerræ, quam, ad exaltationem fidei Christianæ, Deo dante, contra Inimicos Christi, jam, ut asseruit, assumptistis, de quadam pecuniæ summâ mutuum facere curaremus.

Porro ad ea, quæ vestrum honorem & utilitatum vestrarum augmentum concernunt, parati sumus & erimus in futurum; set a tempore, quo regimen Regni nostri disponente Clementiâ divinâ suscepimus, tàm dirâ guerrarum commotione in terrâ nostrâ Scotiæ, & aliis impedimentis diversis, quæ nondum cessant, fuerimus fatigati, quod rogatum prædictum facere non possumus, quod nos tædet.

Quapropter vestram amicitiam affectuosis precibus deprecamur, quatinus nos, in hac parte, ex causis prædictis, habere velitis excusatos.

Dat. London. 9. die Octobris.

---

* *De Terris & Tenementis Templariorum, & Walteri Lichfeldensis Episcopi custodiendis.* * III. 279.

Ann. D. 1311. An. 5. E. 2. Fin. 5. E. 2. m. 17.

REX omnibus, ad quos, &c. salutem.

Sciatis quòd commisimus dilecto & fideli nostro, Roberto Filio Pagani, custodiam omnium terrarum & tenementorum Templariorum, & Walteri de Langeton Coventriæ & Lychfeldiæ Episcopi, cum pertinentiis, in Comitatu Suthampt. quæ quibusdam de causis, in manu nostrâ existunt; Habendam quamdiu nobis placuerit:

Ita quod de exitibus, inde provenientibus, nobis respondeat ad Scaccarium nostrum.

In cujus, &c.

Teste Rege apud London. 9. die Octobris.

Per Consilium.

Consimiles Commissiones fiunt subscriptis, de hujusmodi Terris & Tenementis, in Comitatibus subscriptis; videlicet,

Johanni de Wylburgham, in Comitatibus Cantebrigiæ & Huntingdoniæ;

Richardo Lovel, in Comitatibus Somersetiæ & Dorsetiæ;

Simoni de Heyford Clerico, in Comitatibus Norff. & Suff.

Johanni de Blexham, in Comitatibus Oxoniæ, Berks, Wiltoniæ & Northamptoniæ; excepto Manerio de Bistelsham, cum pertinentiis, in dicto Comitatu Berks.

Johanni de Ho, in Comitatu Essex,

Johanni de Ferariis, in Comitatu Gloucestr.

Waltero Waldeshef, Manerium Templariorum de Wytherflet, cum pertinentiis, in Comitatu Surr.

Rogero de Wyngefeld, Manerium Templariorum de Bistelsham, cum pertinentiis, in Comitatu Berk.

Johanni de Bloxham, Manerium Templariorum de Wycombe, cum pertinentiis, in Comitatu Buk.

Teste ut supra.

* III. 280. * *Ad Ducissam, pro prædicto Petro.*

EOdem modo scribitur Dominæ M. Ducissæ Brabantiæ, Sorori Regis, quod ipsa velit erga prædictum Ducem, vel ejus Locum tenentem, si idem Dux agat in remotis, cum omni efficacia interponere partes suas, quod præmissa fiant juxta rogatum Regis, & desiderium cordis sui: Et quod de eo, &c.

Dat. ut supra.

De statu & pace Hiberniæ reformandis.

Ann. D. 1311. An. 5. E. 2. Scot. 5. E. 2. m. 5.

REX dilecto & fideli suo, Edmundo le Butiller, salutem.

Quædam negotia, statum terræ nostræ Hiberniæ, pro pace & quiete, inter subditos nostros reformandis salubriùs & conservandis, dilectis & fidelibus nostris, Alexandro de Bikenore Thesaurario nostro ibidem, & Johanni de Mutford, vobis ex parte nostrâ injunximus exponenda;

Vobis mandantes, in fide & homagio, quibus nobis tenemini, quod præfatis, Alexandro & Johanni, ac eorum alteri, in hiis, quæ ipsi, vel alter eorum vobis, ex parte nostrâ, super discordiis & dissentionibus, inter dictos subditos subducendis: Et concordiâ & unione inter ipsos firmandis & confovendis; ac super aliis, statum dictæ terræ nostræ tangentibus, exposuerint, vel exposuerit oraculo vivæ vocis, fidem credulam præbeatis.

Et, ut præmissa fiant, & status terræ nostræ prædictæ uberiùs reformetur, & in futurum, ad nostrum, & vestrum, ac aliorum fidelium nostrorum partium illarum commodum, in pace & tranquilitate desideratis, prout affectamus, corditer dirigatur, omnem diligentiam, quam poteritis, apponatis; ita quod vestræ fidelitatis constantiam & circumspectionis industriam debeamus indè meritò commendare.

Teste Rege apud London. 9. die Octobris.

Consimiles litteræ diriguntur subscriptis;

Willielmo de Burgo,
Johanni Filio Thomæ,
Richardo de Clare,
Richardo de Burgo, Comiti Ultoniæ.

De Donationibus revocandis.

Ann. D. 1311. An. 5. E. 2. Vasc. 5. E. 2. m. 9.

REX Senescallo suo Vasconiæ, vel ejus Locum tenenti, salutem.

Cùm sexto decimo die Martii, Anno Regni nostri tertio, per Litteras nostras Patentes, concessissemus Prælatis, Comitibus & Baronibus Regni nostri, quod certæ personæ eligerentur de ipsis ad ordinandum de statu Hospitii & Regni nostri: Et concessissemus illis, qui ad hoc eligerentur, plenam potestatem ordinandi de statu Hospitii & Regni prædictorum, prout in Litteris nostris prædictis pleniùs continetur:

Ac Venerabilis Pater, R. Cantuariensis Archiepiscopus, & cæteri Prælati, Comites, & Barones, ad hoc, virtute Literarum præ-

Dat. London. 10. die Octobris.

Ad Regem Franciæ de mutua visione.

EXcellentissimo Principi, Domino ac Patri suo karissimo, Domino Philippo, Dei gratiâ, Regi Francorum Illustri, Edwardus, ejusdem gratiâ, &c. salutem, &, ad vota, successus prosperos & felices. Ann. D. 1311. An. 5. E. 2. Rom. & Fr. 5. E. 2. m. 20.

Summo desiderio ducimur, & votis ferventibus affectamus, ut paternæ visionis dulcedine vestræ benivolentiæ Filius valeat recreari, per quod negotia, vos & nos tangentia, ut speramus, desideratum effectum, per Dei gratiam, sortientur.

Hoc autem Magistro Petro de Latilliaco Archidiacono Suessionensi Clerico vestro, & aliis Collegis suis, ad nos cum Litteris vestris de Credentia venientibus, duximus referandum.

Quibus etiam Nunciis vestris, quoad alia negotia, nobis exposita per eosdem, nostræ intentionis propositum fecimus aperiri.

Et nichilominus, super ipsis negotiis, cum Prælatis, Comitibus, Baronibus, & cæteris Proceribus Regni nostri, post instans Festum Omnium Sanctorum, in Parliamento nostro tractatum habere proponimus pleniorem; quo habito super hiis nostrum propositum juxta deliberationem hujusmodi, vestræ Excellentiæ, per Nuncios nostros proprios, faciemus luculentiùs intimari.

Dat. London. 10. die Octobris.

Ad Papam Litera de Credentia.

PAPÆ Rex devota pedum oscula beatorum. Ann. D. 1311. An. 5. E. 2. Rom. & Fr. 5. E. 2. m. 21.

Quàm gratiosa, & quàm favorabilis nobis & Regno nostro, hucusque extitit providentia Sedis Apostolicæ circumspecta, non latet in abditis, set claris operibus satis patet; pro quibus vestræ Clementiæ condignas gratiarum exsolvimus actiones.

Quædam siquidem negotia, nos tangentia, Venerabilibus Patribus, Willielmo, Eborum Archiepiscopo, & Radolpho Londoniensi Episcopo: necnon dilectis & fidelibus nostris, Ottoni de Grandisono, & Amaneno de Lebreto, Militibus; ac dilecto Clerico nostro, Magistro Adæ de Orleton, Canonico in Ecclesia Herefordensi, commisimus vestræ Beatitudini, ex parte nostra, eosdem, aut tres, vel duos eorum, exponenda:

Vestræ Sanctitati humiliter supplicantes, quatinus præfatis, Archiepiscopo, Episcopo, Militibus, & Clerico, tribus, vel duobus eorum, in hiis, quæ vobis, super præmissis, exposuerint vivæ vocis oraculo, benignum auditum præbere; & eis, tribus, vel duobus eorum fidem credulam adhibere, relataque per eosdem votivo effectui dignemini mancipare.

Conservet, &c.

Dat. London. 10. die Octobris.

De

fugio, per latores præsentium, vel eorum alterum, certiores nos reddatis.

Dat. London. decimo die Octobris.

De Friscobaldis arestandis.

Ann. D. 1311. An. 5. E. 2. Vasc. 5. E. 2. m. 11.

REX — tenenti locum Senescalli sui Vasconiæ, salutem.

Quia Emericus de Friscobaldis, & quidam alii, Socii sui, de Societate Friscobaldorum in Regno nostro Angliæ, ac in Ducatu prædicto, & aliis Terris de Dominio nostro commorantes.

De quorum fidelitate fiduciam gerebamus, quosque receptores constituimus diversorum exituum, de custumis nostris, & de diversis rebus aliis provenientium, tàm in Regno nostro Angliæ, quàm in Ducatu prædicto, & aliis Terris prædictis, de quibus nobis compotum reddere tenentur,

Se a dicto Regno nostro & aliis Terris nostris, compoto suo non soluto, elongârunt, ac bona sua secum extra Dominium & Potestatem nostram detulerunt, & adhuc de die in diem deferri faciunt, in nostri contemptum & præjudicium manifestum:

Ac nos, indempnitati nostræ in hac parte prospicere, & malitiis prædicti Emerici & Sociorum suorum prædictorum volentes congruo remedio obviare, assignavimus dilectum Vallettum nostrum, Johannem Sturel, servientem ad arma, ad prædictum Emericum, & Hugelinum Hugelini, ac omnes alios Mercatores de Societate prædictâ, per ipsorum corpora, ubicumque infra Ducatum prædictum inventi fuerint, unà cum omnibus bonis & rebus suis, ibidem inventis, arestandos, & in Castro nostro Burdegalensi, sub salvâ & securâ custodiâ custodiendos, quousque rationabilem compotum de omnibus exitibus prædictis nobis plene reddiderint, ut debebunt:

Vobis mandamus quod circa arestationem dictorum, Emerici, Hugelini, ac omnium aliorum de Societate prædicta, una cum bonis & rebus suis quibuscumque, in quorumcumque manibus existant, cum omni celeritate, quâ fieri poterit, faciendam, unà cum prædicto Johanne, intendatis, eique, ut præmissa benè & celeriter fiant, sitis consulentes * & auxiliantes, prout pro commodo fore videritis faciendum. * III. 283.

Dat. London. duodecimo die Octobris.

Consimiles literæ diriguntur Universis Senescallis, Castellanis, Præpositis, Ministris, Officiariis, & omnibus Ballivis & Fidelibus suis, in dicto Ducatu constitutis.

Litera Regis Franciæ de Justicia negata, & de Marcha concedenda.

Ann. D. 1311. An. 5. E. 2. Claus. 5. E. 2. m. 18. d.

PHilippus, Dei gratiâ, Franciæ Rex, carissimo filio Edwardo, eâdem gratiâ, Regi Angliæ illustri, Duci Aquitaniæ, fideli nostro, vel ejus locum tenenti in Regno Angliæ, salutem, & dilectionem.

Bernardus de Probolam, Remundus de Parolz, Selebrinus de Mommone, Guillermus Sormz, Petrus de Ahoforti, Burgenses & Mercatores Villæ nostræ de Rupella: Ac Pontius de Lermo Socius ac Procurator prædictarum Personarum, nobis exposuerunt, graviter conquerendo, quod cùm, ad requisitionem nostram, vobis non semel, sed pluries factam, per nostras patentes literas, super quibusdam certis roberiis, maleficiis, & homicidiis, in mari, infra districtus nostros, prædictis illatis Burgensibus per certas personas,

circa incommoda Regni nostri auferenda, paternæ mansuetudinis, juxta assuetam Benivolentiam, cogitationes dilatare; & personas, quarum circumspectione hæc fieri poterunt, & nostri, ac prædicti Regni honores & utilitates augmentari, Apostolicæ liberalitatis gratiâ prosequi & favore. E. 2. Rom. & Fr. 5. E. 2. m. 21. dor.

Sanè, Pater Sanctissime, nobis in Parliamento nostro, Londoniis convocato, unà cum Prælatis & Proceribus Regni nostri, circa negotia, nos & statum ejusdem Regni tangentia, existentibus in tractatu,

Robertus de Brus, & sui Complices, Rebelles nostri & publici Proditores, (qui, dum priùs in partibus Scotiæ ad eorum Rebellionem reprimendi fuimus, in abditis latitabant ad instar vulpium) nobis exinde versus dictum Parliamentum nostrum recedentibus, nostras & * fidelium nostrorum Terras ibidem devastàrunt; & his finibus non contenti, Regnum nostrum Angliæ prædictum hostiliter ingressi, in diversis partibus Marchiæ ejusdem Regni, & præcipuè in Episcopatu Dunelmensi rapinas, deprædationes, incendia, & homicidia perpetrârunt, ætati, vel sexui innocenti, aut immunitati Ecclesiasticæ libertatis, proh dolor! non parcentes: * III. 284.

Et multo plura & graviora damna perpetrâssent, nisi potentia venerabilis Patris R. Dunelmensis Episcopi, in illis partibus tunc præsentis, ad obviandum & resistendum eorum malitiæ parata citiùs extitisset.

Et, quia prædicti Inimici & Rebelles nostri, a inchoatis facinoribus non desistunt, set ea nituntur pro suis nephandis viribus continuare, & ibidem pejora prioribus cumulare, recens hujusmodi jactura prædictum Episcopum, pro repulsione dictorum Inimicorum & Rebellium nostrorum, ac pro salvatione & defensione Sanguinis Christiani, & libertatis Ecclesiæ suæ Dunelmensis, in eodem Episcopatu, sub vestræ Permissionis & gratiæ confidentiâ, moram continuare excitat & inducit.

Considerantes igitur incommoda & dampna irreparabilia, quæ ex ipsius Episcopi absentiâ a partibus supradictis, si, quod absit, exinde, durante præsenti tempore hiemali, ad partes alias se transferret, non solum nobis & hominibus partium illarum, set undique adjacentium, reverà poterunt evenire,

Vestræ Sanctitati humiliter supplicamus, quatinus, præmissis paternâ meditatione pensatis, dicto Episcopo pio paterno compatientes affectu, ipsius absentiam in præsenti vestro Concilio Generali ad quod, ut intelleximus, personaliter est vocatus, de vestræ benignitatis affluentia, ex causis præmissis, nostrorumque rogaminum interventu, habere dignemini gratiosiùs excusatam.

Speramus etenim firmiter & tenemus, quod mora memorati Episcopi, in Episcopatu suo prædicto, utilis pro salubri statu partium illarum, & Ecclesiæ suæ Dunelmensis, grataque erit Altissimo & accepta.

Conservet, &c.

Dat. apud Wyndesor. decimo septimo die Octobris.

Queritur Papa de Intrusione contra A. Cardinalem in Canonicatu, Prebenda, Archidiaconatu, & Ecclesia, infra nominandis.

CLemens Episcopus, servus servorum Dei, carissimo in Christo Filio Edwardo, Regi Angliæ illustri, salutem & Apostolicam benedictionem. Ann. D. 1311. An. 5. E. 2. Ex Autogr.

Ducentes in considerationis examen, quantum Catholici Principes, Reges Angliæ, Progenitores tui, Ecclesias & Personas Ecclesiasticas præcipuè honorârunt, quantumque in eisdem Progenitoribus, in his, & aliis virtuosis operibus, te non solum coæquare, sed

biscum indefessis solicitudinibus partiuntur,

Serenitatem tuam attentè rogamus quatinus, quantum hæc Creatori tuo, per quem vivis & regnas, displiceant, quantum famæ tuæ derogent & saluti, quantumque non solum deceat, sed oporteat ut nomen tuum, multis virtutibus celebre, a maculis talibus præserves illæsum, infra pectoris tui claustra revolvens; & quantum præfatus Cardinalis tibi & Regno tuo, in tuorum, apud Sedem eandem, promotione favorabili agendorum, & directione Consilii, ac impensione favoris, esse poterit fructuosus, attendens; hujusmodi sibi allata gravamina, quæ tantò debes gerere gravius, quantò eorum actor ex patientia diceris & notàris, nostræ interventionis obtentu, & tui honoris consideratione, revoces, & mandes effectualiter revocari:

Ipsumque Cardinalem ad, Canonicatûs, & Præbendæ, ac Archidiaconatûs & parrochialis Ecclesiæ, prædictorum possessionem restitui facias; & hujusmodi gratiâ liberè gaudere permittas:

In quo, per gratæ satisfactionis effectum, sic promptè & liberalitèr nostris beneplacitis acquiescas, quod nos, qui præmissorum consideratione, provisionis tuæ remedium in hac parte instanter exposcimus, Serenitatem eandem dignis gratiarum actionibus prosequamur.

Dat. Avinion. decimo Kalendas Novembris, Pontificatûs nostri anno sexto.

Sigillo avulso.

Ad Papam de dispensatione pro Johanne de Hothum.

Ann. D. PAPÆ Rex devota pedum oscula beatorum.
1311. Congruit pio Patri, desiderium Filiale, gratâ ratione concep-
An. 5. tum, paternâ perficere potestate, in cujus complemento filii deficit
E. 2. imperfectum.
Rom. & Habuit quidem, inclitæ recordationis, noster Progenitor, & ha-
Fr. 5. E. bemus quendam Clericum servientem, nostris præcordiis valde ca-
2. m. 21. rum, nomine Johannem de Hothum, inventum fidelem & bonum, in diversis versatum officiis, laudabiliter ac prudenter positum, super pauca, quæ ferventer appetimus, meritis probitatis propriæ provocati, & ex suis sibi laboribus obligari super multa, ipse verò multorum hujusmodi, nisi gratiose præveniat vestra dispensativa disponens habilitas, non est capax, in qua dispensatione donanda nostrum imperfectum oculi vestri vident.

Nos igitur, qui, speciale quodam affectu, vestræ Celsitudini Sanctæ subicimur filialiter in amore, vestræ Paternitati, quantum possumus cordialiter supplicamus, quatinus petitioni, legendæ pro eo vestræ Sanctitatis auditui, vestræ manûs calamus favorabiliter & benignè subscribit illud verbum efficax, DISPENSANDO, quo Deus Omnipotens, cujus estis in Terra Vicarius, usus fuit in principio, RES CREANDA.

Dignum est enim ut, in quo varia virtutum dona concurrunt, & confluunt collectivè, quæ vix sparsim in pluribus convenit inveniri, gratiarum muneribus gaudeat pleniùs & habundet.

Conservet, &c.

Dat. apud Eltham, vicesimo sexto die Octobris.

tè, &, non sine Divinæ Majestatis offensâ, prioris doloris ejusdem Episcopi renovatis & agravatis incendiis, carcerali custodia detineri.

Et quod etiam subsequenter, dicto Espiscopo —————— tento dilectis filiis —————— Decano & Capitulo Eboracensi scripsisti, quod mirantèr & dolentèr audivimus, sub tuo secreto sigillo, per litteras speciales, quòd eundem Episcopum, extra ipsius Ecclesiæ positum libertatem, —————— diendum ex Castro, in Castro tuo Eborabensi Vicecomiti traderent supradicto: & quòd, si fortè hujusmodi tuis literis non parerent, ad manus tuas revocares, de facto, ejusdem Ecclesiæ libertatem:

Necnon quod ipsi, Decanus & —————— lum, ex hoc nimio timore concussi eundem Episcopum Vicecomiti memorato custodiendum, in Castro prædicto, quamvis inviti, contra privilegium libertitatis hujusmodi, tradiderunt:

Et subsequenter Vicec —————— ipse, dicto Episcopo Castrum memoratum ingresso, eum ibidem carceratum retinuit, & retinet violenter, sibique familiares suos, præter paucos, eidem Episcopo servientes, dinoscitur subtraxisse:

Propter quod —————— Comitem & alios Complices suos, de quorum ordinatione, consilio aut auxilio captio Episcopi memorati, & violata immunitas Ecclesiæ antedicta processit, diversas & graves sententias Canonum, non est dubium ——————

Profectò, dilectissime fili, tuus debet in hiis persistere cogitatus, quod ordinata directè Regnorum Dominia, sub timore Domini & Matris Ecclesiæ devotione continuâ, ac vehiculo non læsæ justitiæ solent —————— successibus, & exitus sortiri prosperos & felices.

Debes etiam, velut Christianissimus Princeps, Progenitorum tuorum inhærere vestigiis, qui, meritorum illustrium titulis insigniti, eandem Ecclesiam & libert —————— Personas Ecclesiasticas favorabiliter prosequentes, illas a molestiis & injuriis tueri quibuslibet studuerunt.

Sperabimus autem quòd hujusmodi actus illiciti, vel tolerantiæ
forsitan, ad * Deum, & nos, ac —————— irreverentiam * III.
sapientes, qui tui præclari nominis præconia clara commaculant, 287.
de tuo Regno cessarent, & tollerentur omnino.

Sed, proh dolor! graviora & orrenda magis altissimo & eidem Ecclesiæ —————— mo importabilia penitus, per continuationes orribiles, non emendationi condignæ, nec limæ debitæ correctionis subjecta, sed corruptæ consuetudini, ex veniæ facilitate fortassis, & sub spe futuræ —————— pro tui honore nominis & gloriâ conservandis, ac magnitudinis Regiæ & Regni tui vitandis periculis, non absque nostræ conscientiæ onere dissimulationibus invalescunt —— In desideriis —————— per Ministerium tuum, quod tam in liberatione Episcopi memorati, quàm in revocatione, ac correctione prædictorum errorum te cupimus exercere, sic in Divinæ Majestatis conspectibus redd —————— gratificeris ipsius quod semper in illo permaneas, & a te suæ misericordiæ non recedant.

Hæc verò nostri pectoris intima pro tuâ salute perquirunt, ad hæc nostros libenter d —————— libentius operam solertem impendimus, quo Celsitudinem Regiam præ multâ & speciali dilectione erga personam Regiam, & eundem Genitorem tuum,

——————————————————————

mus sinceriùs in visceribus caritatis:

Quocirca Regalem Magnificentiam Paterno rogamus, requirimus, & hortamur affectu ——————————————————
—————— quæ prædicimus, diligenter & providâ meditatione

Per Consilium.

De Terris Templariorum & ejusdem Episcopi Lichfeldensis custodiendis.

Ann. D. 1311. An. 5. E. 2. Fin. 5. E. 2. m. 26.

REX omnibus, ad quos, &c. salutem.
Sciatis quod commisimus dilecto nobis, Alexandro de Compton, Custodiam omnium terrarum & tenementorum Templariorum, & Walteri de Langeton, Coventriensis & Lychefeldensis Episcopi, cum pertinentiis, in Comitatibus Warr. & Leyc. quæ in manu nostrâ quibusdam de causis existunt;
HABENDAM quamdiu nobis placuerit; ita quod de exitibus, inde provenientibus, nobis respondeat ad Scaccarium nostrum.
In cujus, &c.

Teste Rege apud Wyndesor. 4. die Novembris.

Per Breve de privato Sigillo.

* III. 288.

* *De Maneriis Templariorum commissis.*

REX omnibus, ad quos, &c. salutem.
Sciatis quod commisimus dilecto Clerico nostro, Willielmo de Spanneby, custodiam subscriptorum Maneriorum & Ecclesiarum Templariorum, in Comitatu Lincolniæ; videlicet, Maneriorum de la Bruere, de Roston, Kirkeby, Brauncewell, Wellingoure, Wellingburn, Carleton, Akele, cum Soca Synderby & Aselakby, & Ecclesiarum de la Bruere, Askeby, Akele, Aslakby, & Donyngton; quæ quidem Maneria & Ecclesiæ, quibusdam de causis, in manu nostra existunt, HABENDUM a Festo Sancti Michaelis proximò præterito, quamdiu nobis placuerit; ità quod de exitibus, inde provenientibus, nobis respondeat ad Scaccarium nostrum.
In cujus, &c.

Teste ut supra.

Consimili modo committuntur Terræ, Tenementa & Maneria subscripta.

Johanni Botecourte, Custodia Terrarum & Tenementorum Templariorum in Carleton, in Comitatu Cantebr. &c. ut supra.
Edmundo Hakelut, Manerium Templariorum de Upleâe, cum pertinentiis, in Comitatu Hereford. &c. ut supra.
Roberto de Harwedon, Custodia Manerii Templariorum de Rokele, cum pertinentiis, in Comitatu Wiltes. &c. ut supra.
Edmundo de Burnham, Custodia Maneriorum Templariorum de Bolestreae & Wycumbe, cum pertinentiis in Comitatu Buk. &c. ut supra.
Johanni Botecourte, Custodia Terrarum & Tenementorum Templariorum in Hakenay, in Comitatu Middlesex, &c. ut supra.
Roberto de Kenaale, Custodia Terrarum & Tenementorum Templariorum in Derteford, in Comitatu Cant. &c. ut supra.
Galfrido de Weston, Custodia Terrarum & Tenementorum Templariorum, cum pertinentiis, in Christon, in Comitatu Wiltes. &c. ut supra.
Johannæ, quæ fuit Uxor Alexandri Comyn defuncti, Custodia Maneris Templariorum de Faxflet, cum pertinentiis, in Comitatu Eborum, &c. ut supra.
Johanni de Gray, Custodia Maneriorum Templariorum de Swonton

stodiam ejusdem, cum pertinentiis suis quibuscumque, ad Præceptorem * & Fratres Ordinis Militiæ Hospitalis Sancti Thomæ Martiris de Acon pertinere debere: * III. 289.
Ac Rectorem & Fratres Domûs Sanguinis Christi de Asheruge, ipsum hospitale & custodiam ejusdem, non absque intrusionis vitio, temere occupasse;
Causam indè vobis, sine debito, terminandam committi procuravit, de jure nostro in hac parte factâ nullatenus mentione:
Unde pungit nos amarius dum, ubi quietis sperabamus dulcedinem, ibi impugnationis obstaculum reperimus.
Set reverà, quibuscumque verbis hujusmodi venenosa suggestio fuerit obumbrata, nequit veritatem inficere rei gestæ; nos etenim prædictis, rectori & Fratribus de Asherugg, custodiam seu Magistratum dicti Hospitalis, cum pertinentiis suis, in Londoniis, ad faciendum onera ibidem incumbentia, jure nostro concessimus superiùs annotato:
Qui, titulo nostræ concessionis hujusmodi, ipsum Hospitale London. absque intrusionis, seu spoliationis vitio, sunt ingressi.
Hæc autem vobis, quem juris nostri Regii & honoris fervidum credimus zelatorem, pro vestrâ dumtaxat servanda conscientiâ intimamus;
Vestram Paternitatem obnixe rogantes, quatinus vestra circumspectionis industria sic, nostri contemplatione, provideat, quod dicti, Rector & Fratres de Asherugg. occasione suggestionis prædictæ, non inquietentur in aliquo, seu graventur.
Nos verò, ex hâc causâ, ad ea, quæ vobis & vestris noverimus fore grata, effici volumus promptiores.
Dat. apud Westmonasterium, 8. die Novembris.

ET postmodum, 12. die Januarii Anno Regis E. sexto, mandatum fuit, sub eisdem verbis, Domino Arnaldo tituli Sancti Marcelli, Presbitero Cardinali; ipso Rege apud Wyndesor. tunc existente.

Walter Jorz resignat Archiepiscopatum Ardmachanum, cui Successor Rolandus Jorz provisione Papæ.

Ann. D. 1311. An. 5. E. 2. Ex Origine in Turri, n. 22.

CLemens Episcopus, servus servorum Dei, carissimo in Christo Filio, Edwardo Regi Angliæ Illustri, salutem & Apostolicam Benedictionem.
Quanto erga Ecclesias & personas Ecclesiasticas, divini amoris obtentu, consuevisti te magis favorabilem exhibere, tanto pro his Serenitatem Regiam, cum expedit, majori fiduciâ commonemus.
Dudum siquidem, Ecclesia Armachanâ vacante per liberam & spontaneam cessionem venerabilis Fratris nostri, Walteri Episcopi, olim Archiepiscopi Ardmachani, factam apud Sedem Apostolicam, in manibus dilecti Filii nostri Jacobi de Columpna, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Diaconi Cardinalis, cessionem hujusmodi, de speciali mandato nostro factam sibi, vivæ vocis oraculo admittentis:
Nos, attendentes quod de dictâ Ecclesiâ Armachanâ nullus, præter nos, disponere poterit, pro eo quod nos dudùm, ante vacationem hujusmodi, provisiones omnium Ecclesiarum, tam Archiepiscopalium, quàm aliarum Cathedralium, apud Sedem ipsam tunc vacantium, & in antea vacaturarum, dispositioni nostræ duximus reservandas; decernentes extunc irritum & inane, si secus super hoc a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, contingeret attemptari:
Et demùm, de ordinatione ipsius Ecclesiæ, quam benevolentiâ speciali prosequimur, sollicitè cogitantes; ac cupientes talem ipsi præesse Pastorem, qui eam sciret & posset salubriter gubernare:
Post deliberationem, quam super hoc habuimus, prout negotii quali-

1311. *An. 5. E. 2. Fin. 5. E. 2. m. 15.* R Sciatis quod constituimus dilectum Clericum nostrum, Willielmum de Hillum, ad colligendum & recipiendum omnes fructus & obventiones, ad Ecclesiam Templariorum de Whitechirche in Comitatu Eborum, quæ in manu nostra quibusdam de causis existit, qualitercunque pertinentes, quamdiu nobis placuerit;

Ità quod idem Willielmus, pro eisdem fructibus, & obventionibus, nobis respondeat, singulis Annis, ad Scaccarium nostrum, juxta extentam inde factam, vel aliàs pro voluntate nostrâ faciendam:

Proviso quod idem Willielmus, dum fructus & obventiones ejusdem Ecclesiæ sic receperit, prædictæ Ecclesiæ, prout decet, in omnibus faciat deserviri.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Westm. 14. die Novembris.

Per Consilium.

De inhibitione Torneamenti, apud Northampton.

Ann. D. 1311. *An. 5. E. 2. Pat. 5. E 2. p. 1. m. 11.* REX dilectis & fidelibus suis, Comitibus, Baronibus, Militibus, & omnibus aliis, ad Torneandum apud Northampton in proximo conventuris salutem.

Mandamus vobis, sub forisfacturâ Terrarum & Tenementorum, & omnium aliorum quæ nobis forisfacere poteritis, firmiter inhibentes, ne apud dictam Villam Northampton, seu alibi, infra Regnum nostrum, torneare, burdeare, justas facere, aventuras quærere, seu alia facta armorum excercere præsumatis, sine nostrâ licentiâ speciali.

Teste Rege apud Westmonasterium, 11. die Novembris.

Per ipsum Regem.

Literæ ad Regem Franciæ Responsoriæ, de non mittendo Culpabiles extra Regnum puniendos.

Ann. D. 1311. *An. 5. E. 2. Claus. 5. E. 2. m. 18. dor.* EXcellentissimo Principi ac Patri karissimo, Domino Philippo, Dei gratiâ, Regi Franciæ Illustri, Edwardus, ejusdem gratiâ, Rex Angliæ, &c. salutem, &, ad vota, successus prosperos & felices.

Literas vestras, pro Bernardo de Parbolain, Reymundo de Porolrz, Salebrino de Mommone, Guillermo Sortrz, & Petro de Alto Forti, Burgensibus & Mercatoribus vestris de Rupella, ac Pontio de Lermo, Socio & Procuratore dictorum Mercatorum, nobis directas, nuper recepimus; continentes quod præfatis Mercatoribus, aut eorum Procuratori prædicto, super quibusdam dampnis, eis apud
* III. 291. Craudon, in Costerâ Maris Britanniæ, per homines, * in Regno nostro degentes, ut asserunt, illatis, justitiæ complementum fieri facere, & quod Malefactores illos ad vos, pro demeritis puniendos, mittere curaremus.

Nos igitur, de viginti & octo doliis vini, apud dictum Locum de Craudon, de vinis dictorum Mercatorum vestrorum, captis, & infra Regnum nostrum postmodum inventis, prædicto Pontio suo, & sociorum suorum prædictorum nomine, satisfactionem fieri mandavimus competentem, de residuo verò dictorum vinorum, prædicto Pontio, seu sibi, nomine sociorum suorum, restitutionem facere non valemus ad præsens, pro eo quod plures Mercatores de Flandriâ, infra Regnum nostrum existentes, dicta vina, quæ restituenda supersunt, asserunt esse sua:

Consimiles Literas habent subscripti —— Custodibus subscriptis; videlicet,

Willielmus de Bereford — *Custodi Terrarum & Tenementorum, Walteri Coventr. & Lych. Episcopi, in Comitatu Bed.*
Willielmus de Hampton — *Custodi Terrarum & Tenementorum prædicti Episcopi, in Comitatu Midd.*
Willielmus Trenchefoill — *Custodi Manerii prædicti Episcopi de Ashebry David in Comitatu Northamp.*
Johannes de Waltham — *Custodi Manerii de Coldham, in Comitatu Cantebr.*
Robertus Turk — *Custodi Manerii de Lilleston, in Comitatu Midd.*
Richardus de Kendale — *Custodi Manerii de Thorp Watervill, cum Membris suis, in Comitatu Northamp.*
Simon de Byflet — *Custodi Terrarum & Tenementorum Templariorum, in Comitatibus Surr. & Sussex.*
Willielmus de Spannesby — *Custodi quarundam Terrarum & Tenementorum Templariorum, in Comitatu Lincoln.*
Robertus de Laghtteburgh — *Custodi quarumdam Terrarum & Tenementorum Templariorum, in Comitatu Lincoln.*
Edmundus de Burnham — *Custodi Terrarum & Tenementorum Templariorum, in Comitatu Buk.*
Willielmus de Wolnardeleye — *Custodi Terrarum & Tenementorum Templariorum, in Comitatibus Salop. & Staff. ac Terrarum & Tenementorum præfati Episcopi in eisdem Com.*
* *Johannes de la Haye* — *Custodi Terrarum & Tenementorum Templariorum in Comitatibus Herefordiæ & Wygorniæ, ac præfati Episcopi in eisdem Comitatibus,* * III. 292.
Thomas de Melton — *Custodi Terrarum & Tenementorum Templariorum in Comitatu Cantebrigiæ, ac præfati Episcopi in eodem Comitatu,*
Johannes de Medefeld — *Custodi Terrarum & Tenementorum Templariorum in Comitatibus Norffolciæ & Suffolciæ, ac præfati Episcopi in eisdem Comitatibus,*
Adam de Hoperton — *Custodi Terrarum & Tenementorum Templariorum in Comitatu Eborum, ac prædicti Episcopi in eodem Comitatu,*
Alexander de Compton — *Custodi Terrarum & Tenementorum Templariorum in Comitatibus Warr. & Leycestriæ, ac prædicti Episcopi, in eisdem Comitatibus.*

De Pensionibus, sive pro beneficio, sive pro servitio Templariis impenso, debitis, per Custodes Maneriorum hinc inde continuandis, & persolvendis.

REX Custodi Manerii Templariorum de Upleden, in manu nostrâ, quibusdam de causis, existentis, salutem. Ann. D. 1311.
Quia, per certificationem, per Thesaurarium & Barones nostros de Scaccario nostro, nobis in Cancellariâ nostrâ factam, compertum est quod Johannes Person de Garewy perciperet, ad totam vitam suam, in Manerio prædicto, quolibet die, duos denarios pro victu suo; decem solidos, per annum, pro roba sua; & quinque solidos pro stipendio suo, dum potens fuerit ad deserviendum: &, cum impotens fuerit, habeat duos denarios per diem, & quinque solidos tantùm per annum, pro servitio suo laudabili Templariis, ad totam vitam suam, impendendo: *An. 5. E. 2. Claus. 5. E. 2. m. 19.*

Vobis mandamus quòd eidem Johanni vadia & stipendia prædicta, de exitibus Manerii prædicti, & eorum arreragia, si quæ fuerint, a tempore quo custodiam ejusdem habuistis, habere faciatis in formâ prædictâ; & nos vobis inde, in compoto vestro, debitam

duas Marcas imperpetuum, ad Festum Sancti Michaelis, pro decimis Manerii prædicti, Templariis ad perpetuam firmam dimissis.

Prior Sanctæ Trinitatis Eboraci percipiet annuatim, in Manerio de la Bruer imperpetuum octo solidos redditûs, ad Festum Sancti Botulphi, pro quietâ clamantia decimarum in Parochiâ de Askeby.

Robertus de Styfford Clericus percipiet, in Domo Novi Templi London, ad totam vitam suam, quolibet die, * duos denarios pro victu suo: & quinque solidos, per annum, pro necessariis suis; ita quod deserviat, loco Clerici, in Capella; &, si deservire non poterit, tunc victum suum tantum percipiet. Proviso, &c.

* III. 293.

Galfridus Talifer percipiet, in eadem Domo, ad totam vitam suam, quolibet die, tres denarios pro victu suo: & viginti solidos, per annum, pro necessariis suis (videlicet, medietatem ad Festum Sancti Michaelis, & aliam medietatem ad Festum Paschæ) & quolibet die unum denarium pro victu Garcionis, & quinque solidos, per annum, pro stipendiis suis, ad terminos prædictos.

Willielmus, Vicarius de Reyndon, & Successores sui percipient annuatim de Templariis, duas Marcas annuæ pensionis imperpetuum, in Augmentationem Vicariæ suæ; viz. ad Festa Sancti Michaelis & Paschæ, per æquales portiones.

Johannes de Aumbroise percipiet, ad totam vitam suam, in Manerio de Sutton, quolibet die, duos denarios & quinque solidos per annum, pro stipendio suo, pro laudabili servitio suo, impenso & impendendo, & concessit Templariis medietatem bonorum suorum in obitu suo.

Adam de Char percipiet, in Manerio de Bistlesham, ad totam vitam suam, quolibet die, tres denarios pro victu suo: & decem solidos, per annum, pro robâ suâ: & habebit in eadem Domo duos equos ad fœnum, foragium, herbam, & præbendam, sicut Palefridus Præceptoris: & habebit duos Garciones ad mensam Scutiferorum dicti Manerii; pro quibus capiet quatuor denarios, pro victu eorum, per diem, deficiente mensa: & pro uno eorum capiet robam Garcionis, viz. quinque solidos, per annum, ad totam vitam ipsius Adæ; & pro his habendis dedit Templariis quaterviginti Marcas, & concessit eis in obitu suo viginti Marcas.

David de Lanthendy, Capellanus percipiet, ad totam vitam suam, in Manerio Templariorum de Garewy, quolibet die, tres denarios pro victu suo: & viginti solidos, per annum, pro stipendio suo, ad terminos consuetos; ita quod deserviat ibidem loco Capellani; &, si deservire non poterit, tunc victum suum, & decem solidos tantum percipiet, pro decem libris sterlingorum, quas eisdem Templariis dedit præ manibus, &c. proviso, &c.

Willielmus de Eycle percipiet, ad totam vitam suam, in eodem Manerio, quolibet die, duos denarios pro victu suo, & decem solidos, per annum, pro robâ suâ, & quinque solidos pro calciamentis, ita quòd deserviat, in eodem Manerio, in Officio honesto: &, licet deservire non poterit, nihilominus præmissa percipiet pro laudabili servitio suo, eis impenso, & pro viginti Marcis quas eis dedit.

Gilbertus de Penbrigg percipiet, ad totam vitam suam, in eodem Manerio, quolibet die, tres denarios pro victu suo: & unam Marcam, per annum, pro robâ suâ; ita quod deserviat in dicto Manerio, quamdiu poterit, loco Clerici; &, si deservire non poterit, tunc tres denarios, per diem, pro victu suo, tantùm percipiet.

Robertus de Neubolt, Clericus percipiet, in eodem Manerio, ad nerio de Lideleye, quolibet die, duos denarios pro victu suo: & quinque solidos, per annum, pro robâ suâ, contra Natale: & quinque solidos, per annum, pro cæteris necessariis suis, ad terminos Paschæ & Sancti Michaelis; ita quod deserviat, &c. quamdiu, &c. tunc victum suum tantùm percipiet, &c. proviso, &c.

Nicholas de Stonnesby percipiet, ad totam vitam suam, de Manerio de Upleden, quolibet die, duos denarios pro victu suo: & quinque solidos pro robâ suâ; & quinque solidos pro cæteris necessariis suis per annum, ad terminos prædictos; ita, &c. in libero servitio.

Ricardus de Nevill percipiet, ad totam vitam suam, in Manerio de Lideleye, quolibet die, duos denarios pro victu suo, & quinque solidos, per annum, pro robâ suâ: & quinque solidos, per annum, pro cæteris necessariis suis, ad terminos prædictos: & deserviet in dicto Manerio quamdiu, &c. si &c. tunc victum suum tantùm percipiet; & medietas bonorum suorum in obitu suo dicto Manerio remanebit.

Andreas de Berugholt percipiet, ad totam vitam suam, in Domo de Dynnesle, quolibet die, duos denarios pro victu suo: & decem solidos, per annum, pro robâ suâ, contra Natale Domini: & tres solidos & quatuor denarios pro tunicâ suâ, contra Pascham; & quinque solidos, per annum, pro cæteris necessariis ad terminos prædictos.

Richardus Osmund, Capellanus, percipiet annuatim, ad totam vitam suam, de Domo Templariorum de Donewyco, quolibet die, tres denarios pro victu suo: & viginti solidos, per annum, pro robâ suâ, contra Natale Domini: & pro his, quoad vixerit, habendis, dedit prædictis Templariis viginti & quatuor libras sterlingorum præ manibus.

Willielmus Dering de Faxlet percipiet, ad totam vitam suam, in Manerio de Belesale, quolibet die, pro victu suo duos denarios: & decem solidos, per annum, pro robâ suâ: & tres solidos & quatuor denarios pro tunicâ de æstate; & quinque solidos, per annum pro cæteris necessariis.

Willielmus, filius Rogeri de Cresсy, de Claypol, percipiet imperpetuum de Domo de Wychom decem solidos annui redditûs: & hoc de uno Messuagio, duabus carucatis terræ, & viginti acris Bosci in Wychom; quæ Templarii tenuerunt de eo per prædictum servitium.

Rogerus de Hunsingovere percipiet, ad totam vitam suam, in Manerio de Dynnesle, quolibet die, tres denarios pro victu suo: & decem solidos, per annum, pro robâ suâ; & decem solidos, per annum, pro cæteris necessariis, ad Festa Sancti Michaelis & Paschæ.

Theodricus, filius Willielmi Pycard, percipiet, ad totam vitam suam, in Manerio de Quarling, quolibet die, duos denarios pro victu suo: & decem solidos, per annum, pro robâ suâ: & quadraginta denarios, per annum, pro unâ tunica: quinque solidos, per annum, pro calciamentis, ad terminos prædictos; ita, &c. &c, si deservire non poterit, tunc victum suum tantùm percipiet.

De scrutando Petrum de Gavaston latitantem.

Ann. D. 1311. An. 5. E. 2. Pat. 5. E. 2. p. 1. m. 5.

REX, dilectis & fidelibus suis, Hugoni de Curteny, & Willielmo Martyn, salutem.

Cùm pro quadam suspicione, ex quibusdam volantibus rumoribus subortâ,

agendam, in certa Monasteria deputatis) vadia, pro sustentatione Templariorum eorundem, a tempore quo custodiam Terrarum & Tenementorum prædictorum habuistis, & exnunc quousque aliud inde a nobis habueritis in mandatis; videlicet, pro quolibet ipsorum, quatuor denarios per diem, sicut prius percipere consueverunt:

Et nos vobis inde, in compoto vestro, de exitibus prædictis, debitam allocationem habere faciemus.

Teste Rege apud Westm. 15. die Decembris.

Eodem modo mandatum est Custodibus subscriptis pro Templariis subscriptis, videlicet,

Custodi Terrarum & Tenementorum Templariorum in Comitatu Warwici, de vadiis, liberandis Episcopo Cestriæ ꝑ pro Radulpho de Barton Capellano,
Radulpho de Evesham Capellano, Henrico de Halton, &
Thoma de Walkynton, Johanne de Grafton.
Ricardo de Bristlisham,

Ad Regem Franciæ de mutua Visione, necnon de Rebellione Roberti de Brus reprimenda.

Ann. D. EXcellentissimo Principi, Domino ac Patri suo carissimo, Do-
1311. mino Philippo, Dei gratiâ, Regi Francorum Illustri, Edwar-
An. 5. dus, ejusdem gratiâ, &c. salutem, & felices, ad vota, successus.
E. 2. Venientes ad nos Magister Richardus de Tybetot Clericus, &
Rom. & Johannes de Alevayne Miles, vestri, latores præsentium, nobis litte-
Fr. 5. ras vestras de Credentia præsentarunt; & id, quod iidem Nuncii
E. 2. m. nobis, virtute hujusmodi Credentiæ, exposuerunt, audivimus & in-
10. telleximus quam benigne.

Quantùm igitur nobis illucescunt vestræ Paternæ benivolentiæ radii, ex ipsorum Nunciorum affatibus collegimus evidenter.

Et licet, inter cætera desiderabilia, quæ insident cordi nostro, summo desiderio affectemus quod Paternæ visionis dulcedine posset filialis affectio recreari, cum per hujusmodi visionem mutuam ne-
* III. gotia, vos & nos hinc inde tangentia, * valerent, ut firmiter cre-
296. dimus, in melius prosperari;

Quia tamen super hiis, eo quod ad reprimendam malitiam Roberti de Brus, Inimici & Rebellis nostri, Complicumque suorum, qui Regnum nostrum ingressi, deprædationes, incendia, rapinas & homicidia inibi multipliciter perpetrarunt, nobis incumbit necessitas, prout convenit, ordinare: ac etiam de aliis negotiis Regni nostri, quæ celerem executionem requirunt, cum Prælatis & Proceribus dicti Regni, sine quorum consilio & assensu, vestris desideriis adhuc satisfacere non possumus, nondum ad plenum habuimus colloquium & tractatum,

Quid in hoc facto facere debeamus, vestræ Celsitudini ad præsens scribere non valemus.

Verùm, quamcitiùs commodè poterimus, habitâ super præmissis cum Prælatis & Proceribus prædictis deliberatione pleniori, nostrum inde propositum, per Nuncios nostros proprios, Magnitudini Regiæ curabimus intimare.

Dat. apud Westm. decimo sexto die Decembris.

ctitatis vestræ pedes remittere volumus, & in brevi.

Conservet vos Altissimus, &c.

Dat. apud Westmonasterium, decimo sexto die Decembris.

De Terris & Tenementis Templariorum in Civitate Londoniarum captis in manum Regis.

REX Vicecomitibus Londoniarum, salutem. Ann. D.
Præcipimus vobis quòd omnes Terras & Tenementa Tem- 1311.
plariorum, in Civitate nostrâ Londoniarum, & Suburbio ejusdem, *An. 5.*
unà cum omnibus * Bonis & Catallis in eisdem existentibus, sine *E. 2.*
dilatione capiatis in manum nostram, & ea salvò custodiatis (ita *Fin. 5.*
quod de exitibus, inde provenientibus, nobis respondeatis ad Scac- *E. 2. m.*
carium nostrum) donec aliud inde a nobis habueritis in mandatis. 11.
Mandavimus enim Jacobo le Botiller, & Willielmo de Basing, * III.
nuper Custodibus Terrarum & Tenementorum prædictorum, quod 297.
ipsi omnes Terras & Tenementa prædicta, unà cum Bonis & Catallis prædictis, per indenturam, inter vos & ipsos inde conficiendam, vobis liberent in forma prædicta.

Teste Rege apud Westmonasterium, decimo nono die Decembris.

De exitibus Terrarum Lichfeldensis Episcopi, & Templariorum, in Regis Thesaurariam liberandis.

REX, dilectis & fidelibus suis, Alexandro de Cave, & Rober- Ann. D.
to de Amtotes, Custodibus Terrarum & Tenementorum 1311.
Templariorum, & Walteri Coventriensis & Lychfeldensis Episcopi, *An. 5.*
in Comitatu Eboraci, salutem. *E. 2.*
Mandamus vobis, firmiter injungentes, quod omnes denarios, *Claus. 5.*
quos de exitibus Terrarum & Tenementorum prædictorum, a tem- *E. 2. m.*
pore quo custodiam eorundem habuistis, percepistis, & citra Fe- 17.
stum Sancti Hillarii proximò futurum percipere poteritis, habeatis ad Scaccarium nostrum in crastino Festi prædicti, ad ultimum, in Thesaurariam nostram ibidem liberandos; & hoc, sicut indignationem nostram, & dampnum vestrum proprium vitare volueritis, nullatenus omittatis.

Teste Rege apud Westmonasterium, vicesimo nono die Decembris.

Consimiles literæ diriguntur subscriptis; videlicet,

Gilberto Gategange Custodi Terrarum & Tenementorum Templariorum, & Walteri Coventrensis & Lychfeldensis Episcopi, in Comitatu Northumbriæ, & Libertate Dunelm.
Ricardo de Harle, Custodi Terrarum & Tenementorum Templariorum, & Walteri Coventriensis & Lychfeldensis Episcopi, in Comitatibus Salopiæ, Stafford, & Hereford,
Johanni de Wilburgham, Custodi Terrarum & Tenementorum Templariorum, & Walteri Coventriensis & Lychfeldensis Episcopi, in Comitatibus Cantabrigiæ & Huntingdon.
Ricardo Lovel, Custodi Terrarum, & Tenementorum Templariorum, & Walteri Coventriensis & Lychfeldensis Episcopi, in Comitatibus Somerset & Dorset,

Sic

E. 2. m. Clericus & Miles, ad nos ex parte vestra venerant, certum respon-
20. sum, per eosdem, propter aliqua, in dictis Litteris nostris contenta, vobis, tunc temporis, mittere minimè valebamus:

Quodque, post deliberationem, inde habitam, nostrum propositum vobis, per Nuncios nostros proprios, mitteremus:

Et, quia negotium illud cordi nostro plurimùm insidebat, statim, post recessum Nunciorum vestrorum prædictorum a nobis, cum Prælatis & proceribus Regni nostri, tunc nobiscum existentibus, super hoc habuimus colloquium & tractatum;

Quocirca dilectos & fideles, Johannem de Crombwelle Militem, & Magistrum Jordanum Moraunt Canonicum in Ecclesia Cicestrensi Clericum, nostros, exhibitores præsentium, quibus nostram & consilii nostri deliberationem in hac parte, vobis per ipsos, vel eorum alterum, injunximus exponendam, ad vestram præsentiam destinamus; Rogantes quatinus præfatis Nunciis nostris, vel eorum alteri in hiis, quæ vobis super præmissis, ex parte nostrâ, vivæ vocis oraculo exposuerint, vel exposuerit, fidem velitis credulam adhibere.

Teste Rege apud Westm. 26. die Decembris.

De Proclamatione quod Petrus de Gavaston pro fideli & prœstabili teneatur.

Ann. D. 1312. An. 5. E. 2. Claus. 5. E. 2. m. 15. d.

LE Roy au Visconte d'Everwyk, salutz.

Com Monsieur Peres de Gavaston, Counte de Cornwaille, n'adgueres fust exile hors de nostre Reaume, contre les leis & les usages de mesmes le Roiaume, as queus garder & meintenir nous sumes tenuz par le Serement, que nous feismes a nostre Coronement; en lequel exil il fu nome autre que bon & leal.

Et mesmes celui Count, par nostre maundement, seit ja revenu a nous en dit Reaume, prest d'ester a droit, devant nous, à tous que de rien li vodront chalanger, solom les leys & les usages avanditz:

Par qui nous li tenoms bon & loial, & a nostre fei & a nostre Pees, & unqes a autre ne li tenismes;

Nous, de nostre Real Poer, vous commandons, que por tel li tegnetz, & ceste chose facez par tote vostre baillie publier.

Don. a Everwyk, le 28. jour de Janevoir.

Autieles Lettres sont mandes as chescunes Viscontz d'Engleterre.

Quod idem Petrus, contra legem exulatus, est stare Juri paratus; & de Restitutione ipsi faciendâ.

Ann. D. 1312. An. 5. E. 2. Claus. 5. E. 2. m. 15. d.

REX Vicecomiti Eboraci, salutem.

Licet nuper, pro eo quòd Petrus de Gavaston Comes Cornubiæ extra Regnum nostrum extitit exulatus, tibi præcepimus quod omnia Castra, Villas, Terras, Redditus, Possessiones, & alia bona sua quæcumque, in Ballivâ tuâ, caperes in manum nostram & ea salvò custodires; ita quod de exitibus, indè provenientibus, nobis responderes ad Scaccarium nostrum, quousque aliud a nobis indè haberes in mandatis:

Quia tamen idem exilium in prædictum Petrum, contra legem & consuetudinem * Regni nostri, ad quarum observationem vinculo juramenti sumus astricti, fuit promulgatum:

* III. 299.

Idemque Comes, de mandato nostro, ad nos in Regnum prædictum jam accessit, paratus coram nobis in omnibus stare juri, secundum legem & consuetudinem prædictas;

Tom. I. P. IV.

De Episcopi Lichfeldensi, & restitutione eidem facienda.

REX Militibus, liberis hominibus, & omnibus aliis, Tenentibus de Maneriis, Terris & Tenementis Walteri de Langeton, Coventriensis & Lychfeldensis Episcopi, salutem.

Ann. D. 1312. An. 5. E. 2. Pat. 5. E. 2. p. 1. m. 3.

Cùm nos Maneria, Terras & Tenementa prædicta, dudum in manum nostram capi, & per tempus aliquod fecimus detineri:

Ac jam eadem Maneria, Terras & Tenementa præfato Episcopo reddiderimus, tenenda adeò integrè, sicut ea tenuit ante captionem eorundem in manum nostram:

Et concesserimus ei arreragia debitorum quæ de exitibus Maneriorum, Terrarum & Tenementorum prædictorum debentur, & adhuc restant levanda;

Vobis mandamus quòd eidem Episcopo, tanquam Domino vestro, sitis intendentes & respondentes, prout de jure facere debetis, & ante captionem prædictam facere consuevistis.

Teste Rege apud Eboracum, 23. die Januarii.

Per ipsum Regem.

Habuit inde quinque paria.

Ad Papam pro Episcopo Lichfeldensi.

PAPÆ Rex devota pedum oscula beatorum.

Ann. D. 1312. An. 5. E. 2. Rom. & Fr. 5. E. 2. m. 21. dor.

In amore virtutis requiescere arbitramur, si actus nostros sic propensiùs dirigamus, quod in subditis bono mansuetudinis perfruamur, cum per hoc in eis erga nos vigor devotionis & fidei crescere dinoscatur.

Licet itaque Venerabilis Pater W. Coventriensis & Lychfeldensis Episcopus, eo quod a nostris beneplacitis, ad suggestiones quorumdam æmulorum suorum, visus fuerat deviâsse, nostram incurrisset offensam, per quod a nobis & a nostro consilio se reddidit alienum, necnon & graves persecutiones & angustias sustinuit patienter:

Considerantes tamen quòd idem Episcopus, * vir utique Consilii maturitate conspicuus, & discretione providus, nobis ac Regno nostro in agendis perquàm utilis, immò necessarius hiis diebus existit, ipsum, OB REVERENTIAM POTISSIME SEDIS APOSTOLICÆ, ac specialem affectionem, quam, claræ memoriæ, Genitor noster habuit erga eum, ad nostræ benevolentiæ gratiam duximus admittendum.

* III. 300.

Et, si quæ idem Episcopus erga nos hactenus commisisset, per quæ indignationem nostram aut offensam incurrere potuit quovis modo, ea sibi remisimus penitùs ignoscentes.

Placeat igitur vestræ Clementiæ quæsumus, pie Pater, prædictum Episcopum, cujus honoris & commodi augmentum corditer affectamus, ipsiusque negotia, quæ de vestræ liberalitatis munificentiâ dependent, habere favorabiliter, nostri intuitu, commendata; ipsiusque petitiones, quas in custodia Camerarii vestri defuncti dimisit, & quas ad Curiam vestram Sacram jam de novo transmittet, vestræ beatitudini porrigendas, ad exauditionis gratiam admittere juxta vota.

Conservet, &c.

Dat. apud Eborum, 24. die Januarii.

Per ipsum Regem.

les avantdiz Robert & Johan) plener & plein poer, & especial mandement, de treiter, en noun de nous, & por nous, ovesque les Genz d'Escoce (a qui nous avoms guerre) de Trewe, ou suffraunce prendre entre nous, noz hommes, noz suzmis, & nos aidanz d'une part, & eus, & lour aliez, & aidanz d'autre part, sur les guerres, dissensions, & discords que sont entre nous & eux, solom ce qil verront que mieuz soit a faire al honur de nous, & profit de nostre Roialme:

Et de mesmes cele trewe & suffraunce otrier, doner, affermer, & de jurer en nostre alme de celes trewe, ou suffraunce fermement garder & tenir:

Et de totes autres choses faire & acomplir, qui a celes trewe ou suffraunce serront busoignables, ou covenables, tut soit il qu'l requergent especial mandement;

E nous averoms pur ferm, & por estable, quan que les avantdiz, Conte, Alisaundre, Adam, Gerard, Robert, & Johan, cynk, ou quatre de eux (dont les deux soient les avantdiz Robert & Johan) averont treite, & otrie, & ordeine, fait & afferme, en noun de
* III. * nous, & por nous, & por noz hommes, & por noz suzmis, &
301. pour noz aidanz, sur les choses avantdites, & chescun deles.

En temoignance de queu chose nous avoms fait faire cestes noz Lettres overtes.

Don. a Everwyk le 26. jour de Janeuoir.

Dupplicatur.

Imperatoris Romanorum, de Coronatione sua, Notificatio.

Ann. D. 1312. An. 5. E. 2. Ex Autogr.

HEnricus, Dei gratiâ, Romanorum Imperator semper Augustus, Illustri Principi, Edwardo Regi Angliæ, amico dilecto, salutem & sinceræ dilectionis affectum.

Magnus Dominus & Laudabilis valde, qui, in Excelso Divinitatis suæ Solio residens, Universis, quæ suæ Majestatis ineffabili potentia condidit, clementer ac suaviter imperat tanto Dignitatis Honore ac Decore Gloriæ, hominem, quem inter Universas Creaturas extulit, ac cui Ymaginem suæ Divinitatis impresserat, super cuncta, quæ fecit, tribuerat Principatum:

Et, ut Creatura, tam Nobilis, a Cœlestium Hierarchiâ non differret Similitudine Ordinis, cum quibus convenit grandi parilitate Naturæ, voluit ———— quemadmodum sub se Deo uno omnes Ordines Cœlestium Agminum ————, sic universi homines, distincti Regnis, & Provinciis separati, uni Principi Monarchæ subessent, quatenùs eo consurgeret Machina Mundi præclarior, quo sub uno Deo, Factore suo, progrediens, sub uno Principe ———— ac in se pacis ac unitatis augmenta susciperet & ———— per amoris gressum, & Devotæ Fidei stabilimenta rediret ————

Et, quamvis ejusmodi Principatus prioribus sæculis in diversis fuerit Nationibus, quasi ———— a suo Factore oberrantibus, errans; novissimè tamen, appropinquante pulchritudine temporis quando idem Deus & Dominus ———— inenarrabilis —— —— suis Munificentiâ homo fieri voluit, ut hominem, per Culpæ lapsum perditum, & per obruta deviaque vitiorum labentem, ad loca virtutum ———— æternæ Beatitudinis pascua virentia reservaret, dictum Imperium transeat ad Romanos, providè Dei disponente Clementiâ, quod illuc præiret Imperialis Excellentiæ Thronus, ubi propter sui absentiam, præfatæ nostræ Coronationis & Consecrationis gaudia retardari, Venerabilibus Patribus, Dominis, Arnaldo Sabinen. Apostolicæ Sedis Legato, Leonardo Albanen. & Nicholao Ostien. & Velletren. Episcopis, & Francisco Sanctæ Luciæ in Silice, ac Lucæ Sanctæ Mariæ in Viâ latâ, Dyaconis Cardinalibus, vices suas plenissimas in hac parte commisit;

In suis Literis expressè declarans & volens ut, si aliquem, vel aliquos eorum contingeret impediri, per superstites vel superstitem dictum Coronationis nostræ Negotium compleri valeret:

Ipsosque ad nos, & nobiscum ———— pro exequendâ Commissione illis factâ celeriter venire mandavit; injungens eisdem ut, in die Assumptionis Virginis Mariæ, quem nos jam elegeramus, ad perficiendum Celebritatem prædictam, vel alio die, quem nostra Celsitudo duceret eligendum, memoratæ nostræ Coronationis Sollempnia celebrarent.

Quia verò, dùm per Lombardiam, Terram Imperio nostro subjectam, contenderemus ad Urbem, ut, in die Assumptionis præfatæ, de Coronationis nostræ fælicibus Auspiciis gauderemus, Civitas Brixiensis nephando Ausu nostro Culmini rebellavit; & indignum erat, minusque providum nos inde discedere, donec sub Sceptro nostro colla submitteret, nè fortè fieret reliquis Civitatibus Lombardiæ in scandalum & ruinam; ad tempus Negotium Coronationis nostræ suspendimus, & dictam Civitatem tàm diu dirâ obsidione vexavimus, donec non valens diutiùs p———— ———— se liberè nostris in manibus reddidit, & Clementiæ nostræ arbitrio, de commisso in Majestatem nostram crimine, castigandam puniendamque submisit.

Hac ergo Pestiferi Civitate victoriosè subactâ Festum Coronationis nostræ resumpsimus, & pervenientes ad Urbem, in præsentiâ prænominatorum Cardinalium (Albanensi & Sanctæ Luciæ duntaxat exceptis, quos ab humano Consortio Conditio Vitæ mortalis absolverat) ad perficiendum Coronationis nostræ Sollemnia diem Festum Apostolorum Petri & Pauli duximus eligendum.

———— per dictos Dominos Cardinales ———— Imperiale Dyademate Coronati, ac omnibus aliis Sollempniis debitis & consuetis, quæ ———— insigniti, præsente Copiosâ Multitudine Archiepiscoporum, Episcoporum, Abbatum & aliorum Prælatorum, & Ecclesiasticorum Ordinum Urbis, necnon Ducum, Comitum, Baronum, Militum, Nobilium, & universâ Pompâ Imperialis Curiæ, necnon ———— Catervâ, qui ad videndum nova exorta Mundo Gaudia ———— Romano Imperio denuo jam renato ———— sicut flagranti Desiderio dudùm videre optaverant, convenerunt.

Hæc autem Magnificentiæ vestræ insinuare curavimus, certi quòd eo ampliùs, præ cæteris hominibus, vos, Regio Decore præfulgidi, nostris Successibus fælicibus gaudeatis, quo proximior est Imperiali Majestati Dignitas Regia; &, sicut sibi invicem sunt quâdam Gloriæ vicinitate consimiles, sic debent esse amoris participio, & caritatis Unione conformes; quales nos esse erga Magnitudinem vestram, quum fuerit opportunum, per operum evidentiam cognoscetis.

Dat. Romæ. 3. Kalendas Julii, Regni nostri Anno quarto, Imperii verò primo.

Dors.

Illustri Principi Edwardo, Regi Angliæ, Amico nostro dilecto.

Pro

E dem Elizabethæ expensas, pro sua & familiæ suæ sustentatione, hactenus ordinatas, sine dilatione, per manus Johannis de Bentele, ad Custodiam ejusdem Elizabethæ deputati, habere faciat.

Teste ut supra.

Pro Davide Comite Atholiæ, de Maneriis Templariorum.

Ann. D. 1312. An. 5. E. 2. Claus. 5. E. 2. m. 24.

REX, dilectis & fidelibus suis, Alexandro de Cave, & Roberto de Ametotes, Custodibus Terrarum & Tenementorum Templariorum, in Comitatu Eboraci, in manu nostrâ quibusdam de causis existentium, salutem.

Cùm concesserimus dilecto & fideli nostro David Comiti Atholiæ Custodiam Maneriorum Templariorum de Etton & Cave, cum pertinentiis, in Comitatu prædicto, HABENDAM ET TENENDAM ad sustentationem suam, quamdiu nobis placuerit, prout in literis nostris patentibus, eidem Comiti inde confectis, plenius continetur:

Nos, volentes eidem Comiti gratiam in hac parte facere ampliorem, concessimus ei omnia blada, in eisdem Maneriis existentia, HABENDA de dono nostro:

Et volumus quod idem Comes habeat Custodiam Ornamentorum Capellæ, Utensilium, & omnium aliorum Bonorum & Catallorum, in eisdem Maneriis existentium unà cum Bobus, Affris, & Carucis, ibidem inventis, quousque Maneria prædicta in manum nostram duxerimus resumenda.

Et ideò vobis mandamus quod eidem Comiti Blada prædicta, de dono nostro, ac etiam ornamenta Capellæ, Utensilia, & omnia alia Bona & Catalla prædicta, unà cum Bobus, Affris, & Carucis prædictis, per indenturam, inter vos & ipsum inde conficiendam, liberetis habenda in forma supradicta; ita quod idem Comes de eisdem Ornamentis, Utensilibus, ac aliis Bonis & Catallis, Bobus, Affris, & Carucis nobis respondere valeat, ut debebit.

Teste Rege apud Eboracum, octavo die Februarii.

Ad Papam pro Electo Dunkeldensi.

Ann. D. 1312. An. 5. E. 2. Rom. & Fr. 5. E. 2. m. 19. dor.

PAPÆ Rex devota pedum oscula beatorum.

Dum humanæ conditionis fragilitatem, quantæ sit lubricitati supposita, & ad malum obnoxia pronitati intentâ consideratione pensamus, ad refrænandum malivolorum insolentias, qui nobis & nostræ Regiæ Dignitati, sinistris suggestionibus, adversa appetunt procurare, sic mentis nostræ aciem erigimus in justitiâ & rigore, ut eos, in humilitatis spiritu, ad nostram gratiam voluntariè redeuntes, benignè velimus suscipere, & cum mansuetudine pertractare, quæ medentis, non quæ ulciscentis gerentes in intimis exercere.

* III. 304.

* Quamobrem, licet dilectus nobis Magister, Willielmus de Sancto Claro, Electus Dunkeldensis, dudum aliqua, in nostri & Coronæ nostræ Regiæ, quoad terram nostram Scotiæ, præjudicium (credens forsan per hoc suæ electionis negotium promovere) vestræ Beatitudini suggessisset:

Nosque pro ipsius repulsione, pro eo quod parti Inimicorum nostrorum in partibus Scotiæ dicebatur adhæsisse, aliqua vobis scripserimus contra eum, tanquam præcipuis defensoribus Regii juris nostri.

Ad instantiam tamen dilecti & fidelis nostri Henrici de Sancto

mitum, & Baronum, aut aliquorum aliorum, in dicta Civitate faciendas, nobis præjudicium, aut vobis, seu Civitati prædictæ dispendium, vel periculum aliquod eveniat quoquo modo.

Et hoc, sicut de vestrâ fidelitate confidimus, modis omnibus faciatis; advertentes & memoritèr retinentes, qualiter Antecessores vestri, pro se & Hæredibus suis, celebris memoriæ, Domino Henrico, quondam Regi Angliæ, Avo nostro, se per suas literas, sub certis & gravibus pœnis, in eisdem literis contentis, obligarunt, quod ipsi, & eorum Hæredes erga præfatum Avum nostrum, & Hæredes suos benè & fidelitèr se haberent.

Teste Rege apud Eboracum, octavo die Februarii.

Per ipsum Regem.

De Castris & Honoribus Walingford, & Sancti Walerici Petro de Gavaston liberandis.

REX, dilecto & fideli suo, Edmundo Bacun, Custodi Castri de Walyngford, & Honorum ejusdem Castri, & Sancti Walerici, salutem. Ann. D. 1312. An. 5. E. 2. Pat. 5. E. 2. p. 2. m. 21.

Licet nuper commiserimus vobis prædicta, Castrum & Honores, cum Pertinentiis, custodienda quamdiu nobis placeret; ita quod de exitibus, indè provenientibus, nobis responderetis, ad Scaccarium nostrum, prout in literis nostris patentibus, vobis indè confectis, plenius continetur:

Quia tamen, quibusdam certis de causis, reddiderimus dilecto & fideli nostro, Petro de Gavaston, Comiti Cornubiæ, Castra, Villas, Terras, Redditus, Possessiones, & alia Bona sua quæcunque, * unà cum exitibus, indè perceptis a tempore captionis eorundem in manum nostram, quæ prius de mandato nostro capta fuerunt in manum nostram: * III. 305.

Vobis mandamus quòd, eidem Comiti dicta, Castrum & Honores, cum Pertinentiis, unà cum Armaturis, Victualibus, & omnibus aliis Rebus, in eisdem existentibus, necnon & unà cum exitibus, per vos indè perceptis, a tempore quo Custodiam eorundem habuistis, per Cyrographum, inter vos & ipsum indè conficiendum, liberetis indilatè.

Teste Rege apud Eboracum, decimo die Februarii.

Per ipsum Regem.

De Credentia pro Bertrando Comite Campaniæ Nepote Papæ.

PAPÆ Rex devota pedum oscula beatorum. Ann. D. 1312. An. 5. E. 2. Rom. & Fr. 5. E. 2. m. 21.

Beneficia multimoda, gratiarumque dona largifluа, quæ ex vestræ Paternalis affectionis munificentiâ frequenter recepimus, ante mentis nostræ oculos reducentes, de ipsis, & specialiter de eo quod, ad rogatum nostrum, Nobilem Virum & Fidelem nostrum, Bertrandum de Salviaco, Comitem Campaniæ, Nepotem vestrum, ad nostram præsentiam in Angliâ destinastis, vestræ Sanctitati ad uberes gratiarum assurgimus actiones.

Eidem enim Comiti ostendimus in genere quædam negotia, quæ nos tangunt, per ipsum vestræ Clementiæ seriosiùs explicanda; cui, si placet, in his, quæ vobis ex parte nostrâ duxerit exponenda, fidem indubiam dignemini adhibere.

Et, quia tempore, quo dictus Comes nobiscum stetit, Prælatos, Proceres, & alios de Consilio nostro juxta latus nostrum nullatenus habebamus, alia plura & ardua negotia, nos & statum Regni nostri

* III. 306.

* Eodem modo mandatum est subscriptis; videlicet,

Domino Arnaldo, Sabinensi Episcopo,
Fratri Nicholao de Trymsio, Hostiensi & Wellectrensi piscopo,
Fratri Johanni Portuensi Episcopo,
Domino Berengario, Tusculano Episcopo, Domini Papæ Pænitentiario,
} Episcopis Cardinalibus.

Fratri Gentil. Tituli Sancti Martini in Montibus,
Domino J. Monacho, Tituli Sancti Petri & Marcellini,
Domino Arnaldo, Tituli Sancti Marcelli,
Domino Arnaldo, Vicecancellario Ecclesiæ Romanæ, Tituli Sanctæ Priscæ,
Domino Nicholao Gallico, Tituli Sancti Eusebii,
} Presbiteris Cardinalibus.

Domino Bernardo, Sanctæ Agathæ,
Domino Arnaldo de Pelagrue, Sanctæ Mariæ in Portica,
Domino Landulpho, Sancti Angeli,
Domino Francisco de Anania, Sanctæ Mariæ in Cosmedyn,
Domino Reymundo Farges, Sanctæ Mariæ Novæ,
Domino Richardo de Senis, Sancti Eustachii,
Domino Jacobo Gaietano, Sancti Georgii ad Velum Aureum,
Domino Guillielmo de Bergamo Sancti Nicholai in Carcere Tulliano,
Domino Francisco Neapolio, Sanctæ Luciæ in Silice,
Domino Lucæ de Flisco, Sanctæ Mariæ in Via lata,
Domino Neapolio, Sancti Adriani,
Domino Jacobo, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ,
Domino Petro, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ.
} Diaconis Cardinalibus.

REX venerabili in Christo Patri Domino G. eidem gratiâ, Narbon. Archiepiscopo, salutem cum dilectione sincera.
Ex immensis & assiduis laboribus, *&c. de verbo ad verbum ut supra.*

Eodem modo mandatum est subscriptis; videlicet,

Domino G. Episcopo Tolosano,
Domino A. Episcopo Pictavensi, Domini Papæ Camerario,
Domino Episcopo de Aby.

REX Nobili Viro Domino Bertrando del Gout, Marchioni de Anchom, Nepoti Domini Summi Pontificis, amico suo carissimo, salutem cum dilectione sincerâ.
Ex immensis & assiduis laboribus, *&c. ut supra usque ibi. viz.* Intimanda, *tunc sic*, vestram igitur amicitiam affectuosis precibus, *&c. ut supra,*
Dat. ut supra.

Eodem modo mandatum est subscriptis; videlicet,

Domino Reymundo Guillielmi de Budos,
Domino Bertrando de Sanignhaco,
Domino Arnaldo Bernardi de Prissiaco, dicto Soldano,
Domino Willielmo Reymundi de Farges.

Et injunximus eidem quod, in eundo ad partes [illegible], ad vos accedat, vestroque conspectui se præsentet;
Excellentiam vestram Regiam affectuosis precibus requirimus & rogamus, quatinus prædictum Senescallum nostrum, & negotia nostra, nos in Curiâ vestrâ, ratione terræ nostræ prædictæ, tangentia, habere velitis favore propitio commendara.
Speramus siquidem quod vestra Paternalis affectio (quam semper gratam nobis invenimus & benignam) nostra ubique negotia prosperari feliciter desiderat & affectat.
Incolumitatem vestram custodiat Altissimus per tempora diuturna.

Dat. apud Eborum. 16. die Februarii.

De Protectionibus, pro Raimundo Fargis Cardinali, & aliis.

REymundus, Sanctæ Mariæ Novæ Diaconus Cardinalis, Archidiaconus Leycestriæ, & Decanus Sarum, qui in partibus transmarinis moram facit, habeat literas Regis de protectione, simplices sine clausulis, per unum annum duraturas; Præs. &c. Ann. D. 1312. *An. 5. E. 2. Pat. 5. E. 2. p. 2. m. 20.*

Teste Rege apud Eboracum, decimo octavo die Februarii.

Per ipsum Regem.

Consimiles Literas habent,

Bertrandus de Fargis, Archidiaconus Estriding,
Gaillardus de Duro Forti, Præbendarius Præbendæ de Wetewang, in Ecclesiâ Beati Petri Ebor.

Teste ut supra.

Ad Papam pro Olivero de Burdegalia.

PAPÆ Rex devota pedum oscula beatorum.
Efficit grandis fiducia, quam de vestræ Paternæ dilectionis dulcedine reportamus, ut pro illorum augendis profectibus, qui nostris affectibus, suis exigentibus meritis, intimiùs conjunguntur, penes vestram Beatitudinem devotis intercessionibus frequentiùs insistamus. Ann. D. 1312. *An. 5. E. 2. Rom. & Fr. 5. E. 2. m. 19. dor.*
Quamobrem, attendentes grata & laudabilia obsequia, quæ dilectus Valletus noster, Oliverus de Burdeg. nobis a longis impendit temporibus, & adhuc jugiter in dies impendere non desistit; ac desiderantes, eorum consideratione, ejus utilitatem oportunis auxiliis procurare,
Vestræ Clementiæ sinceris affectibus supplicamus, quatinus eundem Oliverum, nostri contemplatione, habentes, si placet, propensiùs commendatum; ei locum fratrum Militiæ Templi de Bordres, juxta Villam de Tarbe in Begorria, quem Serenissimus Princeps, Dominus Philippus, Francorum Rex, dudum in sacras manus vestras asseritur reddidisse, committere dignemini, habendum cum suis juribus & pertinentiis, quamdiu locum illum in vestra sententia decreveritis sic morari.
Conservet, &c.

Dat. apud Eborum, vicesimo tertio die Februarii.

* De

Pro Petro de Gavaston de Maritagio concesso.

Ann. D. REX omnibus, ad quos, &c. salutem.
1312. Sciatis quod cùm nuper concesserimus dilecto & fideli no-
An. 5. stro, Petro de Gavaston, Comiti Cornubiæ, custodiam Terrarum
E. 2. & Tenementorum, quæ Johanna, quæ fuit Uxor Johannis Wak,
Pat. 5. defuncta tenuit ad terminum vitæ suæ, de hæreditate præfati Jo-
E. 2. p. 2. hannis, quondam viri sui, & quæ per mortem præfatæ Johannæ,
m. 19. & ratione minoris ætatis Thomæ, Filii & hæredis ipsius Johannis, in manu nostrâ extiterunt, HABENDAM, cum omnibus ad custodiam illam spectantibus, usque ad legitimam ætatem hæredis ejusdem Johannis, unà cum Maritagio ejusdem, absque disparagatione:

Ac idem Comes custodiam Terrarum & Tenementorum prædictorum postmodum reddiderit in manus nostras:

Volumus & concedimus quod præfatus Comes habeat Maritagium præfati Thomæ, absque disparagatione, juxta formam Commissionis nostræ supradictæ;

Et, si de ipso Thoma humanitùs contingat, antequam per præfatum Comitem fuerit maritatus, tunc idem Comes habeat Maritagium propinquioris hæredis ipsius Thomæ, & sic de hærede in hæredem, quousque idem Comes effectum Maritagii alicujus hæredis illorum fuerit assecutus.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Eboracum, secundo die Martii.

Per ipsum Regem.

Ad Papam, de absentia Episcopi Sancti Andreæ a Concilio Generali excusando.

Ann. D. PAPÆ Rex devota pedum oscula beatorum.
1312. Nuper, Pater Sanctissime, pro Venerabili Patre W. Dei gra-
An. 5. tiâ, Episcopo Sancti Andreæ in Scotiâ,
E. 2. Cui diversa & ardua negotia, statum Terræ nostræ prædictæ, &
Rom. & præcipue tranquilitatem & quietem populi ejusdem Terræ, tangen-
Fr. 5. tia, ibidem promovenda & exequenda commisimus, injungendo *
E. 2. m. eidem quod se a partibus illis non diverteret, propter pericula ani-
19. marum, quæ, per absentiam suam ab eadem Terra, possent de fa-
* III. cili evenire,
309. Sanctitati vestræ supplicavimus piâ prece, ut absentiam præfati Episcopi in præsenti Concilio generali, ad quod, ut intelleximus, personaliter est vocatus, ex causis prædictis, nostrorumque rogaminum interventu, habere dignaretur vestra Sacrosancta paternitas favorabiliter excusatam.

Et, quia præsentia ipsius Episcopi, in Terrâ nostrâ prædictâ, perquam utilis & necessaria existit, præsertim pro bono pacis & quiete populi Terræ nostræ prædictæ procurando & servando, circa quæ curam & operam sollicitas adhibet hiis diebus,

Vestram Clementiam iteratis precibus requirimus & rogamus, quatinus, præmissis paternâ Benignitate pensatis, absentiam præfati Episcopi a Concilio memorato benigne & favorabiliter habere dignemini nostris precibus excusatam; rescribendo nobis, si placet, vestræ voluntatis beneplacitum, in hac parte, per præsentium portitorem.

Conservet, &c.

Dat. apud Eborum, 7. die Martii,

A. tituli Sanctæ Mariæ in Porticu, Diacono Cardinali;
A. tituli Sancti Marcelli, Presbitero Cardinali.

Ad Regem Franciæ.

EXcellentissimo Principi, & Patri suo carissimo, Domino, &c. Ann. D.
Edwardus, &c. salutem & felices ad vota successus. 1312.
Ad nostram audientiam jam pervenit, quod dilectos nobis, Be- An. 5.
nedictum de Marinis, & Edwardum de Ganio, Consanguineos ca- E. 2.
rissimi Mercatoris nostri Antonini Pessani de Janua, ac eorum so- Rom. &
cios Mercatores Januenn. infra Regnum vestrum pro suis ibidem Fr. 5.
excercendis Mercimoniis commorantes, unà cum bonis eorumdem, E. 2. m.
nuper vestra præcepit Regia Sublimitas arestari. 10.

Cum itaque, sicut intelleximus, Mercatores prædicti semper licitas & honestas excercuerint & excerceant Mercandisas, Quamobrem ipsos, & præsertim, intuitu Mercatoris nostri prædicti, favore prosequi cupimus ampliori:

Excellentiæ vestræ affectuosis precibus supplicamus, quatinus circa dearestationem & deliberationem Benedicti & Edwardi, sociorumque suorum prædictorum, * nec non bonorum eorumdem, ju- * III.
bere velitis impendi, nostrorum interventu rogaminum, gratiam & 310.
favorem, adeo, si placet, ut nostram instantiam, in hac parte, sibi sentiant fructuosam.

Dat. apud Eborum, 8. die Martii.

Per ipsum Regem nunciante W. de Melton.

De potestate ad tractandum super Ordinationibus corrigendis.

REX omnibus ad quos, &c. salutem. Ann. D.
Sciatis quòd, cùm quædam Ordinationes, per Prælatos, Co- 1312.
mites, & Barones Regni nostri, ad id Electos, nuper factæ fuissent, An. 5.
& per nos, sub certâ protestatione, concessæ, videlicet, quod, si E. 2.
in dictis Ordinationibus aliqua nobis dampnosa, seu prajudicialia, Pat. 5.
seu aliis contra formam Commissionis, eis per nos in hac parte fa- E. 2. p.
ctæ, contigerit inveniri, ea pro non concessis, & non confirma- 2. m. 17.
tis haberentur; reservatâ nobis, in eadem protestatione, potestate hujusmodi dampnosa & præjudicialia, per bonum consilium dictorum Ordinatorum & aliorum, corrigendi, reformandi, prout in Instrumento publico, indè confecto, plenius continetur.

Nos, de circumspectionis industriâ, ac fidelitate probatâ Venerabilis Patris, J. Norwycensis Episcopi: Et dilectorum & fidelium nostrorum, Guidonis Ferre, Johannis de Crumbwell, Hugonis de Aldele, Willielmi Deyncurt, Henrici Spigurnel, Henrici le Scrop, Militum: Ac dilectorum Clericorum nostrorum Magistrorum, Thomæ de Cobeham, Roberti de Pykeryng, Walteri de Thorpe, Gilberti de Middelton, Johannis Fraunceys, & Andreæ de Brigges; plenam fiduciam optinentes,

Ipsos, Episcopum, Guidonem, Johannem, Hugonem, Willielmum, Henricum, Thomam, Robertum, Walterum, Gilbertum, Johannem, Andream, vel eorum aliquos, quos adesse contigerit, ad tractandum cum dictis Prælatis, Comitibus, & Baronibus electis, super Ordinationibus præmissis, & ad corrigendum & reformandum, per bonum consilium eorundem, omnia hujusmodi præjudicialia & dampnosa, ac contra formam dictæ Commissionis facta, si quæ fuerint, assignamus, & tenore præsentium deputamus.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Eboracum, 8. die Martii.

De

tur;

Nos, volentes eidem Comiti inde satisfieri, ut est justum, concessimus ei, & assignavimus omnes denarios de custuma lanarum, coriorum, & pellium lanatarum in portu Villæ de Berewyco, qualitercunque provenientes, percipiendos per manus Collectorum Custumæ illius, qui pro tempore fuerint, a tempore, quo dilectus & fidelis noster, David de Breghyn, quandam pecuniæ summam, quam sibi de exitibus Custumæ illius assignavimus, inde recepit, quousque eidem Comiti de dictis quadringentis & octo libris, undecim solidis, & octo denariis, de exitibus Custumæ prædictæ, fuerit plenariè satisfactum.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Eboracum, 22. die Marti.

Per ipsum Regem.

ET mandatum est Collectoribus Custumæ prædictæ in portu prædicto, quod a tempore, quo præfatus David dictam pecuniæ summam, quam ei assignavimus de Custuma illa percipiendam, ut est dictum, indè receperit, extunc omnes denarios, de Custuma illa in portu prædicto provenientes, præfato Comiti, vel ejus Attornato in hac parte, liberent quousque eidem Comiti de dictis quadringentis & octo libris, undecim solidis, & octo denariis, de exitibus prædictis fuerit satisfactum.

Et Rex indè in compoto suo, &c.

Teste ut supra.

De Terris Johannis, nuper Regis Scotiæ, Comiti Richmundiæ concessis.

Ann. D. 1312. An. 5. E. 2. Claus. 5. E. 2. m. 9.

REX Vicecomiti Northumbriæ, salutem.

Cùm per Cartam nostram concesserimus dilecto & fideli nostro, Johanni de Britannia, Comiti Richemundiæ, quòd ipse diversas Terras & Tenementa, quæ fuerunt Johannis de Balliolo, & quæ idem Johannes de Britannia nuper tenuit ex concessione Domini E. quondam Regis Angliæ, Patris nostri, ad voluntatem ipsius Patris nostri, HABEAT & TENEAT sibi & Hæredibus suis, de corpore suo legitimè procreatis, prout in Carta prædicta plenius continetur;

mus, quatinus præfatis Clericis nostris in hiis, quæ vobis ex parte nostra exposuerint vivâ voce, velitis fidem credulam adhibere. 19. * III. 312.

Dat. apud Eborum, 28. die Martii.

Eodem modo mandatum est subscriptis; videlicet,

Domino Arnaldo de Pelagrue tituli Sanctæ Mariæ in Porticu, Diacono Cardinali;
Magistro Hugoni Geraldi Referendario;
Domino Bertrando de Goto Marchioni;
Magistro Andreæ Sapiti;
Domino Bertrando, Comiti Campaniæ;
Majori & Vicecomitibus London.

REX Venerabili in Christo Patri, W. eadem gratia, Archiepiscopo Eborum, salutem, & sinceræ dilectionis affectum.

Cum injunxerimus, *&c. ut supra usq; ibi*, exponenda vobis, *&c. ut supra.*

Teste, ut supra.

Ad Comitem Campaniæ.

Ann. D. 1312. An. 5. E. 2. Rom. & Fr. 5. E. 2. m. 19.

REX dilecto & fideli suo Bertrando de Salviaco, Comiti Campaniæ, Domini Papæ Nepoti, salutem.

Cùm nos, super quibusdam negotiis, nos & statum Regni nostri tangentibus, per vos, & dilectos Clericos nostros, Magistros, Walterum de Maydenstan, & Stephanum le Bygod, vel duos vestrûm, dicto Domino Summo Pontifici exponendis, eisdem Clericis nostris aperiri fecerimus mentem nostram;

Vobis mandamus, rogantes quatinus præfatis Clericis nostris in hiis, quæ vobis ex parte nostrâ exposuerint vivâ voce, velitis fidem credulam adhibere; &, in expositione dictorum negotiorum memorato Sancto Patri, unà cum dictis Clericis nostris, vel eorum altero faciendâ, omnem industriam, quam poteritis, apponere, prout ad nostrum honorem melius videritis faciendum; & hoc, sicut de vobis confidimus, modis omnibus faciatis.

Dat. apud Eborum, 28. die Martii.

FINIS TOMI PRIMI.



